7

2-a-5-1

A
17
99

K. 5902






# D. DIONYSII CARTHVSIANI ERVDITISSIMA SIMVL ET VTILISSIMA SVPER OMNES S. Dionyſij Areopagitæ libros commentaria, ſtudioſis omnibus hactenus multum deſiderata, ſed nunc primum utilitati publicæ donata.

Præter hæc adeſt hic quadruplex operum ſanctiſſimi martyris è græco in latinum tranſlatio, & vna paraphraſis, hoc ordine diſpoſitæ.

Prima, quæ & antiquiſſima habetur, eſt Iohannis Scoti Benedictini. ſuper hanc ſcribit D. Dionyſius Carthuſianus, per capitula ſingula diuiſam, vt ſit vbi cōmētaria inſerūtur.
Secunda, Iohannis Sarraceni.
Tertia, Ambroſii abbatis Camaldulenſis.
Quarta, ſed imperfecta, vt quæ ſolum Diuina nomina continet, & Myſticam theologiam, Marſilij Ficini.
Quinta, ſed inſtar paraphraſeos, abbatis Vercellenſis.

Continentur hic & alia nonnulla, quæ verſa pagella latius docebit.

Act. Cap. 17. Paulus autem cum Athenis expectaret, incitabatur ſpiritus eius in ipſo, videns idololatriæ deditā ciuitatē. Diſputabat igitur in ſynagoga cum Iudæis & colentibus, & in foro per omnes dies. Quidā vero viri adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionyſius Areopagita.

Coloniæ impenſis Petri Quentel. Anno M.D.XXXVI.

¶ Si ullus Dionyſiorum ante hac placuit ſolus, multo iam magis placebit uterq; non ſolus.

¶ Cum gratia & priuilegio.






UNIVERSITARIA

## AD LECTOREM

EMISIMVS anno ſuperiori lector amice, poſt commentaria in vtrumqꝫ teſta-
mentum, & alia non pauca, quatuor illos Sententiarum libros, integritati ſuæ vn
de vel temporum, vel hominū iniuria miſere exciderant, quāta fieri potuit diligē
tia reſtitutos, & collectaneis Dionyſii Carthuſiani eruditiſſimis illuſtratos. Nunc
ne interim dormiſſe putemur, ſimul etiam vt promiſſa noſtra exoluamus, emitti-
mus omnia ſanctiſſimi martyris Dionyſii Areopagitæ opera, quæ quidem latine extent, identi
dem Dionyſii noſtri Carthuſiani commētarijs illuſtrata: hoc in primis ſtudioſiſſimo cuiqꝫ no
tum eſſe volentes, tantum in edendis his, id eſt, Areopagitæ operibus, & moleſtiæ & laboris ex
hauſtum fuiſſe, quātum nec dictu facile, & creditu difficile ſit: vt prope ſub ipſo onere ſuccubu-
iſſemus, niſi laborem ipſum aut noſtra ſedulitas, aut publica uiciſſet vtilitas. Nam Senten-
tiæ nuper emiſſæ, quanquam & ipſæ antea corruptiſſimæ erant, vt difficilius aliquid vix time
ri poſſet, tamen huc collatæ, etiam ludus videri poſſunt: vſqꝫ adeo præter communem erran-
di conſuetudinem, quæ & typographis & deſcriptoribus omnibus familiaris eſt, in his Areo-
pagitæ laboribus ſubinde inpactum fuit, vt multoties, ne dicam centies & centies nō modo nul
lus ſenſus, aut alioq diſtortus, ſed nec catholicus haberetur. Quamobrem ſi gratus es, maximas
nobis non agere ſolum, verum etiā referre gratias oportebit: tum quod Areopagitam ipſum
alioqui per ſe aſperiorem, Dionyſii noſtri cura leuigatum proferimus: tum quod eundem tot &
tantis mendis exoneratum damus, vt iam & nobis ea facile condonentur quę typographorum
præcipitatio commiſit, & à mediocriter eruditis intelligi poſſit, qui iampridem nonnullis etiā
theologis negocium faceſſebat, & ob id aut vix, aut nequaquā intelligibilis putabatur: Gratias
autem alias non petimus, niſi vt in ſuſcipiendo munere hoc ſic affectus ſis lector candide, quē-
admodum nos in exhibendo ſumus affecti: id eſt, vt qua nos cura publicæ ſtudioſorum vtili-
tati conſulimus, ea viciſſim & noſtræ conſulatur: ne cum nos omnia fecerimus in rem tuam, ni-
hil interim fiat in noſtram. Mutuis auxilijs opus eſt, mutuam præſtare operam oportet: vt &
perſeuerare liceat, & in poſterū alacriores eſſe queamus. Reſtant enim adhuc alia multa necdū
viſa, neqꝫ minus vtilia, ſi prius hæc cum ipſis Sententijs grata fuiſſe norimus. Cæterum vt aper
tius intelligas quid hic expectes, meminiſſe debes, omnia S. Dionyſii Areopagitæ opera, quæ
nunc apud latinos extare ſciantur, Dionyſii Carthuſiani cōmentarijs expoſita, hoc volumine
contineri: prætereqꝫ hæc, omnes omnium ipſius (à diuerſis enim diuerſimode traductus eſt) Are
opagitæ translatiões: nihilqꝫ vſpiā S. Dionyſii quicquam ſciri, ſiue tranſlatitium, ſiue paraphra
ſticum, quod hic non adſit. Principio vulgaris tranſlatio, quæ dicitur eſſe Iohannis Scotigínæ
vel Scoti, nō illius theologi cognomento Subtilis, ſed alterius cuiuſdam Benedictini tempori-
bus Caroli Magni, à Dionyſio noſtro Carthuſiano per ſingula capitula prope de verbo ad ver
bum explicatur, excepto quod in quibuſdam Areopagitæ epiſtolis interpretandis, Carthuſia-
nus noſter vtitur translatione alterius cuiuſdam Iohānis, non re, ſed cognomine Sarraceni, in
nona vero & decima, Camaldulenſis. ❡ Capitulorum vero ſingulorum commentaria ſequitur
vnūquodqꝫ caput ſeparatum paraphraſeos Vercellēſis, vel translationes Marſilianæ, vbi ſic res
tulit, & deinde Vercellenſis. Poſt hęc ſequuntur alia quędam iucunda, inter quæ ſunt duorum
excellentium ſanctorum epiſtolę, ſancti Ignatij, tertij a Petro Antiochenſium epiſcopi, Romæ
propter Chriſtum beſtijs traditi: & Antonij illius magni eremitæ, qui cum Paulo primo ere-
mita aliquamdiu vixiſſe creditur. Poſtea rurſus à nouo ſequitur integra operum Areopagitæ
translatio, facta per Iohannem Saracenum. Inde alia & ipſa integra; & omnium luculentiſſi-
ma, quæ eſt Ambroſii abbatis Camaldulenſis. Poſtremo adduntur libri tres Bapti-
ſtæ Mantuani, Areopagitæ vitam iucunde, ſed poetice, memorantes: & apo-
logia pro S. Dionyſij libris, ꝗ reſpondetur calumnijs quorundam, de
ſcriptis Areopagitæ minus recte ſentientiū. Quæ cuncta
ideo hic congeſta ſunt, vt habito volumine hoc, nihil
quod ad Areopagitā attineat, vlterius quæri poſ
ſit, ſed vniuerſa hic velut in theſauro cō
dita reperiantur. Fruere igitur ami
ce lector muneribus his, ac ſtudia
noſtra fauore tuo pſequere.
Bene vale.

# REVERENDISSIMO
## IN CHRISTO PATRI, ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ERARDO DE MARKA

Sanctæ Romanæ eccleſiæ, Tituli ſancti Cryſogoni Presbytero Cardi-
nali Archiepiſcopo Valentiæ, Epiſcopo Leodienſi, Duci Buillonen-
ſi, Comiti Loſſeñ. & c. Domino ac patrono ſuo colendiſſimo, F.
Theodoricus Loer a Stratis, domus Carthuſienſis in Colonia
humilis Monachus & Vicarius.




NOn ab
re, ſed
nec oci
oſum,
aut ſuperfluū ex
iſtimo reuerēdiſ-
ſime in Chr̄o pa-
ter, ſi hæc Diony
ſij noſtri in S. Di
onyſij Areopagi
tæ martyris præ
clari libros com
mentaria, opus
certe inter celebri
ora Dionyſij no
ſtri opa, ut nō ulti
mum, ita tam in
excudēdo poſtre
mum, amplitudi
ni tuæ dedicaue-
ro: quandoqui-
dem eidem dedicaram & primum. Conſtat nanqꝫ bonarum rerum, optimo prę
ſertim uiro, qualem te fama, imo uniuerſis orbis clamat, & uita quoqꝫ ipſa inge-
nue teſtatur, ſatietatem eſſe nullam. Quare non ſatis quoqꝫ mihi uidebatur, prio
re illo Dionyſij noſtri libro, hoc eſt, in pſalterium commentarijs, reuerendiſſi-
mam paternitatem tuā honorare uoluiſſe, niſi etiam (quo & uehementius & ube
rius eidem gratificandi deſiderium ineſſe mihi commonſtrarem) modo eiuſdem
poſtremum hoc opus quantum certe ad publicationem attinet, alioqui inter o-
mnia uel auguſtiſſimum, ueluti prioris auctarium adderem. Rectiſſimum autē
id mihi uel inde uidebatur, quoniam autor hic noſter, olim tuę ditiōis alumnus,
olimqꝫ dum uiueret municeps, ſi cui aliquid debuit, patriæ ſuæ debuit: potiſſi-
mum autem tibi, utpote patrię ſuę patri principiqꝫ ac domino laudatiſſimo: nec
minus uirtutibus excellentiſſimis quam dignitatibus ampliſſimis ornato. Qua-
re eius nomine congruebat quidem omnia eius opera, aut ſaltem primum po-
ſtremumqꝫ librorum eius opus, nemini magis quam excellentiſſimæ dominati

 oni tuæ

oni tuæ nũcupari. Idq; ut auderem hortabatur non mediocriter, confortabatq;
animũ, quod audieram reuerendiſſimam dominationem tuam beneuolẽtiſſimo
aĩo priorẽ illã nũcupationẽ accepiſſe: unde certe maiori ſpe iã mihi promittere
licuit, hanc poſteriorem non minus, imo longe maxime eidem fore acceptã, non
propterea tantũ quod reuerendiſſima tua paternitas, adeo clementem, adeo be-
neuolũ, adeoue ſtudijs hiſce ſanctis ꝓbet ſeſe ꝑamicã: uerũ etiã ideo, q̊d poſtremũ
hoc opus, grauitate & maieſtate primũ lõgo inter uallo añcedit. In eũ eñ hic auto
rẽ ſcripſit, eũ elucidauit, ꝗ omniũ poſt apoſtolos excellentiſſimus eſt, & ob id for
te intellectu difficillimus, ꝗ niſi talis eſſet, olim plures autor idem quam habet, e-
lucidatores obtinuiſſet. Siquidẽ in pſalteriũ qui ſcripſerint commentarios, mul-
to inueniũtur plures q̃ qui ſanctiſſimi martyris Dionyſij Areopagitę libros, uel
quẽuis eorũdẽ explanare tentauerint. Quod equidem accidiſſe reor, ideo, &
ipſa quoque res loquitur, quandoquidẽ omnia quæ ſctũs ille martyr Dionyſi-
us ſcripſit opera abſtruſum, nec ita multis perueſtigabilẽ habẽt ſenſum, unde ra-
riſſimi ſunt, q̃ explanãdo uel uni, uel alteri ex eiuſdẽ operibus libro manus admo-
uere fuerint auſi. Abſtinuerũt eñ pene oẽs ſcripturarũ tractatores, tãquã a ſacro
myſticoq; arcanorũ doctore, ne quoniam in omnibus eius libris non omnia ſibi
cernebant obuia, illi commentarios adijcerẽt. Solus hic Dionyſius noſter Car-
thuſienſis, utpote uir non minus diuina reuelatione illũinatus, q̃ humana diſcipli
na eruditus, quemadmodũ inter oẽs eſt primus, ꝗ uniuerſa Dionyſij Areopagi
tæ opera, quæ latina rẽpiunt elucidauit: ita ſi eius perpẽdas eruditionẽ, etiã nul-
li erit ſecũdus. Quapropter ut dicere cœpam, ſi argumẽtũ quoddam uulgare,
& a multis antea tractatũ, excellẽtiſſimæ dominationi tuæ nuper oblatum, eidẽ
gratũ fuit: quomodo nobis metuẽdũ erit, rarum hoc opus & pro ſua ſublimita
te iuxta ac difficultate a pauciſſimis uix attactũ, tibi non fore gratiſſimũ? præſer
tim cũ oẽs prioris illius Dionyſij libri ꝑ hũc Dionyſiũ poſteriorẽ adeo ſint ex
planati, adeo illuſtrati oẽs, ut eoſdẽ nũc etiam mediocris literaturæ uiris paſſim
adire, intelligereq; liceat. Cæterũ ſi dictionẽ hic ꝗs deſideret uenuſtam atq; ſecu
larẽ (ut uocant) eloquentiã, fatemur eam deeſſe. Neq; enim theologia diuina, q̃
philoſophicis hic tractatur, & ꝟbis & argumẽtis, dictionis uenuſtatẽ aut phra-
ſim aliam quam ſibi peculiarẽ admittit: utpote quæ ſuũ habet, quomodo alia q̃-
uis ſcientia, loquẽdi & modũ & legem. Nam ſi profeſſio medicinæ alijs gaudet
uocabulis, ſibi peculiaribus ſcilicet, alijs profeſſio legũ, a quibus alienum eſſe de
decet earũdem profeſſorẽ: nulla enim ſcientia tam delectatur peregrinis, quam
iuuaẽ proprijs: quomodo Dionyſiũ theologum non theologice, ſcholaſticum
non ſcholaſtice, philoſophũ deniq; non philoſophice loqui deceat? Quis enim
laudet philoſophum, non philoſophico, ſed peregrino modo & a ſua profeſſio
ne alieno, loquẽtem? Quis non rideat theologum, myſteria ſacra & uerba iux-
ta legem philoſophicam rhetorumue canones tractantem? Non igitur in Dio-
nyſio noſtro infantiam agnoſcimus, ſed modeſtiam: qui ætati, qui ſeculo, qui
deniq; diſciplinæ, in quacunq; etiam uerſaretur, dictionem, ſtylum, phraſim q̊q;
ſuam niſus eſt conformare: ne ambitionis ſtudioſus, neue gloriam affectaſſe uide
retur, ſi cæteris inſolito, ſingulariue modo uerſari in quauis ſcientia notaretur.

Maluit

Maluit inquam, quatenus ad politiorem attinet litteraturam ſui temporis uſu
tunc ab omnibus recepto loqui, quam ſingularitate aliqua, quę illi tunc ætati no
uitas fuiſſet, admirabilis haberi. Minor nanq; ſemper illi cura fuit, quomodo lo
queretur: maior, quomodo intelligeretur, multo autem omnium maxima quo
modo uiueret. In omni enim uita ſua fuit deo, non abſq; magna hominum admi
ratione, deuotiſſimus: unde accidit ei, ut expoliẽdæ uitæ quam linguæ foret ſtu
dioſior. Nouerat etenim huius ſtudium, multum plerumq; adferre uanitatis, ſa
luti parum conducere: illius uero, hoc eſt, uitę exornandę, non poſſe non multũ
conferre felicitatis: quoniam nõ ſermone, ſed uirtute cõſtat regnũ cęlorum. Hęc
iccirco dicimus, ne Dionyſius hic noſter ſermone putetur ibiq; inuenuſtus: quo
niam ubi locus, tempus, resue poſtularit, comperimus ipſum habuiſſe linguã nõ
prorſus indiſertam. Qui licet nullis ſuis dotibus poterat excellentiſſimæ domi-
nationi tuæ dedicari, tamen ob hoc debuerat potiſſimum, quod raræ iſtę quæ di
uina clementia ſunt in te uirtutes, non patiebantur alumni ſui monimenta cuiq̃
niſi parenti patriæ nuncupari. Hoc enim nominis, ſi cui olim iuſte datum eſt, me
rito reuerendiſſimæ paternitati tuę hodie tribuitur, qui annis plus aut minus tri
ginta, ſic diœceſim Leodienſem gubernaris, ut nihil interim hoſtile ſenſerit, cum
antea prope continuis bellis aut ſeditionibus quaſſata fuerit: imo ꝗ ſic paci ſalu
tiq; publicæ ſemper & ubiq; conſulueris, ut ꝗdam regioni tuæ contermini, tibi
debeant quod adhuc, non dico, ſtent, ſed ſint, quanquã illi minus grati, dicantur
hodie neſcio quid in te machinari. Sed non minor ea laus tua, q̊d & hoc non for-
titer mõ, uerũetiã prudẽter feras, ꝗppe ꝗ & ſerpẽtis aſtutiã habẽs, ditionẽ tuam
munias, opportũnis locis aut uetuſtas arces renouãdo, aut nouas ędificã do: &
colũbina interim ſimplicitate utẽs, nulli des occaſionẽ mali. Vt te non fruſtra ob
has artes duo potentiſſimi totius orbis monarchæ, Sanctiſſimus in Chriſto paẽ
ac dominus, D. Leo papa. X. Cardinalatu, ſereniſſimaq; Cęſaria maieſtas archi
epiſcopatu Valẽtię donarint, pontificesq; interim ſemper tuis concilijs uſi ſint, &
imperator etiã hodie ubicunq; ſit, utatur. Superſedeo commemorandis reliquis
uirtutibus tuis, quæ multę ſunt, ne uel modeſtiam tuam pudore afficiam, uel ali-
oqui in os laudare uidear. Tantũ meminerit reuerẽda paternitas tua Dionyſij nõ
iam noſtri, ſed ſui, quanto tũ ſumptu tũ labore monumẽta hęc alũni ſui priuſquã
prodeant, conſtent. Deinde amplectatur priſcum illum Dionyſium, quem uete
res magno ſtudio e Græco in latinũ uerterũt, cuius interꝓtationi tãti patres inſu
dauerunt, quem quaſi per excellentiam theologum nominant, ꝗ Pauli atq; Hie-
rothei fuit auditor, in Philoſophia gentilium doctiſſimus, ꝗ Chriſtum uidit,
paſſionis miracula conſiderauit: quo uel ſcolaſtici uel neoterici theologi auide
utuntur, & teſtem ubiubi poſſunt inuocant, cuius opera Carolus Magnus Ger
manus dilexit, cuius mentionem Actus apoſtolorum faciunt, ꝗ primus de theo
logia myſtica ſecreta & abnegatiua ſcripſit: ꝗ profundus deuotus in deum inflã
matus multarũ abditarum rerum edoctus, pro Chriſti fide apud Parrhiſios ſan
guinẽ fudit, celeberrimo tẽplo inſigni cœnobio poſtea a regibus Gallorũ in hono
rẽ ipſius erecto, ubi etiãnũ reges Francorũ tumulanẽ. Sed hęc prudẽtię tuę notio
ra ſunt q̃ ut a me cõmemorẽtur. Bñ igiẽ ualeat, amboſq; Dionyſios (hũc ut dioece
ſis Leodiẽſis alũnũ: illũ, ut Pauli diſcipulũ & Galliarũ apſm) digno fauore ꝓſeq̃tur
Colonię ex cõuentu nr̃o Carthuſi. pridie Annũciatiõis Marię. M.D.XXXVI.

# LECTORI

Cœleſtis hierarchiæ paraphraſim noni capitis Folio 64 columna prima ſic cõtinua: & ſolam principalẽ diuinitatem. Hæc autem commemorauimus tibi epiſcopo & prudenti tanquam ſcienti ſcripturas ſacras, quod diuina prouiſio quæ oĩbus ꝓuidet, & diuina poteſtas quæ oĩbus dñatur, deferebatur per viſiões imaginarias Pharaoni ab angelo ꝑſidẽte Egyptijs & principi Babyloniorũ, ab angelo ſancto ſibi & regno ſuo ꝑſidẽte. & famuli veri dei, ſcʒ Ioſeph & Daniel, erãt à deo conſtituti illis tẽporib⁹, illis gentibus, doctores & interꝑtes viſionũ imaginariarũ formatarũ in dictis prĩcipibus ab angelis ĩpis & eorũ regnis ꝑſidẽtibus, angelicæ annũciationis, a deo primo principio reuelate ſanctis viris ſcʒ Ioſeph & Danieli, deo proximis, per medios angelos. Vnũ ẽ eñ oĩm principiũ ad eſſendũ, & ꝓuidẽtia ad gubernãdũ. Et nunq̃ arbitrãdũ ẽ quod vna & principalis deitas, quaſi ꝑ particularẽ ſortẽ dñationis prĩcipetur Iudæis alijs vero gentibus, ꝓpria authoritate dñentur, aut angeli boni æ q̃les in ſuis poteſtatibus, aut ſibimet oppoſiti, aut dæmones. Sed ſcriptura illa. Conſtituit terminos ꝑplorũ iuxta numerũ filiorũ Iſrael, ſic intelligẽda eſt, non q̃ſi deus inter ſe & alios deos aut angelos diuidat principatũ hoĩm, ſibi in ꝓpria hæreditate aſſumẽdo ſolã gentẽ Iſrael, q̃ ipſe fecerit & rexerit, ſed quod vna & ſingulari diuina vniuerſorũ ꝓuidentia omnes hoĩm nationes, ad ꝓcurãdã eorũ ſalutẽ ſub ſingulis ſanctis angelis eas ad cœleſtia prouocãtibus ordinãte, ſolus pene (ꝑter oẽs nationes añ tẽpus incarnationis) populus Iſrael ad illũinationẽ & cognitionẽ veri dei conuerſus eſt. Vnde ſcriptura oſtendens dictum populũ Iſrael a vero deo hæreditariæ poſſeſſũ per fidẽ & ſpecialẽ cultũ, dicit: Pars aũt dñi populus eius. In q̃ oſtendit populũ Iſrael, ſicut & alias nationes, diuinitus ordinatũ eẽ ſub q̃dã ſancto angelo, dicendo Michaelẽ ducẽ eſſe populi Iudaici, vt ꝑ ipm reduceretur ad cultũ vni⁹ principij vniuerſorũ, plane ꝑ hoc nos docens vnã eſſe vniuerſalẽ prouidentiã vniuerſarũ inuiſibiliũ & viſibiliũ virtutũ intellectualiter ſupcollocatã omnibus, oẽs autem angelos ſanctos q ſingulis gentibus ꝑſident ad ipam tanquam ad proprium principium, iuxta ſingulorum electorum capacitatem, extendere eos, qui inſpirationes ſuas acceptarent & imitarentur.

In hac erratorũ tabula prior nũerus indicat foliũ, ſcd'ꝰ colũnã, tertius lineã, inde ſequitur vera lectio. Folio 2 colũna 1 linea 15 Quia. Ibi. li. 19 ſeq. 10. 1. 21 ꝓueniẽtiũ. 11. 1. 26 diuinus. 12. 1. 35 ad ipſum. 13. 2. 28 hoc. 16. 2. 56 repſentatiuas. 17. 1. 18 iſtis. ib. li. 19 apte. 18. 1. 21 cõpactam. ib. li. 23 q̃. li. 34. indiſcẽtia. li. 44. vñe. li. 45 pure. 20. 1. 18 colorem. ib. 56 ſumme. ibi. col. 2 li. 12 magis. li. 39 incircũſpecta & naturalis. li. 53 vniformis, æqualiter. 21. 1. 28 ſtr vrſæ. li. 40 ꝑter. col. 2. li. 21 intellectuũ. Ibidẽ. Nũc. 22 1. 1 Num. li. 5 hierarchice. col. 2 li. 40 iuſſiões. li. 53 eis. li. 54 mediãte. 26. 1. 4. & c. col. 2. li. 42. ineffabilis. 27. 1. 20 innũerabiliter. li. 27 cõformatiõe. col. 2 li. 4 num. 31. 1. 34 ſuper. li. 27 creata. 34. 2. 39 virtutes. 38. 1. 47 ac diſpoſitio. li. 48. ſimile. 40. 1. 9 ſimile. li. 22. illũinari, col. 2. li. 1. ſig. 45. 1. 24 intellectualiũ. li. 56. admirãdas. 47. 1. 12 cõcreata 51. 2. 28 ſeu tres. 52. 1. 5 eorum ĩndiũ. li. 11 deiferos. ib. apertos. li. 27 digniſſimis. li. 41 in ſe. col. 2. li. 38 ambiens. 53. 1. 16 ſupernos. 55. 1. 53 Prima. 56. 2. 38 morẽ. 58. 2. 27 poteſtatuũ. li 39 eũ. 60. 1. 44 vniuerſalius. 63. 1. 25 ſolo. li. 55 reſpctũ. 65. 1. 37 oportet. 66. 1. 6 ſacro ſctm. li. 10 naturaliũ col. 2. li. 1 ſit. li. 4 ſuperexcellẽtia. li. 15 q̃dã. 67. 2. 16 eſſet. li. 34 & archangeli principatuũ & ordinũ ſuperiorem. li. 51 angelus vel. col. 2. li. 35 ordinũ. li. 40 angeli. 69. 1. 11 diſtinctis. li. 12. quia. li. 14 aut oẽs mentes cæleſtes, aut aliquas & c. li. 15. ſpecialiũ. col. 2. li. 42 rerum creatarum. li. 43 creans ſciẽtias. 70. 1. 8 participant. co. 2 li. 1 ad qd ẽ. li. 22 Vnũquodq;. li. 54 particulariter reſpctũ. 71. 1. 1. ordinibus angelicis. li. 5 virtute ſcʒ ꝓprietate li. 24. æquocatiõe. li. 44. in opportunitate. 72. 2 34 q̃s. 73. 1. 31 ſine cõcurſu. li. 35 q̃nq; etiã. co. 2 li. 27 eſt ꝓximus. 75. 2. 6 reſpectu. li. 6 reuelãt. li. 40 paſſibile. li. 47 ꝓprietates. 77 1. 9 informatiõe. li. 24 alam. co. 2. li. 6 faciliter. li. 10 immoderate ꝑſumãt. li 15 altũ mentiõis. 78. 2. 34 fiendæ. li. 44 bonũ vniuerſale. li. 48 qd. 79. 1. 32 rõ rei li. 33 veri. co. 2 li. 17. etiã illa. li. 27 mediante ſeriatim. li. 29 ex incapacitate. li. 40 q̃ poſt eas ſunt. li. 42 digne habẽtur. li. 43 imitãtiũ diuinã. li. 44. cõformiter. li. 48 eũ ipſius. li. 50 adminiſtrãtur. li. 51 deũ principiũ. li. 53 ſuã ſcientiã. 80. 1. 5. poſſibilẽ dei. li. 6 hierarchij. li. 14. Docebatur li. 19 & 20. docebatur. li. 43. cõtrahitur. 81. 1. 12 infimũ. li. 34. q̃. 47. animi. 82. 2. 33 diuiſiuũ iuditæ. 84. 2 23 eſt li. 85. 1. 46 induũ. ib. de prunis. co. 2. li. 13 vllã. li. 21 agilis. 86. 1. 1 per cõbuſtibilia. li. 51 formarã. co. 2 li. 1 ſimiles. li. 3. qm habẽt. li. 9 odoramẽta ẽãt. li. 16 ꝓpter. li 43 ſcribitis. 87. 1. 28 reuelationũ. co. 2 li. 7 malo, apud. 88. 1. 45 ſuperatiuã. co 2 li. 56 diuina per. ib. quẽ librũ. 89. 1 27 nubis. co. 2. li. 24 idẽ qd. li. 37 rẽſerationẽ. 91. 2. 41 choro. li. 45 ꝑſidere. 95 1. 10 humidi 39 applicẽtur. li. 40 creaturę ibi. ſed ſurſum. li. 41 q̃nq; aios. co. 2 li. 30 lũ 16 radij. li. 56 bouis. 96. 1 23 partes. co. 2 li. 25 ſucceſſores. 99. 1. 43 munerum. li 26 actus. 100. 1. 25 fecerint. li. 57 ſignis. ib. reducimur. co. 2 li. 9. mõ eſſendi. li. 20 illuminatã. 101. 1. 22 cõtẽtiua 102. 1. 15 immaterialiter. co. 2. li. 4 nõ tñ cũctis. li. 50 docuerũt. 104. 2. 20 anteriora, ipſi etiã inferiores ad ſuperius extendũtur, & alijs ducatũ ꝑbent, & ita per hãc & c. li. 46 ipſi ãõ ſcibile. 105 1. 1. & immateriali diuiniſſimo. li. 9 variorum. li. 13 deo pleni. li. 15 ſcriptis & nõ ſcriptis. li. 23 hierarchię perfectæ. li. 42 operationẽ co. 2. li. 12. viri. li. 26 dignantes q; per ſacram. ib. teſtatur. li. 19 cõuerſationẽ. li. 43. deo. 106. 1. 26 inuiſibiliũ. li. 9 bonitas ſp. li. 32 inſperſas. li. 41 oẽs. co. 2 li. 34. diligẽtes 41 perfectus. 108. 1. 12 ſubſiſtentiã. 109 1. 19. Ferebat. co. 2. li. 51. 12 q̃ deo qui illud ꝓmiſit exiſtenti. 110. 1. 38. ꝓcurans. ib. li. 44. merito. 112. 1 42. ſuperbiæ. 113. 1. 28 quod ſpiritale. li. 47 munerum. 114. 2. 43 certis. 115. 2. 38 ꝓprie eſt. 116. 1. 32 lux magis. li. 46 baptiſati. li. 55 metaliter noſcere. 117. 2. 27 ſpũi eccleſiaſtico vnitũ. li. 5. ed. 119. 2. 17 cõſequẽter, quialis, 120. 1. 19 mãducens. li. 40 ponentur. 121 2. 42 cognitionibus. 122. 1. 8 illa. 123. 1. 13 diſponendo 124. 1. 30. increatũ. co. 2. li. 25 pluriũ cognitiuã. 125. 1. li. 18 inconcuſſã philoſophiã. co. 2. li. 29 cõcinnit. 126 2. 2 cuilibet. li. 23 ſpectantes. li. 37 viſionũ. 127. 1. 40 indocto. 128. 1. 2 diſcedunt. co 2. li. 29 egrediunt. 129. 1. 22 laudandorum. li. 46 fructuũ. 131. 1. 15 poſſeſſione. li. 47 apꝑhenſionũ. 132. 1. 46 perduſta. co. 2. 26 aduertit. 135. 1. 24 induendo. co. 2. li. 12 iſta eſt practica, idcirco ordinatur. li. 25 fluentis. li. 26. lucẽ. li. 28 ꝑſidere aut ꝑfici. li. 38 q non. li. 39 declarator. li. 42 emolliſant. ib. ſi rite. li. 44 ſanctior. li. 46 indocti. li. 51 facto. 136. 1. 19 gratuite. co. 2. li. 21. planior. li 28 abortiuũ. li. 38 aſſimilatur. li. 47 admittuntur. li. 56 & ordinat. 137. 1 20 cæleſtibus mentes. li. 52. quod Chriſtus ſecundũ. co. 2. li. 4. Hæc. 138. 1. 19 bñolentiæ. li. 41. adit item elogorum. co. 2. li. 10. modũ. 139. 1. 21 multipes. li. 21 intelligi ſacre. li 23 manifeſtationẽ. co. 2. li. 1 diuinius. li. 24 perfectionũ. li. 39 ordinatũ & c. 140. 2 32 nondũ. 141. 2. 7 tales. 143. 1. 43 g. 146. 1. 50 interior. 149. 2. 47 ab inuicẽ. li. 48 potius rõne per. li. 51 oſtendens in ſe eſſe ſcientiã. 150. 1. 33 ordinatione. i. ordinatã. co. 2. li. 13. vitã. Vñ. li. 19 vera ſuntamant, neq;. li. 20. beatificatã. li. 23 q̃ bonũ. li. 40 quid. 151. 2. 1 & renouaſſe. 152. 2. 44 & ſic viuentes. 153. 1. 2 q̃uo amicus. li. 40 cõtinuatim. 154. 1. 14 docere. 156. 1. 6 eſt per. li. 25. actiõrs. li. 30 vtroq; genu. co. 2. li. 25 deformarã. 160. 1 1 liber. co. 2. 51 duces. 161. 1. 39 aũt virum. co. 2 li. 13 tumultibus. 163. 1. 48 multitudinis. i. cuiuſdã. co. 2. li. 1 & ſeparet iſtos. li. 20 in quibuſdã. li. 30 cõpetens. 164. 1. 42 vniente. 167. 2. 40. vel dignitates participant. 168. 1. 4 deus inſpicitur. 170 1. 12 manifeſtat. 172. 1. 34 deputant hũoi refectiones. 173. 2. 6 ꝑſentiũ ac q; vt. 179. 1. 7 non dicit. li. 37 exordio. 183. 1. 18 de ſeipſo ico. 2. li 35 ſine. 186. 2. 19 ſed minus. 188. 2. 34 mixta ſunt. 190. 2. 49 mẽs. 191 1. 44. & æternitate. 193. 1. 50. ſapiæ rõnibus. 195. 1. 2 irrõnabilitas. ib. per. li. 11 oẽ cõꝑhenſibile vſq;. li. 17 & aſſidue ad ſapiam ſibi co. 2. li. 2 benigniter. li. 50. auditu, 196. 1. 7 quæſiuit nomen. 197. 1. 12 omnino. li. 19. viro, 198. 2. 7 ſupernaturale. li. 9 vere eſſentiata eſt. li. 17. deinceps ꝑ diffiniamus diſcretionẽ. 199. 1. 48 qui vt ait. co. 2. li. 9 diuinum ex patre. li. 38 indiuiſim, qm. 200. 1. 16 cuius reliqua. li. 19. & nõ mediate. 202. co. 2. li. 2 formam ſigilli. li. 34. & vere ſubſtantificari ſuperεſſentiale verbũ, hoc ẽ verbum ſuperſubſtãtiale. i. vnigenitum patris ſubſtantificari. i. incarnari, & c. 210. 1. 13 Ita. li. 18. ex ſanguinibus. virginis. 214. 2. li. vltima. Nẽpe vt in Ecc. fert. Sapia abſcõdita & theſaurus inuiſus, q̃ vtilitas in vtriſq;? ẽt, q̃ tos poterat in ea quæ ſecundũ nos eſt ſacrã doctrinã adducere. i. ſtuduit adducere ad intellectũ ſacræ ſcripturæ. quę eſt ſecundũ nos. i. noſtræ capacitati & cõmunitati, & c. 215. 1. 35. ſuauia, qm. 216. 2. purgatiõe. li. 7. diuinius quã ille. 221. 2. 16 dicitur li. vlt. Neq; eñ. erit idipſum ſecundum ſeipſum & bonum & c. 222 1. 3 an corrumpunt ſeipſos? ſi aut ẽ alijs, q̃ão corrumpunt, aut quid. & c. 225. 2. 30 infimum entium. 285. 2. 22 indicio li. 25. fugibile. li 48. conſonum. 239 2. 7 iſta tã excel. & c. li. 44. nec omifarie. 250. 1. 2 variationẽ. 252. 1. 2 ingreſſibilẽ li. vltimæ. manere. 255 1. 31 & cæteraſupereminere. li. 36. Et eſt 256. 1 41. dicit Clemẽs. 257. 2. 1. circa viuentia. 259 2. 17. indigna. 269. 1. 27 & digne ſiunt. 285. 2 8 intranſmutabilia. 290 1. 38. ſupereſſentiale. 292. 1 30. cõuenientia ſibi agunt. 305 2 42 & intelligentia ceſſet, propterea. & c. li 44. nõ ſolũ impura, ſed etiã para tranſilierunt. 307. 1. 4 id eſt ex ſeipſa. 310. 1. 27. incõprehenſibilẽ. 312. 1. 35 partes abradens. co. 2. 31. atq; qd ens. 341. 1. 5. depdari. 349. 2. 46 ſibi ſcripſi. 166. 1. 23 cõfidimus. 373 2. 4. indulgentiam. 379. 2 44. manifeſtatas. 381. 1. li. penult. deiformi. 382. 1. 33 cognitionibus. 385. 2. 10 ac viderer. 389. 1 4. 1 vnit. 390. 1. 9. fortẽ. li. 49. Igitur ſanctũ. 392. 1. 41. ſanctificato. li. 50 perfecto.

Sequitur Index.



# INDEX NOBILISSIMARUM QUARUMCUNQ; ſententiarum in omnes operum Dionyſij Areopagitæ quæ extant tranſlationes, ordine alphabetico diligenter ſeruato.

SI cui mirum fuerit cur hic vulgaris indicum conſuetudo non ſeruetur, qua ſcilicet paginæ ſingulæ notari ſoleant, is ſciat tum ſuo tum noſtro labore parſum eſſe. Nam multitudo tranſlationum exigebat multitudinem numerorum. Sed hoc quia nobis oneroſum & lectori inutile futurum erat, cum non minus facile caput aliquod inueniri poſſet, quã tot numeri: ſati⁹ eſſe putauimus hac vti methodo, tametſi nõ adeò trita, quam vias iſtas vulgares, ſed feſtinanti importunas, ſequi & c. Exempli gratia. Clauſula prima Indicis, Aaron vocatus non fuit per Moſen, ſed per deum, deſumpta ex 5. capitulo eccleſi. hierar. requirenda foret in quinq; locis, iuxta quintuplicem ſenſum: primo in magno textu, qui eſt Iohan. Scoti ſiue Scotigitæ Benedictini fol. 153. a. Secundo inter Dionyſii Cõmentaria fol. 157. e. Tertio in eius capitis Paraphraſi, quæ eſt Verſellenſis. 161. a. Quarto in trãſlatione Sarraceni. fol. 393. f. Quinto deniq; in tranſlatione noua Camaldulenſis in calce libri. fol. 17. e. Et ita de ſingulis clauſulis. Et prędicta in libro de diuinis nominibus & myſtica theologia 6. ſuperadditur tranſlatio quæ Marcilij eſt Ficini, & præcedit inter Commentaria Dionyſii immediate Paraphraſim.


AAron vocatus non fuit per Moſen, ſed ꝑ deum. ecc. hie. capite 5
Abſconditur indignis veritas ſub velamine vilium corporalium creaturarum. an. hie. capite 2
abnegatio omnium ducit magis perfecte in notitiam dei, q̃ affirmatio. an. hie. capite 2
ablatio omnium à deo ordinate debet fieri ab imis progrediendo ad ſumma. my. the. ca. 4
Actus hierarchici ſunt, purgatio, illuminatio, & perfectio actiuæ & paſſiuę. an. hie. ca. 3
actus hierarchici an ſint æterni. an. hie. ca. 4
actus quatuor, ſcilicet ſurſum actio, conuerſio, communio, vnio, ſe habent ordinate. an. hie. ca. 9
actus hierarchici etiam conueniunt eccleſiaſticæ hierarchiæ. ecc. hie. ca. 5
actio dei ad extra hebetari non poteſt. diui. no. ca. 8
Adamas vt ferrum ad ſe trahit, ſic deus oĩa entia. d. n. ca. 4
adoratio nulli debetur creaturę, ſed ſoli deo. di. no. ca. 5
Aer ſignificat diuinas, operatiões, q̃a habilis eſt ad mouendum. an. hie. ca 15
Alas inter cœleſtes ſpiritus, Seraphim tantum dicuntur habere. an. hie. ca. 6. ecc. hi. capite 4
alę Seraphim ſignificãt motũ eleuationis in deũ. a. h. c. 15
alis duodecim velatur chryſma. ec. hi. ca. 4
altare conſecratur chryſmate, quia Chriſtus fuit vnctus ſpiritu ſancto. ec. hi. ca. 4
altaris acceſſus ſignificat vitam eſſe deo totaliter ſupponendam. ec. hi. ca. 5
alimentum implet, curat, ſeruat, florere facit & renouat in conuiuio Chriſti. epi. 9
alimentum duplex, ſcʒ forte & liquidum proponit dei ſapientia. Ibidem
alimentũ forte eſt firma intelligẽtia diuinorum. Ibidem
alimentũ liquidũ, doctrina cõmunis per ſenſibilia. Ibi.
Amor entium inferiorum in angelis, non minuit amorem diuinum. an. hi. ca. 7
amabilis eſt deus, deſiderabilis ac diligibilis. epi. 10
amicitia eſt inter omnia entia, & quaſi harmonia muſicalis. di. no ca 4. & capite 8
amor dicitur eſſe deus, & quia amat, & quia amare facit. di. no. ca. 4
amor omnis ſcdm Hierotheum eſt virt⁹ vnitiua. d. n. c. 4
amores diuerſi reducuntur ad duos. Ibidem
amori diuino repugnat amor terrenus. di. no. ca. 8
Angelicæ hierarchiæ ſummatim ſentẽtia ꝑſtringit. an. hi. ca. 2
angelorum ſimplicitas præ cæteris conformior eſt diuinæ ſimplicitati. an. hi. ca. 4
angeli omnes præeminent hominibus. Ibidem
angeli dicuntur, quia diuina illuminatio primo gignitur in eis. Ibidem
angelorum miniſterio data eſt lex, & reuelantur diuina myſteria. Ibidem
angelico principatui Chriſtus ſe ſubdidit ſecũdum humanam naturam. Ibidem
angelorum nomen accipiunt etiam perſonæ de omnib⁹ ordinibus cœleſtium hierarchiarum. an. hi. ca. 5
angeli non accipiunt ſcientiam ꝑ collationem, id eſt, per diſcurſum. an. hi. ca 7
angeli inferiores ſcientias deificãtes accipiunt à ſuperioribus. an. hi. ca. 7
Angeli, Archangeli, & Principatus ſunt de infima hierarchia an hi. ca. 9
angeli quæ reuelant hominibus, accipiunt ab Archangelis. Ibidem
angeli gentilium & Hebręorum nõ ſunt culpandi propter malitiam cuſtoditorum. an. hi. ca. 9
angeli eiuſdem ordinis diſtinguũtur inter ſe ſecundum ſuperius & inferius. an. hi. ca. 10
angeli ſuperiores non mittuntur immediate ad exteriora. an. hi. ca. 13
angeli inferiores recipiunt aliquoties nomina ſuperiorum. Ibidem
angeli oſtendũtur in forma humana, propter modum cognoſcendi hominis. an. hi. ca. 15
angeli inferiores ignorauerunt myſterium incarnationis Chriſti. an. hi. ca. 7
angeli poſſunt purgari, non obſtante quod ſunt mundi. ec. hi. ca 6
angelos etiam ſupremos multa latent, quę ſoli deo ſunt cognita. ec. hi. ca. 7
angeli nos inſtruunt de diuinis. di. no. ca. 2
angelis attribuitur paternitas & filiatio. diuinorum nominum ca. 2
angelorum & animarum motus mentalis eſt & circularis, & rectus. di. no. ca 4
angelus infimus ſuperior eſt homine. di. no. ca. 5
angeli non dicuntur immortales, quia non habent immortalitatem à ſe. di. no. ca. 6
angeli etiam beati q̃uo nõ poſſunt deum noſare. d. n. c. 12
angeli non cognoſcũt deum ſicut cognoſcibilis eſt. my. the. ca. 4
aĩa ſeparata qualit' ſe habeat. ec. hi. ca. 7
anima Chriſti non ſcit omnia quæ verbum: quia illa ſola ſcientia dei cognoſcit. ec. hi. ca. 7
anima nulla eſt mala. di. no. ca. 4.
animæ malum non venit ſemper à corpore. Ibidem
anima non creat malitiam ſicut ignis calorem. Ibidem
animæ rationales inquirũt circulariter veritatem: angelus ſimpliciter. di. no. ca. 7
animæ potentiæ materialiter nominatę ex officijs, ſunt vna ſimplex eſſentia. diuinorum nominum capite 9


Appetibile

Appetibile omne deus habet in ſe. ang hie. capi. 2
apoſtoli didicerunt ſacram ſcripturã immediate à Chriſto, eccle. hierar. cap. 1 ange. hier. cap. 8
apoſtoli fuerunt primi duces noſtræ hierarchiæ, eccle. hierarchiæ capite 1
apoſtoli ſanctum chriſma vocauerunt vnguenti perfectionem eccle. hierarchiæ capite 4
apoſtoli fuerunt epiſcopi per miſſionem ſpiritus ſancti eccleſiaſticæ hierarchiæ capite 5
apoſtoli tradiderunt modum ſuſcipiendi & baptizandi infantes eccle. hierar capite 7
appetitus illius boni quod omnia deſiderant eſt diuerſimode in diuerſis, diuinorũ nominũ capite 4
Apollophanem philoſophum ſodalem ſuum S. pater Dionyſius ad Chriſtum conuertit, Epiſtola 7 & 11
appoſitione laudatur deus ab infimis aſcendendo, abſolute aũt econtrario omnia auferendo. myſt. the. c. 4
Aquilæ figura in angelis ſignificat regalem dignitatẽ. angelicæ hierarc. capite 15
Aquila remote videt, ſolem intuetur, alte volat. Ibidem
Archidiaconus vocatur hierarcha. eccle. hierar. capite 3
archidiacon⁹ eſt primus inter eccleſię miniſtros. ec. hi. c. 7
archidiaconus habet ex officio prædicare Ibidem
ars nullam rem producit, ſed aufert. myſt theo capite 2
Aſſimilat ſe deo quantum poteſt quælibet creatura hierarchica, angel. hierar. capite 3
aſcendendi debitus ordo eſt à ſe in deũ per media proficiſci, eccle. hierar. capite 2
Attributa deo quædam ſunt vnitiua & cõmunia, quædam diſcretiua & propria. diuinorũ noĩm capite 2
attributa deo nullo cogitabili modo diſtinguuntur. diuinorum nominum capite 11
Augmentatur ſcientia beatorum, ang. hie. capite 3
BAptiſmus præcedit obſeruationẽ mandatorum dei. eccl. hier. capite 2
baptizãdi adultum eſt ſpecialis modus, ibidem
baptiſmus debet fieri in nomine Trinitatis Ibidem
baptiſmus debet eſſe mors homini baptizato & abſcõſio Ibidem
baptiſmus dicitur eſſe illuminatio, eccle. hier. capite 4
baptiſmus perficitur in chriſmate Ibidẽ
baptiſmus confert duplicẽ pfectionẽ, ſed chriſma vnã.
baptizatus vngitur & veſtitur, & q (eccl. hie. capite 5 moritur ſimiliter, eccl. hier. capite 7
baptiſmus paruulorum nõ eſt deridẽdus, vt qdã faciũt. Ibi.
Bartholomæus apoſto. dicit theologiam eſſe prolixã & coarctatam, myſt. theo. capite 1
Btã virgo cũ Chro ſummis angelis eſt ſupior. an. hi. c. 7
Bñdicta gloria dñi, &c, dr̃ de ſumma hierarchia. Ibidẽ
bella inter creaturas deus extermidat, & pacem inducit, diui. no. capite 8, item capite 11
bellum quæritur vt pa habeatur, diui no capite 11
benignitatis exẽpla & pconia multa. Epiſt. 8. ad Demo.
Bonitas dei q̃uis ſit eſſentialis, frequenter tñ attribuiť perſonis. diui. no capite 2
bonitas dei ad modũ ſolis quaſi ex naturali proprietate ſe coĩcat, diui. no. capite 4
bonitas dei pro tanto dicitur intelligibile lumen, qa cœleſtes mentes implet lumine intelligibili. Ibidem.
Bonitas dei ſapientia & cętera attributa nullo modo cogitabili diſtinguuntur, diuinorũ nomi capite 11
bonitas & deitas interdum non abſolute, ſed contracte dicuntur. epiſtola 11. ad Caium
bonitatem licet primo attribuamus deo, in hoc tñ a rei veritate multum deficimus, diui. no. capite 13
bonus nemo niſi ſolus deus. Bonitas eñ nõ eſt propria, ſed coĩs omnibus perſonis. diuinorũ no. capite 2
bonum eſt ex q̃ oĩa ſubſiſtunt & ſunt. diuin. no capite 4
bonum non eſt mali cauſa Ibidem
bonũ eſt extra exiſtẽs per exceſſum Ibidem
bonũ oĩa participant, ſed inæqualiter Ibidem.
bono ablato nihil remanet Ibidem
bona oĩa inuicẽ ſunt amica & vni⁹ vitæ gergima, Ibidẽ
bonum eſt ex vna vniuerſali & tota cã, malum autẽ ex multis particularibus defectibus Ibidem
boni deſcriptio ſub breui recapitilatione Ibidem
bouis figura in angelis ſignificat fortitudinem. angelicæ hierarchiæ capite 15.
Breuiloquij eſt duplex vtilitas Ibidem
CAliginem oportet intrare ad contemplandũ diuina. myſticæ theolo. cap. 1
caligine diuina abſorberi dr̃, qſqs deũ noſſe ac videre meruit. In epiſt. 5. ad
canibus nõ eſt dandũ ſctm̃ (Dorotheũ eccleſiaſticæ hierarc. cap. 1 Item diuinorũ no. cap. 8
canities in ſacra ſcriptura attribuitur deo, quia fuit ab initio diuinorũ noĩm capite 10
capacitas creaturę maior maius lumen recipit. angelicę hierarch. capite 3, 4, & 7
capillorũ deciſio, per quã caput nudatur, ſignificat vitã non fictam ſed firmam, eccle. hier capite 6
catechumeni ad aliquid admittuntur, & ab aliquo excluduntur, eccle. hier capite 2
catechumeni non excluduntur ab exequijs ſicut a ſacramentis, eccleſiaſticæ hierar. capite 7
cauſarum oĩa gña attribuuntur deo, diui. no. capite 4
Centro & circumferentiæ comparantur notionalia & eſſentialia dẽi, diuinorũ noĩm capite 2
centro & lineis egreſſis ad circũferentiã ab ipſo, comparantur bonitas dei & eſſentia, diui no capite 5
cœli motus eſt ſine ſono, diuinorũ noĩm capite 4
Cherubim dicuntur oculoſi, ange. hier. capite 6, & 7
Cherub ſuperior influit Cherub inferiori, ang hie ca 8
Chriſtus ſcd̃m naturã humanã ſe ſubdidit principatui angelico, angeli. hierarc. capite 4
chriſma dum conſecratur circumuelatur 12. alis, poſtea reuelatur, ſed non in omnibus. eccle. hier. capite 4
chriſma cõtinet plures materias, & ſignificat Chr̃m. Ibi.
chriſmatis vnctio in baptiſmo, ſignificat baptizatũ eſſe dignum coĩone diuina, eccle hier capite 2
Chriſtus dicitur angelus quia euangelizauit veritatem. angelicæ hierarchiæ capite 4
Chriſti gloriã ſcd̃m humanitatẽ participant angeli. angelicæ hierarc. capite 7, & eccle. hier. capite 4
Chriſto immediatiores, ſcꝫ angeli, magis docti fuerũt ab ipſo, angelicæ hier. capite 8
Chriſtus qui eſt noſter hierarcha dicitur angelus exercituum. angelicæ hier. capite 12
Chriſtus ſimplex in ſe factus eſt pro nobis compoſitus. eccleſiaſticæ hierar. capite 3, & cap. 1, & 2, diuin. no.
Chriſtus ſicut chriſma ſuauiter redolet, & plus angelis q̃ nobis, eccle. hiera. capite 4
Chriſtus meruit per totum tempus vitæ ſuæ Ibidem
Chriſtus virtute ſua dedit ſpiritũ ſanctum, & ipſe accepit ſpiritum ſanctum
Chriſtus accepit ſuperadditamentum ſanctiſpũs, & ipſe eſt altare noſtrum. Ibidem

Chriſti



Chriſti perfectio eſt ſanctificare, quia deus: & ſanctificari, quia homo. eccleſiaſticę hierarchiæ capite 4
Cibo intelligibili deus nutrit omne quod ad ipſum p dilectionem extentum eſt, ec. hier. capite 1
cibus à perfectis non debet ſumi ex intentione, niſi ad neceſſitatem. ec. hierar cap 3
cimiterium debet eſſe ſanctificatum vbi catholici ſepeliuntur. ec. hier cap 7
circulus æternus circũiens omnia eſt deus. di. no. ca. 4
circulariter anima, ſimpliciter angelus quærit veritatẽ. diuinorum noĩm capite 7
circularis & rectus eſt angelorũ mentalis mot⁹. di. n. c. 4
Clauibus non alligauit deus potentiã ſuam, ſed præuenit, eccleſiaſticæ hier capite 7
Clemẽs ſanctus dixit (vt philoſophus) creatas cauſas eẽ exemplaria rerum. diuinorũ noĩm capite 5
Concilium ſacra ſcriptura attribuit deo, tanq̃ in agẽdo deliberet, In epiſtola 9 ad Titum
concupiſcentia eſt incircũſcripta, ſed concupiſcentia aliter eſt in cœleſtibus. angel hiera ca. 2
cognitionis aſcenſus in deum per corporalia fit entia, & per ſacram ſcripturam, ange hier capite 1
cognoſcendi deũ duplex modus, vnus propter corpus, alius propter animam. In epiſtola 9. ad Titum
cognoſcendi ſupercœleſtia eſt modus duplex, affirmatiuus & negatiuus. ange hierar capite 2
confirmati ſunt beati pro tanto, quia non poſſunt deſiderium remittere q̃ tendunt in deum. ang. hie. ca. 4
coniunctio cũ deo tanto eſt familiarior, q̃to eius participatio eſt maior. angelicæ hierar capite 4
communicans digne debet attendere ad conuerſionem ſanctiſſimam Ieſu Chriſti. ec. hier capite 3
compendium vnum vel vna proportio eſt totus mundus ſecundum ſuas partes, In epiſtola 9. ad Titum
corpus remunerari negant illi, qui dicũt animã ad aliud corpus migrare. ec. hierar capite 7
colores diuerſi in ſacra ſcriptura diuerſa ſignificant in angelis, qui regunt eccleſiam. ang hier cap. 5
Corruptio fit ex defectu naturalis ordinatiõis. di. n c. 4
conſenſus malus & cogitationes vagæ veniunt ex primo peccato. eccle. hierar capite 2
conſecratio epi & aliorum qũo debeat fieri. ec. hier cap 5
coſtæ pullulant ex ſpina dorſi. ange hiera capite 15
conſtituit deus terminos populorum iuxta numerũ angelorum dei. angel hierar capite 9
contraria ſunt eiuſdem gñis. diui. noĩm capite 4
contrarium nihil eſt deo, diui no capite 6
conuiuium ſapientiæ ad petitionem Titi exponitur. In epiſtola 9. ad Titum
cornua in angelis ſignificant defenſiõem. ang hie cap 15
Crater ſapientiæ tornatilis propinatur ſanctis. In epiſt. 9 ad Titum.
creatura hierarchica ſemper deſiderat aſſimilari & vniri deo. angelicæ hierarchiæ capite 3
creatura ſuprema in infinitum diſtat à deo Ibidem
creatio eſt opus ſolius dei. diuinorum noĩm capite 5
cruciformis ſignatio ſignificat abſtinentiam ab omnib. eccleſiaſticæ hierarchiæ capite 5.
Currus in angelis ſignificat cõiunctioinem gratię, gloriæ, & dignitatis ange hiera. capite 15
DAVid in Chaldea fuit doctor gentiũ à deo conſtitutus ange. hie. capite 1
Dauid & Ionathan amore vero ſe inuicem dilexerũt. diuino. noĩm capi. 4
Dauid illi dei parentem benignitas fecit dei amicitia dignum. epiſtola 7. ad Demophilũ.
Deſiderium & ſuſpirium eſt hierarchia cœleſti. ang. hierarchiæ capite 3, & capite 7, & capite 13
deſinunt eſſe inſtantia temporis, & ſimul incipiunt. diuinorum noĩm capite 4
deliberatio omĩs humana error eſt. diuinorum nomi capite 7
delectatio & triſtitia attribuuntur deo, qui facit delectari & triſtari. diui no capite 2
dæmones volunt malum nõ obſtante q cum omnibus volunt bonum. diuinorum noĩm capite 4
dæmones non ſunt mali per naturam, Ibidem
dæmones hñt motum deſiderij ad bonum. Ibidem
dæmonibus ineſt rõnalis furor & amens concupiſcentia. Ibidem
dæmonum naturalia ſunt integra & illæſa Ibidem
dæmones non acceperunt perſeuerantiam, nõ qa deus non dedit, ſed quia accipere renuerunt. Ibidẽ
dæmones nõ obſtante q ſunt à vera ſapientia, non deſiderant ipſam. diuinorũ noĩm capite 7
deitas præeminet omni eo quod põt ſignificare deitatẽ. angelicæ hierarchiæ capite ſecundo
deus ſignificatur ſub diuerſis formis ſenſibilibus, ſicuti eſt ſol, ignis, vnctio, &c. Ibidem
deus a nobis diffiniri non poteſt. ang. hiera. capite 4
deo qui familiariter iũgi deſiderat q̃maxime conari debet ei pro viribus ſimillimum fieri, ac ſibi eſſe bonorum conſcium. Epiſtola 8. ad Demophilum
deum nullus ſanctorum in via vidit. angelicæ hierarchiæ capite 4.
deus per angelos gentes & Iudæos rexit & regit. angelicæ hierarchiæ capite 9
deus vocatur quilibet vir ſanctus. angel hier capite 12
deus eſt immediatus illuminator omnium & repletor, angelicæ hierarchiæ capite 13
deus dicitur ignis propter eius actiuitatẽ. ang hie ca 15
deificatio eſt aſſimilatio & vnitio ad deum. eccleſiaſticę hierarchie capite 1.
deũ in via cognoſcimus duplici via, q̃rũ vna eſt ex parte corporis, & alia ex parte aĩæ. In epiſt. 9. ad Titũ
deo multa attribuť in theologia ſub figuris rerũ. Ibidẽ
deo vere omnia attribuuntur, & ab eo verius remouentur. myſticæ theologiæ capite 1
deus ſeipſum donat ineffabili virtute ad deificationem. diuinorum nominum capite 9
deo nihil eſt aſcribendum, nec de eo loquendum, niſi q̃tum docet nos ſacra ſcriptura. diuino no capite 1
deus non eſt exiſtens, ſed ſuper exiuentiam. diuinorũ nominum capite 1, capite
deus licet non ſit bonum indicibile, eſt nihilominus bonum communicabile. Ibidem
deus eſt deificatio deificatorum & bonum omnium. Ibidem.
deus dicitur vita & ſubſtantia, & cætera, quia ab ipſo procedunt. diuinorum nominum capite 2
deus nec eſt, nec habet vnum. Ibidem
deus non eſt deus, ſed archideus. Ibidem
deum laudant non exiſtẽtia, quia ipſe nõ eſt exiſtns, ſed ſuper exiſtentia. diui no capite 4
deus amat, facit, perficit, continet, & conuertit omnia. Ibidem
Deus videt & malum & bonum. Ibidem
deus eſſentialiter loquendo, nec gignit, nec gignitur. diuinorum nominum capite 5
deus continet omnia eminenter. Ibidem

deus eſt

deus eſt generaliter omnia,& eſt vbiq;. Ibidem
deus eſt pulcher ſine pulchritudine, quia eſt ſuper pulchritudinem. Ibidem
deus eſt lumē inuiſibile,innominabile, incōprehēſibile, & tamen præſens omnib⁹.di.no. capite 7
deus ſcit omnia ſenſibilia,& tamen eſt ſuper omnē ſenſum.Ibidem
deus eſt caligo inpalpabilis rationi,inuiſibilis menti,p̄accipiens omnia. Ibidem
deus vnica cognitione, cognoſcit ſe & omnia. Ibidem
deus,q̄uis non ſit aliquid exiſtentium, ordo tamen exiſtentium ducit in notitiam ſui. Ibidem
deus nouit ſe non furentem, aut ecſtaſim paſſum, vt dixerunt aliqui inſani. Ibidem
deo nihil eſt cæcum nec ſurdum.di no capite 8
deificationē præbet virtus prima creaturæ rōnali. Ibi.
deus non debuit entia melius feciſſe q̄ fecit. Ibidem
deus noſter iuſtitia,ſaluatio & liberatio eſt.di no ca 8
deus dicitur Magnus,Paruus,Similis,Diſſimilis,Stans, Motus,Aequalis,Idem & Alter.di no capite 9
deus ingreditur ad ſeipſum.di no capite 11
deificatio eſt donum dei.di no capite 11
deitas dicitur prouidentia circūſpiciens omnia bonitate perfecta.di no capite 12
deum contemplando irrationalitatem & imprudētiam incurrimus.my the ca 3
deus non eſt aliquid illorum quæ homo vel angelus cognoſcere poteſt.my the ca 5
deus nō cognoſcit eſſentia vt ſunt in ſe,ſed vt ſunt ī verbo. Ibidem
deus ſuperſubſtantialiter eſt, & ſuper oēm mētem atq; intelligentiam noſcitur.epiſtola 1, ad Caium
Dicere & benedicere dat deus.di no ca 13
diffinitio hierarchiæ,quod eſt ſancta congregatio rationalium perſonarum &c. an hi ca 3
dilectio dei eſt finis omnium. ec hi ca 1
dilectio vnitiua eſt cognitionis effectiua.my the ca 1
dilectio & amor in diuinis idem ſunt di no ca 4
dij multi dicuntur dn̄i multi.diui no ca 2
dij vocātur principales in ſingulis ordinib⁹. di no ca 12
diſtractionem auertit primum lumen, & mentem conuertit.an hie ca 1
diſſimilitudo nulla eſt Trinitate adintra, & igitur ipſa ſola eſt munda,an hi ca 3
diſſimilis eſt deus omnibus, & nulli coordinatus. diui. nominum capite 9
diſtantia incomparabilis, id eſt, infinita eſt inter deum & ſupremas creaturas.ange hie ca 13
diſcalciatio eſt oīm terrenorū abdicatio.an hi ca 15
diſtractionis ab vno ad multa cauſa eſt primum peccatum.eccle hi ca 3
diuina ignoratio vera cognitio eius eſt,qui omnibus ſupereminet cognoſcibilibus. Epiſtola 1.ad Caium
diuina non niſi deus, nec humana niſi homo quis operari poteſt.ec hie ca 2
diuina nō magis à nobis intelligi quā intelligibilia ſentiri & figurari poſſunt di no ca 1
diuina ſicut non ſunt à nobis intelligibilia,ſic nec dicibilia,quia ſunt ineffabilia. Ibidem
diuerſitas attribuitur deo,quia ipſe idem manens omnis diuerſitatis cauſa exiſtit.di no ca 9
diuerſitas aut multiplicitas nulla eſt in diuina eſſentia. Ibidem & capite 11
diaconorum miniſterio ordines quinque purgantur,eccle hie capite 6
diaconus maior eſt monacho qui nō eſt diaconus. Ibi.
Doctores gentilium conſtituti fuerunt à deo Ioſeph & Daniel. an hie ca 9
doctrina exiſtente in mente diffunditur exteri⁹ per mediam ſeriem corporalem.ec hi ca 1
docere nullus debet qui non recte conuerſat̄.ec hie ca 3
doctrina cōmunis comparatur liquori, rori,vino, &c. In epiſtola 9 ad Titum
doctrinam ſacram tradendi eſt multiplex modus.Ibidē
doctoribus perfectis reuelantur ſignorum ſignificationes.eccle hie capite 1
docens & diſcens debet eſſe medius inter diuinam veritatem, & noſtram poſſibilitatem. di no capite 1
doctor & diſcens verus,nec vltra p̄ſumit, nec infra torpet. Ibidem
dominationes dicuntur quæ ab omni ſeruitute inhoneſta ſunt liberæ. an hi ca 8
domus ſapientiæ & cōuiuium,quæ ſint in epiſtola 9 ad Titum
doloſum cōſilium attribuitur deo, vt ibi: Quis decipiet Ahab? In epiſtola eadem
dominatio eſt vniuerſalis poſſeſſio pulchrorum, & vera fortitudo non valens decidere.di no ca 12
dona ſua dat deus vnicuiq; ſecundum propriam virtutem.diui nomi capite primo
EBrietas deo attribuitur propter ei⁹ plenitudinem. In epiſtola 9.ad Titum
Eccleſiaſtica hierarchia eſt immediata hierarchiæ infimæ angelorum. a h c 9
eclypſim ſolisq; defectum tempore paſſionis Chriſti Dionyſius cum ſuo ſodali Apollophanæ in Aegyptia vrbe Heliopoli mirificam ſupraq; naturam mirati ſunt. Epiſtola 7.ad Polycarpum & 11. ad Apollophanem.
Egritudo eſt ex defectu ordinatę proportionis humorum.di no ca 4
Elymas Magus dixit Paulo, quō deus ſit omnipotens, cum aliquid non poſſit? diui no capite 8
electri & æris candentis nomine ſignificantur angeli. an hie capite 15
electio debet fieri per inuocationem ſpiritus ſancti.ec. hie capite 5
Epiſcopus eſt hierarcha ſicut & apoſtoli.ecc hi ca 1. & 2.
epiſcopus debet bonitatem primi luminis imitari,vt omnes doceat,ecc hie ca 2
epiſcopi docētur de modo & ordine celebrādi.ec hi ca 3
epiſcopales operationes ſunt imagines perfectiuæ diuinæ virtutis.ec hie capite 5
Epiſcoporum tantum eſt conſecratio ſacerdotum,altaris,& chryſmatis. Ibidem
epiſcopus conſecrandus, genua flectit, habens ſcripturas ſacras ſuper caput. Ibidem
epiſcopi ſunt maiores monachis,quia perficiunt: monachi tantum perficiuntur.ec hie ca 6
epiſcopus eſt angelus domini exercituum.ec hie ca 7
Equalis dicitur deus,quia ęqualiter ad omnia procedit, & in omnibus eſt.di no ca 9
æqualiter deus omnibus influit, ſed non æqualiter accipiunt.an hi ca 9. & 13. Et eccle hie ca 2
ęquorum figura in angelis ſignificat obedientiam. angelicæ hierarchiæ capite 15
Ens omne habet aliquam virtutem ſeu potentiam. diuinorum nominum capite 8
entia omnia etiam infinita habent reſonantiam familiarem.an hie capite 2
entia omnia plena ſunt diuina harmonia,& ſancto decore. diuinorum nominum capite primo

entia,&



entia, & etiam non entia in bonum tendunt, & ipſum appetunt. diuiuorum nominum capite 4
entis & non entis medium eſt ipſum malum. Ibidem
energumeni ſuut immundi.eccle. hierar capite 3
Erroris cauſa circa diuina eſt elongatio diuinorum à noſtro modo cognoſcendi. In epiſtola 9. ad Titum
Eſſe eſt in prima cauſa,& ipſum non eſt ipſa,nec ipſa eſt in eo &c. diuinorum nominum capite 5
eſſe dei eſt melius in nobis q̄ eſſe noſtrum:quia p ipſum toti noſipſi à nobis extranei efficimur.di.no.ca 7
eſſe,& eſſe tale præcedit operari,& operari taliter.eccleſiaſticæ hierarchiæ capite 3
eſſentialia in deo frequenter attribuuntur perſonis. diuinorum nominum capite 2
eſſentia diuina ſuper omnia exiſtentia extenditur. diuinorum nominum capite 5.
eſſe eſt primum inter diuina,& primo creatum. diuinorum nominum capite 5
Aeternum nō omne eſt deo coæternū.diui. no.capite 10
Aeuum q̄nque æternitatem,quandoq; totam temporis continentiam ſignificat. Ibidem
æui & temporis modo laudandus eſt deus. Ibidem
æuum eſt deus,& eſt vita tota ſimul & quieta. Ibidem & capite 5
Euchariſtiæ ſumptio eſt imago perfectæ manducationis in patria.angelicæ hie.capite 1
euchariſtia eſt vltimum quod datur adulto nouiter baptizato.eccle.hierarchiæ capite 2
euchariſtiæ ſumptio ſingulariter dicitur cōmunio, qa varias vitas vnit.eccle. hierarchiæ capite 3
euchariſtiam ſumentibus ſacramentaliter & ſpiritualiter,ſimilem gratiam dat deus. Ibidem
euchariſtiam in eccleſia nullus debet dare niſi accipiat,ſicut nec docere,niſi ſit doctus. Ibidem
euchariſtia confert dei cognitionem,quæ eſt vnitiua cū deo.eccle.hierarchiæ capite 5
euchariſtiæ communio datur ſacerdotib⁹,& monachis dum perficiuntur.eccle.hierarchiæ capite 6
Exemplaria in deo dicūtur formales entium rationes. diuinorum nominum capite 5
Eſſe primũ qũo ante omne ſit eſſe ſecundum 304 e
Euchariſtia ſacra efficit in aĩb⁹ q̃d cib⁹ in corpib⁹. 131 f
euchariſtia ſacra triplicẽ habet ſignificationem 122 d
euchariſtia gloriæ futuræ pignus dicitur, 8 d
euchariſtię ſacramentũ diuiniſſimũ eſſe alimentũ. 144 d
euigilatio diuina quæ ſit. 353 d
Excellentiã dei quænã magis cõmendent 313 a
exemplo docere magis eſt q̃ verbo 213 f
exercitia dæmonum quæ. 373 c
exercitia religioſorũ quæ eſſe debeant 315 c
FAciendũ nihil ſine conſenſu ẽpi. 360. f
familiaritas cum deo quanta fuerit Moſi. 342 d
famulus dñi q̃re dict⁹ ſit Moſes Ibidẽ
Feſtiui dies qũo honorandi. 363 d
fidei bona quæ ſint. 271 f
fidei cõſtãtia B. marty. Ignatij q̃ta fuerit. 364 a
fidei diffinitio iuxta Diony. Areopa. quæ. 272 a
fidei multæ diffinitiones. 271 f
fideli neceſſario habenda opera fidei, 337 b

fidei multæ diffinitiones 271 e, f
fideli neceſſario habenda opera fidei 337 b
fidelibus quæ fidei ſufficiant ad ſalutem. 337 b
fides catholica martyrum teſtimonijs ſolidata. 273 c
fides de ſctiſſima Trinitate q̃lis eſſe debeat 362 c,d
fides quid ſit 26 b 271 e
fides reſurrectionis mortuorum vera quæ ſit 362 a,b
fides vera deChriſti hũanitate ac geſtis q̃ ſit. 391 e,f.
filiatio qũo auferatur diuinis 310 c
finis orationis quis, vel q̃d orationis obiectũ 319 c
finitum omne eſt omne imperfectum, 24 a
Formæ & paſſibilitates quæ deo ſignificatiue attribuũtur, quomodo ſint accipiendæ 315. d,e,f. 316 a,b
fornicatio ſpiritualis quæ ſit 45 a
Fructus multiplex ex laude hierarchiarũ cœleſtiũ 11 d
Furor quid ſit, 90 d
GAuderetpe mortis eſſe admodũ paucorũ (356 f
gaudij origo qs ſit. 158 e
gaudium felicitatẽ perficit 91 d
Generatio quid 236 c
Gradus charitatis triplex 314 e
gradus inferiores eccleſiaſticæ hierarchiæ cui cœleſti reſpondeant ordini. 318 a
gradus ſapientiæ triplex, 314 c
gratia gratũfaciens à deo ſine medio tribuitur, 55 f
HAbitus animi qui ſint. 321 d
habitus corporis qui ſint 321 d
Haleluia quid ſignificet 148 b
Hæreſes q̃rundã veſanorũ de Chriſti hũmanitate ac geſtis, 361 e,f.
hęreſis fingentiũ Chriſtũ nõ fuiſſe verũ hoĩem. 359 f
hęretici & ſciſmatici quantũ fugiendi fidelibus. 365. e,f
hæretici quantopere fugiendi, 359 c
hæreticorũ conciliabulũ inimicũ Chriſto Ibidẽ
Hierarchia angelorum quæ ſit, 27 a
hierarchia eccleſiaſtica quæ ſit 100 c
hierarchia cœleſtis q̃libet in tres ordines diſtinguit. 67 c
hierarchia quid ſit 21 d 22 a
Hierotheus de cœleſti. hierarc an libros ſcripſerit. 2. d
Hominẽ dãnatiõis ſuæmet eſſe cauſam 354 c, d
hoĩes diuerſi an ad diuerſos angelorũ ordines aſſumãt. (93 e
homines interdũ angeli nominãtur 30 b
homines qũo aliq̃n dij vocantur 70 e
hominũ perficiendorũ tria ſunt gña 165 e
hõ in ſtatu innocentiæ angelũ cuſtodẽ habuit 33 b
hõ qũo accipiatur in malum 344 d
hoſtiã deũ nõ recte dici 310 b
Humanitas qd fuerit diuinitati Chriſti, 335 a
humanum quid dicatur 344 d
humilitas meretur exaltationem. 361 d
humilitate q̃ta deus ſit exorandus 318 f
humilitatis q̃tæ fuerit beatiſſimus Ignatius 359 b,c
IAcob⁹ iuſtus fr̃ dñi Ieſu laudat⁹ a S. Ignatio. 358 c
Ideæ in deo qd. 262
ideæ quid. 2 d
Ieiuniũ q̃re magis ĩ pcepto ſit q̃ oratio aut eleemoſyna 322 c
ieiunium quid conferat homini 322 b
Ignatius ſctũs martyr ac pſul qs vel q̃lis fuerit 357 a
Ignatiⁿ ſctũs martyr qb⁹ dictarit ſuas epiſtolas, 357 b c
ignis proprietates quæ? 85. d,e,f 86. a,b,c.
Illũinatio immediate a deo an aliqbus ſctis ſctã ſit. 93 f
Imagines angelorũ figuratiuę quid ſint. 82 a
imagines dei vocantur ſancti 22 d
imago duplex eſt 46 d
immerſio trina ad baptiſmum ſpectat 110 e
imperator Græcorũ Frãcorũ regi Dionyſij libros miſit 1 d.
impœnitẽtia dæmonũ q̃ta. 324 f
inacceſſibilis quomodo ſit deus 335 e
Incarnatio Chriſti, noſtra eſt deificatio. 129 b
incarnationis Chriſti modus incõprehenſibilis 204 c
incarnationis Chriſti myſterium latuiſſe dæmones. 362 f, 363 a, b, c,
incognoſcibilem diuinitatẽ eſſe oĩbus exiſtentib⁹. 310 c
increpare quotidie ſeipſum quid homini cõferat. 314 f
increpationes dei non contemnendæ. 88 d
indoctus diuinorum quis ſit. 304 c
ineffabilem eſſe diuinitatem. 310 b
innocentia Iacob patriarchæ quæ. 342 d, e
innominabilis quomodo dicatur deus. 310 f, 314 a,b
intellectus & ſenſus differentia quæ. 53 f
intelligentia quomodo non dicatur deus. 310 b
intelligibilem non eſſe deum. 310 b
intelligibile quid ſit. 69 e
intelligibilia oĩa quõ auferenda à deo 310 a, b, c, d, e
intentio libri miſticæ theologiæ quæ ſit. 302 e
inſtrumẽta corporalia angelis attributa qd ſignificẽt. (95 d
iuuiſibilẽ deum fore oĩ viatori, 305 b
Iohannes apoſto. qũo magis amatus à Chriſto. 354. b
Iohannis euangeliſtæ exilium. 354 b
Irrationalia diuinam participare bonitatem. 225 c
Iſaias an ſacerdos fuerit. 72 e
Iuſti myſticum Chriſti corpus dicuntur. 134 d
iuſtitia dei quare iuſtos aduerſa pati pmittat. 278 a
iuſtitia dei quæ. 277 d
iuſtitia diuina qũo omnibus pręſtet ſalutem 278 c
iuuentus non ſpernendus 360 d
LAtitudo dei, lõgitudo & pfunditas qũo intelligẽda. 283 e,f
latria quid. 28 b
laudare deũ ſupeſſentialit̃ qd ſit 307 a
Lætitia & triſtitia angelorũ q̃. 542 e, f
Locus nunq̃ dandus diabolo. 373 d
locutiones amatoriæ quare truncatę ſint. 308 d
Lucem deum non dici. 310 b
lumen diuinum quare non omnia illuminat. 217. 226 e
MAgnitudo qũo deo nõ cõpetat, 310 b
Magneſiani qui dicantur. 360 c
maliloqis q̃topere abſtinendũ. 363 f
mali nihil ex deo, nec in deo eſſe, 238 c
malum duplex eſt. 247 a 354 c
malum impoſſibile eſſe in bono. 247 f
malum naturæ quid, 248
malum non eſſe ens aliquod. 347 b
malum ſemper inſtabile. 249 b
malum ſubſtantijs nõ ineſſe. 237 f
mania quid ſit. 308 c
manſuetudo infuſa donata Moſi. 342 a
manſuetudo quanta collata fuerit Moſi. 542 b
manſuetudo quid efficiat 342 a
Marja auguſtiſſima ſp̃ virgo ſummè collaudata à B. Ignatio. 358 b
Maria beatiſſima virgo vera imitatrix dulciſſimi ſui filij 358 e
Mariam matrem domini videndi cupido q̃ta tenuerit primitiuam eccleſiam. 358 b
Mariæ ſororis Moſi præſumptio 344 e
martyria ſctõrum quare natalitia eorũ vocent. 172 f
martyrij feruorẽ q̃tum habuerit B. Ignatius. 370 a,b,c
medicus verus Chriſtus quã nr̃am potiſſimũ ſanauerit plagam, 373 a
medium duplex eſt. 59 d
Melchiſedech qũo ſacerdos fuerit. 62 b
memoria & obliuio quomodo deo cõueniant. 130





mendacia pſeudoprophetarum. 344 f
mens hoĩs in dei agnitionem ex eius effectibus proficit tripliciter. 313 a
miniſterium triplex eſt 39 b
modi tres ſequendi deũ vocantẽ ad ſuũ obſequiũ, 371 f
modus duplex diuinarum reuelationum. 5 d
modus duplex ſanctæ manifeſtationis 10 b
monachi cui cœleſti reſpondeant ordini 318 a
monachi officium quod. 167 d
monachi q̃re ſpecialiter dicti famuli dei. 346 a
monacho quænam caſtigare aut corrigere liceat. 345 c
monachorum primitiuæ eccleſiæ ordo quis. 344 b
monachus quid ſit. 26 d
Moneta diaboli eſt homo impi⁹ & irreligioſus. 360 f
moneta probata eſt homo religioſus & pius 360 f
mors quid. 115 f
Moſes & Paulus an deũ in hac vita p ſpẽm viderĩt. 31 a
motor primus deus quomodo mouere dicatur. 4 e
motus cœli quaſi inferiorum vita eſt. 87 d
motus corporis quot ſunt 372 b
motus dei triplex 284 e
motus quomodo non ponatur in diuinis 310 b
Myri compoſitio quomodo ſit. 144 a
myſteria noua & abſoluta quæ ſint. 303 f
myſterium incarnatiõis qũo angelis cognitũ fuit. 146 f
NAtura diuina quomodo & quando dicatur trina. 308 b
natura humana quatuor vulneribus vulnerata eſt. 132 d
naturã dæmonũ malam non eſſe. 239 b
Negationes in diuinis affirmatiõib⁹ tutiores eẽ. 300 b
negationes in diuinis non defectum, ſed perfectionem ſignificant. 269 c
negatiões in laude dei fortiores eẽ affirmatiõib. 307 b
Nocumentum alteri machinari q̃ta impietas 346 f
nomen Chriſtianũ q̃tæ ſit excellentiæ 361 b
nomen dei ſanctificari quomodo poſtulamus 320 a
nomẽ dei Tetragrãmaton quõ diuinã eẽntiã deſignet. (203 d
noĩa diuina q̃re Diony. Areopag. ſcripſit. 213 b.
noĩa quænã de deo enunciantur proprie. 311 a
Numerus quõ deo non conueniat, 310 b
OBedientialem quãdam potẽtiam ineſſe omni creaturæ. 335 b
obedientia quãta debea epiſcopis? 359 a 360. d e
obedientia q̃ta debeat ſacerdotib⁹ 359 a
obediẽtia victimis ẽ pſtãtior ac melior. (33 f
obiecta pc̃ti triplicia. 322 f
obiectum voluntatis quod ſit 314 c
Omnia quomodo dicantur eſſe in deo 259 e
oĩa qũo ſimul deo prædicentur atq; negentur 259 d
Opera ſanctæ Trinitatis indiuiſa eſſe. 202 f
opinio quid ſit. 310 b
opinio qũo deo non conueniat. 310 b
Oratio directa quæ dicatur 319 b
oratio indirecta quæ ſit. Ibidem.
orationem eſſe in toto duplicem. Ibidem
ortiones & eleemoſynæ pro bonis defunctis gratiarũ actiões dicũt. 173 c
or̃ones q̃ntuplici fieri mõ 319 a
orationi neceſſaria in deũ cordis directio 318 b.
orationis magna efficacia 212 d
orationis virtus quanta ſit 211 f
orationũ iuſtorum efficacia quæ. 175 f
oratio omnis actionis principium ſit. 213 a
oratio quomodo ſit inchoanda. 318 b
oratio S. martyris Ignatij pro ſuis oui. us. 360 b
oratio vehiculum eſt quo peruenitur ad deum. 212 a
ordinate omnia facienda. 343 f
ordines perficientium tres ſunt. 161 c, 167 e
ordo eccleſiaſticarum dignitatum. 344 a,b
ordo nullus in inferno, quomodo intelligendũ ſit. 31 e
ordo orationis dominicæ quis. 319 f
ordo qũo diuinis conueniat, & qũo non. 310 b
originem non eſſe in deo. 310 b
Oſcula mortuis olim dabantur. 173 d
oſores dei quomodo odio habendi. 264 a
Ozæ proteruia. 344 e
Oziæ regis præſumptuoſa thurificatio. 344 d
PAcem qũo cuncta deſiderẽt. 291 f, 292 e
pacem veram eſſe à ſolo deo. 372 e
paruitatem deo non competere. 310 b
paſſus quomodo dicatur deus. 335 c
paſtor quis ſit. 26 d
paternitas qũo negẽt rite ĩ diuinis. 310 c
pater quomodo lumen principale dicatur. 5 c
patientiæ cauſa q̃nam fuit martyribus in eorum tormẽtis. 354 e
Paulus apoſtolus Dionyſii & Hierothei communis magiſter 272 d
paupertatem quare Chriſtus elegerit. 375 a
pax diuina omnia penetrat 293 e
pax diuina quæ. 291 a
pax diuina qũo ſibi angelicas mentes attrahat. 291 c
pax quid ſit. 129 f
Peccator angelum cuſtodem contriſtat. 45 d
peccatorum differentia multiplex. 61 c
peccat quis trifariam. 323 a
peccatum eſt duplex. 321 f
Peccatum qualis ſit morbus. 322 a
pœnitentes quomodo ſuſcipiendi. 363 f
perfectio duplex eſt. 167 a
perfectiones creaturum qũo conueniunt deo. 311 d
perfectiones creaturarum qũo ſint in deo. 312 e
perfectionis diuerſi ſunt gradus. 148 f
perfectio quomodo deo conueniat. 298 d
Phantaſia quid ſit. 310 b
phantaſiam locum non habere in deo. 310 b
phantaſma quid ſit. 94 b
phantaſmata non eſſe neceſſaria intellectui ſpeculatiuo. 315 c, d
Philadelphenſes qui dicantur. 363 d
Philippenſes qui dicantur. 362 c
philoſophia delectationes multas habet annexas. 144 b
philoſophia religioſorum quænam eſſe debeat. 315 c
Photini heræſis de diuina cognitione. 307 a
Politia domeſtica qũo ſeruanda, 364 b, 367 a
Polycarpi ſancti martyris laus. 337 b
potentiæ peccati quæ ſint. 322 f
pontifices cui cœleſti reſpondeant ordini. 317 f
pontificis ſummi quanta excellentia. 364 f
Prædeſtinatio quid. 260 b
prælatus quiſnã pręficiendus gregi durę ceruicis. 342 b
preſbyteri qui ſint. 359 d
præſentia dei aſſidue penſata, crimina vitare facit. 157 d
præſidentibus remiſſis negligentibusq; quale inſtet iudicium 315 b
principia rerum duo eſſe impoſſibile eſt. 247 f
principium rerum omnium eſſe vnum. 58 e
prodeſſe alteri ex charitate quanti ſit meriti. 346 f
prophetia D. Diony. Areop, de liberatiõe Iohãnis apo. ab exilio. 354 f
proximus qũo ſit diligendus. 359 d
Pulchritudo ſpiritualis tria requirit. 47 a

Q Vadrageſima qũo celebranda 363 d
quare fil⁹ dei in hũc venerit mũdũ. 318 d
Quidnã nos á deo magis retrahat. 314 f
quid propter qd attribuat̃ Chr̃o. 335 c
R Abbi Moſis de ſolis ſtatione tẽpore Ioſue error. 338 a
rõnalis creatura ſola peccare poteſt. 322 f
ratio inſtitutionis ſacramentorum triplex. 116 f
ratio quomodo in diuinis locum rectẽ non habeat. 310 b
Recognitio propriæ imperfectionis q̃ laudãda. 315 c
reſurrectio ac corporum glorificatio. 265 a
reuerentia quanta debeatur prælatis. 360 c
reuerentia quanta debeatur epiſcopis. 359 c
reuerentia quæ debeatur diaconis. 359 b
Romani qui dicantur. 369 f, e
S Acerdotes cui cœleſti reſpondeant ordini. 317 f
ſacerdotes inter deum & homines mediatores dicuntur. 109 f
ſacerdotes inter homines cur angeli vocentur, 69 d
ſacerdotum conſecratio quomodo fiat. 156 b
ſacerdotum iniquorum egregia deſcriptio. 345 b, c
ſacerdotum ordo in eccleſia quis. 344 c
ſacrificium ſacrificiorum euchariſtiæ ſacramentum vocatur. 22 c
ſalus propria non negligenda. 376 b
ſapientia chriſtiana quæ ſit. 303 e
ſapientia philoſohica quæ dicatur. 314 d
ſapientia quænam nunq̃ ſit informis. 314 c
ſapientia quomodo elongetur á deo. 310 b
ſatisfactionis tres eſſe partes. 322 a
Saulis ſacrificium præſumptuoſum. 344 d
Scientia actionem dirigit. 23 b
ſcientiam non dici in deo. 310 b ſcire quid ſit. 336 a
ſcopatio quotidiana ſpiritus qd cõferat homini. 315 a
ſcrutanda non eſſe q̃ noſtrã capacitatẽ excedunt. 344 f
Seculum non eſſe deum. 310 b
ſenſibile quid ſit. 169 c
ſenſibilia oĩa qũo ſubtilius de deo negẽt q̃ ponãt. 309 d
ſenſus corporei qũo ſint reformandi. 372 c
ſenſus quid ſit. 311 a
Seraphim quid ſignificet. 42 b
ſerui quinam ſint dei. 377 d ſeruitus duplex. 54 a
Significari an deus poſſit à nobis. 311 b
ſilentium diuinum quod. 291 a
ſilentium non eſſe in diuinis. 310 b
ſimilitudo dilectionis ratio eſt. 23 d, 158 d
ſimilitudo & diſſimilitudo qũo deo conueniãt. 284 c
ſimilitudo quomodo non ſit in deo. 310 b
Simonis, Menãdri, Baſilidis, Nicolaitarum, Theodoti, & Cleoboli heræſis peſtifera. 360 a
Simonis Magi Veſania. 265 c
Simplicitas Abel iuſti. 342 e
ſinus patriarcharum quid ſint. 175 d
Smyrnenſes qui dicantur. 365 b
Solis ad deum ſimilitudo. 227 a
ſomnus diuinus quis ſit. 353 d
ſophiſticé loqui quam iniquum. 337 d
Spiratio qũo dicatur non eſſe in diuinis. 310 b
ſpiritus omnes cœleſtes cur angeli vocentur. 34 e
Stationem diuinis nequaq̃ competere. 310 b
ſtatiõis ſolis & lunæ tpe Ioſue opinio duplex. 338 a, c
Subdiaconi cui cœleſti reſpondeant ordini. 318 a
ſubiecta peccati quæ ſint. 322 f
ſubſtantia angelorum dupliciter conſideratur. 37 b
ſuperbia q̃tum malum. 372 e
ſuſtinenda qũo oĩa ſint propter deũ. 366 c
Symbolice q̃nã de deo dicantur. 350 a, b, c, d, e, f.
T Actũ diuinũ nõ cõprehẽdi. 310 b
Tarſenſes q dicantur. 361 d
Thearchia quid ſit. 17 b
Telete quid. 98 d
tps nõ habere locũ in diuinis. 310 b
tenebræ quid ſint. 332 f
tentatio q̃ ſit ſalubris 372 b
Theologia myſtica an ſit ſcĩa 314 c
theologia myſtica in quibus conſiſtat 314 c
theologiã myſticã donum eſſe ſapientiæ 314 c
theologiam myſticam ineſſe hoibus bifariam. 314 d
theologiam myſticã non infuiſſe philoſophis. 314 d
theologiam myſticã realiter eſſe in intellectu. 314 c
theologia myſtica quid ſit. 94 a 271 a 303 e 314 b
theologia myſtica quibus competat. 314 c
theologia myſtica quomodo adipiſcenda 314 f
theologia philoſophorum philoſophoꝝ qualis 5 e
theologia ſymbolica quomodo & ſimpla & multiplex. 353 d
theologo myſtico qũo oĩa creata diſcerenda. 304 b
thelogus quiſnam verus comprobetur. 314 f
throni dicti ſunt ꝙ in eis deus ſedeat. 44 b
Tiburtij martyris conſolatio in ſuis tortiõib⁹. 354 f
timor qũo in patria manebit. 79 d
Tonſura capillorum in monacho quid ſignet 165 c
Tralliani qui dicantur. 359 a
tria ad locutionem neceſſaria eſſe. 92 d
tribulationes vitæ præſentis non multum eſſe formidendas. 375 b c
trinitas ſancta ante omnia inuocanda. 211 f
V Eritas quid. 271 d
veritas triplex in Chriſto 5 b
veritas triplex in creaturis 271 e
veritas triplex in deo 271 e
veritas triplex. 271 e
veritatem non dici de deo. 310 b
vertex eloquiorum myſticorum quid ſit 303 f
Via duplex aſcendendi ex creaturis ad dei cognitionẽ. 270 d
videre deũ cõtingi bifariam 311 d
viduę quomodo ſe habeant. 364 c
virgines quomodo habere ſe debeant. 364 b c
viri ſancti quare aliquando diei natiuitatis maledixiſſe legantur. 132 d
virtus duplex in quolibet angelo. 68 b
virtus quare deo non competat. 310 b
viſitationẽ diuinam qũo creatura ſuſceperit. 375 d, e, f
vita duplex. 265 e
vita, immortalitas & mot⁹ angeloꝝ eſſe à vita æterna. 264 d
vitam non eſſe deum. 310 b
vitia mentem obſcurant. 42 b
viuentia cuncta à prima cauſa dependent. 28 f
Vnio mentis cum deo quæ. 271 a
vnitatis cura nihil melius. 366 c
vnum in deo quid. 298 e
vnum vel vnitatem non competere deo. 310 b
Voluntas damnata immutabilis. 320 f
voluntas in deo duplex. 101 a
voluntati quænam propria ſint. 320 d
Z Elus inimicorum inuiſibilis. 349 e
zelus martyrij quantus beato Ignatio fuerit. 361 d e

Errat

¶ Præfatio Anaſtaſij apoſtolicæ ſedis bibliothecarij, ad excellẽtiſſimũ & chriſtianiſſimum regem Carolum.

I Nter cætera ſtudia, q̃ tã laudabilis actio q̃ ſaluberrima cõmonitio, quin etiã odoriſera volãs opinio, de virtutũ ac morũ q̃titate tuoꝝ, ó dictator inclite, mortaliũ mẽtes excitat & ad effodiendã ſapiẽtiã hortat̃, velut theſauros: illud quoq; nõ mediocriter eſt admiratiõe ſtupẽdũ ꝙ non ſolũ latinos patres, ſed & græcos rimari non ceſſas, & romana lingua pollẽtes, pelaſgarum facis reꝝ & expertes. Tu quippe facis, qui ad faciẽdũ ſuſcitas & hortaris, quia & nos ſæpe magnã domũ feciſſe dicimur, nõ tñ manibus, ſed affatibus. Beat⁹ itaq; Areopagita Dionyſius, Athenieñſis antiſtes (quẽ inter cætera cõſtat induſtria tua pſtãtiſſime principũ in Romanũ ſermonẽ trãſlatũ) tm̃ eſt (vt ipſe patẽtius noſti) ad intelligẽdũ difficilis, quãtũ ſermõe ſublimis, imo quãto difficilia ſunt intellectu, & alta myſterijs, quę ipe pſcrutatus ſupna reuelãte gratia didicit, & arcana theologiæ diuina ſe ducente manu, ingreſſus in ſanctuariũ dei ablato velamine penetrauit. Mirãdũ igit̃ eſt, qa pietas tua nec talia indiſcuſſa reliqt. Sed hic licet in terra ambulat, tanq̃ in cœlis cõuerſans ambit, ita vt veluti quidã (vt ita fateamur) angelus vł cœleſtis hõ ſancta ſctõrũ ingredi contẽplatiõe videaris, & ad abdita & adyta diuinæ ineffabilitatis, quãtũ poſſibile eſt mortalibus, acutis ſpiritualiũ oculorũ viſibus accepiſſe credaris. Mirãdũ eſt quoq;, quõ vir ille barbarus (qui in finibus mundi poſitus, quãto ab hoibus cõuerſatiõe, tãto credi potuit alterius linguæ dictione loginquus) talia intellectu cape, in aliãq; linguã transferre valuerit. Iohanẽ innuo Scotigenã, virũ, quẽ auditu cõperi p oĩa ſctm̃. Sed hoc opatus eſt ille artifex ſpiritus, q huncardentẽ pariter & loquẽtẽ fecit. Niſi em̃ ex gr̃a ipſius igne charitatis flagraſſet: nequaq̃ donũ linguis loquendi proculdubio ſuſcepiſſet. Nã hũc magiſtra charitas docuit, q̃d ad multorũ inſtructionẽ & ędificationẽ patrauit. Verum etſi ad mẽſurã datus eſt ei ſpiritus, ipſe tñ paternis doctrinis imbutus, quãtũ potuit fecit, & prodeſſe proximis vltra vires tẽtauit. Siq̃dẽ pter illa quæ hũc latuiſſe pbant̃, ex his quæ ſparſim à qbuſdã de pdicti patris ſermonibus & epiſtolis ante nos interprętata inueniũtur, plurimũ vtilitati ſubtraxit: quia tãto ſtudio verbũ de verbo elicere procurauit q̃d genus interprætationis licet & ipſe plurimũ ſeq̃r quãtũ illuſtres interprætes nitent, tua profecto ſolers experientia non ignorat. Quod eũ non egiſſe ob aliã cauſam, exiſtimo, niſi quia cũ eſſet humilis ſpiritu, non pſumpſit vbi proprietatẽ deſerere, ne aliq̃ modo a ſenſus veritate decideret. Vnde factũ eſt, vt tantũ virũ q per ſe (quoniã intima & ardua quæq; vtriuſq; philoſophiæ penetralia rimari propoſuit) pplexus noſtris intellectibus videbat̃, intra cuiuſdã labyrinthi difficilia irretiret, & in antris profundioribus inuiſibiliorẽ quodãmõ collocaret, & quẽ interprætaturũ ſuſceperat, adhuc redderet interptandũ. Quapropter ipſe merito anxius, cœpi ſedulo q̃rere, ſi forte reperiri potuiſſet pceptor quiſquã vel aliquod ſcriptũ, q̃ enucleante, tãtus pater nobis liq̃dius illuceſſeret. Et qa iã p interprætis induſtriã linguæ noſtræ fuerat traditus, noſtriſq; patulis redderetur pfectius intellectibus: tũ ecce repente parátheſes ſiue ſcholia in eũ (quæ Cõſtantinopoli poſitus viderã), ad manus venere. quibus vtcunq; interptatis, mihi aliquantulũ magis enicuit. q̃ videlicet in marginibus interptati codicis eius, vt in græco reperi, mox interprætata, vtcunq;, donec à docto melius interptentur, reſpõdẽtibus ſignis interpres ego ſatis imperitus appoſui, veſtręq; glorioſæ ſapiẽtiæ potiſſimũ fore mittẽda, nõ immerito iudicaui, vt ſcilicet q̃ fuit alterius interptationis hortatrix & auxiliatrix, ſit etiã noſtræ qualiſcũq; ſuſceptrix & approbatrix. Ipſorũ aũt ſcholiorũ ſiue paratheſeorũ q̃cunq; in calce ſui ſignũ viuificæ crucis habent, à beato Maximo cõfeſſore & monacho inuẽta narrant̃. cetera vero ſancti Iohannis ſycopolitani epĩ eſſe ferũtur. Sane vbi a verbis interptis ſcholia ipſa diſſentiri vidi, vt lector qd de appoſita dictione interpres ſenſerit, qd ſcholion inſinuet, indifficulter agnoſcat, & verba interprætis ſcholio inſerui, & qualiter ea ſcholij cõpoſitor prætulerit, innui. Sed & ſicubi oportunũ fore conſpexi, & me quoq; quoniã eſſe aliter non potuit, pauciſſima quædã & q̃ facilius ab intelligẽte agnoſci poterũt, interpoſui. ¶ Præterea notandũ eſt, ꝙ licet tantæ gloriæ, tantæq; ſcientiæ ſiue antiq̃tatis iſte ſanctus Dionyſius fuerit, nunq̃ tñ aliqua opuſcula eum edidiſſe (niſi fallor) quæcunq; orthodoxorũ ſcripta traditio prodit, priuſquã Romani pontifices, videlicet Gregorius, Martinus & Agatho, dictorũ eius in conſcriptis ſuis mẽtionẽ fecerint, & ea per hæc probabilia iudicãtes admiſerint. Gregorius ſcilicet in homilia capituli euangelici de centũ ouibus & decẽ drachmis. Martinus in ſynodo ſua, quã Romæ contra hæreticos celebrauit. Et Agatho in epiſtola quã ad ſextã ſynodũ deſtinauit. Vnde ego verã eſſe græcorum opinionem conijcio, perhibentiũ libros eius a prioribus hæreticis occultatos, donec longo poſt tempore ex opuſculis eius ſolus codex q nũc habetur, eſt Romæ repertus: cæteriſq; nondum inuentis, in gręciam aſportatus.

edidit

edidit enim & alios (vt ipſe innuit) libros, quos nec Græcus quiſquã, nec adhuc potuit inuenire latinus. Et quidem, Lucas in Actibus apoſtolorum, Euſebiusq; Pamphili, & Dionyſius Corinthi antiſtes, de eo quædã miranda tradũt q̃ vero ſcripſit, niſi me obliuio fallat, omnino non tradunt. Suadet autẽ ad hoc ita credendũ etiã illud, ꝙ nemo probabiliũ tractatorum, ſicut eis mos eſt, priorum dicta exponẽdi, & ſuis opuſculis inſerendi, ſcriptis ipſius vtitur, aut horum cuiuſpiam reminiſcitur. ❡ Deniq; vir magnus & apoſtolicæ vitæ pceptor Cõſtãtinus philoſophus, q Romã ſub venerabilis memoriæ Adriano iuniori papa veniẽs, ſancti Clemẽtis corpus ſedi ſuæ reſtituit, quiq; totũ codicẽ ſæpe memorati & memorandi patris memoriæ cõmẽdabat, & quãtũ vtilitatis medullacius habebat, auditoribus cõmẽdabat, ſolitus erat diceret ꝙ ſi ſanctos, videlicet priores inſtitutores noſtros, q hæreticos quos vix & quodammodo cum fuſte decolauerunt, Dionyſiũ cõtigiſſet habere, cũ acuto illos gladio proculdubio trucidaſſent. Innuens profecto huiuſmodi dicto, qui.. quorum os laborioſius & forte tardius obſtruxerunt, facilius & acutius ſiue velocius (oxi quippe & acutũ ſignificat & velox) obmuteſcere coegiſſent. At nec poſt plātorũ ſanctorũ ſedis apoſtolicæ pſulũ memoriã, tam ſeptima & octaua ſynodus, quã latini & græci doctores, non ſolum quia venerabilis hic pater ſcripſerit, innuunt: ſed & teſtimonia ex ſcripturis eius frequẽter aſſumunt, vt ſcilicet ſenſus ſuos & dicta tãti viri reddant authoritatis pondere grauida & cunctis mortalibus approbanda pariter & ſectanda. Deus omnipotens gloriam tuam à terrenis ad cæleſte regnum transferat quandoq;.

## ❡ Fragmentum epiſtolę Iohannis Scoti, qui primus Dionyſium Areopagitũ e græco trãſtulit, ſcriptæ ad Carolum Magnum,

❡ Chriſto duce qui eſt lux mentiũ, & illuminat abſcondita tenebrarum, libros ſancti patris Dionyſii Areopagitæ, epiſcopi Athenarum, q̃s ſcripſit ad Timotheũ epiſcopũ Epheſiorũ, & epiſtolas eiuſdẽ, de græco in latinũ trãſtulimus. Opus valde (vt opinamur) anfractuoſum, lõgeq; à modernis ſenſibus remotum, multis inuium, pauciſq; apertum, nõ ſolum propter antiquitatẽ, verum etiã cæleſtiũ altitudinem myſteriorũ. Fertur nãq; præfatus Dionyſius fuiſſe diſcipulus atq; adiutor Pauli apoſtoli, a quo Atthenienſiũ conſtitutus eſt epiſcopus. Cuius & Lucas cõmemorat in actibus apoſtolorum, et Dionyſius epiſcopus Corinthi vir antiquus, Beatus q̃q; Polycarpus in epiſtola ad eccleſiam Athenarum, Euſebius item Panphili in eccleſiaſtica hiſtoria, Nec non & ſanctus papa Gregorius in homelia ſua, vbi breuiter angelorũ ordines expoſuit. Hunc eundẽ quoq; non præfati viri, ſed alij moderni temporis aſſerunt (quantum vita eius à fidelibus viris tradita teſtatur) tẽporibus papæ Clementis, ſucceſſoris videlicet Petri apoſtoli Romã veniſſe, & ab eo prædicandi euangelij gratia in partes Galliarũ directũ, & martyrum gloria coronatũ fuiſſe cũ beatiſſimis ſuis conſortibus, Ruſtico ſcilicet atq; Eleutherio. Hæc igitur noſtra qualiſcunq; translatio, nõ quidem prolixe indiget (vt arbitror) apologiæ, cum omnibus eius ęmulis quicunq; & qualeſcunq; ſint in facillima vna reſpõſione poſſumus occurrere. Veſtrę videlicet celſitudini neq; potuiſſe neq; debuiſſe nõ obedire. Si quis autem nimis tarde aut nimis inuſitate redarguerit elocutionis, attendat non me tantum, ſed & ipſum nil poſſe plus accipere quã quod ipſe diſtribuit, qui diuidit ſingulis prout vult. Sin vero obſcuram minuſq; apertam predictę interptationis ſeriẽ iudicauerit, aut ſi ſuperflua quedã ſupadiecta eſſe, aut de integritate gręce cõſtructionis quedam deeſſe arbitratus fuerit: videat me interptem huius operis eſſe, non expoſitorẽ. Vbi valde pertimeſco, ne forte culpam fidi interptis incurram & recurrat ad codicem gręcum, vnde ego interptatus ſum, vbi fortaſſe inueniet ita ne eſſe necne. hoc tantum mihi idoneum fore arbitratus ſum, obmiſſis aliorũ cõiecturis, vnius ſolius arbitrio ſuccũbere, cui oportet me optẽperare. Sãctus ergo Dionyſius (ut pdiximus) Areopagita, ex vico videlicet martis denominatus, Ares eñ à gręcis bellum vocatur, primis iuuentutis ſuę floribus academię ſtudijs eruditus, deiñ diuino atq; ineffabili miraculo ſolaris eclypſeos, quæ fctã eſt cõfixo dño nro IeſuChřo crucis patibulo: cõmotus ipſe quidẽ (vt in quadã epiſtolarũ ſuarũ cõmemorat) dũ eẽt iuxta Eliopolim cũ Polycarpo epiſcopo, cęteriſq; q tũc aderant diuina pcurante puidẽtia, mirabilẽ immodũ cõſpexetant lunã ſoli ſubeuntẽ ac per hoc ſolẽ defeciſſe. Moxq; ſanctiſſimũ virũ apoſtolorũ diſcipulũ Hierotheũ videlicet epiſcopũ, ſecutus. Cuius in tertio huius operis libro mẽtionẽ facit, eundẽq; magiſtrũ ſuũ venerabilẽ nominat, cęteriſq; tũc tẽporis coepiſcopis poſt apoſtolos in theologia pręferre nõ dubitat, cũ q̃ multiſq; alijs ſanctis in vnũ cõueniẽtibus, Chřm poſt reſurrectionẽ corporalit̃ eſt cõtẽplatus. Aderãtq; ibi, vt ipſe ait, Iacob[9] fr̃ dñi, & Petrus vertex Apſorũ. Talibus ac tãtis admõitus, diuinarũq; ſcripturarum myſterijs illũinatus, ſcripſit hos libros, hortãte atq; poſtulãte ſctõ Timotheo, alioſq; quorũ noia in pceſſu huius operis ſępiſſime declarat, doctrinãq; breuiter inſinuat. ❡ Sed pſentis operis intentionem breuit̃ intimare neceſſarium duximus, q̃ facilius lector ſtudioſus ingrediat̃.

# D. DIONYSII CARTHVSIANI, COMMENTARIORVM SVORVM IN LIBROS. S. DIONYſii Areopagitæ martyris & epiſcopi, ac primum in de cœleſti ſeu angelica hierarchia.

## PRAEFATIO.

ACceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem dei viuentis Ieruſalem cœleſtem, & multorum millium angelorum frequentiam. Heb. 12. Mox vt vnigenitus dei patris ex mundiſſima ac ſacratiſſima virgine incarnari, Baruch. 3. & cum hominibus conuerſari dignatus eſt, cœperunt diuina atq; cœleſtia hominibus prææelectis abundantius reſerari. Ad confutationem quoq; nõ ſolum Epicureorum philoſophorũ, qui immateriales ſubſtantias eſſe negabant, ſed etiam rudium Iudæorum, puta Sadducæorum, qui nec angelum nec ſpiritum eſſe dicebãt, Actu. 17. quorundam item hæreticorum circa naturam ac numerũ angelicorum ſpirituum multipliciter deſipiẽtium, natura, ordo, ac multitudo angelorum ſanctorum deſuper militãti eccleſię clarius ſolito reuelata noſcuntur. Nec mirum, q̃d poſtquam deus aſſumpſit humana, & inter homines viuere ac videri incõprehenſibili pietate adiecit, Leo papa. diuina & cœleſtia hominibus exhuberantius cõmunicauit, lympidiuſq; expreſſit. Hinc ipſius ad ima inclinatio, fuit noſtra ad ſumma prouectio. Cũq; fidelibus ſuis ſpoponderit angelicæ beatitudinis veritatem, imó & æqualitatem: Erunt, inquiẽs, ſicut angeli dei: perpetuam Matt. 19. etiam ciuilitatem & inſeparabilem atq; dulciſſimam ſocietatem cum illis in cœlo, dicẽdo: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Matt. 13. condecens fuit, vt de gloria & excellentia angelorum, de proprietatibus & officijs eorundem, de actibus operationibuſq; ipſorum, de beneuolentia, beneficijs ac influentijs tam nobiliſſimarum & beatiſſimarum creaturarũ, circa nos miſeros ac mortales, innumerabilibus & maximis defectuoſitatibus, cladibus, periculiſq; expoſitos, plenius nos doceret: quatinus munificentiam, prouidentiam & miſericordiã dei circa nos cognoſcentes, grati eidem pro viribus eſſe conemur: ad tantorum quoq; conciuium commanſionem æternam pertingere enitamur, ipſorum amore ſuccenſi ac beneficijs grati. Pręterea de his cœpit omnipotens deus ab exordio ſeculorum patriarchas, prophetas ac alios ſanctos inſtruere, ipſum videlicet protoplaſtum Adam, Abel, Seth, Enoch, Noe, Cham, Abraham, Iſaac, Iacob. Deinde præclarius Moyſen ſanctum ac Aaron, vates & patres veteris teſtamẽti. Poſtremo excellentius glorioſos apoſtolos, & quoſdam eorum præclaros diſcipulos, ipſorumq; poſteros viros heroicos: inter quos in horum eruditione, reuelatione & deſcriptione præfulſiſſe aut certe valde reſplenduiſſe videntur, glorioſiſſimus Paulus Apoſtolus, ac eius diſcipulus Dionyſius Magnus, ſanctus itidem Hierotheus, vir valde (vt infra patebit) diuinus. Itaq; omnes iſti & eis conſimiles, per fidem formatam, per contemplationem perlucidam, per affectum ardentem, per conuerſationem puram & cœliformẽ, acceſſerunt adhuc in carne viuentes ad mõtem Sion. i. altitudinem ſpeculationis ſupernæ & ad ciuitatem dei viuentis cœleſtem Ieruſalẽ, Hebræ. 12. de qua deprompſit Pſalmographus: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. Pſal. 86. Sicut lætantium õmium habitatio eſt in te. Hebrę. 12. Ad multorum etenim milium angelorum frequentiam, de quibus in Matt. 18. euangelio fertur: Angeli eorum in cœlis ſemper vident faciem patris mei, de quorum ſicut & cæterorum ſupernorum ſpirituum frequentia lumenoſiſſima & copioſiſſima ſcriptum eſt in libro Iob: Nunquid eſt numerus militum eius? & ſuper quem non ſurgit lumen ipſius? Job. 25. Deniq; de his, hoc eſt, de angelica natura ac hierarchia, profunde ac inclyte ſcripſit theologiſſimus Dionyſius, Chriſtianæ religionis ac fidei feruentiſſimus æmulator in libro, nunc deo præſtante elucidando.

### De autore huius voluminis, & cur librum iſtum ac ſubſequentes tam alto atq; difficili ſtylo ediderit. Articulus primus.

HIc quæritur primo, quis ſit horum autor librorum. Ad quod communiter reſpondetur, quod ſanctus Dionyſius Apoſtoli Pauli diſcipulus Athenienſiũ præſul, quẽ Actu. 17. beatiſſimus Paulus ad fidem conuertit ac docuit, vt in Actis legitur. Ibidem. Sed obuiare videtur, quod ſuper illud Actuum, Quidam adhærentes Paulo credebant, in quibus & Dionyſius Areopagita, aſſerit Beda: Beda. hic eſt Dionyſius, qui epiſcopus ordi-

 natus

natus Corinthiorum,glorioſe rexit eccleſiam,multaq; ingenij ſui volumina ad vtilitatem ec-
Petr9.Cō. hiſto. lib. Actu.apoc ca.91. cleſiæ pertinentia edidit ac reliquit,quæ hactenus manent. Hinc quoq; in ſcholaſtica fertur hi-
ſtoria:Quidam Paulo adhærentes,crediderunt:inter quos fuit Dionyſius Areopagita,quē po-
ſtea ordinauit Apoſtolus Corinthiorum epiſcopum. Ad quod forſan poſſet qs dicere, quod
ſucceſſiue Athenienſium atq; Corinthiorum fuerit præſul. Sed cum hoc autoritatem non ha-
beat,diligentius inquirenda eſt veritas. Deniq; in aurea legenda ſanctorum luculenter & abſo-
lute narratur,quód Dionyſius iſte Athenienſium erat epiſcopus,& quod idem ipſe conſcripſit
hos libros,quod etiam per diuina comprobatur ac roboratur miracula. Legitur qppe in chro-
nicis ac fide dignis hiſtorijs,quód anno domini circiter octingenteſimo quintodecimo,Impe-
rator Græcorum Michaël,inter alia dona miſit Ludouico regi Francorū,filio Caroli Magni,
libros magni Dionyſii de græco in latinum tranſlatos:qui cū ingenti gaudio ac reuerētia ſunt
ſuſcepti,ſeptemdecim quoq; infirmi in ipſa nocte in ipſius eccleſia ſunt curati,inter quos erant
Rupertus Licenſieñ. cæci,ſurdi,paralitici,ac alij varijs ægritudinibus laborantes. Præterea huic ſententię cōcordāt
expoſitores antiqui. Siquidem dominus Linconienſis in commentario ſuo ſuper angelicā hie-
rarchiam fatetur,quod ſanctus Dionyſius iſte Athenieſium fuit antiſtes. Idem affirmat in ſuo
Maxi. eps Hu. victo. Iohā. Sara. commentario ſanctus Maximus doctor. Hugo quoq; de ſancto Victore,& diu ante eū Iohan-
nes de Scotigena,Iohannes etiam Saracenus in expoſitionibus ſuis,quod item doctores ſcho-
laſtici,ſanctus Thomas,Albertus,Alexander,Bonauentura,Aegidius,vnanimiter tenent. Ad
autoritatem vero Bedæ ac Magiſtri in hiſtorijs reſpondetur,quod opinio eorum fuit,non ve-
ritas. Hinc demum prætactus Iohannes Scotus ad Carolum Romanorum imperatorem ſcri-
bens:Quatuor,inquit,libros ſancti patris Dionyſii Areopagitæ,epiſcopi Athenarū,quos ſcri-
pſit ad Timotheum,& decem eius epiſtolas de Græco in latinum tranſtulimus. fuit nanq; prę-
fatus Dionyſius diſcipulus & auditor itemq; adiutor Pauli Apoſtoli,à quo Athenienſium eſt
Diony. eps Policarp9. Euſebius Cæſarieñ. eccle. hiſt. lib.4.c.23 Gre. ho.34 Anaſtaſius constitutus epiſcopus,cuius Dionyſii meminit Lucas in actibus Apoſtolorum. Dionyſius quoq;
Corinthi epiſcopus,vir valde antiquus,ſimiliter beatus Policarpus in epiſtola ad Athenarum
eccleſiam,ſed & Euſebius Cæſarienſis in hiſtoria eccleſiaſtica&, itē in homilia de angelis Gre-
gorius papa. Ex quibus Scoti huius eloquijs conſtat,Dionyſium iſtum Athenienſium præſu-
lem,alium fuiſſe à Dionyſio illo Corinthio. Amplius præinductis concordant quę Anaſtaſius
apoſtolicæ ſedis bibliothecarius,in epiſtola ſua ad Carolum regem diſſeruit, inter cætera lo-
quens:Quamuis tantæ gloriæ,tantæ ſcientiæ & antiquitatis ſanctus iſte Dionyſius fuerit,nō ta-
men tam expreſſe & determinate eum edidiſſe opuſcula declarauit orthodoxorum narratio,
ipſa opuſcula nominando,priuſquam Romani pontifices,Gregorius,Martinus & Agatho, li-
brorum ipſius mentionem fecerūt. Gregorius in Homilia,Martinus in ſynodo ſua Romæ cō-
tra hæreticos celebrata,Agatho in epiſtola quam ad ſextam ſynodū deſtinauit. Deniq; vir ma-
Vilas illu-ſtrius. gnus & apoſtolicæ vitæ pręceptor,Conſtantinus philoſophus,qui ſub Adriano papa Romā
venit,dicere conſueuit. Si priores ſancti inſtitutores noſtri,qui hæreticos vix fuſte decollaue-
runt,ſcripta ſancti Dionyſii habuiſſent,acuto pcul dubio gladio illos necaſſent: quia per ſcri-
pta ipſius illos velocius atq; acutius conuiciſſent. At vero ſeptima ſynodus & octaua,quas La-
tini & Græci celebrauerunt,ex ſcriptis Dionyſii huius teſtimonia ſumpſerunt frequenter,qua-
tenus ſententias ſuas ac dicta tanti viri autoritate reddant pondere grauida,& cunctis mortalī-
Ambr. ora. bus approbanda. His Anaſtaſii verbis conſonant ſcripta Ambroſii oratoris,monachi ordinis
Hierothe9 Camaldulenſis,dicentis:Diuus Dionyſius primum à Paulo inſtructus eſt,deinde ſanctum Hie-
rotheum(vt ipſemet refert)habuit præceptorem,atq; vt ſeptimo apoſtolicarum inſtitutionū
ſcribitur libro:Athenienſium qui credebant,ſtatutus eſt præſul à Paulo apoſtolo. Verum qui-
dam imperiti & ſtulti obijciunt, quod nec Origenes,nec Euſebius Pamphili libros enumerat
huius ſancti,quibus reſpondemus,quod nec Origenes neq; Euſebius omnium eccleſiaſticorū
virorum vidit ac nouerat libros,imó nec omnium ſuæ regionis. Si autem inueſtigetur,cur ſan-
cti & ſtudioſiſſimi patres antiqui. Hieronymus,Auguſtinus,Ambroſius,nunquam allegāt Di-
onyſii ſancti volumina:dicendum quod libri eius ob nimiam eorum difficultatem & obſcuri-
tatem diu manſerunt abſconditi & nondum tranſlati,vel ab hæreticis cęlabantur. Pręterea nō
de iſto,ſed de Corinthiorum epiſcopo accipi par eſt,quod libro de viris illuſtribus ſcribit Hie-
Hierony. ronymus:Dionyſius Corinthiorum epiſcopus tantæ eloquentiæ atq; induſtriæ fuit,quod nō
ſolum ſuæ ciuitatis ac prouinciæ plebem,ſed aliarum quoq; vrbium ac prouinciarum erudi-
Hugo vic. Actu.16. ret,qui claruit ſub Imperatore Marco Antonio Vero,& Lucio Aureolo Commodo: Poſtre-
mo vt recitat Hugo,& ex Actibus apoſtolorum probatur, Athenienſes & cæteri græci quam-
plures,audientes Chriſtianæ fidei dogmata prædicari,videlicet filij dei incarnationem,mortu

orum



rū reſurrectionē,ac futurę generale iudicium,lato ore riſerunt,ſimplicitatemq; fidei deriſerūt:
A quorum inſaniam,præſumptionem & ignorantiam feruentiſſimus & illuminatiſſimus Dio-
nyſius volens reprimere,ſcripſit profundiſſimo ſenſu ac ſtylo altiſſimo,oſtendens non ex im-
peritia ſanctos dei ſimpliciſſime eſſe loquutos,nec ex leuitate aut inſipientia crediſſe:imó in
diuina ac ſeculari ſciētia,in omi theologica ac philoſophica ſapientia fuiſſe pclaros, efficaciſſi-
ma itē habuiſſe ſuæ fidei argumēta. Ideo etiā,vt fidei ſacramēta & Chrianæ religiōis myſteria
indignis ac pfidis aperiret,bñuolos vero & ingenioſos erigeret ad ſublimiora & diuina.

¶De præconijs glorioſi huius principis theologorum ſancti Dionyſii. Articulus ſecundus

COngregauit & accumulauit deus maieſtatis & gloriæ penitus infinitæ,in be-
atiſſimo & electiſſimo Dionyſio iſto dona naturæ,bona fortunæ, chariſma- Actu.17.
ta gratiæ,præmia gloriæ,gratias gratis datas in excellentia magna. Nā & ān
ſuam conuerſionem ad Chriſtum,fuit inter gentiles philoſophos virtuoſæ
& honeſtiſſimæ vitæ,reputationis præcipuę,nobilitatis præclarę. Splenduit
quippe virtutibus politicis,naturalibus,acquiſitis,& ſpecialiter grandi pru-
dentia,vnus exiſtens conſiliariorum maiorum ac nobiliorum Athenis in vico Martis, vnde
dictus ē Areopagita apoto areos,quod ē Mars:& pagos,quod ē vicus ſeu platea, quia ibidem
Mars colebatur. fuitq; ibi nobilium curia & liberalium artium ſchola,floruit ergo ibidē Dio-
nyſius inter philoſophos ſummus,& ad diuina cœleſtia & æterna mirabiliter inclinatus, pro-
pter quod ab illis ala cœli atq; theoſophos eſt vocatus. Deinde glorioſiſſimi Pauli prædicati-
one conuerſus ad ſaluatorem,repente in virum alterum ſaluberrime eſt mutatus, dulciſſima
affluentia gratiæ ſpirituſſancti præuentus,feruore diuini amoris vehementer accenſus,de my-
ſterijs fidei Chriſtianæ ſubtiliter illuſtratus,mira virtutum roboratus conſtantia. Hinc multi-
formem gratiam ſibi deſuper tam affluenter ac ſubito condonatam cœpit protinus proximis
vndiq; totis communicare præcordijs,ac multos conuertere,atq; miraculis coruſcare, ac tan-
dem victorioſiſſimo migrauit ad Chriſtum martyrio,functus in vita hac pontificatus officio.
B De his laudibus eius in libro ſermonum,quos compilaui de ſanctis,diffuſius ſcripſi, idcirco p
tranſeo. Hic eſt Dionyſius,quem magnus ille theologus Iohannes Damaſcenus libro ſententi- Ioh. Damā Iohā. Scot
arum ſuarum ſecundo,diuiniſſimum,ſanctiſſimum,theologiſſimumq; appellat,de quo Iohā-
nes Scotigena proteſtatur:Ex hoc manifeſtius liquet immenſa ſapientiæ eius profunditas, ac
doctrinæ ſuæ innoteſcit autoritas,quoniam eum quem Paulus tam vehementer dilexit,ſpeci-
aliterq; inſtruxit, vtpote Timotheum,ipſe quoq; Dionyſius edocuit,quem & frequenter pue-
rum nuncupauit. Poſtremo ſanctus Dionyſius vbi Paulum audiuit,carnis nobilitatem ad mē- Philip.3.
tis tranſtulit ingenuitatem,ac mundi ſapientiam conuertit in philoſophiam diuinam: ſatius
ac beatius æſtimans,deum diligere,ac eius contemplationi intēdere,& quæ ſit æterna eius pul-
chritudo inæſtimabiliſq; dulcedo,ſempiterna iucunditas,incomprehenſibilis ſapientia, infini-
ta felicitas,atq; his omnibus ſine fine perfrui,cogitare:quam ſeculi huius labilem amare glori-
am,ſapientiamq; vmbratilem. Hinc quanto mens eius & conuerſatio magis fuit in cœlis, tan-
to ſublimius de cœleſtibus potuit loqui.

C ¶De quibuſdam præambulis in expoſitione libri de angelica hierarchia. Articulus tertius.

HVic libro expoſitores antiqui præponunt hunc titulum[Dionyſii Areopā-
gitæ,epiſcopi Athenarum,ad Timotheum epiſcopum]. i. liber iſte eſt ipſi-
us Dionyſii tanq̄ autoris,quem ſcripſit & miſit ad Timotheum epiſcopum
Epheſiorū. Quocirca noſcendum,quod ſanctus iſte Dionyſius in libris ſuis
aliquoties facit mentionē de ſancto Herotheo, quē excellenter valde com-
mendat,affirmans eum tantæ gratiæ ac ſapientiæ fuiſſe,quod ipſi quoq; glori-
oſi apoſtoli mirabantur,viro ex gentilitate cōuerſo tantū ſapiētiæ ac gratię
culmen deſuper fuiſſe collatum,qui etiam Herotheus de eiſdem materijs libros conſcripſit,de
quibus & Dionyſius,ſed qm̄ libri illi ab Hierotheo editi,adeo erāt difficiles ac profundi, quod
vix aliquis hominum eos poterat capere,ſanctus Timotheus beato Dionyſio humiliter ſup- Rupertus. Linconieñ
plicauit,quatenus de iſtis materijs planius aliqd atq; diffuſius & intelligibilius ſcribere digna- Ioha.Sco.
retur,& hæc fuit alia ratio,quod ſanctus Dionyſius hos edidit libros. Porro ſecundum Linco- Iohā.Sara.
nienſem & Iohannem Scotigenā,Iohanneq; Sarracenū & Maximū confeſſorē,ſanctus Diony- Maxi. eps Actu.20.
ſius in epiſtola ad Timotheum præmiſit inſcriptionem huiuſmodi:Cōpresbytero Timotheo Titum.1
Dionyſius presbyter. Solebant naq; apoſtoli ſeipſos aliosq; epiſcopos appellare presbyteros.
vñ ad Titū ſcripſit beatiſſimus Paulus:Cōſtitue p ciuitates presbyteros. i. epiſcopos, ſecūdum
expoſitores. Titus qppe archieps fuit. In actis quoq; legit Paulus cōuocaſſe presbyteros Aſiæ,qui-
bus legitur ibi dixiſſe:Attēdite vobis & vniuerſo gregi,in quo vos ſpirituſſanctus poſuit epiſco-

 pos

pos regere eccleſiam dei. Rurſus, expoſitores antiqui huic libro pręmittunt iſtud præconium:
Epigramma in beatum Dionyſium de hierarchia cœleſti. & ſubditur epigramma: [Angelicæ
ſapientiæ fulgores multos proieciſti hominibus, manifeſtati animo videre compoſitam pul-
Rupertus Linconien. chritudinem.] Vel ſecundum Linconienſem, compoſitum aſtrum: quia vt ait, aſtyr græce, dici
tur ſtella. Aſtron vero figura ex pluribus ſtellis compoſita. Eſt itaq; ſenſus epigrãmatis huius,
ó Dionyſi, tu proieciſti, id eſt, ex claritate mẽtis tuæ diffudiſti & communicaſti hominibus ful-
gores multos, id eſt, ſplendida documenta angelicę ſapientiæ, id eſt, ſapientialis notitiæ de an-
gelis: vel ſapientiæ tuæ angelicæ manifeſtati animo, id eſt, intellectibus fidelium oſtendiſti vi-
dere, id eſt, cognoſcere compoſitam pulchritudinem, id eſt, decorẽ ſcientiæ libri huius cõgrue
ordinatum, ſeu pulchritudine hierarchiæ cœleſtis tanquam pulcherrimum aſtrum ſeu aſtro- D
rum congeriem. Etenim quodlibet huius libri capitulum eſt tanquã ſplendida ſtella, ſicq; to-
tus hic liber ex illis conſtans capitulis, eſt velut congeries ſiderũ, & quaſi figura ex multis ſtel-
lis reſultans. Epigramma demum non in huius libri exordio ponitur, ſed ſequentis, qui eſt de
eccleſiaſtica hierarchia. ¶ Titulus primi capituli huius voluminis in pleriſq; libris iſte inueni-
tur. [Omnis diuina illuminatio ſecundum bonitatem varie in præuiſa proueniens, manet ſim
pla: & non hoc ſolum, ſed & viuificat illuminata.] Titulus iſte qui eſt quaſi proemium operis
huius, multipliciter poteſt exponi: Primo ſic: [Quia] id eſt, quod [omnis illuminatio diuina]
id eſt, quælibet lux dei ſeu omnis ſplendor diuinus, vt habet tranſlatio alia [proueniens] id eſt,
deſcendens, ſicq; effundens [varie] id eſt, multipliciter [in præuiſa]. i. in res creatas diuinitus p̃-
cognitas ac prouiſas [manet ſimpla]. i. vna & ſimplex in propria ſua eſſentia ac natura. [Et nõ
ſolum hoc]. i. non ſolum iſtud conuenit omni illuminationi diuinæ [ſed & viuificat illumina
ta]. i. creata quibus communicatur, ad quandam redigit vnitatẽ & conuenientiam inter ſe ac
identitatem aliquam eis largitur, ita quod ſunt vnum genere, ſpecie aut analogia: vnum q̊dq;
Boethius etiam eorum in ſeipſo eſt vnum numero, ſecundũ quod ait Boethius in libello de vno & vni-
tate: Omne quod eſt, ideo eſt, quia vnum numero eſt. i. quicquid realiter & actualiter eſt in re-
rum natura, eſt numero vnum, vtpote particulare ſeu ſingulare. Iſtud primo intelligi poteſt de
vnaquaq; diuina increata & attributali perfectione deo conueniente, vt eſt veritas, ſapientia,
pietas, potentia, liberalitas in deo conſiſtens, atq; realiter idem cũ deo ens. Rurſus intelligi po-
teſt de quacunq; idea mentis diuinæ. Ideæ nanq; ſunt formæ rerum exemplares in mente diui
Idea quid. na, operatiuæ & productiuæ omnium quæ cauſantur. Hæc attributa & ideæ creatoris, ſecundũ
bonitatem & communicabilitatem ipſius, varijs modis proueniunt in creata: quoniam diuer- E
Philoſo. ſimode eis communicantur, videlicet vni copioſius, alteri minus, iuxta diuerſam rerum capa-
citatem, diſpoſitionem & ſpeciem, iuxta quod dixit philoſophus: Ab hoc ente omnibus deri-
uatum eſt eſſe & viuere, his quidem clarius, his autem obſcurius. Deniq; omnis huiuſmodi at
tributalis perfectio & idea, cum ſit realiter diuina eſſentia ac deitas vera, in ſe inuariabilis eſt, &
incommutabiliter vna numero, ſimplexq; permanet, eis etiam quibus communicatur, vnita-
tem & conuenientiam aliquam imprimit. propter quod omnia entia in communi ratione en-
tis & entitatis, conueniunt analogice ſaltem. ſimiliter omnia vera in generali ratione veri ac
veritatis, omnes item ſubſtantiæ in communi quadam ſubſtantiæ ratione. ſicq; creata & illu-
minata ſimplificat & vnificat. i. vnũ facit creatrix illuminatio illa. i. illuminans lux diuina, quę
& omnia ordinat ac reducit ad ſe tãquam ad ſummum & vltimum finem vniuerſorum, & ita
effectiue cuncta illuſtrat, vnificat ac reducit illuminatio increata. Præterea quamuis in deo ſit
ſumma ſimplicitas atq; puriſſima vnitas, pluraliter tamẽ & diſtributiue exprimitur ac deſigna
tur propter diuerſitatem ſuorum effectuum, & per reſpectum ad ideata, quẽadmodum in deo
pluraliter nominantur miſericordiæ & iuſtitiæ, miſerationes & poteſtates. Inſuper poteſt hic
titulus explanari, quod omnis illuminatio diuina. i. omnis forma ſeu lux creata, iuxta dei bo-
nitatem ac munificentiam, ab ipſo ſupergloriofiſſimo deo procedens, proueniens ac deſcen-
dens in creaturas, vt ſunt dona naturalia atq; gratuita, manet ſimpla, id ẽ, ſimplex & pura in ſe,
dum abſtractiue & nude ſecundum propriam rationem conſideratur ac ſumitur, & prout de F
Boethius. ea habetur ſcientia, dicente Boethio, quod ſcientia eſt eorum quæ incommutabilem ſui ſorti-
Gilbertus. untur ſubſtantiam. & Gilberto: Forma eſt compoſitioni contingens ſimplici, & inuariabili eſ-
ſentia conſiſtens. Verumtamen iſta creatæ quidditatis ſimplicitas, vnitas & puritas, lõge (imó
& infinite) inferioris eſt gradus ac ordinis, quam vnitas, puritas & item ſimplicitas increatæ eſ-
ſentiæ. At uero illuminatio iſta creata formaliter & intrinſece illuminat, vnificat ac p̃ficit id in
quo eſt, vt patet de forma ſubſtantiali & accidentali, & de natura naturata ac gratia.

Sancti



# S. DIONYSII AREOPAGITAE MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, DE ANGELICA SEV COELESTI HIERARCHIA, AD TIMOTHEVM EPHAESINAE CIVITATIS EPISCOPVM.

Omnem diuinam lucem, tametſi ſumma benignitate varie ad creaturas prodeuntem, ſimplicem tamen manere, & quæ illuſtrat vnum efficere. Caput I.



Onpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter ſa-
lutem. Omne datum optimũ, & om̃e donũ perfectũ, Iaco. 1.
deſurſum eſt, deſcendens a patre luminum. Sed & o-
mnis, patre moto, manifeſtationis luminum, p̃ceſſio,
in nos optime ac large proueniens, iterum ut unifica
uirtus reſtituens, nos replet & conuertit ad cõgregã
tis patris unitatem & deificam ſimplicitatem. Etẽ Iohan. 1.
ex ipſo omnia, & in ipſum, ut diuinum ait uerbum.
Ergo Ieſum inuocantes paternũ lumen, q̃d eſt, quod
uerum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, perquẽ
ad principale lumen patrem, acceſſum habuimus: in ſacratiſſimorum eloquio- Ephe. 2.
B rum patre traditas illuminatiões, quantum poſſibile eſt, reſpiciemus, & ab ipſis
ſymbolice nobis & anagogice manifeſtatas cœleſtium animorum hierarchias,
quantũ potentes ſumus, conſiderabimus: & principalem & ſuperprincipalem
diuini patris claritatẽ, quæ angelorum nobis in figuratis ſymbolis manifeſtat bea
tiſſimas hierarchias, immaterialibus & non trementibus mentis oculis * reſpici *recipientes.
entes, iterum ex ipſa in ſimplũ ſuum reſtituimur radium. Etenim neq; ipſe uſq;
unq; radius propria ſingulari unitate deſeritur. Ad anagogicã uero & unificã
eorum quæ prouiſa ſunt, contẽperantiam, optime & pulchre multiplicatur & p̃-
uenit, & manet intra ſe munite, in incõmutabili ſimilitudine uniformiter fixus:
& in ſe quantũ fas eſt reſpicientes, p̃portionaliter ſe eis extendit & unificat ſecun
dum ſimplicẽ ſui unitatẽ. Etenim neq; poſsibile eſt aliter lucere nobis diuinum
radiũ, niſi uarietate ſacrorũ uelaminum anagogice circumuelatum, & his quę ſe
cundum nos ſunt, prouidentia paterna connaturaliter & proprie præparatum.
Propter quod & ſanctiſsimã noſtrã hierarchiã, perfectiſsima ſacrorum diſpoſi
tio cœleſtiũ hierarchiarum ſup̃mundana imitatione dignam iudicans, & dictas
immateriales hierarchias materialibus figuris & formalibus compoſitionibus
uarificans, tradidit, ut proportionaliter nobiſipſis, a ſacratiſſimis formatiõibus
in ſimplas & non figuratas aſcendamus altitudines & ſimilitudines. Quoniam
C neq; eſt poſſibile noſtro animo, ad non materialẽ illã aſcendere cœleſtiũ hierar-
chiarum imitationẽ & contẽplationem, niſi ea quæ ſcd̃m ipſum eſt, materiali ma-
nuductiõe utatur: uiſibiles q̃dẽ formas, inuiſibilis pulchritudinis imaginatiões
arbitrãs: ſenſibiles ſuauitates, figuras inuiſibilis diſtributiõis, & immaterialis lu
culẽtiæ imaginẽ, materialia lumina. Et ſcd̃m intellectũ contẽplatiuę plenitudi-
nis diſcurſas ſacras diſciplinas, et adunati ad diuina, et ordinati habitus, earum quę
hic ſunt diſpoſitionũ ordines. Et Ieſu participatiõis ip̃am diuiniſſimæ euchari-
ſtiæ aſſumptionẽ, et quæcunq; alia cœleſtibus quidem eſſentijs ſupermundane,

 nobis

nobis uero ſymbolice tradita ſunt. Propter hanc ergo noſtram cõrationabilem
theoſim,miſericors perfectionis principium,et cœleſtes hierarchias nobis mani
feſtans,et comminiſtram earũ perficiens noſtram hierarchiam ad uirtutem no- A
ſtram ſimilitudine deiformis earũ ſanctificatiõis,ſenſibilibus imaginibus ſuper
Matt.7. Chriſtus,per quem omnia,& nos per ipſum:adiecit,ſed non in omnibus eſt ſcientia. Vnde di-
xit Saluator:Nolite ſanctum dare canibus,neq; proijciatis margaritas veſtras ante porcos,ne D
Matt.13. Mar.4. concul cent eas pedibus ſuis. Et rurſus in euangelio dixit diſcipulis:vobis datum eſt noſſe my-
Lucæ.8. ſterium regni dei,cæteris autem in parabolis,vt videntes non videant. Hinc & Iſaias: Excæca,
inquit,cor populi huius. Deinde theologus per diſtinctionem reſpondet formaliter ad obie-
alias *deformes. ctum. [Si autem †obſcuras imaginum deſcriptiones cauſas æſtimauerit quis deforme fieri] id
alias † inhoneſtum. eſt,ſi aliquis putat[deſcriptiones imaginum obſcuras]id eſt,formationes ſpiritualium ſubſtã
tiarum per ſimilitudines irrationalium ac vilium rerum eſſe[cauſas deforme fieri]quod dici
tur,id eſt,ipſas tales deſcriptiones eſſe deformes,indecentes,fallaces[dicens]cum ſubſannatio
alias†referre turpes formatiões ne[ſic†repoſuiſſe viles formas deiformibus ac ſanctiſſimis diſpoſitionibus] id eſt, ſcripturam
tam imperite adſcripſiſſe indignas ſimilitudines &figuras[diſpoſitionibus]id eſt,angelicis or
dinibus deſup ſpecioſiſſime diſpoſitis, vtpote [deiformibus atq; ſanctiſſimis]ſatis ſufficiat ad
eum dicere]id eſt,om̃ino ſatis eſt reſpondere[quomodo duplex eſt ſacrę manifeſtationis mo
dus]id eſt,qualiter duo ſunt modi ſignificandi diuina,id eſt,deſcribendi ac declarandi ſpiritu-
alia & incorporalia. [Vnus quidem quaſi conſequens]id eſt, incorporalium naturam ac pro-
alias*ſacrarum. prietatem concomitatur[propter ſimiles prouenientium* mundarum figurarum imagines]
id eſt,ob hoc quod[imagines]id eſt,formę& conuenientiæ ſeu qualitates exiſtentes in rebus,
per quas ſpiritualia manifeſtantur,multum conformes ſunt & communicantes naturæ& pro
prietatibus incorporalium rerum illarum. Propter ſimiles imagines,id eſt,formas & ſimilitu-
dines figurarum,id eſt,characterum ſeu figurationum mundarum,id eſt,nobiliumprouenien
tium,id eſt,inductarum & propoſitarum ſeu conuenientium ad ſignificandum vnum per ali-
ud:vt cum dicimus,deus eſt lux,deus eſt intellectus ſeu mens,quod etiam de angelo dicimus: E
aut cum dicimus,deus eſt ſol:quia in ſole ſunt multæ præclaræ proprietates,aptę ad hoc quod
alias*oĩno incõſequẽs & indecõ-tũ formatꝰ per eas deus deſignetur & ſol appelletur. [Alter vero propter diſſimiles formarũ facturas in*
imperfectiſſimum deforme&obſcurum formatus]hoc eſt[alter vero]id eſt,ſecundus modus
notificandi immaterialia & diuina[formatus]id eſt,exhibitus eſt&factus[in imperfectiſſimũ
deforme & obſcurum]id eſt,per imperfectiſſimum genus notificandi, imó & deforme atque
obſcurum,id eſt,vile & indecorum. & poc propter diſſimiles facturas formarum, id ẽ, ob hoc
quod deſcriptiones formarum,ſpecierum aut diſſimilitudinum,per quas vnũ ſignificat aliud,
ſint plurimum diſcrepantes & diſcõuenientes,ſecundum quod prima fronte apparet: vt cum
Nahũ.1. Pſal.77. legitur apud Nahum,Vlciſcens dominus & habens furorem. In pſalmo quoq;, Excitatus eſt
tanquam dormiens dominus,tanquam potens crapulatus à vino. Hos duos modos ſanctus
alias ſuperſubſtantialis. pater conſequenter elucidat & diſtinguit ab inuicem,& quis aptior ſit declarat. [Igitur & colẽ
dam†ſuperſubſtantialis diuinitatis beatitudinem manifeſtatiuis eloquijs quandoq; quidem
myſticæ traditiones vt rationem & intellectum & eſſentiam laudant]hoc eſt[igitur]id eſt, cũ
hæc ita ſe habeant[traditiones myſticæ]id eſt,diuinæ ſcripturæ nobis deſuper traditæ,& mul-
ta ſecreta ac figuralia in ſe continentes[laudant quandoq; quidem]id eſt,pro certo[beatitudi
nẽ ſup ſubſtantialẽ diuinitatis]id eſt,deum eſſentialiter,imó & ſupereſſentialiter beatum, cuius
incircunſcripta eſſentia eſt ſua beatitudo penitus infinita eloquijs manifeſtatiuis, id eſt, in ſer-
monibus ac paſſibus ſcripturarum,manifeſtantibus ea quæ deo proprie ac affirmatiuę conue
1.Timõ.6 niunt,vt cum ad Timotheum ſcribit Apoſtolus:Beatus & ſolus potens rex regum, vt rationẽ F
non prout ratio vocatur vis diſcurſiua, ſed vis intellectiua omnem irrationabilitatem & im-
Boethius.3 lib.met.9. prouiſionem excludens,ſecundum quod ait Boethius:

O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum cœliq; ſator,qui tempus ab æuo
Ire iubes,ſtabiliſq; manens das cuncta moueri.

& vt intellectum,id ẽ,ſubſtantiam intellectiuam,vel potius vt intellectum ſimpliciſſimum ſe-
paratum,in quo prorſus idem ſunt,intelligens,vis intellectiua,& actus intelligendi,ſeu intelli-
Rab.Moy Auicenna. gere ipſum[&vt eſſentiam ſummam]in qua eſſe & eſſentia idem ſunt. Nec obſtat quod Rabbi
Moyſes,Auicenna & alij quidẽ ſublimis ingenij,aſſeruerũt quod deus ſit eſſe ſine eſſentia. hoc
quippe loquuti ſunt,ad inſinuandum ſummi & increati eſſe ſimplicitatem,vtpote quod ſuper
glorioſiſſimus deus ſit vnum eſſe ſeparatiſſimum,in ſeipſo perfectiſſime,ſuperfeliciſſime inua-
riabiliterq; conſiſtens[†deo dignam rationalitatem & ſapientiam eius declarantes] .i. docen-
tes quod deo conueniat rationalitas,omni imperfectione ſecluſa. ſapientia quoq;,non quæ ſit
accidens aut qualitas,ſed realiter ipſa ſubſtantia dei,cuius ſimpliciſſima natura eſt omnium pa
fectionum & nobilitatum ac eminentiarum ſimpliciſſime,abſq; omni additione,compoſitio-

ne ac



A ne ac differentia,in ſe ineffabiliter contentiua[*& quæ vere eſt ſubſiſtentia]id eſt,ſcripturæ de- alias†&vere exiſtentẽ ſubſiſtẽtiam.
clarantes ſubſiſtentiã dei quæ vere eſt ſubſiſtentia,nullius indigens fulcimento incommutabi
liter ac firmiſſime ſtans in ſeipſa,nulli innitens, à nullo dependens, nec ex aliquibus conſtans
[& eorum quæ ſunt,veram ſubſiſtentiæ cauſam]id eſt,declarantes quod ſubſiſtẽtia dei ſit cau-
ſa vera prima actualiſſima ſubſiſtentiæ omnium cæterorum. [Et quaſi lumen eam formant &
vitam vocant]id eſt,ſcripturę frequenter ac iterato deum nominant lumen ac vitam,ita quod
ipſe eſt intellectuale immateriale ſuperſplendidiſſimum lumen. Conformiter ipſe eſt vita pu-
riſſima,quæ eſt ipſamet ſapientia ac veritas dei,imó aptius,ipſum intelligere, ſcire ac ſapere dei
[tantis mirabilibus formationibus caſtioribus manentibus & materiales formationes excel-
lere quoquo modo probatis deficientibus & ſic diuina ad veritatem ſimilitudine]id eſt,tot &
[tantis]tamq; præclaris[formationibus]id eſt,deſcriptionibus & appellationibus[dei caſtio-
ribus]id eſt,pulchrioribus quã ſunt quæ per corporalia vilioraq; fiũt[manentibus]in ſuo vi-
gore[probatis excellere]id eſt,de quibus probatum eſt quod excellant[formationes materia
les]id eſt,deſcriptiones & appellationes dei,acceptas & expreſſas per nomina materialium &
corruptibilium rerum. deficientibus & ſic,id eſt,etiã iſtis præclarioribus appellationibus dei
deficientibus & ſuccumbentibus à ſimilitudine diuina repræſentanda & exprimenda ad veri-
tatem,id eſt,vere ac proprie,prout increata illa maieſtas in ſeipſa vere & incomparabiliter ſu-
pereſſentialiter & cum infinita excellentia eſt. [Eſt enim ſuper omnem eſſentiam & vitam] .i.
B deus eſt dignior & infinite ſublimior om̃i eſſentia ac vita creata,imó & abſolute omni vita at-
que eſſentia,prout nos illas comprehendere poſſumus] nullo quidem lumine eam characte-
rizante]id eſt,circunſcribente,determinante aut figurante in deitatis natura [omniq; ratione
& intellectu in ſimilitudine ipſius incomparabiliter derelictis]id eſt,ita quod ipſe deus per ex
cellentiam ſuam ſuperat & tranſcendit in infinitum omnem rationem & intelligentiam men-
tis creatæ,ſic quod vniuerſa ac ſingula occumbunt infinite ab adæquata conformitate ac ſimi-
li ſimilitudine eius. Sequitur de manifeſtatione & ſignificatione dei per abnegationem & ma-
teriales formationes. [Aliquando vero diſſimilibus manifeſtationibus ab ipſis eloquijs ſuper
mundane laudatur]id eſt,deus interdum[laudatur]id eſt,præconiſatur, deſcribitur, notificatũ
[ab eloquijs ipſis]vtpote à ſcripturis ſupermundane,id eſt,eminentius quam mundani homi
nes capere queunt,aut facere ſolent manifeſtationibus diſſimilibus,id eſt,per appellationes p̃-
dictis affirmatiuis nuncupationibus valde difformes,vt ſæpe expoſitum eſt[eam inuiſibilem
& infinitam,&* incapabilem vocantibus]id eſt,ab eloquijs ſcripturarum [vocantibus eum] alias†incõp̃henſam.
ſeu deitatem ipſius inuiſibilem oculo exteriori,& infinitam infinitate intenſiua &perfectiona
li non extenſiua ac materiali. Infinitus eſt enim infinitate actus & formę,cum ſit actus purus&
incircunſcriptus,& forma ſeparatiſſima,omnia formans,nequaquam contracta aut limitata&
incapabilem,id eſt,incomprehenſibilem. vnum quodq; etenim tantum habet de cognoſcibi-
litate,quantum de entitate & actualitate. vnde ſicut nonnulla ſunt difficilis cognoſcibilitatis
propter ſuæ entitatis modicitatem,vt tẽpus,motus,materies,prout teſtatur Boethius, ita ſunt Boethius.
aliqua difficilis cognoſcibilitatis nobis in vita hac, ob ſuæ entitatis & actualitatis ſublimitatẽ,
quemadmodum ſubſtantiæ ſeparatæ. Cumq; ſuperpræſtantiſſimus deus ſit entitatis & actua-
C litatis prorſus interminatæ,videlicet ens abſolute ſimpliciterq; perfectum,quod omni ente fi-
nito infinite perfectius,maius ac dignius eſt,quoniam finiti ac infiniti nulla eſt cõparatio, nul
la proportio. Deniq; deus in ſcripturis copioſe ac ſæpe inuiſibilis, infinitus & incomprehenſi-
bilis nuncupatur. ſcriptum eſt enim: Deum nemo vidit vnquam. De quo & Paulus diſſeruit,
quem nemo hominum vidit vnquam,ſed nec videri poteſt. Deus quoq; in Exodo:Non vide- Iohan.1. 1.Timo.6.
bit me,inquit,homo & viuet. De cuius infinitate loquitur Eſaias: Quis menſus eſt pugillo a- Exo.33.
q̃s?Et Salomõ tertio Regũ lib. Cœlũ& cœli cœloꝝ te capere nõ poſſunt. aptiſſime aũt Dauid, Iſaiæ.40. 3.Reg.8.
dicẽdo:Magnus dñs & laudabilis nimis,& magnitudinis eius nõ ẽ finis. De incõp̃henſibilitate Pſal.144.
vero ipſius ait ipſemet vnigenitus patris:Nemo nouit filiũ niſi pater,neq;patrẽ quis nouit niſi Matt.11.
filius. Qui denuo conteſtatur: Patrẽ non vidit quiſquam,niſi is qui eſt à patre,ſcilicet filius. In Iohan.6
quibus oĩbus nequaq̃ excludit ſpirituſſanctus,de quo deprõpſit Apoſtolus: Sicut ea quæ ſunt 1.Corin.2.
hominis,nemo nouit niſi ſpiritus eius. Ita quæ ſunt dei,nullus nouit niſi ſpiritus eius. Itemq;, Ibidem.
ſpiritus ſcrutatur etiam profunda dei. [Et quę ex his non*quod eſt,ſed quod non eſt ſignifica- alias* q̃d ẽ ſ;q̃d nõ ẽ
tur]id eſt, quæ deitas ſignificatur per hæc nomina negatiua [non q̃d eſt ſed q̃d nõ eſt] & hoc
directe & immediate. Negatio eñ nomini poſitiuo præpoſita,ipſam poſitionem & affirmatio
nem aufert & perimit. vt cum dicimus,deus eſt infinitus,id eſt,non finitus. Verumtamen quia
in hac negatione & ablatione aliquid poſitiuum & affirmatiuum quaſi fundamentum inſinu-

 atur

atur atq; relinquitur,& negatio illa in huiuſmodi compoſitione non ſumitur pure negatiue alioquin & chimæra diceretur infinita,ideo talia nomina ex conſequenti ſignificant aliquid D in diuinis,non tamen per modum quo nos id capere poſſumus in pręſenti,ſed modo prorſus eminentiori.[Hoc enim vt æſtimo]id eſt,vt puto[hoc]vtpote per negationem aliquid ſignificare aut fari de deo[& ſecretius eſt in ea]id eſt,in deitate ſeu locutionibus quæ ſunt de deo[ſecretius ē].i.magis,pfundū & aptū. vñ alia litera habet:potētius ē in ea.i.efficatius & maius idoneū deſignare diuina. q̊d cōſequenter,pbat autoritate apoſtoloꝝ & apoſtolicoꝝ viroꝝ.[Quā quidem vt occulta & ſacerdotalis traditio ſubintroduxit]id eſt,doctrina apoſtolica ſecretius docuit.[Hoc quidem non eſſe ſecundum quod eorum quæ ſunt,vere eam dicimus]id eſt,deitatem]non eſſe ſecundum quod dicimus]ipſum eſſe[eſſe eorum quæ vere ſunt]id eſt, conuenire rebus quæ vere eſſe dicuntur.non enim taliter conuenit deo eſſe vt creaturis, neq; vniuoce cum eiſdem,ſed modo in infinitum perfectiori,quem tamen comprehendere non valemus, ſicq; cognoſcimus in diuinis quia eſt,non quid eſt.hinc ſubditur[Ignoramus autē ſupereſſentialem ipſius & inuiſibilem & ineffabilem infinalitatem]id eſt infinitatem dei excedentem in infinitum omnem creatam eſſentiam,ac omnem ſubſtantiam in genere poſitam penitus ignoramus,quantum ad quid eſt.Iſtud docuerunt ſancti apoſtoli & glorioſi eorum diſcipuli, ſacerdotes ac præſules,Hierotheus,Polycarpus,Ignatius ac alij tales,ſeorſum inter capaces talium

Hierothe⁹. Policarpus Ignatius. 1.Cor.2.

ſecretorum, iuxta illud Apoſtoli prima ad Corinthios:Non iudicaui me aliquid ſcire inter vos,niſi Ieſum Chriſtum,& hunc crucifixum.[Si igitur negationes in diuinis vere]hoc eſt [ſi]pro quia[negationes]id eſt,appellationes & enunciationes negatiuæ[vere]id eſt, proprie ſunt[in diuinis]ita quod vere ac proprie conueniunt deo, vt cum dicimus, deus eſt infinitus, ſeu deus non eſt finitus[affirmationes autem incompactæ]id eſt,nominationes & prædicationes affirmatiuæ in diuinis ſunt[incompactæ]id eſt,inconuenientes,non ſolidæ: vt cum dici- E mus,deus eſt bonus & ſapiens. non enim eſt talis ſecundum quod capere poſſumus [ obſcuritati arcanorum magis †propria eſt per diſſimiles formationes manifeſtatio] hoc eſt, manifeſtatio,id eſt,ſignificatio dei[per formationes]id eſt,deſcriptiōes & notificationes[diſſimiles] hoc eſt,facta per ſenſibilia & inferiora quæ ſunt ſpecialiter diſſimilia ſummo & ſimpliciſſimo deo, eſt propria magis obſcuritati,id eſt,difficili,imó & incomprehenſibili altitudini [arcanorum]id eſt,ſecretorum conuenientium deo ex quibus concludit theologus.[Et nunc itaq; nō turpes replent cœleſtes ornatus eloquiorum ſacræ deſcriptiones]id eſt[deſcriptiones ſacrę eloquiorum]vtpote ſcripturarum[viles]id eſt,exhibitæ atq; propoſitæ in ſcripturis per vilia, puta per ſenſibilia[non replent]id eſt,repletos non dicunt[ornatus cœleſtes]id eſt, angelicos choros pulcherrimos,ſupple turpibus aut indecentiſſimis formis aut vilium ſpeciebus, nec aſſerunt pulcherrimos illos choros vilibus rebus repletos [diſſimilibus eos foramrum facturis manifeſtantes]hoc eſt,præfatæ deſcriptiones ſcripturæ[manifeſtantes]eos,videlicet ornatus illos ſupernos,facturis formarum diſſimilibus,id eſt,per exiſtentias & formationes ſpecierum ac ſimilitudinum valde diſſimilium illis ſupernis ſpiritibus[& per has oſtendentes materialibus ſimul omnibus ſupermundialium ſuperexcellentias]id eſt,prædictæ deſcriptiones[oſtendentes omnibus materialibus]id eſt,corporalibus cunctis hominibus,vel omnibus materialibus,id eſt,per cuncta materialia prænominata, vel oſtendentes[ſupexcellentias ſupmūdialium]id eſt,eminentes naturas ac proprietates ordinum angelicorum omnibus materialibus, F id eſt,ſupercorporalia vniuerſa.[Quomodo vero & noſtrum animum magis reducūt*obſcuræ ſimilitudines,non æſtimo quenquam bene ſapientem contradicere ] hoc eſt, non puto aliquem vere ſapientem,rite catholicum[contradicere]id eſt,negare[quomodo]id eſt, qualiter [ſimilitudines obſcuræ]id eſt,defectuoſæ,à rebus corporeis ſumptæ [reducunt magis animū noſtrum]id eſt,intellectum noſtrum aptius dirigunt ad ſpiritalium ſubſtantiarum cognitionem.Quo eñ formæ & ſimilitudines illæ ſunt viliores,eo minus æſtimantur ineſſe beatis ſpiritibus.[Nam per precioſiores quidem ſacras formationes conſequens eſt†errare]id eſt,cito & quaſi connaturaliter accidere poteſt homines[errare per formationes ſacras precioſiores] id eſt, per hoc quod immateriales illæ ſubſtantiæ deſignantur per ſimilitudines multum precioſas, quæ quo pulchriores & precioſiores fuerint,eo celerius putantur ab indoctis ineſſe angelorum naturis.[Eſtimantes †aureas quaſdam eſſentias & quoſdam viros fulgureos decora indutos veſtimenta,candorem igneum ſpargentes innocue, & quibuſcunq; alijs ſimilibus imaginatis formis theologia cœleſtes figurauit intellectus]hoc eſt, conſequens eſt errare homines groſſos[æſtimantes]quod in cœlo ſint ſubſtantiæ ex auro compoſitæ,& viri habentes

alias*apta.

alias †turpes.

alias *diſſimiles.

alias*ſeduci.

alias *auriformes.

vultus



vultus inſtar fulguris radiantes,atq; induti veſtimēta formoſa[ſpargentes].i.emittentes ex ſe [candorē igneum innocue]id ē,ſine alicuius læſione, & æſtimātes ſpiritus illos eſſe ornatos ac circunſcriptos[formis quibuſcunq; alijs ſimilibus]iam præfatis[imaginatis]id ē, imaginarie excogitatis,quibus[theologia]id ē,ſacra ſcriptura[figurauit]id ē,linealiter deſcripſit [intellectus cœleſtes]videlicet angelos.Etem̄ ſub figuris & formis hic tactis,autores ſcripturæ expreſſerunt & deſcripſerunt angelos ſanctos,cum & apud Matthęū ſcriptum ſit:Erat autē aſpectus angeli ſicut fulgur,veſtimēta vero eius ſicut nix.In Daniele quoq; diffuſius legitur: Vidi, inqt, & ecce vir vnus veſtitus erat lineis,& renes eius accincti erant auro obrizó,& corpus ipſius q̄ſi chryſolithus , & facies eius vt ſpecies fulguris , & oculi eius ſicut lampas ardens,& brachia eius & quæ deorſum vſq; ad pedes,quaſi ſpecies æris candētis.Quibus conſonāt quæ in Apocalypſi dicuntur:Illud quoq; Ezechielis, Super firmamētum quaſi aſpectus lapidis ſaphiri, ſimilitudo throni,& ſuper ſimilitudinē throni quaſi aſpectus hominis deſuper,& vidi quaſi ſpeciē electri velut aſpectum ignis intrinſecus.[Quod quidē ne paterētur]id ē,iſtū errorē inciderent [qui nihil viſibilibus bonis ſublimius intelligunt]id ē,hi qui[non intelligunt] eſſe aliqua bona ſenſibilibns præſtantiora,quales fuerūt Sadducæi,Epicurei quoq; philoſophi, imo adhuc quidā phantaſtici ſupra ſenſum & imaginationē nō valētes ſuū leuare ingeniū.[Sanctorū theologoꝝ reſtitutiua ſapientia].i.doctrina autoꝝ ſcripturæ canonicæ cōuerſiua & reductiua fidelium ad ſimpliciſſimū omnis ſapientiæ fontem,& inuiſibiliū bonorum notitiā ac amorem. propter quod theologia dicitur ſcientia affectiua[& ad indecoras diſſimilitudines mirabiliter deſcendit].i. ad deſcribēdum ſpiritalia ac diuina etiā per obſcuras viles atq; ſenſibiles formas inclinat ſe,quod mira & gratioſa diſpenſatione condeſcēſioneq; agit,noſtræ ſaluti proſpiciens [non concedens materiale noſtrum].i.nō permittēs vires noſtras organicas cognitiuas & ſenſitiuas,vel intellectū noſtrū paſſiuū ſeu vim intellectiuam,ad phantaſmata immoderate ruditerq; reflexam, quaſi eſſet vis materialis[in*viles imagines remanēs qeſcere].i.finaliter ſiſtere in imaginatione ſenſibiliū ſpecierū,remanendo in illis,nec aſcendēdo ex illis ad inſenſibilia ac diuina[purgans vero,ſurſum ferens animæ].i. ſapiētia theologorū emundans ab ignorantia & errore[ferens animę ſurſum].i.intellectiuā vim aīę,p quā fert & eleuat ad ſuperiora]& ſuggerēs deformitate cōpoſitionū tāq̄ neq; iuſto neq; vero pbāte eē].i.ſapiētia iſta[ſuggerēs]hoc ē,pſuadēs.vnde alia lr̄a habet ſubſtimulās.i.ab intimo mouēs & excitans deformitate cōpoſitionum.i.ex ipſa vilitate & indecētia[compoſitionū].i.formationum ac ſimilitudinum inductarum,quod vilia & ſenſibilia illa vere inſint atq; conueniant ſubſtantijs illis diuinis. neq; iuſto neq; vero probante eſſe.i.nec iuſto motiuo,nec vero aut rationabili,imó nec apparente argumento probante eſſe.i.concludente quod ita ſit,ſicut verba ſuperficialiter ſonant. hinc additur[neq; valde materialibus,quia ſic†vilibus ſimilia ſunt ſecūdum veritatem ſupercœleſtia & diuina ſpectacula].i.neq; hoc apparente,quod[ſpectacula].i.obiecta illa præcipua contemplatu prædigna,vtpote[ſupercœleſtia & diuina]videlicet angelicæ mentes[ſunt ſimilia ſecūdum veritatem materialibus valde].i.rebus multum corporalibus[quia ſic vilibus].i.quia tā viles ſunt,vt cum angeli deſcribuntur Eliam tranſtuliſſe in formis igneorū equorum & ignei currus.[Sed itaq; & hoc intelligere*debemus].i.iſtud ſcrire & penſare nos conuenit[nihil eorum quæ ſunt].i.nihil exiſtentium[eſſe vniuerſaliter boni participatione priuatum].i.deſtitutum eſſe totaliter participatione ſummi boni.Omnis enim creatura aliquid diuinæ bonitatis ac entitatis,imó & perfectionis pulchritudiniſq; ſortitur.hinc vnum & verum ac bonum,atq; vt magnus iſte Dionyſius addit,etiam pulchrum,conuertibilia ſunt cum ente. effectus quippe participata vocatur ſimilitudo ſuæ cauſæ,quod conſequenter autoritate ſcripturæ probatur. [Siquidem vt eloquiorum veritas ait].i.ſicut ſcriptura teſtatur in Geneſi[omnia bona valde] Eccleſiaſticus quoq;:Sic, inqt,dicetis in confeſſione,Opera domini vniuerſa bona valde.Hinc & in primo Timæi aſſerit Plato:Cuncta ſui ſimilia,prout vniuſcuiuſq; natura capax fuit,effici voluit deus.Cum ergo vniuerſa & ſingula aliquid diuinæ participent bonitatis,poſſunt & materialia iſta ac vilia deſignare ſpiritales ac præſtantiſſimos ſpiritus,quia in quibuſdam conueniunt.Nam & Apoſtolus ad Timotheum fatetur:Omnis creatura dei bona eſt.[Eſt ergo ex oībus intelligere].i.ex om̄ibus introductis contingit & expedit intueri[bonas ſpeculationes] id eſt,diuinas conſiderationes ſcripturæ &[inuiſibilibus & intellectualibus ex his,quæ materialia ſunt,formare dictas diſſimiles ſimilitudines]id eſt,dictas ſimilitudines,ſcilicet corporales figurationes,deſcriptiones & ſpecies diſſimiles coaptare & adſcribere diuinis & immaterialibus rebus,ſumptas ex his quæ materialia ſunt,id eſt,acceptas ex rebus corporeis,ad deſignati-

Matt.28. Danie.10.

Apoc.1. Ezech.1.

B

alias†turpibus imaginibus.

C

alias*turpibus.

4.Reg.2. alias † debemus.

Gene.1. Ecci.1.39. Plato.

1.Timo.4.

 onem

onem & notificationem inuiſibilium angelorum. Nempe cum omne ſimile ſit diſſimile, ſi enī
vnum alteri in omnibus ſimile eſſet, potius eſſent vnum & idem quam diuerſa & plura: ideo D
ſimilitudines iſtæ dicuntur diſſimiles, quia in aliquo differentes. Sed cum vehementer diſtant
ac diſcrepant, vt dum vnum eſt materiale brutale terrenum, aliud ſimplex intellectuale diui-
num, vocatur ſimilitudo obſcura remota ac tenuis, quemadmodum dum poteſtas dei compa
Exo. 23. ratur poteſtati ſeu fortitudini vnicornis, iuxta illud Exodi: Deus eduxit Iſrael de Aegypto, cu-
Apoca. 5. ius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Et Chriſtus ratione fortitudinis dicitur leo in Apocaly-
pſi: Ecce vicit leo de tribu Iuda, imó & ſic comparatur deus leoni & vrſæ ratione ſui rigoris di-
Oſeæ. 13. ſtrictæq; vltionis, in Oſeæ: Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis, dirumpam interiora eorum,
& conſumam eos vt leo. Denique cum cognitio quæ eſt per affirmationem, per aliquam fiat
aſſimilationem, oportet quod inferiora hæc aliquid habeāt ſimilitudinis cum diuinis, quæ no
tificantur per ipſa, quæ tamen proprietates valde diuerſimodæ ſunt in eis, propter quod ſubdi
tur. [Altero modo intellectualibus habentibus quæ ſenſibilibus aliter diſtributa ſunt] id eſt,
ita hæc dico, quod intellectuales ſubſtantiæ multo aliter ac eminentius habent, iſta quæ ſen-
ſibilibus quoque attribuuntur, videlicet fortitudinem, pulchritudinem, zelum &c. quemad-
modum aliter competit angelis corpora habere, & in eis ambulare, loqui, comedere: aliter ho
mini. angeli nanq; corpora ad tempus aſſumunt &c. quod conſequenter declaratur de furore,
ira, zelo, concupiſcentia: quæ valde diuerſimode in animalibus reperiuntur ac angelis. [Etenī
furor in irrationabilibus quidem ex paſſibili motu ineſt] id eſt, brutis, hominibus quoq; paſſi-
onatis innaſcitur furor ex corporali ſanguinis tranſmutatione & ebulitione, & ex illata iniu-
ria, ex cuius illatione & apprehenſione animus indignatur, turbatur & appetit vltionem. Cūq;
motus huiuſmodi paſſionum ſint ſubiectiue in viribus ſenſitiuis, corporali organo alligatis,
& complexionato ſubiecto inhærentibus, fiunt cum tranſmutatione corporea. vnde ſubiun-
gitur [& omnis irrationabilitatis repletus eſt furibundus motus eorum] quoniam furor præ- E
dominatur in eo, qui furor eſt velut inſania quædam. [Sed in intellectualibus aliomodo opor
alias * iraſcibile. tet * furiale intelligere] id eſt, vim iraſcibilem ſeu furorem neceſſe eſt aliter ponere in intellecti-
uis ſubſtantijs, in quibus non eſt appetitus ſenſitiuus, nec vires organicæ, iccirco nec paſſiones
iſtæ in eis ſunt proprie atq; vniuoce, ſed magis æquiuoce, metaphoricæ, & per ſimilitudinem
quandam effectuum ſeu proportionalitatem. hinc ſequitur [declarans] id eſt, iraſcibile iſtud
ſeu vis iraſcibilis vel furor, eſt declarans [vt æſtimo eorum virilem rationabilitatem] id eſt, cœ
leſtium intellectuum fortem & efficacem fictionem in recto iudicio rationis, à quo per furo-
ris impetum nequaquam deijciuntur [& immanem quietē] id eſt, vehementem ſtabilitionem.
alia litera continet, Conſolatoriam quietem. obtinet nanque eorum furor quod appetit, ſicq;
conſolationem ſortitur, quoniam paſſiones appetitus iraſcibilis in paſſionibus concupiſcibi-
lis terminantur, ideo irati & furibundi dum concupitam fecerint vltionem, lætantur [in diui-
nis & immutabilibus fundamentis] id eſt, in regulis iuris diuini & decretis legis æternæ atque
in rationibus inuariabilibus quas contemplantur in deo, ſecundum quas regunt ſe immobili-
terque adhærent eiſdem. ideo contentantur de eis, & quietantur in illis. Præterea aduerten-
dum, quod in hominibus ponitur duplex appetitus, videlicet ſenſitiuus & intellectiuus, qui eſt
voluntas. ſenſitiuus vero appetitus in concupiſcibilem iraſcibilemq; diuiditur. obiectum quo
que concupiſcibilis eſt bonum ſenſibile ſimpliciter dictum, obiectum autem iraſcibilis eſt bo- F
num ſenſibile arduum. Nam ſicut in naturalibus cernimus, quod ignis per leuitatem aſcendit,
per calorem vero quaſi reſiſtit impedientibus ſuum aſcenſum: ſic animalia per appetitum con
cupiſcibilem tendunt in obiectum conueniens, per iraſcibilem vero reſiſtunt contrario. In par
te vero affectiua intellectiua ponitur duplex hic appetitus non proprie, ſed metaphorice, nec
vnus ab alio realiter differt. Furor ergo in deo & angelis nequaquam importat irratiōabilem
immoderatumve impetum, ſed efficacem prorſus conſtantiam contra impedimēta bonorum
aut iuſtam deteſtationem, vindictamq; ſcelerum, ac inſuperabilem contra mala inſurrectio-
Nahū. 1. nem. Vnde ſcriptum eſt: Vlciſcens dominus & habens furorem. Et in Pſalmo: Deus vltionum
Pſal. 93. dominus, deus vltionum libere egit. Iuxta prętactum modum loquendi dominus per Iſaiam
Iſaiæ. 1. Ezech. 22. teſtatur: Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et in Eze-
chiele: Succēdā vos in igne furoris mei, & requeſcā. Deinceps tāgit theologus q̄lit̄ cōcupiſcētia
diuerſimode in aīalibus & angelis eē dicat̄. [Eodē mō cōcupiſcētiā q̄dē eē dicimus in irrationa
bilibus incōſultā quādā & materialē ex naturali motu aut cōſuetudine in mutabilibus incōti

nenter



A nenter ingenitam paſſibilitatem & irrationabilem corporalis voluptatis continuitatem ſi-
mul omne animal compellentis in ſecundum ſenſum concupiſcibilem] hoc eſt, ſicut de furo
re iam dictum eſt, [eodem modo dicimus concupiſcentiam] ſenſualem carnalem, præſertim
venereā [eſſe paſſibilitatem] id eſt, paſſionem & affectionem quandam prouenientem ex fo-
mite [inconſultam] id eſt, non deliberatiuam aut ſine præuio rationis iuditio inſurgentem [&
materialē] id eſt, corporalem [ingenitā] id eſt, ortā in ſenſualitate ex motu naturali, qui exur-
git ex apprehenſione obiecti delectabilis, ad quod naturale eſt affici, [aut] ex [conſuetudine]
quæ habituatos in talibus celerrime trahit ac valide. Ingenitam inquam [incontinenter] id
eſt libidinoſe & præter vel contra caſtitatis virtutem [in] rebus [mutabilibus] id eſt in
carnalibus ſenſibilibusq; obiectis ſeu circa huiuſmodi [& irrationabilem continuitatem] id
eſt protractionem [corporalis voluptatis compellentis] id eſt, fortiter & quaſi violenter alli-
cientis [omne animal] cuius eſt per coitum generare, & præſertim omne animal brutale, quod
caret ratione, cuius eſt paſſiones reprimere. bruta autem ſicut & naturalia inferiora, agūtur ma-
gis quam agant, naturalem inſtinctum ſequendo. Interdum autem ſumitur compellere pro in Gene. 19.
genti inductione, ſicut in Geniſi fertur de Loth, compulit illos, videlicet angelos ingreſſos So
domam, oppido, id eſt, valde. Sic ergo voluptas compellit in concupiſcibile ſecundū ſenſum,
id eſt, in obiectum deſiderabile ſecundum obiectum tactum, cuius voluptates ſunt intenſiores
[Cum vero diſſimiles ſimilitudines intellectualibus circumponentes concupiſcentiam eis cir
cumformamus] id eſt, dum nos [circumponentes] id eſt, ab extra circumueſtientes & adſcribē
tes [intellectualibus] vt pote angelis [ſimilitudines diſſimiles [id eſt, multū diſtantes ac differē
tes ſicut expoſitū eſt. [circumformamus] id eſt, applicamus & attribuimus eis [cōcupiſcentiā]
vt cum beatiſſimus princeps ait apoſtolorum. In quem ſcilicet Chriſtum, deſiderant angeli pro 1. Petri. 1.
ſpicere. [amorē diuinā ipſam intelligere oportet] id eſt per concupiſcentiā intelligendus eſt a
B mor ſpiritalis & purus, ac deſiderium inde erumpens [ſuper rationem & intellectum immate
rialitatis] id eſt, qui amor ſupernus naturalem rationem ac intellectū immaterialitatis] id eſt,
immaterialem intellectum viatorum tranſcendit, ſicut & ipſæ angelicæ mentes. & maxime a-
mor ille beatificæ fruitionis, quem nec oculus viatoris vidit, nec auris audiuit, nec cor in præ- 1. Cor. 2.
ſenti exilio compræhendere valet. debemus quoq; concupiſcentiam illā intelligere eſſe [infle- alias † indigens
xibile] id eſt inauertibile ac confirmatum in bono, [& non † inducens deſiderium] id eſt, deſide
rium actualiter habens bonum. Deſideratum, non carens eodem de quo ſubiungitur: ſupereſ-
ſentialiter caſtæ & impaſſibilis contemplationis] id eſt beatificæ viſionis, quæ eſt caſta & pura
ſupernaturaliter, & ſuper omnem creatam eſſentiam, quantū ad naturalem ſuam perfectio-
nem, cum viſio iſta ſit clara & immediata intuitio ſupermundiſſimæ ac ſuperdigniſſimæ trini
tatis ſuperſimpliciſſimę deitatis in ſeipſā ſicuti eſt in ſe, quod eſt quodammodo infinita dig-
nitas ac perfectio mentis creatæ deo fruentis, cui contemplationi nulla paſſibilitas, nulla inor
C dinatio paſſiōis miſcetur. Hāc contemplationem ſancti in patria inceſſabiliter & inamiſſibi-
liter habent & nihilominus eam deſiderare dicuntur, quia de ea nunquam habent faſtidium,
imó inuariabiliter, amant & cupiunt eam æque feruenter. Veruntamen deſiderium proprie ac
cipi ſolet pro appetitiōe boni futuri nondum habiti nec præſentis. Amplius iſtud intelligi poſ
ſet de contemplatione dei actiua & increata, quæ eſt obiectum omnis viſionis beatæ. Vnde &
Plato in ſecundo Timæi effatur: At uero deus vt mens, cuius viſio contemplatioq; intellectus Plato.
[et ad illam puram ſublimiſſimam claritatem & inuiſibilem & formificam pulchritudinem ę-
ternæ & vere & inuiſibilis ſocietatis] hoc eſt, concupiſcentiam intellectualiū illarum ſubſtan-
tiarum dicimus eſſe feruentiſſimam affectionem earum ad claritatem illam puriſſimā ac ſub-
limiſſimam intuendam, conſtringendam ac beatifice poſſidendam [&] ad [pulchritudinē illā
inuiſibilem atq; formificam] id eſt omnium formarum ac ſpecierum & pulchritudinū produ
ctricem ac cauſam exemplarem fontalem & conſeruatiuā [ſocietatis æternæ & vere] quod ex
poni poteſt de increata & ſuperconcordiſſima ſocietate ſupergloriosiſſimę trinitatis, in qua in
ter tres ſuperſanctas adorandas perſonas eſt ſocietas ſuperdulciſſima, communicatio liberaliſ
ſima & ſuperpleniſſima, familiaritas incomparabiliter magna, in qua nulla ſuperuenerāda p̄-
ſona aliquid ſibi priuate reſeruat aut alteri perſonę incognitum tenet. Propter quod filius ait Ioan. 17.
ad patrem: Mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. Et rurſus: Pater diligit filiū & oīa demōſtrat Iohan. 5.
ei quæ ipſe facit. Deniq; ſi fideles p̄ charitatē habēt ſocietatē ad deū, q̄ntomagis increatę pſonę
ad īuicē: Ait q̄ppe Iohānes in prima canonica: Societas nr̄a ſit cū p̄re & filio. Pręterea in ſcriptu 1. Ioh. 1.


ris

Gala.5. ris ſit mentio de duplici concupiſcentia. vna ſenſuali, iuxta illud: Caro concupiſcit aduerſus
Lucæ.1. ſpiritũ,&hec eſt concupiſcentia inordinata culpabilis. Concupiſcentia tamen ſenſitiua poteſt D
eſſe ordinata & bona,qua&Zacharias concupiuit Eliſabet. poteſt etiam eſſe indifferens,vt eſt
Pſal.44. paſſio pure naturalis,qua quis eſuriens cupit cibum. Secunda eſt concupiſcentia bona & ſpiri-
Pſal.83. talis,iuxta illud pſalmi:Concupiſcet rex decorem tuum. Itemq;,Concupiſcit & deficit anima
Sapien.6. mea in atria domini. Vnde& ſcriptum eſt:Concupiſcentia ſapientiæ deducet ad regnum per-
petuum[& veluti impotentiam excipit quidem & inſufficientiam & inconuerſibilitatem]Ali
qui textus habent:& veluti potentiam excepit. Certum eſt autem quod angelus à deo ſortitus
eſt quandam potentiam,imó potentiam magnam,cum de primo illo apoſtata in Iob ſcriptũ
ſit:Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Nihilominus angelus ex propria condi
Iob.40. tione,inquantum ex nihilo,& vt dependens à creatore, impotentiam habet, & excepit, id eſt,
Iohan.15. accepit,cum & de ipſo verificetur quod veritas loquitur:Sine me nihil poteſtis facere. Sic& in
ſufficientiam habet,quia non ſufficit ſibi per ſe, cum ſine creatoris cõſeruatione nec in momẽ
to poſſit ſubſiſtere. Aliqui autem legunt ſic,quod ſint duæ dictiones,ſitq; ſenſus quod angelus
in ſua ſufficientia & inconuerſibilitate ad deum accepit potentiam &ſtabilitiõem perpetuam.
ſicq; per[inconuerſibilitatem]ad deum,intelligitur inauertibilitas ab eodem. Aliqui vero ha-
bent & legunt conuertibilitate ad deum:quia per inauertibilem conuerſionem ad deum,potẽ
tiam & confirmationem in bono adepti ſunt. Porro omnes beati ſufficientiam habent: quoni
am habent quicquid volunt,nec inordinate aliquid optant. Nam & beatitudo deſcribitur ſta-
tus omnium bonorum aggregatione perfectus[& à nulla affligitur virtute]angelus nanq; cũ
Apoc.12. ſit beatus,ab omni afflictione liber eſt & ſecurus. nec obſtat quod Michael & angeli eius præ-
liati ſunt contra draconem, quoniam angeli ſancti ſine timore,moleſtia & labore in omni hu-
iuſmodi congreſſione triumphant [per inconfuſum & immutabilem diuinæ pulchritudi-
nis amorem]id eſt,per hoc quod increatam dei pulchritudinem ardentiſſime diligunt [amo-
re inconfuſo]id eſt,ordinato,qui etiam non confunditur ſuſtinendo fruſtratiõem ſui effectus,
aut ſeparationem vel auerſionem ſeu impeditionem à ſummo bono[& vniuerſalem reuoca-
tionem in id quod vere eſt,appetendum]id eſt,per omnimodam reductionem ad deum ſum-
me amandum,ac incomparabiliter appetendum,in quo vere tutiſſimi ſunt & illęſibiles, quicũ
q; ei perfecte coniuncti ſunt. propter quod dixit Iob:libera me,& pone me iuxta te,& cuiuſuis
Iob 17 manus pugnet contra me. Et Iſaias:Quis contradicit mihi?ſtemus ſimul, quis eſt aduerſarius
Iſa.50. meus?accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Nos autem in vita præſenti multi- E
pliciter lædimur atq; affligimur,tentamur & vincimur ab intus&ab extra:quoniam nondum
integre& perfecte inauertibiliter ac feliciter ſumus deo vniti,&intra nos habemus hoſtem do
meſticum ac vires animæ pronas in malum,infectas fomite & corruptas. Amplius pandit the
ologus,qualiter irrationalitas & ſenſualitas animalibus & angelis diuerſimode adſcribuntur.
[Sed & ipſam irrationabilitatem & inſenſualitatem in irrationabilibus quidem animalibus]
id eſt,in brutis[aut inanimatis materijs]vt ſunt ſaxa & ligna[defectum]id eſt, carentiam[rati
onis & ſenſus]id eſt,virium ſeu actionum ſenſitiuarum[proprie vocamus. In immaterialibus
autem & intellectualibus eſſentijs]puta in angelis [ſancte & decenter ſupereminentias earum
vt ſupermundalium confitemur]id eſt[irrationalitatem & inſenſualitatem]ſubſtantiarum il
larum[confitemur ſancte & decenter]id eſt, religioſe,pure & congruenter. ſupereminentias
earum,id ẽ,intellectualitatem deiformem& ſuperabũdantiam rationis ipſarum,per quas val-
de præeminent inferioribus iſtis tanquam ſupermundanæ ſubſtantiæ, ſicut expoſitum eſt fre-
quenter[noſtram tranſitoriam & corporalem rationem & materialem& alienatum in corpo
ralibus animi ſenſum†excedentes]id eſt,talem ſeparatarum ſubſtantiarum irrationalitatem&
alias* ex cellentes. inſenſualitatem confitemur multum excedere[ratiõem noſtram trãſitoriam & corporalem]
occupatam & ſæpe verſantem circa temporalia & terrena,quamuis ratio in ſe ſit potentia ani- F
mæ inorganica,ſimplex & immortalis,quemadmodum intellectus poſſibilis, cum quo realiť
idem eſt. ſic item excedunt ſenſum animi noſtri,id eſt,ſenſum interiorem,alienatum,id eſt,ab-
ductum à vera ſapientia ac virtute,& vilibus rebus immerſum. Corpus enim corruptibile ag-
Sapien.9. grauat animam,& deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Hinc fertur in
Iob.5. Iob: Quanto magis hi qui habitant domos luteas,qui terrenum habent fundamentum,
conſumentur velut à tinea?[Eſt itaq;]id eſt,recte contingit[non diſſonas formare cœleſtibus
formas]hoc ẽ[formare]id ẽ,deſcribere& figurare[cœleſtibus] .i. ad deſignãdũ cœleſtes intel
lectuales ſubſtãtias formas. i.ſimiltudines illarũ rẽpſentatiua [nõ diſſonas] .i.nõ incõueniẽtes
[&ex vi



[&ex vilibus materiæ partibus]id eſt,etiam ex particularibus inferioribus materialibus rebus
ſeu membris,ſicut per faciẽ hominis denotatur notitia angeli:[Quoniã & ipſa ex vero bono
ſubſtantiam† haben]s id eſt,materia à ſummo bono creata,&idipſum quod eſt,inde ſortita eſt alias †poſ ſidens.
quod etiam Proclus. 2. theoremate libri ſui teſtatur. Per omnẽ ſui materialem diſpoſitiõem]
id eſt per varias ſuas partes qualificationes,formationes,ornatus,*[reſonantias quaſdam intel alias *ima gines.
lectualis pulchritudinis habet]id eſt incõpletas habet participationes & ſimilitudines tenues
[pulchritudinis intellectualium perſonarum ,ſicq; per lucem qua materia ipſa perfunditur &
ornatur,ſignificatur lumen & illuminatio mentis angelicæ,& ſicut materiæ eſt moueri , pati &
perfici,ita & intelligentiæ à prima cauſa perficiuntur,ac dona ſuſcipiunt,& diriguntur ab illa,
vnde proprietates materiæ quodammodo competunt illis. [Et poſſibile eſt per eas reduci]
id eſt per partes,diſpoſitiones & figurationes materię [ poſſibile eſt reduci ad immateriales pri
mas formas]id eſt ad cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum,quæ ſunt[primę]atq; digniſ
ſimæ[formæ] foris manentes , non intrinſecæ informantes duplex eſt enim forma ,puta in-
formans & foris manens [diſſimiliter(vt dictum eſt)ſimilitudinibus acceptis]id eſt, ſecundũ
ratiões diuerſas [in eiſdem nõ ſimiliter]id eſt nõ vniuoce ſumptis,ſicut cum per fortitudinem alias †& eaſdem.
leonis,ſignificatur potentia Chriſti ;& per calliditatem ſerpentis,prudentia iuſtitia atq; per ſim- Apoca. 5.
plicitatem columbæ,ſynceritas animi. [compacte autem & pulchre intellectualibus & ſenſibi Mat .10.
bilibus proprietatibus diffinitis[id eſt ſed[proprietatibus] ſtis,per quas vnum notificatur per
aliud ,[diffinitis ]id eſt,deſcriptis[compacte& pulchre]apti &ſolide ac diſtincte[intellectua
libus & ſenſibilibus]id eſt,ſecundum quod ſunt in rebus intellectualis naturæ,& alijs exprimẽ
do ſecundum quam rationem & acceptionem conueniant vni,& iuxta quam alteri [Hæc my-
B ſticos theologos inueniemus non ſolum cœleſtium diſpoſitionum declarationibus mirabili
ter circumformantes]hoc eſt ,nos [inueniemus ]in ſcripturis[theologos myſticos]id eſt pro
fundos ſanctos & ſapientes apoſtolos ac prophetas c[ircumformantes.i.circumueſtientes
& applicantes[mirabiliter]id eſt,valde artificialiter atq; vtiliter[hæc]id eſt,ſimilitudines pro
prietates & formas has à ſenſibilibus ſumptas [non ſolum declarationibus ]id eſt notificatio
nibus[diſpoſitionum cœleſtium[id eſt, angelicorum chororum pulcherrime diſpoſitorum
ſupernorum ornatuum,vt pote ad notificandum illa ſupræma per iſta inferiora[Sed & ipſi a-
liquando †thearchicis manifeſtationibus]id eſt , theologi interdum laudant[manifeſtationi alias* diui
bus thearchicis]id eſt:deſcriptionibus diuinis ac principalibus,ipſam videlicet deitatem. The nis.
archicum autem dicitur theos,quod eſt deus ,& archos princeps,inde thearchia ,id eſt princi-
patus dei aut deitas princeps. [Et aliquando quidem ipſam ex luminibus precioſis laudant
vt ſolem iuſtitiæ]id eſt theologi aliquãdo[laudant]diuinitatem&[ipſam] appellant nomini
bus ſumptis[ex luminibus] ſenſibilibus præclarioribus[vt ſolem iuſtitiæ ] vt cũ dominus p Mala.3.
Malachiam loquitur:Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitię,ſic etiam appellatur
ſol intelligentiæ,vt cum in Sapientiæ libro impij faſſi ſunt:Sol intelligentiæ non eſt ortus no- Sapien. 5.
bis. Quomodo autem ſol iſte viſibilis ſit euidens dei imago,quarto capitulo de diuinis nomi
nibus clarius continetur,ſumitur quoq; hic lumen ſeu lux pro ſubſtantia lucida, quemadmo Gene.1.
dum in Geneſi dixit deus: Fiat lux, de qua quarta die ſecũdum expoſitores antiquos & ſuper
ficiem literæ formatus eſt ſol. [vt ſtellam matutinam in animo ſancte orientem]id ẽ per gra- Apoc.2.22.
tiæ ſuæ ſplendorẽ radiantem& coruſcantẽ in anima munda[ ſancte]id eſt,pie ac ſapienter, Vñ
in Apocalipſi loquitur dominus Ieſus:Ego ſum radix &genus Dauid,ſtella ſplendida ac matu
tina: Et merito ſic vocatur,quoniam ſicut ſtella illa ſolẽ præcedit,tenebras fugat,auroram ad- 2.Cor.4.
ducit:ſic Chriſtus,prout fulget ſuis in via,præcedit ſeipſum ſcdm quod ſplendet eis in patria. 2.Petri .1.
Hinc Corrinthijs ſcribit ac imprecatur Apoſtolus:Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſ-
cere &c̃. ſic & beatiſſimus Petrus:donec,inquit,oriatur lucifer in cordibus veſtris. [& vt lumẽ
incircumuolute& inuiſibiliter reſplendens]id eſt,interdum laudant deum vt. ſuperclariſſimũ
lumẽ[reſplendens ]cordibus electorũ[incircumuolute]id eſt,clare ſine circumuelatione fan-
taſmatum. [Et inuiſibiliter]id eſt pure &intellectualiter,vt cum Apoſtolo dicere queant:Nos
C autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes,in eandem imaginem transformamur à cla
ritate in claritatem. [Aliquando vero ex medijs]id eſt,theologi quandoq; deſignant & laudãt
deũ appellationibus ſumptis ex creaturis,quæ inter cœleſtia corpora quæ in corporibus ſor-
tiũtur primatũ,& inter terrena ac infima corpora mediũ habent locum. vt ſunt,ignis,aer, aqua
vñ ſubiũgit:Vt[ ignẽ innocue ſplẽdentẽ]. i. ſine nocũmẽto & lęſione timócũ ingẽti fructu & ſa-
lutis ꝑfectu radiantẽ in anima atq; vrentẽ in ea,culpas cõſumendo,charitatẽq; inflammando.
pro-

Deutero. propter quod ſcriptum eſt in Deuteronomio:Dominus deus tuus,ignis conſumens eſt.quod
Hebre. 12 ad Hebræos allegat Apoſtolus.[Vt aquam vitalis plenitudinis datricem]id eſt,etiam laudāt
deum & fontem aquæ[vitalis]& vt aquam replentem ac fœcundantem corda,quibus grati-
Ierem.2 arum fluenta infundit.Hinc in Ieremia aſſerit deus:Duo mala fecit populus meus. Me dere-
linquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt ſibi ciſternas quæ continere non valent aquas. de
Pſal.41 quo fonte teſtatur pſalmiſta:Sitiuit anima mea ad deū fontē viuū.De quo iterum iuxta aliam
tranſlationem ait propheta:Dominus deus noſter fluuius glorioſus, ſaliens in terrā ſitientem.
Qui eſt vitalis plenitudinis dator,influendo vitam naturę & gratiæ ac gloriæ ſempiternę.Vn
Iohan.4 de apud Iohannem diſſeruit:Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquę ſalien
Iſa.12 tis in vitam æternā.Et Iſaias:Haurietis,inquit,aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris[&ſym
alias *dicē dum. bolice dicendo.i.figuratiue & per ſenſibiles ſimilitudines loquendo,laudāt atq; ſignificant D
deum [in ventrem ſubeuntem]id eſt,per mentem ſeſubſternentem ac ſupponentem gratioſo
influxui dei.[Fluminaq; redundantem]id eſt,ex ſua pia repletione exuberantem,redundan-
1.Petri 4. tem copioſeq; influentem in alios,iuxta illud principis apoſtolorum:Vnuſquiſq; ſicut accepit
gratiam,in alterutrum illam adminiſtrantes,ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ dei,
[immenſurabiliter refluentia]id eſt,flumina iſta chariſmatum ſpiritusſancti,multo abundanti
us in ſuum refluunt fontem.fructificant namq; in multis & cum ingenti gratiarum actione ei
Matth.25 attribuuntur,ſicut in euangelio leguntur ſerui fideles multiplicaſſe conceſſa ſibi talenta.Hinc
Coloſſen.1 ad Colloſſenſes ſcribit Apoſtolus:Verbum dei fructificat & creſcit in vobis.Sic & Salomon di
Eccle.1. xit:Ad locum vnde exeunt flumina,reuertuntur,vt iterum fluant,habenti etenim,id eſt,grato
Matth.25 datur vt magis abundet.In his verbis tangit theologus quod apud Iohannem loquitur Chri-
Iohan.7 ſtus:Qui credit in me,ſicut dicit ſcriptura,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.[Aliquā-
do autem ex nouiſſimis]id eſt, nonnunquam laudatur notificaturq; deus per nomina ſumpta
Can.1. ex infimis rebus[vt]ſunt[vnguentum ſuaue]ſecundum illud in Canticis:Oleum effuſum no
men tuum. oleum quippe lucet,vngit,ſanat,& bonum largitur ſaporem:ſic ſapientia in
carnata fulſit miraculis & doctrinis,vngit dulciter conſolando,curat vulnera vitiorum,datq;
ſaporem refectionibus animarum,ita vt verbo dei refectus fateatur,pſallendo:Quam dulcia
Pſal.118 faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. Sic demum ſcriptura laudat deum[vt lapidem
Iſaias 28 Actor.4. angularē]nam ſicut in ſaxo collocata in angulo concurrunt & iunguntur duo parietes,ita in
Ephe.2 Chriſto conuenerunt,& vnum ouile effecti ſunt Iudæi atq; gentiles.Vnde teſte Apoſtolo,Chri
Pſal.117. Ephe.2. ſtus eſt pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum.hinc in euangelio allegat Chriſtus de ſe quod prædi
xit Pſalmiſta:Lapidem quem reprobauerunt ędificantes,hic factus eſt in caput anguli.Paulus
quoq;,Super ædificati,inquit,eſtis ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum,ipſo
Iſaias 28. ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu,de quo in Iſaia legitur prophetatum:Ecce ego mittam
1.Petri 2. in fundamentis Syon lapidem angularem præcioſum.quod & in prima Petri epiſtola comme
moratur[Sed & beſtialem formam ipſi circumponunt,& leonis & pantheræ ſpecialiter ei co-
aptant]id eſt,theologi etiam deum deſignant nominibus ſumptis ex brutis,ſpecialiter vero at
tribuunt ei nomina leonis & pantheræ[& pardalmeam veſtiunt]id eſt formā pardi adſcribunt
ei,[& vrſam ſæuientem]nominant eum.Iſtud totum modo præhabitū eſt,pleniuſq; expoſitū.
In viſionibus autem imaginariȷs per horū ſimilitudines,formas,figuras,proprietates & actus
ſignificatus eſt deus,apparuitq; quaſi circumueſtitus & circumformatus huiuſmodi ſpeciebus:
Amos.7 ſic nanq; Amos teſtatur propheta:Vidi dominum ſtantem ſuper murum,& in manu eius trul E
la cementarȷ. Addam vero quod omnium vilius eſſe & magis ſignificare viſum eſt]id eſt,præ
inductis[addam]vnum quod inter prædicta videtur[vilius eſſe] & minus congruere deo,&
quod viſum[eſt magis ſignificare]id eſt,apertius ad ſignificandū ea quæ dei ſunt,quoniam di
ctum eſt quod per abnegationes & viliora cōueniētius notificantur diuina[Quoniā & vermis
ſpecie ipſa ſeipſam circūformantē diuina ſapientes tradiderunt]hoc eſt[quoniā ſapientes]pu
ta theologi qui ſapiunt & cognoſcunt[diuina tradiderunt]id eſt,docuerunt ipſam ſapientiā
incarnatā[circumformantem]id eſt,ſymbolice deſignantem]ſeipſam ſpecie]id eſt,ſimilitudi
Pſal.21. ne[vermis]iuxta illud in pſalmo:Ego autem ſum vermis & non homo.quod dixit,ad de-
notandum aſpernationem ſuam in natura aſſumpta. Vnde ſubiunxit:Opprobriū hominum
& abiectio plebis.in qua re mirandum eſt & ſupermirabile quod tantum dignata eſt ſe propter
nos humiliare,atq; tam vili ſe nomine deſignari,q̄d itē propter humanę naturæ fragilitatē ac
defectuoſę ſuæ conditionis impuritatem de quolibet poteſt homine verificari,iuxta illud in
Iob.25. Iob:Cęli non ſunt mundi in conſpectu dei,quanto magis hō putredo & filius hoīs vermis.Sic
itaq;



A itaq; omnes theoſophi]id eſt theologi ſapientes diuina non ſola informi ac nuda ſcientia,ſed
guſtu interno,præſertim apoſtoli,[& occulta inſpiratione prophetæ]id eſt, inſtituti[prophe-
tæ]ex interna,& abdita reuelatione ſpiritusſancti,iuxta illud.2.Petri:Non voluntate humana 2.Petri 2.
allata eſt aliquādo prophetia,ſed ſpiritusſancto inſpirati,loquuti ſunt ſancti dei homines:[ſan
ctis incontamminatis diſtinguunt ſancta ſanctorum]hoc eſt,ſancti[diſtinguunt] id eſt,diſtin
cte notificant[ſancta ſanctorum]id eſt immaterialia & diuina excellenter ſancta[ſanctis in-
contamminatis]id eſt,per ſimilitudines & res ſacras præclaras dignitati diuinorum propor
tionatas quamuis materiales:vt ſunt lux,ſol,ignis[& diſſimilem ſanctam figurationem ho-
norant]id eſt,extollunt figurationem[ſanctam]illorum,id eſt,deſcriptionem & notificationē
diuinorum per ſimilitudines ſymbolicas minus dignas,ſicut quæ fit per ſpecies & nomina be-
ſtiarum.[Vt neq; diuina immundis recte accepta ſint]id eſt,ita vt nec ſpiritales & intellectua-
les ſubſtantię vere & proprie ac affirmatiue deſignatę ſint per formas & res immundas ac vi-
les:imó in his figura & veritas,ſignum & ſignatum,ſimilitudo & res,ſunt ab inuicem ſecernen alias*ima ginum.
dæ,[Neq; mirabilium†algamatum ſtudioſi contemplationis]hoc eſt,nec ipſi homines ſpirita-
les[ſtudioſi contemplationis]id eſt laborioſi ac feruidi ad contemplationem & agnitionem
[algamatum mirabilium]id eſt,imaginum pręclararum,per quas diuina illa quaſi decentius
ſignificari videntur[tanquam veris remaneant figuris]id eſt,ſimilitudinibus ſint intenti fina
liter,& in illarum conſideratione remaneant tanquam veris,id eſt veluti in rebus ſignatis,pu-
tando quod vnum ſint,& vnū de alio ſubſtantialiter prædicetur.[Diuina itaq; honorant ve- alias† negationibus.
ris†depulſionibus]id eſt,ſcripturæ honorant intellectuales illas ſubſtantias,negando ab eis
hæc ſenſibilia digniora,[& ad nouiſſimā cōparatarū reſultationū diuerſis ſimilitudinibus].i.
etiam ea honorant per ſimilitudines diuerſas multum ab eis diſtantes,diſcrepantes ac occum
bentes,has ipſis diuinis attribueno,q̄ duæ ſimilitudines ſunt quædam præſentationes[reſul-
B tationum]id eſt,imitationum[compactarum]id eſt,compoſitarum. Et apte ordinatarum
[ad nouiſſima]id eſt,ad infima deſignanda,vel ad nouiſſima,id eſt,ſumptarum ex infimis re-
bus & per comparationem ad eas.[Nihil ergo inconſequens]id eſt,nullum inconueniens ſe-
quitur[ſi & cœleſtes eſſentias ex inconuenientibus diſſimilibus ſimilitudinibus reformant
ſecundum dictas cauſas]id eſt, ex hoc quod theologi[reformant]id eſt,iterato notificant ac
deſcribunt[eſſentias cœleſtes]vtpote angelos[ex ſimilitudinibus inconuenientibus diſſimili
bus]id eſt,per formas ac ſpecies ſenſibiles,immaterialibus multum difformes,& hoc propter
[cauſas]expreſſas.[Non enim fortaſſis vtiq; nos in quæſtionem quidem ex indigentia in ana
gogen per diligentem diuinorum ſcrutationem veniremus]id eſt,[nos]fideles[fortaſſis non
veniremus]ad proponendū & inueſtigandū hanc quęſtionem,cur,ſcilicet diuina per materi-
alia deſcribantur.& hoc[ex ingentia]id eſt,defectu & ignorantia noſtra,nec veniremus[in a-
nagogen]id eſt,eleuationem & ſuperductionem intellectus noſtri ad intelligētiam horum[p̄
diligentem diuinorum ſcrutationem,niſi deformitas nos extorqueret manifeſtatorie ange-
lorum formationis]id eſt,niſi ipſa[deformitas]ſeu diſſimilitudo[formationis]id eſt decla-
rationis ſeu deſcriptionis[manifeſtatoriæ]id eſt,declaratiuæ[angelorū nos extorqueret]id
eſt,vrgeret nos ad iſta quærenda,dum non ſine admiratione audimus,quod incorporea illa
C per hæc corporalia deſcribuntur ac inſinuantur,[non ſinens noſtrum animum remanere in
diſſimilibus formarum facturis]id eſt,non permittens intellectum noſtrum quieſcere[in
facturis]id eſt,compoſitionibus ſimilitudinum[diſſimilibus] id eſt multum diſcrepanti-
bus à rebus per eas notificatis.[ſed luctantem negare materiales paſſibilitates]id eſt,conan-
tem ab angelis negare ac remouere paſſiones & pœnalitates corporales,cum non ſint vero in
ipſis.[& aſſueſcentem pare*extendere ſe]id eſt,aſſidue diſponentem ſe eleuare[per viſibilia, alias*exten dī
in ſupermundanas ſimilitudines]id eſt,ad cognitionem cœleſtium poteſtatum,quæ ſuper
hunc mundum inferiorem ſenſibilem ſunt ſublimatæ habitatione,dignitate & gloria.[Tan
ta quidem à nobis dicta ſunt]in iſto capitulo[propter materiales & tenebroſas diuinorum
eloquiorum†angeli formes imaginum deſcriptiones]id eſt,pro elucidatione & explana- alias†ange licas
tione deſcriptionum[imaginum]id eſt,imaginariū formarum,quia per imaginarias ſpecies
ſunt oſtenſæ ac traditæ angelicorum ſpirituum[eloquiorum diuinorum]id eſt quæ deſcrip-
tiones in ſcripturis habentur,quæ etiam dicuntur obſcure,imó vt alia litera habet,inconueni
entes per reſpectum ad angelicæ naturæ puritatem ac dignitatē:quia per materialia inferiora
aut infima datur,attamen propter comparationem ad noſtram groſſitiem aptę ſunt,quia per
iſta ſenſibilia oportet nos manuduci ad inuiſibilia illa.Conſequenrer continuat dictis dicē
da.[Deinde autem ſegregare*debemus]id eſt,in ſpeciali capitulo ſegregatim ac diſtincte alias*topos tes
exprimere,

D
exprimere.[Quid ipſam qdem hierarchiam eſſe æſtimamus]diffinitiue,hoc eſt,qualiter ſit de-
ſcribenda,[quidq; ab ipſa hierarchia proſunt]id eſt,quid ex cognitione &laude hierarchiæ,p-
ficiant[hierarchiā ſortiētes]id eſt,ad eiusnotitiam dilectionem aut ſocietatem peruenientes,
Actor.14. prout ſupra in iſto eſt elucidatū capitulo.[Dux vero ſit ſermonis]id eſt,director & modera-
tor verborum meorum,vel[dux]id eſt princeps,ſicut in actibus legitur,Paulū vocabant Mer-
curium,quoniam ipſe erat dux verbi. Mercurius quippe deus eloquētiæ dicebatur[Chriſtus]
Hebre. 4. qui vere eſt totius eloquētiæ princeps,dator,moderator,cum ipſe ſit vnicum patris verbum in-
Eſthe.14. creatuſq; ſermo,iuxta illud adHebręos, Viuus eſt ſermo dei &efficax.ſic &ſanctaEſter orauit:
Ephe. 6 Domine deus,da in ore meo ſermonē bene ſonantē.Et ſacratiſſimus Paulus, Vt detur, inquit,
Prouer.16 mihi ſermo in apertione oris mei.Nēpe vt in prouerbijs legitur,Hominis eſt animum prępara-
re,ſed domini gubernare linguam. Dux ergo[ſermonis]mei ſit[Chriſtus].i.vnigenitusdei in-
Pſal.44. carnatus,in vnitate perſonæ deus & homo,pleniſſime vnctus,ſecundum illud pſalmi: Vnxit
Actor.10. te deus deus tuus oleo lętitię p̄ participibus tuis,[etſi quidē mihi fas eſt dicere meus].i.oīm do-
minus & ſaluator eſt Chriſtus,ideo non pręſumo abſolute dicere Chriſtus meus,ſed hoc dico
ſub conditione,vt pote[ſi fas]id eſt,licitum mihi eſt,tanquam dicat,Chriſtum ac deum omni-
um ſpecialiter nominare Chriſtum meum & deum meum,eſt perfectorum & familiariū deo,
qualem me eſſe non iacto neq; præſumo.In quibus verbis magni & ſancti huius Dionyſij cō-
3. Reg.17. mendatur humilitas,omnium quippe Chriſtus eſt deus,ſed illorum ſpecialiter,qui eum ſingu-
lariter colunt ac diligunt,queadmodum.3.Regum beatiſſimus Elias legitur clamaſſe ad do-
minum:Deus meus,etiam ne viduam apud quam ſuſtentor,afflixiſti?Itemq; deus meus,reuer-
Nume.23. tatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius.Interdum autem etiam quidam præſumptuo-
ſi ita loquuti leguntur,vtBalaam in libro Numerorum:Nunquid potero immutare verba dei E
Hug.victo mei?Hinc Hugo:Magnum,ait, eſt hoc,vt peccator & abiectus,de familiaritate confidat altiſſi-
mi.Qui ſcilicet Chriſtus eſt[totius hierarchicæ manifeſtationis inſpiratio] id eſt, inſpirator
[manifeſtationis]id eſt cognitionis& declarationis[hierarchicæ totius]id eſt,omnis hierar-
1.Timo.4 chici principatus.Deinde admonet Timotheum[Tu vero ó puer]in quibuspatet grandis au-
toritas ſancti huius qui coepiſcopum ſuum & tam prædilectum Pauli diſcipulum, nominat
puerum:quod & ideo feciſſe putatur,quoniam multum ſenior fuit illo cui Apoſtolus ſcripſit:
Nemo adoleſcentiam tuam contemnat.&quia vice magiſtri fungitur circa illum quem erudi-
uit[ſecundum ſanctam noſtrę ſacerdotalistraditionis legiſlationem,ipſe ſancte&decenter au-
ſculta,mirabiliter dictorum diuinus in diuina doctrina factus]hoc eſt,[Tu ó puer] Thimo-
theæ,qui puer es ab innocentiæ puritate,inſtar illorum quibus Chriſtus poſt ſuam reſurrecti-
Iohan.21 onem loquutus eſt:Pueri,nunquid pulmentariū habetis?ideo ſubditur,ſecundū legiſlationē
ſanctam, id eſt,ſecundum tenorem ſanctę & euangelicæ legis[traditionis noſtrę ſacerdotalis]
id eſt inſtitutionis & doctrinę noſtrę apoſtolicę,nobis ab ipſis apoſtolis primis & ſummis ſa-
Matth.18 cerdotibus chriſtianitatis collatæ,quę doctrina in libris euangelicę legis contenta eſt & deſcri-
pta,& ſecundum cuius doctrinam pueri eſſe debemus,prout apud Matthæum aſſerit Chri-
ſtus:Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli,non intrabitis in regnum cœlorum. qđ
1.Corī.14. exponens Apoſtolus:Nolite,inquit,effici pueri ſenſibus,ſed malitia paruuli eſtote. Verūtamē
iſta particula ad conſequentia poteſt referri,vt ſit ſenſus: tu ipſe puer [auſculta]id eſt, aduerte
[ſancte & decenter]id eſt religioſe ſeu deuote[ſecundum ſanctam legiſlationem noſtræ tra-
Iohan. 8 ditionis]inqua inter cætera dicitur:Qui ex deo eſt verba dei audit:Et item,Beati qui audiunt
Luce.11. verbum dei,&cuſtodiunt illud.Itemq;,Qui habet aures audiendi,audiat.in quibus &conſimi-
Mat.11.13. Marcus 4. libus edocetur,vt cum omni reuerentia,diligentia,imó & operum efficacia verbum dei iugi-
Luc.8.14. ter audiamus,quemadmodum quibuſdam ſcribit Apoſtolus:Ex qua die annunciauimus vo- F
Apoc.2.3. 1.Theſſ.2 bis teſtimonium Chriſti,audiſtis illud ſicut eſt vere verbum dei,ſic quoq; Teſſalonicēſibus in
Acto.17 Actibus recitatur:Hi ſunt qui cum omni auiditate audierūt verbum dei.Sic ergo auſculta:
qui[factus]es [diuinus]id eſt,deo excellenter intentus &aſſimulatus per gratiarum chariſma-
ta,atq; per feruentem amorem contemplationemq; diuinorum,ita quod tu & ſimiles tibi dij
eſtis per participationem,iuxta illud in Pſalmo:Ego dixi,dij eſtis & filij excelſi omnes.diuinus
Pſal.81. inquam & multum illuminatus[in diuinis]id eſt,in ſacris ſcripturis[dictorum mirabiliter].i.
Ioan.20 factorum ac documentorum diuinitus ac ſupernaturaliter exhibitorum,quę in ſcripturis con-
Marc.16 tenta ſunt,& mirabiliter confirmata per præclara miracula,ſecundum illud Marci. Illi autem
profecti,prædicauerūt vbiq;,domino cooperante,& ſermonem confirmante ſequentibus ſi-
gnis.In quibus verbis magnus iſte theologus conformat ſe magiſtro ſuo,qui ad hebręos hor-
Heb.2 tatur:Abundantius nos oportet obſeruare ea quæ audiuimus,ne forte pereffluamus,quomō
enim



enim effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem,quæ in nos confirmata eſt,conteſtante deo
& ſignis & portentis & virtutibus& ſpiritusſancti diſtributionibus?conſonant rurſus hæc ver-
ba magni Dionyſii verbis ſanctiſſimi Pauli Timotheo ſcribentis:Ab infantia ſacras literas no-
ſti,quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem[& ſecreto animi quæ ſancta ſunt circuntegens] id eſt, 2.Timh.3.
in abſcondito & occulto intellectus tui ſancta &myſtica hæc dogmata cœlans non omnibus, Pſal.118.
ſed incapacibus & indignis,iuxta illud pſalmi:In corde meo abſcondi eloquia tua.Iſaias quo- Iſa.24.
que ait:Secretum meum mihi. De hoc primo myſticæ theologiæ capitulo plenius ſcribit hic
theologus:Vide,inquiens,ne hæc aliquis videat indoctorū &c.[ex immunda multitudine tā-
quam vniformia cuſtodi]id eſt,abſconde à[multitudine immunda]ſcilicet carnalibus turbis
pertinacibusq;hominibus documenta iſta inuiolabiliter firma,vniformiter vera,in quibus eē
non debet opinio varia,quia diuinæ & inuariabili veritati innititur. Vnde in euangelio domi- Lucæ.21.
nus proteſtatur:Cœlum& terra tranſibunt,verba autem mea non tranſibunt.[Non enim fas
vt eloquia aiunt]id eſt,licitum non eſt,ſicut ſcripturæ affirmant[in porcos proijcere inuiſibili- Matt.7.
um margaritarum inconfuſum & luciformem beneficumq; ornatum]id eſt,decorē ſpiritualis-
um doctrinarum,vniuerſis corporalibus margaritis precioſiorum,ſplendidiorum & pulchri-
orum,de quibus in euangelio dicitur:Simile eſt regnum cœlorum homini negociatori quæ-
B renti bonas margaritas.Qui decor eſt[beneficus]id eſt,liberaliter nobis communicatus.vnde Matt.13.
ad Hebræos dicitur:Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci.talibus enim hoſtijs placa- Hebræ.13.
tur deus.& luciformis,id eſt,ſplendifluus cœleſtiq; lumini ſimilis radios veritatis ac ſalutis e-
mittens.& inconfuſus,id eſt,rite ordinatus inconfuſibilis & inexpugnabilis,iuxta illud ad Ti- Titum.2.
tum:Verbum ſanum irreprehenſibile,vt is qui ex aduerſo eſt,vereatur nihil mali habens loqui
de nobis.Deniq; de hac fortiſſima armatura & inexpugnabili firmitate veritatis euangelicæ
legis,optime ſcripſit Apoſtolus ſecunda ad Corinthios: Arma militiæ noſtræ non carnalia, 2.Cor.10.
ſed potentia deo,ad deſtructionē munitionū,conſilia deſtruentes & omnem altitudinē extol-
lentem ſe aduerſus ſcientiam dei,& in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obſequiū
Chriſti.Certe contra hanc catholicę fidei firmitatem,ex qua mille clypei pendent,imó potius
multa clypeorū millia ſunt parata,nec rabies tyrannorum,nec argumenta philoſophorū,nec Can.4.
ludificationes magorū præualere quiuerunt.hunc ergo ornatū non licet in porcos proijcere,
id eſt,carnalibus & immundis indocilibusq; proponere,cū & ſapiens dicat:In auribus inſipiē- Prouer.23.
tium ne loquaris,quia deſpicient doctrinam eloquij tui.Et denuo:Qui erudit deriſorē, ipſe ſi- Prouer.9. Eccl.32.
bi iniuriam facit. Itēq;,Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonē. Poſtremo hanc autoritatē
ſcripturæ non allegat hic excellentiſſimus iſte theologus ſecundum formam verborū, ſed iu-
xta intellectum ſcripturæ.ſiquidem apud Matthæum docuit Chriſtus: Nolite ſanctū dare ca- Matt.7.
nibus,neq; margaritas veſtras proijciatis ante porcos.Doctrina enim proportionanda eſt ca- 1.Cor.3.
pacitati audientium eam.propter quod quibuſdam ſcripſit Apoſtolus: Nō potui vobis loqui 1.Cor.2.
C quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus.Et rurſus:Sapientiam loquimur inter perfectos.

¶Introductio & ſolutio quæſtionum quarundam,concernentium
præſens capitulum. Articulus ſextus.

PRimo hic quæritur, an ſpiritualia ac diuina verius ac conuenientius deſignentur
per negatiua & diſſimilia,quam per affirmatiua & nobiliora. Videtur quod non,
quia nominatio rei ordinatur ac tendit ad habēdam eius notitiam.Negatiua aūt
de deo non exprimunt quid ſit,ſed quid non ſit.Rurſus, cognitio fit per quādam
aſſimilationem & per ſimilitudinem cogniti exiſtentem in cognoſcente. poſiti-
ua autem & nobiliora ſunt,deo & incorporeis ſimiliora.ergo efficatius ad illorum ducunt no-
titiam.Amplius,quo effectus eſt ſuæ cauſæ conformior,eo clarius repræſentat eandem,ſicque
eſt clarius medium ad illius cognitionem.In oppoſitum videtur autoritas& doctrina autoris
in litera.Ad iſtud videtur breuiter reſpondendum,quod per affirmatiua & nobiliora verius,
clarius ac eminentius cognoſcuntur immaterialia & diuina,loquendo directe,& quantum eſt
ex natura rei,atq; ex parte obiecti & medij:ſed ex parte imbecillitatis ac defectuoſitatis noſtri
ingenij contingit oppoſitum,& etiam indirecte.Noſtra quippe cognitio ab imperfectioribus
ad perfectiora paulatim procedit,& ad errandum procliuis eſt.idcirco inprimis facilius capi-
mus,quid deus & mentes illæ deiformes angelicæ non ſint,quam quid ſint.Hinc tertio de ani- Philoſo.
ma dicitur,quod ſimplicium intelligentia ſeu cognitio eſt per negationem: facilius enim ap-
prehendimus quod deus & angeli non ſunt extenſiue magni aut parui,figurati aut circunſcri-
pti,colorati aut ſenſibiliter lucidi,quam quid ſit illa ipſorum ſimplicitas,aut qualiter termine-
tur eſſentia angeli in ſe aut in loco,ita quod cum ſit in aliquo ſpacio loci,non ſit in toto ſpacio
D vniuerſi

vniuerſi. Inſuper, cum multi ſint non valentes ſe ſuper ſenſum & imaginationem & ſuper can-
cta materialia eleuare, faciliter poſſent induci ad æſtimandum quod deus & ſubſtantiæ ſepara D
tæ ſint quędam materialia entia ſplendidiſſima ac ſpecioſiſſima aut corporea lumina, ad quod
vitandum aptius deſcribuntur interdum per viliora, quæ palam eſt ipſis ſubſtantialiter nō cō-
uenire. cognitio tamen per affirmatiua & digniora, per ſimiliora & propinquiora, in ſe perfe-
ctior eſt ac magis diſtincta, imó perfecte notitiæ rei per ſpeciem vicinior. Nec obſtat quod ſan
ctus iſte theologus libro de myſtica theologia edocuit, quod perfectiſſima dei contemplatio
in præſenti, eſt intuitio illa qua ei vnimur tanquam omnino ignoto, & in qua omnia auferun-
tur ab ipſo. hoc etenim contingit ex parte noſtri, & quia hoc ipſum quod vere conuenit deo,
& quod concipimus affirmatiue de eo, conuenit ei in infinitum excellētius atq; perfectius, quā
intelligere valeamus. ſicq; auferimus & negamus illa ab ipſo, non ſimpliciter & abſolute quā-
tum ad id quod in ſua natura ſunt, ſed quo ad modū quo ea capere poſſumus in hac vita, pro-
ut iſtud infra & libris ſequentibus diffuſius exponetur. ¶ Secundo hic quæritur, an ex rebus
creatis poſſumus aliquid de deo vere & quidditatiuæ cognoſcere. Et apparet quod nō, ex mul
tis verbis huius capituli, in quo inter cætera dicitur, quod deus eſt ſuper omnem eſſentiam &
vitam, nullo lumine eum characteriſante, id eſt, determinante. & quod omnis intellectus ac ra
tio ab eius expreſſione, repræſentatione & ſimilitudine deficiunt infinite. Itemq; quod deus
non eſt ſecundum aliquid, imó nec aliquid eorum quæ ſunt, ita quod ignoramus ſupereſſenti-
alem ipſius naturam atq; ineffabilem ipſius infinitatem ac superſubſtantialis ſuæ deitatis beati
tudinem. Circa hæc dico, quod quæſtio iſta includit & tangit quaſi pelagus difficultatū pluri-
marumq; quæſtionum abyſſum, an ſcilicet deo & creaturis conueniat aliquid vniuoce, an poſ
ſimus deum in ſeculo iſto intuitiue cognoſcere, an valeamus de ipſo nunc aliquid vere ac pro
prie & diſtincte concipere, an deus ſit in genere, an prædicata perfectionalia ex natura rei & per E
prius competant deo quàm creaturis. Verumtamen iſtæ & conſimiles quæſtiones in libro de
diuinis nominibus & in volumine de myſtica theologia potius habent locum, & ibi prout do
minus dederit, ipſo præſtante ſoluentur. de quibus etiam in collectario ſuper primum Senten
tiarum diligenter pro viribus eſt tractatum. ¶ Tertio quæritur de ſimplicitate & puritate an
gelorum, an ſcilicet vere immateriales exiſtant. & probatur quod imó, ex multis autoritatibus
huius capituli, in quo theologus non ſolum nominat eos incorporales & immateriales, ſed e-
diſt. 8. q. 1. tiam deiformes ſimplicitates, aliquando vero immaterialitates. De hac autem quæſtione ſup
ſecundum Sententiarum dictum eſt copioſe, & perſcrutatum eſt ibi, an in angelis ſit compoſi-
tio aut vnio aliqua ex materia & forma, ex eſſe & eſſentia, ex actu & potentia. Deniq; quæſtio
iſta de immaterialitate angelorum, antiqua eſt: & tam inter philoſophos quam inter theolo-
Plato. Apuleius. gos præcipuos, fuerunt de ea diuerſæ opiniones. Plato enim in dæmonibus poſuit etiam cor-
poralē materiā, quamuis inuiſibilem nobis. Vnde Apuleius Platonicus in li. de deo Socratis, af
firmat dæmones eſſe animalia, corpore aerea, animo paſſiua, mente rationalia, tempore æter-
Plato. Proclus. na. In ſuperioribus demum intellectualibus ſubſtantijs poſuit Plato ſimpliciorem quandam
materiam, quam Proclus in elementatione ſua theologica nominat ſchema. Autor quoq; li-
bri de Cauſis, affirmat quod intelligentia eſt habens hyliathin. hanc opinionem ſequuti ſunt
aliqui magni, qui philoſophia Platonicorum fuerunt inſtructi, vt ſancti patres, Auguſtinus,
Baſilius, Caſſianus. Ariſtoteles vero & Peripateci dixerunt intelligentias eſſe ſubſtantias ſepa- F
philoſo. ratas, id eſt, à materia liberas & ſemotas. Similit̃ inter doctores ſcholaſticos ſunt de hac re duæ
Bonauen. opiniones. Nam Bonauentura, Richardus de media villa, Petrus ac alij multi dicunt in angelis
Richar. vil esse ſpiritualem materiam. Porro Gulielmus Parrhiſienſis in libro de vniuerſo, Thomas, Al-
Petrus Ta. Guliel, Par bertus, Aegidius cum ſuis ſequacibus fortiter tenent contrarium, quorum opinio probabili-
To. Aqnas Albertus. or reputatur, præſertim quia doctrinæ ſancti Dionyſii conſonantior eſſe cenſetur. Angeli nan
Aegid, Ro. que nec ad ſubſiſtendum, nec ad intelligendum, neq; ad mouendum actiue egent materia. eſt
lib. Sen. 2. diſt. 8. tamen in eis vnio quædam actus atq; potentiæ. Verum de hac queſtione pertranſeo, quoniam
vtriuſq; opinionis motiua ſuper ſecundum Sententiarū cum declarationibus ſuis diffuſe ſunt
introducta. At uero Origenes doctor antiquus ac ingenioſiſſimus homo, in libris Periarchon
Origenes. etiam ſcripſit, quod poſt ſummam trinitatem nulla creata ſubſtantia ſine materia poteſt ſubſi-
ſtere. Auicebron item in libro fontis vitæ aſſerit, in cunctis intellectualibus creaturis ac cæte-
Auicebrō. ris eſſe materiam, quam & ſecundum ſe ſumptam dicit in omnibus illis eiuſdem conſiſtere ra-
tionis.

¶ Paraphraſis huius capitis II.

Antequam



A ANtequam ergo de hierarchijs diſtincte tractemus, congruum eſt vt expo-
namus quæ ſit generalis deſcriptio hierarchiæ, quod fiet tertio capitulo, &
quid vtilitatis conferat hierarchia quibuſlibet perſonis in ſe conſtitutis &
miniſtrantibus. Deinde ſpecialiter laudemus cœleſtes hierarchias, ſecun-
dum teſtimonia ſcripturarum eis congruentia, quod fiet quarto & decimo
capitulis ſequentibus. Tandem quindecimo & vltimo capitulo quibuſli-
bet formis & figuris ſenſibilibus cœleſtes animi in ſcripturis deſignentur,
& ad qualem ſimplicem veritatem oporteat reduci per illas formas vel figuras, ne & nos ſicut
alij multi ſtulti arbitremur mentes cœleſtes & deo conformes multipedes eſſe, quia dicitur in
Ezechiele: Pedes eorum pedes recti. Et quaſdam eſſe multorum vultuum, quia rurſus dicitur Ezechi. 1.
in Ezechiele: Quatuor facies vni. Et eſſe formatas ſecundum figuram boum aut leonum aut Ibidem.
aquilarum, vt dicitur ibidem: Similitudo vultus eorū facies hominis, & facies leonis, à dextris Ibidem. Ezech. 1.
ipſorum quatuor. Facies autem bouis, à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ. Et in Apo- Apoca. 4.
calypſi habetur: In medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro.
Aut habere trinum alarum ordinem, propter illud quod legitur apud Iſaiam: Sex alę vni, & ſex Iſaiæ. 6.
alæ alteri: Et ne imaginemur ſuper cœlum rotas igneas, quia dicit Daniel: Rotæ eius ignis accē Danie. 7.
ſus: Et thronos materiales, quaſi neceſſarios ad reclinatiōem principatui deitatis, quia dicitur Zacha. 1. Apoc. 6.
etiam apud Danielem: Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: Et quoſdā equos cœlorū
multorum. Iuxta quod Zachariæ reuelatum eſt: vbi ait: Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens Ezech. 38.
ſuper equum rufum, & poſt eum equi rufi, varij & albi: Et principes principum militię, feren- Iob. 16.
tes lanceas: quia dicitur in Ezechiele: Ecce ego ſuſcitabo principes principum & nominatos a-
ſcenſores eorum. Hæc tamen iunctura, ferentes lāceas, ibi non inuenitur in ſcriptura, ſed de hu
iuſmodi lancea legitur in Iob: Circundedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, & nō
B pepercit. Et in libro Sapientiæ: Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terra Sapien. 5.
rum contra inſenſatos. Et ſimiliter quæcunq; alia nobis in ſcripturis ſacris tradita ſunt per for
mas ſenſibiles ſecundum varietatem ſignorum manifeſtātium ſtatum cœleſtium animorum.
Artificioſe enim theologia vtitur formis coaptatis ad ſignificandum mentes inſigurabiles, vt
dictum eſt, conſiderata infirmitate mentis noſtrę, & prouidendo ſibi familiarem & connatura-
lem ſurſum actionem, prout dictum eſt ſupra. I. b. & q. reflectendo ad ipſam noſtram mētem
ſanctas anagogicas ſcripturas. Si quis autem arbitretur cōgrue deſignari cœleſtia in ſacris ſcri-
pturis ſignis ſenſibilibus tanquam in ſeipſis ignota & nobis incontemplabilia, ſed inconueniēs
eſſe vt tam vilibus ſignis deſignentur, & per hoc quaſi publicam irriſiōem angelicorum nomi-
num fieri, & debere theologos ſignare precioſiſſimis ſenſibilium creaturarum vel corporum
tanquam ipſis angelis per ſui precioſitatem quodammodo ſecundum ſenſibilium poſſibilita-
tem cognatis & familiaribus, neq; cœleſtibus animis ſimplicibus & deo conformibus debere
attribuere viles & infimas ſenſibilium formas, eo quod iſte modus videatur & nobis eſſe ad cœ
leſtia cognoſcenda expeditior, & ſupermundanis mētibus honorabilior. ſed & vilitas forma-
rum forte poteſt legentes ad talem errorem inducere, vt putent ſupercœleſtia repleri multitu-
dine leonum, equorum & ſimilium animalium, & decantari ibi laudes mugitiuas more boum,
& eſſe ibi volatiles angelos ad modum auium, & alia animalia, & materiæ viliores prædictis,
C vt deſignantur lapidibus in Ezechiele & in Iob: Et herbis virentibus in Ezechiele. & ita quæ- Ezech. 28.
cunq; ſcripturarum teſtimonia deſcribunt huiuſmodi ſenſibilium ſimilitudines, valde cœleſti Iob 38. Ezech. 8.
bus diſſimiles, quaſi declinando & humiliando ipſa cœleſtia ad dedecus & ignobilitatē & paſſi
bilitatem. Siquis inquam ita vt dixi arbitratur, ego ſic ei reſpondeo: Veritatis inquiſitio docet
quod theologia per ſignorum vilitatem perfecte prouideat, neq; vt cœleſtibus fiat iniuria, neq;
fideles ſeducantur, opinādo deformes aut viles materias eſſe in cœlo. Non enim propter hāc
ſolam cauſam per viſibilia & infima ſignantur inuiſibilia cœleſtia, vt animus noſter, qui nō po
teſt immediate extendi ad intelligibiles contemplationes, ſed indiget ſurſum actione familia-
rium & connaturalium ſibi ſignorum, per quæ ad cognitionem cœleſtium manuducatur, ſed
& propter aliam cauſam, ſcilicet, vt dum quædam ſignorum, quāuis vilium, fideles illumināt
ad cognitionem cœleſtium, eorundem vilitas abſcōdat reprobis diuinam veritatem, ne detur
ſanctum canibus, quia vt dicit Apoſtolus: Non omnium eſt ſcientia. Quod autem huiuſmo- Matt. 7. 1. Cor. 8.
di ſenſibilium ſignorum vilitas non iniuriā cœleſtibus faciat, ſed veriorē eorundē ingignat co
gnitionē. inde patet, q̄a duplex ē modus notificādi inuiſibilia dei, & quælibet cœleſtia. Vnus af
firmatiuus quaſi per ſimilia & vt cum dicitur, deus eſt lux. Alius vero modus negatiuus eſt
per diſſimilia & ſine incōuenientia, & quæ videantur ei omnino non congruere. Siquidem ſu-

D ij per ſub

perſubſtantialē deitatē,quā vocant ſcripturæ mentē vel ſubſtantiā,oſtendentes in ea racionali
tatē & ſapientiā ipſi conuenientē,& verā eſſentiā quæ eſt vera cauſa omniū exiſtentiū, vocant
& lumen & vitā,his & his ſimilibus tanquā inter cætera ſignantes venerabilioribus,quod diui
nitas ſupereminēat om̄ibus materialibus,quāuis & illa ſigna multū deficiant à comparatione
veritatis. Eſt eñ diuinitas ſuper omnē ſubſtātiā & vitā adeo vt nullū lumen digne valeat eam
ſignare:ſed & omnis mens & ratio ab ipſius ſimilitudine incōparabiliter deficit. Alius autem
modus eſt manifeſtandi diuina vel cœleſtia per negationes & remotiones diſſimilitudinum,
vt quando dicitur in ſcripturis,inuiſibilis, interminabilis, incōprehenſibilis, quibus omnibus
non q̄d ipſe eſt,ſed q̄d ipſe non eſt,ſignatur. Et iſte modus ſecūdus efficatius nos inducit ad co-
gnitionem dei,quoniā ſicut ſecretius ab apoſtolica doctrina accepimus. Non proprie dicitur
deus aliquid exiſtens aut intelligibile. Vnde om̄ia poſſunt ab ipſo vere & proprie remoueri,ni
hil autē proprie affirmari. Secundus autem modus plus congruit negationibus,quæ propriæ
Danie.5. ſunt,quā primus. Vere eñ ignoramus ſuperſubſtantialē & incōprehenſibilē & ineffabilē infini
tatē ipſius quæ ipſam excedit vnitionē. Cum ergo om̄ia de deo vere & proprie negentur & re-
moueantur,& nihil proprie de ipſo affirmetur,diuino occulto conuenientior eſt manifeſtatio
per viliores & diſſimiliores formas ſenſibiles quam per precioſiores. Dum ergo ſacra ſcriptu-
ra deſignat diuina & cœleſtia formis vilioribus non eadē per hoc dehoneſtat, ſed honorat, &
oſtendit per hoc quod ipſa ſupermundane excedant om̄ia materialia. Sed neq; arbitror aliquē
prudentem virum negare,quin ſigna diſſimiliora efficatius ſurſum ducāt mentē noſtrā quam
ſimiliora,quia per ſigna precioſiora facile poſſet ſeduci animus infirmus,vt putaret ad literam
tale aliquid eſſe in cœlo,ſcilicet quod ſint ibi homines lucidi & fulgentes veſtiti decētiſſime ve
ſte ſplendidiſſima,& emittentes à ſe igneas flammas,non vrentes nec lædentes, quia dicitur in
Eze.1. Ezechiele: Aſpectus eorum quaſi carbonum ignis &c. Et ſimiliter decipi poſſet mens in ſimili E
bus ſignis precioſis,qualia in ſcripturis inueniuntur in deſignatione animorum cœleſtiū. Ne
ergo hanc incurrant deceptionē qui nihil nouerunt altius pulchris ſenſibilibus ſapientia ſan-
ctorum theologorum ſuſcitans mentes ad cœleſtia,deponit ſe ad vtendū ſimilitudinibus val-
de diſſimilibus in cœleſtium deſignatione,ne permittat mentē noſtram materialibus immer-
ſam quieſcere in talibus imaginibus,ſed per earum turpitudinem valde ſuſcitans & ſubleuans
mentis noſtræ vim ſupernorum apprehenſiuam,eo quod nec conueniat,neq; veriſimile vide-
atur quod ualde materialia & tam deformia ſint proprie comparabilia cœleſtibus & diuinis.
Alia præterea eſt ratio,quare per viliores creaturas corporeas, congrue cœleſtia deſignantur.
Gene.1. Nulla enim res vniuerſaliter priuatur participatione boni,dicente ſcriptura: Vidit deus cūcta
quæ fecerat & erant valde bona. Congrue ergo ex om̄ibus materialibus deſignari poſſunt cœ
leſtia & diuina. intellectualibus,tamen alio modo habentibus ea quæ ſenſibilibus longe alio
modo tribuuntur. Verbi gratia,Furor qui attribuitur irrationalibus ingignitur ex motu paſſi
bili & motus ille furibundus plenus eſt omni irrationalitate. Quando vero attribuitur intel-
lectualibus ſignat fortem ipſorum diſcretionem,& indiſſolubilem immobilitatē in immuta-
bili, ſtabilitate bonoꝝ quibus deo cōformāt. Et ſimilit̄ cōcupiſcētia q̄ attribuit irrationalibus. F
ē quædā incircūſtātiōata & materialis paſſio reſpectu alicuius rei ſenſibilis ingenita, & ex natu
rali motu,vel cōſuetudine impetuoſa impetu corporalis appetitus irratiōabilit̄ obtinēs q̄d ap
petit̄ impingendo totū animal inconcupiſcibile ſecundū ſenſum. Qñ autē concupiſcentiā cœ
leſtibus animis attribuimus,nomine ipſius intelligimus diuinū amorē immaterialitatis, qui ē
ſuper mentem inclinabile ad aliud,& irremiſſibile a proprio feruore deſideriū contēplationis
diuinæ & per exceſſum om̄is ſubſtantiæ in ſolos ſponſi amplexus tendentis, & nulla anxieta-
te afflictæ,vt accidit in deſiderijs carnaliū voluptatum,quarū appetitus plenus eſt anxietate &
ſatietas pœnitentia,& tendentis ad diuinum puriſſimum & omniū ſummū ſplendorē, qui cō-
prehenſores ſuos omnino errare non patitur illuminando eos ipſa ſpecie veritatis ad decorē
.i. pulchritudinis plenitudinē æternæ & veræ cōmunionis ad deū,pulchros facientē ſuos con-
tēplatores & amatores iuxta illud: Nos autē oēs reuelata facie gloriā dñi ſpeculantes, in eandē
2.Cor.3 imaginē trāſformamur à claritate in claritatē,tanq̄ à dñi ſpū &c. Deſideriū dico nō valēs coer-
ceri vel remitti propter ſui fortitudinē ad id q̄d appetit,& inconuerſibilitatē ad illud q̄d nulla
occaſio valet incidere propter hoc q̄d pure & ſingularit̄ deū deſiderāt,& nihil ē q̄d eos poſſit ab
eius amore reuocare vel retardare. Et q̄a ſemp deus ē vniformiſæ, qualit̄ bonus & pulcher,&
q̄a ipſe in ſe ſimpliciſſime habet omnē ſpeciē deſiderabilē vt ſapientiā,bonitatē, pulchritudinē,
æternitatē,oīpotētiā &c.& ſecūdū oīa ē totus deſiderabilis. Ideo plenarie,intime irreuocabilit̄
Cap.5. in ſe trahit oīa ſuoꝝ cōprehēſoꝝ deſideria. Itē cū in aīatis aut irrationalibus attribuimus inſen





ſibilitatem vel irrationalitatem oſtendimus quod priuentur ſenſu vel ratione. Cum autem fi
guratiue attribuimus cœleſtibus ſubſtantijs, oſtendimus eas excedere ſenſum & rationem no
ſtram,qui per materialia inueſtigamus immaterialia & vtimur ſenſibus qui valde ſunt alieni à
cœleſtibus animis. Patet ergo per prędicta quod non incongrue deſignantur cœleſtes mentes
per formas ſenſibiles etiam viliſſimas. Cum enim omnia etiam corporalia & viliſſima exiſten
tium à vere bono eſſe ſuum habeant,ſecundum omnes ipſorum proprietates habēt quaſdam
reſonantias & repræſentationes intellectualis & ſuperintellectualis decoris,& poſſibile eſt per
oēs ipſas ſurſum agi ad immateriales archetypias q̄ ſunt rōnes vbi vel ideę vel exēplaria,de q-
bus de diuinis nominibus,nō q̄dē eodē mō,ſed valde diſſimilit̄ accipiēdo hincinde ꝓprietates
ſenſibiles,vt ſc; ſcd̄m cōgruētiā ītellectualiū attribuāt̄ intellectualibus & ſcd̄m cōgruētiā ſenſi
biliū attribuant̄ ſenſibilibus. Inuenit̄ aūt in ſcripturis ꝙ theologi nō ſolū angelis attribuūt for
mas ſenſibiles ſicut dictum eſt,ſed & ipſi diuinitati quandoq; attribuunt digniores formas,vo Mala.viii.
cando eam ſolē iuſtitiæ,ſtellam matutinam,quæ in mente oritur quando homo iuſtificatur & Apoca.2.
lumen quia reſplendet intelligibiliter & interminabiliter. Vnde Pſalmiſta,Signatū eſt, inq̄t,ſu Pſal.4.
ꝑ nos lumē vultus tui dñe. Et iterū: In lumine tuo videbimus lumē. Et S. Iohānes ait: Erat lux Pſal.35. Iohan.1.
vera,quę illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū. Aliq̄ñ attribuūt ei mediocres for- Deute.4.
mas, vocādo deū ignē. Vñ in Deuteronomio dr̄: Dñs deus tuus ignis cōſumēs eſt,q̄a illuminat Iohan.4.
q̄uis ſine læſione,cū ignis lædat & vrat. Attribuūt etiā illi aquā,ſicut habet̄ apud Iohannē: Flu-
B mina de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc aūt dixit de ſpū quē accepturi erāt credentes in eum.
Daniel q̄q;,Fluuius,inq̄t,egrediebat̄ à facie eius. Et in eccleſiaſtico dicit̄: Ego q̄ſi fluuius Dorix Danie.7
& quaſi aquæ ductus. Et hoc ideo q̄a vitalibus affluentijs replet mētes ſicut aqua adminiſtrat Eccle.24.
materialē vitā plātis. Infra ca. decimoq̄nto. Aliq̄ñ aūt attribuūt deo formas infimas,vt vnguē
ti, Vnde S. Iohan. in prima ſua ait epiſt. Vnctio eius docet vos de oībus. Et Eccleſiaſt. Vnguēta 1.Iohan 12.
rius cōficiet pigmēta ſuauitatis. Et in pſal. Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Et in Actis S. Ec.1.38.
Petrus ait, Vnxit eū deus ſpū ſctō & v̄tute. Lapidē angularē, vt ē apud Iſaiā,apud Iob,in Actis Pſal.44. Act.10.
&c. Attribunt etiā ei formā beluinam vt leonis, apud Oſeæ. Conſumā eos ibi quaſi leo. Et pan Iob.38. Iſa.28.
theræ in antiqua tranſlatiōe,vbi nos habemus, Catulus leonis & pardi. Sicut pardus in via Aſ Act.4.
ſyriorum. Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis. Attribuunt etiam ei formam quæ videtur eē Ephe.2. Oſeæ.13.
vilior cæteris,ſcilicet vermis,quem ipſe dñs ſibi aſcribit in Pſal. Ego aūt ſum vermis. Ita & oēs Apoc.6. Oſeæ.13.
deū cognoſcentes & guſtantes,qui per ſcripturam recitant quæ ſibi occulte diuinitus inſpirata Hiere.5.
ſunt, in dictis formationibus bene diſtinguūt cœleſtia & diuina ab imperfectis materijs & im- Pſal.21.
mūdis,alit̄ vt dictū eſt attribuēdo cœleſtibus quæ aliq̄ñ cōueniūt ſenſibilibus,nullā ꝑ hoc ma-
culā cœleſtibus impingētes quin potius honorāt ipſa cœleſtia,deſcribēdo ea ꝑ formas diſſimi-
liores & viliores,vt ꝑ hoc veritas indignis abſcōdat̄,q̄ deſpiciūt tā viles deſcriptiōes,nec eas cu
rāt inueſtigare: & fidelibus pateat qui vt prædictū eſt,eā per ſenſibilium collationem diligent̄
inquirunt. & dum figurarum ſignificationem intelligere deſiderant,non permittantur in ſenſi
bilibus formis tanquam ad literam intelligendis permanere, ipſa formarum deformitate eos
repellente. Honorificant ergo theologi diuina,remouendo ab eis quæ vere & proprie poſſunt
ab eis remoueri,dum dicunt deum inuiſibilem,infinitum & ſimilia,& comparando ipſum infi
C mis ſenſibilibus per familiares reſonantias ipſorum. Non eſt igitur inconueniens aut iniurio-
ſum cœleſtibus animis,ꝙ ipſi deſignent̄ formis vilioꝝ ſenſibilibus, rōne ſupradicta. Ipſa ſiq̄dē
deformitas formaꝝ,quibus angeli in ſcripturis deſcribunt̄,turbādo mentē noſtrā,nos induxit
ad tātæ ambiguitatis inq̄ſitionē,& per cōſequēs ad ſurſum actionē ꝑ diligētē intelligētiæ ſpūa-
lis ꝑſcrutationē,ad quā forte nō ſine hac occaſiōe induceremur,eo ꝙ ipſa deformitas nō ꝑmit-
tet mentē noſtrā permanere & quieſcere in formationibus tā manifeſte diſſonātibus à cœleſti-
bus ſubſtantijs,ſed inducit ad luctandū ꝑ inueſtigationē diligentē vt ſegreget à cœleſtibus cō-
cupiſcentias materiales & paſſibilitates alicuius rei ſenſibilis,& aſſueſcat pedetentim ꝑ collati
onē ſenſibiliū extēdi ad cognitionē & contemplationē cœleſtium. Hęc præmiſi ad declarandū
ꝙ conuenienter & vtilit̄ ꝑ formas ſenſibiliū & viliores deſignant̄ cœleſtes ſubſtātiæ in ſcriptu
ris. Deinde conuenit definire hierarchiam & oſtendere quid iuuat vnaquæq; hierarchia men-
tes in ſe collocatas. Duxq; ſermonis huius ſit Chriſtus,ſi licet ſic dicere meus,qui inſpirat mani
feſtationem omnis hierarchiæ. Tu autem ó puer Timotheæ,ſecundum apoſtolicam traditio
nem audi ſancte dicta,ſicut ſanctum audire decet,factus diuinus in doctrina diuinorū,& men-
tis oculo abſconde ſancta,tanq̄ deformia ab auditu & notitia immundæ multitudinis,quia iu Mat.7.
xta ſententiam dñi: Non licet ſpargere ante porcos mundam & luciformem & mentis pulchri
ficantem venuſtatem intelligibilium ſiue inuiſibilium margaritarum.

¶Hierarchia quid ſit,& quænam eius vtilitas. Cap. III.

EST quidem hierarchia(ſecundum me)ordo diuinus,
& ſcientia& actio deiformis,quantum poſſibile ſimi-
lans,& ad inditas ei diuinitus illuminationes propor-
tionaliter in dei ſimilitudinem aſcendens. Diuina pul
chritudo,ut ſimpla,ut optima,ut conſummatiua,pu-
ra quidem eſt uniuerſaliter om̃i diſſimilitudine:diſtri
butiua uero,ſecundum dignitatem uniuſcuiuſq; pro-
prij luminis:& perfectiua in ſacrificio diuiniſſimo, ſe
cundum ad ſeipſam perfectorum compacte immuta-
bilem formationem.Interprætatio igitur hierarchiæ eſt,ad deum quantum poſ
ſibile ſimilitudo & unitas,ipſum habens om̃is ſanctæ & ſcientiæ & actionis du
cem,& ad ſuum diuiniſſimum decorem immutabiliter quidẽ diffiniens.Quan-
tũ uero eſt poſſibile reformat,& ſuos laudatores agalmata diuina perficit. Spe-
cula clariſſima & munda,receptiua principalis luminis & diuini radij,& inditę
quidem claritatis ſacræ repleta,eamq; iterum copioſe in ea quæ ſequũtur decla
rantia,ſecundũ diuinas leges. Non em̃ fas eſt ſanctorum perfectoribus aut ſan- E
cte perfectis,operari quidem omnino præter propria hoſtiarũ myſteria aut ſa-
cras ordinatiões. Sed neq; ſubſiſtere aliter,ſi diuinam ipſius claritatem appetũt,
& ad ipſam ſacre & decenter reſpiciunt & reformantur ſecũdum uniuſcuiuſq;
ſanctorũ intellectum analogiam.Non ergo hierarchiam qui dicit,ſacram quan-
dam uniuerſaliter declarat diſpoſitionem,imaginem diuinæ ſpecioſitatis in or-
dinibus& ſciẽtijs hierarchicis proprię illuminationis ſacrificantem myſteria,&
1.Cor.3. ad proprium principium ut licet aſſimilatam.Eſt enim unicuiq; hierarchiã ſor-
9.Ioh.1. tientium perfectio,hoc eſt ſecũdum propriam analogiam in dei imitationẽ aſcẽ
Matt.5. dere,& om̃ium diuinius(ut eloquia aiũt)dei cooperatorẽ fieri,& oſtẽdere diui
nam in ſeipſo actionẽ(ſecũdũ quod poſſibile eſt) relucẽtẽ.utpote qm̃ ordo hie-
rarchiæ eſt, quoſdam quidẽ purgari,quoſdã uero purgare: & quoſdã quidem
illuminari,quoſdã uero illuminare & quoſdam perfici, quoſdã uero perficere,
unicuiq; deiforme adunatiõi qualicunq; modo.Diuina beatitudo quãtũ in ho-
minibus dicẽdũ,pura quidẽ ẽ ab om̃i ſimul diſſimilitudine: plena ueri luminis
æterni,perfecta & nõ indigẽs ſimul om̃is perfectiõis,purgãs & illuminãs & p- F
ficiẽs.Magis aũt purgatio ſancta,illuminatio & perfectio ſuper purgationem,
ſuper lumẽ ante perfecta,per ſeipſam perfecta,per ſeipſam perfectiõis principi
um,& omnis quidem hierarchiæ cauſa,om̃isq; ſacri ſecundũ ſupereminẽtẽ ex-
celſitudinẽ.Oportet itaq;(ut æſtimo)purgãdos quidẽ puros perfici om̃ino,&
om̃i liberari diſſimilitudinis cõfuſiõe.Illuminãdos uero repleri diuino lumine
ad cõtẽplatiuã habitudinẽ & uirtutẽ,caſtiſſimis mẽtis oculis reducẽdos,& imp
fectos reſtaurãdos participes fieri exploratorũ ſacrorũ perfectiuæ ſciẽtiæ. Pur-
gatores uero magnitudine purgatiõis alijs tradere propria caſtitate.Illuminato
res aũt ut luculentiores animos,& ad participationẽ luminis & diſtributionem
pprie habẽtes,& ditiſſimæ ſanctæ repleti claritatis om̃ino ſuũ ſuperexcellẽs lu-
mẽ in eos qui digni ſunt lumine ſuperuehere.Perfectores uero tanquam præce-
ptores pfectiuæ traditionis,pficere perficiendos ſacratiſſima doctrina per inſpe
ctorum


ctorum ſacrorum ſcientiam. Non ergo unuſquiſq; hierarchiæ diſpoſitionis or
do ſecundum propriam analogiam reducitur ad diuinam cooperationem,illa
perficiens gratia & deo data uirtute,quæ diuinitati naturaliter & ſupernatura-
liter inſunt,& ab ea ſupereſſentialiter acta, & ad poſſibilem deum diligentium
animorum imitationem hierarchiæ manifeſtata.

Elucidatio Capituli huius tertij. Articulus ſeptimus.

PRæmiſſis præambulis,proſequitur theologus ſuum intentum,diffiniẽs hie
rarchiam.[Eſt quidem hierarchia ſecundum me]id eſt,prout ego nunc cã
accipio[ordo †ſacer& ſcientia &actio]id eſt,ſancta ordinatio & congrega alias † diuinus.
tio rationalium perſonarum,in ſcientijs & actibus ſibi conuenientibus be
ne diſpoſita ac diſtincta[deiformis quantum poſſibile eſt ſimilata]id eſt,p
dona naturæ & gratiæ conformata perfectioni diuinę & exemplari ſeu ei
quod habet in deo,correſpondens ſibi. [Et ad inditas ei diuinitus illumi
nationes proportionaliter in dei ſimilitudinem aſcẽdens]hoc eſt,per illuſtrationes & gratias
ſibi à deo influxas,tendẽs & erigẽs ſe [in ſimilitudinẽ dei].i.ad participationẽ & imitationẽ in-
creatæ ſimilitudinis,quã habet in creatore,cui ipſa ſe conformare debet.[Diuina aũt pulchri-
tudo].i.increatus ille decor,q cauſa eſt & exemplar omnis hierarchicę ordinatiõis ac ſpecioſi
tatis[vt ſimpla,vt optima,vt cõſummatiua,pura qdẽ eſt vniuerſalit̃ om̃i diſſimilitudine].i. in
B ſeipſa ẽ ſimplex,vna & indiuiſa,cũ ſit ipſa deitatis eſſentia.vnde& optimaẽ abſolute,& telecar
tica.i.aliorũ cõſummatiua ſeu pfectiua,reductiua &cõuerſiua in ſe q̃d cõuenit ſibi[vt ſimplæ&
optimæ]ſic nãq; cõpoſitũ & multiplicatũ ac impfectũ& indigẽs,oportet reduci ad vnũ primũ
ſimplex perfectũ & optimũ,tanq̃ ad ſuum productiuum principium ac vltimũ finem hæc pul
chritudo fontana.vniuerſaliter.i.om̃imode[pura eſt om̃i diſſimilitudine].i.ab om̃i imperfe-
ctione,perquam creatura eſt creatori diſſimilis[diſtributiua vero ſecundũ vniuſcuiuſq; digni
tatem proprij luminis].i.cõmunicatiua eſt ſuę bonitatis ac lucis,ex ſua plenitudine prorſus ex-
huberantiſſima effluendo,cauſando ac alijs influendo lumina gratiæ ac gloriæ,& diuerſa cha-
riſmata ſecundum capacitatem,conatum,diſpoſitionem ſeu præparationem ac meritum,imó
& ſæpe vltra ac ſupra dignitatem ac meritum ſingulorum: quoniam abundantia pietatis ſuæ
merita ſupplicum excedit& vota. Interdum quoq; gratioſiſſime pręuenit indignos& auerſos,
atq; per gratiam præuenientem aut gratiſdatam,excitat & diſponit eos ad gratiam gratum fa-
ciẽtẽ ac verã ſalutẽ,queadmodũ Paulũ in peſſimo itinere vitioſiſſimoq; ppoſito cõſtitutũ circũ Actu.9.
fulſit lux de cœlo.ſic demum infantulos in baptiſmo nõ iuxta ipſorũ dignitatẽ ac meritũ,ſed ſe Act.10.
cundũ miſericordiã ſuam dulciſſimam implet gratia,virtutibus,donis.In hoc tñ pbat̃ deus nõ Apoca.12.
eſſe perſonarũ acceptor,qm̃ nulli q̃d in ſe eſt facienti,negat gratiã ſuã:& vnicuiq; largitur ſicut
meretur,imó remunerat ſupra merita,& punit citra demerita[& pfectiua in ſacrificio †digniſſi- alias † diuiniſſimo.
mo ſecundũ ad ſeipſam pfectorũ cõpacte immutabilẽ formationem]hoc eſt,diuina pulchritu
do ſeu bonitas illa æterna eſt[perfectiua perfectorũ].i.eorũ q perficiuntur compacte.i.conue-
nienter ac ſolide,qa bonũ bono modo fieri debet[in ſacrificio digniſſimo].i.in ſaluberrima
C conuerſione,qua ſe totos offerunt deo in holocauſtum,cultui eius ſe plene ac feruide mancipã
do[ſecundum formationem immutabilẽ].i ſecundum conſtantẽ atq; immobilẽ diſpoſitionẽ
mentis ipſorũ, qua firmit̃ ſtatuũt deo inauertibilit̃ adhærere ac deſeruire,iuxta illud Apoſto- 1.Cor.15.
li:Stabiles eſtote & immobiles,abundantes in opere dñi ſemp.Nẽpe vt Salomon proteſtat̃. Iu-
ſtus quaſi fundamẽtũ æternũ. vel ſecundũ immutabilẽ formationẽ.i.iuxta inuariabilẽ & eter Prouer.10.
nã præordinationẽ ac puidentiã dei,quæ in ſeipſo formauit,puidit ac ſtatuit ab æterno,qualit̃
ſacrificandũ & obſequendũ ſit ei,ipſos etiã elegit q ſibi ſic adhærerent. Inſuper poteſt ita expo-
ni:Pulchritudo ſeu bonitas dei eſt perfectiua perfectorum,quos quotidie magis ac magis per
gratiarũ pficit incremẽta.& hoc potiſſime in ſacrificio digniſſimo.i.in euchariſtiæ ſacramẽto,
& eius celebratiõe ac deuotiſſima pceptiõe.Hoc qppe ſacramẽtũ ẽ ſacrificiũ ſacrificiorũ,ad pfi-
ciendũ cõmunicãtes ordinatũ,& pfiguratiuũ beatificæ refectiõis in patria.[Interprętatio igitur
hierarchiæ eſt ad deũ q̃tũ poſſibile eſt,ſimilitudo & vnitas].i.deo aſſimilari & vniri quãtũ cre
atis mentibus ex bono mõ p gratiã dei poſſibile eſt interprætatio.i.expoſitio& deſcriptio[hie
rarchiæ]tã angelicæ q̃ humanæ.vel vt alia litera aptius habet,intentio.hoc nanq; intendunt fi
naliter pſonę hierarchicę, vt per actus ſuos & per poteſtates ſuas atq; ſcientias deo vniãtur.cõ-
formentur& ſine fine adhæreant.[Ipſum habens omnis ſanctę& ſcientiæ & actiõis ducẽ] id ẽ,

ipſum omnium creatorem[habens ducem]id eſt,directorem,inſtitutorem ac principē totius
*ſuum. notitiæ & operationis ſuæ ad dei obſequium ordinatæ. [Et ad* ipſius diuiniſſimum decorem
immutabiliter quidē diffiniens]id eſt,hierarchia conſtanter & immobiliter determinans cun
cta quę efficit[ad decorem ſuum diuiniſſimum]id eſt,ad ipſius dei increatam pulchritudinem
*vero eſt poſſibile. repræſentandam ac honorandam[quantum*quidem poteſt reformat]id eſt,pro poſſe cōplet
& perficit perſonas hierarchicas. [Et ſuos laudatores]id eſt,eos qui hierarchicam perfectionē
laudant non ſolum verbis, ſed operibus quoq; imitando & exercendo pertinentia ad vitā pur
gatiuam,illuminatiuam ac perfectiuam[agalmata diuina perficit]id eſt,perficiendo facit diui
na[agalmata]id eſt,imagines deiformes,ita quod in ipſis relucet ſupbenedictæ trinitatis ima-
go & ſimilitudo per contemplatiōem amoremq; feruidum diuinorum. Sic etiam facit ea[ſpe-
cula clariſſima]id eſt,valde clara,in quibus dona pietatis diuinæ refulgent,& miſericordię dei
reſplendent, quemadmodum hominum vultus in ſpeculo:ita quod diligenter conſiderantes
charisſmata gratiæ ipſis collata,vere agnoſcunt ac fatentur,dicentes: Ecce iſti ſunt ſerui dei ac
filij adoptiui,in quibus euidenter innoteſcit imago dei,ita quod deus cernitur,ſanctificatur ac
honorificatur in eis:& econuerſo ſanctificant&honorificant deum, hoc eſt,deo ſancte ac reue
rentialiter ſeruiendo,oſtendunt quod ipſe ſit magnus & ſanctus,aliosq; quantum in ipſis eſt,
ad dei honorificentiam & debitum cultum inducunt. vnde oramus:Sanctificetur nomen tuū.
Matt.6. Pſal.33. Et pſalmiſta hortatur: Magnificate dominum mecū. Apoſtolus quoq; ad Philippenſes: Oīa
facite ſine murmurationibus,vt ſitis ſine querela,ſimplices,filij dei in medio nationis prauæ at
Philipp.2. q; peruerſæ,inter quos lucetis ſicut luminaria mundi,verbum vitæ continentes. Vnde & Chri
Matt.5. ſtus admonuit apud Matthæum:Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videāt opera veſtra
1.Petri.2. bona,& glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Hinc & princeps apoſtolici chori horta- E
tus eſt:Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detractāt de vo-
bis tanquam de malefactoribus,ex bonis operibus vos conſiderantes,glorificent deum. Por-
ro vnum duntaxat eſt ſpeculum omnino perfectum,in quo tota patris perfectio ſuperpleniſ-
ſime ſplendet,vnigenitus eius,iuxta illud libri Sapientiæ:Candor eſt lucis æternę & ſpeculum
Sapien.7. ſine macula dei maieſtatis[& munda]à vitijs[receptiua principalis luminis] id eſt, dei patris,
vt in primo capitulo expoſitum eſt,aut ſpiritusſancti,ſecundum illud pſalmi:Spiritu principa
Pſal.50. li confirma me[& diuini radij]id eſt,filij dei,qui eſt radius plenus,immenſus ac primus pater
Sapien.7. næ lucis,vt in expoſitione primi capituli eſt expreſſum. vnde in libro Sapientiæ dicitur: Ema-
natio eſt claritatis omnipotentis dei ſyncera[& inditæ quidem claritatis ſacræ repleta ] id eſt,
ſpecula iſta intellectualia abundanter impleta[claritatis ſibi inditæ ſacræ]id eſt,gratioſæ lucis
diuinæ eis deſuper impreſſe ac præſtitæ[eamq; iterum copioſe in ea quæ ſequuntur declaran-
tia]id eſt,rurſus ſunt[declarātia].i.communicantia ac transfundentia lumē eis deſuper impti
tum, in ea quæ ſequuntur,id eſt,in ſuppoſita ipſis ſubordinata & ſubdita, iuxta illud ſummi A-
1.Petri.4. poſtoli:Vnusquiſq; ſicut accepit gratiam,in alterutrum illam adminiſtrantes. hoc autem cha-
Matt.10. ritas facit &liberalitas maxima. hinc ait Saluator:Gratis accepiſtis,gratis date. Quod agūt[ſe-
cundum leges diuinas]id eſt,iuxta præordinationem ac iuſſionem ſapientiæ dei, qui præfixit
& ſtatuit quis quem debeat illuſtrare,& quantum ac qualiter:ſicq; leges diuinæ intelligi poſ-
ſunt actiuæ paſſiones & præordinationes dei increatæ,quæ per reſpectum ad creata pluraliter
deſignantur,quamuis in re ſint vna & indiuiſa ſapientia creatoris,quemadmodum & Ideę. poſ
ſunt etiam leges iſtæ intelligi præcepta perſonis hierarchicis eccleſiaſticisq; inſinuata,impræſ- F
Iere.33. ſa & præſtituta. De legibus talibus dominus ait per Ieremiam:Si cœlo & terræ leges non po-
ſui. Præterea ſicut in corporalibus cernimus,quod quædam tam copioſe lumen aliunde ſuſci-
piunt,quod illud protinus transfundunt in alia,ſicut candela vna accenſa ab alia,mox domū
aeremq; illuminat, ſic & luna illuſtrata à ſole:ita in intellectualibus quædam à ſuperiore intel-
lectu tam exhuberanter illuminantur,erudiuntur,replentur,quod & inferiores mox queunt
de plenitudine ſua influere,& doctrinarum fluenta diffundere. Vnde ad Timotheum Apoſto
2.Timh.2. lus:Hæc,inquit,commenda fidelibus,qui idonei erunt & alios docere. Pręterea pręinductis cō
ſonant dicta meliorum philoſophorum,quantum ad naturalium donorum ac luminū emiſſi
onem,receptionem & communicationem. Vnde in libro de Cauſis aſſeritur:Ex intelligentijs
eſt,quæ ē intelligētia diuina,qm̄ ipſa recipit ex bonitatibus primis,quæ pcedūt à cauſa prima p
receptionē multā. & de is eſt quæ eſt intelligētia tm̄,qm̄ non recipit ex bonitatibus primis, niſi
Proclus Auicenna. Algazel. mediate intelligentia. Multa de hoc ſcribit Proclus:Auicēna quoq;& Algazel. Conſequenter
theologus declarat diffuſius,quod iam dixit perſonas hierarchicas inferioribus influere iuxta
leges di-



leges diuinas. [Non enim fas]id eſt,licitum[eſt ſanctorum perfectoribus] id eſt,ſuperioribus
hierarchis,q tātę pfectiōis ac ſapiētiæ ſunt,q̄d&alios etiā ſanctos poſſunt pficere pfectoresq; fa-
cere[aut ſancte perfectis ] .i. nec inferioribus,quorum eſt perfici & ſancte viuere in ſe[opera-
ri †quid omnino]id eſt,aliquid facere[præter propria hoſtiarum myſteria]id ē, vltra poteſta- †quidem
tem & dona gratiarum ipſis conceſſa,per quæ offerunt deo ſacrificia obedientiæ & hoſtias cul
tus diuini,iuxta illud ad Hebræos:Per ipſum offeramus hoſtiam laudis deo ſemper. ſicq; per Hebræ.13. Oſeæ.14.
Oſeæ dicitur deo:Accipe bonum,& reddemus vitulos labiorum noſtrorum[aut ſacras ordi-
nationes]id eſt, præter ſtatuta & iuſſa à deo præfixa,cum in ipſis ſit obediētia perfecta & ſum-
ma,præſertim in comprehenſoribus,in quibus omnia ſine difficultate ordinatiſſime fiunt,imó
nec fieri aliter queunt. [Sed neq; ſubſiſtere aliter]id eſt,non ſolum illicitum illis eſt aliter ope-
rari quam dictum eſt,imó nec aliter valēt eſſe aut in vita manere[ſi diuinam ipſius claritatem
appetunt]id eſt,ſi vere deſiderant deſup illuſtrari,quod vtiq; cupiunt indefeſſe[& ad ipſam fa-
cre & decenter reſpiciunt]id eſt,ſi pure ac reuerēter dirigunt mētes ſuas ad deum,eiq; ſoli quæ-
runt finaliter complacere[& reformantur ſecundum vniuſcuiuſq; ſanctorum intellectuū ana
logiam]id eſt,ſi aſſidue formantur,afficiuntur,replentur[ſecūdum analogiam]id eſt,propor-
tionem,habitudinem & diſpoſitionem[vniuſcuiuſq; intellectuum ſanctorum] id eſt, cuiuſli-
bet mentis purificatæ,deo firmiter inhærentis. Sic etenim cupiunt omnia fieri ordinate,ac im-
plent illud Apoſtoli:Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis. Ad quod myſtice 1.Cor.14.
B ſpectat illud Prouerbiorum. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres
tui,illud quoque Deuteronomij: Non transferes terminos quos fixerunt priores in poſſeſſi- Prouer.22. Deute.19.
one ſua. hinc non licet manum in meſſem mittere alienam,nec eum iudicare aut perimere,ſu- Roma.13. †Nunc.
per quem à iudicante iuriſdictio non habetur. Etenim quæ à deo ſunt,ordinata ſunt. [†Nunc
ergo hierarchiam qui dicit]id eſt,iam patet quod qui exprimit nomen hoc hierarchia[ſacram
quandam vniuerſaliter declarat diſpoſitionem]id eſt,clare affirmat & denotat in cōmuni quā
dam ſanctam ordinationem& congregationem[imaginem diuinæ ſpecioſitatis]id eſt,effectū
conſimilem ſuperpulcherrimo deo,in qua imagine ſeu effectu increata ſpecioſitas repræſenta Sapien.13.
tur,fulget ac innoteſcit,ſicut cauſa in ſuo effectu,iuxta illud libri Sapiētiæ:A magnitudine ſpe-
ciei creaturę poterit horum creator cognoſcibiliter videri[in ordinibus]id eſt, in multitudini
bus ſeu perſonis coordinatis[& ſcientijs hierarchicis]id eſt,notitijs&diſcretionibus, per quas
perſonæ in hierarchijs contentæ,agnoſcunt quid ipſis incumbit agendum,& exequuntur hoc
ipſum. Scientia enim dirigit actionem. & quantū ad hoc,ſcientia iſta practica eſſe videtur. Sci-
entijs inquam[proprie illuminationis]id eſt,informationibus & illuſtrationibus ſpecialiter
eis collatæ,ſecundum menſuram dignitatis ipſorum,& iuxta exigentiam officij ſui. De hac ſci
entia dicit ad Timotheum Apoſtolus:Scias quomodo oporteat te conuerſari in domo dei. 1.Timh.3.
de qua & apud Oſeæ loquitur dominus:Quia tu ſcientiam repuliſti,repellam & ego te, ne ſacer- Oſeæ.4.
dotio fungaris mihi. Itaq; qui dicit hierarchiam,dicit hæc omnia,quoniam iſta ſunt de ratiōe
hierarchiæ,vt patuit[ſacrificantem myſteria]id eſt,dominica ſacramenta ad dei gloriam deo
patri offerentem,quod fit in eccleſiaſtica hierarchia:nec dubium quin angelica etiā hierarchia
ac triumphans eccleſia orando pro militanti pro efficatiore ſua exauditione, commemoret &
alleget quæ&quanta vnigenitus dei pro eccleſiaſtica aſſumpſerit,egerit ac ptulerit hierarchia.
Sic quoq; ſacrificat myſteria incarnationis,natiuitatis,paupertatis, humiliationis, obedientiæ,
C paſſionisq; Chriſti. Amplius hierarchia ſacrificat myſteria,id eſt,vniuerſa quæ agit,& miniſte
rialiter ac myſterialiter peragit ex inſpiratione diuina ac abdita, ad laudem, gloriam & hono-
rem refert ac facit omnipotentis,iuxta illud in Pſalmo:Voluntarie ſacrificabo tibi. Deniq; vt Pſal.53.
in Eccleſiaſtico legitur,Salutare ſacrificium eſt reſpicere in mandatis: & qui totis viribus ſub- Eccle.35.
dit ſe deo,gratiſſime ei ſacrificat. ſimiliter qui dona gratię ſibi collata charitatiue communicat
alijs,& qui creditis ſibi talentis vtitur fructuoſe:maxime autem, qui docet iniquos vias dei, &
eos ad creatorem conuertit:& item,qui iugiter ex zelo diuini honoris deſiderioq; feruenti fra-
ternæ ſalutis,pro eccleſia, pro viuis ac mortuis,pro cunctis hominibus deprecatur. [ Et ad p-
prium principium vt*eſt iuſtum aſſimilatam ]id eſt,deo ordinate cōformatam per actum vir- *licet
tutum & exercitia ad ſe ſpectantia,ſicut expoſitum eſt,& conſequenter ſubiungitur. [ Etenim
vnicuiq; ſortientium hierarchiam perfectio hæc eſt]id eſt,iſta eſt vera perfectio cuiuſlibet ſup
poſiti ſeu ordinis conſtituti in hierarchia, ac ſortiti aliquem gradum in ea [ ſecundum pro-
priam analogiam in dei imitationem aſcendere ] id eſt, iuxta ſuam proportionem, mo-
dum & facultatem ſuo ſe creatori conformare in omni actu ei placente, iuxta illud A-
poſtoli ad Epheſios: Imitatores dei eſtote, ſicut filij chariſſimi, & ambulate in charitate, Ephe.5.
ſicut

ſicut & Chriſtus dilexit nos, vt ſcilicet creator in rationali creatura tanquam in ſua imagine p
Lucæ.6. lineas imitationis reſplendeat. Hinc apud Lucam ait Saluator: Eritis filij altiſſimi, quia ipſe be
nignus eſt ſuper ingratos & malos. Deniq; iſtud eſt finis, ſalus, perfectio vnicuiq; enti creato, D
aſſimilari pro poſſe creatori in actibus congruentibus ſibi & complacentibus deo: hæc aſſimi-
latio reddit creaturam deo amabilem & dilectam. Nam & ſimilitudo eſt ratio dilectionis &
cauſa coniunctionis, ſicut & diſſimilitudo eſt cauſa diſplicentiæ, ſeparationis ac odij [& omniũ
diuinius eſt vt eloquia aiunt, dei cooperatorem fieri] hoc ẽ, omnium diuinorum diuiniſſimũ
eſt, deo cooperari in conuerſione errantium & reductione peccatorum ad ipſum, ſeu etiam in
conſeruatione & profectu eorum in bonis. Deo nanq; tanquam ſummo, perfecto & vniuerſa
liſſimo bono, proprium eſt cunctis ſuam bonitatem communicare, om̃es capaces ad ſalutem
adducere, vnicuiq; ſecundum ſuam indigentiam prouidere ac ſubuenire. Qui ergo viſceribus
affluunt charitatis ac pietatis, atq; in actibus his ſe deo pro poſſe conformant, ac puro amore
pro bono laborant communi & vniuerſorum ſalute, recte deiformes & diuini, imó & diuiniſſi
mi nuncupantur. Præterea hæc eſt pietatis æternæ dignatio mira & admiranda, inæſtimabilis
& immenſa, quod creaturam ex ſe defectuoſam ac fragilem, dignatur in ſui cooperatricem aſ-
ſumere. idcirco cui hoc gratiæ culmen confertur, nullatenus extollatur, ſed deo humillime re
gratietur, feruenter ac libentiſſime obſequatur: omneq; bonum quod egerit, vniuerſum fructũ
quem fecerit, deo grata ac humili mente ſynceriſſime ſemper adſcribat, reputans ſe indignum
vt per ipſum deus talia operari dignetur, de quibus fatetur Richardus: Neſcio an maius benefi
Rich.vict. cium poſſit homini à deo conferri, quã per eius obſequium alij cõſequant̃ ſalutem, ſi tamẽ ho-
mo deo cooperetur ex charitate & vera obedientia. propter quod ſubditur [& diuinam in ſe-
ipſo oſtendere actionem, ſecundum quod poſſibile eſt relucentem] id eſt, perſonaliter exhibe
re & alijs in exemplum oſtendere actus diuinos, in ſecreto ſui cordis latentes ac radiantes, qui E
actus ſunt contemplari, diligere, aſpirare ad deum, & eſurire ac ſitire indeſinenter iuſtitiã. Hæc
Matt.5. autem [eloquia] id eſt, ſcripturæ teſtantur, cum dicat Apoſtolus: Ego plãtaui, Apollo rigauit,
1.Cor.3. deus autem incrementum dedit. Dei enim adiutores, id eſt, cooperatores ſumus. Iohãnes quo
3.Ioan.ca. que in ſecunda ſua canonica: Nos debemus ſuſcipere huiuſmodi, vt cooperatores ſimus veri-
tatis. Conſequenter declarat, quo ſenſu iam dixit vnamquanq; perſonam in hierarchia conſti-
tutam, debere ad dei imitationem & aſſimilationem ſecundum ſuam menſuram, ſtatum, gra-
dum ſeu facultatem aſcendere. [Vtpote quoniam ordo hierarchiæ] id eſt, ordinatio & habitu
do exiſtentium in hierarchia [eſt, quoſdam quidem purgari] id eſt, ad aliquos ſpectat purgari
[quoſdam vero purgare] Purgari quippe pertinet ad inferiores & ſubditos, ad imperitos & in
cipientes, ad animales & laicos, purgare vero ad prælatos, peritos & ſpirituales. horum quoq;
vtrumq; aliter fit in eccleſiaſtica, aliter in angelica hierarchia. viatores enim ad eccleſiaſticam
hierarchiam pertinentes, purgant & purgantur ab immunditia culpæ, ab ignorantia & errore:
in patria autẽ non eſt purgatio ab errore aut culpa, ſed à minoratione luminis & à ſimplici ne-
ſcientia quadam, vt infra ſæpe habebitur [& quoſdam illuminari] id eſt, plenius edoceri, vtpo
te proficientes [quoſdam vero illuminare] qui idonei ſunt alios informare [& quoſdam quidẽ
perfici] id eſt, ad intelligentiam ſecretiorum & ſpiritualiorum rerum adduci [quoſdam vero
perficere] id eſt, alios ad ſpiritualem ſapientiam ac myſticorum contemplationem perducere,
1.Cor.2. iuxta illud Apoſtoli: Loquitur ſapientiam dei quæ abſcondita eſt, verumtamen iſta non ſunt
intelligenda, quaſi actus iſti & impræſſiones eorum nequaquam pertineant ad eoſdem, ſed q̊d
non eodem modo, nec ſimili ratione, neq; ſecundum idem: imó ad eũdem prælatum ſpectat, F
eoſdem ſubditos ſuos nunc quidem purgare, nũc illuminare, nunc autem perficere: ſpecialiter
quoque quoſdam purgare, quoſdam (puta purgatos) illuminare, quoſdam (videlicet illumi-
natos) perficere, vt charitatis diuinæ ſuccendantur amore [vnicuiq; deiformę adunationi qua
licunque modo] hoc eſt [deiforme] id eſt, aliquid diuinæ perfectionis, ſupple conueniet iſto
modo [vnicuique adunationi] id eſt, cuilibet congregationi tam purgantium quam purgato-
rum, tam illuminantium quam illuminatorum, tam perficientium quam perfectorum quali-
cunq; modo, id eſt, ſecundum aliquem modum: quia altiori modo conuenit purgantibus, illu
minantibus & perficientibus, ſecundum quod tales ſunt, quàm purgatis, illuminatis & perfe-
ctis, inquantum huiuſmodi, iuxta quem modum ſecundum philoſophum agens eſt honora-
Philoſo. bilius patiẽte. Ex hoc tñ nõ ſequitur, q̊d deo cõueniat purgari, illuminari ac perfici, ſed ſolũ pur
gare, illuminare, pficere nõ aliunde nec p gratiã ſibi donatã, ſed ex ſe & per naturã atq; p gratiã,
quã ipſe alijs elargit̃, & p quã exercet actus iſtos in illis. hinc ſubdit: [Diuina beatitudo]. i. deus
eſſentialit̃ felix, q ẽ ſua beatitudo immẽſa [quantũ in hominibus dicendũ] id eſt, prout de hoc
inter ho-



inter homines loqui decet, inter quos ſobrie loquendum eſt inde [pura quidem & ſimul omni
diſſimilitudine] id eſt, omnimode & ſubſtantialiter munda eſt, expers & libera [ab omni diſſi-
militudine] id eſt, ab omni impuritate, omniq; eo quod puritati diſſimile eſt ac repugnans, cũ
ipſa naturaliter ſit ſanctitas ſimpliciſſima, penitus intenſiue ac perfectionaliter infinita. ideo
non purgatur ab aliquo [plena veri luminis æterni] imó ipſa realiter eſt lux æterna & illimita-
ta [perfecta] ſimpliciter, id eſt, ſupra ac extra omne genus [nõ & indigẽs ſimul omnis luminis] alias perfe ctionis.
id eſt, nullo penitus lumine indigens. ideo ſibi non conuenit ab aliquo illuſtrari, imó ipſa ex ſe
eſt [purgans & illuminans & perficiens] cætera omnia quæ purgantur, illuminantur aut perfi-
ciuntur, & hoc immediate aut mediate. [Magis autem purgatio ſancta] id eſt, beatitudo illa in
creata, dicenda eſt potius [purgatio ſancta] id eſt, actiua purgatio purgans atq; ſanctificans ali-
os, quia in deo realiter idem ſunt agens & actio: quamobrem ad inſinuandum ſummam ſim-
plicitatem, à deo magis vocatur purgatio ſancta, quam purgans [& illuminatio & perfectio]
id eſt, conformiter deus ſeu eius beatitudo eſt non ſolum illuminans omnia, ſed etiam ipſa [il-
luminatio] actiua, qua affectiue & formaliter ſeu exemplariter cuncta illuminat. ſimili modo
ipſe eſt ſua [perfectio] nec ſolum hoc, ſed & ipſe eſt purgatio [ſuper purgationem, ſuper lumen
ante perfecta] hoc eſt, ipſe deus eſt purgatio, omni purgatione creata ſublimior, & altiori mo-
do purgans, quàm intelligere aut exprimere valeamus. Sic item ipſe eſt illuminatio [ſuper il-
luminationem] & lumen incomprehenſibile interminatum ſuper omne lumen ſecundum, &
ipſe eſt ſua perfectio [ante perfecta] id eſt, ſuper facta [per ſeipſam perfecta] id ẽ, ex propria ſua
B natura infinite [perfecta] Accipe hanc dictionem perfecta, nominaliter pro re cui nulla omni-
no deeſt perfectio. Porro omne finitum eſt imperfectum. vbi enim rei perfectio terminatur,
ibi eius imp̃fectio inchoatur [per ſeipſam perfectionis principium] id eſt, propria virtute toti
us perfectionis cauſale exordium, quemadmodum in libro Sapientiæ legitur: Virtus tua iuſti- Sapien.12.
tiæ initiũ eſt. Et in pſalmo: Qui dominatur in virtute ſua in æternum [& om̃is quidem hierar- Pſal.65.
chiæ cauſa] id eſt, tam angelicæ quam eccleſiaſticæ hierarchiæ cauſa effectiua exemplaris atq;
finalis eſt deus, à quo bona cuncta procedunt, & omnis deriuatur poteſtas, dicente Apoſtolo: Roma.13.
Non eſt poteſtas niſi à deo, qui dixit Pilato: Non haberes aduerſus me poteſtatem vllam, niſi Ioan.18.
datum tibi eſſet deſuper. Nec obſtat quod per Oſeæ dominus loquitur: Ipſi regnauerunt, & nõ
ex me: principes extiterunt, & non cognoui. quia & illorum præſidentium impiorum poteſtas Oſeæ 7.
fuit à deo, non autem poteſtatis abuſus, neq; inordinatus modus pertingendi ad eam, quantũ
ad ipſam inordinatiõem [omniſq; ſacri ſecundum ſupereminentem celſitudinem] id eſt, deus
eſt cauſa [omnis ſacri] dominij & omnis rei ſanctæ & ſancti obſequij. & hoc [ſecundum ſuper-
eminentem celſitudinem ſuam] id eſt, iuxta infinitam omnipotentiam & incomprehenſibilẽ
ſapientiam ſuam qua ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Oportet itaq;, vt æſtimo, pur- Roma.11.
gandos quidem puros perfici omnino] id eſt, expedit & ad ſalutem neceſſarium eſt [purgan-
dos perfici puros] id eſt, ipſa ſua purgatione perfecte fieri mundos ab omni labe mortalis pec
cati in eccleſiaſtica hierarchia [& ab omni liberari diſſimilitudinis confuſione] id eſt, per grati
C am erui ab omni inordinatione ſimilitudinum mentis cũ deo contraria, hoc eſt, ab intellectus
ignorantia & errore, à voluntatis quoq; malitia & ab interioris hominis deformatiõe per paſ-
ſiones ac vitia. Propter quod hortatur Apoſtolus: Renouamini ſpiritus mentis veſtræ. [Illu- Ephe.4.
minandos vero] oportet [repleri diuino lumine] id eſt, ſalutari doctrina ac gratiæ dei fulgore
& incremento. vnde hortatur Pſalmiſta: Accedite ad eum, & illuminamini. Et iterum præca- Pſal.33.
tur: Illuſtra domine faciem tuam ſuper ſeruum tuum [ad contemplandam habitudinẽ & vir- Pſal.30.
tutem caſtiſſimis mentis oculis] id eſt, ad intuendum mentalibus oculis efficaciter reformatis,
& à carnalitatũ affectibus rite deterſis habitudinem, id eſt, diſpoſitionem & virtutem, id eſt, po
teſtatem hierarchiæ congregationis gratioſaq; opera ſpiritusſancti in ea. ſicq;. [Et imperfe-
ctos reſtaurandos† renouandos] id eſt, in interiori homine oportet [participes fieri explorato †reducẽdos
rum ſacrorum perfectiuæ ſcientiæ] id eſt, conſortes in merito ac præmio [exploratorum] id ẽ,
eorum qui per diligentem ſcrutationem inquiſierunt ſalubria & diuina. ideo additur: ſacrorũ,
.i. rerũ ſanctaꝝ & ſublimiũ myſterioꝝ, quę didicerũt ſalutari ſciẽtia formata p charitatẽ. ideo
ſeq̃t: pfectiuę ſciẽtiæ, qa in talibus ſcrutatoribus moderatis fuit ſciẽtia iſta practica, virtutibus
iũcta, approbatiuaq; boni, de qbus cãtamus: Beati q ſcrutant̃ teſtimonia eius, in toto corde ex-
Pſal.118. grũt eũ. Hinc ad Epheſios habet̃: Pater glæ det vobis ſpũm ſapientię in agnitiõe eius, illumina Ephe.1.
tos oculos cordis veſtri, vt ſciatis q̃ ſit ſpes vocatiõis veſtrę. [Purgatores vero magnitudinẽ pur
gatiõis alijs tradere, ppria caſtitate] hoc ẽ, oportet ipſos q̊rũ ẽ alios purgare [tradere]. i. dare il-
lis purgãdis [magnitudinẽ purgatiõis]. i. excellentiam purgationis ſuæ illis communicare, ita
quod

quod de ſua plenitudine influant illis. propria caſtitate, id eſt, vigore ſuæ munditiæ & ex habi
tu virtuoſo, non ſolum verbis hortando, corripiendo, docendo, ſed & exẽplariter conuerſan- D
do. ſic enim correptio & purgatio amplius reputantur ac fortius operantur, & ſumme requiri
tur vt caſtę ſint vitæ: quia in vitijs caſtitati contrarijs eſt maxima turpitudo & ſcandaloſitas ab
horrenda: verumtamen purgatores non faciunt iſtam purgatiõem in alijs, niſi diſpoſitiue: nec
ſua virtute ſine adiutorio gratiæ eius qui ait: Sine me nihil poteſtis facere. Ideo ait Apoſtolus:
Iohan. 15. 1. Cor. 3. Neq; qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat: ſed qui incrementum dat, deus. [Illuminatores aũt
vt luculentiores animos, & ad participationem luminis, & diſtributionem proprie habentes
& ditiſſime ſanctæ repleti claritatis, omnino ſuum ſuperexcellens lumen in eos qui digni ſunt
lumine ſuperuehere] Ordo & ſenſus verborum eſt: [Illuminatores] qui habent alios illuſtrare
& edocere, [vt]. i. tanquam [habentes] oculos cordis & [animos luculentiores]. i. clariores ac
magis peritos proprie & ditiſſime. i. directe & valde præclare ac abundanter. & ad participati
onem luminis. i. ad receptionem illuſtrationis à ſuperioribus ſuis. & ad diſtributionem. i. ad
cõmunicandum gratiam ſuæ illuminationis inferioribus ſuis, vtpote repleti ſanctæ claritatis,
id eſt, copioſe perfuſi ac pleni claritate ſalubris ſcientiæ & luce ſacræ ſcripturæ, hos ergo illumi
natores oportet [omnino ſuperuehere]. i. diffundere & ſuperinducere lumen ſuum ſuperex-
cellens. i. ſupernaturalem valdeq; eminentem ſuam doctrinam, illuminationem & gratiam
in eos qui digni ſunt lumine. i. in mentes beneuolorum atq; docilium diſcipulorum & ſubdi-
torum ſuorum, qui ſe humiliter applicant ad diſcendum. Nempe vt ſcriptum eſt, In maleuolã
Sapien. 1. Deute. 33. animam non introibit ſapientia. In Deuteronomio quoq; legitur: Qui appropinquãt pedibus
eius, accipient de doctrina illius. Sunt enim nonnulli duri, inobedientes, indociles. de quibus
Iob. 24. Ioan. 3. in Iob libro inducitur: Ipſi fuerunt rebelles lumini. De talibus etiã Chriſtus deprompſit: Lux
venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem. [Perfectores vero tan
quam præceptores perfectiuæ traditionis]. i. eos quorum eſt perficere alios, qui ſunt [præce-
ptores traditionis] ſcientiæ [perfectiuæ]. i. ſapientiæ ſpiritalis, quæ ſublimiter perficit ſua ſub-
iecta, non quod habeat ſcientiæ imperare, ſed quod per ſapientiam ſuam præcipere habent in-
ferioribus, vt ad ſuſceptionem ſcientiæ perfectiuæ ſe præparent, & qualiter ſe ad eandem diſpo
Prouer. 2. nere debent, iuxta illud prouerbiorum: Si ſapientiam inuocaueris, & quæſieris eam quaſi pecu
niam, & quaſi theſauros effoderis eam, ſcientiã dei inuenies. Hos itaq; perfectores oportet [pfi E
cere perficiendos] videlicet illuminatos [ſacratiſſima doctrina per inſpectorum ſacrorum ſci-
entiam]. i. per notitiam dulcem effectiuam & experimentalem contemplatiuorum, qui ſancti
ſunt & ſacra aſſidue ſpeculantur. Hæc nanq; ſcientia eſt formata, & protinus ad ſynceriſſimum
Philipp. 1. dei accendit amorem. de qua ad Philippenſes Apoſtolus: Oro, inquit, vt charitas veſtra magis
ac magis abundet in ſcientia. Nemo autem idoneus eſt & condignus inſtruere alios ad exerci-
tationem internam, ad contemplationem ſynceram, ad culmen perfectionis, ad efficacem &
quotidianum in omni virtute profectum, niſi qui in iſtis vere expertus eſt & magiſter per pra-
cticam. nam per ethicam tanquam per ianuam ad theoricam introitur. Ex præhabitis iam cõ- F
Non. cludit. [+Nonne ergo vnuſquiſq; hierarchicæ diſpoſitionis ordo] vtpote tam ordo purganti-
um quam illuminantium & item perficientium, in hierarchia recte diſpoſitus [ſecundum pro-
priam analogiam]. i. ſecundũ gradũ, menſuram & habitudinẽ ſuam [reducitur ad diuinam co
operationem]. i. redit & conuertit ſe atq; pertingit ad actum quendam hierarchicum, per quẽ
deo aliquo modo conformatur & cooperatur in reductione aliorum ad ipſum, quod eſt val-
de præclarum, videlicet alijs prouidere, ſuccurrere, præeſſe & prodeſſe, ad participandũ ac obti-
nendum à deo munera gratiæ in præſenti, dona gloriæ in futuro ſeu incrementum in ipſis [il-
la perficiens]. i. ordo huiuſmodi agens & exequens opera illa [gratia & deo data virtute] id ẽ,
†diuinitati per gratiam ac virtutem à deo infuſam, quæ opera ſunt purgare, illuminare, perficere [quę+hie
rarchiæ]. i. diuino & increato principatui, deo omnipotenti omnibus præſidenti [naturaliter]
inſunt, id eſt, actus iſti conueniunt deo ad extra [naturaliter]. i. ex propria ſua natura, quæ eſt
Mar. 2. Iob. 14. puritas ſumma, à qua effectiue omnis purgatio, præſertim à culpa. Quis enim poteſt dimitte-
re peccata niſi ſolus deus? Cui ſanctus Iob ait: Quis poteſt facere mundum de immundo con-
ceptũ ſemine? nonne tu qui ſolus es? [& ſupernaturaliter inſunt]. i. ſuper omnẽ modũ quo cõ-
ueniunt rebus & naturis creatis, cum in deo ſint idem, purgans & purgatio, illuminans & illu-
minatio, perficiens & perfectio, ſoloq; iuſſu facit hos actus ſecundum ordinationem ſapientię
Exo. 33. ſuæ, & iuxta æternæ prædeſtinationis ſuæ tenorem, quemadmodũ in Exodo proteſtatur: Mi-
ſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Alia autẽ litera habet, pro inſunt,
vnita ſunt: quia hi actus in deo realiter idem ſunt, & ab eodem exercentur. Vnde ſubiungitur
[& ab



A [& ab ea ſupernaturaliter acta] id eſt expleta atq; exhibita, à thearchia] hoc eſt, diuina, ſup-
principali virtute, quę per ſeipſam quoſdam perſonaliter & immediate purgat, illuminat, per
ficit quoſdam per alios. vt infra dicetur. [& ad poſſibibilem deum diligentium animorum i-
mitationem hierarchice manifeſtata] id eſt actus iſti ſunt manifeſtati, id eſt, declarati eſt no-
bis oſtẽſi [hierarchice] id eſt, principatiue [ad imitationem] id eſt, ad hoc vt eos ſectemur, mu
tuo nos purgando, illuminando, perficiendo, ſecundum quod ſummus ille princeps inſtituit
ac præcepit, qui hoc fieri iuſſit per charitatem, ideo dicitur ad imitationem [animorũ] ideſt,
intellectuum diligentium deum. poſſibilem eis per gratiam dei, nam ſine charitate nihil eſt
deo acceptum, & ipſa compaginat membra eccleſiæ, mouetq; ſuperiores ad prouiſionem, pur
gationem, directionem & ſalutem inferiorum. Hæc ergo quæ deo conueniunt per naturam,
eccleſiaſticis & perſonis hierarchicis conueniunt meritorie ſolum per gratiam & charitatem
ac uirtutes infuſas, per quas deo ſupernaturaliter confirmamur: & in eo ſic confortamur, quod
ad actus iſtos meritorie exercendos efficimur apti atq; idonei. Charitas quippe uita eſt & de-
cor ac ſupernaturalis ſimilitudo increati amoris, qui eſt ſpiritus ſanctus.

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum quorundam concernentium præſens Capitulũ. Articulus. Octauus

CIrca hæc quæritur, an præinducta diffinitio hierarchiæ conuenienter ſit poſita.
Videtur quod non: Primo, quoniam pars non pręedicatur de toto: ordo autem
eſt pars hierarchię, cum in qualibet hierarchia cęleſti conſiſtant tres ordines. Se
cundo, quoniam hierarchia eſt multitudo intellectualium perſonarum, ſeu con
gregatio earundem, quæ non ſunt ordo, ſcientia & actio, cum iſta ſint acciden-
tia, nam & ordo videtur eſſe relatio. Tertio, quia in militanti eccleſia eſt ordo hierarchicus &
purgatio, illuminatio atq; perfectio, etiam inter illos qui non ſunt in charitate & gratia. Alio-
quin eſſet incertum, an inter uiatores cõſiſtat ordo hierarchicus de quibus ignotum eſt an di-
gni ſint amore an odio. Multi quoq; doctores ſunt & prælati, qui alios purgant, docent, per- Eccle. 9.
ficiunt: qui nihilominus mortalibus uitijs ſordent. Quarto, quia in miniſtris eccleſiaſticę hie
B erarchiæ rariſſima eſt talis ac tanta eminentia puritatis & luminis atq; perfectionis q̃lis & quã
ta deſcribitur hic requiri ac pertinere ad purgatores & illuminatores ac perfectores, & ita in
eccleſiaſtica hierarchia eſſent pauciſſimi qui hos actus ueraciter exercerent, imò uidemus q̃d
aliqui vitioſi & literati excellentius purgant, docent, accenduntq; proximos, quam quidam
præſidentes uirtuoſi & idiotæ. In oppoſitum eſt autoritas Dionyſii magni & ſancti. Dicen- Heb. 11.
dum quod ſicut Apoſtolus ad hebræos deſcribit fidem, dicendo: Fides eſt ſubſtantia rerum
ſperandum argumentum non apparentium, non ponit formaliter ipſam fidei diffinitionem,
ſed tãgit eſſentialia atq; formalia fidei, ex quibus diffinitio eius poteſt formari, ita hic facit the
ologus. Ex verbis nanq; Apoſtoli formatur iſta diffinitio fidei, fides eſt habitus mentis, quo in Fides quid
ſtatu viæ primo inchoatur uita æterna in nobis. Nam uita ęterna in patria eſt earum rerum
adeptio, quas in pręſenti uita ſperamus. Hinc fides uocatur ſubſtantia .i. inchoatio quædam
ſperandorum, quę per hoc quaſi incipiunt aliquo modo eſſe in nobis quod creduntur. Primo
C nãq; inchoatio rei interdũ appellat̃ ſubſtãtia eius, potiſſime dũ tota res uirtualiter cõtinet̃, in ta
li principio, uñ & habit⁹ primoꝝ principioꝝ noĩat̃ ſubſtãtia tota ſciẽtię. Simili mõ verba ſancti
Dionyſii redigunt̃ in hanc hierarchię diffinitionem: hierarchia eſt principatus ſeu ordo diui Hierarchia quid.
nus per ſcientiam & actionem diſtinctus, in qua diffinitione ſumitur ordo non pro uno ſolo
choro aut gradu, ſed pro plurium ordinatione ſeu ordinata collectione. De his in Scripto ſe-
cundi ſanctus diſſeruit Thomas: Hierarchia dicitur ſacer principatus, in omni autem princi- Tho. Aq.
patu requiritur gradus poteſtatis & finis intentus, & ita in principatu hierachico finis eſt deo
aſſimulari per actus præfatos, quem finem perſonæ ad hierarchiam pertinentes nequeunt
adipiſci, niſi per congruas ac debitas actiones, ad quas etiam exigitur ordinata poteſtas ad a-
ctus producendos, atq; ſcientia dirigens in agendo, propterea quatuor hæc in diffinitione hie
rarchiæ ponuntur, ordo, ſcientia, actio: intelligendo ſub nomine ordinis, gradum et efficati-
am poteſtatis: per ſcientiam uero, principium dirigens: per actionem autem medium ad fi-
nem perducens, et aſſimulatio dei ſicut finis intentus. Ad primum itaq; et ſecũdum patet ex
iam dictis ſolutio. Ad tertium reſpondetur, quod beatiſſimus Dionyſius diffinit hierarchiam
ſecundum ſtatum ſuum perfectum et eſſe completum, ſic quoq; tractat de ea ſecundum ali-
quid ſupræmum in ea, quamuis ergo ratio eſſentialis ipſius hierarchiæ penſetur penes dona
gratiæ gratis datæ, attamen quoniã dona illa non ſufficiunt ad ſalutem, nec ſine donis gratię
gratum facientis in actum meritorium queunt procedere, ob hoc dona gratiæ gratum facien
tis adduntur aut ſub intelliguntur in deſcriptione hierarchię, tanquem ad complemẽtum eius
E ſpe

ſpectãtia. Ad quartũ dicendum, quod ſancti frequenter ex deuotionis ſuæ feruore loquẽtes,
tractãt de certis materijs ſecundum ſupræmum ſtatum ſeu gradum earum, ut cum beatus Au
Auguſt. Deſcriptio Chriſtiani Philoſo. guſtinus in libro de nomine Chriſtiano Chriſtianum deſcribens: Chriſtianus eſt, inquit, qui
Chriſtum in omnibus imitatur, qui nulla mouetur iniuria, cuius menſam nullus peregrinus
ignorat, cuius conuerſatio iugiter eſt in cœlis. Climachus quoq; in libro ſuo monachum de
Ioan. Cli. ſcribens: Monachus, ait, eſt qui ſolum quæ dei ſunt cogitat, agit & loquitur. Monachus eſt
incorporalium conſiſtentia, in corpore ſordido conſummatus. Monachus eſt, qui diuinis
Grego. indeſinenter intentus, eſt Chriſto vnitus & in omni loco & tempore, in omni actu, negotio
& proceſſu. Conformiter ſanctus Gregorius in Paſtorali paſtorem ſeu prælatum deſcribit,
quod prę omnibus ſit contemplatione ſublimis exteriorum occupatione contemplationem
non minuens, nec interiorum exercitatione exteriora omittens. Ita & feruentiſſimus Diony
ſius in iſto capitulo & alibi ſepius loquitur de rebus circa quas uerſatur, penes ſupræmũ perfe
ctionis earum, quod tamen non requiritur ad quemlibet gradum ac ſtatum ipſarum. Præte-
rea deo aſſimulamur non ſolum per dona gratiæ gratũ facientis, ſed itẽ p dona gratię gratis da
Exodo. 22 Ibidem. tæ. Vnde in Exodo iudices dij uocantur, iuxta illud: Dijs non detrahes. Et rurſus, Seruus ap
plicabit ad deos. Præcipue uero fit aſſimilatio iſta per utraq; dona, de qua aſſimulatione potiſ-
ſime loquitur hic ſanctus iſte. Ad ultimum reſpondetur, quod ſicut experientia docet præſi-
dentes & prædicantes, quamuis ſint paruæ literaturę, dummõdo ſint feruentes & excellentes
in deuotione, communiter prædicant multo fructuoſius, quam qui ſola informi pollent ſcien
tia, nec deitatis feruent amore. ¶ Secundo hic quęritur, an ponenda ac diſtinguenda ſit triplex E
hierarchia, uidelicet ſuper cœleſtis & cœleſtis ac ſubcœleſtis. Videtur quod imo autoritate
quorundam, dicentium, quod ſicut hierarchia cœleſtis angelica imitatur hierarchiam ſuper-
cœleſtem diuinam, ſic hierarchia ſubcęleſtis eccleſiaſtica imitatur angelicam. In oppoſitum
eſt, quod in diuinis & increatis perſonis non eſt ordo poteſtatis, nec ſuperioritas aut inferiori-
tas, neq; purgatio. Et reſpondendum quod de hac re ſunt duæ opiniones, quarum diuerſitas
conſiſtit in uerbis potius quam in re. Quidam etenim dixerunt, quod non ſit concedenda ali
Alber. qua hierarchia ſupercęleſtis in perſonis diuinis, quam opinionem ſecuti ſunt Albertus & Tho
Tho. Aq. mas, & tamen omnes reſponſiones eos ad hoc mouentes, concedit opinio alia; quam ſequun
Hug. vic. Bonauen. tur Hugo, Bonauentura & alij quidam, ſic quippe ſcribit Albertus: Hierarchia non dicitur
Alber. ordo diuinus, quo diuinæ & increatæ perſonæ ordinantur. Non enim in eis eſt hierarchia, ſi-
cut aliqui fingunt dicentes triplicem eſſe hierarchiam, uidelicet ſupercęleſtem, cęleſtem & ſub
cęleſtem. Non enim dici poteſt ſine errore Arrij, quod una perſona diuina aliam purget, il-
luminet aut perficiat: aut quod habeant ſcientiam & actionem ſubordinatam, cum in omni-
Thomas bus ſint æquales Thomas quoq;: Secundum quoſdam, ait in diuinis perſonis eſt quædam hie
rarchia: quam dicunt ſupercęleſtem & eſſe attendendam ſecundum ordinem naturæ in diui
nis perſonis. ſed hoc nõ eſt conueniẽs, nec ſcd'm intẽtionẽ Dionyſii: quoniã in diuinis perſo- F
nis ponere principatum unius ad alteram, hæreticum eſt: aut quod pater purget filium, uel
quod id quod patris eſt, recipiatur in filio modo inferiori. Porro Hugo de ſancto Victore, in
Hug. vict. pambulis commentarij ſui ſuper hunc librum, diſſeruit: Tres ſunt hierarchiæ, in quarum de-
ſcriptione theologus ac narrator hierarchiarum & poteſtatum ſacrarum, quæ in cęlis & in ter
ris ſunt, opus conſummatum explicuit. Prima principaliſq; omnium forma atq; exemplar cę
terarum, eſt ſumma & effabilis poteſtas trinitatis, ſimplex, una & uniformis, ſine gradu & diſ-
ferentia. Hæc Hugo. Ex quibus apparet quod non ponit hierarchiam in ſuperbeatiſſima tri
nitate & angelis ac hominibus ſecundum eandem rationem, ſed potius ſecundum uocabuli
ſignificationem. Hierarchia nanq; (ut patuit) interpretatur ſacer principatus, qui utiq; eſt in
diuinis, non unius perſonæ diuinæ ſuper aliam, ſed trium ſuperuenerabilium ęternarum per
Tho. ſonarum ſuper omnem creaturam angelicam & humanam. attamen Thomas dicit quod nec
ſecundum uocabuli ſignificationem, hierarchia ſit in diuinis. Quod non apparet, cum (ſicut
iam tactum eſt) hierarchia ſecundum nominis interpretationem non plus dicat quam ſacrum
principatum. Hinc ſicut in textu principatus deitatis iam appellatus eſt thearchia à theos qđ
eſt deus, & archos princeps, quaſi principatus deitatis ſit, quo ad uocabili interpretationẽ, poſ
ſet & hierarchia uocari. Verum de nominum uſu immoderate cõtendere dũ cõſtat de re, uide
tur inane. ¶ Tertio q̃ritur, vtrum in angelis ſint purgatio, illuminatio & perfectio. Videtur q̃
non, quia in ipſis eſt puritas ab omni immunditia libera nec eſt eis ignorantia aut neſcientia, di
cente Gregorio: Quid eſt quod neſciunt, qui deum cuncta ſcientem cõſpiciunt. Itemq;, Qui
Gregor. Ibidem. deũ in ſe clare uidẽt, nihil eſt in creaturis qđ in ipſo uidere nõ ualeant. Amplius, omnes ange-
li ſunt



li ſunt uere beati, ergo perfecti, non ergo conuenit eis ab inuicem perfici. In oppoſitum eſt au Alber.
A toritas ſancti Dionyſii. Circa hæc ſcribit Albertus: Contra iſtud contraire, eſt erratum. Qui
dam enim, vt magiſter Hugo de ſancto Victore, auſi ſunt & præſumpſerunt damnare hunc Hug. vict.
librum, dicentes in angelis nullam eſſe illuminationem inferiorum angelorum per ſuperio-
res. Alij percinaciter defenderunt, angelos inferiores nunquam uiſuros faciem patris ſeu di- Contra
uinam eſſentiam in ſeipſa, ſed ſolum ſecundum quod ſplendet in angelis ſuperioribus. Hæc Alber.
Albertus, in quibus ualde admiror, quod tantum errorem imponit fideliſſimo doctiſſimoq; Laus Hugonis de S. Victore
Hugoni, qui ob eminentiam ſuæ ſcientiæ dictus eſt ſecundus ſeu alter Auguſtinus atq; vt
Richardus fatetur, fuit præcipuus temporis ſui theologus, quẽ etiam Cancellarius in experien Richar. Io. Gerſon
tia & ſapore myſticæ theologiæ adnumerat beato Bernardo & quibuſdam alijs ſanctis. Præ
terea ipſe Hugo librum iſtum Dionyſii de angelica hierarchia catholice ac ualde reuerenter
expoſuit, in nullo negans, ſed in omnibus ſaluans eũ: qui item in expoſitione tertij huius capi Hugo.
tuli apertiſſime ſcribit, quod angeli ſuperiores angelos inferiores illuminant. Inſuper Thomas Thomas
quoq; affirmat in Scripto ſecundi Sententiarum & alibi: Circa hæc quidam contrarie opina
ti ſunt. Nam quidam dixerunt angelos inferiores nunquam uiſuros diuinam eſſentiam, qui-
bus obuiat quod ait Saluator: Angeli eorum in cœlis ſemper uident faciem patris mei. quod Matth. 18
de angelis inferioribus ad cuſtodiam hominũ deputatis, expreſſum eſt. Alij dixerunt omnes
angelos à ſolo deo illuminari, negãtes totum iſtud quod Dionyſius de angelis tradit, quod ta-
men autoritatibus ſcripturarum munitum eſt, & dictis concordat philoſophorum. Præterea
aduertendum eſt, quod quantum ad beatificam uiſionem in clara uiſione diuinæ eſſentiæ cõ
ſiſtentem, omnes ſancti in patria immediate illuſtrantur à deo: nullus tamen eorum plenarie
comprehendit eſſentiam dei nec omnipotentiam eius, cognoſcendo eam tam perfecte & cla
B re, ſicut ex ſua natura cognoſcibilis eſt, imo & a tali cognitiõe deficiunt infinite, quoniam ſicut
ſuperexcellentiſſimus deus infinitę eſt actualitatis, ita & cognoſcibilitatis. angeli ergo ſuperio
res, quo deum clarius atq; felicius contemplantur, eo plura ſecreta vident in eo de eius effe
ctibus præſertim de myſterijs gratiæ & rationibus myſteriorum ipſius, de regimine vniuer
ſi, de retributionibus hominum, de mirabilibus euangelicæ legis diuinæ, de operibus dni con
cernentibus ſtatum naturæ & gratiæ, ſecundum quæ angelorum officia diſpenſantur ac di-
ſtinguuntur, & circa ad extra verſantur. De his ergo & rationibus horum, angeli ſuperiores
illuminant inferiores, non creando in illis nouam lucem aut ſpeciem, ſed confortando ſeu irra
diãdo quod ineſt, ſiue p nut⁹ & intelligibilia ſigna, prout de iſto infra dicetur. Ad obiecta ergo
dicendum, quod in angelis eſt purgatio, non à culpa nec a reprehenſibili ignorantia aut con
fuſione turbata, ſed à neſcientia ſimplici quorundam effectuum, ad beatitudinem principalẽ
ſeu præmium eſſentiale non pertinentium. Inſuper quamuis omnia poſſint in deo cognoſci,
tamen deus qui eſt ſpeculum ſapientiale ac liberum, oſtendit ſe beatis ſecundum quod nouit
expedire & condecens eſſe meritis beatorum congruere ordini quoq; dare hierarchico. Poſtre
mo omnes beati ſunt perfecti in genere ſuo, non tam abſolute ut deus, cui nil deeſt, ſed quan-
tum eorum requirit fœlicitas, in accedentalibus tamen quibuſdam præmijs, perfectionibus &
gaudijs poteſt eis deeſſe, quod nihilominus totum permodicum eſt reſpectu felicitatis prin-
C cipalis ac præmij eſſentialis multiplicis quoq; notitiæ & mercedis accidentalis quas habent.
Amplius non oportet quod tres actus iſti hierarchici in beatis diſtinguantur realiter. in quãtũ
enĩ illuminatio ignorantiam pellit ac remouet, purgatiõem includit, nec reale quid addit pur
gatio. Deniq;, quod hæc ſancti Dionyſii doctrina de illuminatione angelorum inferiorum à
ſuperioribus conſonet dictis philoſophorum, ex elementatione Procli & libro de Cauſis faci Proclus
le eſt probare, in quibus habetur quod intelligentiæ inferiores proijciunt uiſus ſuos ſuper for
mã uniuerſalem, quę eſt in intelligentijs primis: & quod ſubſtantiæ intellectuales ſuperiores
diffundunt bonitates ſuas atq; ſcientias ſuper inferiores.

PARAPHRASIS HVIVS CAP. III

EST autẽ ſecũdũ nos hierarchia ſancta rõnaliũ pſonarũ cõgregatio, p gra
dus & officia ordinate diſtincta, cum ſcientia & operatione ſibi cõpetẽtib⁹
ad dei cõformitatẽ, put ſibi poſſibile eſt, aſſimilata, & p illuminatiões ſibi
diuinit⁹ infuſas, iuxta cuiuſq; capacitatẽ, ad dei imitatiõem ſurſum acta. Di
uina autẽ pulchritudo, cui aſſimilãdę ſunt hierarchię angelorũ & hominũ,
ſicut ſimplex, & bona, & pricipalit cõſũmatiua, uniuerſaliter mũda ẽ ab omi
nõ ſe decẽte & eſt diſtributiua pprij luminis, ſecũdũ capacitatẽ uniuſcui⁹q;
illuminatorum, & per ipſius luminis diſtributionem perfectiua eſt, ea pfectiõe q̃ pfectos ma-

 xime

xime aſſimilat deo, ſecundum intrãſmutabilem ipſorum conformitatem ad deum, diuinę pul
chritudini coaptatam, qualis eſt in patria. Intẽdit autem hierarchia aſſidua ſpeculatione in deũ
deſiderans ſecũdũ ſuã poſſibilitatẽ aſſimulari & vniri deo, ipſum habens ducẽ omnis ſanctę co
gnitionis, & operationis, indeclinabiliter aſpiciens ad diuinam pulchritudinem, & eã contem
plando ab ipſa, tanquam pulchrifica informata, & perſonas in ſe cõtentas, deũ laudãtes, faciẽs
eẽ diuina inſignia, & clariſſima & immaculata ſpecula, ſuſceptiua radiȷ̃ principalis, & thearchi
ci luminis, & impleta, ſanctę claritate diuina, ſibi per eundẽ radiũ infuſa: ita quod ſuperiores
ipſam claritatem ſuis inferioribus copioſe cũ ſplendore influant, ſecundũ quod diuinitus eſt
eis conſtitutum. Illicitũ eſt em̃ & ſuperioribus qui perficiunt, & inferioribus qui ab eiſdem per
ficiuntur, aliquid operari præterquam ſingulis ordinatum eſt a deo, principe perfectionis.
Siquidẽ neceſſaria eſt eis diuinæ ordinationis obſeruantia, adhoc ut in ſuæ felicitatis ſtatu per
ſiſtant, & diuina claritate ipſos deificante perfruantur & ad ipſam reformentur, iuxta cuiuſ-
libet ſanctarum mentium capacitatem: quod ſumme deſiderant. Patet ergo ex præmiſſis q̃d
hierarchiæ nomine generaliter deſignatur ſancta quædam congregatio, diuinam in ſe repre
ſentans pulchritudinem, & ſpeciales operationes propriæ uirtuti commẽſuratas exercens, ſe
cũdũ exigentiam poteſtatis & ſcientiæ ſui ſacri principatus, & aſſimilata ſecundum ſui poſſi-
bilitatem ad proprium principium, ſcilicet, deũ: Vnicuiq; enim hierarchicę perſonę perfectio
eſt ad dei imitationem, ſecundum propriam congruentiam reductam eſſe & fieri dei coope-
3. Ioan. ratricem, quod efficacius omnibus diuinam ingignit conformitatem, & repreſentat diuinam
1. Cor. 3. operationem in ſeipſo, ſecundum q̃ ſibi poſſibile eſt manifeſtatam, iuxta illud: Dei enim ad-
Matth. 7 iutores ſumus. Verbi gratia, ordo hierarchiæ eſt ut inferiores purgentur, illuminentur & per E
ficiantur, a ſuperioribus ſuis, & ſuperiores purgent, illuminẽt & perficiãt inferiores ſuos. Hęc
autem purgatio, & illuminatio, & perfectio actiua & paſſiua, ſecundum creaturæ poſſibilita-
tem, aliquatenus conformat deo hierarchicas perſonas. Diuina enim beatitudo, ſecundum q̃
ab omnibus hominibus laudari poteſt, munda quidem eſt ab omni diſſimilitudine æternę ſuę
plenitudinis, cui aliquatenus aſſimilantur hierarchicæ perſonæ, inquãtũ purgãtur: Itẽ diuini-
tas plena eſt ſempiterno lumine, cui aliquatenus aſſimilantur hierarchicæ perſonæ, inquantũ
illuminantur. Eſt etiam perfecta, ut nihil deſit ſuæ perfectioni, cui aliquatenus aſſimilãtur hie
rarchicæ perſonæ, inquantum perficiuntur. Eſt etiam diuinitas purgans, illuminans & perfi-
ciens, imo ipſa purgatio ſuper omnem purgationem, & illuminatio ſuper omne lumen, & per
fectio ſuper omnem perfectionem, per ſe perfecta, perfectionis princeps, & omnis hierarchię
cauſa, ab omni q̃ntũlibet ſacro, ſecũdũ exceſſum ſegregata: Cui aliq̃ten⁹ aſſimilant̃ hierarchicę
perſonæ inquantum inferiores ſuos purgant, illuminant & perficiunt: & habet ſuper ipſos p̃
cipuam purgationem, illuminationem & perfectionem, nec quicquam luminis ab eis perci-
piunt, ſed de ſua plenitudine eis influunt, & ſublimiter eiſdem præſunt. Oportet ergo purga-
tos, mundos omnino fieri, & liberari ab omni non luminoſo. Illuminatos autem oporet adim
pleri diuino lumine, ſurſum actos in intellectibus & ſuſpiriȷ̃s, pure & ſumme diuinum lumen
deſiderantibus, ad plenius obtinendam, & firmius poſſidendam diuinam contemplationem.
Perfectos autem oportet eſſe tranſductos, ex imperfectione ſiue perfectionis minoritate, & p
cipere augmentum perfectiuæ ſcientiæ, experientis intimæ guſtum ſapientię. Purgatiuos au
tem aliorũ, oportet inferioribus tradere de abũdantia ſuę caſtioris purgatiõis. Et illuminatiuos F
tanquam lumini diuino familiarius coniunctos, & eodem abundantius adimpletos, inferiori
bus ſuis ſecundum ipſorũ capacitatem, ipſum lumen ſuperinfluere. Perfectiuos autem, tanq̃
expertiores in traditione perfectiua inferiores ſuos perficere ſanctiori doctrina, per experienti
am internorum guſtuum ſapientiæ. Vnuſquiſque ergo in ordine hierarchico conſtitutus,
ſecundum propriam proportionẽ ſurſum agitur, ad diuinam cooperationem in ſe, & operatio
ne ſua quodammodo per gratiã & uirtutem diuinitus ſibi conceſſas, illa rep̃ſentãs, q̃ ſanctę tri
nitati naturaliter: imo ſupnaturaliter inſunt, & ab ipſa ſupſubſtãtialiter fiunt, videlicet qa pater
cum ſit plenitudo eſſentię, uitę ſapientiæ, bonitatis potentiæ, & omnino plenitudo omnis ple-
nitudinis deſiderabilis, a nullo accipiẽs. ſed propria ſola authoritate ſupſubſtãtialiter cõſiſtẽs,
omnem eandem plenitudinem ſupernaturaliter, & ſuperſubſtantialiter dat filio, ipſum gene
rando, & eandem ipſe cũ filio dat ſupernaturaliter ſpiritui ſancto, ipſum ſupſubſtãtialiter ſpi-
rãdo; cũ in ipſa ſancta trinitate nõ ſit grad⁹ ſupior vel inferior, ſed ſuperioritatis, & inferioritatis q̃d
dã ſup intellectuale & ſuperſubſtantiale exẽplar, ſcilicet authoritas & ſubauthoritas. Quæ er
go in diuinitate ſunt & fiunt ſuperſubſtantialiter manifeſtantur hierarchiis, ad hoc ut ſanctæ
mẽtes in eis conſtitutę quę deũ diligũt poſſint aliquatenus diuina cognita imitari.

Angelo-



¶ Angelorum appellatio quid ſignificet. Cap. IIII.

IGitur hierarchia quid eſt (ut eſtimo) bene a nobis dif
finita, angelica hierarchia deinde laudãda, mirabileſq;
eius in eloquiȷ̃s, formarum facturæ ſupermundanis
oculis intuẽdę, ut aſcendamus in dei formiſſimam eo
rum ſimplicitatem per myſticas formatiões. Et ſimul
omnis hierarchicæ ſcientiæ principium laudabimus
in diuina religioſitate & perfectiſſimis gratiarũ actio
nibus. Primum ſimul omnium illud dicere uerum, ut
bonitate uniuerſali ſupereſſentialis diuinitas eorum
quę ſunt eſſentias ſubſtituens, ad eſſe adduxit. Eſt enim hoc omnium cauſa, & ſu
per omnia bonitatis propriũ, ad cõmunionem ſuam ea quę ſunt uocare, ut uni
cuiq; eorum quæ ſunt, ex propria diffinitur analogia. Omnia igitur quæ ſunt,
participãt, puidẽtiã, ex ſupereſſentiali & cauſaliſſima diuinitate manãtẽ. Nõ em̃
fortaſſis eſſent, niſi eorum quæ ſunt, eſſentiæ & principiȷ̃ aſſumptione. Exiſtẽtia
B igitur omnia, eſſe eius participant. Eſſe enim omniũ eſt ſuper eſſe diuinitatis. Vi
uentia autem, eandem ſuper omnem uitam uiuificam uirtutem. Rationalia autẽ
& intellectualia, eandem ſuper omnem & rationem & intellectum per ſe per
fectam & ante perfectam ſapientiam. Clarumq; quia circa eam illæ eſſentia
rum ſunt, quęcunq; inmunerabiliter ab ea acceperunt. Sanctæ ergo cœleſtium
eſſentiarum diſpoſitiones ſuper ea quæ tantum ſunt, & irrationabiliter uiuentia
ſecundum quod nos rationalia in hierarchiæ traditionis participatione factæ
ſunt. Inuiſibiliter enim in diuinam imitationem ſeipſas conformantes, & ad di-
uinam ſimilitudinem ſupermundane aſpicientes, & formare appetentes intelle-
ctualem ſuam ſpeciem, copioſiores pulchræ habent ad eam communiones, at-
tendentes quidem ſunt omnem uitam. Ipſę ergo ſunt primo & multipliciter, &
ſemper ad ſummum quantum fas eſt, in confirmatiõe diuini & inflexibilis amo
C ris intentæ, & principales illuminationes immaterialiter & pure recipientes, &
ad ipſas ordinate, & intellectualem habentes omnem uitam. Ipſæ ergo ſunt pri
mo & multipliciter in participatione dei factę, & primo & multipliciter mani-
feſtatrices diuinę occultationis. Propterea & ultra omnia cognominatione an-
gelica ſelectim dignę factę ſunt, eo quod primo in ſeipſas edunt diuinã illumina Gen. 19.
tionem, & in nos per ſe deferunt, quę ſupra nos ſunt manifeſtatiões. Sic quidẽ (ut 22. 31.
theologia ait) per angelos nobis donatę ſunt, & glorioſos quoſq; ante legem & Iudit. 6.
poſt legem patres noſtros angeli ad diuinum reducebant, quod agendum intro Dani. 7.
ducentes & ad rectam ueritatis uiam ex errore & uita immunda reducentes, aut Mat. 2.
ordines ſacros myſteriorum ſupermundalium, aut occultas uiſiones, aut diuinas Actu. 10
quaſdam ante prędicationes prophetice reuelantes. Si autem quis dixerit, & in- Apo. 40
de immediate fuiſſe quibuſdam ſanctorum theophanias, diſcat & hoc ſapienter Num. 12
ex ſacratiſſimis eloquiȷ̃s quomodo hoc quidem quod eſt dei occultum, nemo 1. Tim. 6
uidit neq; uidebit. Theophanię autem ſanctis factę ſunt ſecundum decentes deũ
perq; quaſdam ſacras uidentibus proportionalium uiſionum manifeſtationes.
Ipſa igitur ſapientiſſima thelogia uiſionem illam quę in ipſa eſt deſcripta, reuela
uit diuinam, quaſi informa informium ſimilitudinem ex uidentium in diuinum

 reducti

reductione, pulchre uocare theophaniam, quaſi per ipſam uidẽtibus diuina fa-
cta illuminatione, & quidem diuinis ipſis ſancte perficientibus. Has autem diui-
Dani. 7. nas uiſiones glorioſi patres noſtri perfecerunt per medias cœleſtes uirtutes. Aut
Deut. 9. non & ſacram legiſlationem eloquiorum traditio, uelut per ſe quidem dicit ex
deo Moyſi donatam, ut etiam uere nos doceat diuinos eam eſſe & ſacros chara
cteres? Docet autem ſapienter & hoc theologia, per angelos eam in nos proue-
nire, tanquam diuino legali ordine illud legaliter ponente, hoc eſt, per prima
ſecunda in diuinũ reduci. Etẽm nõ ſolũ & in ſuppoſitis & in ſubiectis animis, ſed
& in ęquepotentibus ipſa lex diffinitur, ex ſupereſſentiali omnium ordinatiõis
principio, hoc eſt, per unanquanquam hierarchiam primas & medias, & ultimas
eſſe & ordinationes, & uirtutes, & minorum eſſe diuiniores doctores & manu
Mat. 1. ductores, in diuinam adductionem & illuminationem & communicationem.
Luc. 1. 2. Video autem, quia & diuinum Chriſti humanitatis myſterium angeli primum
docuere, deinde per ipſos in nos ſcientiæ gratia deſcendit. Sic igitur diuiniſſimus
Luce. 1 Gabriel Zachariam quidem ſummum ſacerdotẽ edocuit myſteria, hoc eſt, pro-
phetam fore ex ipſo contra ſpem gratia diuina naſciturum puerum diuinitus &
ſalutaliter mundo manifeſtandæ uirilis Ieſu diuinæ operationis. Mariam quoq; E
Ibidem. quomodo ipſa foret diuinũ ineffabilis diuinę formatiõis myſteriũ. At alius ange
lorum Ioſeph erudiebat, quomodo uere implerentur diuinitus promiſſa proge
nitori Dauid. Alius uero paſtores tanquam multorum reditu & ſilentio purga
Mat. 1.
Luc. 2. tos euangelizauit, & cum eo multitudo exercitus cœleſtis, illam ualde laudabi-
lem tradebant his qui in terram ſunt, doxologiam. Reſpiciamq; ad excellentiſſi
mas eloquiorum luminis apparitiones. Video enim quod & ipſe Ieſus ſupercę
leſtium eſſentiarum ſupereſſentialis eſſentia, ad id quod ſecũdum nos eſt immu
tabiliter ueniens, non reſilit a ſe ordinata & aſſumpta humana ordinatiõe, ſed obe
diens ſubditur patris & dei per angelos diſpoſitionibus & per medios ipſos annũ
Luc. 2. ciatur Ioſeph, a patre diſpoſita filij ad Ægyptum receſſio, & iterum ad Iudęam
Mat. 2.
Luc. 2. ex Ægypto tranſductio, & per angelos ipſum uidemus ſub patris legiſlationi-
bus ordinatum. Iuſto enim dicere ut ſcienti noſtris ſacerdotalibus traditionibus
expreſſa & de angelo ipſum Ieſum confortante. Aut quia & ipſe Ieſus per noſtrã
Luc. 22 ſalutarem beneficam & manifeſtatoriam ueniens ordinationem, angelus magni
Iſaiæ. 7.
Iohã. 15. conſilij appellatur, etenim ut ipſe angelus dixit, quæcunq; audiuit a patre annun
ciauit nobis. F

¶Explanatio Capituli huius Quarti. Articulus Nonus.

PRæcedenti capitulo deſcripſit hierarchiam in generali, nunc deſcen-
dit ad tractandum de angelica hierarchia, & primo de angelica hierarchia
infima ac vltima, imo & primo de infimo illius choro ac ordine, puta de
angelis, ut ſic paulatim ad altiora cõuenientius ſcandat [Igitur hierarchia
quid eſt, bene (vt exiſtimo) a nobis diffinita] id eſt poſtquam iam bene dif "
finiuimus hierarchiam, in communi declarando quid ſit [angelica hierar "
chia deinde laudanda] id eſt, conſequenter nunc in iſto capitulo laudan- "
da & deſcribenda eſt hierarchia angelica [& mirabiles eius in eloquijs formarum facturę, ſu "
permundanis oculis intuendæ] hoc eſt, facturæ, id eſt, figurationes & compoſitiones [for- "
marũ eius]. i. ſpecierum & ſimilitudinum hierarchiæ iſtius. Mirabiles, id eſt, ſublimes ac my "
ſtice aſſignatę. In eloquijs, id eſt ſcripturis diuinis de quibus facturis, formis & ſimilitudinibus
eſt modo tractandum, de quibus & ſecundo capitulo dicta ſunt aliqua in communi. Intuen-
dę,



A dę, id eſt conſiderandæ ſunt modo in ſpeciali. oculis ſupermundanis, id eſt ſpiritualibus, illu- 2. Cor. 4.
minatis, ſupra hunc mundum ſenſibilem eleuatis, iuxta illud Apoſtoli: Contemplantibus no
" bis non quæ temporalia ſunt, ſed quæ æterna, [ut aſcendamus in dei formiſſimam eorum ſim
" plicitatem] id eſt quatenus erigamur in notitiam & ad cõtemplationem ſimplicitatis eorum,
quæ diuinæ ſimplicitati ualde conformes ſunt, reſpectiue loquendo, uidelicet comparatio
ne inferiorum ac materialium rerum: quamuis abſolute loquendo, ab excellentia & plenitu
dine ac puritate diuinæ increatæ ſimplicitatis deficiant infinite. Nempe in deo ſunt idem, eſſe,
poſſe, & agere: intellectus quoq; & ſpecies intelligibilis atq; obiectum, cognoſcere & uelle, vo
luntas & intellectus: quod longe eſt a creaturis. Præterea in formatiõibus angelorum per ſen
ſibiles ſpecies, & in imaginarijs uiſionibus eorundem, apparitionibusq; forinſecis multiplici-
tas & compoſitio ſunt, per quas ad notitiam ſimplicitatis, id eſt, immaterialitatis, inuiſibilitatis
" & intellectualitatis, manuduci & erigi nos oportet p myſticas formatiões, id eſt, p formas &
apparitiones iam tactas. [Et ſimul omnes hierarchicę ſcientiæ principium laudabimus] id eſt
pariter extollemus deum, fontem & cauſam totius ſcientię quæ ineſt & conuenit hierarchijs
angelicis, quẽ laudamus in tam pręclaris ſuis effectibus, iuxta illud in Eccleſiaſtico: Benedicite Eccle. 39.
dominum in operibus ſuis. Deinde ex effectibus ſuis, aſcendẽdo ad eius notitiam laudabimus
" eſt, pro poſſe etiam in ſeipſo ſecundum quod ipſum poterimus contemplari per fidem ratio
" nibus credendorum illuminatam, & per ſapientiæ donum. Sic autem laudabimus, in diuina
religioſitate] id eſt, per deuotiſſimum eius cultum, mente ab omnium carnalium atq; inanium
rerum occupatione, affectione & curis ſuperuacuis religata, ne ſit laudatio tantum in uerbis, Prouer. 28
iniuria uero in factis. Qui enim auertit aurem ſuam ne audiat legem, oratio (haud dubiũ quin Eccleſi. 15
& laudatio) eius erit execrabilis. Non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Ideo ait Saluator: Luce. 6.
B Quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis quæ dico? Sumitur ergo hic religioſitas p Latria quid
ſpiritualitate, deuotione, ſeu latria, quæ eſt uirtus moralis parsq; iuſtitiæ, deo cultum ac cere Eccle. 1.
" moniam offerens. Hinc Eccleſiaſticus aſſerit: Religioſitas cuſtodiet & uiuificabit cor. [Et te-
" letarchicis] id eſt, perfectiſſimis [gratiarum actiõibus] id eſt, totis uiribus deo regratiando &
confitendo ex intimo corde, quod ineffabiliter a condignis gratiarum actionibus omnino de Philoſo.
ficimus. Si enim parentibus & magiſtris, equiualens reddi non poteſt, quanto magis deo cu Idem.
ius beneficia ſunt incomparabiliter multa & magna, a quo ipſi quoq; parentes ac magiſtri ſor
titi ſunt quicquid boni habent alijsve impendunt. Quod autem eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cau
ſati. Cõſequenter præconia dei incipit recitare, gratias agere, a beneficio creationis incipiens.
" [Primum ſimul omnium illud dicere uerum] id eſt, illud uerum eſt dicere. primum omnium
" ſimul, id eſt, in primis ante alia pariter iam dicẽda, [ut bonitate uniuerſali ſupereſſentialis* the altas * diui nitas.
archia eorum quæ ſunt, eſſentias ſubſtituẽs ad eſſe adduxit] id eſt, quod thearchia, id eſt diui
na poteſtas, ſupereſſentialis, id eſt ſuper omnem rerum uniuerſitatem conſiſtens, ſubſtituens
eſſentias, eorum quæ ſunt, id eſt, naturas rerum ſub ſua excellentia condens & collocans, ut
pote inferiores ſe, adduxit ea ad eſſe, id eſt, de non eſſe ad eſſe perduxit per creationem, iuxta
illud in Geneſi: In principio creauit deus cœlum & terram. & hoc liberaliter ac mere gratui Gen. 1.
te, non neceſſitate naturæ, ſed ex ſua puriſſima bonitate uolens ſuam perfectionem rebus cõ
municare: quæ bonitas dei appellatur uniuerſalis non per prædicationem, ſed quoniam com
C municat omnibus ſemetipſam, nec aliqd relinqt expers ſui cõmunicatiõe. Etẽm ꝓprietas bo-
ni eſt, eſſe diffuſiuum ſuiipſius. propter quod Proclus xij. theoremate fatetur. Omnium entiũ Proclus
principium & cauſa prima, bonum eſt. In Apocalypſi quoq; inducitur: Dignus es domine de Apoca. 4
us noſter, accipere honorem & gloriam, & uirtutem: quia tu creaſti omnia & propter uo
lũtatem tuam creata ſunt. Hæc autem bonitas dei eſt uiua & intellectualis, idcirco eſt amor
dei ad creaturã. Hic alibi. S. Dionyſius ꝓteſtatͣ ꝙ amor dei nõ reliqt eũ ſine germine eẽ. Et Pla Plato
" to ait in primo Timęi: Dicẽdũ cur cõditor uniuerſi oẽ hoc inſtituẽdũ putauerit, & reſpõdet, o
" ptimꝰ erat, porro ab optimo inuidia lõge religata eſt, hinc uoluit deꝰ omnia bona ꝓuenire [Eſt alias natu
ẽm hoc omniũ cauſa]. i. bonũ primũ & increatũ eſt omniũ cæterorum cauſa effectiua exem ræ.
plaris atq; finalis. Hinc loquitur Damaſcenus libro. ij. Q̃m ergo bonus & ſuperbonus eſt de Ioan. Da.
us, non contentus eſt ſuiipſius contemplatione, ſed ex ſuperabundantia ſuę bonitatis accepta-
uit creare quædam, quibus benefaceret: & participatura ſua bonitate, ex nõ ente ad eſſe dedu
xit. De hoc Magiſter libro. ij. ex uerbis Auguſtini in libro de doctrina Chriſtiana diffuſius
" ſcripſit [& ſup oĩa bonitatis ꝓpriũ]. i. diuinę bonitati ꝓpriũ eſt ſup oĩa. i. ꝓcipuę & p̃ cęteris bo 2. Sent. di. 35. Quod
" nis [ad coionẽ ſuã ea q̃ ſunt uocare]. i. nõ ſolũ de nõ eẽ in eẽ ꝓducere. q uocat ea quę nõ ſunt aũt. Au. li.

 tanq̃ 1. de doct. Chri. ca. 32

Rōma. 4 Plato Proclus Iacob. 1. tanquam ſint, ſed inſuper ea quæ condidit, ad maiorem ſuæ bonitatis participationem inuita
re, monere, producere dignatur. Nam ab eodem prouenit rei eſſe & bene eſſe, ut Plato & Pro
clus fatentur. Hinc nanq; conſeruat effectus ſuos in eſſe, atq; ad proprios fines dirigit eos. Ipſe
enim dat omnibus affluenter, ut dicit Iacobus. Vnde in libro de Cauſis profertur: Cauſa pri-
ma eſt creans res & influens bonitates ſuper illas influxione completa, quoniam ipſa eſt bo-
Pſal. 33 nitas cui non eſt finis. Recte ergo admonuit ſanctus Dauid: Accedite ad eum & illu mi-
Hebre. 4 namini, atq; Apoſtolus: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Deniq; uocat nos
ad ſuſceptionem beneficiorum ſuorum tam naturalium quam ſupernaturalium & gratuito
rum, imo & glorioſorum, in quo patet incomprehenſibilis bonitas, amor ac munificentia e-
ius [ut vnicuiq; eorum quæ ſunt, ex propria diffinitur analogia] id eſt ſecundum quod præ- »
fixum eſt & congruit vnicuiq; enti creato, iuxta proportionem, menſuram & capacitatem na
Matth. 25 Hier. li. 4. ſuper Mat. cap. 25 turæ & exiſtentiæ, iuxta euangelicū illud: Dedit unicuiq; ſecundum propriam uirtutem, vbi
ſcribit Hieronymus: Non pro largitate aut parcitate donantis, ſed pro accipientium uiribus.
deus nanq; indidit ordinem rebus, & diuerſis capacitatem impreſſit diuerſam. [Omnia igitur »
quæ ſunt, participant prouidentiam ex ſupereſſentiali & cauſaliſſima diuinitate manantem] »
id eſt cuncta creata ſub increata dei prouidentia cadunt, prouidentiam quoq; creatam, id eſt,
effectum prouidentiæ dei ſeu bonum prouiſum participant, prouidentiam inquam, manan-
tem, id eſt, profluentem ex deitate ſuper eſſentiali & cauſaliſſima, id eſt, potentiſſima & fœcū
diſſima ad cauſandū. Cauſalitas quippe & prouidentia ſunt duæ præcipuæ proprietates di-
Sapien. 8. Iob. 34 uinæ, idcirco de increata ſapientia à ſapiente quodam prolatum eſt Attingit à fine uſq; ad fi
nem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Hinc in Iob ſcriptum eſt: Quem conſtituit alium ſu
Ariſto. per terram? aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. Ideo dixit Philoſophus: Entia
Proclus nolunt male diſponi. Proclus quoq;: Omne, inquit, diuinum prouidet ſecundis, & ereptū E
eſt ab his quibus prouidetur. [Non enim fortaſſis eſſent] id eſt, creata non ſubſiſterent [niſi e »
orum quæ ſunt eſſentiæ & principij aſſumptione] id eſt, niſi acceptione ſuæ eſſentiæ & ſuæ »
initialis productionis, qua ſunt quod ſunt: quod utiq; certum & planum eſt, cum nulla res
producat ſeipſam: nec id quod eſt in potentia, perducatur in actum, niſi per aliquid prius ex
Ariſtote. iſtens in actu. Idcirco ſecundum philoſophum, præter & ante potentiam & actum, oportet
eſſe & quærere cauſam efficientem ac unientem. Qui iterum probat, quod quamuis in eo
dem potentia præcedit actum, in diuerſis tamen actus præcedit potentiam. Verūtamen ſan
ctus hic pater etiam in re certa tam ſobrie & quaſi ambigue loquitur, ut reprimat nos ab aſſer
tione & immoderata defenſione in dubijs & incertis. [Exiſtentia igitur omnia eſſe eius partici »
Sap. 1. Iob. 12 Ieze. 29. pant] id eſt, in aliquo imitantur perfectionem eſſe diuini, non illud idem numero, nec partem »
ipſius, quod prorſus indiuiſibile ſimpliciſſimumq; conſiſtit, vnde ſcriptum eſt: Creauit enim
ut eſſent omnia. Et alibi: Quis ignoret quod manus domini fecit hęc omnia? Hinc Pharaoni
quaſi aliter ſentienti, per Iezechielem dominus dixit: Audi Pharao, draco magne, q dicis, Me
us eſt fluuius, & ego feci meipſum [eſſe enim omnium eſt ſupereſſe diuinitatis] id eſt, increatū
& inuariabile eſſe dei, quod eſt ſuper omne aliud eſſe infinibiliter & eleuatum, eſt eſſe omniū »
rerum, non utiq; formale aut ſubſtantiale atq; intrinſecum, ſed cauſale & exemplare, à quo o-
mnibus cōmunicatū eſt eſſe & uiuere, quod in ſeipſo ſuppuriſſime manet ſingulare & vnicū, ne
quaquam ſecundum ſe cōmunicabile ſubſtantialiter differentibus ac diuerſis. Per quod exclu F
dit quorundam mendoſus ac peſſimus error, dicentium quod eſſe dei ſit formale eſſe uniuerſorū.
Qui etiā error in libro de Cauſis reprobat quod legit: Cauſa prima non eſt habens hyliathim, quoniam
ipſa eſt eſſe tantum, quod ſi dixerit aliquis, neceſſe eſt ut ſit ei hyliathim, dicemus quod hyle eius
eſt infinitum, & indiuiduum ſuum, eſt bonitas pura. [Viuentia autem eandem ſuper o-
mnem uitam uiuificam uirtutem] id eſt res uiuæ participāt eandem cauſam primam quæ eſt
prima & ſumma uita, imò potius ſuper uita, in qua omnis uiuendi nobilitas, beatitudo, perfe-
ctio cum immenſa eminentia ſuperſimpliciſſime continetur, quę eſt uirtus uiuifica, id eſt ui-
tam efficiens & conſeruans in cunctis quæ uiuunt quocunq; genere uitæ; [rationalia uero
& intellectualia eandem ſuper omnem rationem & intellectum perfectam & ante perfectā
ſapientiam] id eſt, homines & angeli participant eandem cauſam primam intellectualem ac
ſapientalem, quæ eſt ſuper omnem rationem ac intellectum creatum, & ſuper omnem intel
lectum ac rationem per infinitam excellentiam, ſecundum quod nos in præſenti capere poſ-
ſumus, quid ſit intellectus & ratio dei, quæ in deo nil pœnitus ſuperaddunt diuinæ eſſen-
tiæ aut eſſe diuino: eſtq; cauſa prima ſapientia ante perfecta, id eſt, ſuperperfecta & per ſe eſ-
ſentialiter ac inde pendenter non participatiue ſapientia. Hoc ipſum etiam Proclus deprom
pſit



pſit dicendo: Omnis partialis intellectus participat ea quæ ſuper intellectum eſt vnitate: & o-
mnis partialis anima, & omnis partialis corporis natura. Et rurſus: Omniū, inquit, intellectum Idem.
participantium præcedit qui ametectus intellectus, & eorū quæ vita vita, & eorum quæ ſunt en
te ens. Verūtamē in his uerbis Procli uidetur & fertur aliquid occulti erroris includi, quia uide
tur ordinem quendam & diſtinctionem realem inſinuare in ipſis rerum formalibus ſeparatis
idealibuſq; principijs, quemadmodum etiam Ariſtoteles frequenter imponit Platoni. Nam Ariſtote.
& theoremate. 101, præhabitis verbis Proclus ſubiūxit: Ipſorum autem horum ens quidem an Proclus.
te uitā, & uita ante intellectum. Quod etiā in cōmentario iuxta Platonis exponit doctrinam,
quamuis in iſtis ualde difficile ſit reſolutum habere intellectum. Etenim iuxta hæc res iſtę in
feriores ab alio (hoc eſt ab antoente, id eſt, à per ſe ente) haberent eſſe, ab alio (id eſt, ab antouita)
uiuere ab alio (utpote ab anto intellectu) intelligere. Nihilominus ipſemet Proclus qui uide-
tur fuiſſe maximus reſolutiſſimuſq; Platonicus, ait thereomate. 3: Omne quod ſecundum na Idem.
turam conuertitur, ad id facit conuerſionē, a quo & proceſſum propriæ ſubſiſtentiæ habet, in
cuius commentario adiecit: Appetibile omnibus & intellectus, & procedunt omnia ab intel
lectu, & totus mundus ab intellectu habet ſubſtantiam. Præterea author libri de Cauſis, qui
peripateticus fuit, præinductis ſanctiſſimi Dionyſii uerbis euidentius conſonās, Propoſitiōe
18. teſtatur: Res omnes habent eſſentiam propter ens primum, & res omnes uiuæ ſunt motæ
propter uitam primam, & res omnes intelligibiles habent ſcientiam propter intelligentiā pri Tho. Aq.
mam. Itaq; ſicut & ſanctus Thomas in commentario ſuo ſuper librum de Cauſis teſtatur, in
B hac re beatus Dionyſius correxit Platonicorum doctrinam, declarans idem in re eſſe primū
« & per ſe bonum, primum quoq; per ſe ens, & primum per ſe uiuens, & primum per ſe intel-
« ligens, ſicq; ab eodem creata participant bonitatem & eſſentiam, uitam & intellectum. [Cla
« rumq;] id eſt, certum eſt [quia circa eam illę eſſentiarum ſunt] id eſt, quod cęteris propinquiores
« ſunt deitati ſeu primæ cauſæ illæ de numero eſſentiarum, id eſt, illæ eſſentiæ ſeu naturę [quæ-
cūq; innumerabiliter ab ea acceperunt] id eſt, quę abundantius ac multiplicius dona naturæ
ac gratiæ & gloriæ deſuper ſunt ſortitę, quæ dona à nobis diſtincte nequeūt numerari, ſicut nec
ſciri in uia. Porro intellectuales ac nobiliores creaturæ dicuntur eſſe circa deum, & deo uicinio
res, nō loco, ſed ſimilitudine, quadam: cum incircumſcriptibilis deus uere ubiq; ſit, iniuſti autē
longe ab eo ſunt, quemadmodū in prouerbijs Salomon loquitur: Longe eſt dominus ab im Prouer. 15
pijs. Verum ut Dauid expreſſit: Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum. Itaq; quo Pſal. 144
deum magis puriuſq; diligimus, quo corda noſtra ad ipſum magis conuertimus, & in eius
gratia magis proficimus atq; quo ipſum plus deſideramus ac uenerari optamus, eo ei propin Iacob. 4.
quiores efficimur. Hinc Iacobus monet apoſtolus: Appropinquate deo, & appropinquabit
« uobis. [Sanctæ ergo cœleſtiū eſſentiarum diſpoſitiones ſemper ea quæ tantū ſunt & irratio-
« nabiliter uiuentia, & ſecundum nos ratiōalia *hierarchicæ traditionis participatiōe factę ſunt] alias † ſſia rarchiæ.
hoc eſt, diſpoſitiones ſanctę, id eſt, ſancti ac ſapienter diſpoſiti ac diſtincti chori angelorum, fa
ctæ ſunt, id eſt, prælati & eminentiores effecti ſuper ea quæ tantum ſunt, id eſt, ſuper creatura
C inanimata, quibus ſolū conuenit eſſe, & ſuper uiuētia irrationabiliter, id eſt, ſuper bruta & ſup
rationalia ſecundū nos, id eſt, ſuper rationales creaturas, quæ rationales ſunt per rationem, diſ
currendo ſecundū quod moris eſt nobis, & ipſemet experimur. Participatione traditionis hie
rarchicæ, id eſt per hoc quod participes facti ſunt illuminationis hierarchiæ cęleſtis, quæ emi
net eccleſiaſticæ hierarchię. Omnibus his creatis, altiores ſunt angeli dignitate ſpecifica, ſub
tilitate & ſimplicitate naturæ, quia incorporales: duratione, quoniam immortales: habitatione
& loco, quia empyrei cœli ciues: gubernatione & principatu, quoniam hominum ſunt recto
res, cuſtodes, adiutores ac defenſores: ſapientia & ſcientia, quia noſtri ſunt magiſtri & docto
res: felicitate & gloria, quia iam uere & ſine fine felices, hinc minimus angelorum maior eſt
maximo uiatore, quantum ad id quod in præſenti eſt, quamuis aliqui uiatores prædeſtinatio-
« ne maiores ſint aliquibus angelis [Inuiſibiliter enim in diuinam imitatiōem ſeipſas conformā
« tes] id eſt cœleſtes illæ eſſentiæ ac mentes angelicę conformantes ſeipſas in imitationem diui
nam, id eſt, ſe extendendo & actuando ad actus præclariſſimos, per quos intellectualis creatu
ra ſuum creatorē imitatur & ei aſſimilatur. & ad *thearchicā ſimilitudinem ſupermūdane aſpi alias * diui nam.
« ciētes] .i. ſupnaturaliter intēdētes ac ſatagētes cōformari ſimilitudini thearchicę .i. diuinę boni
tati ac pietati, ſeu increatę imagini, ad quam imitāda ſunt cōditę, quod agūt ſupmūdane .i. altiori modo
« quā homines in hoc mundo, & ſine interpolatiōe [& formare appetentes intellectualē ſuam
ſpeciem

ſpeciem]id eſt, pulchritudinem ſuam internam mentalem, optantes perficere ac decorare[co
pioſiores ad eam habent pulchræ communiones]id eſt communicationes & aſſimilationes ad D
deitatem habent decore ac ſplendide multo abundatiores quam uiatores[attendentes quidẽ
ſunt omnem uitã]id eſt, certe conſiderantes vitam gloriæ, in qua ſunt, in qua cæterę vitæ per
ineffabilem excellentiam continentur & includũtur, potiſſime uero attendentes omnem ui-
tam, id eſt, perfectiſſimam illam uitam increatam, tanquam obiectum & finem, quæ eſt uera
incommutabilis, ac ſuperſimpliciſſima uita, in qua realiter idem omnino ſunt uiuens & uita
uiſq; uitalis ac uiuere: imo eſſe, uiuere & intelligere, uelle atq; diligere, ad cuius uitæ gloriam
Iohan. 5 & honorem referunt ſemetipſos, & omne quod agunt. De qua uita ait Saluator apud Iohã
nem: Sicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Inſup
mentes illæ ſupernæ attendunt omnem uitam tam ſuperiorum quam inferiorum etiam ani-
malium uilium, quatenus ex comparatione illorum, excellentiam ſuæ beatiſſimæ uitæ pleni
us perpendentes, gratias præclariores referant creatori. Præterea aduertendum, quod angeli
a primo ſuæ beatificationis inſtanti, perfecte conformati ſunt deo etiam per gloriæ do-
na, neq; in hac conformatione ac imitatione diuina creſcunt aut proficiũt, ſed immobiliter ma
1. Petri 1. nent. Veruntamen ſicut dicũtur deſiderare in deum proſpicere, quem indeſinenter inſpiciũt,
quoniam ſine faſtidio eum iugiter contemplantur, & in æternum ſic contemplari affectant: ſic
quoq; cupiunt pulchritudinem ſuam ſpiritalem intellectualem, hoc eſt, deiformem intellectũ
& omnem ſapientiam, ſcientiam, operationemq; eius ac ſancti ſui amoris feruorem, perficere E
& formare ſeu potius in collata ſibi perfectione ac decore ſeruare, certi quod in perpetuum fa
cilime conſeruabunt, imo nunquam amittere poterunt. Poſtremo, quantum ad actus hierar-
chicos & regimen eccleſiæ militantis ac gubernationem corporalium creaturarum non ceſ-
ſant ſe deo conformare & eius gubernacula imitari, iuxta præfixam ſibi legem ac iuſſionem,
omnia obedientiſſime atq; promptiſſime exequendo, quemadmodum tangit & Plato in ſecũ
Plato do Timæi, inducens deum motoribus orbium ac cauſis cœleſtibus præcipientem: O dij deo-
rum, quorum pater idem opifexq; ego, huius inferioris mũdi ſemẽtem ego faciam, uobiſq; tra
alias*mul- dam, uos cætera exequi par eſt, imitãtes meam ſolertiam, intelligentes igitur iuſſionem patris
tipliciter filij executi ſunt ita[Ipſæ ergo ſunt primo & †innumerabiliter & ſemper ad ſummum quan
tum fas eſt, in conformatione diuini & inflexibilis amoris intentæ]id eſt, mentes angelicæ
ſunt intentæ, Primo, id eſt ante rationales creaturas & eminẽtius eis & innumerabiliter, id eſt,
multipliciter ualde ſeu innumerabilib⁹ modis ac gradib⁹, ſicut & ipſę innumerabiles nobis ſunt
& forſan innumerabiles ſpecies ſpecialiſſimas habent, & ſemper, id eſt, in æuo & ſine interru-
ptione. ad ſummum, id eſt, ſumme præ alijs creaturis, quantum fas eſt, id eſt, licitum ita loqui
ac ſentire. Sunt inquam, in cõformatione amoris diuini & inflexibilis, id eſt, in actuali amore
dei immobili, in quo ſunt confirmati, ita quod amor ille ab eis flecti nequit, nec obliquari aut F
auerti a ſuo obiecto, per quem feruentiſſimum amorẽ deo præcipuæ cõformantur. Amor
Acto. 4 nanq; iungit amantem amato, facitq; eos eadem velle & nolle, imo & unum eſſe, & multitu-
1. Cor. 6 dinis credentium erat cor unum & anima. Vnde dixit Apoſtolus: Qui adhæret deo, unus ſpi
Ioan. 14. ritus eſt. Et Saluator: Si diligitis me, mandata mea ſeruate[& principales illuminationes im-
materialiter & pure recipientes]id eſt, mentes illæ cœleſtes ſuſcipiunt à deitate pure, non ſym
bolice nec per inuolutionem phantaſmatum, & immaterialiter ſine appendicijs corporalita-
tis, & abſq; omni admixtione immundæ affectionis ac culpæ, illuminatiões principales, id eſt,
Pſal. 35 illuſtratiões beatificas q̃ iugiter manẽt, ſeu lumina glorię, iuxta illud: In lumine tuo uidebimus
lumen, illuminationes quoq; præcipuas de cauſis & rationibus diuinorum effectuum myſte
Pſal. 103. riorũq; fidei. Etenĩ mẽtes illę q̃ deo ſunt magis unitę, eo exhuberãtius irradiãtur ab ipſo, con-
alias†ipſas feſſionẽ laudis diuinę indutę, amictę luminę ut ueſtimẽto[& ad*ipſum ordinatę], i. ad deũ or
dinatiſſime ſunt couerſę, ad cuius amplexũ, cultũ ac uenerationẽ ordinauerũt & retulerũt ſe
inauertibiliter & complete, tanq̃ ad finẽ beatificũ uere ac ſummũ[& intellectualẽ habẽtes o-
mnẽ uitã], i. tota eorũ uita eſt intellectualis & principaliter cõtẽplatiua, de ſenſitiua uero uita ni
hil habentes & potentiæ eaꝝ ſolũ ſunt intellectiuę, ꝓpter q̃d a philoſophis intelligentię appel-
Hebre. 1. lanẽ, nihilomin⁹ q̃dã eaꝝ ſunt miniſtratorij ſpiritus & multa exteri⁹ opanẽ. In aſſumptis q̃q; cor
porib⁹ interdũ apparẽt, in q̃b⁹ & uidere & audire mãducare ac bibere nõnunq̃ uidenẽ, q̃uis ali
alias † mul ter ſit, nõ eñi illis uniunẽ aut utunẽ corporib⁹ ut formę ſubſtãtiales, ſed tanq̃ motores. ꝓut de hoc
tipliciter. infra diffuſius exprimeẽ[ipſe ergo ſunt primo & innumerabiliter in participationẽ dei factę]
.i. participationẽ donoꝝ ac luminũ dei abũdãti⁹ ac primordialiẽ ſũt ſortitę. Vñ in li. de Cauſis aſ
ſeriẽ q̃ cã prima nõ ceſſat illuminare itelligẽtiã & itelligẽtię ſupiores recipiũt ex bõitatib⁹ cauſę pri
mę



" mæ receptione multa[& primo & multipliciter manifeſtatrices diuinæ occultationis]id eſt,
mẽtes illæ primo ac multipliciter manifeſtant diuina ſecreta. Superiores enim angeli commu
nicant & reuelant angelis inferioribus ſecreta ſibi deſuper reuelata, ſecũdum quod nouerint
hoc deo placere. Inferiores etiam angeli manifeſtant hominibus ea quæ norunt illis eſſe pan Amos. 3
denda, propter quod ait Amos propheta: Non faciet dominus uerbum, niſi reuelauerit ſecre
tum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Hinc Damaſcenus affirmat libro. ij. Angeli ſancti ſunt Ioan. Da.
lumina intellectualia, ex primo & æterno lumine illuminationem habentia, non lingua & au
ditu indigentia, ſed ſine ſermone uoce prolato tradentia ſibi inuicem conſilia & intelligentias.
Propter quod alij dicunt, quod angeli reuelationum quæ a deo ſunt, ſuſceptiui ſunt prima re
latione, quoniam prius reuelantur ac proferuntur eis diuina ſecreta quam hominibus, qui id
circo dicuntur reuelationum ſuſceptiui relatione ſecunda.[Propterea & ultra omnia *cogna alias*cog-
tione angelica ſelectim dignæ factæ ſunt]id eſt, mentes illæ ſupernæ factæ ſunt dignę cogna nominati-
" tione angelica: hoc eſt, digni facti ſunt præ alijs creaturis angeli nũcupari. ſelectim, id eſt, egre one.
gia ratione & ſpeciali electione.[Eo quod primo in ſeipſas edunt]id eſt, formant & capiunt
ac quaſi ſpiritaliter maſticant[diuinam illuminationem]id eſt, reuelationem ſecretorum[&
per ſe in nos deferunt, quæ ſupra nos ſunt manifeſtationes]id eſt per ſeipſos nobis inſinuant
manifeſtationes, id eſt, reuelationes eis palam oſtenſas, quæ ſupra nos ſunt, id eſt, noſtram na
" turalem cognitionem atq; inueſtigationem tranſcendunt. uel ſupra nos ſunt, id eſt, de cauſis
" ac rebus, quæ ſuperiores ſunt nobis, ut ſunt myſteria Chriſti, & eccleſiæ ac multi diuini effe-
ctus & ſacra ac ſacramenta. Veruntamen omnia iſta ordinatiſſime fiunt, & quædam reuelan
tur hominibus immediate ab angelis infimi chori, ut ea quæ concernunt determinatas perſo
nas, quædam immediate ab archangelis, quemadmodum ſacratiſſimæ uirgini Gabriel archã Luce. 1.
gelus uerbi incarnatiõem denunciauit: quædam per principatus, quorum eſt regnis pręeſſe,
B unde in Daniele Michael locutus legitur Gabrieli: Gabriel, fac iſtum(utpote Danielem) in Iſa. 33.
telligere uiſiõem. Deniq; angelus nuncius interpretatur, propter quod etiam homines inter-
dum angeli nominantur, ut legati & prophetæ ac ſacerdotes, iuxta illud in Iſaia: Angeli pa- Iſaias 33
cis amare flebunt. Et Malachias ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirẽt Mala. 2
de ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Apoſtolus quoq;: Mulier, inquit, debet uela 1. Cor. 11
re caput ſuum propter angelos, id eſt, ſacerdotes. Inſuper in Haggeo ubi habem⁹, Dixit Hag Haggeus 1
geus nũcius dñi, de nũcijs dñi, alia habet tranſlatio: Dixit Hagge⁹, angel⁹ dñi de angelis do
mini. Sic & de beatiſſimo præcurſore dñs per Malachiam eſt loquutus: Ecce ego mitto an Mala. 3
gelum meum. Verum præ omnibus iſtis cœleſtes ſpiritus excellentius angeli nominantur
ob cauſam iam introductam, ſpecialiſſime tamen ſpiritus infimi ordinis, ut patebit. Siquidem
id eſt, certe,[ut theologia]. i. ſermo diuinus, utpote ſacra ſcriptura[ait per angelos nobis* da alias *do-
te ſunt]id eſt, reuelatiões diuinæ nobis exhibitæ ſunt per angelos ſanctos. hoc in libris Mo- natæ.
ſi primo ac copioſe docetur, quomodo angeli apparuerunt patriarchis, Abraham, Iſaac, Ia- Gene. 18. 21. 22. 26.
cob, ipſiq; Moſi & Aaron ac Ioſue. deinde in libro Iudicum recitatur, quomodo apparuerũt Ge. 28. 32. Exo. 3. 6.
atq; loquuti ſunt Gedioni parentibus Samſonis. vnde in actis beatus Stephanus conteſta- Ioſue. 1. 5. Iud. 6. 7
tur: Deus miſit Moſen in Aegyptum ad Pharaonem cum manu angeli, qui apparuit ei. Rur Acto. 6
ſus ibidem loquens Iudęis: Accepiſtis, inquit, legem in diſpoſitione angelorum, & non cu-
ſtodiſtis. Paulus quoq; ad hæbreos: Si qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſſe firmus, Idem.
hinc ſubditur:[Et glorioſos vere ante legem & poſt legem noſtros patres ad diuinum ange Hebre. 1. alias *q̃ſq;
li reducebant]id eſt, ſacratiſſimi angeli reduxerunt patres noſtros tam ante legem Moſaicam
C quam poſt eam, nec dubium quin & ſub ea, ad diuinum, id eſt, ad dei obſequium & ad co- Ge. 6. 7.
gnoſcẽdum diuina ſecreta, vt in Geneſi recitatur de Noe, cui dominus loquebatur de arca
atq; diluuio non dubium quin per angelum.[Quid agendum introducentes]id eſt qui an
geli introduxerunt, nunciauerũt ac præceperunt quid ab hominibus & patribus eſſet agẽdũ
" ſicut in Geneſi dixit ad Noe: Fac tibi arcam de lignis leuigatis[Et ad rectam veritatis uiam
ex errore & vita immunda reducẽtes]id eſt, cõuertẽtes aliquos hominum ex errore gentili- Gen. 6
tatis ac alijs vitijs, ac a conuerſatiõe carnali ad ueram uiam iuſtitiæ ac ſalutis, per quem etiam
modũ aliq fuerũt reducti & cõuerſi ad fidẽ & cultũ ueri dei ſine miniſterio hominũ ſola appa
ritiõe & informatiõe angelica, nõ ſine inſpiratiõe diuina: q̃d & in euãgelica lege factũ eſt ſæ
pi⁹, ut patet de electis illis decẽ milib⁹ martyꝝ & ſctõ Sauiniano &c. Hinc ſcriptũ eſt in li. Iu Sauiniani mar.
dicũ: Aſcẽdit angel⁹ dñi ad locũ flẽtiũ & ait filijs Iſrael: Eduxi uos de Aegypto, & noluiſtis Iudi. 2.
audire uocem meam. Cur hoc feciſtis? Quod cum audiſſent filij Iſrael eleuauerunt uocem
ſuam, & fleuerunt[aut ordines ſacros myſteriorum ſupermundaliũ aut occultas viſiones
"
aut

aut diuinas quaſdam ante prædicationes hypophantice reuelantes] id eſt, angeli ipſi reuelan
tes hominibus, aut ordines ſacros, id eſt, choros angelicos myſteriorum ſupermundalium,
id eſt, ſecretorum cœleſtium ac diuinorum ſuper hunc mundum immundum exiſtentium,
qualiter ſcilicet chori illi inter ſe diſtinguuntur ac diuerſa ſortiuntur officia, & in vno ſummo
bono beatificantur, & ſupermundana contemplantur ſecreta, quibus deus tanquam amicis
Hiero. chariſſimis & uelut ſecretarijs & conſiliarijs ſua pandit occulta, quẽadmodum glorioſus Hie
ronymus refert in regula ſua ſe frequenter per hebdomadas in raptu fuiſſe continue, angelo
rumq; choris interfuiſſe & de ſecretis illis cœleſtibus plurima didiciſſe. Aut occultas viſiones
Gen. 1. id eſt ſupernaturales & abditas apparitiones, ſic enim angelus docuit Moſen de creatione mũ
Danie. 2 di & multis ignotis, quæ præceſſerunt diluuium. Similiter angeli inſtruxerunt Ioſeph patriar
cham & Danielem prophetam de ſignificatione ſomniorum Pharaonis & Nabuchodono-
ſor regum, ſiue per illuminationem ſolam internam, ſiue per reuelationem externam aut per
imaginariam oſtenſionem. Aut diuinas antepredicationes, id eſt prænunciationes deſuper
factas, hypophantice, id eſt prophetice. Angeli enim primo acceperũt aut a ſuperioribus an
gelis, vel a deo: deinde prædixerunt hominibus, vt tempore opportuno ab hominibus crede
retur, imo & uerum eſſe ſciretur quod tam diu fuit prædictum. Vnde apud Iohannem loqui
tur Chriſtus: Nunc dixi uobis priuſquã fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Per quod etiam,
Ioan. 14. ut Ioſephus ſcribit, reprobatur ac innoteſcit perfidia incredulorum prouidentiam diuinã ne-
Ioſephus. Iſaias 21 gantium. Sic enim per Iſaiam prædixit deſtructionem Babylonis perpetuam, atq; per Iere-
Ier. 25. 29 miam quod captiuitas filiorum Iſrael in Chaldæa duraret annis ſeptuaginta. Potiſſime autẽ
de Chriſto & eius miſterijs a prophetis prænunciata ſunt plurima, ex quibus fides roboratur
catholica. [Si autem quis dixerit] contradicendo his verbis meis [& inde] puta a deo ſeu diui
no ſecreto immediate fuiſſe quibuſdam ſanctorum theophanias] id eſt diuinas apparitiões
atq; propheticas reuelationes fuiſſe factas aliquibus ſanctis hominibus non per angelos [di-
ſcat & hoc ſapienter ex ſacratiſſimis eloquijs] id eſt ex ſcripturis ſanctis addiſcat ſapienter, ita
Ariſtote. ut addiſcendo ſapiens fiat, & docilem ſe præbeat. Addiſcentem enim oportet credere. Et Iſa
Iſa. 7. ias fatetur: Niſi credideritis, non intelligetis [quomodo hoc quidem quod eſt dei occultum,
nemo uidit neq; uidebit,] id eſt hoc diſcat quod nemo uidit neq; uidebit, in uita hac uiuens
uita humana, clare per ſpeciem, occultum dei, id eſt incomprehenſibilem ſapientiam ſiue eſ-
ſentiam eius & ſecretum conſilij ſui, ſecundum quod continetur ac ſplendet in ipſo. De hoc
Iohan. 1. 1. Ioan. 4. allegata ſunt multa, ſicut illud Iohannis: Deum nemo uidit unquã. Vnde & Paulus deprom
Roma 11. pſit: Quis cognouit ſenſum domini? Et in libro Sapientiæ habetur: Quis hominum poterit
Sapien. 9. ſcire conſilium dei, aut quis poterit cogitare quid uelit deus. Hoc eſt quod apud Ieremiam le
Ierem. 23 gitur: Quis adfuit in conſilio domini, & uidit & audiuit ſermones eius? [Theophaniæ autem
ſanctis factæ ſunt] id eſt reuelationes diuinæ exhibitæ ſunt ſanctis hominibus [ſecundũ decẽ
tes deum per q; quaſdam ſacras uidentibus proportionalium uiſionum manifeſtationes.] Or
do uerborum eſt, Reuelationes factæ ſunt ſanctis per manifeſtationes quaſdam ſacras, id eſt
imaginarias uiſiones communiter, ideo ſubditur, uiſionum, id eſt apparitionum proportio-
nalium uidentibus, id eſt proportionatarum, connaturalium & aptarum uidentibus ſanctis
hominibus, quibus conueniens eſt per ſenſibilia & imaginarias oſtenſiones ad notitiam diui
norum ac immaterialium introduci, ut patuit in primi expoſitione capituli. Sic etiam conde-
cet deum ſapientiſſimum omnia ordinate agentem, oſtendere mortalibus uiatoribus diuina
ſecreta. Hinc additur: Secundum decentes deum, id eſt, ſecundum oſtenſiones & manifeſtati
ones, quas decuit deum adhibere in hominum inſtructione prophetica. Quod totum efficit
deus per creaturam ſubiectam, id eſt miniſterio angelorum. Verũ his obijci poſſet, quia non
ſequitur, Homines in hac uita non ualent diuinam clare eſſentiam nec ſecretum ſapiẽtiæ eius
in ſeipſo proſpicere, ergo non poſſunt a deo reuelationem propheticam aut uiſionem cœle-
ſtem per imaginarias ſimilitudines immediate ſuſcipere. Præterea, dona gratiæ gratum faciẽ-
tis immediate a deo accipiunt etiam infantuli in baptiſmo, ergo & dona gratiæ gratis datæ,
cum dona illa ſint multo meliora quam iſta. Amplius, ſancti interdum fatentur ſe deũ in hac
Gene. 32 Iob. 42 uita clare uidiſſe, dicente ſancto Iacob: Vidi dominum facie ad faciẽ. Et beato Iob: Auditu au
Nume. 12. ris audiui te, nunc autem oculus meus uidet te. De Moyſe quoq; dominus ait in libro Nu-
merorum ad Aaron & Mariam: Si quis fuerit inter uos propheta, in uiſione apparebo ei, aut
per ſomnium loquar ad eum: at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fide-
liſſimus eſt, ore enim ad os loquar ad eum, & palam non per ænigmata uidet deum. Sed &
2. Cor. 12 Apoſtolus ſcribit ſe raptum fuiſſe uſque ad tertium cœlum. Et reſpondendum, quod argu-
men



mentatio illa bene concludit, quod viatores nõ vident immediate in deo ea quæ ipſis deſuper
reuelantur. quod ſi ita ſe habet, rationabilius dicitur quod miniſterio angelorũ eis inſinuentur,
quoniam deus qui ordinis autor eſt & amator, operatur in vltima per media, in quibus aliud
tali non obſtat ordinationi aut actui. Nec tamen negandum eſt, nec ſanctus Dionyſius negare
intendit, quin deus immediate per ſe poſſit quemcunq; hominem in præſenti de quibuſcunq;
illuſtrare, docere, hortari: regulariter tamen & de lege cõmuni ſic agit, ſicut hic theologus do-
cet. Per quæ patet ad primum ſolutio. Ad ſecundum dicendum, quod dona gratiæ gratum fa-
cientis per creationem infundantur ac dantur, idcirco à ſolo deo fluunt immediate, quamuis
cauſæ creatæ valeant diſpoſitiue ad illorum infuſionem cooperari. Ad tertium, quod ſan-
cti illi viderunt clare ad oculum angelum in aſſumpto corpore apparentem, & in perſona dei
loquentem, aut in imaginaria viſione ita viderunt: vt cum aſſerit Iſaias, Vidi dominum ſeden- Iſa. 6.
tem ſuper ſolium excelſum & eleuatum. & ſimili modo loquitur tertio libro Regum Miche- 3. Reg. 22.
as. Ad quartum, de Moyſe & Paulo ſentit Auguſtinus in libro de videndo deum, quod priui- Aug. de videndo deũ epiſt. 112.
legio gratiæ magnæ ac ſpecialis viderunt deum per ſpeciem, in qua viſione potuerunt & alia
multa deo per ſe reuelante cognoſcere, nec tali viſione durante vixerunt vita ſenſitiua huma- Num. 12.
na, imó maxime fuerunt ab omni ſenſu alienati. Et quamuis hoc de ſolis Moyſe & Paulo ita le- 2. Cor. 12. Actu. 9.
gatur & comprobetur, an tamen & alijs ſit conceſſum quis nouit? Imo & de ſupermundiſſima
virgine non æſtimo dubitandum. Prophetæ demum communiter aſſerunt dominum eis lo-
cutum eſſe & apparuiſſe, quoniam deo iubente & cum lumine dei creato venerũt. ſicq; Dauid
teſtatus eſt, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Deniq; autor ex dictis concludit. [Ipſa
igitur ſapientiſſima theologia] id eſt, diuina ſcriptura ſummæ ſapientiæ contentiua & deſcri- Pſal. 84.
ptiua, prouida valde in ſuis eloquijs, & humanæ mentis imbecillitati condeſcendens [viſionẽ
illam quæ eſt in ipſa deſcripta reuelauit de inuiſibilibus per ſpecies corporales, vt cum dicitur:
Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum [diuinam quaſi in forma informium ſimili- Iſaiæ. 6.
tudinem] id eſt, docuit eſſe ſimilitudinem diuinam, vtpote rei diuinæ ſignificatiuã, & eius ima-
ginem ſeu repreſentatiuam. informium, id eſt, incorporalium, formam materialem & circun-
ſcriptam figuram non habentium in propria natura. quaſi in forma, id eſt, deſcriptarum quaſi
formam haberent corporalem viſibilem [ex videntium in diuinum reductione pulchre voca
ri theophaniam] id eſt, ſcriptura edocuit huiuſmodi viſionem pulchre, id eſt, magiſtraliter ap-
pellari teophaniam, id eſt apparitionem diuinam ex reductione videntium in diuinum, id eſt,
ob hoc quod viſio illa reducit, conuertit & eleuat eos quibus oſtenditur. ad diuinum, id eſt, ad
intelligendum aliquid de deo aut rebus diuinis [quaſi per ipſam videntibus facta diuina illu-
minatione] id eſt, quia per ipſam huiuſmodi viſionem fit & datur illuminatio vidẽtibus & ha-
bentibus eam, iuxta illud: Daniel vir deſideriorum, intellige. Intelligentia enim eſt opus in viſi Danie. 9.
one. Sicq; hæc dictio, quaſi, deſignat hic veritatem, non ſimilitudinem tantum, quemadmodũ Danie. 10. Iohan. 1.
& apud Iohannem: vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre [& quidem ipſis di-
uinis ſancte perficientibus] id eſt, non ſolum vocatur viſio illa diuina, quia intellectum præta-
cto modo illuminat, imó etiam quoniam ſancta illa corporalia aut imaginarie præſentata, cõ-
muniter inflammant affectum & perficiunt mentem ſancte, cooperando ei ad proficiendum
in ſanctitate & æquitate, vt cum per ſenſibiles ſimilitudines oſtenditur aliquid bonis fidelibus
de ſupplicijs reproborum, aut gaudijs electorum, aut de ruina eccleſiæ, quemadmodum loqui
tur Ieremias: A facie manus tuæ ſolus ſedebam, quoniam amaritudine repleſti me. Et iterum: Iere. 15.
Quis dabit, inquit, capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo interfe- Hiere. 9.
ctos populi mei? [Has autem diuinas viſiones glorioſi patres noſtri] puta apoſtoli & prophe-
tæ ac patriarchæ [perceperunt per medias cœleſtes virtutes] id eſt, acceperunt à deo medianti-
bus angelis ſctĩs, virtuoſis & vigoroſis ad exequẽdũ quicquid eis iniungitur & incũbit. Cur aũt
omnes angelici ſpiritus etiã appellentur virtutes, infra habebitur. Iſtud conſequenter declarat
& probat [Aut non & ſacram* legis traditionem eloquiorum traditio velut per ſe quidem di- *legiſlatione.
cit ex deo Moſi donatam] id eſt, vtiq; traditio eloquiorũ, id eſt, doctrina atq; hiſtoria ſcriptu-
rarum dicit & narrat quidem, id eſt, pro certo traditionem legis ſanctam, id eſt, continentiam
ſeu tenorem teſtamenti legiſq; veteris eſſe donatam Moſi in monte Synai. velut per ſe, id eſt,
tanquam immediate à deo. Sic quippe ſcriptura loquitur frequenter in Exodo: dixit dominus
ad Moſen: Dabo tibi duas tabulas & legem quam ſcripſi. Ibidem quoq; ſcriptum eſt: Loque- Exo. 32. Exo. 33.
batur dominus ad Moſen facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum. Et hoc fa-
cit ſcriptura, id eſt, ſpirituſſanctus per ſcripturas [vt etiam vere nos doceat diuinos eam eſſe &
ſacros characteres] id eſt, ipſam legem eſſe literam diuinam & ſanctã, à deo, nõ ab angelo prin-
F cipali-

cipaliter datam:ipſamq; eſſe characteres,id eſt,figuras & ſigna rerum ſanctarum & diuinarū,
quæ exprimuntur in lege per verba,tanquam per ſigna atque characteres, id eſt, figurationes.
† angelos. [Docet autem & hoc ſapienter theologia ] id eſt, nihilominus ſcriptura edocuit [ per * an-
gelum eam in nos prouenire]id eſt, miniſterio angeli eam eſſe Moſi datam, deinde & nobis.
Gala.3. Nam & Apoſtolus ad Galatas:Lex,inquit,propter tranſgreſſores poſita eſt,& ordinata per an
* legali. gelos in manu mediatoris[tanquam diuino ordine illud legaliter ponente]id eſt,veluti ordi-
natione & diſpoſitione diuinitus inſtituta id exigente. Quæ autem ſit ordinatio illa,ſubiungi-
tur[hoc eſt,per prima ſecunda in diuinum reduci]id eſt,vt ea quæ ſunt ſecundi ordinis,reducā
tur in deum per exiſtētes in primo choro ſeu ordine. quod verificatur tam de angelis inter ſe,
quoniam angeli ordinum inferiorum,reducuntur in deum per angelos ordinum ſuperiorum,
quod totum intelligendum eſt de reductione in deum per actus hierarchicos. Angeli enī vni-
uerſi à principio ſuæ glorificationis ad deum inauertibiliter ſunt conuerſi,reducti & ſimplifica
ti:quam de angelis & hominibus inter ſe,quoniam homines reducuntur & illuſtrantur per an
gelos:quam de hominibus inter ſe,quoniam ſubditi per ſuos præſidentes habent purgari, illu
minari ac perfici. Nec iſtud ſolum obſeruatur inter angelos diuerſarum hierarchiarum ac or-
dinum,ſed etiam inter eos qui vnius ſunt hierarchiæ eiuſdemve chori,inter quos etiā ſunt pri
mi & medij ac vltimi. eſtq; ſublimiorum reducere inferiores. hinc ſequitur: [Etenim non ſo-
lum & inſuperpoſitis & ſubiectis animis,ſed & in æquipotentibus ipſa lex diffinitur ex ſuper-
eſſentiali omnium ordinationis principio]id eſt,lex ipſa ſeu inſtitutio,quod ſecunda reducan
tur per prima immediatius ſuperpoſita,diffinitur,id eſt,præſcribitur & ſeruatur ex ſupereſſen-
tiali principio ordinationis omnium,id eſt,à deo qui eſt primum principium,cauſa & fons to-
tius ordinis & ordinationis cunctorum. Sapientis enim eſt,ordinare. ideo primæ ſummę & in E
finitæ ſapientiæ dei eſt,omnia ordinare,& inordinata per culpam, ordinare per pœnam, neq;
in toto vniuerſo aliquid prorſus confuſum & inordinatum relinquere, imó iuxta decētiſſimū
Iob.10. tenorem prouidentiæ ſuæ diſponere vniuerſa. Nec obſtat quod ſanctus Iob ait:In inferno nul
lus eſt ordo,quia hoc dictum eſt ideo,quod omnia ſunt ibi turbata,confuſa & inquieta, quan-
tum ad ſeipſa,non autem reſpectu prouidentiæ dei ac demeritorum. Deinde clarius ſubditur
quomodo iſtud ſit verum[hoc eſt,per vnamquanq; hierarchiam primas & medias & vltimas
eſſe & ordinationes & virtutes]hoc eſt,quod in qualibet hierarchia ſunt aliqui chori & ſpiri-
tus, aliqui ordines & ordinationes atq; operatiuæ virtutes ſeu vires,primi & principales in hie
rarchia illa,aliq medij,& aliqui infimi:ſicut in prima hierarchia ſupremi ſunt Seraphim, me-
dij vero ſunt Cherubim, & infimi in prima illa hierarchia ſunt throni. In eodem quoq; choro
ac ordine ſunt primi & medij ac vltimi,vt infra magis patebit[& minorum eſſe diuiniores do
ctores & manuductores]hoc eſt,lex iſta inſtituit eos qui diuiniores ſunt,id ē,deo propinquio-
res & perfectiores eſſe doctores,purgatores,illuminatores & manuductores minorum, id eſt,
inferiorum ac minus ſcientium. Doctores inquam[in diuinam adductionem & illuminatio-
nem & communicationem]id eſt,ad hoc quod reducantur in deum per purgationē,& ad hoc
quod plenius illuminentur à ſuperioribus ſuis,quantum ad pertinentia ad diſpoſitionē & gu-
bernationem hierarchicam:atq; ad hoc quod abundantius participent ſcientiam & perfectio-
nem altiorum illorum ſpirituum,qui ſuppoſitis ſibi ſpiritibus communicant illuminationes F
ſibi factas à deo,ſeu alijs ſuperioribus ſpiritibus,de quibuſdam effectibus & myſterijs dei ac ra
tionibus eorundem. ¶ Circa hæc aliqua poſſunt quæri ſpecialiter, quomodo in angelis aliq
dicantur æquipotentes,& quomodo vnus æquipotentium reducat & illuminet alium,cum di
ctum ſit ſæpius,quod illuminare atq; reducere ſit maiorum & diuiniorum. Verum ad iſtud in
fra in quæſtione dicetur. Nunc tamen breuiter tangendo,dicendum quod theologus loquitur
hic de æquipotentia in communi,hoc eſt,in perfectione hierarchiæ eiuſdem. Conſequenter p̄
bat præhabita per hoc,quod etiam Chriſti myſteria primo reuelata ſunt angelis, & per eos ho
* docuere. minibus. [Video autem quia & diuinum Chriſti humanitatis myſterium angeli primū † ſunt
edocti]id eſt,oculis fidei cerno & ex ſcripturis conſidero, quod angeli ſancti edocti ſunt pri-
mum,id eſt,prius quam homines didicerunt à deo immediate aut mediate myſterium, id eſt,
ſacrum ſecretum humanitatis Chriſti,puta incarnationis myſterium valde diuinum,cum con
Iohan.1. cernat verbum æternum verum deum cui hypoſtatice eſt vnita humanitas Ieſu Chriſti, qui ē
ipſum verbum æternum[deinde per ipſos in nos ſcientiæ gratia deſcendit] id eſt, gratia noti-
tiæ ſeu gratioſa cognitio myſterij huius,per angelos manifeſtata & communicata eſt fidelibus.
* Sic. [†Si] pro quia[ergo diuiniſſimus Gabriel]archangelus,qui eſt multum diuinus & conſcius ſe
Dan.8.9. Lucæ.1. cretorum altiſſimi,cuius mentio fit nominatim in veteri nouoq; teſtamento, videlicet in Da
niele



A niele & Luca euangeliſta. [Zachariam quidem ſummum ſacerdotem myſteria edocuit:hoc Ibidem.
eſt,prophetam ex ipſo fore contra ſpem gratia diuina naſciturum] hoc totum Lucas plenius
recitat,apud quem legitur,quod Zacharia ſtante ante altare ad offerendum incenſum, appa-
ruit ei Gabriel,dicens:Naſcetur tibi filius qui in ſpiritu & virtute Eliæ pręcedet dominū Chri-
ſtum,qui filius fuit contra ſpem de antiqua & ſterili matre natus. quod fuit contra ſpem natu-
ræ,gratia dei ſupernaturaliter operante & fœcunditatem præſtante ipſi Elizabeth, quæ etiam
tempore ſuæ iuuentutis fuit ſterilis,iamq; in ſenio duplex habuit impedimentum fœcundita-
tis,quorum vtrunq; abſtulit gratia,id eſt,ſupernaturale donum gratuitum ſpiritusſancti. Sic &
Roma.4. Apoſtolus ad Romanos affirmat ipſum Abraham contra ſpem in ſpem credidiſſe:hoc eſt,con
tra ſpem naturæ in ſpem gratiæ. Præterea quamuis nonnulli dixerunt hunc Zachariam fuiſſe
1.Para.24. potificem,alij tamen probabilius tenent oppoſitum,& quod fuit vnus viginti quatuor ſacer-
dotum,qui ex inſtitutione Dauid regis prophetæ ac patriarchæ ſeruierunt in templo,qui poſt
pōtificem erant ſupremi. Sicq; Zacharias vocatur ſummus ſacerdos, id eſt, vnus ſummorum
poſt pontificem,aut etiam ſummus ratione ſuæ ſanctitatis eximiæ ac gratię prophetalis. Hinc
in Luca habetur,quod fuit de vicæ Abiæ,& quod in ordine vicis ſuæ,id eſt, tempore ſuæ heb-
Lucæ.1. domadæ ingreſſus eſt templum. De hoc ſuper Lucam plenius ſcripſi. Naſciturum inquam[pu
erum diuinitus & ſalutariter mundo manifeſtandæ virilis Ieſu diuinæ operationis] id eſt, ſa-
cratiſſimum Iohannem Baptiſtam præconem. Operationis diuinæ virilis,id eſt, conuerſatio-
nis & actionis Chriſti,diuiniſſimæ ac viriliſſimæ ſeu ſtrennuiſſimæ. manifeſtandæ mundo,id
eſt,hominibus,diuinitus,id eſt,ex dei præcepto ac ſalutariter,id eſt,valde ſalubriter ad homi-
Lucæ.1. num informationem atq; ſalutem. vnde & Zacharias Iohanne nato, mox prophetauit: Et tu
B puer propheta altiſſimi vocaberis. præibis enim ante faciem domini parare vias eius, Ad dan-
Iohan.1. Ibidem. dam ſcientiam ſalutis plebi eius. Porro de operatione Chriſti manifeſtanda hominibus, dixit
Iohannes:Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi. Et rurſus: Qui me miſit baptizare in
aqua,ille mihi dixit:Super quem videris ſpiritum deſcendentem & manētem ſuper illum, hic
eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto. [Mariam quoq; quomō in ipſa foret diuinum ineffabilis diui
næ formationis myſterium]id eſt,Gabriel quoq; edocuit feliciſſimam incomparabilēq; Ma-
Lucæ.1. riam,qualiter in ea foret,id eſt,futurum & complendum protinus eſſet myſterium diuinum di
uinę formationis ineffabilis, id eſt,incomprehenſibilis incarnationis,qua forma ſerui vnita eſt
formæ,id eſt,naturæ dei. Vel ineffabilis diuinæ formationis,qua corpus Chriſti inſtantenee ex
puriſſimis ſanguinibus ſuperhoneſtimæ virginis eſt formatum, organiſatum rationaliq; ani-
ma informatum. Aut ineffabilis diuinæ formationis,id eſt,completionis, qua anima Chriſti
eodem quo creata eſt inſtanti,formata atq; perfecta eſt omni gratia,charitate,ſapientia,imó &
Iſaiæ.49. beatifica viſione. Hinc vnigenitus patris ratione aſſumptę humanitatis ait per Iſaiam:Et nunc
† At. hæc dicit dominus,formās me ex vtero ſeruum ſibi. [ * Aſt alius angelorum Ioſeph,erudiebat
Matt.1. quomodo vere implerentur diuinitus promiſſa progenitori Dauid]id eſt,alius angelus erudi-
uit ſanctum Ioſeph glorioſiſſimę virginis ſponſum ac miniſtrum,quādo cogitauit occulte di-
mittere eam,eo quod vidit eam imprægnatam, quomodo vere in ſacratiſſima & præexcellē-
C tiſſima virgine eiuſq; prole protinus erant complenda,quæ deus promiſit electo Dauid de vni
co dei filio ex ſua ſtirpe incarnando. Hinc legit in Matthæo:Ecce angelus domini apparuit in
Ibidem. ſomnis Ioſeph,dicens:Noli timere accipere Mariam cōiugem tuam. Quod enim in ea natum
eſt,de ſpiritu ſancto eſt:Pariet autem filium,& vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum
Pſal.71. Actu.2. faciet populum ſuum à peccatis eorum. De quo filio fuit promiſſum Dauid in Pſalmo: Bene-
dicentur in ipſo omnes tribus terræ. Vnde & princeps apoſtolorum in Actis legitur prædicaſ-
Pſal.131. ſe:Dauid,cum eſſet dei propheta,& ſciret quia iureiurando iuraſſet ei deus de fructu lumbo2
eius ſedere ſuper ſedem ipſius &c. Vnde in Pſalmo habetur:Iurauit dominus Dauid veritatē,
& non fruſtrabitur eum,de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. [ Alius vero paſtores
tanquam multorum reditu & ſilentio conuerſos euangelizauit]id eſt, alius angelus euangeli-
Lucæ.2. zando erudiuit paſtores ad tantam gratiam coaptatos. Ideo ſubditur: Tanquam conuerſos,id
eſt,ad deum reductos ac deuotos. alia litera habet,purgatos reditu,id eſt,receſſu ac ſegregatiōe
multorum ab eis. Et ſilentio,id eſt,quiete cordis & vitatione loquacitatis. Nam erat nox. ſicq;
Sapien.18. tunc verum fuit etiam illud libri Sapientiæ:Dum quietum ſilentium tenerent omnia,& nox in
Lucæ.2. ſuo curſu medium iter haberet. Hinc ait ſcriptura:Angelus ad paſtores ait: Euangelizo vobis
gaudium magnum,quia natus eſt hodie vobis ſaluator[& cum eo multitudo exercitus cœle-
Origenes. ſtis]id eſt,militia innumerabiliū angelorū ſecundū Origenē[illā valde laudabilē tradebat *his*
Lucæ.2. qui in terra ſunt,doxologiā]id eſt,gloriæ hymnū,iuxta illud in Luca:Facta eſt cū angelo mul

 titudo

titudo cœleſtis exercitus,laudantium deum&dicentium:Gloria in excelſis deo,& in terra pax
Hilarius. hominibus bonæ voluntatis.Quod autem in eodem ſequitur hymno,Laudamus te &c. bea-
tus Hilarius fertur compoſuiſſe,quãuis aliqui aliter dicant.Pręterea in his verbis docet theolo
gus,quod ſolitudine,ſilentio & quiete multum diſponitur homo ad deuotionem,contempla
tionem ac cœleſtium reuelationẽ atq; angelicam apparitionem & informationem. A quibus
ſociorum inquietudine,fabulatione ac ſtrepitu homo plurimum impeditur.Ad quod inſinu
Lucę.6. Ezech.3. andum ſcriptum eſt:Exijt Ieſus in montẽ ſolus orare.Et erat pernoctans in oratione dei.Hinc
Iſa.30. ad Iezechielem dominus dixit:Egredere in campum,& ibi loquar tecum.Iſaias quoq; ait:In ſi
Threno.3. lentio & ſpe erit fortitudo veſtra.Ob hoc quoq; in Threnis aſſerit Ieremias:Sedebit ſolitarius
& tacebit,quia leuabit ſe ſuper ſe.[Reſpiciamq; ad excellentiſſimas eloquiorum luminis appa
ritiones]id eſt,contemplabor altiſſimas deſcriptiones & declarationes eloquiorum,id eſt,ſcri
pturarum luminis,id eſt,ſummæ veritatis,quæ eſt lumen æternum,à quo ſcriptura profluxit,
2.Timh.3. dicente Apoſtolo:Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata.[Video enim]oculo fidei [†quoniã &
†quod. Ieſus ipſe ſupercœleſtium eſſentiarum ſupereſſentialis eſſentia]id eſt,ſecundum deitatem ſuã
ſuperſubſtantialis natura & cauſa effectiua intellectualium creaturarũ,cunctis cœleſtibus cor
Ariſtote. poribus altiorum, de quibus Ariſtoteles dixit: Extra cœlum nihil eſt: ſed ſunt ibi entia quæ-
dam ſimplicia,optimam vitam ducentia,& de ſuis ſufficientia [ad id quod ſecundum nos eſt,
immutabiliter veniens]id eſt,ad noſtræ naturæ aſſumptionem,eiuſq; operationes & afflictio
†à ſe ordinata & aſſumpta humana ordinatione. nes tolerandas abſq; ſuæ deitatis variatione deſcendens[non reſilit† ſub ſe & bellicali& libenti
hũana bona ordinatiõe].i.nõ refugit nec abhorret ab ordinatiõe bona hũana.i.ab excuſatiõe
gratioſa & diſpẽſatione benigna eorũ,q̃ deus pater voluit eũ in carnæ aſſumpta,p hoĩbus ope-
Iſa.63. rari ac pati,quæ erãt ſub ſe.i.valde aliena à ſuæ excellẽtia deitatis,ordinatiõe inq̃ bellicali ac li E
Pſal.23. Pſal.44. bẽti,quoniã deus Trinitas ordinauit, vt pugnãdo contra aduerſarias poteſtates,pugnatiõe li-
Iohan.16. benti,charitatiua, ſpontanea præualeret,&genus liberaret humanum.Vnde per Iſaiam loqui-
tur:Ego qui loquor iuſtitiam,& propugnator ſum ad ſaluãdũ.De quo fertur in pſalmo:Quis
eſt iſte rex gloriæ?dominus fortis & potẽs,dominus potẽs in prælio.Cui ait Pſalmographus:
Lucæ.2. Accingere gladio tuo ſuper femur tuũ potẽtiſſime.Qui&ſuis dixit diſcipulis:Cõfidite, ego vi
Lucæ.1. Lucæ.2. ci mundum[ſed obediens ſubditur patris & dei per angelos diſpoſitionibus]id eſt,Chriſtus ſe
Mar.1 Matt.4. cundum aſſumptam naturam patri tanquam maiori obediens,qui & beatiſſimę matri & patri
Iohan.1. putatiuo diſpenſatiue obtemperauit,iuxta illud Lucæ:Deſcendit cum illis,& fuit ſubditus eis:
diſpoſitionibus ſubditus dei & patris per angelos,id eſt,ordinationibus & ſtatutis per angelos
Philip 2. exhibitis,& adminiſtratis circa ipſum ſecundum quod homo fuit.Vel diſpoſitionibus per an-
1.Petr.2. gelos annunciatis atq; prædictis.Angelus quippe eius incarnationem virgini intimauit,ange-
lus paſtoribus dixit:Et hoc vobis ſignum,inuenietis infantem pannis inuolutum,& poſitum
in præſepio.Hinc demum ſcriptum eſt:Erat cũ beſtijs,& angeli miniſtrabant ei.Atq; alibi:Re-
liquit eum tentator,& ecce angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.Ipſe quoq; diſcipulis loquẽs:
Videbitis,inquit,angelos dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis.Factus eſt er-
1.Reg.15. go Chriſtus obediens patri vſq; ad mortem,nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſti- F
gia eius.quia vt libro primo Regum Samuel proteſtatur,Melior eſt obedientia quã victimæ.
Hebrę.2. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt,repugnare:& quaſi ſcelus idololatriæ,nolle acquieſce-
re.His conſonãt verba Apoſtoli ad Hebræos:Debuit,ait,per omnia fratribus ſimilari.Poſtre-
mo in his verbis theologus innuit duplicem Chriſti naturam,puta diuinam, dicendo:diſpoſi-
Iohan.20. tionibus patris,& humanam, addendo: Et dei. Vnde & Chriſtus diſſeruit: Aſcendo ad pa-
Matt.2. trem meum & deum meum.[Et per medios ipſos]id eſt,mediantibus angelis [annunciatur]
ipſi[Ioſeph à patre diſpoſita filij ad Aegyptũ receſſio]id eſt,diſceſſio Chriſti à Iudæa in Aegy-
ptum diſpoſita,id eſt,præordinata à deo patre annunciatur,id eſt,notificata eſt ipſi Ioſeph[&
iterum ad Iudæam ex Aegypto traductio]id eſt,relatio Chriſti de Iudæa in Galilæam,etiã per
angelũ cõmiſſa eſt illi electo Ioſeph,prout in Matthæo deſcribitur,vbi narratur:Defuncto He
rode,ecce angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto &c. Verũ vbi ſubiungitur:
Audiens autem Ioſeph quod Archelaus regnaret in Iudæa,timuit illo ire,& ſeceſſit in partes
Pſal.75. Galileæ,& habitauit in Nazareth.Ergo non redijt in Iudæam,ſicut hic dicitur. Et reſpondẽdũ
Iohan.11. Iohan.10. quod Iudæa interdum accipitur pro toto territorio Iſraelitici regni,& ſic Galileam Samariãq;
Acto.1. Mat.2. includit,vt in Pſalmo:Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius.Aliquando autem pro principali par
te regni illius,vt cum ait Saluator:Eamus in Iudçam iterum.Etenim quando hoc dixit, fuit in
Galilæa,vt Iohannes tangit.Iuxta iſtam acceptionem Iudææ locutus eſt dominus apoſtolis:
Eritis mihi teſtes in omĩ Iudæa & Galilea & Samaria.Porro in euangelio non dicitur,quod an
geli apparuerunt Ioſeph,ſed ſingulariter angelus,ideo ponitur hic fortaſſis plurale pro ſingu
gulari.



A lari.vel quia vnus angelus commiſit ſancto Ioſeph traducere puerum in Aegyptum,& alter an
gelus reducere puerum in Iudæam.Vel,ſi fuit angelus idem quod probabile reor,pluraliter di
ctum eſt per angelos,propter iteratam eiuſdem apparitionem[&per angelos ipſum videmus
ſub paternis legibus ordinatum] Iohannes Scotus: Manifeſtum, inquit, eſt hoc, quod tamen Ioha.Scot.
videtur obſcurum.Quomodo enim ordinatus aut diſpoſitus ẽ Ieſus ſub legibus,per angelos?
Verum eſt equidem quod ipſemet dixit,Non veni legem ſoluere,ſed implere.Certum eſt quo Matt.5.
que quod ſecundum patris præcepta ſit circunciſus & in templo præſentatus.Quomodo autẽ Lucæ.2.
factum ſit hoc per angelos,non apparet.Hugo igitur ſic expoſuit:Quia legem per angelos da- Hugo.vic.
tam ſeruauit,ideo ordinatus eſt ſub paternis præceptis per angelos. Sed hoc textus non vide-
tur prætendere,nec hoc aliud eſt,niſi quod paulo ante iam retulit:Obediens ſubditur patris &
dei per angelos diſpoſitionibus.Poteſt ergo,ni fallor,ita exponi,q̃d Ieſus ordinatus eſt ſub le-
gibus patris per angelos:quia in carne mortali in ſeculo iſto conuerſans,in cunctis ordinate,p
ceſſit ſecundum patris præcepta per angelos, Chriſto in hoc ipſo miniſterium atq; cuſtodiam
exhibentes.Nempe vt in prima parte Summæ ſuæ quæſtione centeſima duodecima Thomas To.Aquas
fatetur,Quamuis Chriſtus,inquantum homo,regulabaẽ à verbo æterno, atq; ſecundum ani-
mam quo ad vires eius ſuperiores,erat comprehenſor perfectus,nec vt ſic, indiguit angelo: at-
tamen ratione paſſibilis corporis,fuit viator.Sicq; debebatur ei angelus cuſtos,non tanquã ſu-
perior,ſed vt miniſter inferior.& quo ad hoc, poſſet & Chriſto applicari illud Pſalmi:Quoni- Pſal.90.
am angelis ſuis mandauit de te,vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.Inſuper ſicut pręallegato
loco aſſerit Thomas,homo in ſtatu innocentiæ angelum habuit cuſtodem.Quamuis enim ſi- To.aquas
bi non imminebat periculum ab intus,quoniam ordinatus fuit intrinſecus,imminebat tamen
B ei periculum foris,propter inſidias dæmonis.certumq; eſt,quod Chriſto in via inſidiabantur
homines impij ſpiritusq; maligni.[Inſto enim dicere,vt ſcienti noſtris ſacerdotalibus traditio
nibus expreſſa]hoc eſt,mihi eſt,id eſt,mihi incumbit dicere tibi Timotheo, vt,id eſt tanquam
ſcienti.expreſſa,id eſt,ea quæ expreſſa ſunt traditionibus noſtris ſacerdotalibus, id eſt, euange-
licis documentis, quæ nobis tradiderũt apoſtoli ſummi ſacerdotes ac præſules,ſpecialiter Pau Lucæ 22.
lus & Lucas,qui ex ore Pauli euangelium fertur ſcripſiſſe[& de angelo ipſum Ieſum confortã
te]de quo Lucas diſſeruit:Apparuit autem illi angelus de cœlo,confortans eum,id eſt,per mo
dum confortantis ſe habens,conſolatoria verba loquendo,qua confortatione Chriſtus non
eguit,ſed aliquantulum minoratus ab angelis ſecundum Apoſtolum ad Hebræos, id eſt, mi- Hebrę.2.
nor angelis factus, quantum ad corporis paſſibilitatem & humanitatem ſecundum ſe conſide
ratam,non vt verbo vnitam,dignatus eſt in tantum ſubijci angelicæ diſpenſationi ſecundum
æterni patris præordinationem,vt etiam ita ab angelo confortaretur humanam in ſe conditi-
onem demonſtrans,non ab angelo auxilium quærens. [*An,quia & ipſe Ieſus per noſtram ſa †Aut.
lutarem†benificentiam & manifeſtatoriam veniens ordinationem]Quaſi dicat: vtiq; quia Ie- *bñficam.
C ſus veniens in hunc mundum per benificentiam noſtram ſalutarem,id eſt, per ſaluberrimam
beneficiorum ſuorum exhibitionem,quæ nobis largitus eſt,& per ordinationem manifeſtato
riam,id eſt,per diuinam prædiſpoſitionem ſeu patris præordinationem,ex qua factum eſt q̃d
filius dei eſt incarnatus,vt manifeſtaret hominibus dei patris,imó & ſummę trinitatis notitiã
atq; myſteriale conſilium ſuper modo & ordine redemptionis generis humani per Chriſtum,
quemadmodum ipſe Chriſtus in euangelio ait:Pater,manifeſtaui nomen tuum hominibus. Iohan.17.
Vnde & in prima ſua canonica ſanctus effatur Iohannes:Scimus quoniã filius dei venit, & de- 1.Ioan.5.
dit nobis ſenſum,vt cognoſcamus deum verum[magni conſilij angelus appellatur]ſecundũ Iſa.9.
aſſumptam humanitatem,in qua & per quam hominibus apparuit, & multa ſecreta reuelauit
diſcipulis,iuxta illud:Quæcunq; audiui à patre meo,nota feci vobis. omnia,inquit,id eſt,quę- Iohan.14.
dam de omnibus,non ſimpliciter omnia.Nam paulo poſt adiecit: Adhuc multa habeo vobis
dicere,ſed non poteſtis portare modo.Hinc ergo vocatus eſt angelus,id eſt,præco & nuncius Iohan.16.
æterni incomprehenſibiliſq; decreti,quo trinitas adoranda & ſuperbenedicta decreuit ſaluare
nos per incarnationis verbi myſterium.Verumtamẽ Damaſceno teſtante,conſilium eſt igno- Ioh.Dama
rantis naturæ,cum in ipſo ſit inquiſitio de agendis:ita vero non conuenit deo,ſed vt denotat,p
fundum ac ſapientiale decretum.Denique particula iſta ex antiqua tranſlatione eſt ſumpta. ſi-
quidem apud Iſaiam,vbi ſecundum hebraicam veritatem habetur,Et vocabitur nomen eius Iſa.9.
admirabilis,conſiliarius,deus,fortis,pater futuri ſeculi,princeps pacis,ſicut trãſlatio ſancti Hie
ronymi cõtinet:ſeptuaginta interpretes trãſtulerũt:Vocabit nomẽ eius magni cõſilij angelus: Hiero.
& hoc ne Ptolomęo regi Aegypti ad cuius inſtãtiã trãſtulerũt vnius dei cultori,pãderẽt myſte
riũ diſtinctiõis perſonarũ in deo,vt ſcribit Hieronymus[etenim vt ipſe angelo prædictus] id Idem.


eſt,

eſt,ſicut Chriſtus prænunciatus eſt ab angelo,vt patuit,imó & ab angelo prænominatus,iuxta D
Lucæ 2 illud:Vocatum eſt nomen eius Ieſus,Quod vocatum eſt ab angelo,priuſquam in vtero conci
peretur. Hinc per Iſaiam fuit prophetatũ:Dominus ab vtero vocauit me,de vẽtre matris meæ
Iſaiæ.49. Iohan.15. recordatus eſt nominis mei[ait:Quæcunque audiui à patre meo annunciaui vobis] hoc ſcri-
ptum eſt in Iohanne,& ibidem expoſitum. Itaq; patet cur & qualiter Chriſtus angelus nuncu-
petur,idcirco nec incredibile quod angelorum miniſteria circa ipſum exhibita ſunt.

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum quorundam concer-
nentium præſens Capitulum. Articulus X.

HIc quæritur,an angelis ſint aliqui æquipotentes. Videtur quod non, quia in ange-
lis non eſt diſtinctio materialis,neq; per quantitatem, ſed tantum formalis, cum
ſint formæ ſimplices in ſe,ſine materia ſubſiſtentes, vt patuit ſupra: & ſancti, Dio-
Gre.ho.34 Rabanus. nyſius,Gregorius,Rabanus quoq; & alij multi affirmant. talis autem diſtinctio ẽ
ſpecifica,non numeralis,indiuidualis ve tantum. Præterea,corpora cœleſtia quã-
uis materialia,abinuicem ſpecifice differunt,ergo plus angeli. non ergo ſunt æquipotẽtes. Re-
ſpondetur quod æquipotentia iſta poteſt tripliciter accipi,primo ſimpliciter, & ita q ſunt vni-
us ſpeciei aut æque perfecti in naturalibus aut in donis gratuitis, dicuntur æquipotentes. & ſi
tales ſunt in patria,non videtur quod vnus reducat neq; illuminet alium,cum nõ ſit maior aut
luminoſior alio. Secundo intelligi poteſt in genere,& ita qui vnius ſunt hierarchiæ, dicuntur
æquipotentes,quæ eſt æquipotentia remota & ſecundum quid. Tertio in ſpecie,hoc eſt,quan-
tum ad eiuſdem ordinis gradum aut poteſtatem. & iſtæ ſunt æquipotentiæ ſecundum quid,
præſertim ſecunda. horum quoq; æquipotẽtium vnus alium illuminat ac reducit. an vero ſint E
plures angeli eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ,tactum eſt ſupra & tangetur. ¶ Secũdo igitur quæ
ritur,an aliqui angeli ſint æquipotentes ſimpliciter,hoc eſt,ſpeciei eiuſdem. hoc autem eſt iam
ante quæſitum aliqualiterq; ſolutum,& ſuper ſecundum Sententiarum diligentius perſcruta-
Diony.cõ. Thomam. tum,atq;(vt puto)infra certitudinem eſt,quamuis Thomas adhoc, quemadmodum ad cæte-
ra conſimilia,ſatis affirmatiue reſpondeat. propter quod multos habet contradicentes. Deniq;
Hen.Gan. Henricus de Gandauo doctor ſolennis,in Summa & quodlibetis multipliciter ꝓbat & tenet
non oportere tot ſpecies eſſe in angelis quot indiuidua,dato quod immateriales conſiſterent.
Albertus quod & ſuper ſcdm Sententiaꝝ tenet Albertus,quamuis aliter alibi opinatus ſit. imó & in Scri-
pto ſecundi ſentit Albertus,quod omnes angeli vnius ſint ſpeciei ſpecialiſſimæ, in ſolis gratui
tis differentes. Verumtamen in quæſtionibus circa iſtud capitulum ſcribit:Aliqui dicũt quod
omnes angeli abinuicem ſpecie diſtinguantur. Quod dici oportet,ſequendo rationes philoſo
phorum,quæ cum nihil inconueniens ſecundum fidem contineãt,ſuſtineri poteſt iſta opinio,
cui & ſanctus Dionyſius magis conſentire videtur. Hæc Albertus. Qui in ſcripto ſecundi Sen-
tentiarum conſcripſit,quod ſancti magis concordant in hoc,quod omẽs ſint ſpeciei eiuſdem.
quod non puto ſanctos magis ſenſiſſe,nec beatum Dionyſium æſtimo conſenſiſſe opinioni illi F
philoſophorum,ſicut & infra patebit. ¶ Tertio poſſet hic ſciſcitari,an angeli ſancti ab exordio
ſeculi præcognouerunt myſterium incarnationis:hoc eſt,dei filium incarnandum. Cuius quę
ſtionis ſolutio infra ſeptimo capitulo habet locum. Nunc autem intantum tangi poteſt,quod
ab exordio ſuæ glorificationis illud nouerunt, quo ad ſubſtantiam rei ſeu facti, cum ad illius
notitiam & exhibitionem cuncta eorum officia ordinentur:non tamen ſciuerunt illud à prin-
cipio,quantum ad ſingulas conditiones & circunſtantias eius. Et iſtud verum eſt,non de natu
rali,ſed de ſupernaturali & beatifica angelorum notitia, qua omnia vident in verbo æterno.
Amplius circa præhabita ſcribit Albertus:Quædam eſt cura eſſentialis & ſimplex,quam ange
Albertus. lus habet de aliquo,vt ei caueat à peccato atq; periculis. Sicq; angeli non habuerunt curam de
Chriſto. Alia eſt cura quaſi per accidens,& ite habuerunt curam de Chriſto, inſtruendo illos,
quorum curæ Chriſtus ſecundum carnem ſubditus fuit. Hac tamen reſponſione aptior eſſe vi
detur iam præinducta. Nam Chriſto quantum ad naturam paſſibilem,pericula & aduerſa pœ
Iohan.6. nalia imminebant frequenter,ſicut dum Iudæi volebant eum præcipitare & caperet in quorũ
Lucæ.4. Matt.4. euaſione poterant ei angeli miniſterium exhibere,quemadmodum dum tẽtator reliquit eum
in monte,quamuis & alijs modis poterat illa euadere.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS IIII.

Cum



A CVm in præcedenti capitulo diffinierimus hierarchiam in generali, deinde
laudanda eſt ſpecialiter hierarchia angelica,& intellectualiter inſpicienda
ſunt teſtimonia ſacræ ſcripturæ,in quibus ſenſibiles formæ angelis attri-
buuntur,vt per earundem formarum collationem ſurſum agamur ad cõ-
templandam angelorum ſimplicitatem,quæ præ cæteris creaturis confor
mior eſt diuinæ ſimplicitati. Sed laus iſta inchoanda eſt à deo,qui eſt earũ
& omnium principium,qui à nobis laudandus eſt, ſed non per definitio-
nem quia definiri à nobis non poteſt,ſed cultu & veneratione principali & gratiarumactioni-
bus quantum poſſumus perfectiſſimis. In ipſius laude hoc ad pręſens commemoramus,quod
ipſe habet omnimodam bonitatis plenitudinẽ,& ex illa ſui plenitudine ſuperſubſtantiali eſſe
accipiunt,& ad eſſe deducuntur omnia exiſtentia. Deus eñ qui eſt cauſa omñium & bonitas pręe
eminens omñibus,propriũ eſt vocare exiſtentia ad cõmunionẽ ſuijpſius iuxta vniuſcuiuſq; cre-
aturæ capacitatem. Quædam ſiquidem capaces ſunt eſſentiæ,vitæ,ſcientiæ,bonitatis & beatitu
dinis. Quædam vnius tantum iſtorum,ſcilicet eſſentiæ,quædam pluriũ. Omnia ergo exiſten-
tia participant prouiſiua diſtributione emanante ex diuinitate,quæ eſt ſuperſubſtãtialis & cau
ſa omniũ. Nõ enim eſſent niſi deitate quæ eſt omnium eſſentia & principium participauiſſent,
inanimata ſiquidem deo participant per ſuum eſſe. Diuinitas enim eſt eſſe omnium,quæ eſt ſu
per omne eſſe ſuum ſupereſſentialis. Viuentia autem per viuificam virtutem participant vita
deitatis quæ eſt ſuper omnẽ vitam. Rationalia autem & intellectualia participant ſapiẽtia dei
quæ eſt per ſe perfecta,imó ſuperans omnem perfectionem,& eſt ſuper omnẽ perfectionem &
mentem. Manifeſtum eſt autem quod illæ ſubſtantiæ familiarius ei coniunguntur quæ multi
B plicius & copioſius eo participant. Sancti ergo ordines cœleſtium hierarchiarum pręeminent
& inanimatis & terræ virentibus & irrationalibus animalibus,& etiam nobis qui ratiõales ſu-
mus. Ipſi enim intelligentias ſuas puræ in deum extendentes,ad ipſius imitationem ſe trãsfor-
mant: & diuinam ſpeciem cui aſſimilandi ſunt conprehenſiue contemplantur,& illi deſiderãt
conformare ſuam intellectualem ſpeciem,& per hoc copioſiores habent cõmuniones ad deũ
præ cæteris quæ diximus. Manent autẽ in tali exercitio infatigabiles & attenti ſemper extentĩ
ad ſuperna æternæ ſapientiæ ſpectacula,iuxta cuiuſlibet capacitatẽ:& hoc per fortitudinẽ diuĩ
ni amoris à quo nulla occaſiõe poſſunt deflecti vel retardari. Et ipſi à deo intus ſuſcipientes im
materialiter & pure,principales illuminatiões ſecũdũ eaſdẽ ordinant, habẽtes plenã & integrã
vitã in nullo intellectuali ſenſu deficientẽ aut diminutam. Illæ ergo cœleſtes ſubſtantię primo
& multiplicius ſunt manifeſtatiue diuini ſecreti,vñ præ cæteris creaturis excellẽter digne habẽ
tur angelica denominatione,eo ꝙ diuina illuminatio primo ingignitur illis,& manifeſtatiões
diuini luminis quæ ſunt ſuper nos,per ipſos ad nos deferunt. Vñ dicit ſcriptura: q̃d lex eſt ordi Gala.4.
nata ꝑ angelos. Angeli etiã ad ſuperiorũ cognitionẽ & amorẽ,ꝓuocantes ſanctos patres nr̃os,
& ante legẽ & poſt legẽ,& eoſdẽ ab errore infidelitatis & praua cõuerſatiõe reducẽtes ad verita
C tẽ & iuſtitiã,reuelauerũt eis aut ordines cœleſtiũ animoru, vt teſtat Iſaias: Seraphin ſtabãt ſuꝑ Iſa.6.
illud,ſex alæ vni,& ſex alæ alteri. Et in libris Regũ:Vidi dñm ſedentẽ ſuꝑ ſoliũ ſuũ, & omnẽ ex 3.Reg.22.
ercitũ cœli aſſiſtentẽ ei. Atq; apud Danielẽ:Milia miliũ miniſtrabant ei,& decies cẽtena milia Danie.7.
aſſiſtebãt ei. Aut occultas viſiones myſterioꝝ. Vñ Paulus ait:Scio hoĩem in Chr̃o ante annos 2.Cor.12.
q̃tuordecim,ſiue in corpore ſiue extra corpus neſcio,deus ſcit,raptum huiuſmodi vſq; ad tertiũ
cœlũ. Et Danieli reuelatũ ẽ nocte myſteriũ ꝑ viſionẽ,cui & angelus alio loco ait:Annuntio tibi Danie.2.
q̃d expreſſum ẽ in ſcriptura veritatis. Et Ioſeph patriarchę reuelatũ eſt ſomniũ Pharaõis: Aut Dan 10.
quaſdã diuinas ꝓnunciatiões. vt vbi Iſaias ait:Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ,& vocabit no- Gene.41. Iſa.7.
mẽ eius Emmanuel. Et Danieli dictũ ẽ ab angelo:Intellige ſermonẽ, Septuaginta hebdomadę Dani.7.
abbreuiatæ ſunt ſuꝑ populũ tuũ. Quod ſi qs putet aliquos ſctõrũ patrũ vidiſſe deũ,immediate
attẽdat q̃d dicit ſcriptura:Deũ nemo vidit vnq̃. Et,Nõ videbit me homo & viuet. Dei aũt appa Iohan.1. Exo.30.
ritiões ſanctis manifeſtatę ſunt ꝑ quaſdã formas viſibiles vel intelligibiles,deo q̃dẽ vtcũq; con-
gruẽtes,& vidẽtibus cognoſcibiles. Theologia aũt tãq̃ ex plenitudine ſapiẽtiæ emanãs talẽ ap
paritionẽ vocat diuinã viſionẽ, tanq̃ ſimilitudinẽ inuiſibiliũ viſibilit oſtẽſam,quæ vocat cõue-
nient dei apparitio,eo ꝙ vidẽtes ſurſum agit ad diuinã cognitionẽ, & vidẽtes eã diuinitus illu
minant,& ꝑ eas diuinũ aliqd edocẽt. Has aũt diuinas viſiões docebant ſancti patres ꝑ indicati-
onẽ cœleſtiũ animoꝝ vt patet in legiſdatiõe. Legit eñ in Exodo ꝙ Moyſes recepit legẽ à dño Ex.31.34. Exo.33.
nõ ab angelo,& dñs legit dixiſſe Moyſi:Dabo tibi lapideas tabulas &c. & tñ dicit Apoſt. ꝙ lex Gala.3.
ordinata ẽ ꝑ angelos. Et Actuũ:Accepiſtis lẽgẽ in diſpoſitiõe angeloꝝ, ſacra ſcrip. ꝑ hoc nobis Actu.7.
innuẽte ꝙ diuina ordinatione conſtitutum ſit vt inferiores ſurſum agantur per ordines ſupe-

riores,ſed etiam in quolibet ordine inferiores perſonæ ſurſum aguntur per ſuperiores eiuſ-
dē ordinis,ſicut deus ordinauit in ſingulis hierarchijs primos & medios & vltimos ordines&
in ſingulis ordinibus ſuperiores eſſe magiſtros & manuductores inferiorum,ad ducendum
illos in diuinam illuminationem& communionem. Aliud exemplum patet apud Lucam,vbi
Lucæ.1. legitur quod Gabriel angelus docuit Zachariam ſacerdotem ſummum,myſterium quod ipſe
à deo didicerat,ſcilicet puerū de ſe præter ſpem diuina gratia naſciturū,futurū prophetam,qui
mundo ſalubriter manifeſtaret dominicę incarnationis myſterium.Idem etiam angelus bea-
Ibidem. tam Mariam docuit myſterium quod ipſe à deo didicerat,ſcilicet deum aſſumpturum carnē
Mat.1. de illa.Item legitur in Matthæo quod angelus docuit Ioſeph vere adimpleta eſſe quæ promi-
Lucæ.2. ſit deus Dauid de Chriſto. Alius etiam angelus euangelizauit paſtoribus per ſolitudinem &
ſilentium purgatis,vt apti fierent percipiendis reuelationibus angelicis Chriſti natiuitatem,&
cum eodem angelo multitudo cœleſtis exercitus mortalibus formam illam laudabilē ad glo-
rificandum tradidit:Gloria in excelſis deo &c. Commemoro etiam præcipuas annunciatiōes
angelorum in terra exhibitas. Siquidem cum dominus Ieſus qui superſubſtantialiter præmi-
net etiam cœleſtibus ſubſtantijs,naturam humanam aſſumeret,manens tamen in perfectione
naturæ diuinæ,non à ſe repulit ordinationem quam ipſe cum patre & ſpiritu ſancto conſtitu-
erat,ſcilicet vt humana hierarchia per angelicā diſponeretur, ſed obedienter ſe ſubdidit in eo
Matt.2. quod homo ordinationem dei patris per angelos amminiſtraret. Verbi gratia, Per angelum
Actu.6 annunciata eſt Ioſeph fuga domini Ieſu in Aegyptum à deo diſpenſata.& iterum eidem redu-
ctio de Aegypto.Et ipſe ſecundum legem dei datam per angelos, vt prædictum eſt, circunci-
ſus eſt,& oblatus eſt in templo,& plura alia ſecundum legem impleta ſunt,quæ non enumero
Lucæ.22. tibi ſcienti ſcripturas:quale eſt quod angelus confortauit dominum in agonia.Ipſe etiam do- E
minus Ieſus carne noſtra aſſumpta veniens ad manifeſtandum nobis diuina & cœleſtia, dici-
Iohan.1. tur angelus conſilij in Iſaia,ſecundum antiquam tranſlationem, vbi nos habemus conſiliari-
Iſaiæ.9. us.Et merito dicitur angelus,quia ipſe hominibus euangelizauit quæcunque audiuit à patre.

¶Spiritus omnes cœleſtes cur appellatione communi dicantur angeli. Capitulum. V.

HÆc quidem eſt(quantum ad nos)cauſa angelicę in eloquijs cognominatiōis. Scrutari autem(ut æſtimo) oportet,ob quam cauſam theologi omnes quidem ſimul cœleſtes eſſentias,angelos uocant. Ad manifeſtationem autem uenientes ſupermundalium ipſarum diſpoſitionum,ordinem angelicum ſpecialiter nominant,completiue terminantem diuinas& cœleſtes res. Ante ipſum uero ſuppoſitæ archangelicos ordinant F
ornatus,principeſq; & poteſtates & uirtutes, & quaſcunq; his ſuperfirmatas
eſſentias eloquiorum cognoſcunt manifeſtatoriæ traditionis. Dicimus autem,
quia per omnem ſanctam diſpoſitionem,excellentes quidem ordines habent in-
feriorum diſpoſitionum illuminationes & uiriutes,non autem participantes ex
cellentium ſe, ſunt ultimi. Igitur ſanctiſſimos excellentiſſimarum eſſentiarum
ordines,angelos uocant theologi:etenim ſunt manifeſtatores & ipſæ diuinæ il-
Heb.1. luminationes.Ordinem uero extremum animorum cœleſtium,non habent rati
onem archos aut thronos,aut Seraphim nominandi. Neq; enim eſt in participa
tione excellentiſſimarum uirtutum,ſed ſicut ipſe noſtros diuinos ſummos ſacer
dotes reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores,ſic& ante ſe eſſentiarum adhuc
immundæ uirtutes reducunt, & ad diuinum ſunt conſumantis angelicas hie-
rarchias diſpoſitionis.Niſi quidem quis & hoc dixerit, communes eſſe omnes
angelicas nominationes,ſecundum omnium cœleſtium uirtutum in deiforme,
& ex deo datum lumen ſubiectionem & ſupereminentem communicationem.

Sed vt



A Sed & magis a nobis ratio dijudicata ſit, conſiderabimus ſacræ in eloquijs ex-
preſſas ſanctas & decoras proprietates uniuſcuiuſq; cœleſtis diſpoſitionis.

¶Elucidatio huius quinti capituli. Articulus. XI.

CVm iuxta præhabita nomen angeli annunciationē deſignet, & infimo or-
dini approprietur,recte nunc inueſtigatur,cur vniuerſæ illæ intellectuales
" & incorporales ſubſtantiæ communiter angeli nominentur. [Hæc quidē
" eſt quantum ad nos,cauſa angelicæ cognominationis]id eſt,iſta quam ex
præſſi capitulo præcedenti,eſt ratio cur aliqui ſpiritus vocati ſunt angeli in
eloquijs ſcripturarum,quantum ad nos,id eſt reſpectu officij ſui,quod cir-
ca homines habent. Vel,quantum ad nos,id eſt,prout nos conſiderare va-
lemus,aut certe, quantum ad nos,id eſt,per comparationem eorum ad eccleſiaſticam hierar-
chiam,& prout ad noſtram cognitionem deueniunt,quia ex effectibus & operibus eorum cir-
ca viatores ſpecialia eis imponimus nomina.In cœleſti vero patria abſq; huiuſmodi nomini-
bus cognoſcuntur clare in lumine creatoris,atq; per intelligibiles ſpecies mentibus beatorum
inditas & impreſſas.Intelligentiæ nempe ſunt plenæ formis,& ſimilitudines vniuerſi relucen-
tes in ipſis.[Scrutari autem vt æſtimo oportet,ob quam cauſam theologi omnes quidē ſimul
" cœleſtes eſſentias]id eſt,ſpiritus intellectuales,empyrei cœli ciues & incolas[angelos vocant]
" ſimul,id eſt,pariter[ad manifeſtationem autem venientes ſupermundalium ipſarum diſpoſiti
" onum,ordinem angelicum ſpecialiter nominant,completiue terminantem diuinas&cœleſtes
" res]id eſt,theologi nominant ſpecialiter ordinem,id eſt,chorum angelicum. ſpiritus venien-
B tes,id eſt,diuinitus miſſos,ad manifeſtationem diſpoſitionum ipſarum ſupermundalium,id ē,
ad manifeſtandum hominibus ordinantias dei,concernentes homines ipſos particulares, ſe-
cundum quod ſunt quædam priuatæ perſonæ, ordinem inquam,terminantem completiue .i.
perfectionaliter finientem,diuinas & cœleſtes res,id ē,choros ac ſpiritus hierarchiæ cœleſtis,
quia ordo angelorum eſt infimus,& vltimus hierarchiæ ſupernæ. ſicq; complet totam illam
ordinationem & coordinationem ſupermundani palatij,vtpote cœli empyrei: quod factum,
mox angelis eſt repletum. Vel terminantem completiue,id eſt,realiter ſeu proxime exequen-
tem res diuinas & cœleſtes,& ea quæ deſuper ordinata ſunt fieri aut reuelari, quæ originaliter
ex deo ſunt inſtituta,& ſuperioribus choris prius aut copioſius ſeu clarius reuelata,& deinde p
intermedios propalantur & infimis. Hinc aſſerit Hugo: Præceptum diuinum à ſummo deor- Hu. victo.
ſum currens,per ſuperiores ordines ad inferiores defertur,donec tandem ad cognitionem de-
ueniens opere compleatur. Propter quod ordo ille cœleſtis ad quem nouiſſime per ſuperpoſi
tas virtutes deſcendit,ac foris nunciatur vt compleatur,dicitur illud terminare[ante ipſum ve
" ro ſuperpoſitæ archangelicos ordinant ornatus] hoc eſt, theologi ordinant,id eſt, ordinan-
" C tes affirmant ornatus archangelicos, id eſt, archangelos ſpiritaliter decoratos perfectioni-
bus naturæ & gratiæ ac lumine gloriæ,imó & beatifica viſione. ſuperpoſite,id eſt,aſcendendo
" ante ipſum,id eſt,ſuper chorum & ordinem angelorum[principes quoq;]id eſt,ordinem prin
" cipatuum conſtituit. ſuper archangelos[& poteſtates]ponunt ſuper ordinem principatuum
" [& virtutes]ſupra poteſtates[&quaſcunq; his ſuperfirmatas eſſentias eloquiorum cognoſcūt
" manifeſtatoriæ *traditiones]id eſt,reliquas his ſuperiores ſubſtantias, vtpote Dominationes,
Thronos,Cherubim ac Seraphim quas manifeſtatoriæ traditiones eloquiorum,id eſt,doctri- *traditiōis
næ ſcripturarum,declaratiuæ catholicarum veritatum ad fidem ſpectantium, cognoſcunt, id
" eſt,deſcribunt&nos cognoſcere faciunt. [Dicimus autem qa ]id eſt,quod[per oēm ſanctam
" diſpoſitionem]id eſt,in omni ordinatione hierarchica ac ſupernorum ſpirituum ſerie [ex cel-
" lentes quidem ordines]id eſt,chori ſuperiores[habent inferiorum diſpoſitionum illuminati-
" ones & virtutes]id eſt,gratias & fulgores,vires,ſcientias & irradiationes ordinum inferiorū,
non econuerſo:ſicut in omni toto poteſtatiue videmus, quod in parte poteſtatiua ſuprema cō
tinentur eminenter perfectiones ac vires omnium partium inferiorum,vt in papatu ſunt pote
ſtates patriarcharum,archiepiſcoporum,epiſcoporum & ſacerdotum.In poteſtate quoque re
gali poteſtates ducum,comitum & baronum. ſic & in intellectiuo rationali continentur ſenſi-
tiuum & vegetatiuum. hoc Proclus & autor libri de Cauſis ſæpius conteſtantur,quod ſcilicet Proclus.
intelligentiæ & virtutes & cauſæ ſuperiores virtualiter cōtinētur atq; trāſcēdunt inferiores: &
qđ pōt virtus inferior p plura & minus perfecte,pōt virtus ſuperior p pauciora ac magis pfecte

[non

D [non autem participantes excellentium ſe ſunt vltimi. Igitur ſanctiſſimos excellentiſſimarum eſſentiarum ordines angelos] id eſt, nuncios [vocant theologi] id eſt, autores ſcripturæ & ſequaces eorum, etiam ſuperiores choros ſupernorum ſpirituum eximie ſanctos nominant angelos, id eſt, nuncios [etenim ſunt manifeſtatores & ipſi [†] hierarchicæ illuminationis] id eſt, qa & illi ſuperiores manifeſtant, communicant & oſtendunt inferioribus mentibus illuminationes & cogitationes ſibi diuinitus factas. hoc eſt quod libro ſecundo aſſerit Damaſcenus: Manifeſtum eſt quod qui eminent, inferioribus tradunt illuminationem & cognitionem. [Ordinẽ vero [†] extremorum animorum cœleſtium non habent rationem archas aut thronos aut Seraphim nominandi] id eſt, theologi rationabilem cauſam non habent, quod ordine animorum cœleſtium extremorum, id eſt, chorum infimorum ſpirituum ſupernorum vocẽt principatus aut thronos, quemadmodum in eccleſiaſtica hierarchia ſimplices ſacerdotes non vocantur paſtores aut præſules, quamuis præſules & paſtores vocentur ſacerdotes [Necq; enim eſt in participatione excellentiſſimarum virtutum] id eſt, vltimus ille ordo non pertingit ad tam excellẽtem participationem donorum & perfectionum exiſtentium in ſuperioribus choris, quod eorum nominibus ſit vocandus. Ideo in libro de Cauſis habetur: Primorum omnium quædam ſunt in quibuſdam per modum quo licet vt ſit vnum eorum in alio. Quod enim in alio ex, eſt in illo ſecundum modum illius. hoc eſt ſecundum menſuram & capacitatem ac proportionẽ ipſius Damaſcenus quocq;, Differunt, inquit, ab inuicem illuminatione & ſtatione ſecundum eminentiam ordinis aut naturæ. [Sed ſicut ipſe noſtros diuinos ſummos ſacerdotes reducit ad cognitos ei diuinitatis fulgores] id eſt, ſicut infimus ille ordo angelorum purgat, illuminat ac reducit ſacerdotes eccleſiaſticæ hierarchiæ ad deum, communicãdo eis notitiam diuinorum & ſplendores ſapientiæ ſibi à deo collatos [ſic & ante ſe eſſentiarum adhuc ſacratiſſimæ [*] virtutes] id eſt, ita mentes illæ ſupernæ quæ ſunt virtutes ſacratiſſimæ, id ẽ, efficaces & vigoroſæ ſub- E ſtantiæ, quæ ſunt ante ſe, id eſt, in dignitate procedunt infimum chorum angelorum, quę virtutes ſunt de numero eſſentiarum cœleſtium [reducuntur & ad diuinum] ſummum ac diuiniſſimum bonum, ſeu ad pleniorem participationem ſuæ increatæ ſcientiæ, quantum ad cognitionem diuinorum effectuum, prout ad hierarchicam ſpectat illuſtrationem [angelicas hierarchias] id eſt, choros ſeu ordines hieratchicæ ordinatos [conſummantis diſpoſitionis] id eſt, vltimæ collocutionis in hierarchia ſuperna, quæ vltima diſpoſitio complet & terminat hierarchiam eandem, ſicut expoſitum eſt. [Niſi quidẽ quis & [†] hic dixerit, id eſt, id quod dixi, nomina ſuperiorum ordinum non communicari inferioribus choris ob cauſam iam aſſignatam, verum eſt. Niſi quis [communes eſſe omnes angelicas [*] illuminationes] ita quod in eodem gradu perfectionis conueniant omnibus choris [ſecundum omnium cœleſtium virtutum in deiforme & ex deo datum lumen ſubiectionem] id eſt, ſecundum illam dependentiã atq; ſubditionẽ, qua vniuerſæ virtutes ac mentes ſupernæ dependent à deo, & ei ſubduntur per reductiõem earum in quoddam lumen à deo eis præſtitum & infuſum, quod eſt deiforme, id eſt, multũ ſimile lumini increato, quod deus eſt, quod lumen deiforme poſſet quis dicere lumen gloriæ [& ſupereminentem communicationem] id eſt, niſi quis dixerit eas pares eſſe in illuminatione ſecundũ ſupereminentem communicationem, id eſt, etiam ob hoc quod eandem beatificam viſionem à deo accipiunt, quæ eſt vna & par ex parte obiecti, & ſignificatur per denarium, quem ſinguli operarij in euangelio accepiſſe legũtur. Iſtud tamen rationabiliter dici non poteſt, quia nec lu- F men gloriæ, nec beatifica viſio eſt in eis ſecundum æqualem gradum perfectionis, ſicut nec omnes æque felices ſunt. Propter quod dixit Saluator: In domo patris mei mãſiões multæ ſunt, id eſt, diuerſi gradus præmiorum, iuxta diuerſam exigentiam meritorum. hoc etiam improbatur per hoc, quod tam diuerſæ ac diſtinctæ proprietates, actiones, vires & perfectiones conueniunt diſtinctis ordinibus. vnde ſubiungitur. [Sed vt magis à nobis ratio dijudicata ſit] id eſt, vt innoteſcat legentibus & audientibus quod propter præaſſignatam rationem, cur ſcilicet nomina ſuperiorum ordinum non cõueniant in infimo choro, diſcrete tradidimus, recte dijudicando de ea [conſiderabimus ſacre in eloquijs expreſſas ſanctas & decoras proprietates vniuſcuiuſq; cœleſtis diſpoſitionis] id eſt, ſigillatim penſabimus & in ſequentibus capitulis deſcribemus proprietates cuiuſlibet diſpoſitionis, id eſt, bene diſpoſiti ordinis cœleſtis. Proprietates inquam, ſanctas & decoras, id eſt, immaculatas, virtuoſas ac ſplendidas, expreſſas ſacræ, id eſt, vere & irreprehenſibiliter poſitas & digeſtas in eloquijs ſcripturarum abſq; admixtione erroris & falſitatis.

*, diuinæ

Ioh. Dama

† extremũ

Idem.

thoe.

† nominationes.

Matt. 20.

Iohan. 14.

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum quarundam concernentium præſens Capitulum. Articulus XII.

Hic quæ-



HIc quæritur primo, An nomina ordinum inferiorum, conueniant ſuperioribus choris. Videtur quod ſic, quoniam ordines primæ hierarchiæ non ſolum includunt in ſe perfectionem & actum infimi chori, ſed & ſex ordinum ſub ſe contentorum, vt conſtat ex dictis & ex natura cuiuſlibet totius poteſtatiui. Præterea, à ſupræmis illis ordinibus deriuatur non ſolum ad infimum chorum nunciatio & manifeſtatio minimorum annunciandorum priuatis perſonis per angelos, imó & manifeſtatio ac denunciatio maximorum nunciandorum perſonis ſublimibus per archangelos aut diſpenſandorum circa regna atq; prouincias per principatus ſecundum quoſdam. ſicq; omnes ordines illi ſuperiores, poſſent vocari archangeli ac principatus. Reſpondetur quod ſpeciali ratione contingit, vt ordinum omnium perſonæ ac ſpiritus angeli appellentur, quoniam infimus chorus non dicit ſpeciale donum nobilitatis aut perfectionis vltra hoc quod eſt inferioribus nunciare, à quo dono nomen ſortitus eſt. Medij vero chori habent & dicunt ſpeciale aliquid vltra illud commune, atq; ab illo ſpeciale nomen ſumpſerunt. per quod patet ſolutio ad obiecta. non enim ſufficit ſola illa incluſio, ſed exigitur vt infimum nil nobilitatis ſuperaddat à quo denominetur. ¶ Secundo quæritur, An nomina ſuperiorum ordinum inferioribus choris conueniant. Videtur quod ſic, quoniam vniuerſi ſpiritus illi ſuperni, creatoris amore ineffabiliter ardent & eminenter ſcientifici ſunt, in omĩbus quocq; illis deus ſuauiſſime requieſcit. Rurſus, aliqui homines ſancti ob ſuæ dilectionis feruorem, & ob ſapientiæ ſuæ ſplendorem, & propter tranquillitatis ſuę firmitatem, nũcupati ſunt Seraphici & Cherubici ac Thronici, ergo angelis ſanctis etiam infimis multo plus hoc competit. Et reſpondẽdum quod ſpirituũ ſupernorum nomina imponuntur ab aliquo, quod ipſis eminentius ac ſpecialius ineſt & conuenit.
B Quamuis autem vniuerſi ciues illi ſuperni abſolute loquendo, creatorem ſuum toto diligant corde indeſinenter & ſine interruptione ſecundum ſuum extremum poſſe, attamen primus ille ordo cum valde præcipuo id agit ſancti amoris incendio: ſic quocq; ſecundus chorus qui Cherubim nuncupatur, reſpectu infimorum valde præclara deum lympiditate contemplatur, & ita de alijs. Ob hoc nomina illa non competunt inferioribus choris. ¶ Tertio quæritur, An angeli ſuperiores illuminent inferiores de omnibus quæ ſuperiores ipſi cognoſcunt. Videtur quod non, quia ſic ſuperiores non plus ſcirent quam inferiores. Præterea, inferioribus nõ ſunt reuelanda myſteria ſuperioribus nota ac reuelata, niſi quantum ad infimorum ſtatum, menſuram aut officium pertinet, aut alias rationabilis exigit cauſa: non autem ad infimos taliter pertinet ſcire, quicquid ſupremis reuelatur ſeu conſtat. Inſuper Chriſto aſcendente angeli inferiores à ſuperioribus aliqua interrogabant quę tunc vſq; neſcierant, quę tamen ſuperiores tunc & antea nouerant, vt infra ſeptimo habetur capitulo. Ad iſtud quidam reſpondent, quod cum ꝓprietas boni ſit, bonitatem ſuam diffundere, & quod ſibi collatum eſt alijs communicare, angeli beati qui non ſolum in naturalibus, ſed in gratuitis quocq; ac ſupernaturalibus bonitatẽ creatoris præeminenter participant, nil ſibi retinent proprium. ideo quicquid deo aut alio ſuperiore reuelante agnoſcunt, inferioribus iuxta capacitatem eorum oſtendunt ac pandunt excellenter ex maxima charitate, implentes quod Princeps hortatur apoſtolorum: Vnuſquiſq; ſicut ac- 1. Petri. 4.
C cepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Verum an iſta reſponſio vera & certa ſit, malo ambigere quam temere diffinire: præſertim cum & cognitio talis in multis ſpectet ad dona gratiæ gratis datæ, quæ dantur ad vtilitatẽ communem loco & tẽpore opportuno, prout moderatur ac requirit diſcretio. hinc & Raphael angelus loquens Tobiæ: Sacramentum, inquit, regis abſcondere bonum eſt. Tobię. 12.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS V.

CVm inter nouem ordines angelorum cœleſtium vltimus ſpecialiter dicatur ordo angelorum, & illi ordini præſint archangeli, principatus, poteſtates, virtutes & cæteri ordines, quæritur qua ratione in ſcripturis cuiuſlibet ordinis perſonæ indifferenter dicantur angeli. Reſpondetur quod omnium ordinum inferiorum illuminationes & virtutes plenius illis habẽt ordines ſuperiores. Inferiores vero non habent illuminationes & virtutes in ea plenitudine in qua habẽt ſuperiores. Vnde cum nomina ordinum ſingulorum deſignẽt ſpeciales ipſorꝫ gratias, vt dicit infra, merito ſuperioribus poſſunt inferiorꝫ noĩa attribui tãq̃ ipſorꝫ illuminatiões à qbus noĩa imponunt plenius habẽtibus, ſed nõ ecõuerſo. Vnde & ipſi Seraphim vocantur angeli, id eſt, nuncij, quia ipſi manifeſtatiui ſunt diuinæ illuminationis. Neq; Cap. 7.

nis. Neq; eadem ratio requirit vt vltimi ordinis ſubſtantiæ dicātur principatus, aut throni, aut Seraphim, quia non æqualiter, vt illi participant diuinis illuminationibus, ſed ſicut angeli infimi ordinis ſanctos hierarchias humanę hierarchiæ ſurſum agunt ad ſplendores ſapientiæ ſibi cognitos, ita ordines ſuperiores, ordinem angelicum qui vltimus eſt in ordinibus cœleſtibus, ſurſum agunt ad diuinam cognitionem. Quamuis dici poſſit quod angelica nominatio communis eſt omnibus cœleſtibus animis, quia vnum lumē diuinum, quod per eos manifeſtatur, omnes communicant, ſecundum maius & minus. Sed vt horum clarior ſit doctrina, conſideremus ſingulorum ordinum vel hierarchiarum proprietates, iuxta teſtimonia ſcripturarum noſtrarum.

Cœleſtium ſubſtantiarum quænam ſit diſtinctio prima, quæ media, quæ extrema. Caput. VI.

QVanti quidem ſunt & quales ſupercœleſtium eſſentiarum ornatus, & quomodo ſecundum eos hierarchię perficiuntur, ſolam diligenter ſcire dico contemplatiuam eorum perfectiōis principem: adhuc & eos ignorare proprias uirtutes & illuminationes, & ſuam ſacram & ſuperornatam ordinationem. Impoſſibile enim eſt, nos ſcire ſupercœleſtium animorum myſteria, & ſanctiſſimas eorum perfectiones: niſi ibi dixerit quis quæcunq; per eos nos tanquam propria bene E ſcientes diuinitas myſteria docuit. Non ergo nos quidem nihil proprio motu dicimus. Quæcunq; autem angelicarum ſpeculationum a ſanctis theologis contēplata ſunt, hæc docentes nos quantum potentes ſumus, exponemus. Omnes theologia cœleſtes eſſentias nouem uocauit manifeſtatiuis cognominatiōibus. Has
Colo. 1. diuinus noſter ſanctus perfector in tres ſegregat ternas diſpoſitiōes. Et primam quidem eſſe dicit circa deum exiſtentem ſemper & attentæ, ipſi & ante alias immediate uniri traditam. Sanctiſſimos enim thronos, & oculoſos & pennoſos ordines, cherubim hebræorum uoce & ſeraphim nominatos, ſecundum omnibus ſuppoſitam propinquitatem circa deū immediate collocari, diuinorum ait tra-
Ephe. 3. Colo. 1. dere eloquiorum manifeſtationem. Trinum ergo hunc ornatum quaſi unam & æque ordinatum, & uere primam hierarchiam communis noſter magiſter ait: qua non alia deiformior, & per ſe præoperantibus diuinitatis illuminationibus immediate intentior. Secundā uero eſſe ait ex poteſtatibus & dominatiōibus & uirtutibus completam. Et ternarum nouiſſime cœleſtium hierarchiarum, ange-
1. Teſ. 4. lorum & archangelorum & principatuum diſpoſitionem. F

Elucidatio huius capituli ſexti Articulus XIII.

IN iſto capitulo edocetur, quæ ſit diſpoſitio, ordinatio vel hierarchia, cœleſtium eſſentiarum vel ſupernorum ſpirituum prima, id eſt, ſuprema, hoc ē, qui chori & ordines ad primam pertineant hierarchiam. Et quis chorus inter illos ſit ſummus, quis medius, & quis vltimus, id ē, quæ diſpoſitio vel ordinatio cœleſtium eſſentiarum, id eſt ſupernorum ſpirituum, ſit media, quos ordines continet, & quis inter ordines illos ſit ſummus, quis medius, quis extremus, id eſt, quę ſit vltima diſpoſitio cœleſtium eſſentiarum. Itaq; in exordio huius capituli magnus Dionyſius in primis ppriā imperfectionē cōſiderat ac fatet. [Dico] inquiens [teletarchiam ſolam] id eſt, ſolam principalem & increatam dominationem myſteriorum ſupernorum. Dicitur quippe teletarchia à telety, quod eſt traditio myſteriorum: & arxos, quod eſt princeps, quaſi princeps ſeu principatus, aut dominator ſeu actiua dominatio myſterialium traditionum. hanc teletarchiam [contemplatiuam] id eſt, clare cognoſcitiuā omniū ſuorum effectuum [dico ſcire diligenter] & plene [quanti quidem] id eſt, quam magni virtute aut numero [& quales] quātum ad ſpecificam differentiam vltimatā, vel quales in do-

nis na



nis naturalibus itemq; gratuitis [ſint ornatus cœleſtium eſſentiarum] id eſt ipſę ſpecioſæ & ualde ornatæ ſupercœleſtes eſſentiæ, utpote mentes angelicæ ſeu angeli ſancti pulcherrimi [& quomodo hierarchiæ] cœleſtes [perficiuntur, ſecundum eas] id eſt, per eas uel iuxta dignitatem & perfectionem earum. Nam ipſæ hierarchiæ inſtar totius integralis, imo potius per modum totius poteſtatiui, conſtituuntur & conſtant ex ipſis ordinibus: & quo ordines ipſi & perſonæ in eis contentæ ſunt ſublimiores & pulchriores, eo hierarchiæ quæ reſultāt ex illis, ſunt perfectiores ac magis præclare, ſed quia ex hoc uerbo ſequi uidetur, quod mentes illæ ſupernæ ignorent ſeipſas ſeu propriam dignitatem, poteſtatem, diſpoſitionem ac operationem autor hoc remouet, addens: [adhuc] autem [& eos cognoſcere] id eſt, etiam dico ornatus ſeu ſpiritus iſtos decoros agnoſcere [proprias uirtutes] id eſt, uires ſibi collatas [& illuminatiōes] id eſt, illuſtrationes ſeu informatiōes paſſiuas, quas a deo & ſuperioribus ſpiritibus habent intermedij ſpiritus, uel ſupremi à ſolo deo. Sciunt quoq; illuminationes actiuas, quas inferioribus tradunt & influunt. Sic etiam noſcunt [& ſuam ſacrā & ſuperornatam ordinationē] id eſt, mutuā ſuam coordinationem & diſpoſitionem hierarchicā, qualiter omnes ac ſinguli in ſuis hierarchijs ac choris ſint collocati. Quæ ipſorum ordinatio eſt ſacra ac ſuperornata, id eſt, ſupernaturaliter & altius quam intelligere hic poſſimus decorata. Præterea aduertendum, quod tranſlationes in hoc loco ſunt ualde diuerſæ. Nam aliqui textus habent ſicut expoſui, alij habēt ſic: Adhuc & eos ignorare, pprias uirtutes & illuminatiōes & ſacrā & ſupornatā ordinationem. Hoc eſt, ex quo dixi ſoli deo cōſtare, quales & quanti ſunt ſpiritus iſti angelici, ideo addo & dico quod ipſimet neſciunt proprias uirtutes & illuminationes ac ordinationes, ſicq; ex- Hug. Vict.
ponunt Hugo & Albertus. Porro Iohannes Scotus & Iohannes Saracenus, Linconienſis & Albertus. Ioh. Sco.
Maximus exponunt primo modo. Quæ expoſitio uerior planiorq; conſiſtit: Quod enim ſa- Ioh. Sara. Rup. Lin.
B pientiſſimi ſpiritus illi non noſcerent ſemetipſos ac dona ſibi collata, non conueniret, præſer- Maxim.
tim cum uideāt deum clare in ſeipſo, totumq; ordinem uniuerſi in increata ſapientia eius. Philoſophi quoq; ſatis probauerunt, quod intelligentiæ noſcāt ſeipſas & ordinem ſuum virtutem & actum. vnde. 13. propoſitione libri de Cauſis habetur: Omnis intelligentia intelligit eſſentiam ſuam. Propoſitione quoq; octaua: Omnis intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe. veruntamen ſcit quod eſt ſub ſe, quoniam ipſa eſt cauſa ei: & ſcit quod eſt ſupra eā, quo-
niam acquirit bonitates ab eo. Idem Proclus oſtendit ex hoc, quod talis ſubſtantia eſt reditiua Proclus. Rup. Linc.
ſupra ſeipſam & ſuper proprium actum, quæ reditio eſt per cognitionem. At uero Linconienſis tangit occaſionem tantæ diuerſitatis in translationibus iſtis: Quidā, inquiens, tranſtulerūt. Ignorare, quod nō credimus factum ex ignorantia transferentis, ſed ex corruptiōe ſui exempla-
ris. Albertus demum declarat qualiter litera queat ſaluari ſecundum translationem quæ cōti- Albertus.
net ignorare: Dicimus, inquiens, quod ſubſtantia, uirtus, illuminatio ac ordinatio angelorum dupliciter conſiderantur. Primo ſecundum exitum eorum ab altitudine omnipotentiæ dei, quæ infinita eſt in creatione cuiuſcunq; etiam minimi: & ita à ſolo deo perfecte ſciuntur, qui ſolus perfecte infinitatem ſuam cognoſcit. Secūdo conſiderantur prout emanatio eorum ſtat
C in natura ipſorum determinata: & ita perfecte hæc ſciunt, quamuis imperfecte reſpectu ſciētiæ dei. Præterea ſpiritus iſtos ſupernos ſanctus Dionyſius interdum uocat cœleſtes, aliquando ſupercęleſtes: quod utrūq; qualiter uerum ſit, aliquoties eſt ſupra expreſſum [Impoſſibile enim eſt nos ſcire] id eſt per naturam non eſt poſſibile, niſi forte per reuelationem, qua & Paulus multa hinc ſciuit [ſupercęleſtium animorum myſteria] id eſt ſacra ſecreta ciuium ſupernorum [& ſanctiſſimas eorum perfectiōes] quibus a deo perficiuntur. Perfectiones quoq; eorū
in donis atq; uirtutibus gratiæ gratumfacientis [niſi * vbi dixerit quis quæcūq; per eos nos tan- alias * ibi.
quam propria bene ſcientes diuinitas myſteria docuit] id eſt niſi in his, vbi, id eſt, in quibus, diuinitas docuit nos quæcunq; myſteria, id eſt, aliqua ſecreta quæcunq; ſint illa, per eos, id eſt per animos illos ſupernos tāquam per bene ſciētes propria dona atq; myſteria diuinitꝰ eis data, cōmiſſa ſeu reuelata, quibus utiq; animis deo gratiſſimis & ualde acceptis, excellentiſſime com-
petit dicere quod dixit Paulus apoſtolus de ſe & coapoſtolis ſuis: Non ſpiritum huius mun- 1. Cor. 2.
di accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt, ut ſciamus quæ a deo donata ſunt nobis [Igitur nos quidē nihil proprio motu dicimus] id eſt, de tam ſublimi ac diuina materia nihil dicimus proprio ſenſu aut conceptu, ne ſimus rei præſumptionis & irreuerenter loquentes de tam præ-
amandis ac honorabilibus creaturis [quæcunq; autem angelicarum ſpeculationum a ſan- alias † docē-
ctis theologis contemplata ſunt hęc † edocti] id eſt nos iam fideliter informati & cognoſcen- tes nos.
tes, quęcunq; uera, ſpeculationum angelicarum, id eſt cōſiderationum ad angelos pertinentium. Vera, inquam, cōtemplata a ſanctis theologis, id eſt, apoſtolis ac prophetis & eorum

G illumi

D illuminatis ſequacibus pręcepta & agnita[quantum potentes ſumus]id eſt, ſecundum quod deo iuuante poterimus[exponemus]vnde elicitur quod glorioſus Dionyſius in his ab apoſtolis & apoſtolicis uiris fuit inſtructus. Magna eſt ergo in his autoritas eius, nec contradicendum eſt ei. Conſiderandum eſt item, quam modeſte ſe habeat in loquendo, temerariam aſſertionem & omnem præſumptionem uitando. Sic & Plato in primo Timæi de ſenſibilis mundi productione orſus fari: Mementote, ait, tam me qui loquor, quam uos qui auditis, mortales eſſe, atq; ita in rebus ſublimibus mediocrem elocutionem magni cuiuſdam eſſe onus laboris. Conſequenter intentum proſequitur[Omnis theologia]id eſt, tota diuina ſcriptura[cęleſtes eſſentias]id eſt, intellectuales ſeparatas ſubſtantias, hoc eſt choros ſeu ordines eſſentiarũ illarum [nouem[†]vocat manifeſtatiuis cognominationibus]id eſt, exprimit & appellat nominibus, quæ manifeſtant & ſignificant naturam, proprietatem, actum, dignitatem ſiue officiũ illorum ſpirituum. Quę nomina infra congruo ordine exprimuntur & exponuntur, unde ſubiungitur[Has diuinus noſter ſanctus perfector]id eſt, Paulus apoſtolus tuus & meus magiſter ac inſtitutor[in tres ſegregat trinas diſpoſitiones]id eſt diuidit & diſtinguit in nouem ordines, uel in tres trinas diſpoſitiones, id eſt, in tres hierarchias, quarum quælibet continet tres diſpoſitiones, id eſt, tres ordines bene ac ſapienter diſpoſitos. Quidam autem per diuinum hũc perfectorem, intelligunt beatum Hierotheum, uirum ex gentilitate conuerſum, cuius frequenter meminit ſanctus Dionyſius, præſertim tertio capitulo de Diuinis nominibus, affirmans ibidem eum coram nonnullis apoſtolis & alijs multis ſanctis collationem feciſſe, tantaq; gratia ac ſapientia præditum fuiſſe, quod præclariſſimi quoq; apoſtoli, Petrus, Iohannes & Iacobus minor tunc ibi præſentes, ſuper hoc mirabantur. Verius tamen uidetur, quod per hunc perfectorem intellexerit Paulum, quia & paulo poſt eundem perfectorem uocat communẽ E ducem noſtrum. Deniq; quamuis non habeamus in ſcripturis beatiſſimi Pauli, quod diſtinxerit ordines & hierarchias cœleſtes, ſicut hic recitatur, creditur tamen quod de his oretenus docuit quoſdam diſcipulorum ſuorum amplius eleuatos, præſertim magnum Dionyſium iſtũ, quibus ad totius eccleſiæ profectũ & informationẽ inſinuauit hæc ipſa & multa arcana, quę in ſuo didicerat raptu[Et primum quidem eſſe dicit circa deum exiſtentem]id eſt, primã atq; ſupremam hierarchiam, docet deo præ cæteris propinquius eſſe unitam [ſemper]id eſt per æuum ſeu omni tempore. Diſcrete quoq; aliqui ponunt in comprænenſoribus & beatis. [& attente ipſi & ante[*]medias immediate vniri traditam]id eſt primam hierarchiam aſſerunt traditam, hoc eſt, affirmatam ac traditam, ſeu reuelatam eſſe de ea, quod ipſa attente, id eſt diligentiſſime & immdiate uniatur deo ante medias diſpoſitiones, id eſt, ante tres intermedios angelicos ordines. Non enim habet directe circa exteriora officia, nec per forinſeca obſequia tripartitur: imo diſtinguitur per actus internos ad fruitionem ſpectãtes, hoc eſt, per fruitionem, cognitionem & tentionem, requietionem ſeu comprehenſionem, imo potius per excellentias quaſdam actuum horum, ut cito patebit. Præterea intuendum, quod uniuerſi ordines angelorum deo immediate coniuncti ſunt, & immediante conuertuntur in ipſum, æternaliterq; ſtabiliuntur in ipſo: attentiſſime quoq; ei intenti ſunt quantum ad beatificam uiſionem ipſius & quo ad ea quæ omnes immediate cernunt in ipſo, ſecũdum quod cernunt illa in ipſo. Quæ autem de iſta immediata & mediata unione & conuerſione ad deum dicuntur hic & alibi, ſæ- F pe ſumenda ſunt quantum ad hierarchicam reductionem & illuminationem in cognitione diuinorum effectuum, de quibus & quorum rationibus atq; myſterijs ſuperiores illuſtrant inferiores. Inſuper quamuis prima hierarchia dicatur immediate conuerſa, reducta & intenta in deum, per reſpectum & comparationem inferiorum hierarchiarum ac ordinum, qui per ſuperiores de aliquibus illuminantur ac reducuntur in deum: attamen ut apparet, etiam inferiores in prima hierarchia a ſuperioribus ſuis in aliquibus illuſtrantur, & per eos reducuntur in deum, imo & ipſi altiores in ſuprema hierarchia non ſolum à Chriſto homine, ſed ab electiſſima quoq; & incomparabili uirgine in quibuſdam illuminantur[Sanctiſſimos enim thronos & oculoſos & pennoſos ordines cherubim hebræorum uoce Seraphim nominatos, ſecũdum omnibus ſuperpoſitam propinquitatem circa deum immediate collocari ait tradere diuinorum eloquiorum manifeſtationem]id eſt, præfatus noſter perfector ait, manifeſtationẽ id eſt, manifeſtam doctrinam diuinorum eloquiorum, id eſt ſcripturarum tradere, id eſt, docere, ſanctiſſimos thronos, id eſt, ualde ſanctos angelos exiſtentes de ordine thronorum, & oculoſos, id eſt, ſpiritaliter multum acutos, & perſpicaces: & pennoſos, id eſt contemplatiuos cõtemplationiſq; penna uolantes celerrima ad uniuerſa ſua obiecta, ordines Cherubim, id eſt angelos bene coordinatos cõſiſtentes de ordine Cherubim, voce hebræorum, id eſt, in idiomatæ

Plato.

alias † vocauit.

Paul. apo. Dionyſii magiſter.

2. Cori. 12.

*alias



te hebræo ita uocatos, in quo cherubim interpretatur plenitudo ſeu apex ſcientiæ. Quod nomen in libris Moſi ac prophetarum ſæpe habetur. Et Seraphim nominatos, id eſt angelos exiſtentes de ordine Seraphim, quod etiam nomen hebraicum eſt, & incendẽtes ſeu calefacientes interpretatur. Hos inquã ait collocari, id eſt ordinatos ac poſitos eſſe immediate, circa deũ, ita quod non eſt hierarchia aut ordo cœleſtis altior eis, quanquam de anima Chriſti ac deificatiſſima virgine nullum ſit dubium, quin omnibus iſtis propinquiores ſint deo, non loco ſed aſſimulatione ac eminentia gloriæ, & ita intelligendum eſt quod ſubditur: ſecundum propinquitatem ſuperpoſitam omnibus, id eſt, loquendo de ſpiritali approximatione, qua hierarchia iſta pꝰ cæteris cũctis hierarchijs deitati proximior, id eſt, ſublimior eſt, creatorem ſuum ardentius diligendo, lympidius contemplando, tranquillius continendo. Idcirco quod dicitur circa deum, non eſt intelligendum quaſi localis, corporalis aut circumſcriptus ſit deus in deitatis natura: ſed quod ſancti eius circa eum tanquam circa obiectum, fontem & cauſam totius ſuæ ſalutis indefinenter uerſentur, inauertibiliterq; figantur inæſtimabili prorſus ac ſummo affectu[Trinum ergo hunc ornatum quaſi unam & æque ordinatam & uere primam hierarchiam communis noſter[*]dux dixit]hoc eſt, dux noſter communis, uidelicet beatiſſimus Paulus, qui prædicatione, doctrina, operibus & exemplis nos conuertit & reduxit ad deum, dixit ornatum hunc trinum & coordinationem & congregationem hanc trium ordinum ſuperiorum, eſſe uere primam, id eſt, ſupremam hierarchiam, quaſi vnam aggregatiue, id eſt tanquã collectam & reductam ad vnum & æque ordinatam, id eſt, æqualiter diſpoſitam immediate ſub primo, & hoc, loquendo de perfectione & ordinatione eius in generali. Quamuis enim in hierarchia hac ordines tres conſiſtant, quorum unus eſt altior alio ac deo propinquior, imo B in unoquoq; eorum ſint primi, medij ac vltimi: omnes tamen perſonæ & chori hierarchiæ iſtius in hoc in generali conueniunt, quod eorum actus & cultus ſeu miniſtratio immediate circa deum uerſatur, idcirco eſt uere prima per comparationem ad inferiores[Quia non alia deiformior]id eſt, nulla eſt alia hierarchia deo ſimilior in naturalibus atq; gratuitis ac gloriæ donis, imo in his ipſa eſt deiformior cæteris[& per ſe præoperantibus, diuinitatis illuminationibus immediate intentior]id eſt, hierarchia iſta eſt magis intenta per ſe, id eſt, ſine alia mediante & cooperante illuminationibus pręoperantibus, id eſt diuinis illuſtrationibus, influentijs & eruditionibus primo operantibus in ea formaliter: quoniam primo deſcendunt in iſtã hierarchiã uarioſq; effectus cauſant in ea, ut ſequenti clarebit capitulo. [Secundã vero eſſe ait ex poteſtatibus & dominationibus & uirtutibus completam]id eſt præfatus noſter dux tradidit ſecundam & mediã hierarchiam angelicam eſſe cõpletam, id eſt plenarie conſtitutam ex tribus iſtis ordinibus, utpote Poteſtatibus, Dominationibus atq; Virtutibus qui tñ hic exprimuntur non ea forma, & ſerie, qua in ſua totali hierarchia ſunt ordinati, quia in ea ſupremus chorꝰ eſt exercitus Dominationum, medius eſt ordo Virtutum, infimus Poteſtatum, & in hoc glorioſus Dionyſius ſequitur principem ſuum Paulum, qui exprimendo ordines angelorũ, nũc iſtum, nunc illum præexprimit: nunc iſtum nunc illum omittit: in quibus uerbis conſtat, q̃d in talibus locis intendit ordines materialiter ac uocabulariter explicare & numerare, non formaliter ordinare, vnde quoſdam ordines, quos vno in loco nominare omiſit, in alio exprimit, alijs non expreſſis nec repetitis. Porro ſi ad numerum & ordinationem eorum hierarchicam attendiſſet, probabile eſt, quod omnes ſimul in eadem recitationis forma ordinaliter expreſſiſſet. [Et[†] trinarum nouiſſime cœleſtium hierarchiarum angelorum & archangelorũ & principatuum diſpoſitionem]id eſt, prædictꝰ dux noſter perhibuit diſpoſitionem. i. hierarchialem coordinationem & adunationem angelorum & archangelorum ac principatuũ eſſe nouiſſime & in ultimo loco hierarchiarum cœleſtium trinarum, id eſt, trium hierarchiarum cœleſtiũ, quarꝫ q̃libet tres choros includit. Præterea q̃m iuxta pꝰhabita eccleſia militãs ordinata eſt inſtar triũpãtis, põt pꝰtacta cœleſtiũ hierarchiarũ ordinũq; diſtinctio diſpoſitio ac declarari pꝫ le ĩ eccleſia militãti, hoc eſt, in eccleſiaſtica hierarchia. In cuiꝰ ſtatu utroq;, vtpote ſpiritali atq; ciuili taliſ eſt ordinatio, q miniſtroꝝ principis pꝰcipui, vtpote Papę aut Imperatoris ſeu regis, aliqui habent obſequium actionem inmediate circa perſonam huiuſmodi ſuperioris, uidelicet ſecretarij & cõſiliarij & cubicularij & aſſeſſores. Iſtis ſimiles perhibãtur tres chori primę hierarchiæ cœleſtis, alij ſortiuntur officia circa regimen communitatis ſeu regni in generali, non prælati in ſpeciali territorio, huic aut illi: quibus conformes cenſentur ordines hierarchiæ ſecũdæ, alij præficiuntur ac præſident determinatis partibus ſeu urbibus regni, quemadmodum officiati minores balini, ſculteti, præpoſiti, quibus conformes dicuntur ordines tertiæ hierarchiæ. Itaq; primi tres chori ſumuntur ac diſtinguuntur iuxta ea quæ requirunt ac pertinent ad

alias † magiſter ais.

alias * ternarum.

ad aſſiſtendum, uacandum, inhærendumq́ deo ſicut iam dictum eſt, ſed trium mediorum ordinum diſtinctio capitur penes diuerſitatem præſidendi hominibus, ad quam præſidentiã tria concurrunt. Primum eſt, præcipere quis quid agere debeat & agentes dirigere: quod ſpectat ad dominationes. Secũdum eſt, iuſſa implere & exequi: quod pertinet ad uirtutes. Tertiũ eſt, impeditiua arcere: quod ſpectat ad poteſtates, quarũ eſt aduerſarias poteſtates frenare. Porro ultimorum trium ordinum diſtinctio attenditur penes diuerſam particularis regiminis limitationem. Nam aliqui præſunt alicui toti communitati, ut Michael olim Synagogę, modo ecclesiæ. In Daniele etiam legitur de principe regni Perſarum, principe quoq́ Gręcorum. (Dani. 10) Alij dicuntur præeſſe parti communitatis, uidelicet ciuitati, quod quidam aſcribunt archangelis quos alij putant pręeſſe ſublimibus perſonis, quibus & maiora annũciant, alij ſingulis pręſunt hominibus, quibus & minora denunciant. De his percurro, quoniam infra amplius habent locum.

¶Introductio & ſolutio quæſtionum quarundam huius Sexti Capituli. Arti. XIIII.

(Gr. homi. 34.) Circa hæc quæritur, an beatus Dionyſius congruenter ordinet choros angelicos in proprijs hierarchijs. Videtur quod non, quoniã ſancti patres Gregorius & Bernardus dicũt virtutes eſſe primum chorum infimæ hierarchiæ, principatus vero medium ordinem hierarchiæ ſecundæ. Dionyſius uero hic ſtatuit uirtutes in media hierarchia eſſe medium ordinem, principatus autem affirmat eſſe primum hierarchiæ infimæ ordinem. Et reſpondendum quod ordinationi beatiſſimi Dionyſij ſimpliciter & abſolute eſt acquieſcendum, attamen ſine derogatione Gregorij & Bernardi, præſertim quia & ſanctus pater Bernardus in quodam libello quem recolo me legiſſe, pœnitentiam egit quod in hac re a doctrina Dionyſij abijt, & opinatiue loquitur de ordinum diſtinctione. Putemus, inquiens, angelos dici (niſi tu conuenientius aliquid conſideraſti) qui ſinguli ſingulis hominibus dati creduntur, miſſi in miniſterium ſecũdum Pauli doctrinam, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. De quibus Saluator: Angeli eorum ſemper uident faciẽ patris. (Heb. 1. Matth. 18) E Putemus his præeſſe archangelos, qui conſcij myſteriorum diuinorum non niſi ob præcipuas & maximas cauſas mittuntur. (Luce. 1) E quibus magnus ille archangelus Gabriel miſſus legitur ad Mariam, ob cauſam utiq́ qua maior eſſe non potuit. Putemus ſuper iſtos uirtutes eẽ, quorũ nutu uel ope ſigna & ꝓdigia in elemẽtis ſiue ex elemẽtis facta apparẽt ad cõmonitionẽ mortalium. (Luce. 21) Inde eſt fortaſſis quod cum in Euãgelijs legas: Erũt ſigna in ſole & luna & ſtellis, paulo poſt habes. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Hi nimirum ſpiritus per quos ſigna fiũt. Putemus poteſtates ſupiores iſtis: quarum uirtute poteſtas tenebrarum comprimitur, & coercetur malignitas aeris huius, ne quãtum uult noceat, ne malignari niſi ut profit poſſit. Putemus principat⁹ his quorũ prælatos, quoq́ moderamine & ſapiẽtia omnis in terris principatus conſtituitur, regitur, limitatur, transfertur, mutilatur, mutatur. Putemus dominatiões adeo cunctis ſupereminere præfatis ordinibus, ut reſpectu horum cæteri uideãtur omnes administratorij ſpiritus, & ad iſtos tanquã ad dominos referri regimina principatuum, tutamina poteſtatũ, operationes uirtutum, reuelationes archangelorum, curam & prouidentiam angelorum. Putemus thronos alto etiam ab his euolaſſe receſſu, qui ex eo quod ſedent throni dicuntur: & ex eo ſedent quod ſedet in eis deus. Neq́ enim in eis ſedere qui non ſederent poſſet. Queris quid illam ſentiam ſeſſionem? Summam tranquillitatem, placidiſſimam ſerenitatem, F pacem quæ exuperat omnem intellectum. Talis eſt qui ſedet in thronis dominus ſabaoth, iudicans omnia cum tranquillitate, placidiſſimus, ſereniſſimus, pacatiſſimus. Et tales conſtituit ſibi thronos ſimillimos ſibi. Putemus cherubin ex ipſo ſapientię fonte ore altiſſimi haurientes & refundentes fluenta ſcientiæ uniuerſis ciuibus ſuis. Et uide ne is ſit quem prophæta loquebatur: Fluminis impetus lętificans ciuitatem dei? (psal. 45) Putemus Seraphyn, ſpiritus totos diuino igne ſuccenſos ſuccendere uniuerſa, & ſinguli ciues, ſingulæ ſint lucernæ ardentes & lucẽtes. Ardentes charitate, lucentes cognitione. O Eugeni, quam bonum eſt nos hic eſſe, quanto fore melius, ſi quando toti ſequamur quo ex parte præceſſimus. Hæc Bernardus, vt patet quarto libro de conſideratione. Magnus quoq́ pater Gregorius ſine immoderata fatur aſſertione atque in ea authoritate Apoſtoli ſe fundauit qua ad Colloſſenſes diſſeruit: Siue throni ſiue dominationes, ſiue principatus ſed. ſi ex hac ſola autoritate ſumitur argumentum, quod principatus ſint in media hierarchia & ſupra uirtutes, multo fortius argumentum accipi poteſt ex uerbis eiuſdem Apoſtoli, qui alibi ſæpius ordinat uirtutes ſuper principatus. Nempe ad Colloſſenſes ait de Chriſto: Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis. Ad Epheſios quoq́ apertius: Deus, inquit, conſtituit Chriſtum ad dexteram ſuam in cęleſtibus ſupra



ſupra omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem. Et rurſus ad Epheſios: (Ephe. 3.) Vt innoteſcat, ait, principibus & poteſtatibus in cęleſtibus per eccleſiam multiformis ſapiẽtia dei. Hinc denuo loquitur: (1. Cor. 15) Cum euacuauerit omnem principatum & poteſtatem & uirtutem. Itemq́ ad Romanos: (Roma. 8) Neq́ angeli, neq́ principatus, neq́ uirtutes. Cui ordinationi angelicorum chororum conſonat, quod & uertex apoſtolici agminis in prima ſua ſcribit canonica: (1. Petri 3.) Profectus Chriſtus in cœlum, ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & uirtutib⁹. Pręterea Thomas in prima parte Summę fatetur, (Tho. Aq.) quod ordinatio Dionyſii melior eſt quã Gregorij. Dionyſius namq́ conſiderauit proprietates & actus ac ordinationes angelicorum ſpirituum ex nominibus eorundem, quę ipſis in ſcripturis attribuuntur, ideo ordines illos in prima conſtituit hierarchia, quorum nomina deſignant unionem cum deo per dilectionis feruorem contemplationis ſynceritatem, & quietis firmitatem. Illos autem poſuit in media hierarchia, quorum nomina uniuerſalem diſpoſitionem important, uidelicet dominationem, uirtutes & poteſtates: principatus demum, archangelos & angelos, in vltima collocat hierarchia: quia hæc nomina operis executionem ſignificare uidẽtur: Verum ut tactum eſt ſupra, ſanctus Dionyſius de his à Paulo uſq́ ad tertium cęlũ rapto, (2. Cor. 12) & ibi ſupernaturaliter docto, eſt informatus: cuius etiam ordinationem Damaſcenus ſecundo ſequitur libro & expoſitores antiqui. (Ioan. Dam.) Veruntamen Gregorius & Bernardus conſiderationem ſpecialem habuiſſe putantur, (Gregg. Bernar.) uidelicet prout media hierarchia attenditur penes prælationem, ultima penes miniſtrationem. Triplex autem pręlatio conuenit angelis. Prima qua angeli ſancti præſunt angelis ſanctis, & hi dominationes uocantur. B Secunda, qua præſunt hominibus: & illos nominant principatus. Tertia, qua præſunt dęmonibus quos coercent, quos poteſtates appellant. Miniſtratio etiam ſeu miniſterium triplex eſt, Vnum in operando. Secũdum in docendo ſeu nunciando, & hoc uel maiora aut certe minora, quorum primum pertinet ad uirtutes ſecundum hos ſanctos, ſecundum ad archãgelos, tertium ad angelos. Poſtremo doctores ſcholaſtici in prædictis communiter ſanctum Dionyſium ſunt ſecuti. Vnde ait Albertus, (Alb.) Gregorius & Bernardus conſiderauerunt ordines ſecũdum conformitatem eccleſiaſticæ hierarchiæ, in qua principes & prælati ſuperiores ſunt illis, qui operantur uirtutes. Dionyſius autem melius ordinauit ſecundum proprietatem nominũ, quia nomẽ uirtutis dicit potentiam incontracte.

PARAPHRASIS HVIVS CAP. VI.

C Numerum, & dignitatem, & gloriam, & diſpoſitionem hierarchiarum cęleſtium ſubſtantiarum, ſolus deus manifeſtat. Ipſe autẽ bene nouit proprias uirtutes, & illuminationes, & ſuam inuiſibilem ordinationem. Nobis autem impoſſibile eſt ſcire illarum ſubſtantiarum myſteria, & perfectiones, niſi quantum diſpenſatione diuina & ab eiſdem erudimur bene ſcientibus propria. Nos ergo nihil dicem⁹ de eis in hoc tractatu ex motu proprio, ſed ea quæ contemplati ſunt apoſtoli aut diſcipuli, & alij ſancti, qui ſcripſerunt de ſtatu angelorum, ea nos prout poſſumus exponemus, ſecũdum quod nos didicimus. Sicut ex uarijs ſacrę ſcripturę teſtimonijs colligitur, nouem ſunt ordines angelorum expreſſis nominibus deſignati, (Collo. 1. Ephesi. 1.) quos ſanctus Paulus apoſtolus, inſtitutor noſter diſtinguit in tres trinas hierarchias. Et primam hierarchiam dicit collocari circa dei ſubſtantiam, & attente, & ꝑ alijs, & immediate deo uniri, & dicit ex ſcripturis colligi, quod in hac hierarchia collocent̃ principaliter & immediate circa deum tres ordines, quorum ultimus uocatur Throni, medi⁹ hebraice Cherubim, qui dicitur oculoſus, propter multitudinem ſcientiæ. Sũmus uero hebraice dicitur Seraphim, (Isaiæ. 6.) cui attribuuntur alæ, quia ſuperuolat omnibus alijs. Hanc ergo hierarchiã, hos tres ordines continentem, docuit nos apoſtolus eſſe ſicut unam & coordinatam, & primam omnium angelicarum hierarchiarum, quia non eſt alia deo conformior, & quia ipſa eſt immediate uicinior illuminationibus diuinæ hierarchiæ primo emanantibus, q̃ſi de principali fonte. Secundam vero hierarchiam dicit compleri ex tribus ordinibus. Quorum primus eſt dominationũ, ſecũdus uirtutum, terti⁹ poteſtatum, ut patet infra. (Cap. 8.) Tertiam uero & vltimam hierarchiam dicit contineri tres ordines, quorum prim⁹ eſt principatuum, ſecundus archangelorum, tertius & ultimus angelorum, ut patet infra. (Cap. 9.)

¶De Seraphim,Cherubim & Thronis,& de prima eorum hierarchia. Cap. VII.

HVNC ergo nos recepturi ſanctarum hierarchiarum
ordinem,dicimus quia omnes cœleſtium intellectuũ
cognominationes,declarationem habẽt uniuſcuiuſq;
deiformis proprietatis. Et quidẽ ſanctam Seraphim
†qui nominationem† quæ hebræorum ſunt ſciẽtes,aut in
cẽdentes manifeſtare,aut calefacientes:eam uero Che
rubim multitudinem ſcientiæ,aut fuſionem ſapiẽtię.
Pulche igitur prima cœleſtium hierarchiarum ab ex
cellentiſſimis eſſentijs ſanctificatur, ordinem habens
omnibus altiorem:hoc eſt,circa deum immediate collocatur. Et primo operan
tes theophaniæ & perfectiones,in eam tanquam proximam principalius defe
†ſedes. runtur.Calefaciẽtes ergo nominãtur &†throni & fuſio ſapientiæ manifeſtatiuo
deiformium ſuarum habitudinum nomine.Mobile enim ſemper eorũ circa di
uina,& inceſſabile,& calidum,& acutum,& ſuperferuidum intente,& forſitan E
intime& inflexibilis ſemper motiõis,& ſuperpoſitorum reductiue,& actiue,ex
*aſſimilatiuum. emplatiuum tanquam recalificans illa & reſuſcitãs in ſimilem caliditatem,& ig
neum cœlitus,& holocauſtæ purgatiuum & incircumuelatum & inextinguibi
†habente quia ſic ſemper. le*habentemq; ſe ſic ſemper,luciformem & illuminatiuam proprietatẽ, omnis te
nebroſę obſcurationis perſecutricem & manifeſtatricem,ſeraphim nominatio
†nominatiões aut manifeſtationes habẽt. aut manifeſtatio docet.Ipſa uero cherubim cognoſcibile eorum,& deiuidũ,& al
tiſſime luminumdationis acceptiuum & contemplatiuum in prima operatrice
uirtute diuinę pulchritudinis & ſapientificæ traditionis repletum, & communi
catiuum copioſe ad ſecunda fuſioni donatæ ſapientiæ.Ipſa autem altiſſimarum
& compactarum ſedium omni diligenter exaltari ignominia ſubiectionis,& ad
*in ſubmiſſum. ſummum ſupermundane ſurſum ferens,& omni extremitate ineffabiliter*in ſub
limiſſimum & circa uere excelſum totis uirtutibus incommutabilitr, & ſtabili
ter collocatum,& diuini ſuperaduentus,in omni impaſſibilitate & immateriali F
tate acceptiuum & deiferum & famuliariter in diuinas ſuſceptiones apertũ.Hęc
quidem nominum ipſorum,quantum ad nos,declaratio.Dicẽdum uero,quam
hierarchiam eorum ęſtimamus.Omnis enim quidem hierarchiæ ſpeculationem
deũ imitãti deiformitate,depẽdẽtẽ ineffabiliter eſſe,& diuidi omnẽ hierarchiã a
ctionem in participationem ſacram & traditionem purgationis puræ, & diuini "
luminis & perfectiue ſcientiæ,ſufficienter iam a nobis eſſe dictũ arbitror. Nũc "
autem dicere digne proſequamur excellentiſſimos intellectus quomodo iam ſe "
cũdum eos hierarchia ab eloquijs manifeſtatur.In primis eſſentijs quæ poſt ſub "
*thearchiã. ſtantificam earum*diuinitatem collocatæ ſunt & ueluti in ueſtibulis ipſius ordi
†facturã propriã. natæ,omnem ſunt inuiſibilem & uiſibilem ſuperexcellentes†factam uirtutem
propriam æſtimandum eſt eſſe,& omnino æquiformem hierarchiam.Puras igi "
†ſubiectione. tur eas eſſe æſtimandum,non ut immundis maculis & inquinationibus liberatas "
neq; ut materialium receptiuas phantaſiarum, ſed ut omni† diminutione mun
†excellẽtiſſimam das & altiores,& omni ſuperfirmato templo ſecundum † excelſiſſimam caſtita
tem,omnibus deiformiſſimis uirtutibus ſupercollocatas,& proprio per ſe mo
tu,& eodem motu,ſecundum diligentis deum inconuerſibile ordinis ineffabili





ter receptas,& in*ſubiectis contumeliam omnino neſcientes, ſed incaſualem & †ſubiecta
intranſmutabile habentes proprie deiformis ſpecialitatis puriſſimam collocatio
nem,Contemplatiuasq; iterum ſenſibilium ſymbolorum, aut intellectualiũ ſpe † diuinã
culatiuas,neq; ut uarietate ſacræ ſcribentis theoriæ in †diuinas reductas,ſed ut o
mnis immaterialis ſcientiæ altiori lumine repletas,& formificæ & principalis pul
chritudinis,& ſupereſſentialis & ter lucentis contemplatione quantum fas eſt re
fertas.Communicatione autẽ Ieſu ſimiliter digne factas,non in imaginibus*ſacre †ſacrefactis.
fictis,formatiue figurant †deificam ſimilitudinem,ſed ut uere ipſi approximan
tes in prima participatione ſcientiæ deificum eius †lumen,& quia deo ſimilis i † luminã
pſis*ſubſtantialiter donatum eſt,communicant huiuſmodi ut poſſibile eſt,in pre †ſubiectiue
operatrice uirtute deificis ipſius,& humanis uirtutibus.Perfectas autem ſimili
ter,non ut ſacra uarietate analyticam ſcientiam illuminatas, ſed ut prima & ſu †excellẽtiſſimam
pereminenti deificatione repletas,ſecundum *excelſiſſimam quantum in angelis † thearchia.
diuinorum operũ ſcientiam.Non enim per alias ſanctas eſſentias,ſed ab ipſa †di
uinitate ſanctificatæ,in ipſam immediate extenduntur, omnibus ſupereminenti
B uirtute & ordine,& ad caſtiſſimam omnino fortitudinem collocantur,& ad im
materialem & inuiſibilem pulchritudinem,quantum fas,in contemplationem ad
ducuntur,& diuinorum operum ſcibiles rationes,ut primę & circa deum eſſen
tię flectuntur,& ab ipſa perfectionis principe excelſiſſime ſanctificatæ ſunt.Hoc
ergo theologi aperte declarant,ſuppoſitas quidem cęleſtium eſſentiarum diſpo
ſitiones ſuperfirmatis ornate erudiri deificas ſcientias,omnium uero altiores ab
ipſa †diuinitate,quantum fas,doctrinam illuminar.Quaſdã enim illarum intro †thearchia
ducunt a prioribus ſacre eruditas, dominum eſſe cœleſtium uirtutum, & regẽ
gloriæ in cœlos humanitus receptum.Quaſdam uero apud ipſum Ieſum querẽ Pſal. 23
tes,& pro nobis ſuę diuinæ actionis ſcientiam diſcentes,& eas ipſum Ieſum im
mediate docentem,& prælargiens eis manifeſtantem ſuam humanam benignita
C tem.Ego enim,inquit,diſputo iuſtitiam & iudicium ſalutaris.Miror autẽ quia
& cœleſtium eſſentiarum primæ,& tantũ ſimul omnes ſupereminentes*diuinis Iſaiæ 63. thearchicis
illuminationibus,ut mediate qſtiones reuerẽter appetunt.Etenim non inde inter
rogant quare*tua rubra ueſtimẽta,apud ſeipſas uero deliberãt ante interrogare, *tui
oſtẽdentes quidẽ quia diſcunt,& deificã ſcientiam appetunt.Nõ autẽ pręſilientes
p diuinã proceſſionẽ inditam illuminationẽ†Nõ ergo prima cęleſtiũ intellectuũ †Num. †thelearchia.
hierarchia ab ipſa* perfectiõis principe ſanctificata, quo in eã immediate extẽdi
tur ſanctiſſima purgatiõe multo lumine ante perfecta cõſummatione,proportio
naliter eã implẽs,purgatur & illuminatur & perficitur. Omniq; minoratiõe pu
ra,primi uo luminis plena,& primo data cognitiõe & ſciẽtia participãs perfecta.
Cõprehendens autẽ & hoc dixerim, fortaſſis non immerito,quia & purgatio eſt
& illuminatio,& perfectio diuinę ſciẽtię aſſumptio.Ignorãtiã quidẽ,utpote pur
gans ſecundũ ordinẽ indita ſcientia perfectiorum doctrinarũ.Illuminans autẽ ipſa
diuina cognitiõe,per quã & purgat,nõ prius contẽplantẽ, quã manifeſtat per al
tiorem illuminationẽ.Et perficiens iterum ipſo lumine ſecundum habitum ſcien
tia luculiſſimarũ doctrinarum.Ipſa ergo eſt quantum ad noſtram ſcientiam,pri
ma cœleſtium eſſentiarum diſpoſitio in circuitu dei, & circa deum immediate
ſtans & ſimpliciter & inceſſanter circumiens æternam eius ſcientiam,ſecundum

excelſiſſimam quantum in angelis ſuper mobilem collocationem. Multas quidē
&beatas uidens pure contemplationes, ſimploſqꝫ & immediate fulgores illumi
alias†Multo. nata, & diuino alimēto repleta. †Multa quidem primo data fuſione ſolaqꝫ dome
ſtica & unifica diuinæ refectionis unitate, multaqꝫ communione dei & coopera
tione digna effecta, ad eam ut poſſibile ſimilitudine bonarum habitudinum &
actionum, multaqꝫ diuinorum ſuperpoſitæ cognoſcens, & diuinæ ſcientię & co-
gnitionis in participatione (ſecundum quod fas eſt) facta. Propterea & laudes i-
Eze.1 pſius theologia his qui in terra ſunt tradidit, in quibus mirabiliter manifeſtatur
excelſiſſimæ ipſius illuminationis eminentia. Alij quidem enim eam ſenſibiliter
Iſaie .6. dicendo tanquam uox aquarum roboant. Benedicta gloria domini ex loco ſuo.
Apocali.4. Alij uero illam ualde laudabilem & pijſſimam reclamant theologiam: Sanctus,
Sanctus, Sanctus, dominus deus ſabaoth, plena omnis terra gloria ipſius. Has au
tem excellentiſſimas cęleſtium animorum hymnologias, iam quidem in his quę
alias*memoriam. ſunt de diuinis laudibus (quantum poſſibile) aperuimus, ut dictum eſt de his in  E
illis (quantum ad nos) ſufficienter. Ex quibus in recordationē ſufficit dicere tan
tum ſecundum pręſens tempus. Quia theologicam ſcientiam ipſa prima diſpoſi
alias†thearchia. tio, quantum fas illuminata eſt, a†diuina bonitate, per quam tanquam deiformē
hierarchiam, & alijs ſeipſam deinde tradidit. Illud per breuitatem dicendo ſubin
troducens, ipſam pijſſimam & ſumme benedictam, & omnino benedictam diui
alias* theodicis. nitatem fas eſt benedictam eſſe ex*deum recipientibus quantum poſſibile cognoſ
Pſal.75 alias†thearchicę ci & laudari intellectibus. Ipſi enim ſunt tanquam deiformes diuini loci, †diuinę,
(ut eloquia aiunt) quietis. Et quia monas eſt, & unitas tres ſubſtantialiter, †& ſu-
alias*à alias†perueniens. percęleſtibus eſſentijs uſqꝫ ad nouiſſima terræ, *extendens bonitatem ſuam in o-
mnia quæ ſunt prouidentiam, tanquam omnis eſſentiæ ſuper principale princi-
piū, & cauſa, & omniū ſupereſſentialiter immenſurabili cōtinentia circūligans.

¶Expoſitio capitis ſeptimi. Art. XV.

IAM præcedenti capitulo enumerauit nouem ordines angelorum, & de
clarauit in quibus hierarchijs ſinguli ſint locati. Nunc ergo ex ipſorum no  F
minum conſideratione determinat, quę ſint proprietates, uires & actiones
ordinum ſingulorū, & theologico more incipit, à ſupremis. Scientię nāqꝫ
naturales humanitus adinuentæ, ab inferioribus inchoant, & paulatim ad
ſuperiora aſcendunt, quoniam noſtra notitia ab infimis, & ſenſibilibus tra
hit exordiū: & theologia uero, quia lumini increato innititur à ſummo ordi
tur. [Hunc ergo nos recepturi ſanctarum hierarchiarum ordinem] id eſt, nos deinceps ap-
probaturi & ſeruaturi præfatam ordinationem cœleſtium hierarchiarum & ſpecialium choro "
rum in ipſis ut capitulo præcedenti expreſſum eſt [dicimus quia omnes cœleſtium intellectu- "
um cognominationes] id eſt, quod ſingulæ nominationes ſupernorum ſpirituum angelico- "
rumqꝫ ordinum declarationem habent] id eſt, lucidam ſignificationem [deiformis proprie- "
tatis] id eſt, uirtutis & actionis diuinæ angelicorum ſpirituum, per nomina illa ſignificatorum. "
Hoc eſt, quod unumquodqꝫ nomen ordinis angelorum deſignat proprietatem angelorum
ordinis per ipſum ſignificati, qua proprietate deo aſſimilantur. Quod probat ſubdendo: [Et q
dem ſanctam Seraphim nominationem* qui hebræorum ſunt ſciētes] .i. hi qui ſciunt idioma "
Iudæorum, [aiunt incendentes manifeſtare aut calefacientes] id eſt dicunt hoc nomen deſi- "
gnare & interpretari incendentes ſeu calefacientes, ad inſinuandum quod angeli ordinis illius "
ſupræmi præexcellenter ardent creatoris amore, alioſqꝫ inflammant ſancti amoris illius incen
dio. Quamuis enim beati non creſcant in amore illo diuino, qui ad beatitudinem illorum per
tinet, quem ex diuinæ bonitatis beatifica uiſione concipiunt: attamen ex illuminatione qua a-
liquid noui de effectib⁹ dei agnoſcūt q̃dā ipſi⁹ dilectiōe recēter inardeſcūt, q̃ ad accidētale per
tinet pręmium, atqꝫ permodica eſt comparatione ardoris quem ex deitatis concipiunt contē-
platione



" platione clara & immediata. [Eam uero Cherubim] id eſt nominationem illam, qua Cheru-
" bim deſignantur, dicunt ſignificare [multitudinem ſcientiæ] id eſt, abundantem ſcientiā. [aut
" fuſionem ſapientiæ] id eſt communicationem ſeu transfuſionem ſapientiæ eis collatę in in-
feriores, Cherubim quippe plenitudo ſcientiæ interpretatur. Etenim ſpiritus exiſtentes in or
dine iſto, ab eminentia ſapientiæ ſortiti ſunt nomen, ita quod diuinorum ſunt conſcij ſecreto
rum: non quod ſapientiores aut ſcientiores ſint ſacratiſſimis Seraphim, qui quo altiores ſunt
& ſanctiores, eo infinitum illum totius ſapiētiæ atqꝫ ſcientiæ fontem lympidius intuentur, &
plura in eo conſpiciunt & agnoſcunt: ſed quod Cherubim hanc ſcientię eminentiam pro ſpe
ciali recepit proprietate, tanquam quid diſtinctiuum ipſius ab alijs, & per reſpectum ad cho
ros inferiores, & item quantum ad ea quæ ad hierarchialem ſpectant perfectionem. [Pul-
" chre igitur prima cœleſtium hierarchiarum ab excellentiſſimis eſſentijs ſanctificatur] id eſt,
" ſuprema hierarchia cœleſtis merito ſanctificatur, id eſt, excellenter ſancta increatæqꝫ ſanctitati
uicinior ac ſimilior eſſe cognoſcitur, & laudatur a cunctis angelicis mentibus, quæ ſunt ſub
ea. Sancti nanqꝫ in patria ſe inuicem diſtincte & clare cognoſcentes, laudant, glorificāt, & ho
norant ſe inuicem ordinate in deo [ordinem habens omnibus altiorem] id eſt, ordinationem
ſublimiorem alijs hierarchijs cōtinet quoqꝫ in ſe ſummum ordinem illum ſeraphicum, quod
ipſemet autor exponit addendo [hoc eſt, circa deum immediate collocatur] non per ſitualem
propinquitatem aut localem acceſſum, ſed per eminentiorem diuinæ perfectionis participati
onem, atqꝫ maiorem cum deo aſſimulationem reſpectu inferiorum. Nihilominus in hac hie
rarchia unus ordo eſt altero altior, perfectior ac deo ſimilior, ideo comparādo unum ipſius or
dinem ad alium, eſt ibi mediatio quædam. Veruntamen tres ordines illi in quibuſdam con-
B ueniunt, propter quod in eadem hierarchia ponuntur, ut tactum eſt, & clarius nūc diffuſiuſqꝫ
" tangetur [Et primo operantes theophaniæ & perfectiones in eam tanquam proximam prin-
" cipalius deferuntur] hoc eſt, theophaniæ, id eſt, diuinæ apparitiones manifeſtationes ſeu illu
minationes à deo emanantes, operantes, id eſt, non ocioſæ, ſed fructuoſæ & efficaces. Et per
fectiones, id eſt, increatę perfectionis participationes & communicationes. deferunt, id eſt deſ
cendunt primo & principalius in eam, id eſt, ſupræmam hanc hierarchiam tanquam proxi-
mam, id eſt, deo propinquiorem. Etenim omne agens primo agit & influit in propinquio- alias*throni.
" ra & capaciora. [Calefacientes ergo nominantur, & †ſedes, & fuſio ſapientiæ, manifeſtatiuo
" deiformium ſuarum habitudinum nomine] id eſt, ordines primæ hierarchiæ nominantur no
mine manifeſtatiuo, id eſt, nominibus declaratiuis & ſignificatiuis, habitudinum ſuarum dei
formium, id eſt proprietatum & gratiarum, donorum & diſpoſitiōum ſuarum diuinarū. No-
minantur, inquam calefacientes, ſicut expoſitum eſt, & ſedes, id eſt throni, & fuſio ſapiētiæ, id
eſt, effuſiuæ ſapientiæ eis collatę, ſumēdo abſtractū ꝓ cōcreto, & reddendo in his ſingula ſin
gulis: quoniam primus ordo Seraphim appellatur, ſecundus Cherubim ſeu ſapientiæ effuſi-
uus. Tertius ſedes ſeu throni. [Mobile enim ſemper eorum circa diuina, & inceſſabile, & ca
" lidum, & acutum, & ſuperferuidum, intente & forſitan intime, & non indigens, & inflexibi alias*exēplatiuum.
C lis ſemper motionis, & ſuperpoſitorum reductiue & actiue † aſſimilatiuum, tanquam recali-
ficans illa & reſuſcitans in ſimilem caliditatem & igneum cœlitus & holocauſte purgatiuum alias†habēteqꝫ ſemꝑ ſic
& incircumuelatum & inextinguibile * habente, quia ſic ſemper luciformem & illuminati-
uam proprietatem omnis tenebroſæ obſcurificationis perſcrutatricem, & manifeſtatricem, Se alias†nominatiā aut manifeſtatio docet.
" raphim nominationes aut manifeſtationes habent] Hucuſqꝫ litera cōdependet. quo circa lo
quitur venerabilis Hugo: Si ego quod ſentio dicam, primū hoc fateor, quia uerba audiui, aut
non homini dicta, aut non dicta ab homine. Nam ab homine ea dici tam magnum uidetur,
ut nihil amplius homini dari poſſit, & hoc iam forte, quoniā uerba iſta ab illis uerbis nata ſunt
quæ audiri potuerunt, dici non debuerunt. Nam ille quidem qui hæc ſuggerebat uel dicebat 2.Cor.12
uſqꝫ ad tertium cœlum peruenerat, & intrauit in paradyſum dei. Ibiqꝫ uerba quædam à uerbo
audiuit, ſecreta omnino & ſilentio proxima. Audiuimus de immenſis magna de occultis ob
ſcura, de impenetrabilibus profunda. Hæc ſunt quæ nobis ſcrutanda uel potius miranda pro
poſuit autor hoc loco. Nos autem qui cum turba nōdum capere ualemus diuina, dicere poſ Ioan.12
ſumus tonitruum factum eſſe, qui autem ſpiritalior eſt & horum capacior, dicere poteſt, ange
lus locut⁹ ē. Deniqꝫ dñs Linconiēſis: Veriſimile, inq̄t, eſt, hęc uerba eſſe de arcanis uerbis, q̃ Pau Rup.Linc. 2.Cor.12
lus in raptu audiuit, uidit & didicit, huic tñ ſctō tanq̃ ſpecialiſſimo diſcipulo & puritate intellig̃
tię ac diuinis illuminatiōib⁹ & gratijs priuilegiato q̃ſi cęleſtiū cōciui, ea cōmunicare decreuit. Eſt
ergo ordo & ſimplex ſenſus verboꝝ. Nominatiōes aut manifeſtātes Seraphim, i. nomina ma-
niſe-

niſeſtatiua & declaratiua proprietatum ordinis ſummi qui Seraphim dicitur. docent, id eſt de
ſignant. Mobile eorum ſemper circa diuina, id eſt, affectiuum ſeu affectuoſiſſimũ ipſorum de
ſiderium, iugiter circa ea quæ dei ſunt, & ad ipſummet deum, ad omnipotẽtiam, ſapien, iã & be
neuolentiam eius, & ad cætera attributa ipſius, imo & ad ſuper glorioſiſſimam trinitatem: & in
ceſſabile, id eſt deſideriũ inceſſabiliter tẽdẽs in deũ nõ auertibile ab eodẽ, nullam unquam fatiga
tionem nec tepefactionem, nec minorationem recipiens. Et calidũ ſpiritali calore, qui eſt ipſa
affectionis uehementia, non raptim erumpens, neq; celeriter tranſiens, ſed in amiſſibiliter fi
xa ac permanens. Et acutum, id eſt ſubtiliter ac profunde penetratiuum uſq; ad intima ſui di
lecti, & quaſi omni ſubpreſſo pudore iniiciens & uelut præcipitans ſe in abiſſalem infinitatem
ſuperdilectiſſimi creatoris, ſuperpulcherrimi ſpõſi, ſuperdulciſſimiq; ſuperoptimiq; obiecti,
quod ſua amabilitate conuenientia & ſynceritate, ſua, amœnitate, ſpecioſitate, perfectione in
comparabiliter trahit, afficit & delectat, ſuperexcedit, uincit, occupat poſſidet, & in ſe pror
ſus transformat omnem mentem bene diſpoſitam & ipſum obiectum in ſe ſicuti eſt clare in
ſpicientem: Et ſuper feruidum intentæ, id eſt, deſignat deſiderium iſtud eſſe ferueniti[9] quam
à nobis exprimi poſſit cum ſumma attentione ac pleniſſima diligentia, abſq; omni diſtractio
ne & mentis diſperſione indefinenter infixũ ac inhians ſuo dilecto, ita quod inſtar aquæ bul
lientis effert, extollit, & proiicit ſe ſuper ſe, quod item incomparabiliter feruẽtius ſit omni affe
ctu circa bonum creatum uerſante, & quamuis bono tam infinito ſecuriſſime & inauertibiliter
ſit coniunctum, & uſq; ad omnẽ ſatietatem & contentationem fruens eodem, nihilominus iu
giter mouetur & tendit in illud per inuariabilem continuationẽ translationis & transforma
tionis ſui in illud, atq; per totius excluſionem faſtidii: quoniam ſic inhiat illi obiecto, quaſi o
mni momento recenter accendatur & ſuperinflãmetur in ipſo, ac inceſſanter ualidiſſime re E
nouetur ac deglutiatur in illo, hinc ſubditur: Et forſitan intime & inflexibilis & non indigen
tis motionis: hoc eſt nomina illa ſignificant deſiderium iſtud eſſe deſiderium affectionis & ma
tionis forſitan, imo utiq; intime, & interniſſime, non externe nec in aliquo diſtans a ſe, ſed infle
xibilis a ſuo dilecto, nec indigentis bono futuro: quoniam perpetue præſens habet, fruitiueq;
poſſidet totius beatitudinis fontẽ ſuperdelectabiliſſimum & ſuperconuenientiſſimum deum.
Affectionis inquam, reductiuę, id eſt, conuerſiuę ad deum ſuppoſitorum, id eſt, inferiorum &
ſubditorum: & actiue aſſimulatiuum, id eſt efficaciter & actualiter conformatiuum illorum
tam ipſis ſpiritibus ſeraphicis, quam fonti totius perfectionis, qui eſſentialiter charitas eſt, pro
pter quod per ſpiritalis delectationis feruorem ei potiſſime conformantur mentes creatæ, di
1.Cor. 6 cente Apoſtolo: Qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt. Recalificans illa, id eſt, præfatum illud
mobile circa diuina, utpote affectuoſiſſimum deſiderium iugiter intentum & uerſans circa de
um, reaccendit & ignit prædicta inferiora agmina ſecundæ hierarchiæ. Et reſuſcitans illa in ſi
milem caliditatem ſanctæ atq; ſeraphicæ dilectionis. Non eſt, hoc ſic intelligendum, quod an
geli ſecundæ hierarchiæ ſeu quicunq; angelici ſpiritus uſquam frigeſcant, tepeſcant aut remit
tantur à charitatis ardore, quem habent ex beatifico increati boni intuitu, in cuius cognitiõe &
dilectione prout ad beatitudinis eſſentiam pertinet, nunquam creſcunt neq; decreſcunt: nec
quãtum ad hoc, unus ſupernorum ſpirituum perficit alium, imo quo ad præmium eſſentiale
omnes ſunt in termino & ultimitate ſuę perfectiõis, ab exordio ſuę glorificationis, eſtq; in eis F
potentialitas tota, quo ad hoc reducta ad actum. Quod aliqui attendentes, diſplicentiã habu
erũt in uerbis his illuminatiſſimi Dionyſii, quãtũcũq; ſpiritalib[9] ac profundis, qm̃ ſupſicieten[9]
ſonare uidentur quaſi inferiorum angelorum perfectio & inflammatio à ſuperioribus ſint pẽ
dẽtes. Verum iſta non fuit fideliſſimi ac ſapientiſſimi Dionyſii intentio, neq; ſic dixit inferio
ra agmina illa ſuperna a ſupremo Seraphim choro recalificari & in ſimilem caliditatem reſuſ
2.Tim.1. citari, quomodo apoſtolus Paulus admonuit Timotheum: Admoneo, inquiens, te ut reſuſci
tes gratiam dei quæ eſt in te. Sed totum iſtud de mutuis illuminatione & calefactione inferio
rum ſpirituum ſupernorum a ſuperioribus, intelligendum eſt, de influentiis hierarchalium a
ctionum uerſantium circa effectus diuinos, in quibus inferiores a ſuperioribus erudiuntur &
accẽduntur, quæ omnia ad accidentale pertinent gaudium, in quo uſq; ad diem iudicii incre
Luce.15. mentum aliquod ſuo modo ſortiuntur beati, iuxta quod in euangelo ait Saluator: Gaudium
eſt angelis dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. Sic nempe & præmium ac gaudiũ
animarum iam beatarum poſt diem iudicii maius erit ex reſumptis & glorificatis corporibus
& quilibet ciuiũ ſupernorũ ex uniuſcuiuſq; ſui conciuis ſocietate & gloria p charitatẽ & con
Pſal. 121. gratulationẽ ampli[9] dicit iucũdari. Sic qppe cęleſtis Ieruſalẽ participatio redũdat & ẽ in idipſm
iuxta



iuxta pſalmographum. Hæc autem & conſimilia quidam non aduertentes, maluerunt to
tũ hunc librum inſipienter negare, quam iſta atq; conformia eius uerba ſapienter addiſcere ac
pie interpretari. Inſuper mobile illud, quod tamen reuera immobile eſt, utpote inflexibile, in
uariabile & inauertibile a ſuo obiecto, quod nihilominus mobile appellatur, quoniã charita
tis eſt indefinẽter ferri ac tendere in dilectum & uerſari occupariq; circa illum, nec ab actibus
iſtis quieſcere Vnde in exordio huius habetur uoluminis, quod omnis patre moto manifeſta
tio luminum, ubi expreſſum eſt, quod deus pater dicitur moueri, quia procedit in actum. Itaq;
mobile illud, id eſt, feruentiſſimum deſiderium, eſt igneum cęlitus, id eſt, quid ſupernum igni
tum non terrenum, ſecundum quod etiam deus dicitur ignis conſumens & innocue ardens, Deuter.4. Hebre.12.
ita & cœleſte ac deiformę deſiderium eſt tanquam ardentiſſima facula cęliformiter ardens, &
holocauſte purgatiuum, id eſt incenſiue mundatiuum inferiorum ſpirituũ, non ab aliqua ma
cula culpę, ſed a minoratione notitiæ aut perfectionis, ut ſupra expoſitum eſt. Porro holocau
ſtum dicitur ab holon, quod eſt totum, & cauſton incenſio, quaſi totum incenſum, propterea
ſacrificium legis, quod ad diuinę reuerentiam maieſtatis totaliter incendebatur, & uſq; ad cine
res comburebatur, uocatum eſt holocauſtum, vt in Leuitico legitur. Itaq; deſiderium illud mũ Leui.1.
diſſimum igneum & diuinum, eſt purgatiuum holocauſte, id eſt flammigere & inflammati
ue: quoniam ex huiuſcemodi purgatione ſpiritus ſic purgati totaliter accenduntur in deo, &
ſpiritaliter conſumuntur in ipſo, quaſi abſorpti in deitatis oceano, cuius cultui & amori ſe mã
ciparunt perfecte, totaliter & omnino, nil ſui relinquentes ſibimetipſis, quamuis natura & na
turalia in ipſis permaneant integra, imo & prorſus impaſſibilia. Eſt item hoc igneum, incircũ
uelatum, id eſt, a uelaminibus & tegumentis ſenſibilium rerum & ſpecierum purum ac libe
B rum. Eſt enim totaliter ſpiritale, ſupernaturale, gratuitum, ab omni reflexione ad ſeipſum in
ordinata mundiſſimum. Deſignat etiam cognominatio Seraphim, inextinguibilem, id eſt, ſin
gularem uim amoroſam, nullo occurſo minorabilem, iuxta illud in Canticis: Aquæ multæ Cant. 8.
non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Habentem ſic ſemper luci
formẽ & illuminatiuam, ſupple uim: quoniam charitas iſta tam uigoroſa & feruida, non ſolũ
ſortitur præfatas ignis proprietates per hoc quod eſt feruẽs & calida, ſuperferuida & acuta: ſed
item per hoc, quod inſtar ignis eſt clara & fulgida, totius caliginis uitiorum & criminum ex
pulſiua, & ita eſt luciformis illuminans mentẽ habentis in ſeipſa luce, qua increatę luci aſſimi
latur, & per quam aptus eſt etiam alios illuſtrare, quemadmodũ de ſacratiſſimo Iohanne ba
ptiſta teſtatur ſaluator: Ille erat lucerna ardens & lucens: In igne enim ſunt ſplendor & calor Ioan.5.
& quamuis per ſplendorem ſignetur ueritas ſeu ſapientia, hic tamen per utrunq; feruor expri
mitur ſancti amoris, qui pulcherrime in amante ſplendet ac radiat, nec ullam mortalis culpe ſe
cum compatitur labem: imo nec in beatis uenialem culpam unquam habet admixtam, ideo
ſubditur: Omnis tenebroſæ obſcurificationis perſcrutatricem & manifeſtatricem, quoniam
amor feruens & purus ſolicitat mentem, ne quicquam admittat quo dilecto ualeat diſplicere,
C ſeq; diſcutiat & ſcrutetur, an quid tale conſiſtat aut reperiatur in ea. Vitia autem obſcurant.
Cumq; faciat mentem ſe taliter perſcrutantẽ, manifeſtat ei an quid culpę in ea ſit latens, & pro
tinus eam expellit, hinc per ly perſcrutatricem, alia litera habet perſecutricem, veruntamen in
beatis qui ſciunt ſe confirmatos in bono, non habet hos act[9] dilectio ſaltem pro ſeipſis, ſed be
ne pro uiatoribus pro quorum ſalute ſoliciti ſunt. in bonis uero uiatoribus iſtos actus charitas
habet qui aſſidue interiora ſua conſiderant ac ſcrutantur, & quicquid in eis culpabile eſt, extir
pare conantur. ¶ Iam prout donauerit dominus, diligentius perpendamus quali & quanto
ſanctæ charitatis ardore mentes illę ſeraphicæ ſuum diligant creatorem. Quod primo penſa
tur ex parte obiecti quod eſt ipſe deus glorioſus, perfectionaliter infinitus, in omni excellentia
ſanctitate, ſapientia, felicitate, amabilitate & gloria intenſiue formaliterq; immenſus. idcirco ex
hac parte amor ille q̃ chorus Seraphim diligit deũ, finẽ non habet. Porro quo mẽtes creatę ſub
limioris ſunt ſpeciei uehementiorisq; affectiue in naturalibus ſuis, eo magis diſpoſitæ ſunt ad
diligendum deum intenſæ ac uehementer naturali amore. ſicq; Philoſophi Plato & Auicen Plato & Auicenna
na cũ ſuis ſequacibus, locuti ſunt de intenſiſſimo & calidiſſimo ſummarũ intelligentiarũ amo
re ad primã cauſam, de cuius amoris delectatione quidpiã in libro de cauſis inducitur: Alius
eſt amor dei ſupernaturalis infuſus, qui charitas nuncupatur, ad quem atq; ad cuius uehemen
tiã & ardorẽ mentes illæ ſupernę tanto ſunt magis idoneæ, quanto amplioris ſunt eminentię
in naturalibus atq; gratuitis, præſertim in perfectionibus gratiæ gratum facientis. Eſt au
tem probabilis opinio Magiſtri ſententiarum pluriumq; doctorum, quod in angelis ſit corre Pet. Lom.
ſpõ

reſpondentia naturalium & gratuitorum, ita quod excellentiores ſpecifica dignitate, eminen-
tiores ſunt gratiarum perfectione ac ſanctitate. Ex quibus conſequeretur, iuxta opinionem
dicẽtiũ q̃d in angelis tot ſunt ſpecies quot indiuidua, q̃d ſpũsilli de ordine Seraphim ſint indici
bilis dignitatis ac gloriæ, atq; in charitatis feruore inæſtimabilis præcellentiæ etiam unus eo͞r
ſuper alium: quæ opinio cum ſit multum incerta, probabilius reputatur, quod angeli ordinũ
diuerſorum diſtinguantur ſpecifice, & forſitan quidam eiuſdem chori. Cumq; ſpiritus illi ſera
phici tantæ ſint eminentiæ in naturalibus, & ad minus in gratuitis, & in deitatis ueſtibulis col
locati ac proximi deo, atq; ab omni contagione, aggrauatione & retractatiõe corporalis ma
teriæ liberi: conſtat quod mira & ineffabili ſanctæ dilectionis uehementia æſtuantiſſimoq;
calore feruntur in creatorem. Præterea ex cognitione formata & contemplatione ſyncera
proportionata, ſcaturit & erumpit dilectio. Cum itaq; ſubſtantiæ illę ſeraphicæ ſint tam acu-
tiſſimæ, clariſſimę ac perſpicaciſſimę intelligentię, palam quod pariformiter ſint ęſtuãtiſſimæ,
penetrantiſſimę, & uigoriſſimæ affectiõis ad deum, idq; perpetue ęque intenſe, abſq; interpo-
latione. Inſuper, cum deus omnipotens uniuerſa condiderit, ut ſua in ipſis reſplẽdeat ac reprę
ſentetur perfectio, atq; poſt emanationem illam æternam qua ſpiritus ſanctus qui amor eſt ꝓ
cedit à patre & filio, proxima ſit & imitatione propinquior exfluxio & productio chori ſe-
raphici, qui ab amoris exceſſu Seraphim nominantur, idcirco indicibiliter nimis ardent dile-
ctiõe in infinitum præamabiliſſimę deitatis ac ſupergloriosiſſimæ trinitatis, in qua unaquæq;
ęterna ſuperpulcherrima ac infinita perſona diligit quãlibet amore uere ac prorſus immenſo,
a cuius uehementia omnis amor ſeraphicus quantumlibet magnus, deficit infinite: compara
tiue tamen loquẽdo, excellẽter ualde participat illã. Poſtremo beatiſſimę mẽtes illæ ſeraphicę E
uidendo ſe tam pręelectas a cõditore, tot quoq; ac tanta pręfulgẽtiſſima dona ab exordio ſine
labore ſortitas, & ab omnipenitus culpa præſeruatas ab illo, merito incomparabiliter dili gũt
ipſum: & feruentiſſime, humillime ac præcordialiſſime regratiãtur eidem, atq; inęſtimabili de
uotione iucundiſſime ſine interruptione ac ſine totis uiribus colunt, uenerantur ac laudant eũ-
dem: ad quod etiã ſuo exemplo, quantum in ipſis eſt, incitant ſuos conciues. Præterea perpen
dendum, quod proprietates amoris iſtius ſeraphici aptius inſinuantur per proprietates amo-
ris illi⁹ carnalis, q amor hęreos à medicis appellaꝉ. Videmus quomõ amor ille corda ſuorum o
mnino rapit in ſe & in rem dilectã, in quam quaſi trãsfert, transformat & abſorbet amantem,
nęc ſinit eum quieſcere niſi iungatur dilecto, in quem toto impetu fertur, & acutiſſime uſq; ad
interiora uniri conaꝉ. Hęc & alia multa operatur amor ille carnalis prædominans, qui & im-
pellit amantem ad cogitandum de ſingulis quibuslibet membris, diſpoſitionibus, proprie-
tatibusque dilecti. Hæc & conſimilia amor ſpiritalis, exſtaticus, hęroicus, ſeraphicus, di-
uinius excellentius atque ualidius operatur in ſuis ſubiectis, circa incomparabile, & infi-
nitum illud obiectum, incomparabiliter amabilius & pręamandum. Deniq; Richardus de
Richar. Victor. ſancto Victore: Quatuor, inquit, ſunt gradus charitatis ardentis. Primus eſt gradus charita-
Cant. 4. tis vulnerantis, iuxta illud in Canticis: Vulneraſti cor meum ſponſa. Secundus eſt charitatis
Oſeæ 11. ligãtis, iuxta illud Oſeę: In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Tertius eſt cha-
Cant. 2. ritatis languidum facientis, ſicut in Canticis loquitur ſponſa: Fulcite me floribus, quia amore F
langueo. Quartus gradus eſt charitatis defectionem uirium adducentis, rapientis & abſorbẽ
Pſal. 83 tis, ſecundum illud Pſalmi: Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Nonne tibi cor-
de percuſſus uidetur, dum ingens ille amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat,
affectumq; in tantum tranſuerberat, ut deſiderij ſui flammam ac geſtus cohibere & diſſimi-
lare non ualeat, deſiderio ardeat, ferueat affectu, ęſtuet, anhelet, profunde ingemiſcens & lon
ga ſuſpiria trahens. Hęc vulneratæ animæ certatis ſint ſigna gemitus atq; ſuſpiria, uultus pal-
lens & contabeſcens. Veruntamen gradus iſte interpolationem recipit, ſed poſt modicam in
terpolationem æſtuans ardor, feruentior redit, & fractum iam animum acrius rurſum incen-
dit, ac uehementius urit. Sæpe itaq; recedens ſemperq; ſeipſo maior ac fortior rediens, animũ
paulatim emollit, uires confringit atq; exhaurit, donec plene animum ſibi ſubijciat ac ſubſter
nat, ac iugi memoria occupet totum, & totum obliget ſibi, ita ut hoc ei excidere aut aliud co-
gitare non poſſit. Poſt hunc gradum primum ſequitur ſecundus, qui eſt gradus charitatis
ligantis, quando uidelicet mens pura, deuota & amoroſa hoc unum quod tam ualide diligit,
obliuiſci non poteſt nec aliud meditari: quicquid agat aut dicat, hoc ſemper in ea reuoluitur ac
perenni memoria retinetur: hoc dormiens ſomniat, hoc uigilãs omni hora retractat. Hic gra
dus ſecundus inſtar febris acute continuo mentem urit ardore, nec die nec nocte ſinens eam
quieſcere: ſi cq; aſcenditur ad tertium charitatis gradum, qui eſt perfectio charitatis languidũ
facientis



A facientes, quę omnem alium prorſus excludit affectum, dum mens iam nihil pręter vnum aut
propter vnum diligit, in quo gradu nihil ſatisfacere, nil ſapere animo poteſt pręter hoc vnum.
In hoc ſolo quieſcit, ſolo reficitur hoc, ſolo hoc ſatiatur, nihil dulceſcit, nil ſapit menti, niſi bo-
no hoc condiatur, quicquid occurrit quod ſuo affectui non concordat, nec ſuffragatur dum il-
lo fruitur, omnia ſimul cum ipſo habere ſe arbitratur. cætera horret & ei ſordeſcunt. Quartus
gradus charitatis eſt, qui defectionem naturæ viriumq; inducit, qui raptum & extaſim facit, &
mentem amantis in ſuum abſorbet dilectum, & obdormire facit in eo, iam exterioribus ſenſi-
bus ſopitis, atque à ſuis obiectis ipſis modo alienatis, abductis, ſuſpenſis. Hic gradus humanæ
poſſibilitatis metas excedit, creſcẽdiq; terminum neſcit, quoniam ſemper inuęnit quod adhuc
concupiſcere & plenius valeat inuenire. hæc eſt perfectiſſima vnio mentis cum deo in præſen-
ti exilio, quæ fit deſiderio ardentiſſimæ charitatis, quo mens taliter amans frequenter inopina
tis exceſſibus ſuper ſe eleuatur: tamq; intenſe & intente, tam prædominanter ac integranter ſu
perdilectiſſimo deo infigitur, quod omnium obliuiſcitur cæterorum, imó neq; ſeipſam neque
proprium actum aduertit. Itaq; ſi viator hac fragili carne circundatus, ad hanc valet charitatis
vehementiam, apicem & ardorem, raptum & alienationem pertingere, qualem charitatis ex-
cellentiam & exceſſum æſtimandum eſt in ſacratiſſimis illis Seraphim eſſe, cum & omnis per-
fectio viatorum à perfectione infimi angeli tam vehementer deficiat, vt vix exprimi queat?
Suſpiremus ergo ad eos de quibus loquimur, angelicos choros, & in vera iugiter charitate cre
ſcere & proficere enitamur, quoniam charitatis perfectioni eſſentiale præmium patriæ corre-
ſpondet. Conſequenter theologus proprietates medij ordinis primæ hierarchiæ, vtpote Che-
" rubim, exprimit, ſubdens. [Ipſa vero Cherubim cognoſcibile eorum & deiuidum, & altiſſimę
" luminum dationis acceptiuum, & contemplatiuũ in prima operatrice virtute diuinæ pulchri-
" tudinis & ſapientificæ traditionis repletum, & communicatiuum copioſe ad ſecunda fuſioni
" donatæ ſapientiæ] hoc eſt, Ipſa vero, ſupple nominatio Cherubim ſeu ipſum Cherubim no-
men, deſignat cognoſcibile eorum, id eſt, diuinum & increatum ſecretum ab eis cognitum, in-
B ferioribus ignotum aut minus notum. Alia litera habet, cognoſcitiuum eorum, id eſt, præcla-
rum acumen cognitiuæ eorum potentiæ, quoniam in virtute intellectiua ſpecialiter eminent Gre.
reſpectu inferiorum. De quibus ait Gregorius: Cherubim plenitudo ſcientiæ dicitur. & ſupe-
riora agmina illa idcirco Cherubim ſunt vocata, quoniã tanto perfectiore ſcientia plena ſunt,
quanto claritatem dei vicinius contemplantur, vt ſecundum creaturæ modum eo plene o͞mia Bernar.
ſciant, quo viſioni creatoris ſuper dignitatis meritum appropinquant. Bernardus quoq;: Pute
mus Cherubim ex ipſo ſapientiæ fonte ore altiſſimi haurientes & refundentes fluenta ſcientiæ
vniuerſis ciuibus ſuis. Et deiuidum, id eſt, appellatio Cherubim denotat quod ſpiritus chori
huius decorantur claritate viſiõis diuinæ, ſuntq; viſui, id eſt, apti videre deum. ſic etiam notat
in illis acceptiuum, id eſt, facultatem ſuſceptiuam & capacẽ. dationis altiſſimæ, id eſt, valde ſub
limis, imó & altioris quam ſit in inferioribus choris. Luminum, id eſt, diuinarum illuminatio
num ſcientialium ac ſecretarum notitiarum, ſeu etiam luminum gloriæ. Sic item deſignat in
eis contemplatiuum, id eſt, vim contemplatiuam pulchritudinis diuinæ in virtute prima ope-
ratrice, id eſt, immediate in deo, qui eſt prima & ſumma poteſtas, omnium creaturarum opera
trix. Deſignat item repletum, id eſt, quod vis intellectiua Cherubim plena eſt traditionis ſapiẽ-
tificæ, id eſt, donationis ſeu illuminationis, quæ formaliter efficit ſapientes eos qui illam parti
C cipant. Et communicatiuum, id eſt, quod ſpiritus illi Cherubici ſunt copioſe, communicatiui
ſapientiæ ipſis donatæ. fuſione, id eſt, effluxione & effuſione eiuſdem ſapientiæ. ad ſecunda, id
eſt ſuper ſpiritus inferiores. Abundat nanq; in eis charitas, munificentia, obedientia. ideo quã-
to copioſius deſuper illuſtrantur & edocentur ab ipſomet domino ſcientiarũ, eo charitatiuius
liberaliusq; communicant alijs datam eis ſcientiam, iuxta dei commiſſionem ipſis factã & prę
ordinationem diuinam. Etenim deitatis eſſentiam lympidius intuentes, plenius in ea conſpici
unt cauſas & rationes atq; myſteria operum eius, & de eiſdem communicãt inferioribus. Hinc Proclus
Proclus Platonicus diſſeruit: Omnis intellectus plenitudo ens ſpecierum, hic quidem ſpecie-
rum vniuerſaliorum, hic autem particulariorum eſt contentiuus. & ſuperiores intellectus ſpe
cies habent vniuerſaliores, id eſt, plurium repræſentatiuas, & etiam clarius, idcirco illuminant
" inferiores. ¶ [Sequitur deſcriptio proprietatum tertij ordinis, puta Thronorum. [Ipſa autem
" altiſſimarum & compactarum ſedium] id eſt, ipſa denominatio ſedium, id eſt, thronorum cœ-
leſtium, valde ſublimium, cõpactarum, id eſt, firmarum & in omni veritate ſolidiſſimarũ, o͞mi
conſtantia & virtute tam compaginararum, quod diſſolui non queunt, nec ex alicuius inſeſſio
ne in eis, aut ſuperſeſſione ſuper ipſas, deprimi aut grauari [o͞mi diligenter ex altari ignominia

ſubiectionis]hoc eſt,ſignificat hos ſpiritus thronicos eſſe exaltatos ac liberos diligenter omni D
no ab om̃i ignominia ſubiectionis,id eſt,ab om̃i vili ſubiectione[& ad ſummum ſupermunda
ne ſurſum ferens]id eſt,appellatio iſta inſinuat dignitatẽ & efficatiã illorũ ſurſum ferentẽ, id ẽ,
nobiliter ac ſpiritaliter eleuãtẽ ipſos ad ſummum,id eſt,deũ altiſſimum , cuius tã eminenter ac
propinque capaces ſunt,quod in ipſis ſedere aſſeritur. Et hoc ſupermundane.id eſt,non ſicut in
hoc mundo ſedes eriguntur vſq; ad ſeſſurum in eis,& deprimuntur ſub illo:imó ſicut deo ſer
uire,regnare eſt,ſic throni iſti ex creatoris ſui inſeſſione & ſuperquietiõe in ipſis,maxime digni
ficantur ac ſublimantur.ideo non ſunt ruditer imaginandi inſtar materialiũ mundanarumq;
*in ſublimiſſimum. ſediũ.Propter quod dicitur[& in om̃i extremitate ineffabiliter*inſubmiſſum]id eſt, nuncupa
tio hæc deſignat,q̃d ſpiritus iſti ſunt nõ ſubmiſſi,nec indigne ſuppoſiti cuiquã ſedenti,ſed emi
nentius quam capere valeamus aut eloqui,ab om̃i vltimitate immunes ſunt,ac cæteris ſex cho
ris angelicis cunctiſq; materialibus rebus ſublimiores,cũ tñ dominus proteſtatur:Cœlũ mihi
Iſa.66. Iſa.6. ſedes eſt. Vnde & Iſaias:Vidi,inquit,dominũ ſedentẽ ſuper ſoliũ excelſum & eleuatũ. Et Dani
Danie.7. el dicit:Aſpiciebã donec throni poſiti ſunt,& antiquus dierũ ſedit. Thronus eius flãma ignis.
Pſal.103. Ipſe equidẽ miniſtros ſuos facit ignẽ vrẽtẽ. Porro huiuſcemodi ſedes inſtar flãmarũ tẽdunt in
altum,& ab omni extremitate ſunt ſubmiſſi. [& circa vere excelſum totis virtutibus incõmu
tabiliter & ſtabiliter collocatũ]id eſt,nomen iſtud ſignificat ſacratiſſimũ agmen thronorũ eſſe
collocatum,id eſt,ſitũ,coniunctũ & poſitũ apud deũ eo modo,quod dictũ eſt,ſupremã hierar
chiã quaſi in veſtibulis deitatis eſſe locatã. Deniq; deus om̃ipotens & æternus eſt vere,id eſt, in
Iſa.12. dependenter & abſolute excelſus,vtpote vniuerſis & ſingulis infinite & prorſus incomparabi
liter perfectior,dignior,maior. De qua loquitur Iſaias:Mementote quoniam excelſum eſt no
men eius. Itaq; circa vere excelſum,firmatũ & poſitũ eſt agmen hoc totis virtutibus,id eſt cun
ctis & integris viribus ſuis:viribus vtiq;,naturæ & gratiæ ac gloriæ. ideo additũ eſt,ſtabiliter,
id eſt,omnino conſtanter,& incommutabiliter,quod conuenit illis per gratiam & gloriã poti
Iob.4. us,quã per naturã,cũ ſcriptũ ſit in Iob: Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis
Iohan.Da. repperit prauitatem. Nempe ſecundum Damaſcenũ libro ſecundo, angelus non ſecundũ na
turam,ſed gratia eſt immortalitatem ſuſcipiens,ac mente vertibilis,attamen dono gratiæ con
ſummatæ:hoc eſt,munere gloriæ eſt confirmatus in bono,& impeccabilis factus,qui ſecundũ
Iob.15. naturalia ſua cõſideratus,diceretur mutabilis,cum ſermo veritatis teſtetur: Ecce inter ſanctos E
eius nemo immutabilis. Verũtamen peripatetici putauerunt intelligentias loco & alteratio
ne eſſe immobiles. At vero iuxta ſimilitudinem cathedræ iſta dicuntur. Deus enim ſedi qua ſe
det,cuiq; præſidet:interior atq; exterior perſeuerat,interius replens, ſuperius regens: interius
ſubtilitate ac ſimplicitate omnia penetrans,exterius poteſtate omnia ambiens & conſeruans.
quod totum præclarum eſt menti creatæ,imó nihil creaturæ nobilius,nil ei ſalubrius, quã ad
hærere ac ſubijci creatori. [Et diuini ſuperaduentus in omni impaſſibilitate & immaterialita
Iohan.14. te acceptur ũ].i.cognominatio iſta docet quod ſpiritus iſti ſuſceptiui ſunt, gratioſi & glorioſi
deſcenſus & aduentus dei in eos,qui in ſe incircunſcriptibilis inuariabiliſq; perſiſtens,fertur in
mentes illas deſuper aduenire,deſcendere,manſionemq; facere,quibus gratiarum infundit cha
riſmata,& gloriæ dona largitur,vel hæc ipſa conſeruat in ipſis. propter quod apud Iohannem
Ibidem. ait Saluator:Si quis diligit me,ſermonem meum ſeruabit, & pater meus diliget eum, & ad eũ
veniemus,& manſionem apud eum faciemus. Sic autem ſuſceptiui ſunt dei & aduentus eius,
pijſſimi in omni impaſſibilitate & immaterialitate,id eſt,omnino impaſſibiliter & immateria
Proclus liter. Quod enim in alio recipitur,in ipſo recipitur ſecundum modum ipſius recipientis,vt di F
citur in libro de Cauſis. propter quod Proclus fatetur,& idem in libro de Cauſis habetur:Pri
morum omnium quædam ſunt in quibuſdam per modum , quo licet vt ſit vnum eorum in
alio. Quemadmodum ergo throni impaſſibiles & immateriales cõſiſtunt,ita impaſſibiliter im
materialiterq; ſuſcipiunt influentias creatoris,præſertim de paſſione corruptiua loquendo,&
de materia proprie dicta. Eſt autem & paſſio quædam perfectiua,ſicut intelligere & dona dei
recipere,ſunt quædam pati. vnde & in ſubſtantijs ſeparatis ponitur quod eſt & quo eſt, actus
Boethius. quoq; & potentia,ſecundũ Boethiũ. atq; vt libro ſecundo aſſerit Damaſcenus,Incorporeus &
Iohan.Da. immaterialis dicitur angelus,quantũ ad nos. om̃e vero creatũ per comparationẽ ad deũ,groſ
ſum & quaſi materiale inuenitur. ſignat item nomen hoc thronus[& deiferũ]id eſt,proprieta
tẽ internã,qua deũ in ſe geſtare dicuntur,quoniã iugiter manet in ipſis. Nam & Apoſtolus ex
1.Cor.6. hortatur:Glorificate & portate deũ in corpore veſtro. Multo congruentius portatur in mẽte,
non quod localiter baiuletur,ſed quod in portantis corde vbiq; & ſemper quieſcit,iuxta illud
Deute.33. Deuteronomij:Amantiſſimus domini habitabit cõfidenter,& in eo quaſi in thalamo tota die
morabi



morabitur,& inter humeros illius requieſcet[& familiariter in diuinas ſuſceptiões apertum]
id eſt,nomen illud deſignat,quod mentes thronorum peculiariter ſpecialiq; aptitudine ac fa
miliari cohabitatione patulæ ſunt & reſeratæ ad ſuſcipiendũ in ſe influxiones diuinas & quaſ
cunq; dei donationes. mentem nanq; tranquilliſſimam ac deuotiſſimam habent ad deum, qui
ſuper quietum & humilem requieſcit. [Hæc quidem nominum ipſorum,quantum ad nos de
claratio]id ẽ,iſta eſt expoſitio nominum trium ordinum primæ hierarchiæ, quantum ad nos Iſa.66.
ſpectat,aut poſſibile eſt declarare. ipſi vero præclariſſimi throni & cæteri ciues ſuperni, multo
ſubtilius norunt rationes & ſignificantias nominum horum,quæ communia ſunt tam innu
merabilibus beatis ſpiritibus. & in ſpeciali loquendo,diuerſis diuerſimode competunt magis
& minus eminenter,quibus ſecundum hoc,omnia poſſent imponi diuerſa à ſcientibus omnia
illa:quod noſtram tranſcendit facultatem in vita iſta. imó vt libro ſecundo diſſeruit Damaſce Ioh.Dama
nus, terminum,id eſt,diffinitionẽ quidditatiuã & ſpeciem ſpecialiſſimam ſupernorum ſpiritu
um,ſolus agnoſcit creator illorum. quod tamen intelligendũ eſt per incluſionem felicium do
meſticorum ipſius,quemadmodum ſolus paterfamilias dicitur eẽ in domo,quamuis ſimul cũ
ipſo ſint ſui domeſtici. Circa expoſita iſta loquitur Hugo: Manifeſtum eſt, thronos regnanti Hugo vic̃o
um ac iudicantium eſſe ſedes. Ad regnantem autem ſublimitas,ad iudicantem vero veritas pe
tinet. hinc thronos merito ſedes dei altiſſimas nuncupauit,quoniam regnans in eis,ſuperiorẽ
non habet:& compactas,quia in eis iudicans,à veritate nõ diſcedit. Quid eſt compactum? hoc
eſt,apte & conuenienter coniunctum. videte iuncturam ſedium dei. Iunctura ſedium eſt con
uenientia iudiciorum. Omne iudicium ex alio aliud infert,ex culpa pœnam,ex iuſtitia gloriã,
ex merito præmium,ex qualitate operum qualitatem retributionum. Iunctura ergo throno Bernar.
rum, correſpondentia eſt pulcherrima meritorum ac præmiorũ. Præterea ſanctus Bernardus
ad Eugenium:Putemus,ait,thronos ab inferioribus choris alto euolaſſe receſſu, qui ex eo q̃d
B ſedent,throni dicuntur:& ex eo ſedent,quod deus ſedet in eis. Quæris quid illam ſentiam ſeſſi Philip.4.
onem? Summam tranquillitatem,placidiſſimamq; ſerenitatem,pacem quæ omnem exuperat Sapien.12.
intellectum. talis eſt qui ſedet in thronis dominus Sabaoth,iudicans omnia cum tranquillita
te,placidiſſimus,ſereniſſimus,pacatiſſimus. & tales ſibi fecit atq; conſtituit thronos,ſibi ſimiles,
de quibus & beatus fatur Gregorius: Throni illa agmina ſunt vocata, quibus ad exercendum Gre.ho.34.
iudicium ſemper deus omnipotens præſidet. Quia enim Thronus latino eloquio ſedes dici
mus,throni dei dicti ſunt,qui tanta diuinitatis gratia replentur,vt in eis dominus ſedeat & per
eos iudicia ſua diſcernat. Vnde ait Pſalmiſta: Sedes ſuper thronum qui iudicas æquitatem. Pſal.9.
In quibus ſumma pace & amicitia copulatis & intima voluntate quodam ſpeciali charitatis
igne conflatis,tanquam in excelſa & ſecreta ſede præſidet deus. Conſequenter declarata iam ſi
gnificatione nominum ordinum primæ iſtius hierarchiæ,tractat de ſacra poteſtate ipſorum.
[Dicendum vero quam hierarchiam eorum æſtimamus]id eſt,dicendum à nobis nũc eſt,quã
æſtimamus eſſe hierarchiam,id eſt,ſacram hierarchicam poteſtatem & coordinationem eorũ,
videlicet trium ordinum horum. [Omnis quidem enim hierarchiæ ſpeculationem deum imi
tanti deiformitate dependentem ineffabiliter eſſe,& diuidi omnem hierarchicam actionem in
C participationem ſacram & traditionem purgationis puræ, & diuini luminis & perfectiuæ ſciẽ
tiæ,ſufficienter iam à nobis dictum eſſe arbitror]hoc eſt,arbitror dictum iam eſſe ſufficienter
à nobis in iſto libro,præſertim capitulo tertio,ſpeculationem,id eſt, rationem & deſcriptionẽ
vel conſiderationem omnis hierarchiæ,eſſe ineffabiliter depẽdentem deiformitate deum imi
tante,id eſt,à diuina quadam perfectione,per quam & in qua perſonæ in hierarchia contentæ
deo aſſimilantur. In iſto enim vt dictũ eſt,ſæpe conſiſtit ratio hierarchiæ,quod perſonæ hierar
chicæ deũ imitando,inuicẽ ſibi cõmunicent dona ſibi deſuper impartita. nã dictum eſt capitu
lo tertio,hierarchia eſt ſimilitudo & vnitas ad deum quantũ poſſibile eſt. Arbitror quoq; ſa
tis dictum à nobis,omnem hierarchicam actionem,puta purgationem,illuminationem & per
fectionem,diuidi in participationem ſacram,id eſt,in paſſiuam purgationem ſeu receptionem
doni alicuius à ſuperiore. Et traditionem purgationis puræ,id eſt, in purgationem actiuã, qua
ſuperior tradit inferiori purgationis munditiã ab habitu diſſimilitudinis,ſeu minoratiõe per
fectionis ipſum purgando, & in traditione diuini luminis,id eſt,actiuæ illuminationis,qua ſu
perior inferiorem illuminat,lucem ſibi infuſam illi communicando, & in traditionem perfe
ctiuæ ſcientiæ,id eſt, in perfectionẽ actiuam,qua maior perficit ſubditum ſeu minorem. vnde
dictum eſt ſupra,quod ordo hierarchiæ eſt alios quidem purgare , alios purgari:alios illumi
nare,alios illuminari:alios perficere,alios perfici [Nunc autẽ dicere digne proſequamur]id ẽ,

 quia

quia iam ante deſcripſimus hierarchiam in generali, proſequamur nunc digne, id eſt, ſicut nũc D
dignum eſt & rectus ordo docendi requirit, dicere, id eſt, tractare [excellẽtiſſimos intellectus]
id eſt, intellectuales ſubſtantias trium ordinum ſupremorũ [quõ non iam ſecundũ eos hierar
chia ab eloquijs manifeſtatur] id eſt, qualiter in ſcripturis docetur & declaratur hierarchia
eſſe in tribus illis ordinibus, in quibus (vt patuit) conſiſtit prima & ſumma hierarchia angelica
& hoc nunc incipit declarare his verbis: [In primis eſſentijs, quæ poſt ſubſtantificam earum *
thearchiam collocatæ ſunt, & veluti in veſtibulis ipſius ordinatæ, omnem ſunt viſibilem & in-
uiſibilẽ ſuperexcellẽtes†. i. factã virtutẽ facturã propriã æſtimandũ eſt eſſe & om̃ino ęquiformẽ
hierarchiam] Ordo verborum eſt. Aeſtimandum eſt eſſe hierarchiam propriam, id eſt, ſpecia-
lem ac primam, & ęquiformem omnino, id eſt, ęqualis poteſtatis atq; conſimilem in poteſtate
hierarchica, loquendo de conformitate iſta & poteſtate in generali, ſecundum quod ad eandẽ
pertinent hierarchiam, in qua nihilominus ſunt chori ordineſq; diſtincti, quorum vnus eſt al
tior atq; potentior alio, imó in vnoquoq; eorum ſunt primi & medij ac vltimi. Sic ergo putã
dum eſt eſſe virtutem ſpecialem & æquiformem in primis eſſentijs, id eſt, in ſupremis illis per
ſonis trium primorum ordinum. Quæ poſt thearchiam earum, id eſt, poſt ſummum & increa
tum principatum, à quo & ipſæ creatæ ſunt. ideo additur: ſubſtantificam, id eſt, qui eos affecti
ue produxit & ſubſiſtere fecit. collocatæ, ſupple ſunt. quia in ordine vniuerſi ſuperiorem gra-
dum & locum ſortitæ ſunt. & velut in veſtibulis ipſius ordinatæ, id eſt, proxime creatori ſuo
cõiunctæ, quemadmodum qui in veſtibulis domus eſt, patrifamilias eſt multum propinquãs:
ſic iſtæ ſubſtantiæ aſſimilatione perfectionis, ſunt deo viciniores. poteſt autem veſtibuli no-
mine prima cœleſtis palatij manſio deſignari. Omnem ſunt inuiſibilem & viſibilem excellen-
tes facturam, id eſt, digniores omni creatura viſibili & inuiſibili, quæ citra primam eſt hierar-
chiam, non quod Chriſti humanitate aut glorioſiſſima virgine præſtantiores ſint, niſi in natu-
ralibus donis, in quibus etiam excellentiores ſunt ſanctis animabus, quæ vſq; ad primos illos
choros eleuatæ creduntur. Cæterum conſtat quod nec ſummus Seraph tantũ excedit infimũ
angelum, quantũ anima Chriſti glorificatiſſima, præſertim vt verbo æterno hypoſtatice iun-
cta, ipſum Seraph ſupremum. [Puras igitur eas eſſe, æſtimandum] imó certum eſt, quod vni-
uerſi angeli qui cæteris cadentibus ſtantes manſerunt, puri ſunt non ſolum per innocentiam, E
ſanctitatem & beatificam viſionem, ſed etiam ab om̃i impuritate materialis viſcoſitatis & cor-
pulentiæ mixtionalis [non vt immundis maculis & inquinationibus liberatas] id eſt, non ſic
puræ ſunt, quaſi purgatæ ſint à præhabitis immundicijs intellectus aut voluntatis, quia nec ve
nialiter neq; mortaliter vnquam peccauerunt. per quod excluditur error Platonicorum, dicẽ-
tium quod in cœlo ab exordio fuit ruina, ipſiſq; lapſis in hoc mundo aut inferis ſatis purgatis
& caſtigatis, rurſus aſcendant ad compares ſtellas & aulam patris [neq; vt materialium rece-
ptiuas phantaſiarum] ſunt enim eſſentiæ non ſenſitiuæ, ſed purę intellectuales. iccirco nec acti
ones nec paſſiones virium ſenſitiuarum locum habent in eis, niſi metaphorice & ſecundum
apparentiam aut ſimilitudinem quandam, cum alibi ſcilicet quarto capitulo de Diuinis nomi
nibus dicat magnus iſte theologus: In dæmonibus eſt amẽs furor, phantaſia proterua & irrati
onabilis concupiſcentia, in quibus tamen ſecundum theologum naturalia integra permanſe-
runt. Hinc errauerunt dicentes dæmones eſſe animalia corpore aerea, animo paſſiua, mẽte ra-
*Apuleius.* tionalia, tempore æterna, prout Apuleius Platonicus libro de deo Socratis ſcribit [ſed vt o-
mni† ſubiectione mundas & altiores] id eſt, ab omni vili ſeruitute peccati & ſubditione, ſan-
ctæ libertati & charitati contraria, prorſus immunes: quia nec à primo illo apoſtata allici po- F
tuerunt, ſeduci aut vinci [& omni ſuperfirmato templo ſecundum* excellentiſſimam caſtitatẽ
omnibus deiformiſſimis virtutibus ſupercollocatas] id eſt, æſtimandum, imó & firmiter ſen-
tiendum eſt, eſſentias illas & mentes ſupernas eſſe ſupercollocatas, id eſt, eminentiores effectas
omni ſuperfirmato templo, id eſt, omni alio templo dei intellectuali & rationali, in quo per
gratiam aut gloriam habitat deus. templa autem huiuſmodi ſuperfirmata, ſunt angelica agmi
na in bono confirmata, & ſupernaturaliter per gloriam roborata & immobilitata in deo. Cũ
*1. Cor. 3.* enim de fidelibus viatoribus dicat Apoſtolus, Templum dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, po-
teſt hoc de comprehenſoribus eminentius dici, quorum congregatio etiam appellatur trium-
*Apoc. 21* phans eccleſia. nec obſtat illud Apocalypſis, Templum non vidi in ea. Templa quippe mate-
*Hebræ. 9.* rialia manu facta ibi non ſunt, dicente Apoſtolo: Non enim in manufacta ſancta Ieſus intro-
*Apoc. 21.* ijt. non tamen ratio templi ſpiritualis diſconuenit ſanctis illis, cum & in prætacta Apocalypſi
ſubiungatur: Dominus deus omnipotens, templum illius eſt & agnus. Sic ergo ſupercolloca-
tę ſunt

*Marginal notes:* * diuinitatem. * facta virtutem. † diminutione. * excellentiſſimam.



tæ ſunt omni ſuperfirmato templo ſeu cunctis manſionibus regni cœleſtis, haud dubiũ quin
A per excluſionem ſuijpſarũ ſecundum ſuperexcellentiſſimã caſtitatẽ. Palã peritis conſtat, quod
caſtitas ſeu continentia, prout eſt virtus moralis, paſſionẽ concupiſcentiæ reprimens, non in-
ſit immaterialibus illis ſpiritibus. Sumitur ergo hic caſtitas extenſę pro ſpirituali puritate & pu
ra adhæſione cum deo, cui puritati fornicatio ſpiritualis opponitur, quæ eſt in omni peccato
mortali, iuxta illud Pſalmi: Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt. perdidiſti om̃es qui for- *Pſal. 72.*
nicantur abs te. Hæc enim fornicatio eſt receſſus mentis à ſponſo cœleſti, quæ tamen in vitio
idololatriæ præſertim perpenditur, de qua Oſeæ ait: Spiritus fornicationis decepit eos, & for-
nicati ſunt à deo ſuo. De qua in Ieremia & Iezechiele fit ſæpiſſime mentio. In ordinibus ergo *Oſeæ 4. Iere. 3. 13.*
primæ hierarchiæ eſt excellentiſſima caſtitas, id eſt, feruentiſſima & integerrima adhæſio men *Ieze. 16. 23*
tis cum deo, per quam cæteris omnibus ſanctis angelis præferuntur: nec ſolum per huiuſmo- *43.*
di caſtitatem, ſed & in omni deiformiſſima virtute, qua ſcilicet mens creata creatori potiſſime
conformatur, vt ſcilicet ſunt ſapientia, prudentia, fortitudo, conſtantia, in quibus cæteris ante-
ponuntur. poteſt quoq; ita exponi, quod ſuperpoſiti ſunt omni templo ſuperfirmato ſecundũ
ſuperexcellentiſſimam caſtitatem. virtutibus, id eſt, conſideratam & exiſtentem in omni dei-
formi virtute: quia non ſolum in adhæſione charitatis, ſed in omni etiam actu cuiuſcunq; vir-
tutis ac doni quærunt ſolius dei gloriam & honorem finaliter, atq; puriſſime conuertũtur ad
ipſum abſq; inordinata reflexione ad ſe. Quocirca ait Iohannes Scotus, & conſonat Iohannes
Sarracenus: Deus propter ſe ſolum, non propter aliud eſt amandus. omnia vero alia quæ amã *Iohã. Sco. Ioha. Sara.*
tur, propter ipſum amanda ſunt. Talis quippe dilectio caſta eſt. nam ſpiritualiter fornicari ẽ,
B à charitate frigeſcere, deum debito minus diligere, & aliud plus quam oportet amare [& pro-
prio per ſe motu, & eodem motu ſecundum diligentis deum inconuerſibile ordinis ineffabili
ter receptas] id eſt, æſtimandum ac ſentiendum eſt, perſonas has hierarchiæ ſupremæ eſſe rece
ptas, id eſt, in ſuis receptaculis, locis, choris ſeu mãſionibus conſtitutas, motuproprio, id eſt, ꝓ-
prio actu dilectionis cui eſſentiale præmium correſpondet. hoc eſt, propria conuerſione atq;
tendentia, non mediante alio reducente ac dirigente. ideo ſubditur: per ſe, id eſt, immediate, nõ
vtiq; ſine creatoris cooperatiõe, qui in om̃i actu cauſæ ſecundæ plus agit & influit quã cauſa ſe-
cunda, nec ſine illius motione interna & excitatione benigna, præuentioneq; pia aliquid me-
ritorie cogitat, vult aut agit mens quæcunq; creata. Et eodem motu. Quo em̃ altioris ſunt di-
gnitatis & ordinis, eo ſimplicius & per pauciora conuertuntur ad deum. Nam Philoſophus *Ariſtote.*
loquitur quod ea quæ minus diſtant à prima cauſa, paucioribus motibus conuertuntur ad
eam. Proclus quoq;: Vnum quodq;, inquit, procedens ab aliquo, à primo per tot conuertitur, *Proclus.*
per quot procedit. Secundum inconuerſibile ordinis diligentis deum, id eſt, ſecundum immu-
tabilem ordinem charitatis, qua deus primo ac ſumme diligitur, cuius charitatis inconuerſibi
lis, inuertibilis, inuariabilis ordo diuinitus inſtitutus, requirit vt deus ſuper omnia ſynceriter
diligatur, potiſſime à beatis, qui nec venialiter vnquam ab ordine illo declinant, ſicut nos mi-
ſerrimi viatores. de quo ordine ait ſpõſa in Canticis: Ordinauit in me charitatem. Porro totũ *Can. 2.*
C iſtud factum eſt in beatiſſimis illis ſpiritibus ineffabiliter nobis, qui ſublimia illa ſupernatura
lia & ſpiritualiſſima in ſua puritate & ſicuti ſunt in ſe, nec capere nũc valemus, nec eloqui: imó
diuina illa & immaterialia melius poſſunt intelligi, quam effari [& in * ſubiecta contumeliam *ſubiectis*
omnino neſcientes] id eſt, ordines illi ſupremi, quanto ſunt cæteris altiores, tantó & humilio-
res. idcirco ad choros inferiores nequaquam ſe habent indignabunde, nec aliquo faſtu ſuper-
biæ, ſed dignantiſſime atq; pijſſime. ideo neſciunt per approbationẽ, neq; exercent contumeli-
am circa illos. imó quod deſuper datum eſt ipſis, communicant illis charitatiue, illum ſectan
tes de quo ſcriptum eſt: Qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Vel ſic: In ſubiectis cõ- *Iaco. 1.*
tumeliã neſcientes, id eſt, ſpiritus illi ſupremi, ex quo non præſunt hominibus, neq; ad exterio-
ra mittuntur, idcirco nec contumeliam patiuntur ab illis, quemadmodum angeli qui ſingu-
lis præſunt hominibus, qui ſanctis illorum inſtinctibus frequẽter rebelles ſunt & ingrati. ſicq;
contumeliam patiuntur ab illis, quibus nihilominus pijſſime adſunt, condeſcendunt, conſu-
lunt, & pro tot iniurijs & offenſis tot & tanta rependunt beneficia omni die. ab inferioribus q̃-
q; ordinibus angelorum nunquam contumeliam ſuſtinent, quia in cunctis ſubiecti illis ipſis
obediunt [ſed incauſalem ſemper & intranſmutabilem habentes propriæ deiformis ſpecialita
tis puriſſimam collocationem] id eſt, ordines illi altiſſimi ſunt habentes indeſinenter colloca
tionem puriſſimam ſpecialitatis propriæ deiformis, id eſt, ſuæ ſpecialis dignitatis ac gratiæ, ꝑ
quam deo præ alijs conformantur, tamq; ſublimiter collocantur, incauſalem, id eſt, à nullo in

feriorum cauſatam,vel potius incauſalem,id eſt,inferiorum non productiuam immediate & D
per ſe,quia non habent miniſterium circa illa. Alia litera habet incaſualem,quia ipſorum col
locatio ſeu ordinatio nec caſui nec fortunæ eſt ſubiecta. ideo ſequitur: Et in tranſmutabilem,
ideſt,vniformem ac ſtabilem,quia in illo inauertibiliter ſunt firmati & optime ordinati,apud
Ibidem. Iohã.Sco. quem non eſt tranſmutatio,nec viciſſitudinis obumbratio. Circa hæc ait Iohannes Scotus:
Quoties peccamus,angelos noſtros quibus commiſſi ſumus,contriſtamus,eisq; contumeliã
facimus,qui tamen noſtræ ſalutis cauſa ſæpe hic manere dignantur, & nobiſcum de loco ad
locum migrare. verum ſupremi illi ordines habent collocationem ſuæ ſpecialis excellentiæ
firmiſſimam,quoniam ſicut ſanctiores ſunt cæteris, & affectuoſius ſe in exordio ſeculorum
ad ſuum conuerterũt creatorem,ſic glorioſius coronari promeruerunt,& facti ſunt manſione
ſublimiores,& agnitione reuelationeq; myſteriorum ſecretiores. [Contemplatiuasq; iterum
ſenſibilium ſymbolorum] id eſt,ſentiendum eſt quod præfatæ mentes ſupernæ, ſint cognoſci "
tiuæ ſenſibilium ſignorum & figurarum,quæ in ſacramentis & ſcripturis aut creaturis ad inui "
ſibilium ac diuinorum deſignationem atq; notitiam,ſunt digeſta ac præmõſtrata. qualia mul
Ex.25.26.28.36.37.38. ta fuerunt in tabernaculo Moſi temploq; Salomonis,in imaginaria quoq; viſiõe & valde my
ſtica deſcriptione templi. Iezechielis ac Iohannis in Apocalypſi,quorum omnium myſticas ſi
3.Reg.6.7. 2.Para.3. gnificationes & intelligibiles ac inuiſibiles veritates ſpiritus illi cœleſtes ex reuelatione diui
Ieze.41.42.43.44.45.46. na aut mutua norunt. Quicquid enim de his reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis ac prophetis,ſpi
ritus illi plenius cognouerunt,quorum miniſterio reuelata ſunt iſta hominibus mediate aut
Apoc.21. immediate. Verumtamen ſenſibilia iſta & materialia ipſi inſenſibiliter intelligibiliterq; cogno
Proclus. ſcunt,ſicut & Proclus & autor libri de Cauſis,teſtantur. Nempe vt libro de conſolatione phi
Boethius loſophiæ pulchre deducit Boethius,Cognitio fit ſecundum modum cognoſcẽtis,non cogni
ti. eandem nanq; rem aliter cognoſcit ac intuetur viſus,aliter vis imaginatiua,aliter ratio vt di
ſcurrens,aliter intelligentia vt ſimplici intuitu cognoſcitiua [aut intellectuali cum ſpeculati "
uas] id eſt,immaterialium rerum & ſpiritalium veritatum, necnon ſupercœleſtium theopha "
niarum,diuinarumq; apparitionum intuitiuas. hæc enim magis proportionata ſunt intelle
ctibus ſeparatis. Vnde ſeptimo capitulo de diuinis nominibus magnus doctor iſte fatetur: In
tellectuales & inuiſibiles cœleſtium animorum virtutes, ex ſapientia dei beatas & ſimplas in E
telligentias ſunt ſortitæ [neq; vt varietate ſacrę ſcribentis theoriæ in diuinum reductas] id eſt, "
non eſt æſtimandum,mentes illas ſupernas eſſe reductas in diuinum,id eſt,ad dei ac diuinorũ
notitiam varietate,id eſt,per varias deſcriptiones,formas ac ſpecies theoriæ ſacræ ſcribentis,id
eſt,diuinæ ſcripturæ ſacra ac diuinalia ſpeculantis ac deſcribentis,à qua mẽtes illæ non inſtru
untur [ſed & omnis immaterialis ſcientiæ altiori lumine repletas] id eſt, exiſtimandum ipſas
eſſe repletas lumine ſublimiori,contentiuo ac repræſentatiuo omnis notitiæ. immaterialis,id "
eſt,puræ & abſtractæ ſcientiæ. ſcientiæ quoq; immaterialis,id eſt,immaterialium & incorpo
ralium rerum. Sunt enim ab exordio ſuæ creationis multiplici ſapientia ac ſciẽtia adimpletæ,
ad minus loquẽdo de ſapientia & ſcientia naturali. Multoq; maiori ſapientia atq; ſcientia ſunt
impletæ,mox vt ad creatorem ſuum ſe meritorie conuerterunt,& deum per ſpeciem cœperũt
videre,in cuius eſſentia tanquam in vniuerſorum exemplari ideali ac fontali principio, ordi
nem mundi & multa cognouerunt ſecreta,ſecundum quod exemplar illud increatum ſapien
tiale ac liberum,illis ſe voluit præſentare,& prout ex dignitate ſuæ naturæ ſpecificæ ac eminẽ
tia meritorum ſuorum & dignæ fuerunt & aptæ. Aliqua demum,imó & alia multa illis deſu F
per ſunt oſtenſa ſecundum exigentiam & congruentiam temporum & cauſarum,de quibus al
tiores & magis illuminati illuminant inferiores tempore opportuno. ¶ Præterea quæri po
teſt,qualiter mentes illæ immateriales per formas ſuas intelligibiles,puras & ſimplices intelli
gere queant materialia,corporalia & ſenſibilia,temporalia & mutabilia iſta cognitione etiam
diſtincta determinata ac propria,quantum ad particulares & ſingulares circunſtantias,propri
etates & conditiones. De huius quæſtionis multiplici ſolutione dicta ſunt multa ſuper ſecun
dum Sentẽtiaꝝ ſecundum diuerſos doctores. idcirco pertranſeo,tantundem nunc tangemus,
quod ſpecies illæ & formæ intellectibus angelorum inditæ & impreſſæ, ſecundum quod flu
unt ab idealibus formis ac rationibus mentis diuinæ,magnam & incognitã nobis habẽt vim
præſentandi & illuſtrandi ac notificãdi,iuxta diſpoſitionẽ & ordinationẽ increatę ſapiẽtię dei,
queẽadmodũ & inferioribus,imó ac infimis rebus,videmus & experimur eẽ vires vehemẽt ma
gnas & admirãtes. Intelligentiæ demũ ſuperiores per ſpecies vniuerſaliores intelligũt plura &
magis



magis diſtincte,quàm inferiores per ſpecies minus vniuerſales: quemadmodum etiam homi
A nes eminenter ingenioſi ac eruditi plura intelligunt in primis & generalibus ſcientiarũ prin
cipijs,quàm cæteri in particularibus maximis [& formificę & principalis pulchritudinis,& ſu "
pereſſentialis,& ter lucentis contemplatione,quantum fas eſt,refertas. ] hoc eſt,ſentiendũ eſt "
mentes iſtas ſupernas eſſe refertas,id eſt,ſpiritaliter impinguatas, fœcũdas, impletas contem
platione,id eſt,cognitionis præclaræ ac eminẽtis pulchritudinis increatæ formificæ,id eſt quę
cauſa eſt & factrix omnis formæ creatæ & ideatæ. Eſt quoque principalis,imo infinite princi
palior & ſpecioſior cæteris cunctis, & ſupereſſentialis, quum ſit extra & ſupra omne genus ac
ordinem rerum,cuius comparatione omnis pulchritudo creata,eſt quaſi deformitas. Et ter lu
centis,id eſt,in omnibus creaturis potiſſime ſimul conſideratis, perfectiſſime reſplendentis.
Increata enim pulchritudo,quum ſit exemplar,cauſa, & forma omnis creati decoris,in vniuer
ſis & ſingulis repræſentatur ac ſplendet,potiſſime in ordine vniuerſi. Nam ſicut omnia ſimul
accepta ſunt bona valde,ita & pulchra valde. Quum itaque om̃ia ſuper tria ponantur, per hoc
quod pulchritudo dei affirmatur ter pulchra,inſinuatur omnino perfecta. Dicitur quoq; ter
lucens,quoniam in donis naturæ ac gratiæ, donisq; gloriæ fulget eximie, prout hoc infra li
bro de Diuinis nominibus euidentius exponetur,deo præſtante. Hinc & Plato in primo Ti
mæi: Incomparabili (inquit) pulchritudine mundus eſt. Etenim operi formã dat opifex deus. Plato.
Boethius item: Tu cuncta ſuperno
Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipſe, Boethius
Mundum mente gerens, ſimiliq; in imagine formans.
Inſuper dicitur ter lucentis,quia pulchritudo hæc increata, in tribus ſuperglorioſis perſonis
B vna & eadem numero conſiſtit ac fulget pleniſſime, quamuis per appropriationem dicatur
eſſe in filio,dicente Hilario: Aeternitas eſt in patre,ſpecies in imagine, vſus in munere. Huius Hilarius
ergo pulchritudinis contemplatione refertæ ſunt eſſentiæ & perſonæ hierarchiæ primæ ange
licæ, quantum fas eſt hoc dicere, vtpote ſecundũ gradum ac modum ſuæ poſſibilitatis, non
ſecundum totam actualitatem & cognoſcibilitatẽ illius tam infiniti obiecti, quod ſibi ſoli ple
na comprehenſione eſt cognitum. [Communicatione autẽ Ieſu ſimiliter digne factas] id eſt, "
ſentiendum eſt, glorioſos ſpiritus illos dignos eſſe effectos communicatione meritorum &
gloriæ ſaluatoris & agnitione myſteriorum ipſius. Per Chriſtum nanq; & eius myſteria glo
rioſaq; merita,reparata eſt ruina angelica,& multipliciter aucta gloria accidentalis beatitudi
nis angelorum,qui & Chriſti incarnationem præcognouerunt, prædixerunt, & factam mox
publicauerunt,canentes: Gloria in excelſis deo. Vnde ad Timotheum Paulus manifeſte in 1.Timot.3
quit: Magnum eſt pietatis ſacramentũ,quod manifeſtatum eſt in carne,iuſtificatum in ſpiritu, Lucæ 1. Lucæ 2
apparuit angelis,prædicatum eſt gentibus,creditum eſt mundo, aſſumptum eſt in gloria. Et
ad Epheſios: Deus inſtaurauit omnia in Chriſto,ſiue quæ in cœlis ſunt,ſiue quæ in terris. Facti Ephe. 1.
ſunt ergo participes gloriæ redemptoris, quemadmodũ in Apocalypſi ait Iohannes: Vidi,& Apocal.5.
C ecce in medio throni & quatuor animalium & ſeniorũ agnum ſtantem. At vero quod ait: Di
gnefactas,pro vna hic ponitur dictione compoſita, quomodo autem factum ſit iſtud ſubiun
gitur. [Non imaginibus * ſacrefactis formatiue figurant † diuinam ſimilitudinẽ,] id eſt,men " *ſacrefictis
tes illæ ſupernæ non figurant ſibi,id eſt, per corporalem ſimilitudinẽ ſibi non deſcribunt nec † deificam.
imaginãtur ſimilitudinẽ dei,imaginibus ſacrefactis,id eſt ſenſibilibus formis inſtitutis ad deſi
gnandum aliquod ſacrũ. Formatiue,id eſt, per circumſcripta lineamẽta. Hoc eſt, non vident
deũ imaginaria viſione,neq; per ſpeculum in ænigmate: iccirco non proponũt ſibi corporeũ 1.Cor.13.
aliquid ad intelligendum, quid ſit deus,& cui ipſe ſit ſimilis. [ſed vt vere ipſi approximantes] "
id eſt,mentes illæ digniſſimæ in prima hierarchia exiſtentes, tanquã veraciter propinquiores
deo,quàm alij chori [in prima participatione ſcientiæ] id eſt,per hoc quod primo,& abundan
tius cæteris,ac immediate illuſtrantur à deo,quod eſt ſcientiã dei participare. [deificum † lu " * lumen
minum eius,] id eſt,illuminationum & contemplationũ dei, per quę mentes ſanctæ deifican "
tur. hoc eſt,deo excellenter aſſimilantur,iuxta illud Iohannis: Similes ei erimus, quia videbi 1.Iohã.3.
mus eum ſicuti eſt. Hoc ergo deificum luminum,id eſt, luminis gratiæ & gloriæ communi
cant,id eſt,cõmuniter cum alijs participant,ac inferioribus influunt. [& quia deo ſimile ipſis "
ſubiectiue donatum eſt] id eſt,etiã ideo, quia ab inſtanti creationis datũ eſt illis eſſe quid ſimi " † alias ſub ſtantialiter
le creatori,ita quod ſimilitudo dei in eis reſplendet, & ipſæ dicuntur imago dei, non per æqua
litatẽ & veritatẽ naturæ,ideo ſequitur: ſubiectiue,hoc eſt,ipſe ſunt imago ſeu imagines dei,& ſi
miles per imitationẽ & participationẽ perfectionis diuinæ,multo præclarius q̃ aĩæ rationales


non per

Hebræ. 1 non per æqualitatem & veritatem diuinæ naturæ, per quem modum vnigenitus dei vocatur, D
& eſt dei patris imago, à cuius perfectione mentes illæ, quantumcunque ſublimes deficiunt
Matth. 22 Marci 12 infinite. Eſt enim duplex imago, vtpote naturalis & imitatiua. Primo modo, imago impera
Lucæ. 20 toris eſt in filio ſuo. Secundo modo eſt in nũmo, iuxta illud: Cuius eſt imago hæc & ſuperſcri-
ptio? [Communicant ergo] mentes illæ [huiuſmodi] donis dei [vt poſſibile eſt in præopera
trice virtute] id eſt, immediate in deo, à quo immediate illuminantur. Cõmunicant, inquam,
[deificis ipſius & humanis virtutibus] id eſt, pro viribus aſſimilantur, ſeque conformant vir-
tutibus Ieſu, tam illis quæ ei conueniunt ſecundum naturam diuinam, vt ſunt charitas, iuſtitia
munificentia, pietas, quàm illis, quæ Chriſto conueniunt ſecundum ſuam humanitatem, vt
ſunt humilitas, manſuetudo, gratitudo, offitialitas. Videntes namque vnigenitum dei ſic in-
carnatum, humiliatum, obſecutum & paſſum, admirati ſunt, ædificati ſunt, & ad imitandum
Grego. decenter iuxta ſuum modum inclinati, eo modo quo ait Gregorius, quod videntes creatorẽ
Apoca. 22. ſuum hominem factum, renuerunt ab hominibus adorari vt ante. Et quoniam pater & præ-
ſul & doctor iſte iã ſupra oſtendit quomodo ſummis ſpiritibus iſtis tertiæ hierarchiæ conue
niat purgatio tam actiua quàm paſſiua, & item illuminatio iſta duplex: conſequenter idem de
clarat de perfectione. [Perfectas autem ſimiliter] id eſt, eodem modo ſentiendum eſt, eas per
fectas perfectione ad actus hierarchicos pertinente, de qua hic ſermo. [non vt ſacra varietate
analyticam ſcientiam illuminatas] id eſt, non tanquam illuminatas ſeu eruditas ſcientiam a-
nalyticam, id eſt, expoſitoriam, reſolutoriam, & imperfectam, quam poſtea reſolui & explana
ri oporteat per euidentiora, & reſoluendo vſque ad prima principia: imo ſimplici mentis in-
tuitu conſpiciunt veritatem, atque in primis principijs ſimul intelligunt concluſiones. Non
ergo ſunt taliter eruditæ varietate ſacra, id eſt, per ſenſibilium ſimilitudinum ac formarum di-
uerſas & varias deſcriptiones aut propoſitiones. [ſed vt primæ & ſupereminenti deificatione
repletas] id eſt, tanquam impletas diuinitus deificatione, id eſt, diuina aſſimilatione prima in
ordine cœleſtium hierarchiarum, & ſupereminenti, id eſt, eminentiori quàm illa, quæ conue-
nit ſequentibus choris. [ſecundum excellentiſſimam, quantum in angelis, diuinorum ope-
rum ſcientiam.] id eſt, ſecundum ſublimiſſimam notitiam operum diuinorum, quæ angelicis E
ineſt ſpiritibus, de quibus erudiuntur immediate à deo, allocutione & inſpiratione interna ex-
huberanter præ cæteris, vt dictum eſt ſæpius. Hinc ſubditur: [Non enim per alias ſanctas eſ-
† diuinitate. ſentias, ſed ab ipſa † thearchia ſanctificatæ, in ipſam immediate extenduntur.] id eſt, mentes
hæ trium ordinum primæ hierarchiæ, extenduntur, id eſt, per contemplationem eleuantur
in ipſam thearchiam, ſeu deitatem omnium principem, non ſanctificatæ per alias ſanctas eſ-
ſentias, id eſt, non purificatæ & perfectæ aut reductæ per alios angelicos ſpiritus. Extendun-
tur inquam ab ipſa deitate [omnibus ſupereminenti virtute & ordine & dignitate,] id eſt, à dei-
tate, quæ cunctis eminet creaturis & choris, virtute, id eſt, virtutum perfectione ſeu omnipo-
tentia, & ordine, id eſt, actiua ordinatione, quum ſit totius ordinis cauſa, imo ſupra & extra
omnem ordinem rerum, quamuis ordo vniuerſi ſiſtat in ea, in aſcendendo tanquam in puro
actu, ſicut in deſcendendo ſiſtit in materia prima tanquam in pura potentia: non tamen omni
no eodem modo, quia in deitate ſiſtit tanquam in principio extra, & dignitate, id eſt, honora-
bilitate, autoritate vniuerſali perfectione ac nobilitate, in quibus omnibus eminet & præful-
get ſupergloriosiſſimus & ſuperbeatiſſimus deus vniuerſis & ſingulis penitus infinite. [& ad F
caſtiſſimam omnino fortitudinem collocantur.] id eſt, in dilectione dei puriſſima, & in omni
moda ab omni malo continentia inuiolabiliter ſunt conſtituti. [& ad immaterialem & inuiſi
bilem pulchritudinem, quantum fas in contemplationem adducuntur,] id eſt, per contempla
tionem reducuntur immediate ad immaterialem & inuiſibilem pulchritudinem intuendam,
tanquam ad finale beatificumq; obiectum, ad quod contemplatio illa eſt quaſi proxima via,
vel potius formaliter vnio immediata cum ipſo, [quantum fas] id eſt, quantum licitum vel
conceſſum eſt. Sunt enim mentes illæ ſapientiſſimæ prorſus diſcretæ ac reuerentialiſſime ſe
habentes ad deum, cuius immenſitatem, immenſamque actualitatem, actualiſſimã quoque
incomprehenſibilitatem, ſciunt in infinitum excedere omnẽ ſuã vim cognoſcitiuã: iccirco nec
volunt, nec cupiunt eum cõprehendere omnimode, & taliter, tãq; perfecte ſicut ipſe cõprehen-
dit ſeipſum. Nihilominus vere cõprehenſores vocantur, & deũ veraciter cõprehendunt, id eſt,
immediate in ſeipſo facialiter clare conſpiciunt, nec perfectius eũ videre deſiderant, q̃ ipſis de-
ſuper eſt præfixũ atq; promeruerunt. Sunt etenĩ ſaluberrime ſatiati & contentati eo ipſo quod
habent, ſecundũ quod illud habent. Inſuper ſicut cõmuniter dicimus, vnũ beatorũ habere in
alio



alio, quod non habet in ſeipſo: ſic omnes habent in ſuperexcellentiſſimo creatore, quod non
A habent in ſe: quoniam de illius felicitate, perfectione, & gloria vehementius inundantur, quàm
de ſua. Et de hoc, quod ipſe ſolus ſe plenarie comprehendit, plus gaudent, quàm de hoc quod
ipſi eum ſuo modo comprehendunt: imo mallent ſe non eſſe, quàm quod ille ad momentum
ſua tam immenſa gloria priuaretur. Sic præualet ac prædominatur in ipſis amor dei. Præ-
terea, ſicut bonum dicit habitudinem quandam ad appetitum, ſic pulchrum ad intellectum,
ſeu viſum. Quemadmodum ergo ad rationem pulchritudinis corporalis requiruntur ac per
tinent tria, videlicet elegans ſtatura, comproportio apta membrorum, ac viuidus color: ſic ad
pulchritudinem ſpiritualem dei tria quædam pertinere videntur, quia pro eleganti ſtatura
conuenit ei altitudo immenſa, pro comproportione membrorum conuenit ei conuenientiſſi
ma connexio attributorum: pro viuaci colore ſuperſplendidiſſima claritas ſua. [& ad diui-
norum operum ſcibiles rationes, vt primæ & circa deum eſſentiæ flectuntur.] id eſt, mentes il-
læ ſupernæ tanquam primæ & proximæ deo, & circa ipſum conſiſtentes per præcipuam diui-
næ perfectionis participationem, flectuntur, id eſt, ſeipſas flectunt ac vertunt ad rationes ope-
rum diuinorum ſcibiles eis, hoc eſt, ad cognoſcendum & contemplandum cauſas & rationes
diuinorum myſteriorum atque effectuum cognoſcibiles ipſis. Non enim queunt omnes
huiuſmodi rationes cognoſcere. Denique deum in ſeipſo contemplantes vultum ſuum
intellectualem, quaſi dirigunt recte in altum, ac eleuant in directum: dum vero opera dei ra-
tionesq; operum eius inquirunt ac penſant, quaſi flectere ſe dicuntur, id eſt, ad aliud diuertere,
non tamen à deo recedere perhibentur. [& ab ipſo perfectionis principe] id eſt, à deo totius
perfectionis cauſa & fonte [* excellentiſſimæ ſanctificatæ ſunt] id eſt, eminentius purificatæ, * excellentiſſimæ.
B & omni perfectione virtutum ornatæ: ſi autem in naturalibus ſolis creati fuerunt concreta,
fuit eis ſola ſanctitas naturalis: ſi vero in gratuitis cõditi ſunt, id eſt, in charitate & gratia gratũ
faciente & donis illis annexis, ſic ſupernaturalis ſanctitas fuit eis concreata habitualiter. Per a-
ctualem vero conuerſionem ad ſummum bonum adeptæ ſunt ſanctitatem cooperando gra-
tiæ dei & habitibus illis vtendo. Nunc tamen forſitan mentio eſt de ſanctificatione ſeu perfe-
ctione, prout eſt actus hierarchicus, quem non oportet iugiter eundem numero eſſe in eis.
[Hoc ergo theologi aperte declarant] id eſt, iſtud quod dictum eſt iam & protinus ſubditur,
authores & tractatores ſcripturæ euidenter oſtendunt & docent, videlicet [ſuppoſitas quidem
cœleſtium eſſentiarum diſpoſitiones] id eſt, choros angelorum inferiores bene diſpoſitos [ſu
perfirmatis] id eſt, à ſuperioribus ordinibus [ornate] id eſt ſapienter & pulchre [erudiri deifi-
cas ſcientias] id eſt, illuminationes & notitias diuinorum, [omnium vero altiores] id eſt, tres
ſupremos ordines primæ thearchiæ [ab ipſa † hierarchia quantum fas doctrinam illuminari] † diuinitate.
id eſt, à poteſtate diuina, ſeu deo oĩpotente immediate, prout decens eſt, informari: quod con-
ſequenter probat in particulari. [Quaſdam enim illarum] id eſt, aliquas perſonas ordinum in
feriorum [introducunt] id eſt, dicunt theologi [à prioribus] id eſt, à ſuperioribus angelis [ſa-
C cræ eruditas dominum eſſe cœleſtium virtutum, & regem gloriæ in cœlo humanitus rece-
ptum] id eſt, Chriſtum qui ſecundum humanam naturam aſcendit in cœlum eſſe ſecundum
ſuam diuinam naturam, dominum virtutum cœleſtium, id eſt, creatorem ac ſummum domi-
natorem ſupernorũ ſpirituum, & regem gloriæ, id eſt, principem maieſtatis immenſę ac iucun
ditatis æternæ, de quo ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Si cognouiſſent, nunq̃ dominum glo 1 Cor. 2
riæ crucifixiſſent. Iſtud ex pſalmo acceptum eſt, quo habetur: Tollite portas principes veſtras Pſalm. 23
& eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Circa hæc expoſitores allegant beatum
Hieronymum perhibentẽ: Virtutes angelicæ, quæ Chriſto domino miniſtrabant, aſcenden- Hierony.
te eodem ad alias fortitudines cœleſtes, id eſt, angelicos ſpiritus præpotentes clamabãt vt pan
derent ianuam domino reuertenti, dicentes: Tollite portas principes veſtras, &c. At ſpiritus Pſalm. 23
illi angelici, quoniam aſcendentem carne indutum conſpiciunt nouo myſterio ſtupefacti in-
terrogant: Quis eſt rex gloriæ? Accipiuntq; reſponſum: Dominus virtutum, ipſe eſt rex glo-
riæ. Ieſum igitur ad cœlum triumphale agmine concomitantes, quaſi cũ exultatione admi-
rationis interrogant: Quis eſt iſte rex gloriæ? Præcellentes vero virtutes, modulata exultatio
ne reſpondent: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ. Ex quibus elicitur angelos in- Iſa. 63. Pſal. 23.
feriores in hac interrogatione à ſuperioribus eſſe inſtructos. ¶ [Quocirca quærit, cur in pſal-
mo eodem admonitio ſeu commiſſio vel iuſſio iſta bis ſub eadem forma verborum profera-
tur, videlicet: Attollite portas principes veſtras, & eleuamini, &c. & an ab eiſdem prolata ſit.
Ad quod quidã expoſitores reſpondent, quod, verſiculus iſte primo loco poſitus à Propheta
expreſ-

expreſſus ſit in perſona angelorũ præcedentiũ Chriſtũ ad inferos deſcendentẽ, quũ ſpiritũ tra-
Mat. 27. Mar. 15 Luc. 23. Iohan. 19 didiſſet in cruce, ita quod angeli ſancti illi dixerunt infernalibus illis principibus: Attollite
portas, &c. Quod principes illi mirãtes ſciſcitabant: Quis eſt iſte rex gl'iæ? dñs fortis & potens.
Deiñ angeli ſancti aſcendẽtes cũ Chriſto in aſcẽſione dixerũt principibus cœli: Attollite por-
tas principes veſtras. Qui occurrentes, quærebant: Quis eſt iſte rex gloriæ? Iſta in expoſitione
libri Pſalmorum diffuſius explanaui. Conſequenter probat autor ſupremos angelos à deo
immediate inſtructos. [Quaſdam vero apud ipſum Ieſum quærentes] id eſt, theologi intro-
ducunt quaſdam cœleſtes eſſentias, id eſt mentes ſupernas, quærentes apud Ieſum, id eſt, im-
mediate à Ieſu [& ꝑ nobis ſuæ diuinæ actiõis ſcientiã diſcentes]. i. ipſi theologi aſſerunt ipſos
ſpũs cœleſtes ſupremos fuiſſe in aſcẽſione, diſcentes immediate à Ieſu ſciam actiõis ſuę diuinę,
. i. notitiã atq; myſteriũ opatiõis ſuę diuinę, quã pro nr̃a ſalute exhibuit, ꝑſertim in paſſione &
aſcẽſione. Fecerãt q̊q; hoc pro nobis, id eſt pro nr̃a ędificatione & inſtructione, vt vidẽtes ſctõs
illos angelos ſummos tam ſolicitos ad diſcendum, inflammemur ſtudio addiſcendi ſalubria,
& ordinate quæramus à prudentioribus, quos beneuole audiamus, iuxta illud Iacobi: Sit oĩs
Iacobi. 1. homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et Eccleſiaſticus ait: Eſto manſue-
Eccle. 5. tus ad audiendum verbum dei. Hinc vnus ſanctorum locutus eſt patrum: Oportet hominẽ
Chriſtianum aut diligenter diſcere quæ ignorat, aut fideliter docere quæ nouit. [& eas ipſum
Ieſum immediate docentem] id eſt, theologi aſſerũt, quod Ieſus immediate per ſe docuit illos
reſpondendo eiſdem. [& prælargiens eis manifeſtantem ſuam humanam benignitatem.]
id eſt, ipſe Ieſus in ſua aſcenſione primo tribuens mentibus illis ſuperioribus ſuam pijſſimam
beneuolentiam, ipſis videlicet ante alios reuelans myſteria ſuæ paſſionis & aſcenſionis, & inef
fabilem miſericordiam, quam impendit hominibus. [Ego (inquit) diſputo iuſtitiam & iudi-
Iſa. 63. + ſalutaris tium * ſalutare] Sic tranſtulerunt Septuaginta. Hieronymus vero iuxta Hebraicam veritatẽ
Hierony. ſic tranſtulit: Ego qui loquor iuſtitiam, & propugnator ſum ad ſaluandum. Ex hac reſponſio-
ne datur intelligi, quid interrogauerunt angeli illi. Primo quippe inter ſe interrogauerunt aui
Iſaiæ 63. de conferentes: Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctus veſtibus de Boſra? quod ſcriptum eſt E
in Iſaia, atq; vt ibi dicunt expoſitores, Edom interpretatur terrenus vel ſanguinolentus, & de-
ſignat hunc mundum terreſtrem, ſeu terram ſanguinibus inhabitantium eam repletam. Boſ-
ra vero tribulatio interpretatur. Angeli ergo illi myſteria incarnationis paſſioniſq; ſaluatoris
tunc vſq; nondum plene, diſtincte ac circumſtantionabiliter cognoſcentes vt poſtea, & cernẽ-
Baruch 3. tes Chriſtum tam glorioſiſſime aſcendentem, admirando & conferendo ſciſcitabantur: Quis
eſt iſte qui venit de Edom, id eſt, qui de terra, in qua inter homines conuerſatus eſt, aſcẽdit tin
ctis veſtibus de Boſra, id eſt indumentis eius fuſo cruore perfuſis ex preſſura tribulationeque
paſſionis, quod ad literam in paſſione ipſius peractum eſt, & in membris beatiſſimi corporis
Gen. 49. ſui ex cicatricibus vulnerum patuit etiam tempore aſenſionis. Vnde in Geneſi Iacob patriar-
cha prædixit: Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Inſuper ipſum
ſic aſcendentem angeli ipſi collaudant: Iſte formoſus in ſtola ſua, id eſt in carne aſſumpta pau-
lo ante miſerabiliter paſſa, ſed nunc præclariſſime glorificata. De quo prophetauit Pſalmiſta:
Speciosus forma præ filijs hoĩm. Gradiens in multitudine virtutis ſuæ. i. ꝓpria poteſtate mul
Pſalm. 44 Mich. 2. ta & valde robuſta aſcendẽs, iuxta illud Micheæ ꝓphetæ: Aſcẽdit iter pandẽs añ eos. Aſcẽdit
aũt Chriſtus propria & increata virtute, in quantũ deus, ꝓpria quippe ꝟtute in q̃tũ hõ, quãtũ F
ad hoc quod corpus ſuum iam glorificatum dotem habuit agilitatis, qua ad placitum velo-
ciſſime quiuit aſcendere. Porro illis ſic inter ſe conferentibus, dominus Ieſus reſpondit ad il-
lud quod quæſierunt: Quis eſt iſte qui venit de Edom? Ad quod ait: Ego diſputo iuſtitiam, id
Iſaiæ 63. eſt, iuſtas cauſas redemptionis generis humani contra antiquum hoſtem allego, quoniam
rationalem creaturã inuidioſe decepit. Et iuditiũ ſalutare, id eſt, ſalubrem ſententiam contra
aduerſarium profero, vtpote hominẽ aliunde deceptum, etiam aliunde eſſe redimendum. Vn
de per Iſaiam deus pater ait de Chriſto: Si poſuerit animam ſuam pro peccato, videbit ſemen
Iſaiæ 53. longæuũ. Et rurſus ibidẽ plenius ac clarius loquitur pater: In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe ſer-
Ibidem. uus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium
diuidet ſpolia, pro eo ꝙ tradidit in mortẽ animã ſuã, & cum ſceleratis reputatus eſt. Noſtræ
demum tranſlationis ſenſus eſt planus: Ego qui loquor iuſtitiam, id eſt, viã prædico veritatis,
& euangelicam doceo legem. Et propugnator ſum ad ſaluandũ. i. defenſor, pugil & expugna
tor pro hoĩbus deceptis ac perditis, vt deuictis ꝑ me eoꝝ hoſtibus ipſi ſaluẽt. Hinc in euãgelio
loquitur



loquitur dominus Ieſus: Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſi-
A det. Si autem fortior illo ſuperueniens, vicerit illum, vniuerſa vaſa eius auferet, & ſpolia eius Matth. 12. Mar. 3.
diuidet. His auditis, angeli ſupremi quaſi iam licentiati & animati interrogare, quærũt à Chri- Lucæ. 11.
ſto: Quare rubrum eſt indumentum tuum? id eſt, talis ac tantus cum ſis, tam iuſtus & innocẽs
ac præpotens ad ſaluandum, cur tu ipſe paſſus es & morti adiudicatus, & corpus tuũ rubricatũ
eſt ſanguine proprio? Quibus reſpondet: Torcular calcaui ſolus, id eſt, preſſuram paſſiõis pro
hominum ſalute pertuli ſolus. vnde in Threnis loquitur Ieremias: Torcular calcauit domi- Iſa. 63.
nus virgini filiæ Iuda. hæc omnia ſuper Iſaiam expoſui plenius. Præterea pro eo quod in te- Thre. 1.
xtu iſto habetur, ſuam humanam benignitatem, Linconienſis poſuit, miſericors beneficium. Rupertus.
& in Græco habetur philantropon, id eſt, miſericors. vnde & operatio omnis Chriſti in carne
aſſumpta, vocatur theandrica, id eſt, dei virilis. Præterea circa iam præhabita mouet autor hãc
quæſtionem. [Miror autem quia & cœleſtium eſſentiarum primæ] id eſt, inde admiror quod
ſupernorum ſpirituum ſupræmi ad primam hierarchiam pertinentes [& quæ tantum ſimul
omnes ſupereminent, id eſt, quæ mentes ſupernæ tam vehementer excedunt cæteros ſex ordi-
nes angelorum [*thearchicis] id eſt, diuinis [illuminationibus] que in ipſis ſunt maiores & cla- *diuin
riores immediatiuſq; deo [vt mediatæ quęſtiones reuerenter appetunt] id eſt, quęrunt inter ſe
& libenter audiunt iſta interrogari, quaſi ipſe eſſent de media hierarchia, & inſtrui poſſent à ſu-
perioribus angelis, cum tñ ſint in prima, & illuminent mediam. [Etenim non inde interro-
gant: Quare tua rubra ſunt veſtimenta] ſicut expoſitum eſt. Ad quod reſpondet [apud ſeipſas
vero deliberant antea interrogare] id eſt, inter ſe diſcutiunt ante actualem interrogationem,
an velint ac debeant querere quod animo conceperunt [oſtendentes quidem quia diſcunt] id
eſt, ita inter ſe ſciſcitantur & conferunt, non vt vnus eorum informetur ab alio hierarchiæ e-
iuſdẽ: ſed vt per hoc inſinuent, quod ipſis quoque conuenit diſcere aliqua, quæ ignorant de dei
operibus ac Chriſti myſterijs [& deificam ſcientiam appetunt] id eſt, per hoc ipſum oſtendunt
quod cupiunt informationem à deo de talibus, per quam deo amplius conformentur [non
B autem præſilientes per diuinam proceſſionem inditam illuminationem] id eſt, non indiſcre-
te feſtinantes ad ſuſcipiendum illuminationem diuinam, quæ indita eſt & habetur per pro-
ceſſionem diuinam, id eſt, per influxionem & inſpirationem internam à deo, in quo modeſti-
am & reuerentiam ſuam ad deum demonſtrant. Verumtamen ſicut inductum eſt, myſterium
incarnationis nouerunt iam factum: & quantum ad ſubſtantiam rei, ſciuerunt iam fiendum
à ſuæ glorificationis exordio. imó & quaſdam tanti myſterij circunſtantias cognouerunt eti-
am ante Chriſti paſſionem: videlicet locum & tempus & quædam Chriſti myſteria atque mi-
racula: non tamen vniuerſas particulares conditiones, proprietates, vires & efficientias, vnde
E de talibus ſunt deſuper eruditi, imó inferiores ordines inde aliqua conceperunt etiam per bea-
tiſſimorum apoſtolorum prædicationem & opera, quemadmodum per ea quæ iam effectua-
liter ſunt impleta, aliquid ſcire poſſunt, quod ante vel non ſciuerunt, vel non tam omnifarie
ac diſtincte. Ad quod inſinuandum ſcripſit Apoſtolus ad Epheſios: Mihi omnium ſanctorum Ephe. 3.
minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias gratiæ Chriſti, &
illuminare omnes quæ ſit diſpenſatio ſacramenti abſcõditi à ſeculis in deo, vt innoteſcat prin-
cipibus & poteſtatibus in cœleſtibus per eccleſiam multiformis ſapientia dei, ſecundum præfi-
C nitionem ſeculorum, quam deus fecit in Chriſto. Et certe quando hæc ſcripſit Apoſtolus, fue-
runt Chriſti myſteria in effectu completa & declarata copioſius quam in Chriſti aſcenſione.
Nec ſequit̃ angeli à principio viderunt filiũ dei per ſpeciem, ergo viderunt omnia illa in ipſo,
præſertim dum fierent. talia enim nullam mutationem fecerunt in verbo æterno. [*Num er-
go prima cœleſtium intellectuum hierarchia] id eſt, nonne ſuprema illa trium ordinum hie- *Non.
rarchia [ad ipſa *teletarchia] id ẽ, à diuina & increata poteſtate omnibus principante [ſanctifi- †pfectiõis principe
cata] id eſt, ſancta effecta. vt paulo ante prolixius expoſitum eſt [quo in eam immediate exten-
ditur] id eſt, eo ipſo quo ſine alio ordine mediante ad deitatem reducitur, imó ſeipſam ad il-
lam conuertit [ſanctiſſima purgatione] quam à deo ſortitur [multo lumine] id eſt, copioſa il-
luminatione qua à deo illuſtratur [ante perfecta conſummatione] id eſt, excellenter perfecta
completione [eam implens] id eſt, hierarchiam hanc perficiens deitas ſumma [proportiona- Ioh. Sco.
biliter] id eſt, ſecundum capacitatem, dignitatem & aptitudinem eius. tamen ſecundum Sco-
tum ponitur hic implens pro implente, per figuram quæ à grammaticis hypallage appellatur
[purgatur & illuminatur & perficitur]. i. ſecundũ hũc modũ prima hierarchia purgat̃, illumi
nat̃ atq; ꝑficit̃, nõ ab alia hierarchia aut angelico ordine, ſed immediate à deo. [Omĩ q̃dẽ mino
ratiõe pura]. i. prima illa hierarchia ſic purgatur, vt ſit immunis ab omni minoratione, id eſt,
diminuti

diminutione & deficientia puritatis pertinẽtis ad eam[primi vero luminis plena]id eſt, plena D
lumine primo & increato ſecundum menſuram pertinentem ad ipſam hanc hierarchiam. Vel
dicitur plena luminis primi,id eſt,ſupremæ illuminationis hierarchicæ. quia immediate illu-
minatur à deo,& plenius quam cæteræ hierarchiæ[& primo data cognitione& ſcientia parti-
cipans perfecta]id eſt,hierarchia hæc prima participans,id eſt,partim communicans. cogniti-
one data primo,id eſt,illuminatione eminentiore,quæ primo gradu dignitatis collata eſt ei à
deo. Sic quoq; participans perfecta ſcientia in ſuo genere & vniuerſaliori,quam ſit inferiorum
angelorum ſcientia,vt frequenter expreſſum eſt. ¶ Conſequenter declarat,quod diſtinctio tri
um actionum hierarchicarum,ſit in angelis potius diſtinctio ſecundum rationem quam rea-
lis. [Comprehendens autem]id eſt,multa ſummatim breuiterq; concludens[& hoc]q̃d mox
ſubditur[dixerim fortaſſis,non immerito]Sobrie loquitur,docens incautam aſſertionem eſſe
vitandã[q̃a & purgatio eſt & illuminatio & p̃fectio diuinæ ſcientiæ aſſumptio]. i. intellectua-
lis ac formata ſuſceptio ſciẽtiæ diuinitus datæ,eſt realiter purgatio mẽtis illã ſuſcipiẽtis, inq̃tũ
mens per ipſam à neſcientia quadam & minoratione puritatis mundatur. Talis quoq; ſcien-
tiæ infuſio ſiue collatio aut certe cauſatio videtur eſſe actiua purgatio, & dum vnus & idem
purgatur & purgat. Purgatur inquam à ſuperiore,& purgat inferiorem, duplex illa purgatio
non eſt idem in re. purgatio enim actiua eſt in purgante,quem & ita denominat. paſſiua vero
purgatio in purgato,quem & denominat ipſa. Et illuminatio,id eſt,aſſumptio illa ſcientiæ eſt
realiter ipſa illuminatio,inquantum mens per illam veritatem proſpicit & cognoſcit, & qui
influit eam,actiue illuminat:qui vero recipit eam,illuminatur non per expulſiõem erroris,ſed
per agnitionis augmentum aut clarificationem. eadem quoq; hæc ipſa ſcientiæ aſſumptio,per
fectio eſt,id eſt,realiter idem quod perfectio iſta hierarchica,inquantum mens per ipſam for-
matur atq; reducitur ad totius datorem ac fontem p̃fectiõis. Nõ enim de informi & nuda, ſed
formata & affectiua ſcientia iſta dicuntur. Verumtamen perfectionem quidam dicunt eſſe in-
flammationem diuini amoris,quem modum loquendi in hoc volumine ſanctus hic doctor E
non habet. inflammatio quoq; iſta amoris ex agnitione diuinorum fluens effectuum, in ſcien
tia iſta hierarchica virtualiter continetur. [Ignorantiam quidem vtpote purgans]Quidem,id
eſt,pro certo,aſſumptio iſta ſcientiæ eſt purgatio. vtpote purgans ignorantiam,id eſt,neſcien-
tiam quandam,non culpæ immunditiam[ſecundum ordinem]quia purgatio illuminationẽ
præcedit ſecundum ordinem naturæ aut generationis. Deus nanq; nõ niſi à purgatiſſimis mẽ-
August. tibus cernitur,vt Auguſtinus fatetur[indita ſcientia perfectiorum doctrinarum]id eſt,ſcientia
ſuperioribus præſtita,quæ eſt cognoſcitiua perfectiorum doctrinarum, id eſt,eminentiarum,
notitiarum & contemplationum. hæc inquam eſt purgans inferiores. [Illuminans autem] id
eſt,aſſumptio illa ſcientiæ eſt etiã illuminans mentẽ[ipſa diuina cognitione]quam formaliter
cauſat in ea[per quã]illuminationẽ[& purgat]à neſcientia[non prius contemplantem]id eſt,
mentẽ quæ non contemplatur nec ſcit veritatẽ, quæ ei per illuminationẽ notificatur[quã ma-
nifeſtat per altiorem illuminationẽ]id eſt,quã ei manifeſtetur à ſuperiore per illuſtrationem
maiorem habuit ante. [Et perficiens iterum lumine ipſo]id eſt,aſſumptio iſta ſcientiæ eſt rur-
ſus mentẽ perficiens eodẽ lumine ſcientiali quo purgat & illuminat. [ſecundum habitum ſciẽ- F
tia lucidiſſimarum doctrinarum]id eſt, ſecundũ habitũ bonitatis& poſſeſſionem virtutum in
quibus cõpletiue conſiſtit ſcientia formata lucidiſſimarum veritatum quæ non ſunt lucidiſſi-
mę niſi virtutibus decorentur. Etenim ille veritatẽ optime ſcit qui eã didicit non ſolum legen
do aut audiendo,ſed etiam experiendo,guſtando ac opere exequendo. Ideo Chriſtus locutus
Matth. 5 eſt:Beati mundo corde,quoniam ipſi deum videbunt. [Ipſa ergo eſt quantum ad noſtram ſci-
entiã prima cœleſtiũ eſſentiarũ diſpoſitio]id eſt,præinducta ordinatio actio & habitudo triũ
primorum angelicorũ chororũ eſt prima & ſuprema hierarchia cœleſtis ſecundũ quod nos eã
ſcire diſtinguere atq; deſcribere iã valemus. Cœleſtibus autẽ cognita eſt diſtinctius & clarius
valde. Nempe vt ſcriptum eſt in libro Sapientiæ:Difficile inuenimus quæ ſunt in terra & quæ
Sapien. 9 in p̃ſpectu ſunt cognoſcimus cũ labore:quæ autem in cœlis ſunt quis inueſtigabit? hinc in Ec-
Eccle. 43. cleſiaſtico legitur, Multa ſunt abſcondita maiora his:pauca em̃ vidimus operũ eius, & pie agẽ
tibus dedit dominus ſapientiã[in circuitu dei & circa deũ immediate ſtans]hoc totũ ſpiritua-
liter intelligendũ eſt,quia nec angeli cum ſint ſimplices immaterialesq; ſpiritus ſitualiter ſtant,
nec circunſcriptus eſt deus vt in circuitu eius angelicæ mentes eſſe localiter æſtimentur, ſed cõ
deſcendunt ſcripturæ noſtræ capacitati infirmæ,vt in circuitu dei eſſe dicantur qui imitatione
virtutũ,contẽplatione & dilectione ei propinquiores conſiſtunt, Et item qui vndiq; confluũt
& congregantur ad ipſum vel ei concorditer ſunt intenti,in quorũ medio ipſe ſe eſſe affirmãt
ſicq;



ſicq; propheta deprompſit:Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorũ, magnus & terribilis ſu- Pſalm 88
A per omnes qui in circuitu eius ſunt. Sic & propheta Michęas tertio libro Regum:Vidi(inquit) 3.Reg.22
dominũ ſedentem,& omnem exercitũ cœli à dextris eius & ſiniſtris. Cur autem prima hierar
chia dicatur circa deum ſtare immediate,dictum eſt ſæpe,quanquam Chriſtus homo & deifi-
catiſſima virgo propinquiores ſint maieſtati, & primam hierarchiam tranſcendentes ac illu-
ſtrantes. [& ſimpliciter & inceſſanter circumiens eius æternam ſcientiam] id eſt, perpetue in-
tenta contemplationi æternali ſapientiæ dei,ſimpliciter,id eſt,ſunt ſynceriſſime & ſolum intel
lectualiter,ſine omniplica duplicitatis & reflexione indecenti ad proprium, quum deus ſit ibi
omnia in omnibus. [ſecundũ excellentiſſimam, quantũ in angelis ſemper mobilem colloca- Col. 3.
tionem. ]id eſt,iuxta perfectiſſimam quietationem,manſionem & fixionem, quantum in vni- 1.Cor. 15
uerſitate,cœleſtiũ ſpirituum dici poteſt,aut eſſe poſſibile eſt,in qua collatione indeſinenter cir-
ca deum verſantur ac feruntur,ac eleuantur in ipſum,ideo additur:ſemper mobilem,id eſt,iu-
giter in deũ tendentem,tanquam in ſummũ obiectum & vltimum finem, qui omnia ordina-
uit & mouet ad ſe. Omnia enim propter ſeipſum operatus eſt dominus,vt Salomon ait. Vn Prou.16.
de & philoſophi dixerunt,quod cauſa prima mouet om̃ia, etiam ſuperiora & ſumma in enti-
bus,ſicut deſideratum mouet deſiderantem,ſeu deſideriũ eius. Nihilominus collocatio illa ſu
pernorum in deo & circa deũ, recte quoque vocatur immobilis, inquantũ inauertibiliter ac
beatiſſime in ſummo bono ſunt confirmati ac prorſus aſſecurati. Et de iſta mobilitate & im-
mobilitate dei & ſupernorũ dictũ eſt plenius ſupra in expoſitione primi capituli. Poſtremo
in libro de Diuinis nominibus,capitulo quarto diffuſius agitur de triplici motu dei & angelo
B rum,videlicet recto & obliquo ac circulari. Nam & de ipſa ſapientia ſumma ſcriptũ eſt:Omni Sapien. 7
bus mobilibus mobilior eſt ſapientia. Deinde de eminentijs primæ hierarchiæ ſubiungit:
[Multas quidẽ & beatas videns pure contemplationis]id eſt, hierarchia hæc videns,id eſt, in
deo immediate conſpiciens pure,id eſt,clare,imo & clarius alijs cotẽplationes, id eſt, agnitio-
nes ſecretorũ dei multas numero per reſpectum ad viſa & cognita,& beatas. i. formaliter bea-
tificas,quantũ ad ſecundũ præmiũ, intelligendo iſtud de contẽplationibus diuinorũ effectuũ.
Porro beati vnico actu vident deum & ea quę in deo immediate conſpiciunt per diuinã eſſen
tiam. Quæ aũt per inditas ſibi ſpecies noſcunt,diuerſis actibus contẽplant̃,niſi per eandẽ intel
ligibilẽ ſpeciẽ reprę ſententur. [ſimplosq; & immediate fulgores illuminata]. i. hierarchia hęc
illuminata immediate à deo,videt ſimplos fulgores. i. irradiationes habet à deo ſimplices, nõ
ita partitas,& diuerſificatas,ſicut habent chori & hierarchiæ ea inferiores. Quod em̃ in alio re
cipitur,recipitur in eo ſecundũ modũ & diſpoſitionẽ ipſius: ideo ſicut mentes illæ pulcherri-
mæ hierarchiæ ſupremæ ſunt maiores vnitatis & ſimplicitatis in ſuis naturis: ita quæ cõmuni
cata ſunt ipſis ſunt vehementioris vnitatis & ſimplicitatis, ſicut in libro de Cauſis probatur.
[& diuino alimento repleta]id eſt,beatifica fruitione increatæ bonitatis atq; immenſæ ſuaui- Pſalm. 16
C tatis ſaluberrime refecta ac ſaturata,iuxta illud: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Et itẽ:Ad- pſalm. 15
implebis me lætitia cũ vultu tuo. [†Multo q̃dẽ primo data fuſiõe]. i. repleta in multo. i. copio †Multa
ſo huiuſmodi alimento. Fuſione primo data,id eſt,cõmunicatione dei, hierarchiæ illæ abun-
dantius impartita ac facta. Etenim dona gloriæ ſunt illi hierarchiæ exhuberantius condona-
ta. [ſolaq; domeſtica & vnifica diuinæ refectionis vnitate, multa quoq; cõmunione dei & co-
operatione digna effecta ad eã vt poſſibile] id eſt,hierarchia illa digna effecta eſt,quantũ poſſi
bile eſt ex parte ipſius,videlicet ſecundũ totum meritũ ſuũ, imo & ſupra illud,quia deus remu
nerat vltra condignũ:ſola,quia ipſa duntaxat. Digna inquã effecta eſt vnitate,id eſt,ſimplicio-
re ac magis vnita participatione fruitionis diuinæ,domeſtica. i. familiare, & vnifica. i. vnifi-
cante & ſimplificante eã in deo:quẽ quo clarius vidẽt,& quo plenius eo fruunt̃, ipſo fiunt ei cõ
formiores,& magis vnũ in ipſo,eminentius quoq; ſimplificati in eo, iuxta illud: Vt ſint con-
ſummati in vnũ,non enim diuiſi ſunt mente,diſperſi aut euagantes ab illo ſimpliciſſimo vno,
quod eſt ipſa vnitas prima. Etenim iſta refectio glorioſa ac prorſus dulciſſima, totaliter ac po
tentiſſime trahit & allicit,afficit & accendit, transformat & abſorbet beatos in deũ. [Multa
quoq; cõmunione dei]id eſt,abundanti omnino & multiplici cõmunicatione diuinæ bonita
tis ac munificentiæ eius. Quo em̃ quis deo eſt vicinior,ſimilior,charior,eo om̃ipotens diuiti-
as gloriæ ſuæ & ſuorũ chariſmata munerũ exhuberantius illi cõmunicat. [& coopera tione di
gna effecta ad eam vt poſſibile]id eſt hierarchia illa præ cæteris eſt creatori cooperans,nõ im-
mediate exequendo circa exteriora, ſed quia omnium cauſa deus per eam purgat, illuminat,
perficit,regit,mouet,& actuat inferiora:quod autem eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cauſati, denique
talis effecta eſt[ſimilitudine bonarum habitudinum & actionum,] id eſt, per conformitatem

habituum diuinorum ſeu virtutum ſublimium, vtpote charitatis, ſapientiæ, ſcientiæ, liberali- D
tatis, zeli diuini honoris, iuſtitiæ, pietatis, prudentię, & actionũ procedentium ex illis ſuperna-
turalibus infuſis, virtuoſis efficaciſſimiſq; habitibus, qui nũq̃ in illis ſunt ocioſi [Multa vero di-
uinorum ſuperpoſite cognoſcens] id eſt, hierarchia illa ſuprema contemplans multa diuino-
rum ſecretorũ ac operum ſuperpoſite, id eſt, excellentius alijs hierarchijs [& diuinæ ſcientię &
cognitionis in participatione, ſecundũ quod fas eſt, facta] id eſt, conſtituta eſt in participatio-
ne diuinæ & increatæ ſcientiæ, & cognitionis. i. contemplationis, ſecundũ quod fas eſt. i. pro-
ut competit mentibus tam prædignis. [Propterea & laudes ipſius theologia his q in terra ſunt
tradidit.]. i. cum talis ac tanta ſit eminentia primæ hierarchiæ, ob hoc theologia. i. ſacra ſcri-
ptura ſeu autores ipſius, imo ſpiritus ſanctus per eos tradidit. i. notificauit, ac dedit his q in ter-
ra ſunt. i. hoĩbus laudes ipſius. i. præconia, quibus & per quæ ipſa hæc hierarchia deũ collau-
dat. [In quibus] videlicet laudibus [mirabiliter manifeſtatẽ excelſiſſimæ ipſius illuminationis
eminentia]. i. excellentia illuminationis primæ hierarchiæ miro & ſublimi modo oſtenditur.
Quod conſequenter per teſtimonia certa declarat. [Alij quidẽ eam ſenſibiliter dicendo tanq̃
vox aquarũ reboant.]. i. quidam ſpiritus primæ hierarchię reboant. i. exclamant laudẽ dei, di-
cendo ſenſibiliter tanq̃ vox aquarũ. i. ſonando inſtar aquarũ multarum, dum concitantur ven-
Apoca. 17 tis, aut cadunt deorſum, vel tanq̃ plebiũ vel mentium plurimarũ, iuxta illud: Aquæ multę, po-
Ezech. 3 puli multi. Hoc ſanctus iſte ex Ezechiele allegat, qui in libro viſionũ ſuarũ loquitur: Audiui
Ezech. 1. poſt me vocem commotionis magnæ. Et quæ fuerit vox illa ſubiungitur ibi, & hic quoq; cõ-
memoratur cum ſubditur: [Benedicta gloria domini ex loco ſuo] Porro Ezechiel habet: Au-
diui ſonum alarũ quaſi ſonum aquarũ multarum, quaſi ſonum ſublimis dei. Benedicta gloria
domini eſt ſancta eius maieſtas ſeu magnificentia operum eius, quæ ex loco ſuo reſultat aut in-
noteſcit, q locus eſt regnũ cœlorum & chori angelici. At uero ſpiritus cœleſtes q iſtud reſona-
Ezech. 10. bant, ab Ezechiele Cherubim nuncupantur, iuxta illud: Eleuauerunt Cherubim alas ſuas.
Ezec. 12 Alij vero illam valde laudabilem & pijſſimam reclamant theologiam: Sanctus, ſanctus, ſctũs E
Iſaiæ 6. dominus deus Sabaoth, plena eſt omnis terra gloria ipſius.] Hoc ſumptum eſt ex eo, quod ſcri-
ptum eſt in Iſaia: Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat "
domus à maieſtate eius, & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper "
illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. Duabus velabant faciẽ eius, & duabus velabant pedes eius,
& duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs
deus exercituũ. De quorũ expoſitiõe verborũ multa poſſent induci quę ſuper Iſaiã in opuſcu-
lo quoq; de Miſſa ſunt introducta. Porro quod dixerunt ter, Sanctus, myſterium innuit ſuper
præſtantiſſimæ Trinitatis, cuius & vnitas deitatis inſinuatur, dum ſingulari additur numero,
dominus deus Sabaoth. i. exercituum vel omnipotens. Hoc canticũ vocatur theologia, id eſt
ſermo de deo: eſt autem ſolus deus per eſſentiam ſanctus, alij per gratiam. ¶ Verum circa
hæc oritur quæſtio, quia vt ſanctus iſte alibi docet, viſiones prophetícę præſentatæ ſunt mini-
ſterio angelorum infimæ hierarchiæ: quomodo ergo laudes prætactæ prophetis præfatis in-
ſinuatæ, adſcribuntur Cherubim & Seraphim? Ad quod fortaſſe poterit reſponderi quemad-
Infra ca. 13 admodum infra in textu reſpondetur, quod angelus de quo loquitur Iſaias: Volauit ad me F
Iſaiæ 6 vnus, de Seraphim, fuit de choro inferiori, nihilominus Seraphim dictus eſt, quia directus ab
Ezec. 11. aliq̊ Seraph, ita hic forſitan dici poſſet, quod angeli de quibus fatetur Ezechiel, erant miſſi à
Iſaiæ. 6 Cherub, illi vero de quibus cecinit Iſaias, à Seraph. [Has autem excelſiſſimas cœleſtiũ animo- "
rum hymnologias]. i. decantationes iſtas hymnorũ ac laudes animorum cœleſtium, id eſt, ſu- "
pernorum ſpirituum, excelſiſſimas, id eſt, valde ſublimes, quibus ipſi deum glorificant [iam q- "
dem in his quæ ſunt de diuinis laudibus] id eſt, in libro totali aut partialibus libris, quos feci- "
mus de laudibus dei. [quantum poſſibile aperuimus] id eſt, deſcripſimus & expoſuimus, quã- "
tum nobis fuit poſſibile, [& dictum eſt de his in illis,] id eſt, de his laudibus dei in illis libris, "
[quantum ad nos,] id eſt, iuxta noſtram poſſibilitatem & exigentiam, [ſufficienter] quoniam "
deus non requirit ab homine vltra vires ipſius, hoc eſt, vltra vires naturæ ac gratiæ homini
conceſſas. Veruntamen, quantum eſt ex parte ſuperaltiſſimi dei, nulla creatura poteſt eum ſuf-
Eccle. 43 ficienter laudare, quemadmodum ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Glorificate dominum quan-
tumcumq; poteritis, ſuperualebit adhuc. Benedicite dominum & exaltate eum, quantũ pote-
ſtis, maior eſt enim omni laude. Etenĩ ſicut infinita eſt bonitas, ſanctitas, ſapientia, honorabili-
tas, perfectio dei, ita & laudabilitas eius. Deniq; ex hoc loco probatur diuinum & feruentiſſi-
mum Dionyſium de laudibus dei ſpeciale compilaſſe volumen, cuius ad nos non peruenit
tranſlatio. Attamen aliqui putauerunt per volumen illud intelligendum eſſe librum de
Diuinis



Diuinis nominibus, in quo deus varijs modis laudatur: quod reprobatur, quia in libro illo de
A iſtis hymnologijs nulla fit mentio. Deinceps aliquid tangit ſummatim ex codice illo, quod va-
let ad intelligendũ præhabitas hymnologias, & authoritates Ezechielis & Iſaiæ. [Ex quibus
" in * memoriam ſufficit dicere tantum ſecundum præſens tempus.] id eſt, pro præſenti ſufficit * recorda-
" tantum dicere & repetere ex illis ſcriptis de laudibus dei, in memoriam, id eſt, pro commemo- tionem
ratione dictorum ibidem, & ad recordandum hæc ipſa. Sic & Apoſtolus ad Romanos: Tanq̃ Roma. 15.
(inquit) in memoriam vos reducens. [quia theologicam ſcientiam ipſa prima diſpoſitio, quã- * diuina.
" tum fas, illuminata eſt à * thearchica bonitate,] id eſt, quod diſpoſitio ipſa prima, id eſt, ſupre-
ma hierarchia recte diſpoſita, illuminata eſt, id eſt, erudita ſcientiam theologicam, id eſt, cogni-
tionem diuinorum, quantum fas. i. decens & poſſibile ei fuit à bonitate thearchica, id eſt, deo
" eſſentialiter bono principe ſummo. [per quam] primam diſpoſitionem [tanq̃ deiformem hie-
" rarchiam] id eſt, ſicut per hierarchiam præ cæteris deo ſimiliorem & viciniorem. [& alijs qui-
dem ſeipſam deinde tradit] id eſt, deus etiam inferioribus choris dona ſua largitur, in quibus
dat ſeipſum. Prima etenim hierarchia ex ordinatiõe diuina ſequentibus ordinibus communi-
cat illuminationes, inflammationes & iucunditates ſibi conceſſas, iuxta ſenſum frequenter prę-
habitum. [Illud per breuitatem dicendo ſubintroducens] id eſt, ego hoc breuiter ſubintrodu-
" co. Vel ſenſus eſt, quod increata dei bonitas fuit breuiter ſubintroducens, id eſt inſinuãs [ipſam
" pijſſimam & ſumme benedictam, & oĩno benedictam thearchiã] id eſt, poteſtatẽ dei principa- † deum re-
limiſſimam, ſumme ac naturaliter piam [quãtum fas eſt benedictam eſſe à † theodicis] id eſt, à cipientibus.
ſupernis illis ſpiritibus deum in ſe recipientibus, eſſe laudatam & glorificatam, prout illis fuit
poſſibile, non quantum illa digna fuit laudari: quæ vtiq; laude & honoratione in infinitũ ma-
iori eſt digna, quàm totũ ſimul vniuerſum ei valeat exhibere, impendere, aut offerre: ideo nõ
B extollamur, neq; inaniter gloriemur, etiam ſi omne quod poterimus in eius obſequio expen- 1. Cor. 4
derimus: præſertim q̃a nec aliquid boni niſi ab ipſo habemus, noſtraq; merita eius ſunt mune- Iſa. 64.
ra, & quaſi pannus menſtruatæ ſunt vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, totum quoq; quod ſumus, poſſu-
mus & habemus, eius amori, honori ac ſeruituti debemus. Propterea in euangelio ait legifer
noſter: Quum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod de- Lucæ. 17.
" buimus facere fecimus. [quantum poſſibile cognoſci & laudari intellectibus,] id eſt, quantum
à creatis mentibus poſſibile eſt eam agnoſci & commendari. Nam toto intellectu & affectu to-
tiſq; viribus deum inſpiciunt, admirantur, laudant ac venerantur. Veruntamen abſolute lo-
quendo, non eſſet omnipotenti impoſſibile creare intellectuales ſubſtantias cunctis ſpiritibus
primæ hierarchie perfectiores, à quibus ipſe excellentius cognoſceret & laudaretur, quàm ab
iſtis. Verum ipſe ſuperſapientiſſimus & ſuperliberrimus deus in numero, pondere, & mẽſura Sapien. 11
conſtituit vniuerſa, & inter nihil creare, & tot ac tanta creare, quot & quanta ipſe creare poſſet,
hoc ſenſuit medium obſeruare, vtpote vniuerſum facere tale ac tantum, quale & quantum cõ- † diuinæ
didit ipſum. [Ipſi enim ſunt tanquam deiformes diuini loci † thearchicæ (vt eloquia aiunt) ge-
C tis.] id eſt mentes illæ ſupernæ primæ hierarchiæ, quum ſint deo ſimilimæ, ſunt loci diuini, id
eſt, diuina & ſpiritalia loca incircumſcriptibilis dei nullo penitus indigentis. Sunt etenim thro-
ni & templa, domus & loca creatoris, in ipſis per gratiam & gloriam habitantis, reſidentis, &
quieſcentis, iuxta illud: Dominus in templo ſancto ſuo, dominus in cœlo ſedes eius. Sunt igi- Pſal. 10.
tur loca thearchicæ quietis. i. diuinæ requietionis. Deus nanq; potiſſime quieſcit in ſeipſo, in
quo æternaliter requieuit ante q̃ quicquam condidit à principio: deinde quieſcit in mentibus
puris, tranquillis, contemplatiuis ac feruidis, iuxta illud: In pace factus eſt locus eius. Hinc ad-
ditur, vt aiunt eloquia, id eſt, verba ſacræ ſcripturæ, ex quibus iſta probantur. Nam & per Iſaiã Pſal. 75.
dominus loquitur: Quieſcam & cõſiderabo in loco meo. Sic demum deus in ſeipſo glorioſus Iſaiæ 80
exiſtens, etiam ex loco & de loco ſuo glorioſus apparet, & benedicitur eius maieſtas ab omni
huiuſcemodi ſuo loco. Hinc & in Daniele legitur: Benedictus es domine in throno regni tui. Dan. 3.
" [Et quia monas eſt & vnitas tres ſubſtantialiter] tanquã dicat: Iccirco in hymnologia illa dul-
ciſſima iam expreſſa, ter dictum eſt à mentibus illis ſeraphicis: Sanctus, ſanctus, ſanctus, & ſin-
gulari numero additum: Dominus deus, quoniam ipſe dominator omnipotens ſicut in eſſen-
tia vnus eſt, imo ſimpliciſſima vnitas & indiuiſibiliſſima monas, ita trinus eſt in perſonis, non
per accidens aliquod, aut ſolum propter tria attributa ipſius, quę dicuntur, potentia, ſapientia,
bonitas aut beneuolentia: ſed eſt tres ſeu trinitas ſubſtantialiter, ita quod quælibet diuina, ęter-
na & increata perſona eſt realiter & ſubſtantialiter deus, hoc eſt ipſa eſſentia ſeu ſubſtantia dei-
tatis, quamuis perſonæ hæ ſummæ ab adorandæ per relationes ac inuicem diſtinguantur.
Iſtud ergo in libris de Diuinis laudibus diximus. Deinde ſubdit cur addiderunt: Plena eſt oĩs
I ij terra

† i. † extendēs terra gloria eius[† à ſupercœleſtibus eſſentijs vſq; ad nouiſſima terræ † perueniēs] id eſt,à ſum D
mis illis ſupermundanis ſpiritibus incluſiue pertingens, ſeque incorporaliter extendens, [vſ= "
que ad infimas terræ partes optima ſua in omnia prouidentia.] id eſt, prouiſione ſua perfecta "
ac vniuerſali,qua non ſolum cœleſtium,ſed etiam omnium terrenorum prouidētiam habet,
Vnde in libro Sapientiæ aſſeritur:Attingit à fine vſq; ad finem fortiter, & diſponit oīa ſua=
Sapien. 8 uiter.Sic item attingit vbiq;,imo & penetrat vniuerſa per ſuam incrūſcriptibilē maieſtatē ꝑ=
Sapien. 7 fectionaliter infinitam ac ſuperpuriſſimam ſimplicitatem,iuxta illud libri Sapientiæ:Attingit
vbiq; propter ſuam munditiam.Ideo ſcriptum eſt in Ieremia:Nunquid non cœlum & terram
Ierem. 23 Iob. 11. ego impleo,dicit dominus.In Iob quoq;:Excelſior cœlo eſt,& quid facies? Profundior infer=
no, & vnde cognoſces?Longior terra mēſura eius,&latior mari.Sic ergo ad omnia per ſuam
prouidentiam ac veram præſentiam ſe extendit.[tanq̃ omnis eſſentiæ ſuperprincipale princi=
pium & cauſa].i.ſicut vere exiſtens exemplare ac fontale principium effectiuaq; cauſa omnis
entis,quod citra ipſum eſt.Omnia etiam entia ab vna prima cauſa procedūt ſecundū Proclū,
Proclus.&Ariſtoteles à qua iuxta Philoſophum omnibus deriuatum eſt eſſe ac viuere.Nil etenim certius eſt,q̃quod
ante omnia quæ ſunt per participationem,eſſe oporteat vnum per eſſentiam: & quod ante tē=
poralia & imperfecta,cauſata ac dependentia, neceſſe ſit eſſe aliquid vere æternum, perfectū,
incauſatum,ac independens.Quod cum ſit infinitum, vniuerſis ac ſingulis infinite ac incōpa= "
rabiliter ſuperexaltatum ac præminens,merito appellatur ſupereſſentiale principium. [& o= "
mnia ſupereſſentialiter immenſurabili continentia circumligans].i.cuncta conſeruans, cōple
ctens,circumterminans,ambiens,continentia immenſurabili,id eſt,conſeruatione indeficien
ti,omnem menſuram tranſcendenti, quantum eſt ex parte ipſius: nec enim aliquid horū ſine
ipſius manutenentia poſſet in momento ſubſiſtere aut durare.Cumq; in alijs locus ſit conſer
uatiuus locati,ipſe econtrario conſeruatiuus eſt omnium quæ dicuntur loca ipſius. Ipſe ergo
ſuperbeatiſſimus & ſupergloriosiſſimus & ſuperimcomprehenſibilis deus eſt ante omnia,nō
Boethius. ſolus: poſt omnia, non præuentus: in omnibus, non incluſus: extra omnia, non excluſus:
ſupra omnia,non elatus:infra omnia,non oppreſſus:ex quo,& per quem,& in quo ſunt oīa. E

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum concernentium præſens capitulum. Artic. XVI.

Circa hæc quæritur,in quibus tres ordines primi conueniunt,propter quæ in eadē
hierarchia ponuntur,& in quibus diſtincti ſunt, propter quę ad diuerſos pertinēt
choros:& quomodo tota illa hierarchia perhibetur circa deum immediate col=
locari,cū in ea ſint tam innumerabiles gradus & ſpecies & coordinatio ſpirituū
ſupernoꝝ.Ad hæc reſpondere,vt venerabiles & antiqui nōnulli,expoſitores bea
ti Dionyſij humiliter faſſi ſunt,nobis in vita præſenti valde difficile eſt. Verū quia ad aliquan=
tulam horum intelligentiam,imo & omniū quæ in hoc libro traduntur,non minime confer=
Tho. Aq. re videntur,quæ in Summa contra gentiles S.aſſerit Thomas,aliqua inde tangam.Itaq; tertio
Summæ illius libro teſtatur:Quoniam inter creaturas intellectuales quædam ſunt alijs altio=
res,oportet ꝙ inferiores intellectualium naturarū per ſuperiores gubernentur. Virtutes nāq;
vniuerſaliores motiuæ ſunt virtutū magis particulariū. Naturæ autem intellectuales ſuperio F
res habent formas vniuerſaliores,q̃ inferiores,iccirco ſunt regitiuæ illarum. Amplius,intelle=
ctiua potentia propinquior principio,ſemper inuenitur regitiua intellectualis virtutis à prin=
cipio magis diſtantis:quod tam in ſpeculatiuis,q̃ in practicis patet ſcientijs.Scientia enim ſpe=
culatiua,quæ ab alia ſumit principia,ex quibus demonſtrat,dicit̃ illi ſubalternata: ſcientia q̃q;
actiua fini propinquior,architectonica dicitur, reſpectu ſcientiæ à fine diſtantioris. ergo ſub=
ſtantiæ intellectuales primo principio propinquiores,regitiuæ ſunt aliarum. Præterea ſubſtā
tiæ illæ ſuperiores perfectius in ſe ſuſcipiunt influentias ſapientię ſummæ,qua oīa gubernant,
ergo per ſuperiores illas reguntur inferiores. Verū his obijci poſſet, ꝙ regere eſt rem in ſuū fi=
nem dirigere. Cum ergo oēs angelici ſpūs ſint ſummo & vltimo fini ſuo inauertibiliter iun=
cti,amplius regi non indigent.Inſuper, omnes angeli ſunt confirmati in bono: iccirco ſunt a=
gentia infallibilia,nequaq̃ errantia,ergo nec dirigi indigent,nec doceri. Et reſpondendum,ꝙ
vnus angelus non regit aliū ad obtinendū beatificū finē, q eſt fruitiua viſio dei ꝑ ſpeciē: ſed in
his quæ ſpectāt ad hierarchicæ diſpoſitiōis ꝑfectionē finalē,in q̃bus vnus docet,illuminat,& ꝑ
ficit aliū.Deniq; q̃uis angeli nequeāt errare,neq; peccare,eſt tñ in eis neſcientia quædā reſpectu
diuinorū effectuū,in quibus vnus docet & dirigit.i.illuminat aliū.In quorū cognitione & di=
ſpoſitione & executione nequaq̃ conſiſtit principalis eorū ꝑfectio,neq; ſalus: imo nec gloriæ
1.Iohan.3. ſimilitudo illa præcipua,de qua ait S.Iohannes:Chariſſimi,nunc filij dei ſumus, & nondū ap=
paruit quid erimus. Scimus eñ cum apparuerit,ſimiles ei erimus, qm̃ videbimus eū ſicuti eſt.

Atuero



A Atuero per actus hierarchicos angeli deo aſſimilantur ſecundario in his,quæ ad regimen ſpe=
ctant creaturæ,præſertim humanæ,& eorū quę ordinem hñt ad hominū beatificationē, reſpe=
ctu quorum ſuperiores purgant,illuminant,atq; perficiunt inferiores. Inſuper, ſicut ſuꝑiores
inter ſubſtantias intellectuales ſunt eminentioris virtutis,ita perfectius notitiam diuinę diſpo
ſitionis à deo ꝑcipiunt in hoc,q̃d vſq; ad ſingularia rationē ordinis noſcunt ꝑ hoc,quod à deo
accipiunt.Hæc autem diuinæ ordinationis manifeſtatio vſq; ad vltimas intellectualium ſub=
ſtantiarum ꝑtingit,iuxta illud in Iob:Nunq̃d eſt numerus militū eius? & ſuper quē nō ſplēdet Iob.25
lumen ipſius?Sed inferiores intellectus non in tanta ꝑfectione manifeſtationē illam recipiūt,
ꝙ per eam ſingula ad diuinæ ꝓuidentiæ ordinē ſpectantia,ab ipſis exequenda cognoſcere poſ=
ſint,ſed ſolum in quadā cōmunitate:& q̃to ſunt inferiores, tanto per primā illuminationē di=
uinitus factam,minus in ſpeciali diuinæ ordinationis cognitionē accipiunt, in tm̃ ꝙ intelle=
ctus humanus,qui eſt infimus ſecundum naturalem cognitionē,ſolum quorundā vniuerſaliſ
ſimorum habet notitiā.Itaq; ſubſtantiæ intellectuales ſuperiores perfectiorē prædicti ordinis
cognitionem conſequunt̃ à deo,quā perfectionem inferiores ſecundum modum eis cōpeten=
tem conſequunt̃ ꝑ ſuperiores:quēadmodum vniuerſalis cognitio diſcipuli, per magiſtrum in
ſpeciali cognoſcētē ꝑficitur:ſic ergo ſublimiores intellectus in ſublimiori principio hāc cogni
tionis ꝑfectionē ſumpſerunt.In qualibet autē diſpoſitione ꝓuidentiæ, ordinatio ipſa effectuū
ex forma agentium deriuatur.Oportet nāq; affectus à cauſis ſecundum ſimilitudinē quandā
procedere.Porro ꝙ agens ſimilitudinē ſuæ formæ effectibus cōmunicet, eſt propter aliquē fi=
B nem.Primum ergo principiorū in prouidentiæ diſpoſitione, eſt finis ſecundum formā agētis.
Secundū vero,ipſa diſpoſitio ordinis effectuum. Supremū ergo in ordine intellectus eſt,q̃d in
fine ratio ordinis attendit̃:ſcd̃m autē,quod in forma: terium,quod diſpoſitio ordinis in ſeipſa
non in aliquo altiori principio cognoſcatur.Sic ergo inter illos intellectus, qui immediate in
deo perfectā cognitionē ordinis prouidentiæ diuinæ ꝑcipiunt, eſt aut aliquis ordo:quia ſupre
mi & primi ordinis angeli rationē prouidentiæ ſumunt in vltimo fine,qui eſt bonitas dei: at=
tamen quidā eorum clarius alijs,& hi oēs dicuntur Seraphim. Secundi vero, rationē ordinis
diuinæ prouidentię perfecte cognoſcunt in ipſa forma diuina,& hi dicuntur Cherubim,quod
interpretatur plenitudo ſciæ.Scientia nāq; per ſcibilis formā ꝑficitur. Vnde Dionyſius dicit,ꝙ
ſunt contemplatiui diuinæ pulchritudinis in prima operatrice virtute. Tertij vero diſpoſitio=
nem diuinorum iuditiorū in ſeipſa conſiderant:& iſti dicuntur throni,quia ꝑ thronū poteſtas
iudiciaria deſignat̃.Hinc ſecundum Diony.per hanc noīationem ſignatur ꝙ ſunt deiferi,& ad
oēs diuinas ſuſceptiones familiariter apti. Nec iſta ſunt ita intelligenda, quaſi aliud ſit bonitas
dei,aliud eſſentia eius,& aliud ſcientia eius diſpoſitionē continens rerū: ſed quia ſecundū hæc
alia & alia eſt conſideratio eius.Hæc Thomas.Qui in eodē capit.proſequitur iſtud de ſex ordi
nibus alijs,prout infra ſuis locis tangetur.Scribit q̃q; hæc eadē in prima parte Summæ:Prima
inquiēs hierarchia accipit rōnes rerū in deo, ſcd̃a autē in vniuerſalibus cauſis, tertia vero deter
minat eas ad ſpeciales effectus.Deus q̃q; eſt finis angelorum & oīm rerū.Ad primā hierarchiā
ꝑtinet conſideratio finis,ad mediā vniuerſalis diſpoſitio de agendis, ad vltimā applicatio di=
C ſpoſitionis ad opus.Etenī tria hæc in qualibet oꝑatione inueniuntur.Hinc Dionyſius conſide
rans naturā angelicarū proprietatum ex noībus ordinum, poſuit ordines illos in prima hie=
rarchia,quarū noīa imponuntur ꝑ reſpectum ad deum, videlicet Seraphim,Cherubim,Thro
nos.In media ꝟo hierarchia conſtituit ordines,q̃rum noīa vniuerſalē diſpoſitionē deſignant,
vtpote Dñationes,Virtutes,& Poteſtates:ſed Principatus,Archangelos, & Angelos in vltima
hierarchia locauit,q̃a eorū noīa oꝑis executionē important. At vero circa finē pōt ſe aliq̃s ha=
bere tripliciter.Primo,ipm̄ in ſe conſiderando:ſecundo, perfectam ipſius notitiam recipiēdo:
tertio,ſuam intentionē figendo:& primo horum modorū hñt ſe throni ad deum oīm finē,q̃a
ad hoc eleuant̃,q̃d in ſe familiariter ſuſcipiunt deū,rōneſq; rerū in ipſo immediate cōſpiciunt.
Cūq; hoc ſit toti primæ hierarchiæ cōmune,quēadmodū vltimæ hierarchię cōmune eſt denū
ciare,ob id throni dicuntur ab eo q̃d toti primæ hierarchiæ eſt cōe:Cherubim vero ſe hñt ad
deū ſcd̃o modo,qm̃ excellentiā hāc ſuꝑaddunt thronis, ꝙ diuina ſecreta eminenter agnoſcūt.
Seraphim aūt ſe hñt ad deum primo mō,qm̃ excellunt in hoc,ꝙ deo ꝑardenter & ſumme inſi=
xi ſunt ac vniti,cuius ſimile cernimus in principatu terreno.Quidā eñ in curia ipm̄ regē imme
diate accedere & alloqui pñt,aliqui vltra hoc regis noſcūt ſecreta, alij vltra hoc aſſidue regi
aſſiſtunt.Quorū primis aſſimilant̃ throni,ſecundis Cherubim,tertijs Seraphim. ¶ Preterea
quæritur,an oīm intellectualium ac rationaliū creaturarū vna ſit hierarchia, videt̃ ꝙ ſic: qm̃ Auguſtinus
oīm harum eſt vna ciuitas atq; ſotietas, de qua in libro de Ciuitate dei loquitur Auguſtinus.

 Reſpondetur

Reſpondetur,ꝙ hierarchia dicitur ſacer principatus:in principatu autẽ oportet principem eſſe D
& multitudinẽ ei ſubiectam.Cum ergo ſit vnus oĩm princeps,eſt vna oĩm intellectualiũ crea
turarum hierarchia ex hac parte.Si aũt conſideretur principatus ex parte multitudinis ſubie-
ctæ,ſic hierarchia dicitur vnus,cuius multitudo poteſt vno & eodẽ modo ſuſcipere principis
gubernationẽ.Cumq; hoĩbus connaturale ſit diuinas illuminationes & directiones ſuſcipere
ſub ſenſibilibus formis,angelis vero in intellectuali puritate:cõſtat ꝙ alia ſit hierarchia ange-
lica,aliaq; humana.Angeli quoq; diuerſimode diuinas illuminationes ſuſcipiunt. Nam ſupe-
riorum angelorum rationes ac ſpecies ſunt vniuerſaliores,q̃ inferiorũ:rationes quoq; & ſpe-
cies quibus angeli illuſtrantur,tripliciter conſiderantur. Primo,prout à deo immediate ema-
nant,ſicq; eas recipere, ad primã pertinet hierarchiam, qm̃ hæc immediate in deum extendit,
& quaſi in deitatis veſtibulis collocatur.Secundo,prout à cauſis creatis vniuerſalibus aliquali
ter iam multiplicatæ ac diuiſæ dependent,ſicq; à media hierarchia recipiuntur. Tertio,prout
applicari ſingularibus poſſunt,& ita recipiuntur ab infima. Tres ergo ſunt hierarchiæ angeli-
cæ.Præterea,quanto quis naturas & ſpecies,proprietates,vires,& actus rerũ perfectius noſcit,
eo diſtinctius poteſt aſſignare gradus & ordines atq; officia rerum. Nos autẽ angelos valde
imperfecte cognoſcimus,iccirco diſtinctionem eorũ & ordinẽ non niſi in communi poſſimus
aſſignare, cũ tñ q̃ plurimi à ſeinuicẽ diſtinguant̃ natura,actu, officio:imo ſcd̃m quoſdã q̃libet
angelus propriũ ordinẽ habet multo plus,q̃ ſingulæ ſtellę.Propterquod S.Dionyſius in vno-
quoq; ordine ponit primos & medios ac vltimos, ideo angeli eiuſdem ordinis nõ ſunt æqua-
les ſimpliciter,ſed ſolum in gñe. Poſtremo loquendo de ordinibus angelorũ, prout theologi
inde loquuntur,penes dona gratuita & actus atq; officia per reſpectũ ad beatitudinẽ ſuperna-
turalem:ſic diſtinctio ordinũ eſt cõpletiue principaliterq; à gratia, q̃uis partim & inchoatiue
poſſit dici eſſe à natura.Conſequenter præclariſſimus pater,pręſul ac martyr deſcribit proprie
tates & actus ſummi chori cœleſtis,vtpote Seraphim. E

Circa præhabita etiã quęritur,q̃ũo verũ ſit quod theologus ait in iſto capit. purga
tionem,illuminationẽ,& ꝑfectionẽ eſſe vnũ ſeu idem in re. Si em̃ ſic eſſet,nõ vide
rentur realiter tres actus hierarchici. Ad hoc Thomas & Abertus reſpondent,ꝙ
dicuntur tria ſeu actus rõne trium effectuũ,q ſunt expulſio neſcientiæ,manifeſta-
tio ꝟitatis,& in finẽ reductio:attamen vnũ ſunt q̃tum ad formã agentem, q̊d eſt
lumen immiſſum,ꝑ q̊d neſciẽtia illa ſeu luminis minoratio remouetur,mens q̊q; ad intuendũ
veritatẽ clarificatur,& ita in deũ reducitur. Porro ignorantia ſeu neſcientia illa in angelis ne-
quaq̃ rõnem culpæ ſortitur,nec priuatiue accipitur,ſed in rõne ſimplicis oppoſitiõis,ſicut cęci-
tas in talpa. ¶ Quęritur itẽ q̃ũo verũ ſit q̊d in iſto fertur cap. ꝙ angeli ſc̃ti inter ſe ſciſcitantur
& conferunt,tanq̃ ſciam appetentes,& illuminari cupientes. Talis em̃ appetitio cũ ſit deſide-
riũ boni nondũ adepti, videt̃ quędã pœnalitas & inq̃etudo mẽtis. Dicendũ ꝙ bt̃i ſunt diuinæ
volũtati plenarie cõformati:hinc oĩa agũt ordinatiſſime,nec cupiũt aliq̃d, niſi ſcd̃m ordinem
ꝓuidentiæ dei:ideo ſine oĩ pœna & inq̃etudine optãt illuminari & erudiri, ꝓut creator voluit
& decreuit,atq; in hoc iucunde & optime cõtentãtur, nec importune ꝓueniũt tp̃s. ¶ Inſuper
inueſtigatur,q̃liter ſc̃tũs iſte theologus aſſerat primã hierarchiã immediate à deo dũtaxat pur F
gari,illũinari,ac ꝑfici,cũ in ea ſint tres chori,q̊rũ vnus eſt multũ ſublimior alio, & ĩ vnoquoq;
illorũ ſint primi,medij, & vltimi,q̊rũ nõnulli vidẽt deũ clarius alijs,imo & plura ſecreta contẽ
plantur,dictũq; eſt,ꝙ talia inferioribus manifeſtãt.Sic ergo nõ ſolũ throni illuminãtur à Che
rubim ac Seraphim,Cherubim q̊q; à Seraphim:ſed etiã medij in ordine Seraphim à primis &
ſupioribus chori illius. Ad iſtud nil aliud audeo reſpondere, niſi q̊d tãtus theologus docet in
Albertus textu. Veruntamen Albertus ſcripſit in ſuo cõmentario,q̃uis ordines primæ hierarchiæ dice-
rẽtur mutuo ſe purgare,illuminare,perficere:nõ ſequeretur, quin vere dicerẽtur veritates etiã
in deo immediate cognoſcere:ſiquidem vnum & idem modis pluribus ſciri poteſt.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS VII.

Colloſſen. I. Ephe. I. Hanc ergo quã ab Apl̃o didicimus angelicarũ hierarchiarũ ordinationẽ tra
ctaturi,dicimus ꝙ cuiuſlibet dictorũ ordinũ nomẽ declarat aliquã ꝓprieta
tẽ eiuſdẽ ordinis,ſc; grãæ vl̓ officij,vl̓ dignitatis,vl̓ operatiõis:ſcd̃m quã ꝓprie
tatẽ ille ordo deo cõformat̃.Dicũt aũt Hebręi,ꝙ hoc nomẽ Seraphim inter
pretatur incendẽtes vl̓ calefaciẽtes, Cherubim ꝟo multitudinẽ cognitiõis,
aut effuſionẽ ſapię,Throni.i.ſedes. Congruũ autẽ eſt vt talibus ſupremis
ſubſtantijs ordinetur prima hierarchia,quæ ſup cęteras exaltatur,& circa deũ immediate col-
locatur,& ad quã,tanq̃ deo proximã,principalius deferũtur primæ dei influctiões & ꝑfectiões
Noiãntur aũt,vt diximus,iſti tres ordines,Seraphim.i.calefacientes,& Cherubim.i.effundẽ-



A tes ſapiẽtiã,& Throni,q̃bus nominibus deiformes ſingulorũ ꝓprietates manifeſtant̃.Interp̃ta
tio aũt huius nominis Seraphim.i.incendẽtes,& calefaciẽtes,iuxta naturales ꝓprietates ignis,
q incẽdit & calefacit, nobis ſignat ſempiternam mobilitatem ſubſtantiarum illius ordinis cir-
ca diuina,& inceſſabilitatem,& caliditatem,& acumen & excedentem feruorem ſempiternæ
motionis in deum,quæ attentiſſima eſt,& irremiſſibilis,& in aliud deſiderabile nunquam in-
clinans.Signat etiam in ſubſtantijs iſtis eſſe virtutem, quæ aſſimilat inferiores ſuos ſibi, & deo
operante in eis augmentum feruoris,& reducẽdo eos ſublimius in diuinã ſimilitudinem,faci-
endo eos ſimiliter cõferuere ſibi.Signat etiam in dictis ſubſtantijs eſſe virtutem per ſpirituale
incendium perfecte purgatiuam,& proprietatem lucentem,& illuminatiuam aliorũ, propter
luminis copiam non valentem velari,& propter copiam feruoris inextinguibilem,ſemper v-
niformiter ſe habentem,expulſiuam & deſtructiuam omnis tenebroſitatis obfuſcantis.Mani-
feſtatio vero interprætationis huius nominis Cherubim ſignat,quod ſubſtãtiæ illius ordinis
habẽt virtutem excellenter cognitiuam,& diuinorum myſteriorum inſpectiuam,& ſupremæ
influitionis luminum diuinorum poſt Seraphim ſuſceptiuam,& contemplatiuam principali
ter diuinæ pulchritudinis,& repletam ſapientifica ſapientiæ diuinę diſtributione,& valentem
copioſe communicare inferioribus ſuis donatam ſibi ſapiẽtiam.Nominatio autem altiſſimo-
rum & eleuatorem thronorum ipſos decet,per eleuationem præcipuam longe remoueri ab
omni indigna ſubiectione,& inuiſibiliter ſurſum ferri ſuper hierarchiam ſecũdam, & ſenſibili-
um extremitati incomparabiliter ſuperponi,& circa deum vere altiſſimum, omni conatu in-
B concuſſe, & ſtabiliter collocari,& eſſe ſuſceptiuos diuini ſuperaduentus, ſine ponderoſa op-
preſſione aut ſitu:qualem habent materialia & eſſe deiformes,& familiatiter apparatos ad de-
um in ſe ſuſcipiendum.Declarata horũ trium nominum ſignificatione, deinde laudanda eſt Cap.5.
prima iſtorum ordinum hierarchia.Reor autem ſufficienter dictum eſſe ſupra,quod om̃is hie
rarchiæ intentio ineffabiliter dependet à diuina imitatione,& conformitate, & omne hierar-
chicum negocium diuidi ſecundum ſanctam perceptionem à ſuperioribus,& traditionem ad
inferiores purgationis,& diuini luminis, & perfectiuæ ſcientiæ. Nunc autem opto dicere
digne, quomodo ſcriptura ſacra manifeſtat primam hierarchiam ornari primis & digreſ-
ſiuis ſubſtantijs,quæ proximo poſt maieſtatem conſtitutę ſunt,quantum eſt in angelis,& qua-
ſi in veſtibulis diuinitatis,per immediationem ordinatæ, omnem viſibilem & inuiſibilem aliã
ſupergreſſæ ſunt ſanctam virtutem. Harum ergo hierarchia prima eſt, & omnino conformis.
Cum autem dixerimus ſupra quod ordo hierarchiæ eſt alios purgari, alios autem purgare,a-
lios illuminari,& alios illuminare,alios perfici,alios autem perficere:conſiderandum eſt ergo Cap.3.
qualiter hæc accipienda ſint in iſtis cœleſtibus ſubſtantijs,quæ quidem purgari dicuntur, non
quaſi ab immundis maculis & inquinationibus liberentur,quas nunquam habuerunt, neq; à
materialibus phantaſiis,quaſi aliquãdo eas habuerint, cum nulla talium eis acciderit, ſed quia
ex abundantia mundiciæ,quaſi ad quadam minoratione puritatis purgantur, cum puritas in
eiſdem augetur & intenditur,& ipſe ſecundum præcipuam caſtitatem ſuper alias deiformes
virtutes ſe inferiores collocantur, ſcilicet ſuper om̃es ſubſtantias mediæ & infimæ hierarchiæ,
C & obtinent ineffabiliter ordinem à deo,feruentiſſime & ſtabiliſſime deum amantem, vt ab e-
ius amore nunquam valeant auerti,deo ſe in illas,& illas in ſe vniformit̃ mouente per ſeipſum
id eſt non per medias angelicas ſubſtantias,ſicut per illas mouet inferiores hierarchias,neq; a-
liq̃ñ aliq̃d inferius diligẽdo diminuũt in aliq̊ diuinũ ſuũ amorẽ,ſed habẽt p̃ cęteris ſpecialẽ & ex
cellẽtẽ p̃cipue puritatis firmitatẽ,q̃ deo ꝓprie p̃ cęteris cõformãt̃, q̃ nunq̃ cadit ꝑ inferiorũ amo
rẽ,ſed ſemp aſcẽdit ꝑ diuini amoris flãmã,& nunq̃ trãſmutat̃,ſed ſemp firmit̃ & vniformit̃ per
ſeuerat.Cõtẽplatiuæ aũt dicunt̃ primæ illæ ſubſtãtiæ, nõ q̊d ipſæ ſcd̃m modũ noſtrũ fundant
cõtẽplatiões ſuas in imaginarijs vmbris rerũ ſenſibiliũ,aut in varijs anagogicis expoſitiõibus
ſacræ ſcripturæ,ſed q̃a adimplent̃ altiori lumine q̃ inferiores hierarchiæ, vniuerſalis & intelle
ctualis cognitiõis dei.Replẽt̃ etiã ſcd̃m ſuã capacitatẽ cõtẽplatiõe diuinæ pulchritudinis, quæ
ipſos & oẽs veros ſuos cõtẽplatores pulchrificat,& ſuperat omnẽ pulchritudinẽ & ſubſtãtiam,
& plene & integre lucet in ſingulis triũ ꝑſonarũ diuinarũ.Sed & gloria hũanitatis dñi Ieſu ple-
nius cæteris participãt nõ cõmunicãdo ipſi ſub figuris ſacramẽtorũ, ſicut nos, q̊rũ ſenſibilis cõ-
municatio ſignat inuiſibilẽ cõmunionẽ & aſſimilationẽ ad deũ,ſed ꝑ ꝓpriã ſpeciẽ cæteris vici-
nius & copioſius immediate participãt cognitiõe luminũ ipſius,q̃bus ipſe ſup omnẽ aliã crea-
turã ſingularit̃ deo aſſimilat̃ & vnitur,& eiſdẽ ꝑ ipſum & poſt ipſum,q̃tũ ẽ angelis donatũ, ẽ ſu-
preme deũ imitari,& in primo & immediata fontali luminũ effuſiõe cõmunicãt ipſius virtuti-
bus,eos excellẽt̃ deificãtibus,& ipſis benigniſſime & largiſſime impẽſis.Perfectę aũt dicuntur

iſtæ primæ ſubſtantiæ,nõ tanq̃ illuminatæ ꝑfectiua ſcientia,quę à varijs ſcripturæ teſtimonijs D
aut creaturæ ſpectaculis ꝑ expoſitionē,aut rõnalē collationē reſolutis ē acq̃ſita:ſed ſicut adim
pletæ primo & excedēte lumine diuino,eas deo aſſimilāte,& hoc ſcd̃m ſupremā ſcientiā diui-
næ operatiõis,q̃tū eſt in angelis,q̊d ſemel poſitū in cõſimilibus locis ē ſubintelligendū,eoꝙ ſal
uator noſter ſcd̃m humanitatē,& beata virgo,ſummis angelis ſunt ſuperiores,& ad deū ma-
gis accedentes,& ſola aīa ſaluatoris ſit ad deū vere & ſingulariť immediata,& ea mediante,de
Iohan.1. ipſius plenitudine accipiūt & angeli, & hoīes.Nõ eñ illæ primæ intelligētiæ hierarchicæ gu-
bernanť ab alijs cœleſtibus ſubſtātijs,ſed ab ipſa maieſtate,eo ꝙ ad ipſam maieſtatē ſine media
tiõe alioꝝ angeloꝝ vel aīorū extendunť, tā virtute,q̃ ordine, oēs alios ordines vel hierarchi-
as excedētes,& ꝑ immediatos ſponſi amplexus in p̃cipua diuini amoris caſtitate ſtabiliunť o-
mnino ineffabiliť,& ab ipſa diuinitate adducuntur ad contēplandū immaterialē & intelligibi
lē diuinæ pulchritudinis ſpeciē,ſcd̃m ſinguloꝝ capacitatē.Et cū ab ipſo principe ꝑfectiõis gu-
bernentur,docētur ab eodē ſcientificas rões diuinaꝝ operationū,tanq̃ primæ ſubſtātiæ,&im
mediate circa deū collocatæ.Colligitur aūt ex teſtimonijs ſacræ ſcripturæ,ꝙ inferiores ange-
loꝝ ordines docentur ſcientias ſe deificātes à ſuperioribus ordinibus.ſummi vero angeli ſub
Pſal.23. limius illuminantur ab ipſa diuinitate.Quod inferiores doceantur à ſuperioribus, oñditur in
Pſalmo:Quis eſt iſte rex gloriæ? Vbi intelligitur ꝙ ſuperiores angeli docuerunt inferiores in
Iſa.63. aſcenſiõe dñi,aliqua incarnatiõis ſuæ myſteria.Quod aūt ſummæ ſubſtantiæ angelicæ doceā-
tur à deitate,oñditur in Iſaia.vbi leguntur ſummi angeli inter ſe quaſi conferendo & ammirā-
Ibidem. do dicere:Quis eſt iſte q̃ venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?nõ q̃a alias eſſentias diſcēdi
Ibidem. gr̃a interrogauerint,ſed ꝙ nõ p̃ſumpſerunt,p̃ueniendo eius gratuitā reuelationē,interrogare
dñm,aliquas illius myſterij ꝓfunditates,donec eis daret interrogandi fiduciā:q̃rū tñ ſcientiam
ſe deſiderare oſtēdebāt,ideo primo inter ſe ſic ammirando conferunt:Quis eſt iſte &c.Ipſo ve E
ro eis immediate dicēte & docēte,ego ſum qui loquor iuſtitiā& ꝓpugnator ſum ad ſaluandū,
poſtea eū immediate allocutæ ſunt,dicētes:Quare ergo rubrū eſt indumentū tuū,& veſtimen-
ta tua ſicut calcantiū in torculari?Per quā immediationē oſtēditur ꝙ illæ fuerint ſummæ vir-
tutes angelicæ.Prima igitur cœleſtiū aīorū hierarchia,vt dictū eſt,ab ipſa diuinitate guberna
ta,eo ꝙ ad ipſam immediate extenditur,plene iuxta ſuā ꝓportionē caſtiſſima purgatione pur-
gatur,multo lumine illuminatur,quę ꝑfecta,ꝑfectionis operatione,ꝑficitur.munda exiſtēs ab
angelicæ puritatis minoratiõe,& plena primo lumine,& particeps ꝑfectæ ſcientiæ cognitiõis,
primo à deo in angelos effuſæ.Vt aūt has tres oꝑatiões hierarchicas breuiť cõprehendā, dico
ꝙ & purgatio,& illuminatio,& ꝑfectio,eſt diuinæ ſciētiæ aſſumptio,ꝑfectiuaꝝ doctrinaꝝ co-
gnitione,ſcd̃m gradus ordinū,indita:Mundās ab ignorātia.i.ab altioris cognitiõis minorita
te,& illuminans ipſa diuina cognitione,ꝑ quā & purgat mentē,ꝑ altiorē cognitionē,ad conſpi
ciendū ea quæ prius & nõ inſpexit.& ipſo lumine ꝑficiens mentē,plena & habitudinaria ſcien
tia luculentaꝝ doctrinaꝝ.Hæc eſt ergo,& ſic ſcd̃m ſcientiā meā laudanda,prima angelorum
hierarchia,ſtans ꝑ inflexibilē erectionē in circuitu dei,& circa deū ſibi intimū & impenetrabi-
lē,ſine mediatione alioꝝ angeloꝝ,& ſolā æternā dei cognitionē indeſinenter ambigens,ꝑ in- F
ceſſabilē feruorē deſiderij contēplatiõis,ſcd̃m ſupremū gradū q̃tū eſt in angelis.Et in gradu il-
lo ſunt ſupremæ ſubſtantiæ firmiť collocatæ,vt inde amoueri nõ valeāt.In deo aūt ſꝑ mouen-
Dan.4. tur deſiderio &contēplatione.De hoc Daniel.Et eſt illa prima hierarchia videns purę multas
ꝓfundiores theorias,beatis cõtēplationibus.& illuminata ſimplicibus,& immediatis ſplēdo-
ribus diuinæ claritatis,& adimpleta nutrimento diuinæ dulcedinis,& digna habetur multa lu
minis effuſione immediate à deo emanāte in intelligētias & vnita ſummæ ſimplici & inuaria-
bili & vnifica vnitate diuinæ contēplatiõis affectū reficiētis & ſatiātis,& multa cõmunicatiõe
virtutū,& cognitiõe luminū,& cooperatiõe hierarchicaꝝ operationū,& hoc per ſpecialē aſſi-
milationē ad deū in bonis habitibus virtutis,& ſciētiæ,& hierarchicis operatiõibus, & diuina
multa myſteria ſuꝑ alias cœleſtes ſubſtātias cognoſcit:& ſcd̃m ſuā capacitatē particeps ſit hie-
rarchicæ ſciētiæ intellectualis,&ſuꝑintellectualis cognitionis.Vnde ſacra ſcriptura laudes illi
us ſummæ hierarchiæ mortalibus tradidit,in quibus exceſſus ſuæ ſupremæ illuminatiõis ma
Ezech.1.3 niſeſtatur.Ezechiel ſiquidem,quaſi per ſignum ſenſibile ſonitus aquarum,laudes illius expri-
mit,dicens:Benedicta gloria dñi de loco ſuo,vt loci nomine prima hierarchia intelligatur,in
Cap.1. Iſa.6. qua deus principaliter quantum eſt in angelis requieſcit.Myſtica theologia,Iſaias q; in eiuſ-
dem hierarchię laudibus venerandam illam dei laudem commemorat:Sanctus,Sanctus,San
Dio.lib.de diuinis lau dib⁹ ꝓditus ctus,dominus deus ſabaoth.Plena eſt omnis terra gloria eius.Iſtas autem & huiuſmodi pri-
mæ hierarchiæ laudes,tractauimus in libro de diuinis laudibus.Vbi de his ſufficienter,vt no-
bis



bis videť,dictū ē.Et de ibidē dictis ſufficit ad p̃ſens cõmemorare,ꝙ cū prima hierarchia,ſcd̃m
A ſuā facultatē,diuina ſcientia illumineť ab ipſa diuinitate, ipſa hierarchia tanq̃ diuinæ bonitati
conformata,de eadē diuina ſciētia diſtribuit hierarchijs inferioribus ſeriatim.Hoc etiā breuiť
cõmemoro,ꝙ venerabilis,& ſuꝑlaudabilis,& vniuerſaliť laudabilis diuinitas, ab huiuſmodi
primæ hierarchiæ ſubſtātijs bñdiciť & laudať,q̃tū poſſibile eſt ipſam diuinitatē cognoſci, vel Pſal.4.86 Iſa.56.
laudari ab intelligētijs eā recipiētibus.Illæ eñ ſubſtantiæ,tanq̃ cæteris deo conformiores,ſunt
loca diuina & deitatis reges,ſcd̃m ſcripturas:& ipſæ laudāt vnū deū in trinitate ꝑſonaꝝ,dicen
do ter ſanctus,&ſemel dominus,quæ à ſummis intelligentijs cœleſtibus,vſq; ad omnia extre-
ma mundi ſenſibilia,optime omnia diſponentem extendit prouidentiā ſuā:tanq̃ ſuꝑprincipa-
le principiū,& cauſa oīs rei,& cuncta ſuperſubſtantialiter immēſurabiliť cõtinētia cõſtringēs.

¶De dominationibus,virtutibus atq; poteſtatibus, & de media illorum hierarchia.Caput VIII.

TRanſeūdū aūt nūc nobis in mediā cœleſtiū intellectu
um diſpoſitionē,dñationes illas ſupermūdanis oculis
quantū poſſibile explorātibus, & uere potētia †ſpe- *ſpeculatiua.
culamina diuinaꝝ poteſtatū & uirtutū. Etenī unaq;-
q; ſupernos eſſentiaꝝ cognominatio,dei imitatorias
eaꝝ ſignat deiformes ꝓprietates.Igitur ſanctaꝝ dña-
tionū manifeſtatiuā nominationē æſtimo declarare
abſolutā quādā& oī pedeſtri minoratiõe liberā ana-
gogē,nullaq; tyrannicaꝝ diſſimilitudinū ullo mõ eā
B uniuerſaliter inclinatā,liberaliter ſeuerā dñationē,omi minutiuæ ſeruituti ſuꝑ-
poſitā †ſuperiorē ſubiectiõe omi,& remotā ab uniuerſa diſſimilitudine,& * do † nõ indigētē ſubiectionis
minatiõis inceſſanter appetentē,& ad illius ipſius naturaliter ſubſiſtētis uirtutis * Kyriarchiæ.
ſimilitudinē q̃tū poſſibile,& ſeipſam & quæ poſt eā ſunt optime & ſpecioſe cõ
formātē,ad nullū uane uidētiū,ſed ad ꝓprie ON uniuerſale cõuerſam,& † dñicę † Kyriarchice.
ſemper deiformitatis in participatiõe ſecūdū q̊d poſſibile ē,ipſi factā.Ipſam ue-
ro ſctarū uirtutū fortē q̃dā& incõmutabilē uirilitatē,in oēs ſecūdū eaꝝ deifor-
mitatē operatiões,ad nullā ſuſceptionē inditaꝝ ei diuinaꝝ illuminationū,imbe
cilliter infirmatā,potēter in imitationē dei reductā,nõ relinquētē ſuimet imbecil
litate deiformē motū,ſed firmiter ferētē in ſupereſſentialē & potētificā uirtutē,
& ipſius imaginē uirtuti ſimilē,iuxta q̊d licet factā,& ad ipſam quidē ut princi
C palē uirtutē potēter cõuerſam:ad ſecunda uero uirtutē dās & deiformiter ꝓue-
niētē.Ipſam aūt ſctarū poteſtatū æquipotētē diuinaꝝ dñationū & uirtutū bene
ornatā & incõfuſam circa diuinas ſuſceptiões ordinationē , & ordinatū ſuper-
mūdanæ & intellectualis poteſtatis, nõ tyrannice in ea q̃ inferiora ſunt poteſtati
uis uirtutibus p̃cipitatæ,ſed potēter in diuina poſt bene ordinatas reductæ , &
poſt eā deiformiter reducētis,&ad potētificā †cauſalē potētiā(q̃tū fas ē)† aſſimi † exorſis archiam.
latæ,& eā ut poſſibile angelis reuelātis in bene † ordinatis per ipſam ordinibus † aſſimilare.
poteſtatiua uirtute.Has habēs deiformes ꝓprietates media cœleſtiū aīorū diſpo † ornatis
ſitio purgať quidē & illuminať,& perficiť(quēadmodū dictū eſt)a diuinis illu
minatiõibus inditis ſibi ſecūdo per primā hierarchicā diſpoſitionē,&per mediā
illā ſecūda † manifeſtatiõe delatis.Itaq;per aliū dictū ueniētē in aliū angelū audi † illuminatione.
tū,ſymbolū faciemus a lõge,ſuꝑ ꝑfecte & ꝑ ꝓceſſionē occultē in ſequētia ꝑfecti
onis.Nā ſapiētes circa ſacras nr̃as immolatiões aiunt ꝑ ſeipſas lucētes diuinorū
plenitudines,per alias contemplatiuarum participationumperfectiores eſſe.Sic
æſtimo & angelicorum ordinum immediatam participatiõem primo in deum
† extenſe

† extentorum. † telatarchicarū. † taxatarchia. † iueniēs. † cōuerſibiliter.

† extentorꝝ perfectiorē eē per medietatē † perfectorꝝ. Propter q̊d & a nr̄a ſacer- D
dotali traditiōe perfectiuæ & lucificæ, & purgatiuæ uirtutes primi intellectus
nominātur inferiorꝝ tanq̄ per ſe in oīm ſupereſſentiale principiū reductorꝝ, & *
myſticarꝝ purgationū & illuminationū & perfectionū in participatiōe ſecūdū
q̊d eis fas, factorꝝ. Hoc em̄ eſt om̄ino diuina * ordinatiōe diuinitus ꝓmulgatum,
per prima ſecūda diuinis participare illuminatiōibus. * Inuenies aūt & hoc mul
toties a theologis expreſſum. Qn̄ em̄ diuina & paterna hūanitas Iſrael * nutriti
ue ꝑ ſacra eius ſalute corripiens, & ulciſcētibus & immanibus natiōibus in cor-
rectionē tradēs, oīgena ꝓuiſorꝝ in melius trāſductione, & captiuitatē dimiſit, &
Zacha. 1. ad priorē clemēter reduxit bn̄ficētiā, uidet theologorꝝ unus Zacharias unū pri
morꝝ (ut æſtimo) circa deū angelorꝝ. Cōmunis em̄ (ut dixi) eſt oībus hæc angeli
ca cognominatio, ab ipſa deo diſcētē de hoc cōſolatoria (ut dictū eſt) uerba. Al-
terꝝ uero ſubiectorꝝ angelorꝝ in occurſum primi ꝓueniētē, tanq̄ ad illuminatio
Zacha. 2. nis ſuſceptionē & perceptionē. Deinde ab ipſo diuinū cōſiliū tanq̄ a ſummo ſa
cerdote eruditū, & hoc docere theologū cōuerſum, qm̄ fructuoſe habitabit̄ Ieru
Iezech. 8. ſalē a multitudine hoīm. Alter aūt theologorꝝ Iezechiel, & ab ipſa, inquit, hoc
ſacratiſſime ꝓmulgatū ē. Cherubim ſupfirmata glorioſiſſima diuinitate, Ipſum
† tranſducens. em̄ Iſrael (ut dictū eſt) dux exercitus hūanitas per diſciplinas in melius † tradu-
Ieze. 10. cēs, iuſtitia diuina corrigētibus rn̄det̄, correctos iuſtificauit. Hoc docet̄ primo
† taxarchia. mō poſt Cherubim lūbos ſ̄ cinctus ſapphiro, q poderā iuxta ſymbolū hierarchi
Ieze. 9. cū induebat. Reliquos aūt angelos qui ſecures habebāt, diuina † ordinatio impe E
rabat a priore doceri de hoc diuinū iudiciū. Et quidē em̄ dixit mediā pertrāſire
Ibidem. Ieruſalē, & dare ſignū in frontibus correctorꝝ uirorꝝ: Alijs exite in ciuitatē poſt
eū, & percutite, & nolite parcere oculis ueſtris. Ad oēs aūt ſuper q̄s eſt ſignū, ne
Dani. 10. appropinquetis. Quid fortaſſis quis dixerit de dicēte angelo ad Daniel: Exiuit
ſermo, aut de ipſo primo ignē ex medio Cherubim recipiēte. Aut illud eiuſdem
abūdātius in ordinis angelici oſtēſionē, qm̄ & Cherubim immitit ignē in manus
Zacha. 1. ſanctā ſtolā induti. Aut de uocāte diuiniſſimū Gabriel & dicēte ei, Fac illū intel
ligere uiſionē. Aut q̄cūq; alia a ſacris theologis dicta ſunt de cœleſtiū hierarchia
rū deiformi ornatu: Ad quē noſtræ hierarchiæ ordinatio ſecundū q̊d poſſibile F
eſt aſſimilata, angelicā pulchritudinē quantū in characteribus habebit formata
per eam, & reducta ad ſupereſſentialem omnis ſimul hierarchiæ.

¶ Elucidatio huius octaui capituli Articulus XVII.

POſt deſcriptionē & declarationē ꝓprietatū, viriū & actionū ſupræmæ hie
rarchiæ angelicæ, aggredit̄ theologus tractare de media hierarchia & triū
ordinū q cōtinet̄ in ea, ex qbus cōſtituit̄ ipſa tāq̄ ex partibus q̄ſi integrali-
bus, ſed vere poteſtatiuis, vt ſupra oſtēſum ē. [Trāſeūdū aūt nūc nobis]. i. "
ꝓcedere iā debemus [in mediā cœleſtiū intellectuū diſpoſitionē]. i. ad me "
diā hierarchiā ſupnorꝝ ſpūum, vt tractemus de illa. eſtq; ꝓceſſus iſte ſpūa- "
Pſal. 83. lis, nō localis, ſicut in Pſalmo: Ibūt de virtute in virtutē. Porro ſcd̄m philo
Ariſtot. Intellectus & ſenſus differentia. ſophū tertio de aīa, in hoc differūt intellectus & ſenſus, q̊d intellectus poſt ſpeculationē, ſubli-
miorꝝ & difficiliorꝝ veritatū, fortior eſt ad intelligēdū minora: ſenſus vero poſt ſenſationē ex
cellētiorꝝ ſenſibiliū, ad ſenſationē debiliorꝝ impotētior reperit̄. Sic ergo nūc cōtēplata hierar-
chia ſuprema, facilius poterūt capi quæ de media ac infima iā dicēt̄. [Dn̄atiōes illas ſupmūda- "
nis oculis q̄tū poſſibile explorātibus]. i. oculis nr̄is intellectualibus, fide & gratia ſupernatura "
liter illuſtratis, explorātibus. i. ſolicite ꝑſcrutantibus & conſiderantibus, Dominationes illas
† ſpeculamina. id eſt, mentes illas ſublimes exiſtētes de choro ac ordine dn̄ationum [& vere † ſpeculatiua po- "
tentia "



A tētia poteſtatū & virtutū]. i. vi nr̄a intellectiua quæ ſuo acumine & vigore ꝑſertim adiutorio
gratiæ dei, contēplatiua eſt ſupcœleſtiū ſpūum, exiſtentiū de alijs duobus primę hierarchię or
dinibus, qui ſunt virtutes & poteſtates. hac inq̄ potētia ſpeculatiua illorꝝ, explorāte & ſcrutan
" te ꝓprietates & operationes, vires & coordinatiōes ipſorꝝ. [Etem̄ vnaquæq; ſup nos eſſentiarꝝ Seruitus duplex.
" cognominatio]. i. nomē cuiuſlibet ordinis eēntiarꝝ. i. angelicorꝝ ſpirituū, exiſtētiū ſup nos &
" præſidentiū nobis immediate aut mediate [dei imitatorias earꝝ ſignificat deiformes ꝓprieta-
" tes]. i. deſignat ꝓprietates eorꝝ deiformes, ꝑ quas deo aſſimilant̄. ideo q̄ſi expoſitorie addit̄ imi
tatorias dei. i. imitatiuas bonitatis & liberalitatis diuinæ & gubernatiōis ipſius, de qbus ꝓprie
tatibus ſubdit̄. [Igit̄ ſanctarꝝ dn̄ationū manifeſtatiuā noīationē ęſtimo declarare]. i. puto, imó
" & firmit̄ ſentio, q̊d noīatio dn̄ationū ſanctarꝝ. i. ſpirituū exiſtentiū de ordine illo ſupmo in hie
rarchia ſecunda, manifeſtatiua. i. ſignificatiua proprietatū chori illius, ſignificet ac nobis de-
claret [abſolutā quādā & om̄i pedeſtri minoratiōe liberā anagogē]. i. vim ſupductiuā & eleua
" tiuam ad ſummum omnium dominatorem. abſolutam, id eſt, immunem. ab omni minorati-
" one pedeſtri, id eſt, ſubiectione ſeruili ac vili [nullaq; tyrannicarum diſſimilitudinum vllo mo
" do vniuerſaliter eam inclinatam] hoc eſt, æſtimo eam nullo modo vniuerſaliter & incontra-
cte loquendo, inclinatam, id eſt, depreſſam vel ſubtractam ab vlla diſſimilitudinum tyrannica
rum, id eſt, præſidentiarum abuſiuarum, quæ impie abutuntur poteſtate eis conceſſa, quarum
nulla afficit aut incuruat ordinem dominationum. Quam etiam anagogen ęſtimo eſſe [domi
" nationem liberaliter ſeueram]. i. large maturam à ſua conſtantia, ęquitate inflexibilē, propria
commoda propriumve honorē nunq̄ quærentē, imó bona ſibi deſuper impartita, largiflue cō
" municantē inferioribus [om̄i munitiuæ ſeruituti ſuppoſitā]. i. eminētē & altiorē, qa nō ſubeſt
B alicui ſeruituti deroganti veræ & ſalubri libertati. Eſt etem̄ ſeruitus duplex: Vna ordinata & ſa
lutaris, qua quis ſeruit ac ſubditur alteri ad ſuijpſius ſalutem atq; profectum, ſicut boni ſubditi
ſuo prælato, & creatura creatori: Sic quoq; chori inferiores ſeruiunt & obediunt ordini ſupe-
riori. Nam & ſeruitus iſta & dominatio bona relationem habent adinuicem, & in innocentiæ
ſtatu fuiſſent. huic ſeruituti concordat libertas à iugo peccati. Alia eſt ſeruitus ſolum ordina-
ta ad honorem ſeu commodum eius cui ſeruitur, quæ ſeruitus ex peccato ſecuta eſt, & pœna
" peccati originalis, nec locum habet in patria [† non indigentem ſubiectionis om̄is] id eſt, nul- † ſuperiorē ſubiectiōē omni.
la ſubiectione aliorum ſub ſe indigentem. Quamuis enim multorum agmina angelorum ſub
iecta ſint ei, hoc tamen non eſt ideo, quod dominationum iſtarum celſitudine indigeat illis,
ſicut in ſeculo iſto domini communiter & frequenter indigent ſubiectione ac ſeruitute mini-
" ſtrorum ſuorum [& remotam ab vniuerſa diſſimilitudine] id eſt, longe factam ab omni inor-
dinata dominandi libidine & abuſiua præminentia. Vel hoc dicitur, quia ordo dominationū
ad exteriora agenda ſeu proſequenda non mittitur. propter quod deo ſimilior perhibetur, nō
C tamen ei in cunctis eſt ſimilis. imó infinite eſt ipſo inferior, atq; ab eius omnimoda incommu
" tabilitate ac independentia occumbit ac deficit in immenſum [† Kyriarchiæ inceſſanter appe- † dn̄atiōis.
" tentem] Kyrios interprætatur dominus, archos vero princeps. hinc Kyriarchia vocatur prin-
cipale dominium, ſeu principatus dominicus aut diuinus. Itaq; ordo dominationum eſt ap-
petens indeſinenter kyriarchiæ, ponendo genitiuum pro accuſatiuo, id eſt, principatum diui-
num, non quod velit eſſe altiſſimo ſimilis, eo modo quo dixit ambitioſiſſimus ille primus a-
poſtata: Similis ero altiſſimo. Ille enim voluit cæteris præſidere ac dominari ſecundum pro- Iſa. 14.
priam voluntatem & ad ſuijpſius honorem, non ſecundum legem deſuper inſtitutam ac diui-
næ voluntatis decretum. Dominationes autem cupiunt principatum ac præſidentiam dei or-
dinate in omnibus ſequi, dominando ſicut diuinitus cōſtitutum eſt, ad creatoris honorem ac
inferiorum vtilitatem. Sic nanq; & Apoſtolus monet: Imitatores dei eſtote. Et rurſus: Imita-
" tores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. hinc explanando ſubiungitur [& ad illius ipſius natura- Ephe. 5. 1. Cor. 4. 11.
" liter ſubſiſtentis virtutis ſimilitudinem, quantum poſſibile & ſeipſam & quæ poſt ipſam ſunt, Philip. 3.
" optime & ſpecioſe conformantem] hoc eſt, nominatio illa dominationum, deſignat vim pre
fatam reductiuam, conformantem optime, id eſt, valde bene, & ſpecioſe, id eſt, decenter ac or-
dinate, & ſeipſam, id eſt, ꝓpriū ſubiectū, & quę poſt ipſam ſunt. i. ordines inferiores, ad ſimilitu
dinē. i. ordinatā & cōgruā inſimilationē, v̄tutis illius ipſis. i. diuinæ & increatæ poteſtatis, natu-
ralit̄ ſubſiſtētis. i. eſſentialiter, non dependenter aut participatiue exiſtentis, & propria autori-
tate dominantis, cui ordo dominatiōum vult & ſatagit conformare ſe & ſequentes ſe, quantū
poſſibile eſt, non tranſgrediendo limites ſibi præfixos, quod etiam dominatores, principes &
ꝑlati eccleſiaſticæ hierarchiæ ꝓ poſſe facere debent. Propter q̊d non facientibus ita dicit̄ à Sapi Sapien. 6.
ente: Audite reges & iudices finiū terræ, quoniā cū eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudica-
ſtis, neque cuſtodiſtis legem iuſtitiæ, neque ſecundum voluntatem dei ambulaſtis. Horrende

Iſa.14. & cito apparebit vobis[ad nullum vanevidentium,ſed ad proprie ON vniuerſale cõuerſam] D
hoc eſt,nomen illud ſignificat vim dominationũ eſſe conuerſam & reductam ad nullũ viden
tiũ vane.i.ad nullũ ſpiritũ creatum,appetẽtẽ quicquã inaniter,qualis fuit impijſſimus Lucifer
& qui adhæſerunt eidẽ,qui quæſierunt ſeipſos,non dei honorẽ.Sed ad ON vniuerſale.i.ad eũ
qui vere & proprie eſt id quod eſt,quia ipſe ſolus eſt ipſum eſſe vniuerſaliter & infinite perfe-
ctũ vniuerſale,per cauſalitatẽ ac om̃is perfectionis incluſionẽ,non per informationẽ aut prędi
cationẽ.Conuerterunt em̃ ſe ad ſuũ creatorẽ,qui ait ad Moſen:Ego ſum qui ſum.Hæc dices fi
lijs Iſrael,Qui eſt,miſit me ad vos.ON.quippe,vt Scotus affirmat,interprætatur,Qui ẽ,vel ex-
iſtens:atq; vt addit Hugo,ON.apud græcos dũ ſcribitur per o breue,ẽ neutrale.& interpreta-
Exod.3. Ioh.Sco. Hugo victo Rupertus. Lincoñ. †dñicæ· tur,Quod eſt:cũ vero ſcribitur per o longũ,eſt maſculinũ & ſignificat,Qui eſt.Hinc Linconiẽ-
ſis tranſtulit:Ad principaliter ens[& † Kyriarchicæ ſemp deiformitatis in participatione ſecun
dũ quod poſſibile eſt ipſi,factã]hoc eſt,nomen dominationis deſignat ipſam ab exordio ſuæ
conuerſionis ad deũ eſſe factã.i.conſtitutã in participatione deiformitatis Kyriarchicæ.i.con-
formitatis diuinæ ſubiectorũ dominatiue,ita q̊d ad exẽplar & formã atq; ad imitationem ſum
Gregorius. Dñari qd. Ber.ſ'l.ad Euge.decõ Hebræ.I. mi & increati dominij,dominatur ſubiectis ſibi agminibus.Vnde ait Gregorius:Dominari,eſt
ſubiectos quoſq; poſſidere.Ea ergo angelorũ agmina quæ mira potentia præminent, pro eo
quod eis cætera ab obediendũ ſubiecta ſunt,dominationes vocantur. Et Bernardus libro de
conſideratione:Putemus dominationes adeo cunctis ſupereminere ordinibus eas ſequen-
tibus, vt reſpectu ipſorum cæteri videantur omnes adminiſtratorij ſpiritus, & ad ipſos
To.aq̃nas tanquam ad dominos referri regimina principatuum, tutamina poteſtatum, operationes
virtutum,reuelationes archangelorum,curam & prouidẽtiam angelorum.Hinc Thomas in
prima parte:Dominorum,inquit,non eſt niſi pręcipere,non autem iuſſa per ſe exequi.ideo no
men dominationum importat vniuerſale quoddam iuſſionis principium. ¶ Conſequenter
theologus exponit proprietatem medij ordinis mediæ hierarchiæ. [Ipſam vero ſanctarum
virtutum].i.æſtimo nominationẽ ſanctarum virtutũ,id eſt,hoc nomen Virtus,quo deſignan
tur angelicæ mentes,quæ ſunt de ordine mediæ hierarchiæ,qui ordo dicitur virtus ſeu virtu- E
tes deſignare.[Fortem quandam & incommutabilem virilitatẽ].i.efficatiam ſeu idoneitatem
vel actiuitatem robuſtã,incorruptibilem,perpetue fixam] in om̃es ſecundũ earũ deiformita-
tem operationes].i.ad exequendum expedite ac prompte omnẽ actum,pertinentẽ ad eas ſe-
cundum earum deiformitatem.i.iuxta perfectionẽ excellentiamq; earũ in dignitate ſpecifica
aut gratuite eis collata,per quã deo aſſimilantur in ſuo gradu ac ordine[ad nullã ſuſceptionẽ
inditarum ei diuinarum illuminationũ imbecilliter infirmatam].i.non debilitatã exiliter ad
illuminationes & influentias quaſcunq; ſibi deſuper datas & conuenientes[potenter in imita
tionẽ dei reductã]id eſt,ad fontẽ totius potentiæ deũ om̃ipotentẽ vigoroſe conuerſam,ad quẽ
ipſamet intellectualiter ſe conuertit,& tam à creatore quam ab ordine ſuperiore ad illũ redu-
citur:non quod vnquã receſſit,deuiauit aut auerſus fuit ab eo,ſed per creationem ab ipſo exi-
uit,protinuſq; redijt ad eundem per contemplationem, dilectionem & gratiarum actionem.
Reducta eſt ergo potenter in imitationem.i.ad aſſimilandũ ſe ſummo,in executione actuum
ad chorum ſuum ſpectantiũ[non relinquentem ſuimet imbecillitate deiformẽ motum] id ẽ,
pręꝑpria infirmitate nequaquã omittentem exequi & indefeſſe exercere.motum deiformem,
id eſt,operationem diuinam,qua iugiter circa deum verſatur,& tendit in ipſum, ſeq; extendit
in om̃i quod complacet creatori,de quo motu dictum eſt ſæpius. [Sed firmiter ferentem].i.
fortiter aſcendentem,ſeq; erigentem[inſupereſſentialem & potẽtificã virtutẽ]id eſt, in diuinã
& increatam omnipotentiã,quæ cauſa eſt,datrix & conſeruatrix totius potentiæ[& ipſius ima
ginem virtuti ſimilem,iuxta quod licet factã]hoc eſt,ferentẽ non ſolum in virtutẽ illam ſuper
eſſentialem æternã,ſed etiã in virtutẽ creatam factã,ſimilẽ virtuti illi ſupremæ,ac per hoc ima- F
ginem ipſius increatæ potentiæ. Virtutes ergo illæ angelicæ ſua vi non ſolũ ſe ferunt & exten
dunt in conditorẽ,ſed itẽ in ſpiritũ inferioris gradus ac ordinis,cui communicant bonitates ſi-
bi deſuper præſtitas[& ad ipſam quidẽ vt principalẽ virtutẽ potenter conuerſam]id eſt, nomẽ
iſtud virtutis,deſignat ſpiritũ ordinis huius eſſe vigoroſe reductũ ad ipſam increatã virtutem,
vt,id eſt,tanquã vere principalẽ atq; finalem,ad quã om̃ia vltimate tendunt ac referuntur[ad
ſecunda vero virtutẽ dans & deiformiter ꝓuenientẽ].i.ad inferiora deſignat ipſam eſſe conuer
ſam,tanq̃ principiũ quoddã dans eis virtutẽ,hoc eſt,ipſos confortãs ad exercendũ & exequen
dũ quod præcipit illis. Virtutẽ inq̃ etiã deiformiter ꝓuenientẽ.i.deſcendentẽ in ipſam.Quem
admodũ em̃ virtutes iſtæ angelicæ de hoc medio choro à deo charitatiue liberaliterq; recipi-
unt,ita & inferioribus gratioſe ac munificent̃ trãſfundũt:q̊d totũ intelligendũ eſt, quantũ ad
exerci



A exercitia iſta in hierarchicis actibus,officijs & obſequijs circa creata,pręſertim circa eccleſiam.
Præterea certum eſt,quod non ſolum ordo virtutum habet huiuſmodi virilitatem & fortitu
dinẽ ad agendum ac recipiendum & communicandum conuenientia ſibi,imó & quilibet or-
do cœleſtis ſortitus eſt hoc. Verum hic ordo virtutum habet hoc ſpecialiter ac diſtincte tãq̃ ſibi
formale,propter q̊d inde ſumit denominationem,gradum & ſpeciem quandam,ſicut de alijs
ordinibus hinc inde expreſſum eſt:quemadmodum etiam in numeris & figuris numerus ma-
ior includit minorem,& ab vltima vnitate ſuſcipit ſpeciem,vna q̊q; figura in ſe aliam cõphẽ
dit,vt tetragonum trigonum:ſimiliter in formis ſpecificis forma ſuperior totam pfectionem
formę inferioris,aliq̃d ſuperaddens. Vñ & ſpecies rerum ſe habere dicuntur vt numeri. ¶ Seq̃tur
de expoſitione nominis infimi ordinis hierarchiæ ſecundæ.[Ipſam autem]ſupple nominatio
nem[ſanctarum poteſtatum].i.mentium ſupernarum infimi chori in hierarchia ſecunda æſtimo
deſignare[æq̃potentem diuinarum dñationum & virtutum bene ornatam, & inconfuſam circa
diuinas ſuſceptiones ordinationem]hoc eſt,aptam diſpoſitionem.æq̃potentem.i.æqualis po
tentiæ cum choris ſuperioribus ſuæ hierarchiæ,videlicet cum potẽtia ſanctarum dñationũ atq;
virtutum,bene ornatam.i.pulchre decoratam,in nullo confuſam circa diuinas ſuſceptiões.i.
ad accipiendum influxiones,illuminationes & commiſſiones à deo ꝓfluentes fontaliter,vt p̃o
te immediate aut mediate.Dicitur autem ordo poteſtatum æq̃potens cum virtutibus ac dñati
onibus,non ſimpliciter,ſed in genere,q̃tum ad hoc q̊d conueniunt in quadam ꝓprietate,p quã
ad eandem pertinent hierarchiam,vt dictum eſt ſupra in expoſitione primæ hierarchiæ p̃cedẽ
ti capitulo.Conſtat em̃ q̊d ordo dñationum abſolute loquendo,ſit altioris dignitatis ac maio
ris potentiæ q̃ ordo virtutum,præſertim q̃ ordo poteſtatũ.Quid aũt ſit illud cõmune in q̊ ſunt
æquipotentes,inductũ eſt.[Et ordinatũ ſupermundanæ & intellectualis poteſtatis,non tyran
nicæ in ea quæ inferiora ſunt,poteſtatiuis virtutibus præcipitatæ].i.nominatio poteſtatũ de-
ſignat ordinatũ.i.ordinationem actiuam,quam in choris inferioribus faciunt. Ordinatiõem
inq̃ ſuæ poteſtatis intellectualis ac ſupermundanæ.i.cœleſtis & ſupernaturalis ſuæ potentiæ,
B per quam cauſant ordinationem iſtam in regimine hierarchali in choris ſequentibus,ordina-
tionem vero ſpecificam & collocationem in ſuis ordinibus ab exordio ſeculi habent immedi
ate à deo,poteſtatis dico,non præcipitatæ tyrannice in ea quæ inferiora ſunt.i.non præcipitã-
tis ſeipſam in ſubditos aliqua abuſione aut tyrannica crudelitate aut violentia.virtutibus po-
teſtatiuis.i.per vires eis collatas[ſed potenter in diuina poſt bene ordinatas reductæ]hoc eſt,
virtutis intellectualis,reductæ potenter in diuina.i.conuerſę ad deũ & ad actus diuinos. poſt
bene ordinatas.i.poſt virtutes angelicas & ſupernas,quæ ante & ſuper eam ſunt,& rite ad ſua
ſuperiora,præſertim ad deũ,reductę ſunt.Nam & ipſa per ſuperiores quoq; reducta eſt,& infe
riores reducit.ideo ſubditur[& quæ poſt eam reducentis deiformiter].i.conuertentis ad ea q̃
poſt eam ſunt.i.angelos inferiores[& ad potentificam *exorſiachiam].i.poteſtatem diuinam *cauſalem
ſummam & principalem,oĩs ſecundarię poteſtatis radicem & cauſam[quantum fas].i.cõde-
cens[eſt † aſſimilare].i.conformare illa inferiora poteſtati diuinæ[& eam vt poſſibile angelis *aſſimilatę
reuelantis]hoc eſt,poteſtatis reuelantis eã.i.poteſtatem diuinã & æternam angelis ordinum
inferiorum vſq; ad angelos infimi ordinis ordinato ꝓceſſu.hinc addit[in bene † ornatis p ipſam *ordinatis
ordinibus].i.in choris inferioribus q̃ bene ornantur per poteſtates,q̃tũ ad ea quæ illis reuelant
ac exequenda inſinuant per poteſtates præfatas immediate vel mediate [poteſtatiua virtute]
C .i.vi illa potenti hierarchica,per quam poteſtates agunt & influunt in angelos inferiores. Et
certe hæc oĩa ſunt ſané & cauté intelligenda.Certũ eſt em̃,quod vniuerſi ordines angelorum cer-
nunt immediate in deo oĩpotentiam & increatam virtutem ipſius,nec poteſtates illam reuelãt
inferioribus angelis directe & primo ac immediate in ſeipſa, ſed oſtenſione & obedientia ſeu
exemplo operis ſuis,& per manifeſtationem diuinorum operum ac rationum eorundem pandunt
illis oĩpotentiam creatoris:& quantũ ad hoc,reducunt & conuertũt illa ad illum,ad quẽ vtiq;
à principio creationis mox inauertibiliter & beatifice ſunt cõuerſi,reducti,ac toto poſſe inde-
ſinenter intenti.Hæc de expoſitione nominum & ꝓprietatũ ordinũ mediæ hierarchiæ ſunt di-
cta. ¶ De quorum hierarchicis adhuc actibus ſubinfert.[Has habẽs deiformes proprietates me-
dia cœleſtiũ aĩorũ diſpoſitio].i.hierarchia ſupernorum ſpũum media,habens vires & actiones
præfatas[purgat q̃dẽ & illuminat & pficit,quẽadmodũ dictũ eſt,à diuinis illuminatiõibus in-
ditis ſibi ſecundo p primã hierarchiã.Diuina em̃ hierarchia ſuſcipit primo loco & primo gra-
du perfectiõis illuminatiões à deo,deinde ipſa illuminat hierarchiã ſecundã ac mediã ſecundo
gradu ac loco[& p mediã illã ſecunda † illuminatione delatis].i.illuminationibus transfuſis à †manifeſta tione.
deo mediante prima hierarchia hierarchiæ ſecundæ.Secunda illuminatione.i.illuſtratiõe fa-

 cta mediæ

ɛ̃ta mediæ hierarchiæ loco ſecundo. Prima enim illuminatio facta primæ hierarchiæ, eſt im D
mediate à deo. deinde ſecundo loco prima hierarchia illuminat mediam. [Itaq; per alium di-
ctum veniẽtem in alium angelum auditum, ſymbolum faciemus à longe, ſuperperfecte & per
proceſſionem occulte in ſequentia perfectionis] Hic probat q̃d dixit, videlicet vnum ſeu inferi
orem angelum, illuminari per alium, puta ſuperiorem. Itaq; dictum per alium. i. ſermonẽ ꝓla
tum per alium vnum venientem in alium angelum, cui ille alter loquebatur, faciemus ſymbo
lum. i. ſignum & euidens ac quaſi ſenſibile argumentum perfectionis diuinæ & increatæ à lon
ge ſuperperfectæ. i. in infinitũ perfecte & longe perfectionis q̃ capere valeamus. Et occulte. i.
inuiſibilis ac nobis ingnotæ, niſi multum imperfecte per proceſſionem in ſequentia. i. per ema
nationem & diffuſionem bonitatum ſuaꝝ in creaturas, per quam ꝓceſſionem ipſa aliqualiter
innoteſcit, & excellentia ſapientiæ ſuæ pulchre oſtenditur, quo tam ordinate omnia agit &
per angeloꝝ miniſteria taliter operatur. [Etenim ſapientes circa ſacras noſtras immolatiões
aiunt]. i. periti in euangelica lege & circa ſacramenta ac ſacrificia eius bene inſtructi dicunt [ꝑ
ſeipſas lucentes diuinoꝝ plenitudines]. i. illuminationes diuinas ex ſua natura lympidiores &
pleniores, & per conſequens, magis lucidas ac intelligibiles [per alias contemplatiuaꝝ partici
pationum eſſe perfectiores]. i. per hoc eſſe & fieri magis aptas ad intelligendũ ab inferioribus,
quod à media hierarchia participatę ſunt & receptę à prima hierarchia: quia per hoc magis cõ
tractæ & particulariores effectæ ſunt, ideoq; capacitati inferiorũ magis proportionatæ, vt fre-
quenter eſt declaratum. [Sic æſtimo & angelicoꝝ ordinum immediata participatione primo
perfectoꝝ. in deum extentoꝝ perfectiorem eſſe per medietatẽ † extentorum]. i. puto quod illuminatiões
angeloꝝ primæ hierarchiæ, quę immediate ad deum erectæ ſunt & reductæ, ſint perfectiores
illuminationibus aliaꝝ hierarchiaꝝ, quæ extenduntur & reducuntur in deũ per primã hierar
chiam, q̃tum ad cognitionem diuinoꝝ effectuum, non quo ad beatificã diuinæ eſſentiæ viſio-
nẽ ac fruitionẽ. [Propter quod & à noſtra ſacerdotali traditione perfectiuæ lucificæ, & purga-
tiuæ virtutes primi intellectus nominantur inferioꝝ]. i. ob cauſam hanc intellectus primi. i. E
mentes ſupernæ in prima hierarchia locatæ nominãtur à noſtra ſacerdotali traditiõe. i. à ſcri
ptura quam nobis tradiderunt ſancti & ſapientiſſimi ſacerdotes euangelicæ legis, virtutes per
fectiuæ & lucificæ. i. illuminatiuæ. & purgatiuæ inferioꝝ, vtpote hierarchiaꝝ & ordinũ ſequẽ
tium. [tanquam per ſe in omnium ſupereſſentiale principium reductoꝝ]. i. tanq̃ conuerſoꝝ
in deũ, q eſt vniuerſoꝝ principiũ effectuũ ſupereſſentiale, quia omnem rerum ordinem & ca-
mysticaꝝ. tegoriam prædicamentalem traſcendens. Per ſe. i. per intellectus & angelos hierarchiæ ſupre-
mæ [& † teletarchicaꝝ purgationum & illuminationum & perfectionum in participatione ſe
cundum quod eis fas eſt factoꝝ]. i. inferioꝝ illoꝝ ordinũ factoꝝ. i. conſtitutoꝝ in participa-
tione purgationum & illuminationum ac perfectionum teletarchicaꝝ. i. diuinaꝝ quas ſortiũ
tur à deo mediante prima hierarchia, ſecundũ quod eis eſt fas. i. poſſibile, q̃a non valent eas re
cipere in tanta vniuerſalitate & puritate ac eminentia, ſicut mentes primę hierarchię eas à deo
† ordinatione: immediate ſuſcipiũt [Hoc eſt eñ oĩno à diuina † taxiatarchia diuinitus promulgatũ]. i. à ſum-
ma & increata virtute omniũ ordinatiua, inſtitutũ ac manifeſtatum. Taxiatarchia interp̃tatur
Rupertus. Lincon. principiũ ordinis ſeu princeps ordinationis ſcd̃m Linconienſem. In hoc itaq; diuina lege oĩa
ordinate ſancitum eſt [per prima & ſecunda diuinis participare illuminationibus]. i. inferiora F
per ſuperiora ſuſcipere illuminationes ſupernas hierarchicas in cognitione ſecretoꝝ operum
dei. Verũtñ lumen gratiæ gratumfaciẽtis, fides, ſpes, charitas ac cæteræ virtutes infuſæ, lumẽq;
gloriæ & beatifica viſio, ſunt efficienter immediate à deo, quamuis creatura poſſit in talibus di
ſpoſitiue cooperari. Nec dubium q̃n oẽs beati multa diuinoꝝ opeꝝ intuẽt immediate in deo
diuinam videndo eſſentiam, inferiores tñ non tot & tanta, neq; tam clare vt ſuperiores. iccirco
† Inuenies. in talibus à ſuperioribus illuſtrant. [† Inueniẽs autem & hoc multoties à theologis expreſſum]
frequenter q̃ppe theologi. i. autores ſcripturę hoc ꝓteſtant in libris ſacris, q̃d vnus angelus do
cet, mittit, illuminat aliũ, imó & præcipit ei haud dubiũ quin ſuperior inferiori, quod cõſequẽ-
ter ex teſtimonijs cõprobat ſcripturaꝝ. [Qñ eñ diuina & paterna humanitas]. i. pietas dei. Hu
† nutritiue. manũ nanq; vno modo eſt idẽ quod piũ. [Iſrael † cõuerſabiliter ꝑ ſacra eius ſalute corripiẽs]
. i. Iſraeliticũ populũ paternę caſtigans, tanq̃ in populo illo familiariter habitans, p̃ſertim in tẽ-
plo & cordibus deuotoꝝ [& vſciſcentibus & immanibus nationibus in correctionẽ tradens]
. i. plebẽ illã exponẽs Chaldæis, q erãt valde crudeles & vindicatiui. In correctionẽ. i. ad hoc vt
vt ꝑ ſuis corrigerentur exceſſibus, & caſtigati ſaluarentur. Illa eñ fuit intentio pijſſimi dei pa-
Iere. 7. tris, q̃uis plurimi Iudæoꝝ illoꝝ in ſuis ſceleribus obſtinati non pœnituerunt, ꝓpter q̃ ęterna-
lit perierunt. De q̃bus apud Ieremiã dñs dixit: Indurauerũt facies ſuas ſupra petrã, & noluerũt
reuerti



A reuerti. Nunq̃d ſuper his non viſitabo, & in gente tali non vlciſcetur anima mea? Porro de im
manitate atq; ferocia Chaldæorum ſcriptum eſt apud Iohelem: Gens aſcendit ſuper terrã me
am fortis & innumerabilis, dentes eius vt dentes leonis. De quorum maxima ferocitate plu-
ra ſcribuntur à Ioele. Vnde in Daniele Azarias deprompſit: Dediſti nos in manibus iniquorũ Ioel. 1.
& peſſimorum. Quam miſericorditer vero conſueuit deus Iſraeliticum populum caſtigare, in
nuit ſecundo libro Machabæorum quo legitur: Non ſicut in alijs nationibus dominus patien Ioel. 2. Dani. 3.
ter expectat, vt eas cum iudicij dies venerit, in plenitudine peccatorum puniat, ita in nobis ſta- 2. Macha. 6
tuit: corripiens vero in aduerſis populum ſuum, non derelinquit. hinc ſubditur [omnigena ꝓ-
uiſorum in melius traductione, in captiuitatem dimiſit]. i. plebem illã captiuari permiſit, imó
& fecit. traductione prouiſorum omnigena. i. traditione prouidoꝝ patrũ omnino perfecta, vt
ſcilicet captiuatio illa eis eſſet medicinalis, ſic quod vexatio ipſis tribueret intellectum, iuxta il- Iſa 28.
lud in Ieremia: Caſtigo te in iudicio, vt non tibi videaris innoxius. Non autem te faciam in cõ- Iere. 30.
ſummationem [& ad priorem clementer reduxit beneficentiam]. i. populũ illum de captiuita
te illa Babylonica liberauit, deditq; eis beneficia conſueta. i. dare tunc cœpit de nouo ſaltẽ, q-
buſdam [Vidit theologorum vnus Zacharias vnũ primoꝝ (vt ęſtimo) & circa deũ angeloꝝ] Zacha. 1.
Iſte eſt Zacharias vnus duodecim prophetaꝝ minoꝝ, penultimusq; eorũ, q fuit in Iudæa poſt
reditum à Babylonica captiuitate. & viſio eius de qua hic ſermo. fuit ei oſtenſa ſeptuageſimo
& vltimo captiuitatis illius anno, quæ tot annis durauit prout Ieremias prædixit. Vidit itaque
Zacharias imaginaria viſione, vnum primoꝝ angeloꝝ, exiſtentium circa deũ. i. pertinentium Iere. 25. 29
B ad primam hierarchiam, quæ dicitur collocata in veſtibulis deitatis & immediate circa deum
vt capitulo præcedenti expoſitum eſt. Et quaſi q̃s diceret, Cur ſpiritum illum nominas ange-
lum, cum angelus ſit nomen chori infimæ hierarchiæ? reſpondet: [Communis enim (vt dixi)
eſt omnibus hæc angelica cognominatio]. i. nomen angeli commune eſt vniuerſis ſpiritibus
cœleſtibus, cuiuſcunq; ſint ordinis, vt patuit ſupra quinto capitulo. Vidit ergo Zacharias vnũ Zacha. 1.
angelorum [ab ipſo deo diſcẽtem (vt dictum eſt) verba conſolatoria de hoc]. i. de liberatione
filioꝝ Iſrael à captiuitate præfata. [Alterum vero ſubiectoꝝ angeloꝝ in occurſum primi pro
uenientem]. i. Zacharias vidit in eadem prophetica apparitiõe alteꝝ angeloꝝ ſubiectorũ. i.
alium quendam de numero angelorum inferiorum, aſcendentem in occurſum primi. i. angeli
illius ſuperioris, q videbatur de cœlo deſcendere [tanquam ad illuminationis ſuſceptionem
& perceptionem]. i. ad accipiendum illuſtrationẽ ab illo angelo ſuperiore [& deinde ab ipſo
diuinum conſilium tanquam à ſummo ſacerdote eruditum]. i. Zacharias tunc etiam vidit an-
gelum illum inferiorem, eruditum ab ipſo angelo ſuperiore, tanquam à ſummo ſacerdote. i.
ſicut in lege Moſi inferiores ſacerdotes docebantur à pontifice, ad quem ſpectabat in difficilio
ribus reſpondere, vt in Deuteronomio legitur. Vel, tanq̃ à ſummo ſacerdote. i. a valde ſublimi Deu. 17.
angelo, dante ſacra reſponſa ac diuina reſpondente oracula. Conſilium diuinum. i. ſententiã
dei de re petita, vt ſtatim dicet [& hoc docere theologum conuerſum]. i. Zacharias tunc vidit
C conuerſum. i. angelũ illũ inferiorem, vertẽtem ſe ab angelo illo ſuperiori, cuius illuminationi
& allocutioni fuit intentus, ad ipſum Zachariam: & docere theologum, vtpote Zachariã ꝓ- Zacha. 2.
phetam, hoc. i. reſpõſum iſtud quod ſubditur [quoniam fructuoſe habitabitur Ieruſalem]. i.
q̃ ciuitas illa metropolis in Iudæa, puta Ieruſalem, inhabitabitur copioſe & opulenter [a multi
tudine hominum]. i. prę nimia hominum multiplicatione in ea. Sic habet antiqua tranſlatio.
Porro Hieronymus tranſtulit: Abſq; muro habitabitur Ieruſalem prę multitudine hominum
& iumentorum. Sed ſenſus redit in idẽ: q̃m ſenſus eſt, q̃ præ frequentia habitatoꝝ vrbis illius
tanta eſſet ſecuritas ſeu copia populi, q̃ munimento murorũ non indigerent, vel oẽs inter mœ
nia ciuitatis capi & cõmorari non poſſent, iuxta illud in Iſaia: Anguſtus mihi eſt locus, fac ſpa-
ciũ vt habitem. Præterea vt iſta clarius intelligãtur, oportet verba Zachariæ recolere, q in prin Iſa. 49. Zacha 1.
cipio ſui libri loq̃tur: Dixit angelus dñi exercituũ: Vſquequo non miſereberis Ieruſalem & vr Zacha. 1.
bibus Iuda q̃bus iratus es? Iſte iã ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpondit dñs angelo verba bo-
na verba conſolatoria. Rurſus quoq; ibidem habetur: Ecce angelus q loquebatur in me, egre-
diebatur: & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit: Curre & loquere ad puerum
iſtum, dicens: Abſq; muro habitabitur Ieruſalẽ præ multitudine hominũ & iumentorum. Ex q̃
bus dat intellectus textus iſtius ¶ Conſequenter ſanctus hic autor ea quæ dixit, videlicet ange
los inferiores a ſuperioribus illuminari, autoritate ꝓbat Iezechielis. [Alter aũt theologorum
Iezechiel, Et ab ipſa, inq̃t, hoc ſacratiſſime ꝓmulgatum ẽ, Cherubim ſup̃firmata glorioſiſſima
diuinitate]. i. alius theologus puta Iezechiel, inq̃t: Hoc. i. diuinũ cõſiliũ iſtud ſacratiſſime pro-
mulgatũ, eſt ipſi Cherubim. i. alicui ſpiritui exiſtẽti de medio ordine ſup̃mæ hierarchiæ, q or- Ieze. 10.

do Cherubim appellatur ab ipſa ſuperfirmata.i.firmiſſima ac omnipotente glorioſiſſima di D
uinitate,quod conſilium patefactum eſt a Cherubim angelo inferiori,a quo etiam manifeſta
tum eſt Iezechieli:Porro de quo ordine fuerit angelus ſupremæ hierarchiæ, de quo iam ante
locutus eſt Zacharias,non exprimit Dionyſius:nec de hoc aliq̃d audeo dicere aſſertiue,ſed ſic
Infra.ca.13 Iſa.6. ut infra docet hic ſanctus, angelũ illũ qui purgauit labia Iſaię carbone ignito,miſſumfuiſſe ab
Zacha.1.2. vno de ordine Seraphim.ideoq; ipſum quoq; ab illo miſſum vocatum Seraphim eſſe:ſic ange
lus iſte inferior qui docuit Zachariam de habitatione filiorum Iſrael in Ieruſalem & templi cõ
ſtructione,forſitan fuit de ordine Throni,q̃ interpretatur ſedes ſeu manſio dei.[Ipſum enim
Iſrael(vt dictum eſt)dux exercitus humanitas per diſciplinas in melius traducens iuſtitia diui
na corrigentibus reſpondetur correctos iuſtificauit]hoc eſt,Humanitas.i.pietas dei.dux exer
citus.i.princeps & ductrix Iſraeliticæ plebis.traducẽs plebem illam in melius.i.ad vitam emẽ
datiorem,per diſciplinas.i.caſtigationes paternas & per ſalubres doctrinas,iuxta illud Iſaiæ:
Iſa.26. In tribulatione murmuris doctrina tua eis.Vnde Ieremias ait:Caſtigaſti me domine,& erudi
Iere.31. Iob.5. tus ſum quaſi iuuenculus indomitus.Hinc in Iob docet:Beatus homo q̃ corripitur a domino.
Increpationem ergo domini ne reprobes:qm̃ ipſe vulnerat,& medetur:percutit,& manus eius
ſanabunt.Quæ pietas dei,reſpondetur.i.correſpondenter impenditur corrigentibus.i.pecca
ta ſua per paterna dei flagella delentibus ,diuina iuſtitia.i.ex conſideratione iuſti iudicij iudi
cis ſummi.Vel,diuina iuſtitia.i.exigente æquitate diuina,quæ hoc iudicat iuſtum, ſeu conde
cens bonitatem diuinam,vt pœnitentibus & patienter patientibus virgam paternam indulge
Nahũ.1. atur,& miſericordia impendatur iuxta illud Nahum,Non conſurget duplex tribulatio.ideo
ſubditur:Correctos iuſtificauit.i.iuſtos iudicauit ac coronauit,ideo dicitur in libro Sapiẽtiæ: E
Sapien.3. Qui abijcit diſciplinam infelix eſt.Quamobrẽ Salomon dixit:Qui confeſſus fuerit ſcelera ſua
Pro.28. & reliquerit ea,miſericordiam conſequetur.Hoc totum in populo Iudæorum tempore Baby
lonicæ captiuitatis impletum eſt,in quo multa præfigurata ſunt myſtice.Nã & ipſa fuit figu
ra captiuitatis ſpiritualis ſub iugo peccati & ſeruitute ac poteſtate diaboli,à q̃bus per gratiam
Iere.25.29 dei pœnitentiamq; eripimur,quam captiuitatem deus per Ieremiam prædixit duraturam an
nis ſeptuaginta:Cum cœperint,ingens,impleri in Babylone anni ſeptuaginta, ſuſcitabo ſup
Dani.9. vos verbum meum bonum.Hinc Daniel narrat:Ego Daniel intellexi in libris numerum an
norum,de quo factus eſt ſermo domini ad Ieremiam prophetam,vt complerentur deſolatio
nis Ieruſalem anni ſeptuaginta. [Hoc docetur primus poſt Cherubim lumbos ſapphyro prę
cinctus,q̃ poderam iuxta ſymbolum hierarchicũ induebatur]Primus ille poſt Cherubim vi
detur fuiſſe ſpiritus q̃dam angelicus,qui in reuelatione horum mox à Cherubim fuit illumi
natus,& per quem deſcendit reuelatio eorundem vſq; Iezechielem.Fuit autem primus ille in
dutus(vt in viſione apparuit)poderam,quæ eſt veſtis ſacerdotalis,ad deſignãdum quod inſtar
ſacerdotis alijs de q̃bus ſtatim dicẽt,angelis p̄fuit. Fuit quoq; ad lumbos ſapphyro pręcinctus
ad inſinuandũ puritatẽ ac dignitatẽ naturæ angelicæ, mũdiciã etiã caſtitatis ad ſacerdotes ſpe F
ctantis cõtra vitia carnis,quæ viget in lũbis,p̄pterea addit,iuxta ſymbolũ hierarchicũ.i. ſcd̃m
morã ſenſibiliũ ſignoꝝ,quæ in actibus hierarchalibus adhibẽt in eccleſiaſtica hierarchia, atq;
in apparitionibus quę per angelos oſtendũtur hominibus. [Reliquos autem angelos q̃ ſecu
Ytaxarchia res habebant,diuina ordinatio imperat à priori doceri de hoc diuinũ iudiciũ]hoc eſt ordina
tio diuina.i.deus ordinãs vniuerſa imperat à priori.i. iuſſit ab angelo qui poſt Cherubim ex
titit prior doceri angelos reliquos habẽtes in manibus ſuis ſecures ad occidẽdũ iniquos. Iudi
ciũ diuinũ.i. cenſurã dei de illo negocio,quid exercere deberẽt circa tranſgreſſores prætactos
[Ei quidẽ enĩ dixit p̄tranſire mediã Ieruſalẽ].i.angelo illi primo poſt Cherubim deus p̄ Che
rubim ſeu ipſe Cherubim deo committente,præcepit vt iret per medium vrbis Ieruſalem [&
dare ſignum in frontes correctorum virorum] id eſt,ſcribere ſignum thau in frontibus viro
rum qui pœnituerunt de proprijs culpis & gemebant de alienis.[Alijs autem]id eſt,inferiori
Iezec.9. bus qui habebant ſecures,præcepit dominus [exite in ciuitatem poſt eum] id eſt, poſt angelũ
ſcribentem ſignum thau in frontibus inhabitantium Ieruſalem [& percutite & nolite parcere
oculis veſtris. Ad omnes autem ſuper quos eſt ſignum] thau[ne appropinquetis] id eſt, nul
lum eorum in quorum frontibus eſt ſignum thau, occidatis neq; lædatis.Verum vt iſta clari
us intelligantur,recolenda eſt ſcriptura,in qua iſta habentur. Nam autor iſta allegat ſecun
dum tranſlationem ſeptuaginta interpretum ,qua tunc vtebatur eccleſia. Atuero ſecundum
Hierony. tranſlationem Hieronymi ita habemus: Ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris,
Iezec.9. vir quoque vnus in medio eorum veſtitus lineis, & atramentarium ſcriptoris in manu
eius



A eius & vocauit dominus virum indutum lineis,& dixit ad eum:Tranſi per mediam ciuitatem
& ſigna thau ſuper frontes virorum gementium & dolentium ſuper cunctis abominatiõibus.
Et illis dixit,audiente me:Tranſite per ciuitatem ſequentes eum & percutite.Non parcat ocu
lus veſter.Omnem autem ſuper quem videritis thau,ne occidatis.Deinde idem probatur alijs
multis autoritatibus & exemplis,quod ſcilicet angeli primæ hierarchiæ reuelant quædam &
imperant angelis mediæ hierarchiæ,& angeli mediæ hierarchiæ angelis tertiæ ac infimę hie
rarchiæ,& illæ hominibus eccleſiaſticæ hierarchiæ perſonis.[Quid fortaſſe q̃s dixerit?] .i. q̃d
poteſt aliq̃s dicere[de dicente angelo ad Daniel,Exiuit ſermo].i. de angelo q̃ dixit ad Danie
lem,Exiuit ſermo?De hoc Daniel ita refert:Cumq; orarẽ, Gabriel dixit ad me:Ab exordio p̄ Danie.9.
cum tuarum egreſſus eſt ſermo.Ego autem veni vt indicarem tibi. De iſto inquã negocio nil
aliud dici poteſt,niſi quod ſuperior angelus docet inferiorem.Nã & paulo ante in eodem pro Dani.8.
pheta legitur:Factum eſt cum ego Daniel viderem viſionem,& quærerem intelligẽtiam eius,
audiui vocẽ dicẽtẽ:Gabriel,fac iſtũ intelligere viſionẽ.Et ille q̃ dixit hoc Gabrieli,fuit angelus
ſuperior eo.imó ſcd̃m quoſdã fuit Michael,q̃ tunc princeps extitit Synagogæ[aut de ipſo pri
mo ignẽ ex medio Cherubim recipiente].i.q̃d poteſt q̃s dicere de angelo illo ſuperiore & pri
mo poſt Cherubim induto podere,q̃ ex medio Cherubim ignem accepit? Vnde in Iezechiele
legit:Dixit dñs ad virum qui indutus erat lineis:Ingredere in medio rotarum quę ſunt ſubtus Ieze.10.
Cherubim,& imple manum tuam prunis quæ ſunt inter Cherubim,& effunde ſuper ciuitatẽ.
Ex quo conſtat,quod angelus altior iuſſit hoc angelo inferiori,deo deſuper committente.nec
oportet hæc iſto in loco planius explanare,quia ad hoc ſolum hic allegantur, vt pateat quod
inter angelos eſt ordo hierarchicus,vt prolatum eſt ſæpius.[Aut illud eiuſdẽ abundantius in
ordinis angelici oſtenſionem]hoc eſt,aut quid deſignat illud oraculum eiuſdem viſionis ipſi
us Iezechielis,abundantius,id eſt,euidentius valet ad declarandum propoſitum,quod ſcilicet Ieze.10.
ſuperior angelus inferiorem illuſtrat & dirigit[quoniam & Cherubim immittit ignem in ma Ibidem.
B nus ſtolam ſanctam induti].i.quod Cherubim legitur ibi ignem miſiſſe in manus angeli ſto
la induti.ſic nanq; in Iezechiele ſcriptum eſt:Extendit Cherub manum ſuam de medio Che
rubim ad ignem,& dedit in manu angeli induti lineis.Quo probatur,quod ille indutus ſtola
ſeu lineis,fuit inferior ipſo Cherub,à quo ignẽ accepit.[Aut de vocante diuiniſſimum Gabri
el].i.quid dici poteſt de angelo vocante Gabrielem valde diuinum[& dicente ei:Fac illum in
telligere viſionem].i.tu ó Gabriel fac illum,videlicet Danielem,intelligere viſionem. Præte Dani.8.
rea Gabriel appellatur hic diuiniſſimus,non quia de prima aut ſecunda fuit hierarchia,vt aliq̃
putauerunt,prout Magiſter Sententiarum recitat libro ſecundo,ſed quia v̄bi æterni incarnati 2.li.Sentẽ. diſ.10.
onem annunciauit glorioſiſſimæ & excellentiſſimæ virgini, eiuſdem quoq; verbi incarnati
paſſionem apertiſſime prænunciauit Danieli,vt in Daniele habetur.[Aut quæcunq; alia à ſa Dani.9.
cris theologis dicta ſunt de cœleſtium hierarchiarum deiformi ornatu].i. alia quæque ſimi
lia à ſanctis prophetis & alijs authenticis viris expreſſa & ſcripta,de ornatu.i.decore & ordina
tione inuiolabili cœleſtium,idem teſtantur,quod ſcilicet angeli angelis præſunt, denunciant,
influunt,imperant.[Ad quem]videlicet angelicæ hierarchiæ ornatum[noſtræ hierarchiæ or
dinatio].i.diſpoſitio eccleſiaſticæ hierarchię[ſecundum quod poſſibile eſt aſſimilata]. i.ſecũ
dum quod decuit conformata[angelicam pulchritudinem quantum in characteribus habe
bit].i.imaginibus,habet.i.angelorum pulcherrimæ ordinationi conformatur,& eam nũc ha
bet in ſpe & inchoatione ac aliqua imitatione,quãtum in imaginibus & figuris & ſenſibilibus
C ſignis poteſt haberi,præſertim in imaginibus ſummę Trinitatis:hoc eſt, in ratiõabilibus men
tibus per charitatem & gratiam,per contemplationem & dilectionis feruorem,ac per alia di
uerſa præclara & peralta ſpirituſſancti chariſmata[formata per eum & reducta ad ſuper eſſen
tialẽ ſimul oĩs hierarchię principẽ.i.eccleſiaſtica hierarchia per eũ.i.per ornatum angelicę hie
rarchiæ,formata eſt.i.decorata & qualificata ac miniſterialiter inſtituta,fontaliter autẽ & prin
cipaliter à ſpirituſancto.Chriſtus quoq; in terra eccleſiam ſuam ordinate inſtituit ac diſtinxit,
plenius autem poſt aſcenſiõem miſſo deſuper ſpirituſancto.Quoſdam enim dedit apoſtolos,
quoſdam prophetas,quoſdam doctores &c.prout ad Corinthios ſcribit Apoſtolus. Angeli 1.Cor.12.
demum formant,informant,regunt,cuſtodiunt,afficiuntq; eccleſiam ſaltem diſpoſitiue,per q̃s
& reducitur finaliter ad deum,qui eſt ſupereſſentialis fons,inſtitutor, radix,conſeruator & cõ
ſummator omnis hierarchiæ tam angelicæ quàm humanæ. ¶Circa capitulum hoc poſſent a
liqua quæri præſertim de locutionibus angelorum,& de coaptatione hominum electorum
ad diuerſos choros ac ordines angelorum,de quibus & conſimilibus circa finem opuſculi hu
ius intendo aliqua ſcribere.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS VIII.

D Poſt primam hierarchiam tractandum eſt de media intellectualiter contēplando tres ordines ipſius, ſcilicet dominationes, poteſtates & virtutes. Quodlibet autem iſtorum trium nominum ſignat aliquā ipſius ordinis proprietatem, per quam ipſius ordinis ſubſtantiæ deo conformātur. Nomen ergo dominationum ſignat ſubſtantias illius ordinis, ab omni inhoneſta ſeruitute & indecenti ſubiectione liberas, ad deum ſurſum agi per primam hierarchiam, & nulla violentia præmi, ſecundū varias huius mūdi miſerias, ſed habere indiſſolubilem dominationem ſupereminentem omni ſeruituti indebitæ, non valentem ab aliquo violenter ſubijci, & ſegregate excedentem omnem mutabilitatē, eo quod vna ſit illarum dominatio, & indeſinenter deſiderans deum, qui eſt princeps dominationis, & ad ipſius ſimilitudinem & imitationem, ſecundum ſuam poſſibilitatē, & ſeipſas & inferiores ſuos, per bonas gratias & operationes informant, & toto deſiderio & contemplatiōe, non ad ea quæ vane apparent bona, ſed ad vere exiſtens bonum conuertuntur, & ſcdm ſuā capacitatē cōformitate dei, qui eſt princeps dñatiōis, ſꝑ participāt. Nomē vero virtutū ſignat robuſtā quādā, & incōcuſſam fortitudinē, ad exercēdas oēs operatiōes quæ ſuo ordini cōgruūt, iuxta gr̃as & virtutes ſuas, quibus illius ordinis ſubſtantiæ deo conformant̃ neq; in aliq̃ debilit̃ infirmatā, q̃ minus poſſit efficaciter ſuſcipere quaſlibet illuminatiōes, ſibi diuinitus inditas, ſed potent̃ diuinas opationes, ſcdm ſuā cōgruētiā imitantē, nulla puſillanimitate derelinquentem motū, q̃ deo cōformat̃, ſed firmit̃ tēdētē ad dei virtutē, quæ ſupſubſtātialis ē, & effectrix oīs virtutis, & effectiua imaginē eiuſdē diuinæ virtutis ſcdm ſuā poſſibilitatē cōformādo, & inferiores ſuos diuinæ virtuti & fortiter conuerſam ad diuinam virtutem, quæ eſt principalis virtus & ad inferiores ſuos procedētem diſtributione virtutis deiformis. Nominatio vero poteſtatum ſignat ordinariam poteſtatē ſubſtātiarū illius ordinis, quæ dñationibus & virtutibus coordinant̃, i. in eadē hierarchia cū illis collocant̃ ad diuinas ſuſceptiōes, ſine vlla ordinis cōfuſiōe vel ꝑturbatiōe, & ſignat eſſe in eiſdē ordinationē inuiſibilē & ſupmūdanā poteſtatis intellectualis ordinate ſurſum actis, nō abutētibus virtute ſua tyrānice ad inferiores, ſed potēt̃ ſimul & benigne ſurſum agētibus ad pleniorē dei cognitionē, amorē & imitationē infimā hierarchiā, quæ continet principatus, archāgelos, & angelos, & ad deū q eſt princeps oīs poteſtatis, & cauſat omnē poteſtatem, aſſimilatis & facientibus deū angelis inferioribus ſe reſplendere, quantū ipſis angelis poſſibile ē capere in tribus ordinibus infimæ hierarchiæ angelicæ, quæ à poteſtatibus bene ordinantur. Has habens deiformes ꝓprietates media cœleſtiū mētiū hierarchia, vt dictū eſt, purgatur, illuminat̃ & perficitur à deitate, illuminationibus ſibi ſecūdario inditis ꝑ primā hierarchiā, & ipſa prima mediante per ſecundam luculentiuā à deo delatis. Quod aūt vna cœleſtis mens alia ſuperiore mediante illuminetur, exēplo ſcripturaꝝ oſtēdemus. Sicut em̄ inter homines illi perfectius edocti ſunt, q ſaluatorē immediate audierunt, q̃ q eiſdē ſanctis apoſtolis & diſcipulis dñi mediantibus didicerunt: ita eſt in mentibus cœleſtibus, q a clarius & perfectius illuminantur, q in deum immediate extenduntur, quam q eiſdem mediantibus à deo illuminantur. Vnde traditio apoſtolorum docet, ꝙ primæ intelligentiæ ſunt & dicunt̃ purgatiuæ, & illuminatiuæ, & perfectiuæ inferioꝝ, eo ꝙ ipſe ſurſum agunt inferiores ad deū, q eſt ſuperprincipale principiū omnium, & faciūt eas participes diuinarum purgatiōnū & illuminationum, & perfectionū ſcdm ſingulaꝝ capacitatē. Generaliter ſiqdem à deo ordinatum eſt, vt per ſuperiores inferiores participent diuinis illuminationibus. Et hoc colligit̃ ex ſubiūctis exemplis ſcripturaꝝ.

Zacha.I. Legit̃ in Zacharia quod benigna dei iuſtitia, per ſalutarem caſtigationem ad ſe Iſraelem conuertens, ꝑmittit relaxationem captiuitatis Babylonicę. In quo facto deſignatur vniuerſalis electoꝝ correctio per mundi aduerſitates, & ad emendatiorē & purgatiorē vitam deductio. Ibi em̄ legit̃ ꝙ vnus angelus, quē arbitror eſſe de primis q circa deū ſunt, didicit à deo verba bona, & conſolatoria de reſtitutiōe captiuitatis, & habitatiōe Ieruſalē. Et alius angelus ab illo, tanquam à hierarcha ſuo, diſcens diuinum conſilium, docuit Zachariam ꝙ Ieruſalē reædificaretur, & à multitudine hominum habitaretur.

Ieze.10.9. Item ſicut colligitur ex Iezechiele quando, vt dictum eſt, paterna dei benignitas filios Iſrael per diſciplinam diuinæ iuſtitiæ punitos, à pœna inflicta indicauit abſoluendos, diuinitatis ſententia ſuper hoc reuelata eſt Cherubim, & poſt Cherubim angelo, qui iuxta ſignificationem ſignorum hierarchicorum dicitur eſſe veſtitus lineis, & atramentarium habere ſcriptoris in lumbis. Angeli autem qui deſignantur ibi per ſex viros habentes in manibus vaſa interitus, per ſignum viri lineis induti à deo docti, docentur dei iudicium de puniendis tranſgreſſoribus, & alijs ſaluandis, qui eſſent E F

ſignati



A ſignati Thau in frontibus, dū eis dicit̃: Tranſite per ciuitatē, ſequētes eū & ꝑcutite. Non parcat oculus veſter, nec miſereamini. Senē, adoleſcentulū & virginē, paruulū & mulieres interficite vſq; ad internetionē. Oēm aūt ſuꝑ quē videritis Thau, nō occidatis. Itē legitur in Daniele, ꝙ angelus qui reuelauit ei dñicæ myſteria incarnationis, dixit Danieli: Egreſſus eſt ſermo, ego autē veni vt indicarē tibi. Vbi innuit̃ ꝙ ad aliū primo egreſſus eſt ſermo, q per aliū indicat̃ Danieli. Itē rurſus in Ezech. legit̃, ꝙ vnus angelus aſſumpſit ignē in medio Cherubim, & ꝙ dedit illū ignē ī manus alterius angeli, q deſignat̃ ꝑ virū indutū lineis: vbi oñdit̃ ꝙ aliqs Cherub ſuꝑior, influit Cherub inferiori & ille alij inferiori. Itē legit̃ in Dani. ꝙ quidā angelus tāq̃ ſuꝑior iniūxit Gabrieli, tanq̃ inferiori, vt faceret Danielē intelligere viſionē, quā quidē ille ſuꝑior docuit Gabrielē, & Gabriel Danielē. Itē colligi pōt ex alijs ſcripturæ teſtimonijs, quæ tractāt de deiformi bono, ornatu cœleſtiū hierarchiarū, cui nr̃æ hierarchiæ ordinatio ſcdm mortaliū poſſibilitatem, aſſimilata, & angelicū decorē in ſe imaginarie repræſentans, ꝑ ipm ſurſum agit̃ ad deum: qui eſt ſubſtantialis princeps vniuerſæ hierarchiæ.

## ¶ De principatibus, archangelis, & angelis, deq; extrema ipſorū hierarchia — Cap. IX

Reliquus eſt nobis in contemplationē * ornatus angelicas concludēs hierarchias, a deiformibus principibus, archangelis & angelis diſpoſitus. Et primas quidē dicere neceſſariū eſtimo, ſcdm ꝙ mihi poſſibile ſctāꝝ earum cognominationū manifeſtationes. Manifeſtat em̄ ipſa quidē cœleſtiū principū illud deiformiter principale eductiuū cū ordine ſacro & principalibus decentiſſimis uirtutibus, & ad ſuperprincipale principiū ea B uniuerſal̃r cōuerti, & alias hierarchice ducere ad illud ipm, q̃tum poſſibile, formari prīcificū principiū, manifeſtareq; ſupereſſentialē eius * ordinationē, ornatūq; principaliū uirtutū. Ipſa aūt archangeloꝝ ſctōrum equipotēs quidē eſt celeſtibus principatibus. Eſt em̄ & eoꝝ & angeloꝝ, ut dixi, hierarchia una & diſpoſitio. Verūtamen quoniā quidē nō eſt hierarchia niſi & primas & medias & ultimas uirtutes hn̄s, archangeloꝝ ſctūs ordo coīcatiue † hierarchię medietati extremoꝝ recipit̃. Et em̄ ſanctiſſ. principatibus cōmunicat, & ſctīs angelis. Ipſis quidē, quia ſupeſſentiale principiū principal̃r cōuertit̃, & ad ipm, ut poſſibile, reformat̃, & angelos unificat ſcdm bene ornatos eius, & ordinatos & inuiſibiles ducatus. Iſtis v̄o, quia & eis * prophetico eſt ordini diuinas illuminationes hierarchicæ per primas uirtutes ſuſcipiens; & angelis eas deiformiter annūcians & per angelos nobis manifeſtās, ſcdm * ſacrā uniuſcuiuſq; diuinitus illūinatoꝝ analogiā. Ipſi em̄ angeli, ſicut p̃diximus, cōpletiue cōſum C mant oēs cœleſtiū aīoꝝ diſpoſitiōes, ſcdm ꝙ cōſummandū eſt. Quippe in cœleſtibus eſſentijs hn̄tes angelicā ꝓprietatē, & magis apd nos angeli q̃ priores aptius noīati, q̃tū circa qd̃ * manifeſtius eſt ipſis hierarchia & magis circūornatus. Excellentiſſimā quidē em̄, ut dictū ē, diſpoſitionē tanq̃ ipſi occulto primitus ordinate ꝓximantē, clā formans æſtimandū † ordinare ſcdam: ſcdam uero q̃ cōpletur a ſctīs dñationibus & uirtutibus & pt̃atibus, ei q̃ eſt principibus & archāgelis & angelis hierarchię p̃eſſe. Prima quidē hierarchia manifeſtius, ea uero q̃ eſt poſt eam, occultius. Principatuū autem & archangelorū & angeloꝝ manifeſtatiuam diſpoſitionē, & humanis hierarchijs per conſequentia præcipere, ut ſit ꝑ ordinē ad deū † aſcenſus, & cōuerſio & coīcatio & unitas. * Et quidē a deo oīb9 hierarhicis optīe indita, et coīcatiue ſupueniēs, & cū ornatu ſacratiſſimo, ꝓceſſio

Inde

+ taxiarchice
+ hierarchice
* hypophetico
* ꝓpriam
+ ſignificantius
+ ſctificare.
* reductio.
+ Attī &

Dan. 10. Inde theologia noſtram hierarchiam angelis diſtribuit, principem Iudæorum D
†aliarum gentium populi Michael nominãs,& alios † gentium diuerſos. Statuit enim excelſus ter
alteros minos gentium iuxta numerum angelorũ dei.Si autem quis dixerit,& quomo=
Dan.32 do Hebrœorum populus reductus eſt ſolus in diuinas illuminatiões? Reſpon=
*ſcientias dendum,quia non angelorum rectas * dominationes accuſari oportet aliarum
gentium in non exiſtentes deos errore,ſed illos ipſos proprijs inflectionibus,ex
ea quę eſt in diuinũ recta reductione recidentes,amore ꝓprio & ſuperbia, ipſis
uiſorum diuinitus & corrationabiliter cultui.Hoc perhibetur & ipſe Hebræo=
rum populus perpeſſus eſſe.Cognitionem eñ dei,ait,repuliſti, & poſt cor tuũ
*ꝓuiſorũ exiſti. Necꝙ enim coactam habemus uitam,necꝙ per † prouidentiam propriam
poteſtatẽ diuina lumina prouidę illuminationis reuelantur.Sed intellectualium
uiſionum diſſimilitudo ſuperplena,paterna bonitate lucis donationẽ, aut omni
no non participatã facit,& ad earꝫ reformationẽ non diſtributã, aut participa=
tiones facit differentes,paruas aut magnas,obſcuras aut claras, unius aut ſimpli
cis,& ſemper eodẽ mõ ſe habentis,& ſuperexpanſi fontalis radij. Deiñ quia &
alijs gentibus ex quibus & nos, reſpeximus in illud oĩbus paratũ in traditionẽ,
& apertũ diuini luminis, & magnũ & copioſum pelagus, non alienigenæ q̃dã
imperabant dij. Vnum aũt oĩm principiũ, & ad ipſum reduxerunt ſequentes,
†princi= pantes. ſcd'm unãquanꝙ gentẽ * ſacerdotio fungentes angeli. Melchiſedec intelligendũ E
Gene.14. ſummũ ſacerdotẽ, exiſtentẽ dño amiciſſimũ exiſtentiũ non exiſtentiũ, ſed uere
exiſtentis excelſi dei. Eteñ non ſic ſimpliciter Melchiſedec theoſophi, amicum
dei tñ,ſed & ſacerdotẽ uocauerunt. An ut ſapientibus aperte ſignificarent,quia
non ſolum ex eis in ipm̃,qui uere eſt,deum conuertit,adhuc aũt & alijs,ut ſum=
* edocet. mus ſacerdos * educet ea quæ eſt ad uerã & ſolam diuinitatẽ, reductionem? Et
Gene.14. Dan.2. 5. hoc aũt tuã ſumme ſacerdotalem intelligentiã admonebimus, quia & Pharaoni
apud ipſos Ægyptios imperãte angelo,& Babyloniorꝫ principi p̃ſide proprio
oĩm prouidentię & dñationis prouidũ & poteſtatuorꝫ,ſcd'm uiſiões diſtributũ
eſt,& gentibus illis ueri dei miniſtri duces ſtatuti ſunt, formationum ab angelis
uiſionis manifeſtatione angelorum, continuo ſacris uiris Daniel & Ioſeph ex
deo per angelos reuelatæ Vnum eſt enim omnium principium & prouidentia
& nullo modo æſtimandum,Iudæos quidem pleniter duxiſſe diuinitatem. An F
gelos autem ſpecialiter aut æque honorabiliter,aut oppoſitis, aut deos quoſdã
alteros imperare alijs gentibus. Sed & eloquium illud,ſecundum ipſam ſacram
intelligentiam accipiendum,non ut partiente deo cum alijs dijs, aut angelis no
ſtrum ducatũ Iſrael in gentis principatũ & gentis ducatũ cõtento. Sed ut ip̃a q̃
dem una ſimul oĩm excelſa ꝓuidentia oẽs hoĩes ſalutariter,ꝓpriorꝫ angelorꝫ re=
ſtitutorijs manuductiõibus diſtribuente,ſolo fere ultra oẽs Iſrael in ueri dei illu
minationẽ & cognitionẽ cõuerſo. Vñ theologia quidẽ ſeip̃m poſſediſſe Iſraelẽ
† eum vi= ritim. in ueri dei famulatũ ſignificans,fctã eſt portio dñi ait. Oñdens aũt & † cũ cęteris
Dan. 10. gentibus diſtribuiſſe cuidã ſctõrꝫ angelorꝫ in cognoſcẽdũ per eũ unũ oĩm prin
cipiũ,Michaelẽ dixit Iudaicũ duxiſſe pp̃lm: aperte nos edocẽs unã eſſe oĩm ꝓ=
uidentiã, ſimul oĩbus inuiſibilibus & uiſibilibus uirtutibus ſupereſſentialiter
ſuper collocatã: oẽs aũt per ſingulas gentes imperãtes angelos,in ip̃m ut ꝓpriũ
principium ſequentes, uoluntate eſſentiali quaſꝙ uirtutes extendere.

Decla



A ¶ Declaratio capituli huius IX. | Articulus XVIII.

ELucidatis nominibus ac proprietatibus ſuperiorum ſex ordinum ac duarꝫ
hierarchiarũ primarũ,nũc idem fit de infima hierarchia & tribus ordinibus
" eius. [Reliquus eſt nobis in contemplationẽ † conatus ] id eſt, reſiduũ ſtu= †conatus
" dium noſtrũ circa conſiderationẽ huius materię [angelicas concludens hie
" rarchias] id eſt, terminans ſeu conſummans ſpeculationẽ huius tractatus,
" loquendo de vltima angelica hierarchia [à deiformibus Principatibus, Ar=
" changelis & Angelis diſpoſitus ] id eſt, ordinatus inchoari à principatibus
deiformibus. i. choro ſupremo tertię ac infimę hierarchiæ, qui chorus dicitur principatus, eſt=
" que deo confarmis præ ſequentibus choris duobus, archangelis & angelis. [Et primas quidẽ
" dicere, neceſſariũ æſtimo ſecundum quod mihi poſſibile, ſanctarum eorũ cognominationũ
manifeſtationes] hoc eſt, æſtimo neceſſarium neceſſitate conditionata, non abſoluta. Iſtud
namꝙ neceſſarium eſt, ſi tractatio iſta de hoc infimo ordine erit ſufficiens, & ſi horum ordinũ
proprietates fundamentaliter intelligentur: manifeſtationes. i. ſignificationes cognominatio
" num ſanctarꝫ, id eſt, ſanctorũ nominũ eorũ, primas dicere, id eſt primo loco exprimere. [Ma=
nifeſtat enim ipſa quidem cœleſtium principum] hoc eſt ipſa nominatio principum cœleſtiũ,
id eſt, nomen principatuum deſignat, quidem. i. pro certo [illud deiformiter principale & du=
ctiuum] id eſt, præcipuam eorum proprietatem, per quã in ſpeciali hoc ordine deputantur &
collocantur, & qua deo ſpecialius aſſimilantur, quo ad ea quę ad rationẽ pertinent hierarchię
B & ductiuum, id eſt, dignitatẽ ducalem qua inferiorũ ſunt duces ac principes, non ſolum archã
" gelorum & angelorũ, ſed etiam hominum & regnorũ atꝙ prouintiarum. [cum ordine ſacro]
" . i. cum ſancta ordinatione, ſecundũ quod deus inſtituit abſꝙ omni faſtu ſuperbiæ & abuſiõe,
" ac curua reflexione ad ſemetipſas. [& principalibus decentiſſimis virtutibus,] id eſt, cum vera
& præcipua eorum prudentia, per quam agnoſcunt modũ & formã regendi ac præſidendi: cũ
excellenti quoque iuſtitia, quia non commoda ſua propriumve honorem, ſed dei in omnibus
venerationem, & inferiorum quærunt profectum, & item zelum eorum, quo ad dei reuerentiã
& ſubiectorum vtilitatem aut ſalutem feruent ac inardeſcunt: obedientiam quoque qua crea=
tori obediunt, intendendo, deſcendendo, ac verſando circa hæc inferiora: pietatem & ſufferen
tiam, quoniam propter ingratitudines atque facinora gentium non omittunt nec deſinunt be
nefacere ipſis, fidelitatem etiam diligentiamque ipſorum circa commiſſos. Hæc etenim præci
" pue ad principes pertinere cenſentur. [& ad ſuperprincipale principium vniuerſaliter eas con
" uerti] id eſt, præfatum nomen Principatuum denotat eos generaliter & in omnibus & comple
te cõuerti, ac cõuerſos eſſe ad deũ in omni actu eorũ principatiuo & opere hierarchali, non ha
bitualiter tantum, ſed actualiter quoꝙ, neꝙ per aliquam operationem externam ab interiori
ſynceritate, vacatione, quiete, ſimplificatione & contemplatione vnq̃ aut vllatenus impediri.
" [& alias hierarchice ducere]. i. mentes inferiorum ad deum reducere hierarchaliter, hoc eſt or
C dinate, quantũ ſpectat ad ipſorum chorum & cathedram, non tranſgrediẽdo limites ſibi præ
" fixos. [ad illud ipſum quantum poſſibile formari principificum principiũ]. i. ad fontale illud &
æternale principiũ, factiuũ & inſtitutum vniuerſi principatus ac principatiõis, q̃tum poſſibile
formari. i. q̃tũ poſſibile eſt ipſos inferiores formari & actuari influẽtijs pricipatuũ, ac p eas deo
conformari. Non eñ pñt totũ recipere q̇d ſupioris eſt chori, neꝙ in tãta ſimplicitate & pfectio
" ne vt eſt in ordine illo ſupiori [manifeſtareꝙ ſupeſſentialẽ eius † taxiarchiã,]. i. declarare infe
rioribus p effectus operũ diuinorũ, & p opationes ſuas hierarchicas, increatã illã exemplarẽ & †ordinatio nem.
excellentiſſimã ordinationẽ principis ſummi, q̃ in hierarchijs ab ipſa exẽplatis exẽplariterꝙ
deductis reſplendet, queadmodũ cauſa in ſuo effectu, quã increatã ordinationẽ oẽs beati clare
etiam & immediate conſpiciũt in ſeipſa, quantũ ad principalem & eſſentialem ipſorũ ſpectat
" felicitatẽ. [ornatumꝙ principaliũ virtutũ]. i. infinitũ illum decorẽ æternæ ſapientię ac idealis
& exemplaris prudentiæ dei, ac eius beneficentiã & munificentiam, charitatem & pietatem cir
ca creaturas, potiſſime intellectuales & rationales, quæ oĩa in ſuperbeatiſſimo deo ſunt idẽ, q̃=
uis formaliter diſtinguantur & in regimine hierarchali relucent. ¶ Conſequenter de archan
" gelorum nominatione, proprietate, & opatione ſubiungitur: [Ipſa aũt ſanctorũ archangelo=
" rum æquipotens quidẽ eſt cœleſtibus principatibus]. i. nominatio ipſa ſanctorũ archangelo=
rum æquipotens eſt. i. æqualẽ ſignificat potentiã in archangelis ac principatibus, loquendo de
illa potentia ſcd'm rationẽ eius communẽ, prout in ea cõueniũt tres chori inferiores, & horum
conuenientia vnam & eandem conſtituunt hierarchiam, ſecundũ quod per illam potentiam
deputantur ad certas & particulares executiones eorum, quæ à ſuperioribus tribus ordini=
bus

bus,vtpote, Dominatiõibus, Virtutibus & Poteſtatibus imperata,cõcepta,detetermi-nata ſunt fieri circa eccleſiaſticam hierarchiam iuxta præhabita: ex quibus etiam conſtat qualiter iſta æquipotentia vltimæ hierarchiæ ſit intelligenda, vtpote in quodam communi & ſecundum quid,non ſimpliciter, & abſolute,ſicut de aliarum æquipotentia hierarchiarum prolatum eſt. D Hinc expoſitorie ſubditur:[Eſt enim & eorum & angelorum, vt dixi, hierarchia vna & diſpoſitio]id eſt,vnus eſt principatus hierarchicus in genere, & vna cõmunis diſpoſitio hierarchialis,eorum, id eſt principatuum & archangelorum ac angelorum, iccirco in communi conueniunt,differunt tamen in ſpeciali, propter quod ſubditur: [Veruntamen quoniamquidem non eſt hierarchia]id eſt,nihilominus cum non ſit aliqua hierarchia[niſi & primas & medias & vltimas virtutes habens]id eſt,quæ non habeat virtutes,id eſt,perſonas vigoroſas & efficaces,ſeu vires hierarchicas purgatiuas, illuminatiuas & perfectiuas in genere ſuo ſupremas,& medias,ac infimas. [archangelorum ſanctus ordo communicatiue hierarchicæ medietati extremorum recipitur.]hoc eſt,ſanctus ille medius ordo ſeu chorus archangelorum recipitur, id eſt conſideratur & coordinatur medietati hierarchicæ, id eſt, in medio vltimæ hierarchiæ, communicatiue,id eſt,ita quod communicet vtrique extremorum ſuæ hierarchiæ, & in eorũ medietate conſiſtat:recipitur quoque hierarchicæ medietati extremorũ, ita quod habeat hierarchicam medietatem,qua communicatiua eſt extremorum.

Medium duplex.

Eſt enim duplex medium,vnũ per abnegationem & excluſionem vtriuſque extremi, quemadmodũ virtus eſt media ac quædam medietas inter vitia duo extrema. Aliud eſt medium per participationem ſeu communicationẽ,ſicut dicuntur medij colores inter extremos,ſicque in cœleſtibus hierarchijs medij ordines perhibentur,qui cum vtroque extremo ſuæ hierarchiæ communicant, ſicut nunc de archangelis ſubditur. [Etenim ſacratiſſimis principatibus communicat] id eſt, cum beatiſſimis angelis qui ſunt de ordine principatuum,communionẽ & conuenientiã habet ordo archange- E lorum. [& angelis ſanctis]id eſt,cum angelis glorioſis infimi chori [Ipſis quidem]id eſt,cum principatibus cõmunicat[quia ad ſupereſſentiale principium principaliter conuertitur]id eſt in omni opere ſuo hierarchico ad deum actualiter finaliter ſe conuertit, ſicut & principatus. [& ad ipſum vt poſſibile reformatur]id eſt,illi ſe aſſimilare intendit, non quod ſit aliquo modo deformatus,ſed vt per actus ſacros hierarchicos illi fiat ſimilior,id eſt,purgatior,illuminatior, atq; perfectior,non per charitatis profectum,ſed per ampliorem notionem diuinorũ effectuum[& angelos viuificat]id eſt,in deo ſimplificat,recolligit, & reducit omni eorum actu hierarchali & obſequio circa eccleſiaſticam hierarchiam, vt ſemper ex multis perfectius redeant ad ſimpliciſſimnm illud vnum. [ſecundum bene ornatos eius & ordinatos & inuiſibiles ducatus] id eſt, ſecundum directiones & exemplares actus ſuos ſapientialiter factos,per quos ad ſui imitationem incitat angelos,qui actus ſunt indeuiabiliter ordinati,inuiſibiles,ſpiritales & ad deum relati,decore virtutum,ſapientiæ claritate,feruore amoris,& omni diſcretione fulciti. [Iſtis vero] id eſt, etiam infimo choro angelorum communicat ordo archangelorum. [quia & eis hypophetico eſt ordini diuinas illuminatiões hierarchice ſuſcipiẽs per primas virtutes] id eſt,quoniam ordo ille archangelorum à ſuperioribus choris accipit illuminationes, F tradendas eis,id eſt,inſinuandas angelis infimi ordinis ordine hypophetico, id eſt, ꝓceſſu ſubprophetali,ab hypo,quod eſt ſub,& propheta:non quod angelis proprie conueniat nomen & ratio prophetæ,ſed ſimilitudinarie,cum videant quaſi præſentia ventura,& futura prænuncient. Cumq; arhangeli à ſuperioribus audiunt quod inferioribus angelis nuncient,quaſi hypophetæ videntur:ſimiliter angeli prędicando hominibus, quod ab archangelis audierunt ac didicerunt, hypophetæ reſpectu archangelorum per metaphoram appellantur, ideo ſequitur: [& angelis eas deiformiter annuncians]id eſt,ordini infimo,ordo archangelicus illuminationes ac futurorum cognitiones reuelans deiformiter,id eſt taliter ac diuinæ,ſicut ipſe à ſuperiore illas accepit. [& per angelos nobis manifeſtans]Minora enim angeli immediate prophetis prædicunt,maiora vero ipſimet archangeli pandunt hominibus,quemadmodum Gabriel

Lucæ. 1

archangelus prædixit Zachariæ plurima de Iohãne ac præelectiſſimæ virgini de domino Ieſu Chriſto †ſecundũ propriam vniuſcuiuſq; diuinitus illuminatorũ analogiã].i. hæc oĩa fiunt, videlicet iſtæ illuminationes & manifeſtationes, cõmunicationes & prænunciatiões,iuxta ꝓportionem,menſuram,dignitatẽ,capacitatem,habitudinẽ & diſpoſitionẽ vniuerſoꝝ & ſingulorum illorũ,q̃ illuſtrati ſunt deſuper. Nempe quo altiores & digniores conſiſtunt, eo clarius & vniuerſalius illuſtrantur à ſupioribus ſuis,clariusq; & diffuſius illuminãt inferiores. Porro ꝙ ordo angelorũ ſit vltimus,exponit ſubdẽdo. [Ipſi enim angeli]prout nomẽ angeli cõtracte

*ſacram.

&appro



A & appropriate accipitur. [ſicut prædiximus completiue conſummant] id eſt, perfectionaliter terminant inferius[omnes cœleſtium animorum diſpoſitiones] id eſt,cunctos ſupernorũ ſpirituum ordines,intra quos etiam ipſi continentur, & ita ſunt finis angelicorum ordinum, quaſi intrinſecus & incluſus:ſunt quoq; finis conſummans & complens,quoniam ad complementum & venuſtatem pertinent totius angelicę hierarchiæ, ſecundũ ꝙ perfectio totius poteſtatiui ac integralis ex partibus ſuis reſultat,conſiſtit,atq; dependet. [ſecundum quod cõlumandum eſt]id eſt,prout dicendum eſt,ordines illos conſummari per vltimos,cum & vltimi illi ſint tantæ excellẽtiæ ac dignitatis,tantæ felicitatis, pulchritudinis & gloriæ,præſertim per ſupernaturalia chariſmata gratiæ & gloriæ ipſis communicata,vt capere non poſſimus: imo ſic infimus angelus multo prętalrior glorioſiorq; cõſiſtit, q̃ prima & ſumma intelligẽtia,prout de intelligentijs loquuntur philoſophi,qui non putabant eas poſſe pertingere ad claram & immediatam primæ cauſæ cognitionem per ſpeciem. [Quippe in cœleſtibus eſſentijs habentes angelicam proprietatem] id eſt, mentes illæ ſupernæ quæ habent proprietatem angelicã, quæ eſt hominibus annunciare minora,& ſingulis quibuſq; particulariter præſidere, quæ inter cœleſtes perſonas contentæ ſunt[& magis apud nos angeli,q̃ priores] id eſt, q & circa nos magis ſunt præcones ac nuncij dei,quàm ordines altiores:quoniam immediate apparẽt, nunciant & loquuntur hominibus communius ac frequentius, quàm archangeli aut principatus. Hinc [aptius nominati]id eſt,conuenientius nuncupati ſunt angeli, q̃ alij chori, præſertim ꝑ comparationem ad nos:per comparationem vero ad animos ipſos cœleſtes, illi magis poſſent angeli appellari,qui primo à deo illuminationes & reuelationes ſuſcipiunt, vt ſunt mentes primæ hierarchiæ,& eas ſequentibus annunciant choris:tanto quoq; aptius dicti ſunt angeli per reſpectum ad nos. [quantum circa quod †ſignificantius eſt ipſis eſt hierarchia] id eſt,

†manifeſtius.

quo illorum hierarchia,ſeu ſacer principatus verſatur circa ea quæ nobis ſunt ſignificabiliora, vtpote circa humana & inferiora,& quo intelligibiles illarum ſpecies magis ſunt determinatæ & particulares,ac per hoc humano intellectui magis proportionatæ. [& magis circũor- B natus]id eſt,quo amplius conuenit angelis iſtis operiri & circumueſtiri formis ſenſibilibus, ſpecioſis ac ſplendidis,quibus frequenter quaſi circumornati videntur, quando apparent hominibus. Vnde Marcus ait: Viderunt iuuenem circumamictũ ſtola candida,& obſtupuerunt.

Marci 16.

Poſtremo vltimus ille ordo angelicus eccleſiaſticæ hierarchiæ eſt proximus, iccirco hominibus magis proportionatus ad apparendum,annunciandum, præſidendum,& cuſtodiendum [Excellentiſſimam quidem enim diſpoſitionem] id eſt,ſupremam hierarchiam cœleſtem [vt dictum eſt,tanq̃ ipſi occulto primitus ordinate proximantem,] id eſt, veluti appropinquantẽ primitus,id eſt,primo loco,ſeu proximo gradu excellentioriq; modo, ipſi occulto,id eſt,incõprehenſibili deo,qui eſt omni ſecreto ſecretior,& omni interiori interior,de quo loquitur Iſaias: Vere tu es abſconditus deus Iſrael. [clam formans]id eſt, qui eſt ſecrete & inuiſibiliter imprimens,perficiens atq; efficiens angelicas ſtationes. [ęſtimandum *ſanctificare ſecundam].i.

Iſaiæ 45.

*ordinate

tenendum eſt purgare,illuminare,perficere hierarchiam ſecundam ac mediam [ſecũdam vero quæ completur à ſanctis Dominationibus & Virtutibus & Poteſtatibus ei quæ eſt principibus & archangelis & angelis hierarchiæ principari.]hoc eſt, æſtimare debemus, imo pro certo tenere,quod ſecunda hierarchia principetur ac præſit tertiæ hierarchiæ. Et iam dictum eſt C ſæpe,quod ſecunda hierarchia compleatur ſeu conſtet ex tribus ordinibus, qui ſunt, Dominationes, Virtutes,& Poteſtates:& hæc principatur ſeu præſidet hierarchię tertiæ, quæ eſt ex principatibus,archangelis & angelis conſtans & aggregata. [Prima quidem hierarchia manifeſtius] id eſt,clarius ac copioſius & vtilius [illuminatur] à creatore [ea vero quæ eſt poſt eam] id eſt,ſecunda hierarchia[occultius]id eſt,non tam clare, nec ſic tam immediate illuminatur à deo,quantum ad cognitiõem hierarchicam effectuum diuinorum, quemadmodum prima & tertia mediatius ac minus ſplendide illuminatur à ſecunda. Nempe quo deo ſunt propinquiores ac ſimiliares per naturalia atque gratuita, eo eminentius ac immediatius ab ĩpo illuminantur: ſed quoad beatificam viſionem, vniuerſi immediate illuminantur diuinitus, & impletur quantum ad hoc, illud Ieremiæ: Non docebit vltra vir proximũ ſuum,dicens: Cognoſce dñm. Oẽs eñi cognoſcent me,à minimo eorũ vſq; ad maximũ,ait dñs. [Principatuũ aũt & archãgelorũ & angelorũ manifeſtatiuã diſpoſitionẽ]i. hierarchiã illã vltimã,quę eſt manifeſtiua.i. illuminatiua eccleſiaſticę hierarchię,ſentiendũ eſt [humanis hierarchijs ꝑcipere].i. ꝑſidere & imperare[ꝑ conſequentiã].i. ſicut hoc ſeqtur ex ꝑdictis, & ordo exigit vniuerſi [vt ſit per ordinẽ ad deũ *reductio & conuerſio & cõmunicatio & vnitas]hoc eſt,quatenus oĩa & ſpecialiter intellectuales ac rationales creaturę reducãtur ac cõuertunt ad altiſſimũ ordinate,& cõi-

Ierem. 31.

*aſcenſus

catio

catio mutua ſit in eis,ita quod ſuperiores communicent inferioribus dona ſibi collata, ſicque D
Proclus. per reductionẽ & reditionem plurimorum in vnum fontale principium, oẽs ſunt aliquomo-
do vnum in illo,ac inter ſe couniti. Hinc Proclus diſſeruit: Omnis multitudo participat vno
Idem. aliqualiter. Et rurſus: Omne quod participat vno,vnum eſt & non vnum. Itẽq; : Omne bonũ
*Et quidẽ. vnitiuum eſt participantium ipſo. [† Attamen & à deo omnibus hierarchicis optime indita & "
cõmunicatiue ſuperueniens, & cum ornatu ſacratiſſimo proceſſio].i. q̃uis talis ſit,mutua irra "
diatio,reductio,cõmunicatio inter ordines angelorum: attamen proceſſio eſt à deo indita, o-
ptime omnibus hierarchicis.i.cunctis perſonis ſeu choris in hierarchia cõtentis. Hoc eſt ema-
natio bonitatis emanantis & conceſſæ à deo,communicatiue ſuperueniens.i. liberaliter deſu-
per data,& cum ornatu ſacratiſſimo.i.cum pulchra & ſancta diſpoſitione,& cũ donis gratijsq;
annexis. Dona quippe diuina mutuo ſe decorant,& vnum alteri eſt annexum. Dona quoque
gratiæ gratum facientis ſunt immediate à deo efficienter,in quibus connexa ſunt multa, vt fi-
des formata,ſpes viua,charitas,virtutes infuſæ,& ſeptem dona ſpiritus ſancti, ſicq; vnũquod-
que iſtorum cum ſacratiſſimo ornatu aduenit & confertur. Nec ſine his donis iſtaq; dei pro-
miſſione in nos ſufficerent nobis ad ſalutem actiones & influxiones hierarchicæ, nobis ab an
gelis impartitæ. Ad quod inſinuandum, Moſes in Exodo ait ad dominum: Si non tuipſe præ
Exod. 33. cedas nos,ne educas nos de loco iſto. [Inde theologia noſtram hierarchiã angelis diſtribuit,] "
id eſt,ex quo inferiores hierarchiæ à ſuperioribus illuſtrantur & gubernantur: inde eſt ꝙ theo "
logia.i. ſacra ſcriptura noſtram hierarchiã diſtribuit.i. eccleſiaſticã hierarchiam aſſerit diſtri-
butã & cõmiſſam angelis infimę hierarchię, ita ꝙ ſinguli angeli infimi ordinis ſingulis pręſunt
hoĩbus: principatus vero.i. angeli ſupremi ordinis infimæ hierarchiæ cœleſtis, præſunt reg-
nis & territorijs. Vnde ſubiungitur: [Principem populi Iudæorum Michael nominans] Iuxta
Danie.10 illud Danielis: Nemo eſt adiutur meus in omnibus his,niſi Michael princeps veſter. Michael
† alios gen ergo tunc princeps fuerat ſynagogæ,ſed nunc princeps eſt eccleſiæ. [& † aliarum gentium al- "
tiũ diuerios teros,] id eſt,alios angelos illius tertij ordinis,dicit eſſe principes aliarum gentium,iuxta quod "
Ibidem. legitur in Daniele: Princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Et ecce Michael vnus de principibus E
Ibidem. primis venit in adiutorium mihi. Et rurſus: Cum egrederer apparuit princeps Gręcorũ. Dein
de ad probandum quod noſtra hierarchia commiſſa ſit angelis ad regendum,alio teſtimonio
Deute.32 vtitur: [Statuit enim excelſus terminos populorum, ſecundum numerum angelorum dei.] "
Hoc ſcriptum eſt in Deuteronomio iuxta Septuaginta interpretes,& vno mõ ita exponit: Ex-
celſus,id eſt,deus altiſſimus ſtatuit terminos populorum, id eſt,diuiſiones ſeu regiones natio-
num iuxta numerum angelorum dei, numerum angelorum iſtorum numero gentium coa-
Grego. ptando. Porro Gregorius in homilia ad alium ſenſum trahit verſiculum iſtum, probãs ex eo
tot homines eſſe ſaluandos,quot angeli permanſerunt. Veruntamen Hieronymus iuxta He-
Hierony. bricam veritatem ſic tranſtulit: Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael,
ſicq; ad literam eſſet & alius ſenſus,prout ſuper Deuteronomium ſcripſi. ¶ Conſequenter
author ſoluit obiectionem,quæ contra hæc fieri poſſet. [Si autem quis dixerit] prædictis obij
ciendo: [Et quomodo Hebræorum populus reductus eſt ſolus in * thearchicas illuminatio-
† diuinas nes] id eſt,ſi angeli ſancti ac præpotentes præſunt ſingulis gentibus,imo & ſuppoſitis etiam in
fidelibus atq; idololatris,quid cauſæ eſt quod ſolus ppl's Hebræorũ,ad thearchicas.i.diuinas F
& principales illuminatiões ꝑuenit olim ſub legẽ? Ad quod reſpondet [Reſpondendũ,quia nõ
† domina- angelorum rectas * ſcientias accuſari oportet].i. in hoc non oportet, imo nec licet, ꝙ accuſe-
tiones. mus ſcientiam angelorũ,quaſi ex eorum defectu illud acciderit. Linconienſis tranſtulit præſi-
Rupertus
Linconen. dentias,quod aptius ſonat [aliarũ gentium in non exiſtentes deos errore] id eſt,in errore gen-
tium aliarũ quæ idola coluerũt, quę non ſunt dij, ideo additur: in non exiſtentes deos.i. in hoc
quod coluerunt vt deos eos, qui non exiſtunt dij, iuxta illud Ieremiæ: Et certe ipſi non ſunt
Ierem.2 dij. [ſed illos ipſos proprijs inflexionibus ex ea,quæ eſt in diuinum recta reductione recide-
tes amore proprio.] id eſt,reſpondendum eſt illos fuiſſe recidentes, id eſt, lapſos inflexioni-
bus,id eſt,inclinationibus ac motibus proprijs ex ea reductione recta, quæ eſt in diuinum, id
eſt,à cõuerſione iuſta ad ſummum bonum, ad quod angelica inſpiratione admonebantur a-
more proprio,id eſt,priuato & improbo ſuijpſius amore, qui eſt omniũ vitiorum origo, quo
ad carnalia,vana,& ſuperſtitioſa alliciebantur. [Et ſuperbia ipſis viſorum.] id eſt,ex ſuperba
& pertinaci adhæſione,ex ea quæ ipſis videbantur [diuinitus & corratiõabiliter cultui,].i.quę
Iudicũ.2 3. apparebant eis apta cultui deitatis. [Hoc ꝓhibetur & Hebræorũ populus perpeſſus eſſe].i.in li
8.10.
3.Regũ 12. bris Iudicũ & Regũ,in Ieremia & Ezech. deſcribit,qualiter etiã populus Iſrael ad idololatriã
13.10.
Ier.1.19.35 lapſus ſit,nõ obſtante beatiſſimi Michaelis ꝓſidentia,aliorũq; angelorũ cuſtodia ipſis adhibita,
Ezec.6.16
exhorta-



A exhortationibus quoque & cominationibus legis & prophetarum. [Cognitionem enim dei
" (ait) repuliſti, & poſt cor tuum exiſti] id eſt, dominus ait per ora prophetarum populo Iudæ-
" orum, cognitionem enim ueri dei abieciſti, & proprij cordis adinuentionibus atq; erroribus
adheſiſti. Vnde per Ieremiam loquitur deus: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & uer- Iere.2.
terunt ad me dorſum: Et per Oſeę: Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te. Et rurſus ꝑ Oſee.4.
Zachariam: Cor ſuum poſuerunt ut adamãtem, ne audirẽt legem [Neq; enim coactam habe Zachari.7
mus uitam] id eſt uita humana non neceſſitati fatali nec abſolute coactioni ſubiecta eſt, atq; *prouidentium.
" ex libero arbitrio procedunt actus humani [neq; per † prouiſorum propriam poteſtatem diui-
" na lumina prouidę illuminationis reuelantur] id eſt, prouiſores hominum angeli ſancti ſeu ꝓ
" lati, in ſua poteſtate non habent quod diuina ac ſpiritalia lumina ſapientialis ac prouidę illumi
" natiõis, eruditionis ſeu exhortationis eorum reuelẽtur, id eſt clare pateſcãt & efficaciter inno
teſcant cordibus horum quos exhortantur & illuminare ac conuertere ſtudent: quia in ho-
minum libertate eſt, obicem ponere & oculos cordis infeliciter claudere. Poſſunt autem hor-
tari, perſuadere, cõminari, allicere. Veruntamen intellectus euidentia demonſtrationis con-
pellitur. Sed hoc in his quæ fidei ſunt & ſalutis, locum non habet. Porro omnipotenti deo eſt
proprium, non ſolum intellectum, ſed etiam uoluntatem ad placitum permutare, & ſibi omni-
no ſubijcere, atq; quocunque uoluerit inclinare ac uertere, iuxta illud in Iob: Deus immutat Iob 12.
B cor principũ terræ. In Prouerbijs quoq; dicitur. Cor regũ in manu domini quocũq; uoluerit Prouer.21
inclinabit illud. Hinc teſte Auguſtino, eſt quędam ſecretiſſima & efficaciſſima gratia dei, quę
omnẽ cordis obicẽ aufert. Hinc admonemur: Hodie ſi uocem eius audieritis, nolite obdurare Aug.
corda ueſtra, [ſed intellectualium uiſionum diſſimilitudo] id eſt, diuerſa diſpoſitio ſpiritalium Pſal.94
" oculorum, uidelicet intellectum humanorum ſeu conſiderationum eorum [ſuperplena bo-
" nitate paterna] id eſt, pietati dei patris exiſtente ac iugiter permanente ſuperplena ac infinita
" [lucis donationem aut omnino non participatam facit] id eſt, gratiam dei quæ cunctis offer-
" tur, aut totaliter impedit, ita quod facit eam non participatam, id eſt, nõ receptam in mente [&
" ad earum reformationem nõ diſtributam] id eſt, nõ collatam, ad reformatiõem internam mẽ
tium humanarum impediendo penitus gratiæ infuſionem, cuius infuſio & actio eſſet mẽtis Roma.2.
reformatio, hoc eſt, dum mortale peccatum manet in anima excæcata, recuſante ſe ad radium
lucis diuinę ubiq; fulgentis conuertere, iuxta illud ad Romanos: Secundum duritiam tuam &
impęnitens cor tuum, theſaurizas tibi iram [aut participationes facit differentes, paruas aut
" magnas, obſcuras aut claras, unius & ſimplicis, & ſemper eodem modo habentis & ſuperex
" pãſi fontalis radij] id eſt, diuerſa illa diſpoſitio cordis participationis unius & eiuſdem radij di- Hebræ.1.
" uini & increati, qui eſt ſplendor lucis paternæ, ſimplex, fontalis & ſua infinitate cunctis ſu-
perexpanſus ac præſens, & inuariabilis in ſe, facit eſſe uarias ac diſtinctas, ſecundum quod in
C una mente eſt indiſpoſitio, negligentia, remiſſio aut carnalis quędã affectio maior quã in alia.

Deniq; eorum qui ſunt in culpa mortali, eſt differentia multiplex. Nam quidam ſunt ha
bituati in malis, quidam obſtinati, quidam nondum aſſuefacti in uitijs. Habituati in malis,
difficulter conuertuntur: obſtinati, uix aut nũquam. Nondum aſſuefacti, facilius compũgun
tur & emolliuntur, ac gratiam per attritionem aliquando ſortiuntur. Qui autem in gratia ſunt
ſecundum quod intentius aut remiſſius ſe diſponunt & applicant, magis aut minus partici
pant. Cuius ſimile eſt in oculo corporali, qui ſi totaliter cæcus ſit, nil de ſenſibili recipit lumine
ſolis: & quo magis aut minus eſt diſpoſitus, ſuſcipit plus aut minus. Vnde in Euangelio legi- Mat.25.
tur, quod dominus dedit unicuiq; ſecũdum propriam uirtutem. Iſtud ſecũdum communem
curſum ſic eſt. Veruntamen omnipotens ſuperliberrimus deus, quoſdam grauiſſimos pecca-
tores ſubito ſic præuenit & compungit, ſic alterat & illuſtrat, ſic emollit & inflammat, quod
lucem miſerationum dei clarius copioſiusq; participant, quam multi exiſtentes in gratia aut
culpa minori. Exempla ſunt in beatiſſimis, Paulo, Magdalena, Zachæo, Latrone. Dionyſi- Acto.6.
us autem hic loqui uidetur, quantum eſt ex parte receptaculorum ſecundum ſe, & ſic aliquo Lucæ.7
mõ uerificãtur, q̃ in libro de Cauſis dicũtur, quo legitur: Prima bonitas influit bonitates ſuper
res omnes influxione una. Veruntamen unaquæq; rerum recipit ex illa influxione ſecundum
modum ſuæ uirtutis, & diuerſificantur bonitates & dona ex concurſu recipientis. Hinc rur-
ſus propoſitione. xxiiij. teſtatur: Cauſa prima exiſtit in rebus omnibus ſecundum unam diſ-
poſitionem, ſed res omnes nõ ſunt in ea ſecundum diſpoſitionem unam. Quod eſt: quoniam
quælibet res recipit eam ſecundum modum ſuæ potentiæ. Et diuerſitas receptionis nõ eſt ex
cauſa prima, ſed propter recipiens, hæc quoq; in Proclo diffuſius continentur, & ſano indigẽt Proclus
intellectu fuerunt enim Philoſophi quidam, dicentes quod deus non ſit cauſa diſtinctionis &

L diuer

D diuerſitatis ac ordinis rerum: imo quod deus non ſit effectiua immediataq; cauſa, niſi unius dũ
taxat entis cauſati, uidelicet primæ intelligentiæ, cuius opinionis fuerunt Auicenna & Alga
zel, & autor libri de Cauſis, imo & Ariſtoteles, ſicut in libro de Vniuerſo Gulielmus affirmat
Parrhiſienſis, quia in libro de cœlo & mundo Ariſtoteles eſt locutus, quod ab uno ſimplici in
uariabili, æternaliter eodem modo ſe habente, non procedit immediate niſi tãtummodo unũ:
quæ opinio non ſolum mendoſa eſt atq; hæretica, ſed etiam ualde irrationabilis, ſtulta ac de-
biliſſimo motiuo innitens. Etenim deus ſublimis & benedictus uniuerſaliter ac infinite perfe-
ctus, non eſt cauſa rerum creatarum neceſſitate naturæ, ac ſicut agens pure naturale, ſed omni
potente ſua uirtute ac nobiliſſimo modo, utpote liberrima uoluntate ac ſuperſapientiſſima ra
tione. Ideo ſicut plura, imo innumerabilia ſimul & eodem actu intelligit, ſic plura ac innume-
rabilia ſimul & immediate poteſt producere inuariabilis manens. Cumq; ſapientis ſit ordinare
& in ſuis operibus ordinem ponere, ipſemet ſupergloriosiſſimus conditor opera ſua diſtinxit
ac optime ordinauit, nec prima illa diſtinctio potuit eſſe ex parte recipientium, quoniam in pri
ma rerum productione & creatione nullum fuit reale recipiens, non cauſatum imo tota rerũ
ſubſtantia etiam ipſa materia fuit producta: Gradus quoq; & ordo ſpecierum uniuerſi, non fu
it a caſu, nec a cauſis ſecundis, quę & in ipſo rerum ordine continentur & includũtur: ſed fon E
taliter, exemplariter ac principaliſſime fuit & eſt ex inſtitutione ſummi opificis, unicuiq; enti cre
ato ſuam ſpeciem & naturam, ſuum gradum ac ordinem præfigentis. Nec his obuiat quod in
textu ſanctus pater & excellentiſſimus doctor Dionyſius docet, quia non loquitur de prima il
la participatione bonitatis ac perfectionis diuinæ in rerum creatione, ſed ſecundaria in rerum
creatarũ gubernatione & illuminatione, in qua diuerſitas capacitatis & diſpoſitionis ac meri
ti rerum, multum concurrit & operatur ad uarietatem participationum luminis pręinducti, ra
diijq; diuini, attamen quoniã diſpoſitio & præparatio ad lucem ac gratiam dei, donum eſt ipſius
ſub eius prouidentia cadens & eius effectus, etiam ex hac parte diuerſitas participationis lumi
nis huius radicaliter potius finaliterq; reducenda eſt ad deum & præordinationem ſeu proui-
dentiam eius, quam ad rerum capacitatem, diſpoſitionem ac meritum, præſertim in rationa-
Acto. 11. libus creaturis, de quibus hic mentio. Etenim merita noſtra ſunt dona ipſius, & effectus proui
Pſal. 95. dentiæ eius. Amplius ad hoc probat, quod gentilibus ab exordio boni angeli fuerunt pręlati.
[Deinde] ſupple probatur quod dictum eſt, [quia & alijs gentibus] qui alij fuerant & extra
nei à Iudæis & a Iudęis q̃ſi aſpernãter natiões uocabãtur, de quibus in Actis dicit: Ergo & in
natiões gratia dei effuſa eſt. Et in Pſalmo: Dicite in natiõibus, quia domin⁹ regnauit[ ex qbus
& nos reſpeximus in illud omnibus paratum, in traditionem & apertum diuini luminis & ma-
gnum & copioſum pelagus, non alienigenæ quidam imperabant dij] hoc eſt, ex quibus gen F
tilibus nos ex paganiſmo conuerſi ac nati, reſpeximus iam conuerſi ad fidem, in pelagus illud
Io. n. 6. luminis diuini, id eſt, ad lumen increatum, abyſſale, immenſum, omnibus quærentibus illud
Pſal. 33. paratum. in traditionem, id eſt, largitionem, utpote ad hoc quod præſtet & oſtendat ſe illis, ideo
additur, & apertum quod pietatis ſuæ ianuam nemini claudit, & ſui aditum nulli negat, ſicut
ait Saluator: Eum qui uenit ad me, non eijciam foras. Propter quod dixit Pſalmiſta: Accedite
ad eum & illuminamini, & facies ueſtræ non confundentur. Atq; Apoſtolus: Accedamus
cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Vnde & libro Sapientiæ proteſtatur ſapientia ſumma:
Clara eſt & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facile inuenitur ab his qui diligunt illam, &
inuenitur ab his qui quærunt illam, præoccupat eos qui ſe concupiſcunt. Quod pelagus eſt
magnum, cuius magnitudinis non eſt finis: & copioſum cuius fundum nemo ualet attingere,
quod figuratum eſt per torrentem quem Ezechiel non potuit tranſuadare. In hoc lumen æ-
ternum ac deitatis oceanum reſpicimus nunc per fidem ac ſapientiæ donum, contemplatio-
nisq; gratiam iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos: Aſpiciamus in authorẽ fidei & conſummato
rem Ieſum: qui utiq; omnes homines uult fieri ſaluos, & ut ſanctus Leo papa diſſeruit. Miſe-
ricordiam ſuam humano generi nũquam negauit, ſed omnes in communi mortales ad ſui co-
gnitionem abundantiſſimis ſemper beneficijs erudiuit. Itaq; gentibus illis non imperabant
ab initio dij alienigenæ portenta deorum, ſpiritus dæmoniorum, ſed deus uerus & ſancti ange
li eius, quæ tamen gentes poſtea ad idololatriã ſunt prolapſæ & ſeruierunt dijs alienis: nec tũc
à uero deo totaliter ſunt relicti, ſed deputauit eis angelos in cuſtodes, & vnaqueq; gens habuit
angelum de ordine principatus rectorem, quemadmodum in Eccleſiaſtico legitur: In una-
quaq; gente rectorem præpoſuit. [Vnum autem omnium principium] utpote deus unus &
trinus, iuxta id Malachiæ: Nunquid non pater unus omnium noſtrum? Nunquid non deus
unus creauit nos? [ & ad ipſum reduxerunt ſequentes ſecundum unamquamque gen-
tem



A gentem †principantes angeli] hoc eſt, angeli ſancti infimæ hierarchiæ, principantes ſecun- † ſacerdos o fuugitiui
dum unamquanq; gentem, id eſt, cuiuſlibet plebi ſeu homini ipſis commiſſo præſidentes, re-
duxerunt ſequentes, id eſt, homines ipſis commiſſos, & ipſorum inſpirationem ac illuminatio
nem ſequentes, conuerterunt ad creatorẽ. Vnde elicitur & probatur, quod ante Saluatoris ad
uentum multi gentilium ad deum conuerſi ſunt angelico miniſterio ſiue humano, ſiue ſolo in
teriori inſtinctu & illuminatione interna, ſiue etiam concurrente ſimul exteriori apparitione
atq; affatu: quod in euangelica quoq; lege interdum peractum eſt. Ad quod quidam allegant Acto. 16.
quod in Actis recitatur, quemadmodum Paulo Apoſtolo apud Troaden uiſio per noctem
apparuit: Vir Macedo quidam erat ſtans & deprecans deum: Tranſiens in Macedoniam,
adiuua nos. Qui uir erat (ut dicunt) angelus Macedoniæ præſidens, in ſpecie uiri apparens.
Verum Macedones illi non uidentur conuerſi ad deum ſine cooperatione & prædicatione
humana, utpote Pauli: nec Eunuchus, qui in Actis legitur à Philippo diacono baptizatus. Acto. 8.
Porro Cornelius Cẽturio antequam ab angelo fuit admonitus, ut beatiſſimum accerſiret Prin
cipem apoſtolorum, iam credebat in deum. Quod autem multi gentilium crediderunt in de- Acto. 10.
B um, conſequenter oſtendit. [Melchiſedec intelligendum ſummum ſacerdotem exiſtentem
domino amiciſſimum: exiſtentem, non exiſtentium, ſed uere exiſtentis dei excelſi] hoc eſt,
intelligendum, id eſt ſciendum eſt, ipſum Melchiſedec ſacerdotem ſummum in lege naturæ,
in qua omnes primogeniti communiter erant ſacerdotes, exiſtentem domino amiciſſimum, Gene. 14.
id eſt ualde dilectum, electum & ſanctum, exiſtentem inquam ſacerdotem non exiſten-
tium, id eſt, non falſorum deorum, ſed dei exiſtentis, uere excelſi independenter & abſolute
ſublimis, ſub quo curuantur qui portant orbem, & flectitur omne genu, de quo Melchiſe-
dec ſcribit Apoſtolus: Intuemini quantus ſit hic, cui decimas ſoluit Abraham patriarcha. Iob. 9. Philoſo.
Quem Melchiſedec dicunt Hebræi filium Noæ, dictum alio nomine Sem. [Etenim non ſic Hebræ. 7.
ſimpliciter Melchiſedec ipſi theoſophi non amicum dei ſolum, ſed & ſacerdotem uocauerũt]
hoc eſt, theoſophi, id eſt, ſancti theologi qui dei ſunt ſapientes, uocauerunt ipſum Melchi-
ſedec non ſimpliciter, id eſt, non abſolute, nec ſine cauſa, nec imperite, non tantum dei a-
micum, ſed etiam ſacerdotem, iuxta illud in Geneſi: Melchiſedec proferens panem & ui- Gene. 14.
num, erat enim ſacerdos dei altiſſimi. Per quod datur agnoſci, quod alios induxit ad ueri
dei culturam. Hinc ſequitur. [An ut aperte ſapientibus ſignificarent] id eſt, utique ideo ſic
dixerunt theoſophi, ut ſapientibus reſerarent. [quod non ſolum ex eis in ipſum qui uere eſt,
deum conuertit] id eſt, quod non ſolum uertit ſeipſum in uerum deum ipſe Melchiſedec,
C ex eis, id eſt, relictis dijs alienis. [Adhuc autem & alios ut ſummus ſacerdos edocet eam quę
eſt ad ueram & ſolam diuinitatem *reductionem] id eſt, ultra ad quod dictum eſt etiam do- *educti
cuit alios, puta ſacerdotes minores ac ſubditos, reductionem eam, id eſt, conuerſionem
ſalubrem ad uerum ſolum ac ſummum deum. Deniq; Melchiſedec iſtum dicunt Hebræi
uixiſſe annis quingentis uſque ad tempus Iſaac & Rebeccæ. Vnde quod in Geneſi legi-
tur Rebecca conſuluiſſe dominum, exponunt quod rogauit ipſum Melchiſedec ut pro ea Gen. 25.
conſuleret deum ſuper gemellis, qui in eius utero collidebantur. Præterea alijs ſcripturarum
autoritatibus pandit: quod alij ſancti regnis & hominibus etiam perfidis præſint. [Et hoc au
tem tuam ſumme ſacerdotalem intelligentiam admonebimus] id eſt, ò tu epiſcope Timo-
thee, admonebimus intelligentiam tuam ſumme ſacerdotalem, id eſt, pontificalem tuam ſapi
entiam [quia & Pharaoni apud Aegyptios imperante angelo] id eſt, quod ipſo angelo ſan-
cto imperante, id eſt, præſidente Pharaoni Aegyptijs dominanti [& Babyloniorum princi-
pi, præſide proprio] id eſt, angelo proprio præſide, id eſt, imperante rege Caldęorum, Nabu
godonoſor nomine, in cuius regno urbs Babylon fuit metropolis [omnium prouidentię & do
minationis prouidum & poteſtatiuum ſecundum uiſiones diſtributum eſt] hoc eſt, diſtributũ
eſt tunc hominem prouidum prouidentiæ hominum, id eſt, circumſpectum & in rebus hu-
manis induſtrium conſideratiuum ac prouiſiuũ in futurum, & poteſtatiuum dominationis, id
eſt, idoneum præſidere ſecundum uiſiones, id eſt, ſecundum quod apparitiones illę oſtenſę re
gibus illis, innuebant eſſe agendum, uidelicet tales uiros eſſe præficiendos Aegyptijs & Chal
dæis. Vel ſenſus eſt, quod tunc diſtributum eſt, id eſt, hominibus manifeſtatum & commu-
nicatum prouidum prouidentiæ hominum, id eſt, deus uerus qui eſt primum principium u-
niuerſorum, prouidentiam habens & poteſtatiuum dominationis, id eſt, omnium poteſtatem Malach. 1.
atq; dominium poſſidens. De quo cantat eccleſia: Ecce aduenit dominator dominus, & regnũ
in manu eius, & poteſtas & imperium, quod tunc pateſactum eſt per uiſiones præfatas & gen
tibus illis ueri dei miniſtri duces ſtatuti ſunt], i. Ioſeph tunc Aegyptijs eſt prefectus, Dani-

Danieli.2. eſq; Chaldæis[ formationum ab angelis uiſionis manifeſtatione angelis continuo ſacris ui-
ris Daniel & Ioſeph ex deo per angelos reuelatæ] hoc eſt, manifeſtatione, id eſt, expoſitione
uiſionis factæ regibus antedictis. Viſionis inquam, formationum, id eſt, imaginariarum ſimilitu
dinum, quæ formatæ fuerunt in interioribus ſenſibus regum illorum ab angelis ſanctis qui ſi
militudines illas formauerunt ac præſentauerunt in potentia ſenſitiua interiori imaginatiua in
ſomno. Nam quia expoſuerunt uiſiones has regibus illis, ab eiſdem regibus mox promoti fu-
erunt ad præſidentiam magnam poſt reges. Viſionis dico, reuelatæ per angelos continuo, id
eſt, confeſtim poſtquam reges prætacti habuerunt huiuſcemodi uiſiones angelis, id eſt, ange-
licis hominibus, ſcilicet uiris, id eſt, Danieli & Ioſeph. Vel angelis inferioribus per angelos ſu
periores. Forſitan enim angeli qui regnis illis præſidebant, reuelauerunt has uiſiones angelis
cuſtodibus Danielis ac Ioſeph, ut eas ultra reuelarent his uiris ſibi commiſſis, & ipſi ulterius
Geneſi.41 eas exponerent regibus. Ex his innoteſcit, quod ſomniales uiſiones oſtenſæ regi Aegypti, qui
uidit in ſomnis, primo ſeptẽ boues pingues, deinde totidẽ macras: atq; deinde ſeptẽ ſpicas ple
nas & mox poſt totidem uacuas & adu[ſ]tas: diuinitus factæ ſunt miniſterio angelorum, ad præ
nunciandum, & præſignandum futura. Non tamen reges illi fuerunt prophetæ, quia non in
Geneſi.41 tellexerunt quid præſignabant, ſed Ioſeph ac Daniel, qui ex reuelatione ſuperna eas expoſue
Daniel.2. runt. Porro Nabugodonoſor uidit primo ſtatuam grandem, deinde poſt plures dies arbo- E
rem altam & pulchram. Pharao autem uidit utranq; uiſionem nocte eadem, quoniam eandẽ
rem præfigurabant. Ex quibus oſtenditur, quod deus omnipotens prouidentiam habeat actu
um humanorum, atq; notitiam futurorum ac particularium rerum, cogitationumq; cordis.
Auerrois Cuius oppoſitum dixit & ſepius ſcripſit maledictus & infideliſſimus ille Auerrois. Hinc ſcri
maledict9. ptum in Daniele: Dixit Daniel Nabugodonoſor regi: Tu rex cœpiſti cogitare in corde tuo
Danieli.2 quid eſſet futurum poſt hæc, & qui reuelat myſteria deus oſtendit tibi: In expoſitione autem
Danieli 4. ſecundi ſomnij Daniel regi locutus eſt: Cum feris erit habitatio tua, donec cognoſcas quod
Geneſi.41 dominetur excelſus in regno hominum, &c. At uero in Geneſi Pharao ait ad Ioſeph: Quia
oſtendit tibi deus omnia quæ locutus es, tu eris ſuper domum meam, & ad oris tui imperium
cunctus populus obediet, uno tantum regni ſolio te præcedam. ¶ Præterea quoniam reges
& principes habent reipublicæ curam, ipſis interdum talia oſtenduntur propter bonum com
mune. Sicq; in iſtis declarata eſt poteſtas ac prouidentia dei. [Vnum eſt enim principium o- "
mnium] Nam ordo rerum ſuperius ſiſtit in uno, quod eſt actus purus, ideoq; incircumſcripti "
bilis & perfectus[& prouidentia una] quæ eſt prouidentia uniuerſalis, æterna, diſtinctiſſima
& perfecta, in mente conſiſtens diuina, quam negare eſt enormiſſimum ſcelus. Propter quod
dominus dixit Ezechieli: Peccatum filiorum Iſrael magnum eſt ualde nimis. Dixerunt enim:
Ezec.8.9. Reliquit dominus terram, & dominus nos non uidet. De quo libro Iob habetur: Abſit à deo
Iob.34. impietas, & ab omnipotente iniquitates. Opus nanq; hominis reddet ei, & iuxta uias ſingulo
rum reſtituet. Quem enim cõſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit alium ſuper orbem
quẽ fabricatus eſt? Et nullo modo æſtimandum eſt, Iudæos quidem pleniter duxiſſe diuinitatẽ
id eſt, nequaquam credendũ eſt quod uerus deus duxit Iudæos pleniter, id eſt, immediate per
Exo 13.14 ſe ſine obſequijs ſubiectarum creaturarum, imo per angelos duxit eos in heremo, & alibi ſic
Exodo 13. eos direxit. Et quamuis ſcriptum ſit. Dominus præcedebat filios Iſrael ad oſtendendam uiam
per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, tamẽ ad inſinuandum quod do
Exod. 14. minus fecit hoc, angelo mediante ac dei imperium exequente, ſcriptum eſt, in Exodo: Tollẽs
Exodo 33. ſe angelus dei qui præcedebat filios Iſrael, abijt poſt eos & pariter cum eo columna nubis. Exo
di. Rurſum quoq; dominus dixit ad Moſen: Ecce ego mitto angelum meũ, qui præcedat te
&c. Angelos autem ſpecialiter aut æque honorabiliter aut oppoſitis aut deos quoſdam alteros
imperare alijs gentibus] hoc eſt, nemo putet ſic deum uerum tribuiſſe ducatum præſidentiamq;
Iudæis, quod alias gentes ſecluſit à ſua prouidentia ac ſuo dominio, ita quod angeli ſoli præſint
ac imperent alijs gentibus. Specialiter autem æque honorabiliter ſicut deus Iudæis, ita quod
ſint cultu latriæ honorandi a gentibus quibus præſunt, quemadmodum dominus a Iudæis: nec
tenendum eſt quod Iudæi & gentes regantur a dijs principijsq; contrarijs, Ita quod Iudæi re
gantur a deo lucis, gentes a principijs tenebrarum, creatore corporalium rerum. Aut quoſdã
alios deos imperare gentilibus, ut Iouem, Neptunum, Apollinem, ut dixerunt idololatræ: At
Maniche- uero Manichæi poſuerunt duo effectiua rerum principia. Porphirius autem Platonicus con
orũ error. ceſſit legem Iudæorum datã a uero deo, & quod deus Iudæos ſibi ſoli applicuit, uolens ſolus
Porphyri. coli ab eis Alijs uero nationibus licentiam dederit colere deos, ut in libro de ciuitate dei nar-
rat&



rat & reprobat Auguſtinus, hos errores uanos & friuolos, ſanctus Dionyſius hic confutat, cũ Auguſtinus
& Apoſtolus ſit locutus: An Iudæorum deus tantum? nõne & gentium? Ieremias quoq;, Le Roma.3.
ges, inquit, gentium uanæ ſunt. Moſes item: Qui ſacrificauerit niſi domino ſoli moritur. Et ite Ieremias.10 Deutero.28
rum ait ſcriptura: Dij qui non fecerunt cælum & terram, pereant de terra. Hinc ſubditur[ Sed Ieremias.10
" & eloquium illud] id eſt, uerbum illud in Deuteronomij cantico ſcriptum & antea tactum. Deutero.32
Quoniam diuidebat altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, Cõſtituit terminos po
pulorum, iuxta numerum filiorum Iſrael: Pars autem domini popul9 eius, Iacob funiculus hæ
" reditatis eius[ ſecundum ipſam intelligentiam accipiendum] id eſt exponendum & intelligẽ
dum eſt, ſicut ibi & alibi docet ſcriptura] Non ut patiente deo cum alijs dijs aut angelis noſtrũ
ducatum] id eſt, non ſic quaſi ipſo deo uero partiente, id eſt, diuidente ducatum noſtrum, id eſt,
principatum ſeu præſidentiam generis humani[ & Iſrael in gentis principatum & gentis duca
tum contento] hoc eſt, quaſi Iſraelitico populo retento ac reſeruato ipſi altiſſimo deo in prin-
cipatum & ducatum gentis, id eſt, ad hoc quod deus populum illum ſeruaret, ut ei dũtaxat do
" minaretur[ Sed ut ipſa quidem una ſimul omnium excelſa prouidentia] hoc eſt, ſic intelligẽ-
" da eſt illa autoritas, ut prouidentia ipſa excelſa, id eſt, diuina & increata prouidentia in ſe una &
B ſimplex, omnium pariter prouiſiua & cuncta ſimul gubernãs, omnes homines ſalutariter
propriorum angelorum reſtitutorijs manuductionibus diſtribuente, id eſt, prouidentia illa de
putãte ſalubriter ac dante homines uniuerſos ac ſingulos manuductionibus reſtitutorijs, id eſt
directionibus reductiuis & conuerſiuis in deum angelorum propriorum. Quia & unicuiq; per-
ſonæ deputauit proprium angelum de infimo choro, atq; cuilibet genti proprium angelum de
ordine tertio. Qui ad hoc hominibus ſunt conceſſi, ut eos reducant ac ducant per uiam ſalu-
tis, & qui per culpam ſubiecti erant diabolo, per angelorum directionem ſuo reſtituantur cre
" atori ac legitimo domino, cui ſoli debent ſeruire de iure, quamuis frequenter alijs obſequantur
de facto[ ſolo fere ultra omnes Iſrael in ueri dei illuminationem & cognitionem conuerſo, id
eſt, quaſi ſeu pene Iſraelitico populo conuerſo & reducto in agnitionem & illuminationem ue
ri dei, ceteriſq; nationibus ad idololatriã & alia ſcelera magna declinantibus, & prolapſis. Sicq;
propter ſua facinora ſunt abiecti. Populus uero Iſrael quantũ ad prædeſtinatos & electos, ex ipſo à Deutero.7
deo aſſumptus eſt in gentem peculiarem. Quod originaliter ac principaliter aſcribendum eſt
infinitæ miſericordiæ dei. Quamuis ſecundario, & tanquam cauſæ meritoriæ attribuatur me-
ritis patrum eorum, obedientijsq; iſtorum, quæ omnia ſunt effectus & ſigna prædeſtinationis
æternæ ac pietatis diuinæ. Idcirco Moſes locutus eſt Iſraeli: Patribus tuis conglutinatus eſt do Deutero.10
" minus, & elegit eos, amauitq; ſemen eorum poſt eos. Et iterum teſtatus eſt: Ne dicas in corde Deutero.9.
C tuo: Propter iuſtitias meas introduxit me dominus[ Vnde theologia quidem ſeipſum poſſe
diſſe Iſrael in ueri dei famulatũ ſignificans] hoc eſt, theologia, id eſt, diuina ſcriptura ſignificãs
ſeipſum, id eſt ipſummet deum poſſediſſe per gratiam ſuam Iſrael, id eſt, Iſraeliticam plebẽ in
famulatum ueri dei, id eſt, ad cultum diuinum[ facta eſt portio domini ait] id eſt, theologia ipſa
" teſtatur, quod Iſrael eſt portio domini, id eſt pars generis humani, à deo electa ad eius obſequia,
iuxta illud Deuteronomij: Te elegit dominus, ut ſis ei populus peculiaris de cunctis populis Deutero.7.
qui ſunt ſuper terram. Per Iſaiam quoq; loquitur deus: Hæreditas mea Iſrael. Nempe cum de- Iſaiæ.19.
us decreuit naturam humanam aſſumere ex poſteritate ſanctorum patriarcharum, Abraham
Iſaac & Iacob: multis gratijs ac priuilegijs illum populum decorauit. Propter quod dixit Pſal
" miſta: Non fecit taliter omni nationi[ Oſtendens autem & eum uiritim ceteris gentibus di- Pſal. 147
" ſtribuiſſe cuidam ſanctorum angelorum in cognoſcendum per eum unum, omnium princi
cipium, Michaelem dixit Iudaicũ duxiſſe populum] i. de9 teſtatus eſt Michaelem duxiſſe, id
eſt direxiſſe Iudaicum populum tanquam ſynagogæ principem ac rectorẽ, oſtendens, ipſum
deum diſtribuiſſe uiritim, id eſt ſingulatim cuidam angelorum, id eſt unamquamq; gẽtem cõ
miſiſſe alicui ſanctorum angelorum. Quod enim de una gente Hebræorum, & uno eius cu-
ſtode Michaele diſſeruit, de alijs etiam dedit intelligi[ in cognoſcendum per eũ unum omni
um principium, id eſt, ad hoc ut unaquæq; gens per illuminationem & directionem angeli ſi
bi præſidentis, agnoſceret unum uniuerſorum eſſe conditorem, prouiſorem ac iudicem.
Vnde habetur apud Ioelem: Multa ſunt nimis caſtra domini, id eſt, agmina ſeu ſuppo Ioelis.2.
" ſita angelorum, fortia & facientia uerbum eius[ Aperte nos edocens] id eſt, theologia per
" hoc nos manifeſte informans[ unam eſſe omnium prouidentiam] id eſt deum habere gene
ralem, imo & diſtinctam prouiſionem omnium hominum imo & rerum uniuerſarum. Pro-
uidentia tamen dei proprie dicitur reſpectum rationalium & intellectualium creaturarum, quo
rum & curam habet. Propter quod dixit Apoſtolus: Nunquid cura eſt deo de bobus? Alio

 rum

rũ uero præſcientiam habet, prouidẽtiam inquam⌊ ſimul omnibus inuiſibilibus & uiſibilibus "
uirtutibus ſupereſſentialiter ſupercollocatam ⌉ id eſt, incompræhenſibiliter ſuperiorem & præ "
eminente m omnibus rerum naturis ac uiribus; non cauſatam nec dependentem a rebus, ſed
cauſam earum, nec tñ imponentẽ rebus neceſſitatem, imo unumquodq; regentem ſecundum
illius naturam. Hæc prouidentia eſt una in mente diuina, cuius excutores ſunt cauſæ ſecun-
dæ. De qua ſubtiliter ac profunde tractat Boethi⁹ in libro de cõſolatiõe philoſophię⌊ Omnes
Boethius autem per ſingulas gentes imperantes angelos in ipſum ut proprium principium ſequẽtes uo "
luntate eſſentiali quaſq; uirtutes extendere ⌉ hoc eſt theologia docet angelos imperantes per
gẽtes ſingulas, id eſt, pſidẽtes gẽtibus quibuſcũq; extendere id eſt, reducere ſeu erigere uirtu "
tes quaſq; id eſt, quaſlibet poteſtates humanas ac uires rationales ſequentes id eſt obtempe-
rantes angelicis inſpirationibus, ac imitantes obedientiam angelorũ promptiſſimã in ipſam
Matth. 6. prouidentiã dei, ut illã fideliter credant & ei ſe ſapiẽter cõmittant, ſuperfluã curam & terrenorũ
accumulationem uitantes, iuxta illud Matthæi: Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ ſeu in ipſum de
um omnium prouiſorem ut in proprium principium, id eſt, tanquam ad creatorem. Sequen
tes, inquam non fictæ, ſed uere & ex animo, quod ſubditur: uoluntate eſſentiali, id eſt, libera &
innata iuxta illud primi Paralipomenon: Tu fili ſcito deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto
& animo uoluntario.

E

## PARAPHRASIS HVIVS CAP. IX

DEinceps tractemus de ultima hierarchiarum, quæ continet principatus,
archangelos, & angelos. Nomen ergo principatuum, ſignat principali-
tatem mentium illius ordinis reſpectu inferiorum, & qui ordinatione cõ
uenienti principali uirtuti, quantum eſt infima hierarchiarum, deducũt
archangelos & angelos ad deũ, qui eſt ſupprincipalis princeps, & ipſe ad
eundem conuertuntur, & quas adducunt & ſe ſecundum ſingularũ poſ-
ſibilitatem, deo conformant, & per ornatum ſuarum principalium uirtu
tum, ſuperſubſtantialem diuinæ ordinationis principatum quodammodo repræſentant. No
men uero archangelorum, qui cum principatibus in eadem hierarchia ordinantur, ſignat eos
medium ipſius hierarchiæ ordinem habere, ſcilicet, inferiorem principatibus & ſuperiorem an
gelis, iuxta quod quælibet hierarchia habet & primas, & medias, & infimas uirtutes. Sic ergo
medius ordo archãgelorum, communicat utriq; extremo ordini ſuæ hierarchiæ. Ordini prin
cipatuum inquantum & ipſe conuertitur principaliter ad ſuperſubſtantialem principatum
deum & illi ſecũdum ſuam poſſibilitatem reformatur, & angelos inferiores ſimplificat ordina F
te, & inuiſibiliter eos reducendo ad deum. Ordini autem angelico communicat inquãtum re-
uelatiuus eſt cœleſtium, diuinas quidem illuminationes hierarchicæ ſuſcipiens per alias
uirtutes ſuperiores ſe, & eaſdem nuncians angelis & per angelos manifeſtans hominibus, ſe-
cundum capacitatem uniuſcuiuſq; diuinitus illuminatorum. Angeli enim, ut dictum eſt, cõ
pletiue terminant inferius omnes hierarchias cœleſtium mentium, iuxta quod infima proprie
tas cœleſtiũ ordinum eis ex nominis ſignificatione attribuitur, & illi potius à nobis ſpecialiter
uocantur angeli, quam ſuperiores, qui tamen cęleſtia manifeſtant, eo quod ipſorum principa
tus manifeſtius, quantum ad nos, exercetur, & familiarius mundo. Vt enim dictum eſt, prima
hierarchia, quæ occulto, diuino præ cæteris appropinquat, occultius regit hierarchiam ſecũ-
dam Secunda uero hierarchia manifeſtius regit tertiam, quam ipſa regatur à prima, ſed occul-
tius quam infima regat hierarchiam eccleſiaſticã. Infima autem hierarchia, quæ continet prin
cipatus, archangelos & angelos, immediate præſidet eccleſiaſticę, hierarchiæ ita tamen quod
ordo principatuum, mediantibus ordinibus angelorum & archangelorum: & archangelorũ
ordo mediante ordine angelorum, angelorum uero ordo proprie & immediate, ut ſecundũ
regiminis ſeriem ordinate fiant ad deum ſurſum actio, & conuerſio, & communio, & unitio.
Et quidem diuini luminis diſtributio, a deo indita eſt omnibus hierarchijs angelicis & huma-
nis, ordinatiſſime ſuperueniens ad communicandum omnib⁹ perſonis hierarchicis. Hinc eſt
quod ſacra ſcriptura oſtendit noſtram hierarchiam regi ab infimo ordine, qui dicitur & eſt an
Danieli. 10 gelorum, dicente angelo ad Danielem. Conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro fi
Danieli. 12. lijs populi tui. i. Iudaici. Et rurſus in Daniele. Nemo eſt adiutor me⁹ in his omnib⁹ niſi Micha
el princeps ueſter. Oſtendit etiam ſacra ſcriptura alijs nationibus gentium præeſſe alios ſan-
ctos



ctos angelos. Vt in Deuteronomio: Conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorũ Deutero 32
Iſrael. i. ſanctorum angelorum. Si quis autem quærat quomodo ſoli Hebræi eo tempore per
fidem unius dei illuminati ſunt, ex quo aliæ natiões habuerunt rectores ſanctos angelos ſicut
ipſi: reſpondemus quod non fuit culpa ſeu defectus in angelis recte gubernantibus alias natio
nes gentium, de eo quod ipſe gentes idola coluerunt, ſed in ipſis gentibus, quæ proprijs mo-
tibus decidentes, & auerſi a doctrina inſpiratiõis angelicæ, qua deum cognoſcere & colere inui
tabantur, tum propter carnales uoluptates, tum propter mentis ſuperbiam quam conceperãt Roman. 1.
ex his quæ recta de deo cognouerant. Ex quibus etiam ratione conuincebãtur, quod deus me
rito ſit ſumme uenerandus, ſed cum cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, nec
gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.
Quod autem nõ angeli cuſtodes, ſed ipſi idololatrę de errore ſuo ſint accuſabiles, colligitur ex
eo quod etiam ipſe populus Hębræus, tam ab angelis, quam a lege & prophetis inſtructus, Oſeæ. 4.
per propriam auerſionem aberrauit, iuxta illud Oſeæ: Scientiam dei repuliſti. Et illud Hiere- Hierony. 7
mię: Abierunt in uoluptatibus ſuis, in prauitate cordis ſui mali. Et illud: Nõ audiemus te ex ſer Hiero. 44.
monem, ſed facientes faciemus, omne uerbum quod egredietur de ore ueſtro. Item non ſunt
culpandi angeli cuſtodes de humana prauitate, quia non eſt ſuum cogere nos inuitos ad bo-
B na. Vtimur enĩ libero arbitrio, quod eſt ſimpliciter in coactum neq; noſtræ uirtutis eſt diuino
rum luminum reuelationem acquirere, uel extorquere ſed unus & ſimplex & ſemper eodem
modo ſe habens ad omnem intelligibilem & increatam ſimplicitatem incomparabiliter ex ce Eccleſia. 1.
dens, fons æternæ ſapientię, de quo in Eccleſiaſtico: Fons ſapientię uerbum dei in ex celſis, o-
mnibus intellectibus ſupperradiat, & iuxta intellectualiter uidentium diſſimilitudinem, & ua
rietatem de plenitudine luminis ſui, ſingulis aut nullam participationem ſibi eos conforman
tẽ diſtribuit, aut participationes differentes, ſcilicet paruas & magnas, aut obſcuras, aut claras,
ſecundum quod mentes magis aut minus in fontem illum extenduntur, & magis & minus ca
paces ipſius luminis efficiuntur. Quod autem non ſolum hebręis ſed neq; alijs gentibus, ex q-
bus nos ſumus, qui ad infinitam & copioſam diuini luminis ſuberabundantiam, tempore gra
tiæ omnibus parate expoſitam per fidem reſpeximus, non præfuerunt dæmones, ſed quod
unum ſit omnium principium, & ad illud ſurſum agebant ſancti angeli ſinguli de ſingulis gẽ
tibus ſuo regimini diuinitus commiſſis eos, qui ipſorum angelorum inſpirationes recipi
ebant, & ſequebantur, exemplo Melchiſedech colligi poteſt, qui fuit ſummus ſa-
cerdos, dei amantiſſimus, non alicuius idoli, ſed altiſſimi dei. Theologi e- Geneſi. 14
nim deum ſapientes, non tantum uocant Melchiſedec amicum
dei, ſed & ſacerdotem uere, ut credentibus aperte ſigna-
rent, quod non ſolum ipſe ad uerum deum erat Pſal. 109
cõuerſus, ſed & alijs tanq̃ hierarcha Hebræ. 7.
ducatum præbebat reducendo
eos ad ueram & ſolã prin
cipalem diuinitatem.

Epilogus atq; concluſio totius angelici
ordinis. Cap. X

COnnexa eſt itaq; ſic ipſa quidem honorabiliſſima cir- † teletarchica uꝭ perfectiõali.
ca deum animorum diſpoſitio ex* perfectiua illumina *ſanctificata.
tione* ordinata, immediate in eam aſcẽdẽdo, occultior
& manifeſtior diuinitatis illuminatione purgatur, illu-
minatur & perficitur. Occultior quidem, tanquam in
uiſibilior & magis ſimplificata & unificata. Manifeſti-
or uero, ut ante data, & primo lucet, & uniuerſalior & † formã.
magis in eam (ut oportet) † forma effuſa. Ab ipſa autẽ †tararchiæ.
iterum proportionaliter ſecunda, & a ſecunda tertia, &

 ex ter-

ex tertia ſecundum nos hierarchia, ſecundum ipſum bene ornantis† ordinationis
legem, in harmonia diuina &analogia ad ſimul omnis boni ornatus ſuperprin
cipale principium & conſummationem, hierarchice reducitur. Manifeſtatores
autem omnes ſunt, & angeli eorum qui ante ipſos ſunt. Ipſi quidem honorabiliſ-
ſimi dei mouentis proportionaliter autem cæteri ex deo motorum. Tantum ẽm
omnium ſupereſſentialis harmonia, unicuiqꝫ rationalium & intellectualium ſa-
cro ornatu, & ordinata ductione præuidit, quantum ipſe hierarchiarum unuſ-
quiſqꝫ ordo ſacre & decenter poſitus eſt. Et omnem hierarchiam uidemus in pri
mas, & medias, & ultimas uirtutes diuiſam. Sed & ipſam per* ſingulas ſpeciali-
*ſingulos ter dicendum diſpoſitionem ipſis diuinis harmonijs diſcreuit, propter quod &
Iſaiæ 6. ipſos diuiniſſimos ſeraphim, ipſi theologi aiũt alterum ad alterum clamare. Ap
te in hoc (ut æſtimo) declarantes quoniam theologicas ſcientias ipſi primi ſecũ-
Zachar. 2 dis tradunt. Addiderim autem fortaſſis, & hoc non incongrue, quia & ſecundũ E
ſeipſum unuſquiſqꝫ & cœleſtis animus & humanus ſpeciales habet & primas &
medias & ultimas ordinationes & uirtutes † addictas per unumquemqꝫ hierar-
† additas. chicarum illuminationum proprias anagogas proportionaliter manifeſtatas, p
quas unumquodqꝫ in participatione fit, ſicut idipſum & fas eſt & poſſibile, ſu-
per incognitiſſime purgationis pleniſſimi luminis, ante perfectæ perfectionis.
Eſt enim nihil per ſe perfectum, non indigens uniuerſalis perfectionis, niſi perfe-
ctiſſimum & ante perfectum.

¶ Expoſitio capituli Decimi, quod eſt repetitio, epilog⁹
& compendioſa perſtrinctio prædictorum,
Arti. XIX.

COmpleta pertractatione de tribus cęleſtibus hierarchijs & nouem earũ or
dinib⁹, tã breuiter recapitulat p̃inducta ⌈ Cõnexa eſt itaqꝫ ſic ipſa quidẽ ho
norabiliſſima circa deum animorum diſpoſitio ⌉ hoc eſt, ordinatio illaſu- "
pernorũ ſpirituũ qui participatione diuinorũ donorũ imitatione deiformi- "
um perfectionum deo ſunt proximi, utpote quaſi in diuinitatis ueſtibulis
collocati, ſicut expoſitum eſt Nono capitulo honorabiliſſima, tum quoni
am creatori proximior atqꝫ conformior, tum quia hierarchica dignitate ac
iuriſdictione ſublimior, tum quia ſapientia maior, tum quia cauſalitate & communicatione p̃
clarior. Illuminat enim, & bona ſibi deſuper præſtita large diffundit ſuper hierarchias
& choros ſequentes Hæ quippe ſunt rationes honorabilitatis & honorationis decentis. Vn-
Eccleſi. 51. de ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Danti mihi ſapientiam, dabo & gloriã & honorem. Et Augu
Auguſtinus ſtinus Si, inquit, poſſes me docere quod ignoro, libentiſſime merito te ſufferrem, non ſolũ uer
bis increpantem, ſed etiam uerberibus caſtigantem: Hinc magiſtris non poteſt reddi æquiua-
Ariſtoteles lens, ſicut nec deo neqꝫ parentibus, ſed incomparabiliter minus deo. Sic & Ariſtoteles 12 pri
mæ philoſophiæ nominat deum honoratiſſimum intellectum, quem conſtat uniuerſis ac ſin-
Idem. gulis infinite honorabiliorem [ex* teletarchica] id eſt diuina & increata ⌈ illuminatione † ſan- "
† perfectio nali vel p̃fectiua. ctificata. Nõ ẽm purgat, illuminat neqꝫ p̃ficitur ab aliqua hierarchia cœleſti, ſed immedia-
*ordinata. te a deo, prout iſtud ſeptimo capitulo diffuſius fuit expoſitum. Eſt item connexa, id eſt inui-
cẽ decẽtiſſime coordinata, habẽs in ſe primas & medios ac ultimos, primũqꝫ chorꝫ ac mediũ
& infimũ. Eſtqꝫ ad primũ & ſummũ bonũ recte reducta & ad mediã hierarchiã rite coordi-
nata [ineã immediate aſcẽdẽdo occultior ]. i. hierarchia illa ſup̃ma p hoc q̃d primo & immedia
te aſcendit non motu locali ſed eleuatione mentali in illuminationem diuinam quam ſuſcipit "
& ad primam increatamqꝫ ueritatem quam contemplatur, eſt occultior. i. ignotior nobis, utpo
te aſcẽ



te incompræhenſibili deo propinquior, maioriſqꝫ difficultatis ad cognoſcendum, & a noſtro
ſenſu ſeu intellectu remotior, cuius obiectum dicitur eſſe quidditas rei materialis ⌈ & manife-
ſtior ⌉. i. intelligibilior ex ſua natura utpote plus habens de actualitate & formalitate. Quam-
uis nobis occultior fit ex noſtri intellectus imbecillitate. Qui ita ſe habet ad manifeſtiſſima Ariſtoteles.
" naturæ, quemadmodum uiſus noctue ad lumen ſolare [ diuinitatis illuminatione purgatur
& illuminatur & perficitur ] hoc eſt, immediate à deo, ſicut iam ſæpe expreſſum eſt. Per hoc e-
tenim deus ipſam illuminat quod ueritatem ei oſtendit in ſeipſo, qui eſt omnis ueritatis ſpecu-
lum & exemplar. Qui & intelligibiles quaſdam ſpecies ſpiritualemqꝫ radium mentibus im-
primit beatorum. ⌊ Occultior quidem tanquam inuiſibilior ⌉ id eſt, uiatoribus minus nota,
quia præexcellentia & copia ſuæ lucis & actualitatis intellectum eorum magis tranſcendit,
⌊ & magis ſimplificata & magis unificata ⌋ id eſt, à ſuo creatore conſtituta in puriore ſimplici
tate & ſimpliciore unitate, tanquam minus habens de potentialitate & plus de actualitate.
" Sicque minus diuiſa & ſubtilior in natura, ac minus diuerſificata: imo & per mentis conuerſi
" onem ad ſuperſplendidiſſimum totius luminis fontem uehementius atque ardentius ſimplex
" effecta, tanquam totaliſſime illi intenta, unita, & unum in illo ac cum eo effecta: ueruntamen
B non conſumpta neqꝫ deperdita ſua eſſentia ſeu natura, ſed ea magis deiformi peracta, per
exuberantiorem æternæ & increatæ unitatis ac ſimplicitatis participationem. Ideo abſolute
loquendo, à ſumma & incomparabili illa ſimplicitate ac unitate deficit infinite, quãtum-
cunqꝫ dicatur illi uicina & proxima: quia hoc totum comparatiue intelligendum eſt, quod ſci
licet aliorum reſpectu tam propinqua & ſimilis creatori ſuo conſiſtit: Quod Proclus in Ele- Proclus.
mentatione ſua theologica tangit dicendo: Omne quod participat uno, & unum eſt & non
unum. Itemqꝫ, Omne, ait, unitum, alterum eſt à per ſe uno. Hinc author libri de Cauſis fate- Libro Cauſarum
tur: Intelligentia eſt maioris unitatis quam res ſecundæ, quæ ſunt ſub ea. Veruntamen cum
mentes illæ ſupernæ ſint immateriales, in nulla earum eſt ſubſtantialium partium unio, neqꝫ
materiæ & formę cõpoſitio. Differunt tamen in eis, eſſe & poſſe ac agere [ Manifeſtior autẽ ]
. i. hierarchia prima ex natura ſua cognoſcibilior clariorqꝫ cõſiſtit. Pręſertim eis q̃ ipſam in ſua
" lympiditate & puritate cognoſcũt: nõ nobis, quorum cognitio a ſenſibus & ſenſibilibus incho
atur, ex quibus ad immaterialium cognitionem aſcendimus, uel potius repimus. Itaqꝫ Mani-
feſtior eſt, ut ante data ] id eſt, prior facta non tempore, ſed dignitate, iuxta illud Eccleſiaſtici: Eccleſia. 1.
Primo omnium creata eſt ſapientia. Quod uerbum & aliter poteſt exponi, uel ante data, id eſt,
" cæteris prælata ſicut in Euangelio Iohannes effatur de Chriſto: Qui poſt me uenit, ante me Iohan. 1.
factus eſt, id eſt, mihi prælatus, ſecundum Auguſtinum [ & prima lucens ] Quemadmodum Auguſtin.
C enim primo hierarchicum lumen a deo accepit ſic & prima fulget in ſe ac alijs lucet, ſequen-
tem hierarchiam illuminando ⌊ Et uniuerſalior ⌉ non in eſſendo, ſed in intelligendo ac influ-
endo ac operando, quemadmodum in libro de Cauſis aſſeritur, quod intelligentiæ ſuperiores
habent formas uniuerſaliores, per quas tamen intelligunt plus atqꝫ diſtinctius, quam intelli-
" gentiæ inferiores per formas minus uniuerſales ⌊ Et magis in eam ut optet* formam effuſa ⌉ †Forma
id eſt, excellẽtius reducta atqꝫ intente in forma, id eſt, in illuminationem diuinam principalem,
hoc eſt in deitatem totius perfectionis cauſam fontalem ac principem: uel ſenſus eſt, quod in
" eam, id eſt in iſtam primam hierarchiam magis, id eſt, copioſius effuſa eſt, illuminatio illa acti
ua diuina, & lux ipſa illuminans, cuius irradiationem & informationem in rationibus & myſte
rijs diuinorum effectuum clarius, latius & copioſius prima hæc recipit hierarchia. Præterea
circa hæc multa ſcribit Iohannes Scotus, quæ etiam ex uerbis ſancti Gregorij in moralibus Ioh. Scot. Gregorius
ſuper Iob ſumpta uidentur, ideoque maioris merito authoritatis cenſentur. Hũc inq̃t Scotus
ille, verſum citius intelligimus, ſi gloriam quam ante caſum habuit primus angelus ad memo Iezech. 28
riam reuocemus. Cuius eminentiam conſpexit propheta cum dixit. Cedri nõ fuerunt altiores
illo in paradiſo dei Abietes nõ adæquauerunt ſummitatem eius, Platani non fuerunt ęque frõ
dibus eius. Omne lignum paradiſi non eſt adæquatum pulchritudini eius. Quoniam ſpecio-
ſum feci eum multis condenſiſqꝫ frondibus: Hæc conſequenter diffuſe Scotus proſequitur.
Quo circa penſandum eſt, quod beatus Dionyſius non loquitur hic præciſe nec ſolum nec
principaliter de primo illa ſupræme angelicæ hierarchiæ ſuppoſito quod communiter luci-
fer appellatur: imo nec de ordine illo ſummo, qui Seraphim nuncupatur, ſed directe de tota
illa hierarchia, ut patet ex textu. Inſuper uerba prophetæ quæ allegat, uerba ſunt Ezechielis q̃

an ad literam dicta ſint de primo apoſtata illo, non eſt certum: imo multi doctores ſcripſerunt
ſuper ſecundum Sententiarum quod non. Quod etiam uideri poteſt ex textu Ezechielis. Di
cuntq́ꝫ aliqui quod ad literam ſint prolata de rege Aegypti per methaphoram quandam, uel
magis, ni fallor, de rege Aſſirioꝝ. Etem̃ capitulum illud Ezechielis de rege Aegypti ſumit ex
ordiũ, ſed mox ad regẽ Aſſur diuertit: Factũ eſt, inqt, uerbũ dñi ad me dicẽs: Fili hoïs, dic Pha
raõi regi Aegypti & populo eius: Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Ecce Aſſur q̃ſi ce
drꝰ in libano, pulcher ramis & frõdibꝰ nemoroſus, de q̊ poſt pauca ſubiũgũtur uerba illa memo
rata, & alia multa q̃ certũ eſt ſaltẽ myſtice poſſe exponi de principe illo totius, cõtra deum cre
atorẽ rebelliõis. At uero paradyſus dei interdũ accipit pro loco q̊cũq́ꝫ multũ amœno & pul
chro, quẽadmodũ in Geneſi legitur: Eleuatis Lot oculis, uidit omnẽ circa regionẽ q̃ uniuerſa
Geun. 13. irrigabat aqs, ſicut paradyſus dñi & ſicut Aegyptus. Verũ eadẽ ratiõe poſſet qs dicere ꝙ nec
Iſaias ad literã dixerit, ꝙ in libro uiſionũ ſuaꝝ ſcriptũ eſt: Quõ cecidiſti de cęlo Lucifer qui ma
ne oriebaris? q dicebas in corde tuo, In cœlum conſcendam, ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium
Iſaiæ. c. 14. meum. & cætera. Certum eſt nanq́ꝫ, q̊d Iſaias in illo capitulo ad literam de rege Babylonis lo
cutus ſit. De quo poſt uerba præallegata cõfeſtim multa adiecit, quæ de Lucifero illo uel poti
us tenebrifero exponi non ualent, niſi ualde improprie & extorte, quod & prætacti docto
Hie. di. 6 in. Iſ. ca 14. res concedunt. Porro glorioſus Hieronymus ſenſiſſe uidetur, quod Iſaias ibidem mixtim E
loquatur de rege Babylonis & primo apoſtatæ. Siquidem aliqua dicit, quæ ad literam pro
prie exponi non queunt de rege illo. Aliqua quoq́ꝫ quæ ad literam non uidentur apte intel
Iezec. 31. ligi de primo totius malitiæ inuentore diabolo. Ideóꝫ apparet eſſe dicendum de uerbis Ieze
chielis. Iſtud uerius reor, prout ſuper prophetas illos & ſuper ſecundum Sententiarum pleni
Iezech. 8 us introduxi. Inter hæc dubitatio oritur, cur de primo illo iniquiſſimo ſpiritu dicat Iezechi
el: Tu Cherub extentus & protegens. Et, Poſui te in monte ſancto dei, repleta ſunt interiora
tua iniquitate, cum tamen impius ille dicatur fuiſſe de ordine Seraphim. Vnde uidetur di
cendum fuiſſe, Tu Seraph, & cætera. Reſpondetur quod ideo, ut inſinuetur, quid fuerit
ei incitamentum ſuæ ambitionis, & lapſus quod fuit excellentia ſuæ ſcientiæ, non diuini
amoris. Cherub enim plenus ſcientia interprætatur. Seraph, plenus amore. [Ab ipſa au
tem iterum proportionaliter ſecunda, & à ſecunda tertia] Hoc eſt, ab ipſa prima hierar
chia illuminatur proportionaliter hierarchia ſecunda, proportionaliter inquam, hoc eſt, ſe
cundum conditionis & capacitatis ſeu dignitatis ſuæ menſuram, non tam plene ut prima à
deo. Et à ſecunda hierarchia, tertia proportionaliter illuſtratur, nõ tam excellenter ſicut ſecũda
à prima [Et tertia ſecundum nos hierarchia] id eſt, hierarchia eccleſiaſtica & humana illuſtra
tur a tertia hierarchia angelica proportionaliter, nõ penitus tam excellenter nec eo modo, quo
tertia illa a ſecunda, quia eccleſiaſtica hierarchia ab ultima illa angelica illuminatur ut commu F
niter per formas & ſimilitudines corporales, iuxta quod dictum eſt: Impoſſibile eſt aliter nobis
lucere diuinum radium, niſi formis ſenſibilibꝰ circumtectum. Hinc ſequitur [ſecũdum ipſam
bene ornantis taxiarchiæ legem] id eſt, ſecundum ordinationem, inſtitutionem ac iuſſionem
*ordinationis. taxiarchiæ, id eſt, principalis & increatæ diſpoſitionis, omnia bene ornantis & ordinãtis, cum
nihil totaliter expers ſit participatione pulchritudinis ſummæ, & infinita ſapientia dei nil inor
dinatum relinquat finaliter [in harmonia diuina] id eſt, conſonantia ſeu conuenientia ordinis
rerum diuinitus inſtituta, in quo ordine, quemadmodum in diſcantu idoneo, & in complexi
Plato. one mixtorum, eſt conuenientia mira & cõſonantia dulcis & pulchra, ut Plato profunde cõ
ſiderauit: qui omnia ad huiuſcemodi harmoniam & numeros retulit: quem pro grandi parte
in hoc ſecutus eſt Auguſtinus [& analogia] id eſt, proportionata cohabitudine unius ad alte
rum: Et ita [ad omnis ſimul boni ornatus ſuper principale principium & conſummationem
hierarchice reducitur] hoc eſt, uniuerſa ſanctarum iſtarum hierarchiarum exiſtentia & ſeries
reducitur, redit atq́ꝫ conuertitur ad deum, qui eſt ſuperprincipale principium & finis ac con
ſummatio omnis boni ornatus hierarchicique decoris: ideo additur hierarchice, id eſt, quẽad
modum ad hierarchialem pertinet ordinem, qui requirit ut inferiora reducantur ad deum per
ſuperiora. [Manifeſtatores autem omnes ſunt & angeli eorum qui ante ipſos ſunt] id eſt, o
mnes illi intellectus cœleſtes ſunt manifeſtatores & angeli ſuperiorum, a quibus illuminantur
inquantum inferioribus communicant & reuelant congrua hora, quod a ſuperioribus perce
perunt [Ipſi quidem honorabiliſſimi dei mouentis] id eſt, mentes ſupernæ primæ hierarchiæ
cæteris digniores, ſunt manifeſtatores ac angeli dei a quo immediate illuminantur, mouentur
ſeu diriguntur [proportionaliter autem cęteri ex deo motorum] id eſt conformiter ſpiritus ſe
cundæ hierarchiæ ſunt nũcij & manifeſtatores ſpirituum primæ hierarchiæ, a quibus illumi
nantur



A nantur, & dei per illam per quam illuminantur a deo. Angeli quoq́ꝫ infimæ hierarchię ſunt im
mediate manifeſtatores ac angeli ſpirituum hierarchiæ ſecundæ a quibus illuſtrantur imme
diate. Et per ſecundam hierarchiam ſunt manifeſtatores & angeli primæ hierarchiæ ac dei.
Sicq́ꝫ cæteri ſunt manifeſtatores motorum, id eſt, ſuperiorum, qui a deo mouentur immediate
aut mediate. [Tantum enim omnium ſupereſſentialis harmonia unicuiq́ꝫ rationalium & in
" tellectualium ſacro ornatum & ordinata ductione præuidit] id eſt, omnipotens ſapientia dei,
cauſa omnis harmõiæ creaturarum in qua eſt idealium rationum rationabiliumq́ꝫ cauſarum
omnium rerum creatarum ac diuinorum effectuum cõueniẽtia & cõſonãtia optima contu
lit omni creaturi rationali, id eſt, humanæ & intellectuali, id eſt, angelicæ, ſacro ornatu, id eſt,
per decorem rationalium ac gratuitorum donorum ordinatum ad repræſentationem increa
tæ perfectionis. Et ductione ordinata, id eſt directione decenti, qua ducit & dirigit unum
quodq́ꝫ ad proprium actum ac finem, præuidit, id eſt, dare diſpoſuit & donauit, tantum, id eſt,
tam multum de gratia & uirtute [quantum ipſe hierarchiarum vnuſquiſq́ꝫ ordo ſacre & de
" center poſitus eſt] id eſt, quantum ordo ipſe cuiuslibet hierarchiæ requirit, & poſitus ſeu ſtatu
" tus eſt facere. Si enim iuxta Philoſophum, natura nõ deficit in neceſſarijs, nec habundat ſu Ari.
perfluis, quanto magis autor naturæ in actibus gratiæ & neceſſarijs ad ſalutem & ad finem in
" tentum? [Et omnem hierarchiam videmus in primas & medias & ultimas uirtutes, diuiſam]
In qualibet enim hierarchia cœleſti tres ſunt chori ſeu ordines, quorum unus eſt in ipſa hierar
" chia ſupræmus & primus, alter uero in ea eſt medius, tertius infimus, [Sed & ipſam per ſin *ſingulas
gulos ſpecialiter dicendum diſpoſitionem ipſis diuinis harmonijs diſcreuit] hoc eſt, dicendũ
eſt quod ſapientia dei diſcreuit, id eſt, diſtinxit, ipſam diſpoſitionem, id eſt unum quemque an
B gelicum ordinem, harmonijs ipſis diuinis, id eſt, diſtinctis coaptationibus & coordinationi
bus, ita quod in quolibet ordine ſunt primi & medij ac ultimi ad eundem ordinem pertinen
tes, vnde apparet nõnullis, quod angeli etiam eiuſdem chori nõ ſunt omnes ſpeciei eiuſdem
quod ſequi uideretur, ſi angeli iuxta gradum & diſtinctionem ſuam in naturalibus magis aut
minus intenſe mox poſt ſuam creationem ſe conuerterent ad deum, ut opinatur Magiſter Sẽ Pet. Lom. diſtinctio 9
tentiarum libro ſecundo, Et multi in hoc ipſum ſequentes. Porro qui dicunt hoc, & ultra hoc
ponũt in angelis tot ſpẽs ꝙ perſonas haberẽt ad huc quãlibet haꝝ diſtinctionũ ſeu partiũ di
ſtinctaꝝ in alias tres diuidere: ꝙ Thomas cõcedẽs, fatet ꝙ loquẽdo in ſpeciali, nõ ſint ibi alıq Tho. Aqu.
" duo omnino ordinis eiuſdẽ. i. nõ eſt accipe duos angelos ęq̃les in tota cœleſti hierarchia [ppter
" ꝙ & ipſos diuiniſſimos Seraphim ipſi theologi aiũt alteꝝ ad alteꝝ clamare] Sãctus, Sãctus,
" Sctũs, dñs deus exercituũ, ut in Iſaia habet, & ſupra capitulo ſeptimo expoſitũ eſt. [Aperte (ut Iſaiæ. 6.
" ęſtimo) in hoc declarãtes, qm̃ theologicas ſciẽtias. i. diuinoꝝ notitias ipſi primi ſecũdis tradũt]
C . i. ſpũs ſeraphici ſupiores tradũt ſpiritibꝰ ſeraphicis inferioribus, q ſecũ eiuſdẽ ſunt ordinis. Ve
rũ iſtud uidetur pręinductis p̃ſertim capitulo ſeptimo obuiare, qm̃ dictũ eſt ibi, ꝙ prima hierar
chia illuminatur immediate à deo, & ſolũ a deo. Ad q̊d paulo poſt reſpõdebo [Addiderim aũt
" hoc & fortaſſis nõ incõgrue] . i. iſtud q̊d ſubdit potero addere forſitã nõ inepte. Et qm̃ nõ pręſ
" ſumo me nõ poſſe errare, recte addo fortaſſis [quia & ſecundum ſeipſum unuſquiſq́ꝫ & cęle
" ſtis & humanus animus] . i. ꝙ quilibet indiuidualis ſpiritus tam angelicus quẽ rationalis ſecũ
" dum ſe & in ſe cõſideratus & ſumptus] ſpeciales habet & primas & medias & ultimas ordina
" tiões & uirtutes *additas per unũquemq́ꝫ hierarchicaꝝ illuminatiõum proprias anagogas pro *additas.
portiõaliter manifeſtas] . i. diſpoſitiões, coaptatiões & uires ſeu gradꝰ hierarchicalium illuſtra
tiõum, per unumquodq́ꝫ. i. in quolibet ordine ſeu ſuppoſito ſuperadditas ipſis animorum iſto
rum eſſentijs, utpote proprias anagogas. i. ſurſum ductiões & eleuatiões gradatim uſq́ꝫ in ſum
mum proportiõaliter manifeſtas. i. notas magis aut minus ſecũdũ quod animi ſeu ſpiritus iſti
ſunt magis aut minus cogniti & ſublimes ac differẽtes [per quas unumquodq́ꝫ in participatio
ne ſit ſicut idipſum & fas eſt & poſſibile ſuper incognitiſſimę purgatiõis pleniſſimi luminis añ
perfectę perfectiõis] hoc eſt, per quas uirtutes, ſuperductiões ſeu anagogas unũquodq́ꝫ. i. qui
libet ſpiritus talis, ſit in participatiõe. i. particeps efficitur & aliqualiter ſimilis purgatiõis ſuper
incognitiſſimę. i. diuinę & increatę puritatis oĩa purificãtis, luminis q̊q́ꝫ diuini & æternalis, ſup
pleniſſimi & immenſi. Et ante perfectę p̃fectiõis. i. diuinę & incauſatæ p̃fectiõis, q̃ eſt infinitę
eminẽtię ultra & ſup omnẽ perfectiõem creatam, quã p̃cedit æternitate, cauſalitate & dignita
te prorſus interminata. Per has igit anagogas atq́ꝫ hierarchicas aſcẽſiões q̃ in purgatiõe, illu
minatiõe & p̃fectiõe uident cõſiſtere, fit mẽs creata participatrix & imitatrix puritatis & lumino
ſitatis ac p̃fectiõis pprij creatoris, in q̊ realiter idẽ ſunt tria hęc, utpote purgatio increata, actiua
illũinatio, actiua fõtalis ſeu lux prima ſuppleniſſima, cũcta illuminãs & añ p̃fectio. i. ſumma & ab
ſoluta p̃fectio abyſſalis oẽm in ſe nobilitatẽ, beatitudinẽ & excellẽtiã ſupimmẽſe ac ſup ſimpli
ciſſime

ciſſime poſſidens & includens, ac omnium perfectiua, ſit inquam, mens creata in huiuſmodi participatione & aſſimilatione ſecundum quod fas eſt & poſſibile, id eſt, decens & per gratiam dantis poſſibile aut præfixum, non in eodem gradu aut genere aut uniuoca conformatione, imo ſemper manet ſuperexcellentiſſima dei prorſus immenſa, mensq; creata remanet iugiter infra terminos ſuæ inſtitutionis & dependentiæ ac indigentiæ. Hinc ſubditur:

*Per ſe perfectũ non indigens.* ⌈Eſt enim nihil perfectum aut nihil non indigens uniuerſalis perfectionis niſi uere perfectiſſimum & anteperfectum⌋ id eſt, citra deum nihil eſt abſolute ſimpliciterq; perfectum, imo ſolus deus eſt ens ſuperperfectum, & anteperfectum ſua incauſata ac æternali perfectione, tranſcendẽs & ſuperans uniuerſa: cuius comparatione totus mundus eſt tanquam puluis exiguus, & uelut gutta roris ante lucanii: & ſicut momentum ſtateræ reſpectu ſuę immenſitatis, reputata ſunt omnia iſta: à quo intantum dependent ac indigent omnia iſta, ut nec in ictu oculi ſine illius conſeruatione queant ſubſiſtere. Ideo ſcriptum eſt uere: Vanitati creatura ſubiecta eſt. Itemq;: Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Nempe hæc uanitas omni creaturæ ſecundum ſe conſideratæ & ſumptæ, intime mixta inſeparabiliterq; coniuncta, eſt quædam priuatiua proprietas, conſequens eſſe creatum eo ipſo quo creatum eſt: eſtq; defectus ac quædam occubitus a uero, æterno, independenti & incommutabili eſſe. At uero perfectio dei eſt uniuerſalis perfectio non certi generis aut ordinis limitati, imo omniũ perfectionũ ſupereminentiſſime contentiua, qua indiget omne creatum & ipſa nullius eſt egens. E

Marginal notes: Iſaias. 40. — Romanor. 8. — Eccleſ. 1. — Pſal. 15.

¶ Introductio & ſolutio quæſtionum quarundam concernentium præſens Capitulum Ar. XX

MOdo diligẽti⁹ pſcrutãdũ, q̃ ſint tres iſtæ ordinationes & uirtutes additę quę in unoquoq; animo tam angelico quam humano reperiuntur. Ad quod commentator reſpõdet, quod ſunt eſſe, poſſe & agere, ſeu natura, poteſtas & operatio: Omnis etem̃ anim⁹ habet ſubſtãtiã ſecũdũ quã primo eſt, & uirtutẽ q̃ in certo ordine cõtinetur, & operatiõem qua pie agẽs fert in finẽ. Porro ſecũdũ Scotũ (*Ioan. Sco.*) tres iſtæ uirtutes & ordinationes ſunt tres gradus uirtutum, quibus ad finem pertingitur. Primus eſt, oculos interiores ac intellectuales habere. Secũdus, per eoſdem conſiderare. Tertius clare inſpicere. Poſſet quoq; quis dicere: quod ſit triplex cognitio, uidelicet, matutina & meridiana ac ueſpertina, de quib⁹ dictũ eſt, ſuper ſecũdum Sẽtẽtiarũ (*di 4. qu. 4*). Vel ſunt uirtus & ordinatio naturæ & gratiæ ac glorię. Aut certe tres actus hierarchici, qui in diuerſis intellectibus pręinducti ſunt, ſecũdum multiplicem gradum uariamq; differẽtiam perfectionis, ſecũdũ quod unus animus eſt altior alio: Vel incremẽta profectuũ, ſecũdũ quę uſq; in diẽ iudicij creſcere perhibẽtur in cognitiõe diuinorũ myſteriorũ ac operũ. Scdm Albertũ (*Alb.*) uero tria hæc ſunt, cognitio ueritatis, delectatio in eadẽ, & ad bonũ affectio. Deniq; ſecũdũ Linconiẽſem (*Rup. Linc.*), tria hęc ſunt cõuerſio ad ſuperius ipſo, ut inde recipiat & dirigatur: cõuerſio ad ſeipſum, ut ſe intelligat: cõuerſio ad inferius, ut ipſum ſurſum ducat. Verũtamẽ triplex ordinatio iſta ac uirtus triformis, aliter aſſignãda uidetur in mẽte humana & aliter in mẽte angelica. In mẽte nãq; humana ſunt tres ſtatus, uidelicet incipiẽtium & proficiẽtium, ac perfectorum, gradus quoq; uirtutum iuxta quotidianum profectum. Inſuper in mẽte humana ſunt uirtutes ciuiles morales, uirtutes quoq; purgatoriæ, & uirtutes purgati animi. ¶ Cõſequẽter reſpondẽdum ad id, quod quæſitum eſt paulo ante, an ſcilicet unus angelus purget, illuminet atq; perficiat alium, eiuſdem ſecum ordinis exiſtẽtem, Et manifeſte dicit in iſto capitulo ſanctus Dionyſius, quod imo, in tãtũ, ꝙ unũ de ordine Seraphim ꝑteſtat aliũ eiuſdẽ chori illuminare. Ergo de cęteris eorũdẽ ordinũ angelis hoc uidetur nonminus dicẽdũ, ſed forſitã magis, cum ſint maioris potẽtialitatis & à deo diſtantię. Quod ergo ſanctus iſte dixit iam ſupra, quod prima hierarchia illuminatur immediate a deo, & ſolum ab eo intelligẽdum apparet per excluſiõem aliarum hierarchiarum & ordinẽ aliorum, ita quod nõ illuminatur & ſequẽtibus hierarchijs, nec ab earum ordinibus. F

¶ Inſuper obijci poteſt cõtra probatiõem qua theologus probat hic, quod unus de Seraphim illuminat alium, quia uidelicet unus clamauit ad alium: Sãctus, Sãctus, Sãctus. Nam & inferior poteſt clamare ad ſuperiorem, iuxta illud Pſalmi: Voce mea ad dominum clamaui. Et in Zacharia cõſcriptum eſt, quod angelus clamauit ad dominum: Vſquequo domine nõ miſereberis urbium Iuda? Imo & æqualis clamat æquali & ſuperior inferiori: Vnde in Geneſi dicitur: Cum deambularet dominus in paradyſo ad auram poſt meridiem, clamauit & dixit: Adam, ubi es? Præterea uerba illa Iſaiæ ab aliquibus exponũtur quod clamauit alter ad alterum, id eſt, mutuo cõcorditerq; clamabant: Reſpõdendum quod ſanctus hic doctor ſpiritu ſancto repletus & ab Apoſtolo ac apoſtolicis uiris, inſtructus in autoritatem ſumendus eſt, & Autoritatem Iſaiæ rite exponit: ita quod intelligẽda eſt de clamore quo quis informare intendẽs, clamat

Marginal notes: Iſaiæ. 6. — Pſ. 76. 141 — Zachar. — Gene. 3. — Iſaie. 6.



A mat ad alium, vt faciat eum attentum. Et q̃uis vnus angelus non doceat alium de hoc, ꝙ deus eſt ſanctus in ſe, tñ ſecundum ꝙ ſanctitas eius in diuerſis eius relucet effectibus, poteſt inferiorem aliquo modo (ſicut præhabitum eſt) illuſtrare. Poſtremo, circa id quod dictum eſt, in eodem ordine eſſe primos, medios, & vltimos, dicit Albertus. Iſtud concedimus, cũ in eodẽ ordine non ſint duo eiuſdem ordinis. In quibus verbis inſinuare videtur, ꝙ angeli ſinguli à ſeinuicem ſpecifice diſtinguantur, ſed vt patuit, de hoc alibi longe aliter ſenſit & ſcripſit, puta quod omnes eiuſdem ſint ſpeciei, vt patet in Scripto ſecundi. Amplius, circa illud: Impoſſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium, niſi circumuelatum, &c. videtur ſentire, ꝙ ſine ſpeculatione phantaſmatum non poſſimus intelligere in præſenti, de qua re q̃ diuerſe alibi ſentiat, pręſertim in Tractatu de intellectu & intelligibili, conſtat. In expoſitione demum huius cap. ſcribit ꝙ diuerſitas diſpoſitionum in animabus rationabilibus, q̃tum ad diſpoſitionem intellectus, non eſt ex diuerſa commixtione contrariorum, ſed ſecundum acceſſum ad vnum primũ ſimpliciter. Diuerſitas vero commixtionis, eſt ſignum diuerſæ diſpoſitionis animæ. Iſtud quippe videtur contra cõmune dictum philoſophorũ, imo & theologorum multorũ, & contra id q̃d Ariſtoteles ait: Molles carne aptos mente eſſe dicimus. Videtur quoq; ex hoc, quod rationalium animarũ diſtinctio mutua eſſe ſpecifica, præſertim cum intelligentiarũ diſtinctio, quæ ſecundum Peripateticos ſpecifica eſt, capiatur ſecundum maiorem & minorem acceſſum ad primum ac purũ actũ. Hæc ſcholaſtice breuiter tango, de quibus ſuper ſecundum Sententiarũ ſcripſi diffuſius. Sed & ipſe Albertus de his alibi aliter ſenſit ac ſcripſit, præſertim in libro de homi-
B ne, & ſuper librum de anima.

Marginal notes: Albertus. — Ariſtoteles

PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI X.

DIximus ſupra ꝙ ſumma hierarchia cœleſtium mentiũ ab ipſa diuinitate gubernata, eo ꝙ ad ipſam immediate extenditur, occultiore & clariore principalis deitatis illuminatiõe purgatur & illuminatur & ꝑficitur. Occultiore qdẽ, tanq̃ magis intima & magis ſimplificatiua & vnificatiua. Clariore aũt, prius emanante à claritate diuina cœleſtibus mentibus prius apparente, & magis vniuerſali, & magis ad primũ principium effuſa. Ab hac vero prima hierarchia ſurſum agitur ad deum, ſecunda hierarchia, ſecundum ipſius poſſibilitatẽ, & à ſecunda tertia, & à tertia noſtra hierarchia ſurſum agitur ad deum, qui eſt & ſuperprincipale principium & conſummatio omnis hierarchiæ, & hoc ſecundum eandem legem, quam ordinat diuinus principatus in ſurſum actione angelica: veruntamen iuxta ꝙ deum decet, & noſtræ hierarchiæ eſt poſſibile. Omnes autem cœleſtes animi ſunt manifeſtatiui ſuperiorum ſeriatim. Verbi gratia: Infimi angeli ſunt manifeſtatiui archangelorum & ordinum ſuperiorum, & ſic ſupra. Item ſummi angeli, id eſt, Seraphim, ſunt manifeſtatiui ipſius deitatis, quæ mouet eos: & Cherubim ſunt manifeſtatiui ordinis Seraphim, & ſic deinceps ſecundum ſingulorum ordinum proportionem. Et cõmode poſſunt id agere ordines ſinguli, quia diuina plenitudo cuncta harmoniace diſponens, cuilibet hierarchiæ vel ordini angelo-
C rum & hominum abundanter prouidit & diſtribuit in ſcientijs & virtutibus, vt quilibet ordo vel perſona hierarchica, ſanctam ſurſum actionem & operationem ſibi conſtitutam poſſit efficaciter perficere. Patet ergo ex prædictis, ꝙ quælibet hierarchia diſtinguitur in tres ordines, ſcilicet primum, medium, & infimum. Et præterea quilibet ordinum diſtinguitur in tres partes, continendo in ſe primas, & medias, & vltimas virtutes. Quod colligitur ex eo quod dicit Iſaias vnum Seraphim clamaſſe ad alterum, oſtendens plane ꝙ ipſe qui clamauit, docuit eum cui clamauit, & ita oſtendit ꝙ in eodem ordine alij alijs diuinam diſtribuunt cognitionem, ſcilicet ſuperiores inferioribus. Addam etiam ex abundanti non inconuenienter, ꝙ vnaquæque mens angelica vel humana bene ordinata, habet in ſua ſingulari pſona ſpeciales primas & medias & vltimas ordinationes, & virtutes addictas ſcdm vnamquãq; hierarchicã pſonã, & habet in ſe ſurſum actiones hierarchicarũ illuminationũ manifeſte diſtinctas & ordinatas iuxta ꝓportionem ſuarũ viriũ naturaliũ, ſicut añ annos xx. diligenter tractaui in clauſtro S. Victoris Pariſienſis ſuper principiũ Iſaiæ: Vidi dñm, &c. iuxta nouã tranſlationẽ Hieronymi, quas ſurſum actiones vnuſquiſq; vel homo hierarchicus participat, ſcdm propriã capacitatem ſupercaſtiſſimam dei purgationem, & ſuperplenũ eius lumen, & perfectionẽ ipſius, quæ præuenit & cauſat omnẽ creatã perfectionem. Nihil em̃ eſt quod ſit per ſeipm perfectum, aut quod nõ indigeat aliena perfectione, niſi ſolus deus, qui plenitudo eſt vniuerſalis, & habet vniuerſalem plenitudinem propria virtute & natura & autoritate, quam & habet ante omnia, & ſuper oĩa.

Marginal notes: Iſaiæ 6. — Iohan. 6.

¶ Cœleſtes ſubſtantiæ oẽs cur cõmuni vocabulo cœleſtes virtutes appellentur. Cap. XI.

HIs autem diſtinitis, illud dignum intelligere, ob quam
cauſam oẽs ſimiliter angelicas eſſentias, uirtutes cœle
ſtes uocare conſueuimus. Non enim eſt dicendum, ut
in angelis, quoniam omnium nouiſſima eſt diſpoſitio
ipſa ſanctarum uirtutũ, & quidẽ nouiſſimarꝫ, ſanctã
& decoram illuminationem ſuperpoſitarum eſſen-
tiarum diſpoſitiones participant. Vltimę uero prima
rum, nullo modo. Et huius gratia cœleſtes quidẽ uir-
tutes omnes, diuini intellectus noĩantur. Seraphim au
tem & throni & dominationes, nullo modo. Participatæ enim extremæ ab ex-
celſiſſimis ſunt uniuerſalibus proprietatibus, per primamque angeli, & añ ange
los archangeli, & principatus & poteſtates, quos uirtutes, ab ipſa theologia or
dinati. Communiter ſæpe a nobis ſimiliter cum alijs ſanctis eſſentijs cœleſtes
uirtutes uocantur. Dicimus autẽ, quia cõmuniter in oĩbus utẽtes cœleſtium
nominatione uirtutum, non confuſionẽ quandã uniuſcuiuſq; diſpoſitionis pro-
prietatũ introducimus. Sed qm̃ in tria diuiduntur ſcdm̃ ſe ſupermundana rõne
oẽs diuini intellectus, in eſſentiã, uirtutẽ, & operationẽ; cũ ſimul oĩes aut eorꝫ
quoſdã inobſeruate cœleſtes eſſentias, aut cœleſtes uocamus uirtutes, eos peri- E
phraſticos, de quibus ſermo eſt, ſignificare eos ęſtimandũ ex ea q̃ p ſinglos eorꝫ
eſt, eſſentia uel uirtute. Neq; eñ ſuppoſitã ꝓprietatẽ facile eſt iã a nobis diſcreta
*taxar-chiæ. rum ſctãrꝫ uirtutũ minoribus oĩno annectere eſſentijs, in cõuerſiõe incõfuſę an
gelicorꝫ ornatuũ * ordinationis. Iuxta eñ ſępe a nobis rectã redditã rõnem, ipſe
quidẽ ſupſirmatę diſpoſitiões abũdanter hñt, & minorꝫ ſacras ꝓprietates. Vlti-
mæ uero maiorꝫ ſuperpoſitas uniuerſitates nõ hñt particulariter in eas primo
apparentibus illuminationibus per primas proportionaliter eis diſtributis.

¶ Declaratio ca. huius II. Artic. 21.

OStendit theologus hic cur vniuerſæ mentes ſupnæ nuncupenť virtutes cœ-
leſtes. [His aũt diffinitis]. i. ꝑinductis iã determinatis [illud dignũ intellige
re]. i. cõſideratione dignũ exiſtit [ob quã cauſam oẽs ſimilr̃ angelicas eſſen-
tias]. i. cũctas ꝑſonas ſupnorꝫ ſpirituũ [ꝟtutes cœleſtes vocare cõſueuimus
Nõ eñ eſt dicendũ vt in angelis]. i. ad iſtã quęſtionẽ nõ eſt reſpondendũ ſi-
cut ſupra reſponſum eſt, cur oẽs cœleſtes eſſentiæ angeli appellent [qm̃ oĩm F
nouiſſima ẽ diſpoſitio ipa ſctãrꝫ virtutũ]. i. ꝙ iſtud ſit ideo, qa diſpoſitio iſta
. i. ordo ſctãrꝫ ꝟtutũ ſit nouiſſima. i. vltimũ locũ tenẽs inter ordiẽs angelorꝫ, imo qntũ locũ ſor
Ariſtoteles tiť, tã aſcẽdẽdo ab infimo, q̃ deſcẽdẽdo ab ordiẽ ſummoteſq; directe ĩ medio ordinẽ angelorũ
queadmodũ ſol ĩ medio planetarꝫ, q̃uis Ariſt. ꝑutauerit ſolẽ ſupra lunã ꝓxime collocari, eo ꝙ
à luna tñmõ eclipſeť [Et qdẽ nouiſſimarꝫ ſctãm & decorã illũinationẽ ſuppoſitarũ eſſentiarꝫ
diſpoſitiões ꝑticipãt]. i. chori ſupiores participãt illũinationẽ ſanctã & pulchrã inferiorũ cho
rorũ, vt frequẽter expoſitũ eſt: nõ tñ ꝑticipant eã ab inferiorib⁹, ſed à ſupioribus ſe. Vltimę ꝟo
primarꝫ nullo mõ. i. angelorꝫ inferiorꝫ, infimorũve ordinũ, neq̃q̃ ꝑticipãt illũinatiões & ꝓprie
Rupertus Linconen. tates ſpirituũ ordinũ eminẽtiorꝫ, in ea vc; plenitudine & excellẽtia, q̃ in ſupioribus ſunt: attñ
aliq̃liter eas ꝑticipãt, cũ toties habitũ ſit, ꝙ inferiores à ſupioribus illuſtrẽť. Linconi. q̊q; teſtaťt
Habet qlibet intellectus angelicus. i. qlibet infimi ordĩis angelus ꝑ grãm, vt ferueat cũ Seraphĩ
vt luceat cũ Cherub, & ſpiritalis exiſtẽs, dijudicet cũcta cũ thronis, itẽ cũ dñationib. dñetur ſibi
ſubiectis, & fortis ſit cũ ꝟtutib⁹, & ordinatus cũ ꝑtãtibus: deiñ cũ principibus principeť aliqb⁹
Grego. in homilia. ſubditis, nũciet q̊q; ſalutaria quædã minora minoribus cũ angelis, atq; maiora cũ archãgelis.
Hic ĩ ho. plenius ſcribit Gre. Sic ĩ illa ſumma ciuitate ſpãlia q̃dã ſinglorꝫ ſũt vt tñ ſint coĩa oĩb⁹:
& q̃d in ſe qſq; ex parte habet, hoc ĩ alio ordiẽ totũ poſſidet. Sed iccirco vno, eodẽq; vocabulo
oẽs nõ cẽſenť, vt ille ordo vocari priuato vniuſcuiusq; rei noĩe debeat, q hãc ĩ munere plenius
accipit. Seraphĩ nãq; incẽdiũ dicim⁹, & tñ amore cõditoris oẽs pariť ardẽt. Cherubĩ plenitudinẽ



A ſciẽntię, & tñ quis ibi aliqd neſciat, vbi oẽs fontẽ ſciæ deũ vident? Throni, agmina illa vocanť
qbus cõditor ꝑſidet. Sed btũs eſſe qs põt, niſi cõditor ſuus eius mẽti ꝑſideat? Quæ ergo ex parte
habentur ab omnibus, eis priuato nomine aſſcribuntur, qui hæc in munere plenius acceperũt
[Et huius gratia cœleſtes quidem virtutes omnes diuini intellectus nominãtur]. i. iſta de cau-
ſa omnes mentes ſupernæ nuncupantur virtutes cœleſtes. [Seraphim autem & throni & dñã-
tiones nequaq̃] id eſt, nullatenus vniuerſi illi intellectus dicuntur Seraphim & throni ac domi
nationes, quia nec ad illarũ dignitatẽ eminentiãq; pertingunt: cur igitur omnes vocantur vir-
tutes, cum quatuor ordines inferiores ad eminentiam illuminationis ac proprietatis quinti or
dinis, qui virtutes dicuntur, nequaq̃ perueniant? Iſtud paulo poſt ſoluit. [Participatæ autẽ ex-
tremæ] id eſt, eſſentiæ ſeu mentes infimi chori ſunt participatæ, id eſt, q̃tum ad ſuã proprietatẽ
& illuminationẽ, incluſæ & comprehenſæ ſunt [ab excellentiſſimis vniuerſalibus proprietati
bus] id eſt, à proprietatibus & viribus mentium eminentiorum, queadmodum in totis pote-
ſtatiuis perfectiones ac vires inferiorum in ſuperioribus includuntur, ſicut poteſtas ſubdiaco
ni in poteſtate diaconi, atq; amborum poteſtas in poteſtate ſacerdotali. Sicque poteſtas ſupe-
rior dicitur vniuerſalior, quoniã maior ac latior ineſt in continendo ac operando. [Ipſi nanq;
angeli, & ante angelos archangeli & principatus & poteſtates]. i. quatuor illi chori inferiores,
inter quos archangeli ſunt ante angelos dignitate, non duratione [poſt virtutes ab ipſa theo-
logia ordinati]. i. à ſacra ſcriptura noĩati atq; diſpoſiti in deſcendendo à Seraphim poſt virtu-
tes. [Cõmuniter ſæpe à nobis ſimiliter cum alijs ſanctis eſſentijs cœleſtes virtutes vocãtur]. i.
frequenter nominantur à nobis in eccleſiaſtica hierarchia contentis, virtutes cœleſtes cũ alijs
ſanctis, eſſentiæ. i. ſicut & aliæ mentes ſupnæ ſuperiores, videlicet dominationes, throni, che-
rubim quoq; ac ſeraphim. Conſequenter ſoluit hanc quæſtionẽ. [Dicimus autẽ quia commu
niter in omnibus vtentes cœleſtium noĩatione virtutum, non confuſionẽ quandã vniuſcuiuſ-
que diſpoſitionis proprietatum introducimus]. i. hoc affirmamus, ꝙ vtendo noĩatione virtu
B tum cœleſtium in oĩbus. i. ꝙ oĩm angelicorũ chorũ ꝑſonas ſeu ſpũs appellando virtutes, non
inducimus nec facimus confuſionẽ proprietatũ vniuſcuiuſq; diſpoſitionis. i. cuiuſcunq; chori
angelici: imo qlibet chorus manet diſtinctus ab alio, qm̃ nomen virtutis in iſtis locutionibus
æquiuoce ſumitur. Hinc ſequitur: [Sed quoniam in tria diuiduntur ſcdm̃ ſe ſupermundanã
ratione omnes diuini intellectus]. i. vnuſquiſq; ſpiritus cœleſtis ſeu mens angelica ac ſuperna
prout ſumitur ſecundum ſe, vt ſubſiſtens & particularis perſona in tria partitur. i. tria in ſe ha-
bet ſeu cõtinet. Diuiditur inquam [in eſſentiam & virtutem & operationem] non ſicut in par-
tes eſſentiales, nec ſicut genus in ſpecies, neq; vt totum poteſtatiuum in partes ſuas: ſed iuxta ſi
militudinem quandam, ſicut totum integrale in partes quantitatiuas: non ꝙ vere atq; vniuo-
ce ſint in ſpiritualibus naturis totum integrale & pars quantitatiua, ſed metaphorice ſolum: q̊-
niam ſicut in rebus corporalibus totum integrale habet partes quantitatiuas, quæ ad perfectã
eius ſubſiſtentiam requiruntur, attamen ſine eis, ſeu abſq; quibuſdam earum ſubſiſtere poteſt,
non tamen perfecte, vt homo ſine aure aut naſo vel pede: ſic ad perfectam ſubſiſtentiã angeli,
concurrunt, reqruntur & pertinent tria hæc, puta eſſentia ſua qua eſt, potentia ſeu (aptius lo-
quendo) virtus qua in actum egreditur, & operatio qua fini coniungitur, & agit quod ſibi præ
fixum eſt, & ad quod agendum eſt inſtitutum & conditum. Deniq; in vnoquoq; angelo eſt eſ-
ſentia vna numero ſolum, quæ eſſentia eſt ſimplex forma in ſe ſubſiſtens & ſeparata, non tñ im
participata, nec independens, aut illimitata: quæ eſſentia eſt realiter ipſa ſubſiſtens perſona.
C Eſt demum in quolibet angelo duplex virtus, intellectus videlicet & volũtas, & operatio mul
tiplex, vtpote multi actus intelligendi atq; volendi, & motio actiua, & productiões diuerſorũ
effectuum: nec differunt in angelis realiter intellectus agens & poſſibilis, intellectusve ſpecula
tiuus & practicus. Sed eſſentia & virtus, ſeu potentia & operatio, in angelis realiter diſtinguũ-
tur. Ideo à diuina ſimplicitate ac vnitate multum deficit & occumbit. [Cum ſimul omnes aut
eorum quoſdam inobſeruate cœleſtes eſſentias aut cœleſtes vocamus virtutes] id eſt, dum v-
numquenq; angelorum ſeu diuinorum intellectuum, ſeu quempiam eorum indifferenter ap-
pellamus eſſentiam aut virtutem, ſumendo nomen virtutis inobſeruate, id eſt, communiter
& incontracte, non proprie, prout eſt ſpeciale nomen diſtincti ſpecialisque ordinis. [eos pe-
riphraſticos, de quibus ſermo eſt, ſignificare nos æſtimandum] id eſt, ſentiendum eſt nos ſigni
ficare iſtas intellectuales ſimplicesq; ſubſtãtias periphraſticos. i. per quandam circumlocutio
nem [ex ea quæ per ſingulos eorum eſt eſſentia vel virtute]. i. ſumendo nomen eſſentiæ ac vir-
tutis coĩter, ſecundũ ꝙ vnicuiq; ordini ac perſonæ mentis angelicæ conuenit nomen iſtud eſ-
ſentia, & nomẽ hoc virtus, videlicet prout in quolibet tali ſuppoſito eſſe dicuntur: attamen cũ

quemlibet angelum appellamus virtutem,ſumitur virtus non pro accidentali potentia, ſed
pro vigoroſa natura atq; ſubſtantia. [Neq; enim ſuperpoſitam proprietatem facile eſt iam be D
ne à nobis diſcretarum ſanctarum virtutum minoribus omnino annectere eſſentijs.] hoc eſt, "
eſt nomen virtutis proprie ſumptum pro ordine ſpeciali,iccirco non conuenit angelis vniuer
ſis:quoniam non eſt facile,imo difficile & inconueniens eſt ſuperpoſitam.i.excellentẽ proprie
tatem virtutum ſanctarum,quæ ſunt de quinto throno angelico bene diſcretarum.i. recte di-
ſtinctarum à nobis,alijs angeloꝝ ordinibus annectere omnino.i.ſociare ſimpliciter, aut aſcri-
bere eſſentijs minoribus.i.inferioribus choris ac angelis [in conuerſione inconfuſe angelico-
rum ornatuum *taxiarchiæ] hoc eſt,in reditione & reductione ornatuum angelicorum.i.an- "
gelicorum ordinum pulchre diſpoſitorum ac ſapientialiter diſtinctorum taxiarchiæ inconfu
ſe.i.ordinationis diuinæ inuiolatæ & increatæ, quæ cauſa eſt & inſtitutrix diſtinctionis ac de-
coris ordinum ſupernoꝝ,quorum proprietas & diſtinctio patet & cõſiſtit in reductione & re-
ditione,ſeu conuerſione omnium illoꝝ ad creatorem. [Iuxta enim ſæpe à nobis recte redditã
rationem].i.ſecundum rationabilem cauſam,quam frequenter expreſſimus & aſſignauimus. "
[ipſæ quidem ſuperfirmatæ diſpoſitiones].i.ordines ſuperiores cæteris eminentiores ac diui "
niores,ac firmiter ſuperlocata [abundanter habent & minorum ſacras proprietates].i.eminẽ- "
ter & copioſe in ſe includunt,comprehendunt & poſſident ſanctas vires, virtutes & proprieta
tes ordinum inferiorum,quemadmodum in totis & partibus poteſtatiuis, imo & ſpeciebus
vniuerſi virtus ſpeciesq; ſuperior comprehendit in ſe vim & perfectionem virtutis & ſpeciei
inferioris,& aliquid ſuperaddit,modo quoq; ſublimiori, quam virtus & perfectio illa in ſpe-
cie inferiori conſiſtit.[Vltimæ vero maiorum ſuperpoſitas vniuerſitates non habent].i.infe-
riores ordines ac naturæ non habent,neq; includunt vniuerſitates.i.vniuerſas proprietates,ꝑ
fectiones & vires,ſeu vniuerſaliores proprietates ſuperpoſitas eis maiorum.i.ordinum ac na-
turaꝝ ſublimiorum. [particulariter in eis apparentibus primo illuminationibus per primas
proportionaliter eis diſtributis]hoc eſt,inferiores non participant plene & vniuerſaliter pro- E
prietates ſuperiorum. Attamen ſuo modo aliqualiter eas participant. Et hoc dico, illumina- "
tionibus primo.i.primæue ac fontaliter à deo emanantibus, diſtributis.i.collatis eis, per pri-
mas.i.ꝑ ſuperiores eſſentias,proportionabiliter.i. ſecundum menſuram & diſpoſitionẽ eaꝝ,
apparentibus.i. reſplendentibus in eis illuminationibus,particulariter.i. partim & imperfecte
Iſta pro magna parte etiam à melioribus ac ſubtilioribus philoſophis dicta inueniuntur,q̃tũ
ad naturalem ſcientiam & influxum, diſpoſitionem & ornatum, ordinem & conſiſtentiam
ac operationes ſubſtantiarum ſeparatarum. Nam & in libro de cauſis aſſeritur,ꝙ eſt in intelli-
gentijs ſuperioribus per modum ſublimiorem, eſt in intelligẽtijs inferioribus per modum de-
cliuiorem. Rurſus in commentario decimæ propoſitionis libri eiuſdem habetur: Formæ quę
ſunt in intelligentijs ſecundis inferioribus per modum particularem, ſunt in intelligentijs ſu-
perioribus per modum vniuerſalem:quoniam primis intelligentijs ineſt virtus magna, quia
vehementioris vnitatis & ſimplicitatis, cum ſint propinquiores primo puro,vno ac ſimplici.
Intelligentiæ vero inferiores ſunt maioris multiplicitatis propter diſtantiã ſuam à primo in-
finito,quod eſt virtus virtutum. Vnde & denuo in eodem dicitur libro: Primorum omnium,
quædam ſunt in quibuſdam per modum quo licet,vt ſit vnum eorum in alio. Hæc demum in F
Proclus. declaratione Procli diffuſius continentur: Omnium(inquit) quę ſecundum proceſſum mul-
tiplicantur prima, ſunt perfectiora ſecundis,& ſecunda his quæ ſunt poſt ea, & ita deinceps.
Itemq;:Omnis proceſſus per ſimilitudinem ſecundorum ad prima efficitur. Et iterum: Omne
producens ſimilia ad ſeipſum,ante diſſimilia ſubſtituit. Certe beatiſſimus & illuminatiſſimus
Hierony. Dionyſius egit quod diu poſt eum ſanctus Hieronymus docuit eſſe agendum:Iſtud(ait)facere
ſolemus quando philoſophos legimus,dum libri ſapientiæ ſecularis ad noſtras deueniũt ma
nus,ſi quid in eis vtile inuenimus,ad noſtrum dogma conuertimus: ſi quid vero ſuperfluum
de amore vano, aut cura ſecularium rerum,hæc radimus, his caluitium inducimus, & in vn-
guium morem ferro acutiſſimo deſecamus. In Deuteronomio quoq; dominus iuſſit, vt mu-
lieris captiuæ præſertim gentilis caput radatur, & ſupercilia omnesq; pili & vngues corporis
amputentur,ſicq; in vxorem ducatur. Quid igitur,ait,mirum,ſi ego ſapiẽtiam ſecularem pro-
pter eloquij venuſtatem pulchritudinemq; membrorum Iſraelitem facere cupio, & quicquid
in ea erroris aut falſitatis ſiue libidinis reperero,rado,abſcindo,abijcio,ſicq; ex ea domino Sa-
baoth filios genero? Sic ergo & nos facere congruit, nec immoderate talibus immorari, ne
meliora & viciniora ſaluti negligamus,neq; cũ Aegypti idolis ſpiritaliter fornicemur.

Para-

* ordinationes.



## PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI XI

A DEinceps quęrendum eſt,propter quam cauſam omnes angelicas ſubſtãtias
cuiuſcunq; ordinis conſueuimus vocare cœleſtes virtutes. Neq; eſt hic red
dere rationem,quam ſupra diximus,omnes cœleſtes mentes recte vocari
angelos,cum infimus omnium cœleſtium ordinum ſit ordo angelorum,
& ſuperiores habeant inferiorum virtutes & illuminationes vnde denomi
nantur. Siquidem ordo virtutum ſuperior eſt quatuor alijs ordinibus. Vn
de propter hanc rationem non poſſunt illi quatuor inferiores communi-
care nomen virtutum,quia non eadem plenitudine virtutes & illuminationes earum partici-
pant. Vnde prædictæ quæſtioni ſic reſpondemus: Ad oſtendendum ꝙ nulla confuſio inducit
proprietatibus aut diſtinctiuis nominibus angelicorum ordinum per hoc,ꝙ omnes cœleſtes
animi communiter vocantur virtutes,quælibet mens cœleſtis ſecundum ſupermundanã cœ-
leſtium rationem habet hęc tria,ſcilicet ſubſtantiam, virtutem,& operationem. Quando ergo
aut cœleſtes virtutes,aut aliquas earum indifferenter vocamus cœleſtes ſubſtantias,aut cœle-
ſtes virtutes,illas de quibus tunc loquimur, ſic vocamus quaſi per expreſſionem ſuarum ſpiri-
tualium ſubſtantiarum aut virtutum,à quibus eaſdem ſic denominamus. Hoc enim ſic facien
do non intendimus ſubiectis ordinibus attribuere proprietatem virtutum in ea plenitudine,
qua ordo virtutum eam poſſidet,quod eſſet conuertere retrorſum, & confundere gradus or-
dinum angelicorum. Vt enim ſæpe diximus & recte, ſuperiores ordines habẽt ſanctas proprie
tates ſubiectorum abundantius, q̃ ipſi ſubiecti. Inferiores vero non in ea plenitudine habent
B ſcientias & virtutes in qua & ſuperiores, ſed particulariter participant ſecundum ſingulorum
capacitatem illuminationibus ad illos delatis per ſuperiores.

## ❡Sacerdotes inter homines cur angeli dicantur. Cap. XII.

QVæritur autem & hoc intelligibilium eloquiorum ſtu
dioſe intuentibus. Si enim participantia excelſiorũ uni Malac. 2.
uerſitatum non ſunt ultima,ob quam cauſam ſecundũ
nos ſummus ſacerdos angelus domini omnipotentis
ab eloquijs nominatur. Eſt autem nõ cõtraria ratio,ut
æſtimo ante diffinitis. Dicimus enim quia uniuerſali
& ſuperpoſita maiorum ornatuum uirtute relinquun
tur ultimi. Mediam enim & proportionalem partici-
pant iuxta unam ſimul cunctorum & coniunctiuam
ſocietatem, quale eſt ſanctorum Cherubim ordo, participat ſapientiam & ſcien
tiam altiorem. Sub ipſis autem eſſentiarum diſpoſitiones participant quidem et
C ipſæ ſapientiam & ſcientiam particularem, tamen ad illos & ſubiectam. Et qui-
dem omnino in participatione ſapientiæ & ſcientiæ, eſſe commune eſt omnibus
deiformibus intellectibus. Attente autem & primo aut ſecundo, aut infra nequa
quam commune, ſed ſicut unicuiq; ante propria diffinitur analogia. Hæc autẽ
& de omnibus diuinis mentibus non fortaſſis quis errans diffiniet. Etenim ſicut
primi abundantius habent minorum ſanctas pulchraſq; proprietates, ſic habẽt
ultimi eas prioꝝ, non tamen ſimiliter, ſed infra. Nihil ergo(ut æſtimo)inordina
tum, ſi & ſecundum nos ſummum ſacerdotem angelum theologia uocat, iuxta
uirtutem propriam participantem angelorum †prophetica proprietate, & ad † hypophetica.
manifeſtatiuam eorum ſimilitudinẽ (quantũ poſſibile hominibus) †extentum. *extentã.
Inuenies autem(quia & deos theologia uocat & cœleſtes & ſupernas eſſentias)
& apud nos amiciſſimos dei & mirabiles uiros. Et quidem diuinum †ſecretum †ſecretũ obſcuritate.
ſupereſſentialiter ſimul omnibus & remotũ & ſupercollocatum, & nullum ab

eorum quæ ſunt ſimile nominari proprie,& omnino ualet. Veruntamen quæ- D
cunque & intellectualium & rationalium ad unitatem eius,& qualiſcunque uir
tus uniuerſaliter conuertitur, & ad diuinas ipſius illuminatiões (quantum poſ-
ſibile) inceſſabiliter extenditur ſecundum uirtutem (ſi iuſtam dicere) diuina imi
tatione,& diuina uniuocatione digna facta eſt.

¶Expoſitio capituli huius duodecimi. Articulus XVI.

MOVETVR ac ſoluitur hic quæſtio ex præhabitis ſumens originem. Et
enim dictum eſt præcedenti capitulo, iccirco inferiores choros & angelos
non vocari nominibus ſuperiorum, quia inferiores non participant pro-
prietates ſuperiorum tam plene, vt in ſuperioribus ſunt. Vnde apparet
quod perſonæ eccleſiaſticæ non eſſent angeli nuncupandi, potiſſime cum
plus diſtent ab angelis, quàm angeli ab archangelis. [Quæritur autem & "
hoc intelligibilium eloquiorum ſtudioſe intuentibus] id eſt, ab his qui ſtu- "
dioſe intuentur, conſiderant, ſtudent, inquirunt veritatem & intellectum intelligibilium elo-
quiorum, id eſt, ſcripturarum, quæ dicuntur eloquia intelligibilia, id eſt, ſpiritualia, pura, &
quaſi immaterialia: quoniam docent & hortantur nos ſenſibilia & terrena tranſcendere, at-
que diuina & immaterialia totis affectare præcordijs. Senſibilia quippe & intelligibilia in
Senſibile quid. hoc differunt, quod ſenſibilia ſunt groſſa atque corporea: intelligibilia vero abſtracta, à ma- E
Intelligibile quid teria & eius appenditijs depurata. [Si enim participantia excelſiorum vniuerſitatum non "
ſunt vltima] hoc eſt, ſi (pro quia) vltima, id eſt, ima & inferiora non participant vniuerſitates, "
id eſt, vniuerſas perfectiones, ſeu vniuerſaliter illuminationes excelſiorum, id eſt, ſublimio-
rum ordinum, vt in fine præcedentis capituli clarius expoſitum eſt. [ob quam cauſam ſe- "
cundum nos ſummus ſacerdos,] id eſt, pontifex hominum [angelus domini omnipotentis "
Malac. 2. ab eloquijs nominatur.] Scriptum eſt enim in Malachia: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſci- "
entiam, & legem requirent de ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Eſt autem non
contraria ratio (vt æſtimo) ante diffinitis,] id eſt, obiectio iſta non derogat prædetermina-
tis. [Dicimus enim quia vniuerſali & ſuperpoſita maiorum ornatuum virtute relinquun-
tur vltimi.] id eſt, hoc affirmamus quod inferiores deficiunt à virtute vniuerſali, & ſuper- "
poſita, id eſt, à perfectione & plena ac eminenti proprietate ornatuum maiorum, id eſt or-
dinum ſuperiorum. Attamen aliquid de proprietate partipipant eorundem. Vnde ſubiun-
gitur: [Mediam enim & proportionalem participant iuxta vnam ſimul cunctorum & con- F
iunctiuam ſocietatem.] id eſt, omnes ſuperiores inferioresque ordines ſimul participant
quandam mediam conuenientiam & virtutem omnibus comproportionatam, commen- "
ſuratam & competentem iuxta ſocietatem vnam cunctorum, & coniunctiuam, id eſt, vniti-
uam eorum ad inuicem, quemadmodum etiam multæ ſpecies in vno conueniunt genere,
cuius natura & proprietas in diuerſis ſpeciebus determinatur ad diuerſos gradus perfectio-
num in ipſis: ſic & omnes ordines illi angelici in quibuſdam conueniunt, per quæ ſocieta
tem habent adinuicem, omneſque ſimul vna integra hierarchia angelica nuncupantur,
quod conſequẽter declarat. [Qaule eſt] id eſt, id quod dixi, tale quid eſt, & ita ſe habet vt dixi,
ſicut nunc quaſi exemplariter declarabo. [ſanctorum Cherubim ordo parcicipat ſapientiam
& ſcientiam altiorem.] id eſt, mentes ſupernæ de ordine Cherubim, ſapientiã, id eſt, di-
uinorum notitiam & ſcientiam rerum ſortitur à deo, qui eis naturalium rerum ſcientiam con
creauit, iuxta illud libri de Cauſis: Cauſa prima eſt creans ſapientiam. Qualem vero
ſeu quantam ſupernaturalium cognitionem habitualem aut actualem concreauerit, ſeu
dederit eis ante eorum confirmationem & glorificationem, quis nouit? Quamuis de
hoc



hoc diuerſi diuerſimode opinentur, de qua re ſuper ſecundum Sententiarum plurimorum
A æſtimationes & ſcripra collegi. Porro in verbo æterno cognoſcunt etiam multa de creaturis.
Similiter per ſcientiam inditam multa de naturalibus & ſupernaturalibus rebus agnoſcunt.
Summa vero eorum ſapientia, beatifica viſio dei eſt. Ex illuminatione quoq; ordinum ſupe-
riorum multa ſciunt inferiores. Participant ergo ſpiritus illi cherubici ſapientiam & ſciẽtiam,
imó excellentiam grandem in eis. Vnde & Cherubim, id eſt, plenitudo ſcientiæ ſeu pleni ſcien
tia nominantur. [Sub ipſis autem eſſentiarum diſpoſiones] id eſt, ordines mentium superna-
rum ſub Cherubim bene diſpoſiti [participtã quidem & ipſæ ſapientiam & ſcientiam] multi-
plicem, ſicut de Cherubim dictum eſt. imó ſapientiam & ſcientiam vt ſunt dona ſpiritusſancti
omnes beati à deo ſortiti ſunt [particularem tamen ad ipſos & ſubiectam] id eſt, notitiam nõ
tã generalẽ ac latam, ſed magis contractam & ſubiectam, id eſt, inferiorem ſciantiam ſuperio-
rum. deinde exprimit in quo omnes conueniunt. [Et quidem] id eſt, pro certo [omnino in par-
ticipatione ſapientiæ eſſe & ſcientiæ commune eſt omnibus deiformibus intellectibus] id eſt,
cunctis creatis ſubſtantijs intellectualibus creatori conformibus, eſt commune, ſapientiam &
ſcientiam participare. Quid enim habent quod non acceperunt? [Attente autem & primo & 1.Cor. 4.
ſecundo aut infra] id eſt, ſapientiam & ſcientiam participare in tali vel tali gradu, puta attente,
id eſt, ſpeciali auiditate & attentione præcipua, & primo loco quod ſpectat ad Seraphim, aut
loco ſecundo quod pertinet ad Cherubim, aut infra, videlicet loco tertio aut quarto, quod eſt
ordinum proportionaliter inferiorum [nequaquam commune] id eſt, non eſt commune o-
mnibus [ſed ſicut vnicuique] id eſt, prout cuilibet choro [ante propria diffinitur analogia] id
B eſt, cuilibet ordini conuenit ſapientiam & ſcientiam participare, ſecundum menſuram ſibi à
deo præfixam, & prout ab æterno ei prædeterminatum eſt, conuenienti proportione, reſpe-
ctu & comparatione ad alios, vt in omnibns condecens ordo ſeruetur. [Hoc autem & de omni-
bus diuinis mentibus non fortaſſis quis errans diffiniet] id eſt, de vniuerſis illis deiformibus
intellectibus aliquis diffiniet, id eſt, affirmabit fortaſſis hoc, vtpote quod inferiores aliquo mo
do participant proprietates, virtutes & actiones ſuperiorum [non errans] quia non errat in
hoc. [Etenim ſicut primi abundanter habent minorum pulchras ſanctasq; proprietates, ſic
habent vltimi eas priorum: non tamen ſimiliter, ſed infra] id eſt, quemadmodum ſuperiores
ordines habent proprietates præclaras inferiorum cum plenitudine quadam, ſic inferiores
ſortitæ ſunt proprietates ſuperiorum per imitationem & particicipationem aliquantam &
deficientem. Ideo ſequitur: Non tamen ſimiliter, ſed infra, id eſt, non tam excellenter vt ſunt in
ſuperioribus choris, ſed infra gradum eminentiæ tantæ. Ex quibus concludit. [Nihil ergo (vt
æſtimo) inordinatum] id eſt, nulla deordinatio eſt [ſi & ſecundum nos ſummum ſacerdotem
angelũ theologia vocat] id ẽ, quod ſcriptura potificem hoĩm nominat angelũ [iuxta virtutem
propriam participantem angelorum † hypophetica proprietate] id eſt, ipſum ſacerdotem par- † pphetica
ticipantem, id eſt, communicantem proprietate hypophetica, id eſt, prænunciatiua, & quaſi p-
phetali ac annũciatiua angelorum, ita quod inſtar angeli deſuper purgatur, illuſtratur, perfi-
citur: & ſubditos ſuos purgat, illuminat, perficit: ac ea quæ dei ſunt, ipſis annunciat: atque futu
ra pericula, præmia & tormenta prænuncat ipſis iuxta virtutem propriam, id eſt, prout ſibi
poſſibile eſt, & iuxta poteſtatem & autoritatem ſibi conceſſam. [Et ad manifeſtatiuam eorum
ſimilitudinem, quantum poſſibile hominibus † extentam] id eſt, ſecundum virtutem ſuam ex- † extenſa
tentam, id eſt, porrectam & eleuatam ad ſimilitudinem eorum manifeſtatiuam, id eſt, ad imi-
tandum manifeſtationem angelorum, qui ea quæ dei ſunt, manifeſtant hominibus, quod ſum
mus ſacerdos pro ſuis viribus imitando & exercendo angelis ſe conformat. Quod rationabi
liter dici ac fieri probat iam à maiori. [Inuenies autem quia & deos theologia vocat, & cœ-
leſtes & ſupernas eſſentias, & apud nos amiciſſimos dei & mirabiles viros] id eſt, in ſcripturis
poteris inuenire quod tam angelicos ſpiritus quàm homines virtuoſos deo præcharos, theo-
logia nominet deos. Vnde in Euangelio ait Saluator: Illos dixit deos, ad quos ſermo dei fa- Iohan. 10
ctus eſt, iuxta illud Pſalmi: Ego dixi, dij eſtis. In Exodo quoque ait ſcriptura: Dijs non detra- Pſal. 81.
hes. Itemq;, Seruus applicabitur ad deos. Et rurſus ad Moſen: Ecce conſtitui te deum phara- Exod. 20. ibidem.
onis. Quos certum eſt non eſſe nec dici deos, niſi participatione quadam diuinarum Proprie- Exod. 9.
tatum, & aſſimilatione aliqua virtutum ac ſanctitatis, non autem naturaliter aut eſſentialiter
deitatem veram habendo. Propterea ſubditur: [Et quidem diuinum ſecretum † obſcuritate † nõ habet. obſcuritate
ſupereſſentialiter ſimul omnibus & remotum & ſupercollocatum. Hoc eſt eſſe diuinum & in-

 creatũ

creatum ſecretum,id eſt,incõprehenſibile& ignotum quantum ad quod eſt,& ſua obſcuritate D
id eſt,caligine,hoc eſt,ſuperlucidiſſima & incomprehenſibili claritate ac maieſtate remotum
& ſupercollocatum omnibus ſimul,id eſt,vniuerſa in infinitum tranſcendens, ſuper eſſentiali
ter,id eſt,extra omne genus & ſuper omnem ordinem rerum[& nullum eorum† ab ea eorum »
† ei. quæ ſunt,ſimile nominari proprie & omnino valet]id eſt,nullum eorum quæ ſunt à deo cre- »
ata,aut facta,valet nominari ſimile deo proprie,id eſt, naturaliter & vniuoce,& omnino per-
fecte & omnifarie,ſed ſolum imitatiue & analogice ac deficienter. Propter quod ſcriptum eſt
Iſaiæ.40. in Iſaia:Cui ſimilem feciſtis deum,aut quam imaginem ponetis ei?In Exodo quoque:Quis ſi-
Exod.15. Pſal.85. milis tui in fortibus domine?quis ſimilis tui ? Atque in Pſalmo : Non eſt ſimilis tui in dijs
domine,& non eſt ſecundum opera tua . [Verumtamen quæcunque & intellectualium & »
rationalium ad vnitatem eius & qualiſcunque virtus vniuerſaliter conuertitur ] hoc eſt, »
quæcunque intellectualium & rationalium creaturarum , & generaliter virtus quæcunque
angelorum aut hominum,conuertitur vniuerſaliter,id eſt,omnibus viribus ſuis ad vnitatem
eius,id eſt,ad ipſum qui eſt ſimpliciſſimum vnum, quod ſolum ac ſumme neceſſarium eſt per
contemplationem aſſiduam feruidumq; amorem [& ad diuinas illuminationes ipſius quan- »
tum poſſibile,inceſſabiliter extenditur]id eſt,diſponit ſe & ſuſpirat ad hoc quod illuminetur »
Lucæ.10. à deo indefinenter,quantum conditioni creaturæ poſſibile eſt[ſecundum virtutem ( ſi iuſtum
dicere)diuina imitatione & diuina vniuocatione digna facta ē]Hoc eſt,talis creatura per cha-
riſmata gratiæ dei,digna effecta eſt ſecundum virtutem,id eſt, ſecundum gradum & excellen
tiam ſuæ virtuoſitatis ac bonitatis imitatione diuina,vt dei imitatrix vocetur,iuxta illud Apo
Ephe.5. ſtoli:Imitatores dei eſtote ſicut filij chariſſimi. Et vniuocatione diuina,id eſt,nominatione vo
cabuli eiuſdem cum deo, vt ſcilicet participatiue deus vocetur . Vnum quoque enim in illud
quodammodo transformatur,quod maxime diligit,& ad quod toto corde afficitur: atque il- E
lius nomen ſortitur,cuius proprietates & actus potiſſime ſectatur,exercet, continuat. Cumq;
ſupergloriosiſſimi & superſanctiſſimi dei vita ſit ſuijpſius æterna, ſuperclariſſima ac ſuperpu
ra contemplatio , infinita quoque, inceſſabilis & ſuperardentiſſima dilectio: conſtat quod vi-
ri heroici,contemplatiui,& in ſancto amore perfecti, merito dij vocentur , maxime compre-
henſores:quorum tanta eſt excellentia ſuper nos,quod qui minor eſt in regno dei, maior ac
Matt.11. perfectior diuiniorq; conſiſtat(ſecundum id quod nunc actualiter eſt, ſeu ſecundum præſen-
tem iuſtitiam)perfectiſſimo viatore:quamuis ſecundum prædeſtinationem æternam longe
Plato. ſit aliter. Denique iuxta hunc modum etiam Plato in Timæo inducit ſummum deum loquen
tem ad cauſas ſuperiores ſecundas:O dij deorum,quorum idem pater & opifex ego. De incõ-
prehenſibilitate autem & incomparabili excellentia & incognoſcibilitate & in cognitione ve
Proclus. ri dei,ait Proclus theoremate centeſimo viceſimo tertio. Ens primum propter ſubſtantialem
ſuam vnitatem,incognoſcibile & indicibile eſt omnibus ſimul ſecundis. Neque enim medica-
bile,neque opinabile,neq; intelligibile eſt ens diuinum & primum, imó penitus eſt ignotum,
cum prorſus cauſam non habeat. Theoremate centeſimo triceſimotertio:Proprietas, inquit,
diuina diſtinxit vnitates & bonitates deorum. Neque enim omnes deorum exiſtentiæ, adæ- F
Porphyri9 quantur vni vero deo. Tantum ille ad multitudinem deorum ſortitus eſt excellentiam . De
hoc ſummo & ſuperpræſtantiſſimo ac ſupermetuendiſſimo deo dixit Porphyrius:Hic eſt vni-
uerſitatis autor,quem polus,tellus pontusq; contremunt, & ipſa numina perhorreſcunt. Po-
Plato. ſtremo vt in Timæo aſſerit Plato:Homini cum deo eſt appellationis parilitas, conſortiumq;
naturæ. Verum quod dictum eſt,Digna facta eſt vniuocatione diuina,non eſt ſic accipiendum
quod aliquid de deo & creaturis dicatur vniuoce,ſed ſicut expoſitum eſt.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS XII.

QVærunt etiã q ſacras ſcripturas intelligere deſiderãt noſter quare hierarcha
dicatur angelus domini exercituum . cum ſupra dictum ſit, quod inferio-
res non participant illuminationibus ſupernorum in eadem plenitudine,
qua & illi. Reſpondemus,quod non eſt hoc contrarium ſupradictis . Infe-
riores enim licet,non in eadẽ plenitudine,tamen idem lumen participant.
Alij ſublimius,alij inferius. Vñ ab eodẽ poſſunt denominari. Verbi gratia.
Ordo Cherubim participat ſapiẽtia & cognitiõe dei ſublimius q̃ inferiores
ordines. Ordines aũt inferiores oẽs participãt ſapiẽtia & cognitiõe,ita q̊d inferiores ſp partici
pãt,reſpectu ſuperiorꝝ. Commune eſt enim omnibus mentibus deiformibus participare ſim-
pliciter ſapientia & cognitione ſed participare in gradu primi ordinis , vel in gradu ſecundi
aut cuiuſlibet inferioris. Non eſt omnibus commune, ſed ſinguli participant ſecundum gra-
dus pro-



A dus proprios. Quod autem de ordinibus diximus,de omnibus diuinis mentibus recte ſenti-
tur. Sicut enim ſuperiores mentes habent virtutes & ſcientias inferiorum abundantius infe-
rioribus:ſic inferiores participant virtutibus & ſcientijs ſuperiorum non æqualiter illis, ſed in
ferius. Non ergo inconuenienter hierarcha noſter in ſacra ſcriptura vocatur angelus, & ipſe
ſecundum ſuam virtutem participat annunciatiua proprietate angelorum, & ad imitatio-
nem manifeſtationis angelicæ docet homines diuina & cœleſtia . Etiam inuenitur in ſacris
ſcripturis,quod ſacra ſcriptura tam cœleſtes virtutes, quàm præcipuæ ſanctitatis & excellen- Exod.20.
tiæ viros & deo chariſſimos vocat deos,quamuis diuina ſubſtantia ſecundum ſe ab omnibus Pſal.81.
& omnium communione ſuperſubſtantialiter ſeparetur,& eleuetur. & omnino nihil exiſten- Iohan.10
tium aliquo modo ſit ei comparabile. Verumtamen omnes cœleſtes mentes & homines qui
ad vnius vnitionem ſecundum vniuſcuiuſque virtutem omnino conuertuntur, & ſecundum
ipſorꝝ poſſibilitatem ad diuinas ipſius illuminationes incomprehenſibiliter extẽduntur: oẽs
inq̃ iuxta ſingulorꝝ capacitatẽ,ſi licet dicere,digni habẽt & dei imitatiõe & diuina æquocatiõe.

## ¶ Iſaias propheta cur à Seraphim purgatus dicatur. Capur. XIII.

AGe & hoc ſecundum uirtutem inſpiciamus, ut quod
a theologis ſeraphim miſſus fuiſſe dicitur. Etenim re-
ſponderit quiſquam: quia non ſuppoſitorum† quiſ- † ſuppoſitorum.
quam angelorum, ſed unus quidam maximis eſſen- Iſaiæ.6.
tijs innumeris purgat ſacerdotem . Quidam ergo a-
iunt,quia iuxta iam ante redditam cunctorum intel-
lectuum ſocietatis diffinitionem,non unam circa de-
um primarum mentium nominat eloquium in theo-
B logi purgationem ueniſſe:quendam uero nobis præ
ſtantium angelorum ſanctificantem prophetæ purgationem ſeraphim* æquiuo † equoce.
cationem uocatum fuiſſe,propter igneam & cœleſtem dictorum ablationem
peccatorum,& purgati in diuinam obedientiam reſuſcitationem. Et eloquium
unum ex Seraphim ſimpliciter dixiſſe aiunt, non circa deum collocatorum, ſed
nobis præſtantium purgatiuorum uirtutum. Alter autem non nimis inconueni
entem quãdam mihi præſtitit apologiam ſuper huiuſmodi ſtatu. Ait enim quia
propriam ſacrificatiuam purgationem magnus ille qui tunc erat uiſionem for-
mans angelus in docendum diuina theologum,in deum & poſt deum in præo-
peratricem hierarchiam reponunt. Et nũquid ergo hæc ratio uerax eſt? Ait eñ
qui hoc dixit: Quomõ diuina uirtus in omnia ueniens implet,& per omnia im-
menſuraliter peruenit,& omnibus iterum eſt inuiſibilis,non ſolum quaſi ab o-
mnibus ſupereſſentialiter remota,ſed & quaſi occulte in omnia† permittens pro † ꝑmittẽs
uidas ſuas operationes,ſed tamen & omnibus intellectualibus proportionaliter
C ſuperlucet,& propriam illuminationem ingerẽs precioſiſſimis eſſentijs. Per eas
quaſi primas,† in ſubmunitas ſe bene ornate diſtribuit,ſecũdum uniuſcuiuſq; di- † in ſumma vnitas.
ſpoſitionis contemplationem commenſuratiuam. Quam,ut apertius dicam, &
per ꝓpria exẽpla,etſi deificẽtia, deo ab oĩbus remoto,uerumtñ nobis manifeſtio
ra,ſolaris radij diſtributiões in primã materiã bñ diſtributæ implẽt oĩm lucidi-
orẽ,et ꝑ eã manifeſtius ꝓprios† declarat ſplẽdores. Accedẽs uero craſſioribꝰ mate † declarãs.
rijs obſcuriorẽ* habẽt diſtributiuã ſuꝑapparitionẽ ex illuminãdarꝝ† materiarꝝ ad † habet. * rerum.
illuminatiõis diſtributiuũ habitũ importunitate. Et paulo poſt ex hoc ad ꝑfecte
uere indiſtributũ coartat. Iterꝝ,ignis caliditas magis ſeipam diſtribuit in capatio
ra,& ad ſimilitudinẽ ſuã bñ cõuenietia* & facilia: ad uero reformatiõibus cõtra † & bñ ducta.
rias eẽntias,ipa nullũ aut abſcõſũ primitiuꝫ oꝑatiõis ueſtigiũ manifeſtat. Et hoc
eo amplius

†connata eo amplius, quia his quæ non ſunt † cognata, per optima ſibi habentia admit-
p oppor- tunа. titur primum, utpote ignita faciens ab† igneis facile mobilia; et per hæc aut aquã D
* igne. aut alterum quid non facile igneſcentium proportionaliter caleficans. Iuxta hãc
igitur naturalis ordinationis rationem, ſupernaturalis ipſa omnis boni ornatus
* taxiarchia. uiſibilis & inuiſibilis† ordinatio, congruę dilucidationis claritatem primo appa
rentem, ut in copioſiſſimis effuſionibus excelſiſſimis manifeſtat eſſentijs: & per
†etenim. eas quæ poſt ſunt eſſentiæ, diuinum participant radium. *Hæ enim primo co-
†ꝑoperatricem. gnoſcentes deum, & diuinam ſupereminenter deſiderantes uirtutem, & † præo-
†ſenili. peratrices fieri, quantum poſſibile eſt, deo† ſimili uirtute & actione digne effectę
ſunt, & poſt ſe eſſentias ipſæ ad ſimilem uirtutem, ut uirtus deiformiter extẽdũt
copioſe ipſis traditiones ex ſuperueniente in eas claritate; & illę iterum ſubiectis
& per ſingulas, prima ei quæ eſt poſt ipſam tradit. Ipſa aqua, nonne & in oẽs
proportionaliter peruenit? Eſt ergo ſimul cunctis illuminatis principium illu-
minandi deus quidem natura & uere & proprie, ut luminis eſſentia, & ipſius eẽ
†hoc. & uidere cauſalis. †Cum deiformiter & deo ſimiliter permanens ſuppoſitũ, poſt
ſe unicuiq; diuina lumina per ſe in illud tranſuehendo. Ergo excellentiſſimã cœ-
leſtium animorum diſpoſitionem, ſimul omnium reliquarum eſſentiæ, ſecundũ
† oĩs ſcẽ quod conſequens eſt poſt deum principium mirantur † omnes ſacræ & diuinæ
ſcientiæ, & diuinæ imitationis, tanquam per illas in omnes & nos diuina illumi
† quapropter. natione diſtributa. *Propter quod & omnem ſacram & deo ſimilem operatio- E
nem in deum quidem quaſi cauſalem referunt; deinde in primos deiformes in-
† ſctã primorũ angelorum tellectus tanquam primos operatores diuinorum & magiſtros. Non ergo† pri-
ma ſanctorum angelorum diſpoſitio magis ſimul omnibus habet igneam pro-
prietatem & effuſam diuinæ ſapientiæ traditionem, & myſticam excelſiſſimæ
diuinarum illuminationum ſcientiæ, & ſeſſiuam proprietatem geſtantem, diui
nam ſuſceptionem ſignificantem. Ipſæ uero ſuppoſitarum diſpoſitiones eſſenti-
†ꝑoperatrice. arum, igneam, ſapientem, ſcientem, dei ſuſceptoriam uirtutem participant qui-
† deiformitatis. dem infra, & ad primas aſpicientes, & per eas ut imitatione diuina † præoperati
uæ dignæ factas in† deiformitatis poſſibile reductæ. Dictas ergo ſanctas pro-
† participatione. prietates, quarum† participatio per primas poſt ipſas ſubſiſtentes fiunt, ipſis illis
†hoc. poſt deum tanquam hierarchijs reponunt. Ait ergo† hæc dicens, uiſionem ab il-
Iſaiæ.6. la ſuſceptam fuiſſe theologo per unum imperantium nobis ſanctorum & beato F
rum angelorum, & ante illuminatiuam ipſius manuductionẽ in illam ſanctam
† dogmatizare. contemplationem repoſuiſſe. Et† ſuperſedere uidet excelſiſſimas eſſentias quan
tum in ſymbolis dicendum, poſt deum, & cum deo, & circa deum collocatas, &
omnibus etiam ipſis ſuperarchane ſublimiorẽ, ſuperprincipalem ſummitatem
in medio ſuperfirmatarum uirtutum ſupercollocatam. Didicit ergo uiſionibus
ipſe theologus, quia iuxta omnem ſupereſſentialem ſupereminentiam incompa
rabiliter ſupercollocatum eſſe diuinum ſimul omni uiſibili & inuiſibili uirtuti.
Atqui, quia omnibus eſt remotum ut uniuerſale, neq; primis eorum quæ ſunt
eſſentijs ſimile. Adhuc & omnium ipſum principium & cauſam ſubſtãtificam
eſſe, & eorum quæ ſunt ſecreta ſingularitate immutabile fundamentum, ex quo
& eſſe & bene eſſe etiam ipſis ſumme munitis eſt uirtutibus. Deinde eaſdẽ ſan-
ctiſſimorum Seraphim edoctus eſt deiformes uirtutes, ſacra quidem ipſorum
cogno



A cognominatione (quod eſt ignitum) de quo paulo poſt nos dicemus, quantum
nobis poſſibile, ſubintroducere in deiforme ignitæ uirtutis anagogas. Alarum
uero expanſa ſacra formatione in diuinum, in primis, in medijs, in ultimis intel-
lectibus, abſolutam & altiſſimam extenſionem. Sed & eorum multificum & †ꝓpheta.
multiforme uidens intellectuales* theologus, & alis diſtingui eam ſubtus pedes,
& eam ſubtus faciem uiſionem, & eam in medijs alis ſuper motum, ad inuiſibi-
lem eorum quæ uiſa ſunt, reductus eſt ſcientiam, manifeſtata ei altiſſimorum in
tellectuum multiuia & multiuida uirtute; & eorum ſacra formidine quam ha- Iſaiæ.6.
bent ſupermundanæ in altiorum & † inferiorum ſuperbam & audacem & im- †grauiorum.
poſſibilem ſcrutationem; & in commenſuratione deum imitantium actionum
inceſſabile & altiuolum ſemper motionis. Sed & illam diuinam & multum pre
cioſam hymnodiam eruditus eſt formante uiſionem angelo ſecundum uirtu-
tem ipſi theologo, & tradente propriam ſacram ſcientiam. Docuit ergo eum &
hoc; quia purgatio eſt quantumcunq; purgatis, ipſa diuinæ claritatis incogni-
tę, quantum poſſibile, participatio. Hæc autem ex ipſius diuinitatis remotis cau
B ſis, quia omnes ſacros intellectus ſupereſſentiali occultatione † perficit, altiſſi- †ꝑficiens
mis circa ſe uirtutibus manifeſtior† quomodo eſt & magis ſemetipſam manife- †quodã modo.
ſtat & diſtribuit. Deinde ſecundis aut nouiſſimis, aut noſtris intellectualibus *extitit.
uirtutibus, quantum ab ipſa unaquæq; ſecundum deiforme† exiſtit, ſic manife-
ſtam ſuam illuminationem conducit ad propriæ occultationis laudandũ igno-
tum. Lucet autem per ſingula ſecundis per prima. Et ſi oportet breuiter dicere,
primo ex occulto ad manifeſtum ducitur per uirtutes primas. Hoc ergo theo- Ibidem.
logus didicit* ex lucem ducente cum angelo, hoc eſt, purgationem & omnes di- †ex in lucem.
uinas operationes per primas eſſentias relucentes in omnes reliquas diſtribui,
ſecundum uniuſcuiuſq; ad deificas participationes analogiam. Propter quod
& ignitæ purgatiuam proprietatem ipſis Seraphim conſequenter poſt deum
repoſuit. Nihil ergo inordinatum, ſi purgare dicitur theologum Seraphim. Sic Ibidem.
enim purgat deus omnes, quorum totius cauſa eſt purgationis. Magis autem † *ꝓximo.
proxime enim utemur exemplo, ſicut ſecundum nos ſummus ſacerdos per ſu-
C os miniſtros aut ſacerdotes purgans aut illuminans, ipſe dicitur purgare & illu
minare, per ipſum purgatis ordinibus per ſe in ipſum reponentibus proprias
ſacras operationes. Sic & propriam purgatiuam ſcientiam & uirtutem, ipſe
purgationem theologi perficiens angelus, in deum quidem ueluti cauſalem, de-
inde in ipſum Seraphim: tanquam primo agente ſummum ſacerdotem reponit.
ueluti fortaſſis quis dixerit cum angelica reuerentia purgatum edocens, quia in
te ante me perficiendæ purgationis principium quidem eſt excelſum, & eſſentia
& creator, & cauſalis, primaſq;* eſſentias ad eſſe adducens, & circa ſe collatio- † eẽntias adducẽ.
ne continens & obſeruans in conuerſibiles & caſu carentes, & ſeipſum mouens
in primas propriarum prouidarum operationum participationes. Hoc enim
hic me docens, ait ipſius Seraphim manifeſtare iuſſionem. Summus autem ſacer *ornator
dos, & poſt deum dux ipſe præſtãtium eſſentiarum† ornatus, a quo ego purga-
re deiformiter eruditus ſum. Ipſe igitur eſt per me te purgans, per quẽ ꝓprias ꝓ
uidas actiões ex occulto & in nos ꝑduxit, ipſa totius cauſa & opifex purgatiõis
Hæc

Hæc ille quidem docuit me, tibi autem ego trado. Tuæ autem conceſſerim intellectuali & diſcretiuæ ſcientiæ, aut alteram partem dictarum cauſarum abſolui a dubitatione, & eandem honorare: Aut alteram tanquam conſequens & rationabile & æque uerum habentem, Aut a teipſo, quod uere uicinius inuenire: aut ab altero diſcere, deo uidelicet dante, & prius recipientibus angelis, & angelorũ amicis nobis reuelare per eius magis amabilem contemplationem.

¶Elucidatio capituli huius decimitertij. Articulus XXII.

Iſa. 6.

MOuit ſanctus hic autor, cur ad Iſaiæ purgatiõem dicatur vnus de Seraphim miſſus, quod videtur pręinductis contrarium, in quibus præhabitum eſt, ꝙ ſpiritus primæ hierarchiæ non mittantur ad exteriora agenda. [Age] id ē, eia [& hoc ſecundum virtutem inſpiciamus] id eſt, pro poſſe conſideremus [vt quod à theologis Seraphim miſſus fuiſſe dicitur] Linconiẽſis ponit ſic: Cuius gratia ad vnum theologorum Seraphim miſſus eẽ dicitur. Sic enim in Iſaia habetur: Volauit ad me vnus de Seraphim. [Eterñ reſponderit qſq̃]

Iſa. 6. *ſuppoſitorum.

id eſt, ad hoc forſitan aliquis poterit reſpondere. [Quia] id eſt, quod non [†ſuperpoſitorum qs angelorum] id eſt, non aliquis angelorum ſuperiorum, qui ſcilicet fuerit de prima hierarchia, & de primo ordine eius, q Seraphim appellatur. [Vnus vero qdam ex maximis eſſentijs in numeris purgat prophetam ſacerdotem] id eſt, vnus quidam directus ex maximis eſſentijs .i. ab aliquo ſupremorum ſpirituũ, contentus in numeris, id eſt, in numero inferiorum, purgat ſacerdotem, id eſt, Iſaiam prophetam. Porro aliqui habent ſic: Quia non ſuppoſitorum quis angelorum, id eſt, ꝙ non aliquis angelorum inferiorum, ſed vnus ex maximis eſſentijs, id eſt, vnus ſupremorum in illorum numero collocatus, ſeu eis annumeratus purgat prophetam. An vero Iſaias fuit ſacerdos, apparet incertum: quia vt dicunt Hebræi & ſanctus atteſtatur Hieronymus, Iſaias fuit de ſtirpe regali, & cognatus regis Hezechiæ, & per conſequens ex tribu Iuda, ex cuius tribu nemo præſto fuit altari, ſecundum Apoſtolum ad Hebræos. Verumtamen tribus regalis & ſacerdotalis communiter conſociate erant connubio. Poterat forſitan ex vno latere eſſe de ſtirpe ſacerdotali. Si autem non fuit ſacerdos legalis de tribu Leui proprie dictus, dicendum quod metaphorice vocatur ſacerdos, quoniam ſacra dans, & ſancta docens. Vnde in iſto volumine ſancti angeli quandoq; ſacerdotes vocantur, & iuxta Iohannem Sarracenum & Scotum, hierarchia interpretatur cœleſte ſacerdociũ ſeu pontificiũ. [Quidam ergo aiunt, quia iuxta iam ante redditam cunctorum intellectuum ſocietatis diffinitionem] id eſt, aliqui dicũt ꝙ iuxta diffinitionem ſocietatis intellectuum cunctorum, id eſt, iuxta prædeterminatã doctrinam & explanationem ſocietatis, id eſt, communionis & conuenientiæ omnium ſpirituũ ſupernorum, quod diximus in aliquibus proprietatibus, viribus & actibus conuenire. Diffinitionẽ inquam redditam ante, id eſt, prætacto capitulo aſſignatam à nobis [non vnam circa deũ primarum mentium nominat eloquium in theologi purgationem veniſſe] id eſt, ꝙ eloquiũ, vtputa ſermo Iſaiæ prætactus, nominat, id eſt, affirmat veniſſe in purgatiõem theologi, id eſt, ad purgandum peccatum Iſaiæ loquentis de deo, Non vnam mentium, id eſt, intellectualium ſubſtantiarum exiſtentium circa deum, id eſt, aſſiſtentium creatori & proximarum eidem, videlicet in eius veſtibulis collocatarum, vt nono capitulo expoſitum ē. [Quẽdam vero preſtantiũ nobis angelorum] id eſt, vnum angelorum infimæ hierarchiæ præſidentium hominibus & pſtantium eis illuminationes. Vel præſtantium, id eſt, digniorum eis [ſacrificantem prophetæ] id eſt, ſacra documenta dantem Iſaiæ, vel ſacrificantẽ Iſaiæ, id eſt, oblationes & præces eius offerentem deo, per quæ omnia Iſaias purgabatur, quemadmodum ad Tobiam Raphael loquitr Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego obtuli oratiõem tuam domino. [Seraphim †æquiuoce vocatum] id eſt, alia ratione quam ſpiritus primi & ſummi chori ita vocantur, qui ab exceſſu caloris diuini amoris, Seraphim nuncupantur. Iſte vero angelus dictus eſt Seraphim improprie & extenſe, propter participationem & ſimilitudinem actus ſui cũ actu ſeraphico: quemadmodum etiam homines in diuino amore præferuidi, ac alios eodem inflãmantes, dicuntur ſeraphici, ſicut hic ipſe Magnus Dionyſius, Auguſtinus, Franciſcus. Hinc ſubditur [propter igneam & dictorum cœleſtem ablationem peccatorum] propter ablationem igneam & cœleſtem peccatorum dictorum, id eſt, culparum verborum Iſaiæ, quarum culparum in verbis conſiſtentium purgatio dicitur ignea, quia per ignis contactum deſcribitur facta & cœleſtis: quoniam miniſterio cœleſtis nuncij, ſcilicet angeli, facta eſt [& purgati in diuinam obedientiam reſuſcitationem] id eſt, ob hoc quod angelus per præfatam purgationem reſuſcita-

Margin notes (left page): Hiero. — Ioha. Sarr. — Iohã. Sco. — Iſa. 6. — Tobiæ. 12. — †æquiuocatione. — Iſa. 6. — Section letters: E, F.



A reſuſcitauit & reaccendit Iſaiam, ad obediendum deo prompte ac feruide in legatione ei commiſſa [& eloquium vnum ex Seraphim ſimpliciter dixiſſe aiunt] id eſt, iſti dicunt eloquium, id eſt, ſcripturam Iſaiæ præallegatam, dixiſſe ſimpliciter vnum ex Seraphim veniſſe ad Iſaiam [nõ circa deum collocatarum, ſed nobis præſtantium purgatiuarum virtutum] id eſt, non vnam virtutum purgatiuarum collocatarum circa deum, id eſt, non vnum mentium ſupernarũ ſublimiorum, quæ purgatiuæ ſunt inferiorum, ſed vnam virtutum, id eſt, vnum angelorum præſtantium nobis, ſicut expoſitum eſt. Verumtamen hoc expreſſe nõ dicit ſcriptura illa Iſaiæ, ſed præſuppoſito ſeu oſtenſo quod angelus ille nõ fuit de ordine Seraphim, elicitur ex prædictis quod fuit de infima hierarchia. Porro vt hęc clarius intelligantur, tangenda ſunt breuiter verba Iſaiæ: Vidi, inquit, dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud. Et dixit: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua. Quocirca ſciendum, quod totum iſtud oſtendebatur Iſaiæ in viſione imaginaria, in qua videbatur ei, quod ſenſibiliter vidit deum ſedentem in loco & ſolio eleuato in aere ſuper templum ciuitatis Ieruſalem: atque ꝙ duo Seraphim ſtabant ſuper illud, hoc eſt, ſuper templum, vnus à dextris dei, & alius à ſiniſtris. Tunc quoque apparuit Iſaiæ in viſione, quod vnus de Seraphim volauit & abſtulit de altari holocauſtorum ſeu incenſorum, carbonem ignitum quo incendere videbatur peccatum Iſaiæ, linguam eius ita purgando. Denique viſionem illam imaginariam repræſentauit angelus ſanctus in interiore ſenſu Iſaiæ, in cuius ſenſu interiori formauit ſenſibiles ſimilitudines rerum, quas propheta poſtea ſe ſcripſit vidiſſe. Non ergo vidit illa reali exhibitione. idcirco ex iſtis non ſequitur, quod aliquis ſpiritus de ordine Seraphim realiter uenit ad Iſaiam. Amplius iſtam ſolutionem tangit in homilia beatus Gregorius, nec approbans eam, nec reprobans, quamuis fateatur angelos inferiores à ſuperioribus aliquando mitti. Sed an angeli ſuperiores interdum in proprijs mittantur perſonis, relinquit ſuæ dubio. Thomas vero in prima parte Summæ hoc ipſum determinat: Secundum legem, inquiens, rebus à diuina ſapientia inditam, inferiora per ſuperiora reguntur. Verumtamen in corporalibus ordo iſte aliquãdo non ſeruatur, propter ordinem altiorem, ſecundum quod deo diſpenſante expedit ad gratiæ declarationem, vt in illuminatione cæci nati, reſuſcitationeque mortui quæ immediate fiunt à deo, ſine controuerſia & ordine intermediarum cauſarum. Deus quoque poſſet per ſe immediate hominibus reuelare ſua ſecreta ac futura & angelo inferiori, non per angelum ſuperiorem. Attamen ſecundum communem curſum ita non facit. Hinc quidam dixerũt, quod quamuis ſecundum legem communem non mittantur ad exteriora angeli ſuperiores, ſed inferiores: ex aliqua tamen ſpeciali ratione & diſpenſatione, mittuntur quam de quæ etiam ſuperiores. Quod non videtur rationabiliter dictum, quoniã ordo angelorum attenditur penes chariſmata gratiarum, qui ordo eſt ſummus, nec habet altiorem propter quem omittatur, ſicut omittitur ordo naturæ propter ordinem gratiæ. Rurſus omittitur ordo naturæ propter fidei confirmationem, ad quam confirmationem non prodeſſet omiſſio ordinis gratiæ, cum non perciperetur à viatoribus. Inſuper nullum miniſterium eſt tam magnum, quod per angelos inferiores exhiberi non valeat, præſertim cum dicat Gregorius: Archangeli ſunt qui C maxima nunciant. Incarnationis quoque myſterium fuit maximum omnium, & tamen per archangelum fuit annunciatum. Si autem obijciatur quod ait Apoſtolus, Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſterium miſſi propter eos qui hęreditatem capiunt ſalutis? Dicendum, quod ſicut in diuinis perſonis eſt miſſio duplex: vna inuiſibilis ratione ſpiritualis effectus, alia viſibilis per formam creatam aut ſimilitudinem ſenſibilem foris exhibitam: ita in angelis duplex eſt miſſio, vna exterior circa corpoream creaturam, & ita non omnes mittuntur: alia eſt miſſio angelorum interior ſecundum actiones intellectuales, prout vnus illuminat alium, ſicque omnes mittuntur. Hinc cum ſancto Dionyſio eſt dicendum, quod angeli ſuperiores ad exterius miniſterium nunquam mittuntur. Hæc Thomas. In quibus cum conſonet Magno Dionyſio, non contradico: quamuis contrarium dicens, dicere poſſit quod ſicut ordo gratiæ ſupra ordinem eſt naturæ, ſic ordo gloriæ ſit ſupra ordinem gratiæ naturæ, niſi vnum horum includatur in alio. attamen ſupra omnes hos ordines, eſt ordo diuinæ prouidentiæ ac infinitę ſapientiæ dei, quem ordinem nulli ordines creati poſſunt plenarie repræſentare. Con-

Margin notes (right page): Iſaiæ. 6. — Gre. ho. 34. — Thomas. — Iohan. 9. — Iohan. 11. — Gregorius. — Lucæ. 1. — Hebræ. 1. — Section letter: B.

rare. ¶ Conſequenter tangitur alia prætactæ quæſtionis ſolutio. [Alter autem non nimis in-
conuenientem quandam mihi præſtitit apologiam ſuper huiuſmodi ſtatu] id eſt, alius quidã
talis ac tantus, quod cum de hac difficultate conſulere dignum duxi, præſtitit mihi apologiam D
id eſt, ſatisfactionem ſuper huiuſmodi ſtatu, id eſt, de tali apparatu, tenore ſeu diſpoſitione ſcri-
pturæ præallegatæ ex Iſaia, cuius tenor & apparatus videtur & his quæ dixi, eſſe contrarius, ni-
ſi bene intelligatur. non nimis, id eſt, non valde inconuenientem, imó tam conuenientem
meo iudicio, quod dignum ſtatui eam hic recitare, & conſentire eidem. Itaq; autor hic minus
Rup. Lin. dicit, & plus innuit. Porro Linconienſis ponit hanc literam planius: Alter non nimis inconue-
nientem præſtitit reſponſionem pro præſenti inſtantia [ait enim quia purgatiuam propriam
ſacrificationem magnus ille qui tunc erat viſionem formans angelus in docendũ diuina theo-
logum in deum, & poſt deum in præoperatricem hierarchiam repoſuit] Hoc eſt, Ille mihi aſ-
Iſaiæ.6. ſeruit quod magnus angelus qui tunc erat formans viſionem Iſaiæ, ſicut expoſitum eſt, qui an-
gelus dicit magnus eo mõ, quo quilibet angelus magnus eſt. non enĩ erat de hierarchia ſupre-
ma aut media, ſed extrema, ſecundum autorem in textu. ſacrificationem propriam purgatiuã
id eſt, operationem illam ſeu illuminationem & allocutionem, quam exercuit circa Iſaiam
theologum, docendum in diuina, id eſt, erudiendum ab angelo ad intelligendum diuina, vide-
licet quid viſio illa prophetica deſignauit, quod angelo illo reuelante didicit Iſaias. Intelligẽ-
Dan.10. tia enim eſt opus in viſione, vt Danieli Gabriel ait, qui & ibidem loquitur Danieli: Daniel vir
Ibidem. deſideriorum, intellige. Intelligentia enim eſt opus in viſione. Quæ operatio dicitur ſacrifica-
tio, quia per eam angelus deo obtulit ſacrificium ei acceptum, hoſtiam laudis, obediẽtiæ actũ.
1.Reg.15. Qui ſacrificationi legali præfertur, iuxta quod primo Regum libro Samuel proteſtatur: Meli-
Eccl.35. or eſt obdientia quam victimæ. In Eccleſiaſtico quoque fertur: Sacrificium ſalutare eſt, atten-
dere in mandatis dei. Dicitur etiam purgatiua tam oris & linguæ prophetæ, quam mentis ſuæ
quam erudiuit & illuſtrauit. Illam ergo ſacrificationem repoſuit angelus primo in deum, id
eſt, deo eam humiliter & gratanter attribuit & aſſcripſit, à quo fontaliter principaliterque de-
ſcendit, & poſt deum in præoperatricem hierarchiam, id eſt, aſſcripſit eam poſt deum angelo
primæ hierarchiæ, vtputa Seraphim, quæ hierarchia vocatur præoperatrix. Nã ſicut deo poſt E
proximus, ſic primo illuminatur ab eo, & ſumptam illuminationem communicat inferiori-
bus, ſicut & Seraph ille angelo huic infimæ hierarchiæ. In hac demum locutione totam ſumit
denominationem à parte, vt moris eſt. [Et nunquit igitur hæc ratio verax eſt?] Verba ſunt hęc
autoris ſic ſciſcitantis: Nunquid reſponſio illa eſt vera & apta? quaſi dicat, imó. Quod conſe-
quenter declarat. [Ait enim qui hoc dixit: Quomodo diuina virtus in omnia veniens] id eſt,
omnipotentia dei in omnia veniens, non per ſui mutationem aut motum, ſed per ſuæ bonita-
Ieremi.23. tis ac prouidentiæ operationem. [Implet] ea in quæ venit. Nam & omnia implet ſeipſo ac ſua
præſentia, inquantum ſunt creaturæ eius, quarum eſſentijs illabitur, ſicut per Hieremiam effa-
tur: Nunquid non cœlum & terram ego impleo? [& omnibus iterum eſt inuiſibilis] id eſt, in-
comprehenſibilis, corporalibus quoque oculis nequit videri in ſuæ diuinitatis natura, qui te-
1.Timo.6. ſte Apoſtolo, Lucem habitat inacceſſibilem. nec in vita præſenti poteſt videri per ſpeciem, id
Exo.33. eſt, per ſuam eſſentiam de lege communi. propter quod Moſi deprecanti, Oſtẽde mihi faciem
tuam, reſpondit: faciem meam videre non poteris. Non enim videbit me homo, & viuet. Ni-
hilominus nunc videtur per ſuos effectus, & quia eſt: excellentius autem per ſapientiæ donũ, F
& per fidem rationibus credendorum & argumentis credendi illuminatam. Scriptum eſt nã-
Iob.36. que in Iob: Omnes homines vident deum, vnuſquiſque intuetur procul. Et in libro Sapien-
Sapien.13. tiæ: A magnitudine ſpeciei creaturæ, poterit horum creator cognoſcibiliter videri [& per o-
mnia immenſurabiliter peruenit] eſt enim incircunſcriptibilis, nec aliqua poteſt menſura de-
terminari, comprehendi, finiri. Nec obeſt quod ęternitas dicitur eius menſura, quia ſecundum
actum rationis eſt hoc, cum ipſe ſit ſua æternitas, & ipſemet vocatur omnium terminator, qui
Sapi.11. in numero, pondere & menſura conſtituit vniuerſa. Primum quoque in omni genere, cenſe-
tur eſſe menſura omnium quæ in illo ſunt genere. Omnibus itaque inuiſibilis eſt virtus dei, im-
menſa & increata. [Non ſolum ab omnibus ſupereſſentialiter remota] id eſt, cuncta tranſcen-
dens ſuæ perfectionis ac dignitatis immenſitate, non locali diſtantia, cum & in Actis dicat A-
Actu.17. ſtolus. Non longe eſt ab vno quoque noſtrum. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus.
*pmittens [Sed & quaſi occulte in omnia * præmittens ſuas prouidas operationes] id eſt, ſecretas ſus in-
fluentias ex ſua æterna prouidentia egredientes, præmittit & præinfundit in omnia modo
nobis oc-



nobis occulto. Nam & cauſa prima plus & primo influit in omne creatum, quam quæ-
A cunque cauſa ſecunda. Chariſmata vero gratiarum, lumina ſapientiæ & ſcientiæ, ſplen-
dores virtutum, charitatis feruorem, viſitationes & conſolationes internas, ſecretiſſime ac
multipliciter valde infundit. Propter quod ſcriptum eſt in IOB: Si venerit ad me non vi- Iob.9.
debo eum: & ſi receſſerit à me, non intelligam. [Sed tamen & omnibus intellectualibus
proportionaliter ſuperlucet] id eſt, cunctis rationalibus & intellectiuis creaturis bene di-
ſpoſitis, deſuper fulget, & gratię ſuæ fulgorem communicat, & immittit proportionaliter,
id eſt iuxta eorum capacitatem ac merita [& propriam illuminationem ingerens precio-
ſiſſimis eſſentijs] id eſt, ſpiritibus primæ hierarchiæ digniſſimis ac valentiſſimis. [Per eas
quaſi primas † in ſumma vnitas] id eſt, tanquam eminentius cæteris reductas & recollectas † in ſubmi-
in ipſum, & in primitias diuitiarum ſuarum. Etenim cauſa prima eſt diues in ſe, & diues in nitas.
alijs, diues inquam, non pecunia, ſed omnipotentia, perfectione ac gloria infinita [ſe bene
ornate diſtribuit] id eſt, dona ſua ſapienter & ordinate liberaliterque largitur, dans omni-
bus affluenter. Nam & PAVLO teſte, Potens eſt, omnem gratiam facere ſuperabunda- Iaco.1. 2.Cor.9.
re in nobis vltra quam petimus [ſecundum vniuſcuiuſque contemplatiuam commenſu-
rationem] id eſt, iuxta adaptationem & proportionem & præparationem cuiuſlibet men-
tis creatæ ſpeculatiuæ, applicantis ſe illi qui per Ieremiam loquitur: Quis eſt iſte, qui appli-
cet cor ſuum vt appropinquet mihi? Talis enim præparatio & affectuoſum deſiderium ad Iere.30.
bonum diuinum, eſt quaſi quidam hiatus atque apertio mentis ad illud ſuſcipiendum. Cu-
ius rei ſubiungit ſenſibilia, quædam exempla, quamuis remota & imperfecta. [Quam] ſci-
licet dei illuminationem & eius varietatem ac multiplicem gradum [vt apertius dicam]
id eſt, clarius exponam [&] id eſt, etiam per propria exempla [etſi deficientia deo ab omni-
bus remoto] id eſt, quamuis multum defectiua & occumbentia à repræſentatione dei ſu-
B per omnia exaltati. De quo BALAAM in Numeris diſſeruit: Videbo eum, ſed non Nume.24. Iſaiæ.30.
modo: intuebor eum, ſed non prope. Et Iſaias: Ecce nomen domini de longinquo venit.
[Verumtamen nobis manifeſtiora] ſupple ſunt illa exempla, quia à ſenſibilibus incipit no-
ſtra cognitio. [Solaris radij diſtributiones in primam materiam bene diſtributæ] id eſt,
ſplendores luminis à ſole manantis, bene diſtributæ, id eſt, conuenienter communicati &
effuſi in rem materialem ſoli propinquiorem, & lucis capaciorem [implent omnium luci-
diorem] id eſt, ſubiectum purius copioſius implent [& per eam manifeſtius proprios † de- † declarat.
clarant ſplendores] id eſt, exhuberantiam ſuæ luminoſitatis clarius pandunt, ita quod cor-
pora ſic irradiata, vlterius illuminant alia, vt Venus & Luna. [Accedens vero craſſioribus
materijs] id eſt, radius ſolis infundens ſe impurioribus obſcurioribuſque ſubiectis [obſcu-
riorem * habet diſtributiuam ſuperapparitionem] id eſt, debiliorem luciditatem, quæ vix † habent.
poteſt alicui alteri lumen ſibi communicatum transfundere. Et hoc contingit [ex illumi- * materiaꝝ
nandarum † rerum inopportunitate] id eſt, inconuenientia, ineptitudine & diſſimilitudine
rerum illuminatione indigentium [ad illuminationis diſtributiuum habitum] id eſt, ad lu-
men illud habituale fixum, firmiterque ſoli inhęrens, quod alijs claritatem infundit, diuer-
ſimode ſecundum diuerſam eorum diſpoſitionem. aliter enim recipitur in ſtellis, aliter in
cryſtallo & vitro, aliter in terra opaca ac luto. Ita lux gratiæ, illuminatio hierarchica, lux
diuina, abundantius fulget primæ hierarchię ſpiritibus, qui ex plenitudine ſibi collata ido-
nei ſunt & alios illuſtrare. Sicque deinceps proportionaliter deſcendit in ſecundam, ac
demum tertiam, ac tandem in eccleſiaſticam hierarchiam: non quod ſit lux eadem nume-
ro, ſed vna in genere vel analogia. [Et paulo poſt] ad alia adhuc minus apta de-
ſcendens [ex hoc] defectu, id eſt, poſt hunc defectum [coartatur] radius ſolaris ex defectu
materiæ [ad fere perfecte in diſtributum] id eſt, ad hoc quod nullo modo diſtribuatur ſiue
participetur, ſicut in colore nigro qui cauſatur ex defectu lucis, modicum retinens de luce
ad manifeſtationem obſcuritatis. Ad hunc modum ſpiritualis lux ad mentes rationales
veniens, eas quas puras inuenit & defecatas, perfecte illuminat: eas vero quas minus aptas
reperit, minori claritate & luce obſcuriore illuſtrat. Deinde & aliud ſubiungit exemplum.
[Iterum ignis caliditas magis ſeipſam diſtribuit in capaciora & ad ſimilitudinem ſuam be-
ne conuenientia † & bene ducta.] Talia enim facilius & vehementius calefacit aut in ſu- † & facilius Ariſtot.

 am conuer-

Idem. am conuertit naturam. Actus enim actiuorum ſunt in patientibus bene diſpoſitis ſecun-
Sapien.2. dum Philoſophum. Secundum quem etiam ſuſceptiuum non eſt contingens. Porro in- D
Deu.4. Hebræ.12. ter corporalia ſol & ignis, ſplendor & calor, ſunt præcipue repræſentatiua dei ac ſpiritua-
Ioh.1.8.12. lium rerum. propter quod ipſemet deus in ſcripturis ſol ſapientiæ, ſol iuſtitiæ, ſol in-
Hebræ.1. telligentiæ, ignis, lux, ſplendor vocatur. [Ad reformationibus vero contrarias eſſen-
tias eſſentias ipſa nullum † abſconſo primitiuæ operationis veſtigium manifeſtat] id
eſt, caliditas ignis nullum primævæ operationis veſtigium repræſentat, id eſt, nullum
calefactionis effectum producit ad eſſentias contrarias, id eſt, in naturis habentibus in
ſe diſpoſitiones ſeu qualitates contrarias reformationibus, id eſt, calefactionibus per
quas ignis conformat ſibi calefactibilia. Hoc apparet in adamante & cryſtallo, quæ
igne nequit reſolui: nec ſalmandra igne comburitur, ſed nutritur: & ſi forſitan forin-
*cognata ꝑ ſecus aliqualiter calefieri videatur, non tamen abſconſo, id eſt, interioribus calefiunt.
optima ſibi [Et hoc eo amplius] id eſt, tanto plus ita eſt [quia his quæ non ſunt * connata per
habentia. opportuna admittitur primum] id eſt, caliditas permittitur operari in ſibi contraria
quæ non ſunt ei connata, id eſt, conformia primum per opportuna, id eſt, primo per
*igneis. quædam ſibi magis proportionata [vtpote ignita faciens ab † igne facile mobilia] id
eſt, calefaciens ea quæ per ignis impreſſionem & calorem faciliter celeriterqué recipiunt,
vt eſt vas cupreum aut æneum [& hæc aut aquam aut alterum quid non facile
igneſcentium, proportionaliter calefícans] id eſt, per vas tale intermedium calefícans
proportionaliter, id eſt, ſecundum capacitatem rei, aquam aut aliud aliquid quod non
faciliter igneſcit ſeu calefit immediate per ſe, vt patet in aqua contenta in olla applici-
ta igni. ¶ Conſequenter exempla iſta ad propoſitum applicat. [Iuxta hanc igitur na-
turalis ordinationis rationem] id eſt, ſecundum hanc rationem, deſcriptionem &
proprietatem ordinationis, id eſt, cohabitudinis naturalis, quæ eſt inter ſenſibilia iſta
†ordinatio actiua & paſſiua [ſupernaturalis ipſa omnis boni ornatus viſibilis & inuiſibilis † ta- E
xiarchia] id eſt, ſumma & increata poteſtas omnium ordinatiua, quæ eſt origo & cau-
ſa fontana omnis boni ornatus & decoris corporalis ac ſpiritalis [congruæ delucida-
tionis claritatem primo apparentem, vt in copioſiſſimis effuſionibus, excelſiſſimis ma-
nifeſtat eſſentijs. Hoc eſt, manifeſtat claritatem ſuæ conuenientis ac ordinatæ delucida-
tionis, id eſt, illuminationis ac declarationis, apparentem primo in copioſiſſimis effu-
ſionibus, id eſt, liberaliſſimis communicationibus bonitatum ſuarum in donis gratiæ
& gloriæ. Manifeſtatur inquam primo excelſiſſimis eſſentijs, id eſt, altiſſimis ſpiriti-
bus primæ hierarchiæ, quæ præ cæteris exhuberantius illuſtrantur, ita quod in eis pri-
us ac euidentius apparet ac præſentatur claritas ac munificentia diuinarum illumina-
tionum & communicationum. [Et per eas quæ poſt ſunt eſſentiæ] id eſt, ſpiritus
ſeu angeli mediæ hierarchiæ [diuinum participant radium] id eſt, lumen hierarchi-
†Hæ enim. cæ irradiationis. [*Etenim primæ cognoſcentes deum] id eſt, ſummæ mentes illæ
Seraphicæ, Cherubicæ ac Thronicæ, deum in ſeipſo præ cæteris clarius atquæ felici- F
us contemplantes, in ſuis quoque effectibus ipſum lympidius agnoſcentes [& diui-
nam ſupereminenter deſiderantes virtutem] id eſt, diuinam virtutem ſectari, eique
†ꝑoperatri- ordinate aſſimilari optantes [& † præoperatricem fieri] id eſt, ante alias hierarchias
ces. effici cooperatricem dei [quantum poſſibile eſt, deo * ſenili virtute & actione dignæ ef-
†ſimili. fectæ ſunt] id eſt, factæ ſunt dignæ deo virtute ſenili, id eſt, poteſtate eis primo lo-
co conceſſa, & ita ſe habente per modum ſenioris ac venerabilioris & præſidentis: Nam
1. Petri. 5. & prælati ſeniores vocantur in prima PETRI epiſtola: Seniores obſecro, Paſcite
Apoc.4. gregem dei. Vnde IOHANNES in Apocalypſi, & viginti quatuor ait ſeniores ſe-
dentes, & actione hierarchica deo excellenter coperatiua in reductione inferiorum ad
ipſum, quod eſt dignitas maxima. Hinc additur: [Et poſt ſe eſſentias ipſe ad ſimi-
lem virtutem, & virtus deiformiter extendunt] id eſt, mentes primæ hierarchiæ ex-
tendunt, id eſt, erigunt ſuo exemplo & illuſtratione eſſentias poſt ſe, id eſt, mentes
ſecundæ hierarchiæ deiformiter, id eſt, ſecundum quod deus ipſas extendit ad virtutem ſi-
milem, id ē, poteſtatem talem cauſalem illuminatiuam, qualem ipſemet deſup acceperūt.
Et hoc



A Et hoc agūt, vt virtus. i. inq̄tū ſunt vigoroſæ, diuinitus poteſtatē ſortitæ [copioſe ipſis trā-
dentes] id eſt, inferioribus liberaliter communicantes [ex ſuperueniente in eas clarita-
te] id eſt, ex clara illuminatione deſcendente in eas à deo. [Et illæ iterum ſubiectis] id ē,
mentes ſecundæ hierarchiæ transfundunt atque communicant ſpiritibus tertiæ hierar-
chiæ, non tamen in eadem perfectione ac plenitudine, ſicut expoſitum eſt [& per ſingulas
prima ei quæ eſt poſt ipſam, tradit] id eſt, per vnamquāque hierarchiam, hierarchicamque
perſonam ſuperior communicat inferiori. [Ipſa aqua nonne & in omnes proportionali-
ter peruenit] id eſt, nonne ipſe humor aquæ qui ſe per omnes partes terræ & terrenorum
corporum infundit proportionaliter, hoc eſt, iuxta capacitatem replet vniuerſa, alia plus,
alia minus humectans? Huic ſimile in libro de Diuinis nominibus ait: Donum quibuſcun-
que, ineſt, perfecta facit. [Eſt ergo cunctis ſimul illuminatis principium illuminandi de-
us] id eſt, ipſe omnipotens deus eſt vniuerſis illuminatis prima & ſumma cauſa totius illu-
minationis, cum ab ipſo ſit omne lumen naturæ & gratiæ ac gloriæ [quidem natura & ve-
re & proprie vt luminis eſſentia] id eſt, deus pro certo exiſtens lumen natura, id eſt, natura-
liter & ex propria ſua natura & vere veritate rei ac ſermonis ac proprie, vt luminis eſſen-
tia, id eſt, eſſentialiter lux æterna, imparticipata, ſuperſplendidiſſima & ſuperpulcherrima,
puriſſima & immenſa, in qua nihil eſt tenebroſitatis, nil imperfectionis admixtum, iuxta 1. Iohan. 1.
illud primæ Iohannis epiſtolæ: Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ [Et ipſius eſſe Ariſtote.
& videre cauſalis] id eſt, deus eſt totius eſſe ac vitæ cauſatiuus, quemadmodum ait philo- †tum.
ſophus: Ab hoc ente omnibus deriuatum eſt eſſe & viuere. [†Hoc deiformiter & deo ſimi-
liter permanens ſuperpoſitum] id eſt, prima hierarchia, de qua dictum eſt paulo ante, per-
manens ſuperpoſitum, id eſt, ſuperlocata atque præpoſita alijs hierarchijs, eſt permanens
deiformiter, & (pro, id eſt) deo ſimiliter [tranſuehendo] id eſt, transfundendo & vltra cō-
municando [vnicuique diuina lumina] ſibi à deo influxa [per ſe] id eſt, immediate] in il-
lud poſt ſe] id eſt, in id quod ſibi ſubiectum eſt, ita quod ſicut ipſa immediate illuminatur
B à deo, ſic & ipſa immediate illuminat, ac dona ſibi conceſſa communicat ſequenti ſe, hie-
rarchice, charitatiue, copioſe & gratis. [Ergo excellentiſſimam cœleſtium animorum di-
ſpoſitionem ſimul reliquarum omnium eſſentiæ ſecundum quod conſequens eſt, poſt de- *oēs ſacræ.
um principium mirantur, † omnis ſanctæ & diuinæ ſcientiæ & diuinæ imitationis tan-
quam per illas in omnes & nos diuina illuminatione diſtributa]. Ergo, id eſt, cum tanta ſit
primæ excellentia hierarchiæ, eſſentiæ, id eſt, mentes ac ſpiritus omnium reliquarum hie-
rarchiarum mirantur diſpoſitionem excellentiſſimam, id eſt, primam hierarchiam a-
nimorum cœleſtium, id eſt, intellectuum ſupernorum, ſecundum quod conſequens eſt, id
eſt prout ſequitur & elicitur ex prædictis, tanquam poſt deum principium, id eſt, tanquam
principium ſecundarium & cauſatum omnis ſanctæ & diuinæ ſcientiæ, id eſt, totius cogni-
tionis hierarchicæ operum diuinorum & imitationis, id eſt aſſimilationis diuinæ, quę con
ſiſtit in purgatione, illuminatione & perfectione, qua ſuperiores purgant, illuminant &
C perficiunt inferiores, & eos reducunt ad creatorem, prout iſtud frequenter expoſitum eſt. 1. Iohan. 3.
Scientiam quippe & ſapientiam quam habent beati in viſione diuinæ eſſentiæ, & aſſimila-
tionem gloriæ in eadem viſione conſiſtentem, iuxta illud: Similes ei erimus, quoniam vi-
debimus eum ſicuti eſt, omnes beati immediate habent à deo & in deo, non vnus eorum
ab alio. Sed verum eſt iſtud de illuminatione hierarchica & diuina, quæ concernit dei
effectus ac rationes illorum, diſtributa, id eſt, multipliciter collata à deo per illas eſſentias
primæ hierarchiæ, in omnes ſpiritus cœleſtes inferiores, & in nos viatores eccleſiaſticæ
hierarchiæ: & hoc ordine quodam, ita quod ſecunda hierarchia illuminatur à deo, medi-
ante prima & tertia hierarchia à deo & à prima hierarchia, mediante ſecunda. Porro ec-
cleſiaſtica hierarchia à deo & prima ac ſecunda hierarchia, mediante tertia, à qua im- *ꝓpter quod.
mediate illuminatur. [* Quapropter & omnem ſacram & deo ſimilem operationem
in deum quidem quaſi cauſalem referunt] id eſt, inferiores hierarchiæ omnem ſuam
operationem hierarchalem, qua operatione deo aſſimilantur, referunt in deum cum
gratiarum actione, ſicut in cauſam primam, ſummam & principalem. [Deinde in pri-
mos intellectus deiformes] id eſt, in angelos primæ hierarchiæ [tanquam primos o-

D peratores diuinorum ] id eſt, in primos executores effectuum diuinorum, ſecundum proceſſium ordinatum prætactum[& magiſtros] id eſt, tanquam in primos magiſtros & illuminatores poſt deum. Inferiores enim à ſuperioribus docentur & illuſtrantur de agendis,& de rationibus atque myſterijs operum diuinorum. Itaque deiformes intellectus primæ hierarchiæ,non ſunt ſimpliciter primi operatores, ſed primi poſt deum: & eius reſpectum,ſecundi, nec ſunt primi executores operum diuinorum circa exteriora, ſed primi reuelatores illorum poſt deum, quia reuelauit hierarchiæ ſecundæ quæ deus ipſis inſinuauit,& dirigunt eam in agendo. [Non ergo † ſancta primorum angelorum diſpoſitio magis ſimul omnibus habet igneam proprietatem.&cætera] Hoc SCOTVS exponit iuxta quod litera ſonat, vel potius aliquid interponendo: Sola, inquiens, prima hierarchia non habet igneam proprietatem, quia & aliæ participant eam. Porro textus ſic ſonat,quod ſancta diſpoſitio primorum angelorum, id eſt, ſuprema hierarchia non habet igneam proprietatem magis ſimul omnibus, id eſt, plus cæteris hierarchijs. ſed hoc eſt contra præhabita. Seraphim enim ab excellentia & exceſſu ardoris vocantur. Hinc HVGO ſumit hic non, pro nonne: vt ſit ſenſus, quod vtique ſumma hierarchia præ cæteris habet igneam proprietatem, id eſt, excellentiorem diuini amoris ardorem, quantum ad primum chorum & ordinem in ea contentum, videlicet Seraphim. Habet quoque prima hierarchia [& effuſam diuinæ ſapientiæ traditionem] id eſt,donationem, quoniam ſapientiam atque ſcientiam præ inferioribus choris abundantius recipit, atque receptas inferioribus copioſius communicat,,quantum ad Cherubim. [Et myſticum excellentiſſimæ diuinarum illuminationum ſcientiæ] id eſt,hierarchia illa quo ad Cherubim habet myſticum excellentiſſimæ ſcientiæ, id eſt, ſecretum intellectum præclariſſimæ cognitionis illuminationum diuinarum: quia præ inferioribus choris profundius & vniuerſalius eas intelligit [& ſeſſiuam proprietatem geſtantem diuinam ſuſceptionem ]id eſt, prima hierarchia etiam habet proprietatem ſeſſiuam, id eſt, ſpecialiter tranquillam & iudicialem, per quam eſt thronus & ſedes diuinæ ſuſceptionis, id eſt, dei, in throno ſeu tertio ordine primæ hierarchiæ, reſidentis & quieſcentis. Ita exponunt Hugo & Vercellenſis:& item Linconienſis,qui alia tranſlatione hic vtitur. [Ipſe vero ſuppoſitarum diſpoſitiones eſſentiarum ] id eſt, ordines inferiorum hierarchiarum ac angelorum[igneam ſapientem ſcientem dei ſuſceptoriam virtutem participant ] id eſt, partim ſortitæ ſunt igneam charitatis virtutem: virtutem quoque ſapientem ſcientem, id eſt, habitum ſapientialem & ſcientialem & etiam virtutem ac proprietatem ſeſſiuam, qua ſuſceptiuæ ſunt diuinæ inhabitationis. Sumitur demum hic virtus extenſe, non ſtricte, prout contra ſcientiam diſtinguitur. [Quidem infra ] id eſt, non tam perfecte vt prima hierarchia[ & ad primas aſpicientes ]id eſt, ordines inferiores mentem ſuam conuertentes ad directionem & illuminationem primæ hierarchiæ, quemadmodum in libro de Cauſis aſſeritur,quod intelligentiæ inferiores proijciunt vultos ſuos ſuper formas quæ ſunt in intelligentijs ſuperioribus. [Et per eas vt imitatione diuina † præoperatrice digne factas in deiformes poſſibile reductæ ]id eſt, quatenus mentes angelicæ inferiores reducantur in deiforme paſſibile, id eſt,ad conformitatem diuinam eis poſſibilem per eas, id eſt, per mentes cœleſtes ſublimiores dignæ factas, id eſt, dignas effectas diuina imitatione,præoperatrice, id eſt,conformitate deiformi, qua præ cæteris deo ſunt ſimiles in tantum quod habent virtutem præoperatiuam,per quam ſunt deo cooperantes, & eius præcepta exequentes primo loco,vtputa prius & excellentius quam chori ſequentes. [Dictas ergo ſanctas proprietates quarum † participatione per primas, poſt ipſas ſubſiſtentes ſunt ipſis illis poſt deum tanquam hierarchijs reponunt, id eſt, angeli ſubſiſtentes poſt primas,id eſt,poſt mentes illas ſuperiores reponunt,id eſt, aſſcribunt has ſanctas prietates primæ hierarchiæ,quas participãt vt igneã ꝓprietatẽ amoris ſapiẽtiæ claritatẽ & ſeſſiuã trãquillitatem ipſis illis hierarchijs,id eſt, ſpiritibus ſuperioris hierarchiæ ſeu ordinis, qua-

E

F

† prima ſanctorum angelorum. In Ioh. Sco

Hugo.vic.

Hu. victo. Iaco. Ver. Rup. Lin.

* Poſſibile. † deiformitatis.

* participatio.

rum partici



A rum participatione habent eas poſt deũ, quia primo ac principaliter fluunt à deo,cui & eas principaliter ſemper attribuũt. Veruntamẽ aduertendũ, quod ſicut angeli à deo immediate creati ſunt: ita ab ipſo immediate acceperunt gratiam & virtutes ac proprietates, per quas in ſuis collocãtur ordinibus:nec inferiores hæc à ſuperioribus habent, niſi quantum ad accidentalem quendam decorem, vſum,& complementum. Inſuper per ſanctas has proprietates quidam intelligunt purgationem,& illuminationem atque intenſionem, quas angelus circa Iſaiam exercuit, ſicut præhabitum eſt. [Ait ergo † hoc dicens,] id eſt, prætactus vir ſapiens de horum intellectu à me interrogatus [ viſionem ab illo ſuſceptam fuiſſe theologo.] id eſt,ab Iſaia acceptam eſſe viſionem prædictam. [per vnum imperantium nobis ſanctorum & beatorum angelorum.] id eſt,ab vno angelo infimæ hierarchiæ, cuius angeli immediate præſident hierarchiæ eccleſiaſticæ. [& ante illuminatiuam ipſius manuductionem.] id eſt,ante illuſtrationem & directionem,qua angelus ille docuit & direxit Iſaiã prophetam. [in illam ſanctam contemplationẽ repoſuiſſe.]id eſt, ipſum angelũ aſſcripſiſſe reuelationem illam angelo ordinis Seraphim, à quo eam acceperat. [Et * dogmatizare videt excelſiſſimas eſſentias,]id eſt,Iſaias vidit in illa apparitione, quod altiſſimę illæ mentes Seraphim,docuerunt ipſum Prophetam,quo audiente, vnus illorum dixit ad alterum: Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus. & cætera. [quantum in ſymbolis dicendum]id eſt quantum licet aſſerere talia facta eſſe,quæ tunc non fiebant,nec à Propheta videbantur, niſi in ſymbolis,id eſt,per ſimilitudines corporales,vt patuit. Eſſentias dico [poſt deum & cum deo,& circa deum collocatas.]quia inferiores ſunt creatore,& tamen inter creaturas angelicas ei ſunt proximæ. [& omnibus etiam ipſis ſuperarchane ſublimiorem, ſuperprincipalem ſummitatem.] id eſt, maieſtatem diuinam & increatam, cunctis ſupernis ſpiritibus ſublimiorem & digniorem, ſuperachane,id eſt,prorſus occultiſſime: imo incomprehenſibiliter

B vidit Iſaias, [in medio ſuperfirmatarum virtutum ſupercollocatam.] id eſt, ſublimiter reſidentem in ſolio eleuato inter duos de ordine Seraphim, qui ſunt per gloriam confirmati in bono. [Didicit ergo viſionibus ipſe theologus.] id eſt, Iſaias in apparitionibus illis ſenſibilium ſpecierum didicit, quod tamen & ante aliquo modo ſciuit. Quia iuxta omnem ſupereſſentialem ſupereminentiam incomparabiliter ſupercollocatum eſt diuinum omni ſimul viſibili inuiſibilique virtuti.] id eſt, quod ens æternum & increatum eminet infinite omni poteſtati & entitati materiali & immateriali, iuxta ſupereminentiam omnem ſupereſſentialem,id eſt,per eminentiam perfectam, quę eſt ſuper omne genus prædicamentale,& ſuper omnem legem & ordinem rerum. [Atqui quia omnibus eſt remotum,] id eſt,immenſa celſitudine ſuperexaltatum vt vniuerſale. [Neque primis eorũ quæ ſunt eſſentijs ſimile]id eſt,nec præſtantiſſimis creaturis aſſimilandum. Quamuis enim quędam creata dicantur, & ſunt deo ſimilia, non tamen econtra. [Adhuc & omnium ipſum principium & cauſam ſubſtantificam eſſe.]id eſt,hoc ens diuinum eſt fontale exemplar ac effectiuum principium,cauſa quoq; ſubſtantifica eorum quæ ſunt,id eſt, ſubſtantiam præ-

C bens,cauſans,ac fulciens eorundem. [& eorum quæ ſunt ſecreta ſingularitate, & immutabile fundamentum.]id eſt,ſua incõprehenſibili ac abdita ſingularitate, eſt inuariabile fundamentum & ſuſtantamentũ omnium quæ ſunt. Etenim verbo virtutis ſuæ portat omĩa quo ſublato caderet omne creatum in nihilum,& deficeret in ſeipſo, ſicut lumen diffuſum in medio ſole ſubtracto. Verum vt primo libro ſententiaꝝ habetur, diuina eſſentia non dicitur proprie ſingularis, quum ſit tribus ſupergloriofiſſimis perſonis cõmunicabilis, imo actu cõmunicata,atque cõmunis. Nec tamen eſt vniuerſalis aut ſpecies, quũ ſuperdigniſſimæ illæ perſonæ non ſint diuerſa, nec plura. Nihilominus à quibuſdam etiã doctoribus ſcholaſticis,præſertim Henrico de Gandauo, dicitur deus eſſe ſingularitas quædã. Quum enim ſit purus actus,ex propria natura ſua eſt ens excellentiſſime,puriſſime,& incõmixtiſſime,ac incommiſſibiliſſime in ſe,& per ſe ſubſiſtens,diſtinctum & ſeparatum ab vniuerſis. Vnde & ſecundum autorẽ libri de Cauſis: Cauſa prima eſt de ſe & per ſe maxime hæc, nec habet hyleatin. Quod ſi aliquis dixerit,quia eſt ei hyleatin: Nos(inquit) dicemus, quia hyleatin eius, eſt indiuiduum eius, & hoc eſt pura bonitas eius. Ex quibus deſtruitur imperitiſſimus error dicentium, quod deus eſt eſſe formale omnium rerum. Denique

† Hæc.

* ſup. ſedere

Iſaiæ 6.

Hebr. 1

Petrus Lombardus

Henricus Gandauus.

ex hoc, quod deus dicitur omnium incommutabile fundamentum, confutantur fabulæ D
poetarum, qui dixerunt gigantes eſſe ſub orbe, & ipſum orbem portare. [Ex quo & eſſe,
& bene eſſe, etiã ſumme munitis eſt virtutibus.] id eſt, ab hoc ente diuino independente,
ac omnipotente, omnes reliquæ ſubſtantiæ ac virtutes, quantumcunque munitæ, aut for-
tes, ſortitæ ſunt tam eſſe, quo ſunt, quàm bene eſſe, quo perficiuntur ac manent. Ab eodem
etenim habet res eſſe, & bene eſſe: quia quod poteſt ſibiipſi exhibere eſſe, poteſt etiam ſibi
exhibere bene eſſe, & ſi quod habet eſſe à ſeipſo, id eſt, non ab alio, non indiget alio conſer-
uante: quia quod habet à ſe, inſeparabile eſt ab ipſo. Ideo errauerunt philoſophi qui-
dam, dicentes quod mundus eſt à deo per conſeruationem & dependentiam quandam,
non per realem productionẽ. Imo & commentator in libro de Subſtantia orbis, teſtatur:
Nunquam fuit intentio Ariſtotelis, dicere quod cœlũ ſit à deo per conſeruationem, & non
*Proclus.* per realem emanationem. Hinc Theoremate triceſimo primo Proclus fatetur: Omne
procedens ab aliquo ſecundũ eſſentiam, ad id conuertitur à quo procedit. Quod in com-
mentario exponens, ſubiungit: Si enim procedit quidem, non autem conuertitur ad cau-
*Idem.* ſam, non vtique appetit cauſam. Omne enim appetens conuerſum eſt ad appetibile. Ap-
petunt autem omnia ſuam cauſam. Per quod enim vnicuique eſſe, per hoc & bene eſſe.
Hinc Proclus denuo loquitur: Omne quod ſecundum naturam conuertitur, ad id facit
conuerſionem, à quo & proceſſum propriæ ſubſiſtentiæ ſuę habet. Itaque quemadmodũ
fundamentum totius ædificij, ſuſtentaculum eſt & robur, & latet in imo: ſic ſuperbeatiſſi-
mus & ſuperuoluptuoſiſſimus deus, qui eſſentialiter eſt ipſa ſua voluptas, prorſus immen-
ſa intenſiue & extenſiue, id eſt, duratione penitus infinita, ſuſtentamentum & fortitudo eſt
omnium rerum, quantumlibet robuſtarum, quarum permanentia ex diuinæ voluntatis
pendet arbitrio, quemadmodum in Timæo inducit facundiſſimus ille PLATO, deum E
altiſſimum ſuperioribus cauſis ſecundis loquentem: O dij deorum, quorum pater ſum
*Plato.* ego, opera mea vos eſtis, diſſolubilia ex veſtra natura, me tamen ita volente, indiſſolubilia
Omne ſiquidem iunctum, diſſolubile eſt natura. At uero quod bona ratione iunctum at-
que modulatum eſt, diſſolui velle, dei non eſt. Quapropter quia facti generatique eſtis im
mortales nequaquam, nec omnino indiſſolubiles conſiſtitis, nec tamen diſſoluemini vn-
quam, nec mortis neceſſitatem ſubibitis, quia voluntas mea maior eſt nexu veſtro, & ve-
*Tho. Aq.* getatior ad æternitatis cuſtodiam. Veruntamen ſanctus Thomas, & alij quidam ha-
bent in hac re alium modum loquendi, dicentes quod ex quo materia priuationi annexa
eſt corruptionis principium, cœleſtia & intellectualia ex ſua natura incorruptibilia ſunt.
Sed hæc per diſtinctionẽ faciliter concordarentur, quia nec PLATO dixit cœleſtia &
*Proclus.* ſpiritualia eſſe corruptibilia eo modo, quo mixta. Et Proclus Platonis diſcipulus in the-
*Iohã. Da.* ologica elementatione deprompſit: Omne antipoſtaton ingenerabile eſt & incorrupti-
bile. Similiter Iohannes Damaſcenus libro affirmat ſecundo: Omne creatum extat verti-
bile. Itemque: Omne quod incipit, & finitur ſecundum naturam. Itaque deus eſt vnitas, F
vniuerſitatem omnium rerum in ſe reducens & colligens: & ſingularitas, multiplicitatem
rerum conſtringens, ſimplificans, atque conſolidans. Ab ipſo eſt omnium rerum eſſe, &
bene eſſe, perfectio prima, perfectioque ſecunda. A quo non ſolum habemus quod homi-
*Pelagij hæ reſis.* nes ſumus, ſed item quod virtuoſi, & ſalute digni conſiſtimus, vt confundatur Pelagij hæ-
reſis. Ab ipſo præterea ſummæ & munitiſſimæ virtutes angelicæ mentes habẽt eſſe natu-
ræ, & bene eſſe gloriæ, qua inauertibiles ſunt à deo, nec quicquam aduerſi eis poteſt acci-
dere. [Deinde eaſdem ſanctiſſimorum Seraphim edoctus eſt deiformes virtutes.] Alij
textus apertius habent: eorundem Seraphim. Vel ſecundum Rupertum Linconienſem,
*Rupertus* ipſorum Seraphim, tamen ſecundum expoſitiones Maximi & Iohannis Sarracæni, ſenſus
*Linconen.* redit in idem. Eſt igitur ſenſus, quod in præfata viſione Iſaias non ſolum didicit præindu-
*Maximus.* *Ioh. Sarra.* ctam excellentiam proprietatum dei, ſed etiam angelorum ordinis Seraphim: quorum ta-
men proprietates ſeu virtutes non ſunt (proprie loquendo) eædem cum proprietatibus
dei: quia nec genere, nec ſpecie, ſed analogice ſolum conueniunt, & illo dumtaxat modo
eædem cenſentur. [Sacra quidem ipſarum cognominatione.] id eſt, ex glorioſo ipſorum
nomine, vtputa Seraphim. [quod eſt ignitum.] id eſt, quod interpretatur inardeſcens.

de quo



[De quo paulo poſt nos dicemus.] id eſt, de quo nomine, & eius interpretatione ac pro-
A prietate infra, decimo quinto capitulo latius diſſeremus. [quantum nobis poſſibile eſt ſub
introducere.] id eſt, ex ſenſibilium & inferiorum cognitione inducere, [in deiforme igni-
tæ virtutis.] id eſt, ad notitiam proprietatum diuinarum ardentis amoris, ac Seraphicæ
charitatis. Didicit inquam Iſaias ex viſione præſcripta, [anagogas,] id eſt, anagogicas &,
& contemplatiuas eleuationes ſpirituum chori illius tam alti. ¶ Conſequenter do-
cetur quid extenſio alarum Seraphim deſignabat. [Alarum vero expanſa ſacra formatio
ne.] id eſt, per myſticã illã extenſionem alarum ipſorũ Seraphim, didicit illuminatione in-
terna ſeu reformatione angelica, [in diuinum, in primis, in medijs, in vltimis intellectibus
abſolutam & altiſſimam extenſionem.] id eſt, eleuationem valde ſublimem & abſolutam
id eſt, non impeditam, ſed expeditam & liberam exiſtentem, in intellectibus primis, id eſt,
mentibus primæ hierarchiæ, & medijs & vltimis, id eſt, intellectibus mediæ ac infimæ hie-
rarchiæ. Vel in intellectibus primis, id eſt, ſupremis chori ipſius Seraphim, & medijs ac vl-
timis chori ordiniſque eiuſdem: quia (vt patuit) in quolibet choro ſunt primi, & medij, ac
vltimi ſpiritus. Eleuationem, inquam, in diuinum, id eſt, ad ens ſummum & increatum to
tius ſalutis principium, cauſam, obiectum, & finem. [Sed & eorum multificum, & multi-
forme videns intellectualis * Propheta.] id eſt, ISAIAS intellectualiter noſcens, quæ **theologus*
imaginaria viſione ſibi præſentabantur, videns in ſpiritu multificum, & multiforme eo-
rum, id eſt, diuerſitatem ſanctorum Seraphim in varietate & diſtinctione alarum ſuarum, *Iſaiæ 6.*
& operatione earum, quia duabus alis velabant faciem eius, videlicet dei, in ſolio reſiden-
B tis, & duabus alis velabant pedes ipſius, atque duabus volabant, clamauitque vnus ad ali-
um. [& alis diſtingui eam ſubtus pedes, & eam ſubtus faciem viſionem.] id eſt, Prophe-
ta videns eam, vtputa viſionem, ſeu ſpeciem, hoc eſt, rem viſam, ſeu potius rem repræſen-
tatam & deſignatam per imaginarias formas ac voces illas diſtingui, id eſt, per aliam vela-
tionem diſcerni ab alijs membris ſubtus pedes: quoniam alæ illæ videbantur deſcendere *Iſaiæ. 6*
vſque ſub pedibus domini. Simili ſenſu fuit diſtincta ſubtus faciem ſuam. [& eum in
medijs alis ſupermotum.] id eſt, Iſaias etiam videns eum ſupermotum, id eſt, illam ſuper-
motionem, ſeu motionem ipſorum Seraphim ad ſuperiora, ad quæ videbantur tempore
opportuno duabus alis ſuis volare [ad inuiſibilem eorum quæ viſa ſunt, reductus eſt ſci-
entiam.] id eſt, ad ſpiritualem cognitionem eorum, quæ imaginarie vidit, perductus eſt,
angelo eum interius edocente, & exponente quid vnumquodque illorum ſignificauit.
Sicque inuiſibilis & ſpiritualis illa ſcientia fuit literalis ſenſus viſionis illius, quoniam fuit
ſenſus principaliter per viſionem illam intentus ac deſignatus. [Manifeſtata ei altiſſimo-
rum intellectuũ multiuia, & multiuida virtute.] id eſt, notificata ipſi Iſaiæ, virtute multiuia
id eſt, multas vias habente, atque multiuida, id eſt, multipliciter vidente & inſpiciente.
Virtute (inquam) intellectuum altiſſimorum, id eſt, mentium ſupernarum, & angelorum
C ſummorum, qui varijs modis ac vijs, oculoſo quoque acumine contemplantur, ſcrutantur
conſiderantque deum, & ea quæ dei ſunt, in ipſomet deo, & in eius effectibus, ac ſacris my-
ſterijs, & in mutua collatione, reſponſione, & illuminatione. Vel manifeſtata Iſaiæ multi-
uia ac multiuida virtute, id eſt, profunditate ac fœcunditate altiſſimorum intellectuum,
id eſt, valde ſublimium ſenſuum viſionũ, ſeu ſcripturarum ac verborum cœleſtium. Quæ
multipliciter queunt intelligi & exponi. [& eorum ſacra formidine, quam habent ſuper-
mundane in altiorum & * grauiorum, ſuperbam & audacẽ & impoſſibilem ſcrutationem] **inferiorũ*
id eſt, manifeſtata etiam Iſaiæ formidine, id eſt, reuerentiali timore ipſorum Seraphim,
quem habent in ſcrutationem, id eſt, ad aggrediendum ſcrutationem ſuperbam & auda-
cem, id eſt, præſumptuoſam & impoſſibilem eis, quo ad plenam comprehenſionem altio-
rum & grauiorum difficultatum, videlicet quomodo deus ſit vnus & trinus, qualiter
filius æternaliter generetur à patre, & ſpiritus ſanctus procedat conſempiternaliter ab
vtroque, de archano prædeſtinationis. Quamuis enim beati deum in ſeipſo cla-
re per eſſentiam videant, & ſuperbeatiſſimam Trinitatem ſumma cum iucunditate
faci e ad faciem contemplentur, nequaquam tamen hæc valent plenarie penetrare, &
taliter comprehendere, ſicut res ipſa eſt ex ſua natura cognoſcibilis: imo ſic ſolus deus

compre-

comprehendit ſeipſum. Increatum etenim & infinitum illud obiectum, infinite excedit D
omnem capacitatem & vim omnis mentis creatæ. Veruntamen vniuerſi beati de cogni-
tione deitiatis ipſis conceſſa, optime contentantur. Ex his conſtat, quantum repre-
henſibiles & damnabiles ſint homines miſeri, qui imperſcrutabilia fidei, ac profunda my-
ſteria dei, ſuo imbecilli ingenio ſcrutari, diſcutere, iudicareve audent, nec contenti ſunt ſan
ctæ determinatione eccleſiæ, quum & ſacratiſſimi angeli lumine gloriæ decorati, ac deũ fi-
ducialiter contemplantes, horreant hoc attentare. Denique formidinem talem habent
ſupermundane, id eſt, intellectualiter, non ſenſitiue, nec more humano, ſed abſque omni
pœnali affectione. Sciunt quoque ſe eſſe confirmatos in bono, nec poſſe peccare: ideo
non formidant, ne immoderate ſinant deitatem ſcrutari, ſed talem perſcrutatorem abhor-
rent: & conſiderata infinita eminentia ſupereminentia tanti obiecti, in propriam reſiliunt
paruitatem, & cum ſumma reuerentia ac admiratione aſpiciunt ſuperexcellentiſſimum
Iſaiæ 11 creatorem. Iuxta hunc modum ſpiritus timoris domini filialiſque timor dei repleuit ani
Nehem 9. mam CHRISTI, & donum timoris manet in patria. Hinc per Prophetam ait ſcriptu-
2.Par.18. ra: Exercitus cœli cum tremore tibi aſſiſtit. Et aliqui ſancti dicunt, quod Seraphim & Che
rubim non audent deum aſpicere, aſpectu videlicet immoderato perſcrutatiuo. Vnde & in
Iob 37 IOB legitur: Non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes. Et in
Gregorius. Præfatione dicitur: Maieſtatem tuam tremunt poteſtates. [Et in commenſurationem
deum imitantium actionum inceſſabile & altiuolum ſemper motiones.] id eſt, viſio illa
etiam deſignabat inceſſabile, ſupple exercitium, & altiuolum, id eſt, ſublimiter ſcandens, &
volans in actum, motionis, id eſt, eleuationis, & contemplatiuæ actionis, qua indeſinenter
feruntur in deum, in quo nihilominus immobiliter atque dulciſſime conquieſcunt. Fe-
runtur autem in deum, in commenſurationem actionum, id eſt, proportionaliter iuxta vi-
res eis conceſſas, prout per vires ſuas cognoſcere queunt deum, & myſteria eius per actus E
moderatos, & imitantium deum, id eſt, inſtar eorum, qui vere ſequuntur deum, attenden-
Iſaiæ 6.ſ tes dei exceſſum, propriumque defectum. Hæc omnia figurabat, quod Seraphim duabus
alis velabant faciem dei, ad inſinuandum eius incomprehenſibilitatem: vel faciem ſuam,
Prouer.25 ad innuendum, quod non auderent eum irreuerenter ſcrutari: quia (vt SALOMON
proteſtatur: Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonum: ſic qui perſcrutator eſt ma-
ieſtatis, opprimetur à gloria. Et inſuper, quod velabant pedes eius, ad denotandum quod
nec occulta dei iuditia, nec profundiora myſteria fidei perſpicere poſſunt. Si autem vela-
bant proprios pedes, poteſt hoc deſignare, quod extra limites ſibi præfixos, non adijciunt
pedes ſuos extendere. Medijs demũ alis volabunt, ad propalandum quod ad omnem a-
ctum deo in eis placentem, celeriter ac diſcrete procedunt. [Sed illam diuinam, & mul-
tum precioſam hymnodiam,] id eſt, diuinæ laudis prolationem & canticum, [eruditus
eſt,] Iſaias in viſione præfata, videlicet: Sanctus, ſanctus, ſanctus, ſicut expoſitum eſt.
Iohã.Da. Sic & Iohannes Damaſcenus recitat quarto libro, quod apud Conſtantinopolim puer qui- F
dam extitit raptus, & ad ſe reuerſus, cecinit verſiculum illum: Sanctus deus, ſanctus fortis,
ſanctus & immortalis, quem in illo didicerat raptu. [Formante viſionem angelo,] qui
in ſenſu interiori ISAIAE ſimilitudines illas formauit ac repræſentauit, [ſecundum vir
tutem ipſi theologo,] proportionatam, [& tradente propriam ſacram ſcientiam.] id eſt,
inſpirante præfato prophetæ ſanctam intelligentiam viſionis eiuſdem. [Docuit autem
eum & hoc.] id eſt, angelus ille etiam docuit Iſaiam, [quia purgatio eſt quantumcunque
purgatis ipſa diuinæ claritatis incognitæ, quantum poſſibile participatio,] id eſt, quod par-
ticipatio claritatis diuinæ incognitæ, eſt purgatio mentibus creatis, quantumcunque pur-
gatis. Hæc enim purgatio non eſt ſemper ab immunditia culpæ, ſed ſæpe ſolum ab igno
rantia, non culpali, ſeu à minoratione diſſimilitudinis, & imperfectionis inculpatæ: imo
Iohan. 15] ita ſolum habet locum in patria. Porro in vita hac nemo eſt tam mundus, vt non ſit ma-
Auguſtin. gis magiſque mundandus. Propter quod apud Iohannem ait Saluator: Eum qui fert
fructum, purgabit eum pater, vt fructum plus afferat. Etiam dato ꝙ quis in ſeculo iſto ſit ad
horã abſq; om̃i peccato, adhuc põt proficere & purgari à neſcientia multa magna. At uero
participatio claritatis diuinæ, eſt infuſio, receptio, incrementũ illuſtrationis internæ, &
doni



A doni ſapientiæ, ac ſcientiæ, & virtutum. Poteſt autem per claritatem diuinam incogni-
tam, intelligi claritas increata, nulli plenarie cognita, ſeu cognitio illius per gratiam ante
non habitam. [Hæc autem ex ipſius diuinitatis remotis cauſis.] id eſt, purgatio iſta ortum
habet ex cauſis remotis, id eſt, nobis incomprehenſibilibus, & à noſtro intellectu elonga-
tis. Vnde ad Romanos dixit Apoſtolus: O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei, quàm Rom.11.
incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Nam & liberrima dei voluntas eſt cauſa ipſius. Etenim
cui vult miſeretur, & quem vult indurat. Qui dixit per Moſen: Miſerebor cui voluero, & cle- Exo.33
mens ero in quem mihi placuerit. [Quia omnes ſacros intellectus ſupereſſentiali occultatio-
ne † perficiens.] id eſt, deus omnipotens perficiens vniuerſas mentes ſanctas irradiatione ſuæ *perficit
ſuperſubſtantiali occultatione † ſuperficiens,] id eſt, deus omnipotens perficiens vniuerſas
mentes ſanctas irradiatione ſuæ ſuperſubſtantialis incomprehenſibilis lucis. [altiſſimis circa
ſe virtutibus manifeſtior † quodammodo eſt.] id eſt, magis & clarius cognitus ſupremis ange *quão
licis mentibus ſibi vicinioribus, & iam frequenter expoſitum eſt. [Et magis ſemetipſam] il-
lis [manifeſtat & diſtribuit.] Nam & omne agens fortius agit & copioſius influit in propin-
quiora, quàm remotiora. Tam infinita demum eſt bonitas ac liberalitas dei, quod quibus do
na gratiæ ſuæ & charitatis largitur, tribuit & ſeipſum ad habendum ac perfruendum. [Dein-
de] lux illa æterna ac increata [ex ſecundis aut nouiſſimis aut noſtris intellectualibus virtuti-
bus, quantum ab ipſa vnaquæque ſecundum deiforme † extitit.] id eſt, ab illuminatione ſpiri- †extitit.
tuum hierarchiæ ſupremæ, deſcendens ad inferiorum illuſtrationem, ex ſecundis aut nouiſſi-
mis, id eſt, ab angelis ſecundæ aut infimæ hierarchiæ, aut noſtris intellectualibus virtutibus,
.i. ab illuminatione rationaliũ animarum ac intellectuum humanorum progrediens ac deſcẽ
dens, quantum vnaquæque eſſentiarum iſtarum extitit, id eſt profluxit & facta eſt ab ipſa luce
æterna, ſecundum deiforme, id eſt, quo ad vires ſuperiores, in quibus ſuperſplendidiſſimæ Tri
nitatis conſiſtit imago, & ſecundum quas vires duntaxat capax eſt huius illuminationis inter
B næ. [Sic manifeſtam ſuam illuminationem conducit] id eſt, illuminationem ſuam genera-
lem, qua ordinate ac gradatim omnibus mentibus infundit, efficit manifeſtam. [ad propriæ
occultationis lauda laudandum ignotum,] id eſt, ad honorandum & commendandum in-
cõprehenſibilẽ maieſtatem excellentię ſuæ, ignotę quo ad quid eſt, & quantum ad eius plenam
notitiam: quia ex illa illuminatione tanquam ex quodam ſuo effectu aliqualiter innoteſcit,
ſeq; ſuper omnia laudandam & excolendam oſtendit, ſicut ait Apoſtolus: Inuiſibilia dei, id eſt Romanæ.
inuiſibiles proprietates creatoris, per ea quæ facta ſunt intellectu, conſpiciuntur: ſempiterna
quoq; virtus eius & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles, qui deum vel neſcierunt, aut cognitũ nõ
debite honorauerunt. [Lucet aũt per ſingula ſecundis per prima] .i. deus in oĩbus fulget & in
noteſcit ſcd̃is & poſterioribus p̃ priores & ſublimiores intellectus, à q̃bus illuminant̃ ſequẽtes
Quod (vt ſæpiſſime dictum eſt) intelligendum eſt non de beatifica viſione, qua omnes beati
vident deum immediate in ſeipſo, nec de cognitione eorum, quam immediate habent in ver-
bo, ſed de cognitione dei in effectibus ſuis, quantum ad illuminationem hierarchicam & illu-
ſtrationem inferiorem à ſuperioribus in diuinorum myſteaijs, ſeu certis aut nõnullis ac deter
minatis ſecretis. Et qui in iſtis non eſſet bene fundatus ac rite peritus, poſſet ex verbis ſancti hu
ius ſumere occaſionem magni erroris, quod ſcilicet deus non videretur, nec cognoſceretur
C immediate & clare in ſe, niſi à ſpiribus primæ hierarchiæ, quod eſſet hæreticum. [Et ſi opor-
tet breuiter dicere] id eſt, quoniam expedit iſtud paucis verbis exprimere. [Primo ex occulto
ad manifeſtum ducitur per primas virtutes.] id eſt, deus per angelos primæ hierarchiæ primi
tus manifeſtatur ac innoteſcit ex occulto, id eſt, de abſcondito excellentiæ ſuæ quo ignotus eſt
nobis. Quod iuxta prætactam expoſitionem eſt accipiendum. [Hoc ergo theologus didi-
cit] vtpote Iſaias, [† ex in lucem ducente eum angelo] id eſt, ſancto angelo illo, transferentem
ipſum ex non luce, id eſt, ex neſcientia quadam ad illuſtrationem ſplendidiorem. [Hoc eſt pur
gationes & omnes diuinas operationes, per primas eſſentias relucentes, in omnes reliquas di-
ſtribui.] id eſt, illuminationes, ac munerum dei largitiones, quantum ad hierarchicas actiones
à deo conferri per primæ hierarchiæ perſonas reliquis mentibus ordinẽ quodam, ſcilicet ter-
tijs per ſecundas, iuxta præhabita. [ſecundum vniuſcuiuſque ad deificas participationes ana-
logiam.] id eſt, iuxta proportionem, menſuram, & gradum cuiuſlibet inferioris intellectus,
ad ſuſcipiendum à ſuperiori participationes deificas, id eſt, infuſiones donorum ac luminum
diuinorũ

diuinorum deificantium, id eſt deo aſſimilantium mentes ea recipientes. [Propter quod &
ignite purgatiuam proprietatem ipſis Seraphim conſequenter poſt deum repoſuit.] id eſt, D
ſcriptura, ſeu angelus loquens Iſaiæ, repoſuit, id eſt, attribuit proprietatem purgatiuam ignite
Iſaiæ 6. id eſt, per ſimilitudinem ignei caloris, ſeu igniti carbonis, quo purgauit labia Iſaiæ, conſequen
Deuter. 4. Heb. 12 ter, id eſt, immediate poſt deum, qui appellatur ignis conſumens, imo innocue ardens, & ſua-
Mar. 2 uiſſime flagrans. Eſtque primus & principalis purgator, & ſolus peccata dimittit, gratiamque
Lucæ. 2. infundit. [Nihil ergo inordinatum ] id eſt, nulla ex hoc inordinatio ſequitur [ſi purgare theo
logum Seraphim dicitur.] id eſt, ſi angelus ſummi ordinis dicatur Iſaiam purgaſſe, & hoc nõ
immediate per ſe, ſed per angelum infimæ hierarchiæ. [Sic enim purgat omnes deus,] tanquã
cauſa prima & principalis, qaamuis non ſemper vt proxima cauſa, tamen in purgatione à cul
pa, præſertim mortali, ipſe eſt cauſa purgans immediata, quamuis cauſæ ſecundæ concurrant
diſpoſitiue, vt patet in adminiſtratione ſacramentorum. Purgat itaque deus omẽs, id eſt, quoſ-
Iohan. 1 dam de omnibus: & item omnes qui purgantur, iuxta quod Iohannes ait: Erat lux vera, quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic autem potiſſime ſermo eſt de
purgatione hierarchica, quam prima hierarchia à deo immediate ſortitur. [Qui totius purga
tionis eſt cauſa.] immediata, vel mediata. Nam & prima cauſa plus influit, quàm quæcunque
cauſa ſecunda. Ideo additur: [Magis autem] purgat ille, qui ſolus eſt eſſentialiter purus, & per
Iſaiæ. 1 Iſaiam hortatur: Mundi eſtote. [† Proximo enim vtemur exemplo,] id eſt, exemplo ſumpto
† proxime ex proximo nobis ac noſtris. [Sicut is qui ſecundum nos eſt ſummus ſacerdos.] id eſt, ponti-
fex in eccleſiaſtica hierarchia [per ſuos miniſtros aut ſacerdotes purgans & illuminans, ipſe di
citur purgare & illuminare.] docendo, corripiendo, ſacramenta adhibendo. [Per ipſum pur-
gatis ordinibus] id eſt, miniſtris ab eo ordinatis atque purgatis. [Per ſe in ipſum reponenti-
bus.] id eſt, ei tanquam principaliori aſſcribentibus [proprias ſacras operationes,] id eſt, actus
officiorum ſuorum. [Sic & propriam purgatiuam ſcientiam & virtutem] id eſt, vim illumi-
natiuam & perfectiuam, [ipſe purgationem theologi perficiens angelus in deum quidem ve- E
luti in cauſalem, deinde in ipſum Seraphim, tanquam primo agentem, ſummum ſacerdotem
reponit.] id eſt, angelus hæc deo aſſcribit tanquam cauſæ ſimpliciter primæ & principali, dein
de Seraphim tanquam poſt deum primo agenti iuxta dei ſtatutum. Eſt autem angelus ſacer-
dos, id eſt, ſacra dans, non quaſi ſacerdotalem characterem habens: nec enim cõſecrandi vim
habet. [Veluti fortaſſis quis dixerit cum angelica reuerentia purgatum edocens,] id eſt,
ac ſi aliquis homo alium docens, diceret ei cum veneratione præcipua ac cœleſti. [Quia in
te ante me eſt perficiendæ purgationis principium quidem excelſum & eſſentia & creator &
cauſalis.] id eſt, ego non ſum cauſa præcipua tuæ purgationis; ſed eſt in te ante & ſupra me
Iſaiæ 12 principium purgationis in te finiendæ excelſum, imo altiſſimum. De quo ſcriptum eſt: Memẽ
tore, quoniam excelſum eſt nomen eius. Qui ſicut ſolus habet eſſe omniformiter perfectum &
plenum, ſic ipſe ſolus eſt pura & completa eſſentia: cui comparata noſtra ſubſtantia, eſt quaſi
nihil, & vanitas, iuxta illud pſalmi: Subſtantia mea tanq̃ nihilum ante te. Dei quippe eſſentia
Pſalm. 38 nullo termino nobilitatis, nullo fine perfectionis, nulla determinatione certi generis aut ſpe-
ciei concluditur, aut arctatur, imo infinitorum perfectionalium attributorum eſt pugnans F
† eſſentias ad eſſe deducens & contentiua. [primaſq; † eſſentias adducens] id eſt, ſpiritus primæ hierarchiæ ad ſe conuer-
tens [& circa ſe collocatione cõtinens] id eſt conſeruans in ſumma ſtatione, in qua ab exordio
ſtatuit eas, [& obſeruans inconuerſibiles.] id eſt, cuſtodiens eas quæ de cætero nequeũt men-
te à bono deflecti, quia inflexibiliter ſunt deo coniunctæ, [& caſu carentes.] quia nec malum
culpæ, nec malum pœnæ poteſt eis accidere. Etenim deitas ipſa quum ſit vniuerſale, vndequa-
que, id eſt, ex omni parte perfectum in ſe eſt omnino, atque omnimode infinitæ amabilitatis,
immenſæ dulcedinis, vehementiſſime attractiuum, incomparabiliterque delectans. Si videat
clare & immediate in ſe, intantum placet cernenti, & ſic ſuperat, poſſidet, afficitq; eius affectum
quod non poteſt non diligi nec diſplicere, quanquam aliqui circa hoc quod aliud opinentur.
Quorum opinio ſuper Sententias eſt improbata. [Et ſeipſum mouens in primas propriarum
prouidarum operationum participationes] id eſt, deus ſeipſum mouet, nõ loco, nec aliqua ſui
mutatione, ſed paterna dilectione ac indeficienti prouiſione in participationes primas, id ẽ,
ad impartiendum ac dandum illis largiflue donorum ſuorum communicationes & illumina
tiones præcipuas, per quas mentes illæ ſciunt exequi & exequuntur. quod ad earum officium
* Hic. ac prouidentiam pertinet. [Hoc enim * hæc me docens] id eſt, qui docuit me iſtam quæſtionis
propoſitæ ſolutionem. [Ait ipſius Seraphim manifeſtare miſſionem] id eſt, miſſio ipſius Sera
phim



phim manifeſtauit, id eſt, deſignauit iſta quæ dixi. Non q Seraphim in propria perſona fuerit Iſai. 5
A miſſus ad Iſaiam, aut labia eius purgauerit, ſed per angelum multo inferiorem ad innuedũ, q
ſupremi per inferiores aliqua agunt, quæ & inferiores ſuperioribus illis aſſcribunt. Sicq; obe-
dientia, humilitas, & concordia ſupernorum ſpirituum nobis commendantur, & ſectandæ
docentur. [Summus autem ſacerdos, & poſt deũ dux.] id eſt, valde ſublimis ille Seraph, ſacra
hæc pandens per angelum inferiorem, & dux negotij huius poſt deũ, qui eſt vniuerſaliter &
incomparabiliter omnium imperator. [Ipſe præſtantiũ eſſentiarũ * ornator] id eſt, decor men- *ornatus
tium angelicarũ valde dignarũ, eo modo quo virtuoſus ſapienſq; prælatus ornamentũ eſt ſui
gregis, quemadmodũ econuerſo boni obedienteſq; ſubditi decor ſunt ſui prælati. Sic em̃ iux-
ta Gregoriũ de primo illo apoſtata per Ezechielem aſſeritur: Omnis lapis precioſus operimẽ-
tum tuũ. Quia nimirũ primus ille ſpiritus, nouem angelorũ agminibus coopertus deſcribitur, Ezec. 28
quoniã ex eorũ comparatione pulchrior fuit. [à quo ego purgare deiformiter eruditus ſum,]
id eſt, Seraph ille me docuit, qualiter ego te debeam erudire, deiformiter. i. taliter ſicut ipẽ me
erudiuit. [Ipſe eſt igitur per me te purgans] Ipſe, vtpote Seraph ille [per quem proprias proui
das actiones ex occulto & in nos produxit, ipſa totius cauſa & opifex purgationis.] Videlicet
deus, id eſt, per ſpiritum illum ſeraphicum deus transfudit ſuam purgationẽ, illuminationẽ,
cuſtodiam in me & in te, quia per Seraph in me, & per me in te omnia faciens ordinate, quod
fecit ex occulto, id eſt, ex abſcondito & profundo ſanctuario ſapientiæ ſuæ. [Hæc ille quidẽ
me docuit, tibi autem ego trado.] id eſt, vlterius tibi cõmunico iſta ò Timothee, quia vt vnus
patrum perhibuit, oportet hominem Chriſtianum diligenter diſcere quæ ignorat, & fideliter
B docere quæ nouit. Propter quod in Eccleſiaſtico ſcriptũ eſt: Sapientia abſcondita & theſaurus
occultus, quæ vtilitas in vtroq;? Sapiens quoq; alius: Sine inuidia (inquit) cõmunico bonis il- Eccle 41 Sapien. 8
lius. Nam vt apud eundẽ legitur: Ipſa ſapientia theſaurus eſt hominibus infinitus, quo qui vſi Sapien. 7
ſunt, participes amicitiæ dei facti ſunt. [Tuæ autẽ conceſſerim intellectuali & diſcretiuæ ſcien
tiæ] id eſt, tuæ ſapientiali & illuminatæ diſcretioni cõmitto. [aut alteram partẽ dictarũ cauſa-
rum abſolui à dubitatione] id eſt, vel vnam harũ rationum miſſionis Seraphim iudicare verã,
& approbare, ne amplius dubitemus de ea. [& eandem honorare] id eſt, tua autoritate firma-
re & commendare. [Aut alteram tanq̃ conſequens & rationabile & æque verum habentem]
id eſt, vel aliam rationũ iſtarum duarũ honorare, tanq̃ habentem aliquid conſequens ex ſcri-
ri,id eſt,applicari,deputari,ſeu appropriari pulchre & apte,interdum virtutibus,id eſt, ange-
lis primis ſeu ſuperioribus,interdum medijs angelis,vt qui de ſecũda ſunt hierarchia:aliquan-
do infimis,ſecundum quod per eandem formam & ſpeciem ſenſibilem,imó & per eandem rẽ
materialem,diuerſa ſignificantur ſecundum diuerſas proprietates & vires & operationes ipſius,
multiplicem quoq; conſiderationem eiuſdem:quemadmodum per leonem,ratione fortitudi-
nis & re



A nis & regię eminentiæ exprimitur Chriſtus:ratione crudelitatis,diabolus. Conſequenter tan- 1.Pet.5.
guntur tria,quæ vnicuiq; angelicæ competunt menti. [Et ſurſum igitur conuerſibiliter exten-
di].i.in deum mente conuerti per actus hierarchicos,in quem inauertibiliter ac feruentiſſime
ſtant intentæ per beatificam viſionem[& erga ſemetipſas firmiter conuolui] .i. conſolidari p
mentis cuſtodiam atq; conſtantiam,ne per negligentiam excidamus iuxta illud ad Hebræos: Hebræ.2.
Oportet nos abundantius obſeruare ea quę audiuimus,ne forte pereffluamus. Hinc ſubditur:
[propriarum exiſtentes cuſtoditiuę virtutum].i.obſeruatiuæ virium ſuarum & actionũ,gra-
tiarum & officiorum,quamuis certe ſint ſe peccare nõ poſſe. Sic & Haggeus propheta hortatur nos: Heggei.1.
Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Et in Prouerbijs docetur:Ne des alienis honorem tuũ: Prouer.5.
& greſſus tuos crudeli,ne impleãt alieni viribus tuis. Hinc de incuſtoditis fert in Oſeæ:Come- Oſeæ.6.
derunt alieni robur eius,& ipſe neſciuit. Qui ergo redit ad cor,& ad ſeipſum valenter colligit Iſaiæ.46.
implens quod ait ſcriptura:Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum,ne cogitationum vanarum tumul- Prou.4.
tu frangatur,aut inordinatarum affectionũ corruptione lędat aut diſſipetur:iſte erga ſeipſum
conuoluitur firmiter, & propriarum cuſtoditiuus eſt virtutum ſalubriter. Vnde & Proclus Proclus
155. Theoremathe conteſtatur:Omnis quidem puritatis cauſa in cuſtoditiuo ordine continet
[& erga venientia ſociabili proceſſione prouidere].i. Hoc quoq; ſupernis ſpiritibus conuenit
prouidentia ſociali prouidere].i.ſocialiter pie & gratioſe prouidere,influere, impartiri dona
cœleſtia venientibus ad ipſos,hoc eſt,his qui ſe conuertunt ad ipſos,& eorum imitantur virtu-
tes. Prouidere inquam[ea prouide in participatione virtutis eſſe].i.ita q participent gratiam
& virtutes prouiſorum ſuorum. Itaq; tria hæc[omnibus non falſo*coadunabit eſſentijs cœle- *coadunabit.
ſtibus].i.non erronee attribuet quis cunctis ſupernis ſpiritibus,q̃uis non æqualiter competãt
illis. Propterea ſequitur[& ſi alijs quidem ſuppoſite & vniuerſaliter,vt ſæpe dictum eſt].i.q̃uis
B quibuſdam illorum conueniant ſuppoſite.i. præeminenter ac generaliter,vtputa mẽtibus pri-
mæ hierarchiæ[Alijs vero particularit & ſubiecte].i.ſuppoſite ſeu mõ inferiori,vt infimę hie-
rarchiæ. Vel etiã mediæ reſpectu ſuperioris,& primæ,put iſtud iã ſupra ſæpe inductum eſt. Ita
& nos p imitationẽ cœleſtiũ aĩorũ debemus in deũ conuerti,& in ipſo conſtabiliri p contem-
plationẽ ſyncerã ac feruentẽ amorẽ:ad noſipſos q̃q; conuolui p ſolicitã mẽtis cuſtodiã, atq; ad
proximos ac ſubditos charitatiue,puidentialiterq; extẽdi,qcquid boni poterimus ipſis cõmu-
nicando,vt in participatione gratiæ & gloriæ ſint nobiſcũ. Deniq; de his aliq̃ in Elementatiõe
ſua theologica ſcribit Proclus iuxta Platonis doctrinã:Oĩe,iq̃s,cuſtoditiuũ in his vnũquodq; Proclus.
in pprio ordine ſuo cõſeruat. Et rurſus:Oĩe paternale in dijs ꝑoperoſum eſt,& in boni ordi- Idem.
ne pſtans ſecundũ oẽs diſpoſitiões diuinas. De puidentia demũ ſuperiorum cauſarum, quas more Idem.
ſuo nominat deos,multa cõſcribit,dicẽdo:Oĩs diuinus intellectus intelligit q̃dẽ vt intellectus,
puidet aũt vt deus.i.inq̃tũ diuinus ¶ His ptermiſſis,aggredit tractatũ,loquẽdo de ſenſibilibus
formis,figuris & ſpeciebus,quę in ſcripturis ãgelis aſcribũt & cur. [Inchoãdũ ẽ aũt rõne].i.rõ-
nabilit incipiendũ eſt hic[& quæaendũ in prima formarum diſcretiõe].i. pcipua iſta diſtinctiõe
ſenſibiliũ ſimilitudinũ,quę in ſcripturis angelis aſcribunt[ob quã cauſam theologia fere vltra
oẽs inuenit honorãs ignitẽ ſacrã deſcriptionẽ].i.cur ſcriptura magis frequẽtat deſcriptionẽ.i.
C formationẽ ſymbolicã,in qua ignis memorat & nominat,in q̃ deſcriptiõe deſcribunt & nobis
notificãtur angeli ſancti[Inuenies aũt eã nõ ſolũ rotas igneas cõformãtẽ].i. ſcripturã reperies
nõ tm̃ recitantẽ rotas igneas ad deſignandũ ſpiritalia ac diuina,iuxta illud Danielis:Rotæ eius Dan.7.
ignis accenſus[ſed & animalia ignita]Vñ quarto Regũ dicit:Ecce currus igneus & equi ignei 4.Reg.2.
&c.[& viros quaſi ignẽ fulgurantes].i.ſimilitudinẽ virorum huiuſmodi Ezechiel enim ait: Vidi Ezech.1.
quaſi ſpeciẽ electri,& ſimilitudo quaſi quatuor animaliũ,& ſcintillæ quaſi æris candẽtis. Hæc e-
rat viſio diſcurrens in medio q̃tuor aĩaliũ. Splendor ignis,& de igne fulgur egrediens[& circa
ipſas cœleſtes cumulos carbonum ignis circũponentẽ.i. virum lineis inditũ,accipientẽ de primis
altaris,iuxta alios, ſex viros,p quas cœleſtes eẽntiæ.i.angeli exprimebant,ſicut ſuperius habi-
tum ẽ,pleniuſq; expoſitũ ex autoritatibus Ezechielis[& flumina immẽſurabili ſonitu igne fla- Dan.7.
grãtia]Vñ Daniel:fluuius ait igneus rapiduſq; egrediebat à facie eius,cuius ſonus impetuoſiſ-
ſimus fuit atq; celerrimus. Vñ alia litera habet,irretentibili. [Sed & thronos ait igneos eẽ] Sic
& Daniel iterum Thronus, inq̃t eius flãma ignis. Porro in ſcripturis aliq̃n ponit plurale pro Ibidem.
ſingulari,& ecõtra[& ipſos excellentiſſimos Seraphim,cœlitus ardentes ex cognominatiõe ſi-
gnificare].i.inuenies ſcripturã ſignificare ſummos illos ſpiritus primi chori,qui Seraphim ap-
pellat,ardentes cœlitus.i. ſpiritalit in dei amore,ex cognominatiõe.i.ex propria illorum appel-
latione. Seraphim q̃ppe ardẽtes interptatur[& ignis pprietatẽ & operationem ipſis†attribuit] †illi attribuit
.i.ſcriptura aſcribit ipſis Seraphim proprietatem & actus ignis,attamen per aliũ modũ. Sunt
P enim

enim ſubtiles,clari ac ſplendidi,actiui,inflammatiui,& ſurſum tendentes vt ignis[ & omnino D
†honorificat. ſurſum atq; deorſum ignitam †honorat ſelectim formarum facturam] .i. ſcriptura celebrius
introducit facturam.i.compoſitionem ignitam formarum.i.ſenſibilium ſimilitudinum,in q;
bus eſt nominatio ignis ſelectim.i.ſegregatim.Et hoc ſurſum & deorſum.i.circa angelos ſu:
Iſaiæ.6. periores & inferiores.Nam & angelus qui labia Iſaiæ purgauit,Seraphim nominatur, q iuxta
præhabita præcedenti capitulo,fuit de infima hierarchia.& Pſalmiſta fatetur: Qui facit ange
Pſal.103. los ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos ignem vrentem.Deinde expoſitionem horũ orditur:[Ergo
Hebræ.1. igneum ſignificare cenſeo]id eſt,igneam formationem ſeu ſimilitudinẽ iudico deſignare[cœ
leſtium animorum deiformiſſimum,id eſt,id quod diuiniſſimum eſt in angelis,& per quod
deo potiſſime aſſimilantur,quod eſt feruentiſſimus ac puriſſimus amor dei,Præſertim cum&
ipſemet deus in ſcripturis vocetur ignis.Nam ſubditur:[Ipſi enim ſancti theologi]id eſt,auto
Deu.4. res ſcripturæ[ſupereſſentialem & informem ſcientiam]id eſt,increatam ſapientiam dei,infor
Hebræ.12. mem,id eſt,nudam & ſimplicem,nec vlla forma ſuperaddita limitatam[in igne ſæpe deſcri:
bunt]id eſt,deſignant per appellationem proprietatemq; ignis,dicendo quod omnia nuda,
certa&clara ſunt oculis dei[tanquam habenti multas(ſi fas eſt dicere)diuinę ꝓprietatis,q̃tum
in viſibilibus imagines]Hoc eſt,in igne tanquam in re habente imagines multas proprietatis
Hebræ.4. diuinæ,id eſt,varias ſimilitudines cum natura & proprietatibus dei,quantum licitum eſt dice:
re,hoc eſt,quantum in rebus viſibilibus ac inanimatis,ſimilitudines tales cum deo poſſunt re:
lucere. ¶ Deinceps proprietates ignis ponuntur.[Ignis enim ſenſibilis eſt quidem]id eſt,pro
certo ignis valde ſenſibilis eſt.[Sic enim dicendum]id eſt,vtiq; ſic tenendum,imó experimen:
taliter patet.Ignis nanq; inter quatuor elemẽta maxime eſt formalis,actiuus,agibilis, & in ſui
†per. naturam alia tranſmutat. Atq; nobilior ac altior loco[in om̃ibus &† ſuper om̃ia clare venit]
id eſt,ſua velocitate,ſubtilitate & actiuitate maxime penetrat,& lucide venit,ac alijs ſuperfer: E
tur[& remouetur omnibus]quoniam euolat,& difficulter includitur,ac erumpit.Sicq; remo:
uetur & recedit ab omnibus,niſi quaſi vi retineatur & imbibatur materijs. & præcellit dignita
te& loco,& minus de materia habet[& lucidus eſt ſimul]tamen ſecundum Auicennam,in p:
Auicenna. pria ſphæra non lucet præ ſubtilitate & partium incompactione,ſed in materia bene compa:
cta& ſolida,quemadmodum etiã de empyreo dicitur cœlo[& quaſi occultus.Incognitus ipſe
†nõ accumbens. per ſeipſum †occumbente materia,in qua propriam manifeſtet actionem]id eſt,præ ſua ſubti
litate & ſimplicitate nequit videri niſi in materia,in qua agit & ſuam efficientiam pandit qua
ſubtracta aut conſumpta,amplius non apparet nec cernitur.Nempe in ſua natura ipſo aere de
cies ſubtilior perhibetur,cum tamen & aer non videatur[immenſurabiliſq;]quia prę magni:
tudine ſua menſurari non valet,cum tamen dicatur decies aere maior.Et iuxta philoſophum,
Philoſo. creſcit in infinitum.Propter quod Salomon dixit:Ignis nunquam dicit,ſufficit[& inuiſibilis]
Prouer.30. ſicut expoſitum eſt.[Per ſeipſum potens ſimul omnium]id eſt,prædominans alijs elementis
†ſiunt. [& quæcunq; in eis † ſunt ad actionem propriam]ſupple trahens[mobilis]velociſſime nõ gra
uatus materia,& mixtis conferens mobilitatem & motum, quorum materiam per minutiſſi:
mas vndiq; partes pertranſit,millies in eiſdem ſubtilior quam ſit terra.Idcirco in ſenibus defi:
cit calor,& virtus ignis eſt.Hinc & mobilitas minor,ac maior grauedo[tradens ſeipſum om̃i:
bus quoquo modo proximantibus]id eſt,vim ſuæ caliditatis influens omnibus appropinquã
Pſal.102. tibus ei.[Renouatiuus]aliorum quorum conſumit rubiginem,animaliumq; quorundam,vt F
aquilæ & phœnicis [naturæ cuſtodia] quia conſeruat naturam, nec videtur ſeneſcere, & ipſo
euaporante moritur animal.Nam & illa quæ hyemali frigore aruerunt,vernali temperato re:
uireſcunt calore.[Illuminatiuus]ſicut videmus,quia in igne abundant calor & lux[circunue:
latis ſplendoribus]quia ad illuminandum foris,emicant & erumpunt: ſed ad naturæ ſuæ ſe:
cretum reducti,circunteguntur.[Imcomprehenſibilis]id eſt,capi non valens,vt terra & aqua.
imó celerrime tranſuolans[clarus diſcretus]id eſt,ab alijs diſtinctus & ſegregatus,quia forma
Ariſtote. lis.Forma eſt enim quæ diſtinguit & ſeparat.[Reſiliens]quia dum deorſum impellitur, reſilit
& leuitate ſua fertur in altum.[Surſum ferens]id eſt,mouens,quoniam pondere carens aſcen:
dit.[Acute means]quoniam penetrat quæ incendit,& ſummitates igniũ valentius agunt,acu
† recepturus cõtumelia. tiuſq; incedunt.[Excelſus]id eſt,altior & præſtantior cæteris elementis. [Non † recepturus
contumeliam minorationis]quoniam alijs præualet & opprimit ea,quamuis à ſuo contrario
in aliena materia corrumpatur.[Semper motus per ſeipſum motus]Nam & in propria ſphæ
ra inceſſanter mouetur,& intra ſe propria formalitate peragitatur. [Mouens alterum] ſicut
iam patuit.[Comprehendens]id eſt,alia inuadens,incendens, & in ſe tranſmutans.[Non cõ
prehenſus



A prehenſus ab illis,quæ fugiunt ipſum vt corruptiuum. [Non indigens alterius] id eſt,aliena
materia pro ſua conſeruatione & nutritione in propria ſphæra.[Latenter creſcens] id eſt,re:
pente diffundens ſe per incombuſtibilia quæ incendit.[A ſeipſo]id eſt,proprię caliditatis vir
tute.[Et ad ſuſceptas materias manifeſtans ſuimet magnitudinem]id eſt,in materijs ſibi appli
catis ſe dilatans,oſtendit quam magnus virtualiter ſuit,actualiterq; efficitur.[Actiuus,potẽs,
ſimul omnibus pręſens inuiſibiliter[quia in mixtis ſuo modo conſiſtit,& virtualiter pluribus
ineſt,ac per alia elementa diffunditur,atq; in generatione mixtorum,virtute vniuerſalis natu:
ræ deſcendere perhibetur.[Neglectus non eſſe putatur]id eſt, ſcitur non faciliter negligi nec
perire,imó diligentiſſime conſideratur,nec alicubi latens erumpat & reaccendatur, vt dum ci:
neribus operitur.[Attritu autem ſicuti quadam vindicta connaturaliter & proprie ſubito re:
lucens]id eſt,ex concuſſione,inſufflatione,percuſſione, repente erumpens quaſi in vltionem
ſuæ percuſſionis,& proprio calore reſuſcitatus ac refulgens.[Et iterum incomprehenſibiliter
impalpabilis]in propria natura,vt tactum eſt.Sed bene in aliena materia eſt palpabilis[non
minutus in omnibus *ditiſſimis in ſuimet traditionibus]id eſt,non minoratus nec debilitatus *ditiſſime.
directe per hoc,quod omnibus ſui capacibus liberaliſſime ſe communicat:imó per hoc ampli
us inualeſcit,dum illa incendit,quamuis per accidens:hoc eſt,per diuiſionem,diſperſiõem aut
ſubtractionem materiæ nutrientis & conſeruantis,aut per appoſitionem contrarij minuatur,
debilitetur& extinguatur.[Et multas fortaſſis quis inueniet ignis proprietates pulchras,vt in
ſenſibilibus imaginibus diuinæ operationis]id eſt,aliquis acute conſiderans actiones & vires
ipſius ignis,forſan inueniet vltra prædictas eius proprietates & operationes,adhuc alias mul:
tas,quæ ſint imagines,id eſt,ſimilitudines operationis diuinæ,ſecundum quod tales ſimilitu:
B dines in rebus & imaginibus corporalibus irrationalibus poterunt inueniri.Etenim præter ꝑ:
habita,mollificat dura,induratq; mollia.Inferiora ducit & mouet ad ſuperiora, quia terrena
reſoluit in aquoſa,& aquoſa in aerea condenſat in luto,frigeſcit per accidens,vt in aceto,depu:
rat vt in auro,ſubtiliat & nociuos humores conſumit.Neceſſarius eſt valde ad conſeruationẽ
vitæ humanæ,cum per ipſum cibi coquantur. ¶ Verum quoniam iſta ſunt introducta ad de:
clarandũ proprietates dei & angelorum,reſtat breuiter tangere,qualiter hoc contingat.Ignis,
inquit,ſenſibilis eſt,& deinde ſentiunt vniuerſa,vt in Chriſti patuit paſſione,quando obſcura:
tus eſt ſol,& ſciſſæ ſunt petræ,ac mota eſt terra.Hinc ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico:Ecce cœlum Matt.27. Lucæ.23.
& cœli cœlorum,abyſſus & vniuerſa terra,& omnia quæ in eis ſunt,in conſpectu dei commo: Eccl.16.
uebuntur.Et cum conſpexerit illa deus,tremore concutientur. Sic & ſcriptum eſt in Marco: Mar.4.
Surgens comminatus eſt vento,& dixit mari:Tace & obmuteſce.& ſtatim facta eſt tranquilli:
tas magna.Ignis per omnia clare venit.Sic in omni opere dei relucet omnipotentia & ſapien:
tia eius,clamantq; omnia:Ipſe fecit nos,& non ipſi nos.Præcellit ignis cætera elemẽta,& deus Pſal.99.
vniuerſa ac ſingula infinite.Remouetur ignis ab omnibus,& deus per ſuam infinitam purita:
tem & excellẽtiam differt & ſeparatur ab vniuerſis.Ignis eſt lucidus,& claritatis dei nullus eſt
C finis:cuius comparatione,omne creatum quantumlibet luminoſum,eſt caligo. Ignis quaſi oc
cultus eſt atq; incognitus,& deus eſt prorſus incomprehenſibilis.Ignis in materia ſibi applica
ta,propriam actionem oſtendit:& deus omnem mentem ei ſe applicantem gratioſe illuſtrat.
Iuxta hunc modum cætera facillime adaptantur.Nam & deus per charitatis ardorẽ in ſe tranſ
mutat fidelium mentes,& renouat omnia. Ipſe eſt cuſtos & conſeruator naturæ.Reſilit à mẽ:
tibus induratis. Acquieſcentes ſuæ inſpirationi,fert ſurſum.Acute meat, quoniam imperio e:
ius nil poteſt reſiſtere:& dum vult, omnem gratiæ obicem tollit, ac cordis frangit duritiam: Eze.11.36.
Auferam,inquit,cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Contumeliam
non recipit,quoniam impaſſibilis omnipotenſq; conſiſtit,qui per Ieremiam teſtatur: Nũquid Iere.4.
me ad iracundiam prouocant:nonne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui? Semper motus, Sapi.7.
omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia,ſicut expoſitum eſt.Latẽter creſcit in ſuis de:
uotis,qui eum magnificant, & in cordibus quæ conuertit, quibus excellentiæ ſuæ pandit im:
menſitatem.In negligentibus,in quibus lux gratiæ ſuæ fuit pene extincta, per gratiam præue:
nientem oritur rurſus vt Lucifer:& ſe quaſi vlciſcens,deijcit ſolo nutu aduerſarios gratiæ. Ex
his patet,qualiter poſſent hæc angelis conuenire.[Hoc ergo ſcientes theoſophi ] qui per for:
mam,dulcem & amoroſam notitiam nouerunt deum[cœleſtes eſſentias ex igne conformãt]
id eſt,per ignis proprietates deſignant[ſignificantes deiforme earum] id eſt,puram ſimplicem
que naturam ac feruidam mentem [& quantum poſſibile imitabile dei]id eſt, id in quo ipſæ
poſſunt deum imitari & ei aſſimilari. ¶ Conſequenter oſtenditur,qualiter per humana ſancti *ipſas.
angeli deſignantur.[Sed & humaniformes *ipſos deſcribunt]id eſt theologi deſignant atque
P ij notifi:

notificant angelos quaſi hominibus ſimiles,ſeu per formas, figuras & ſimilitudines humanæ
formæ & figuræ conformes[Propter intellectuale]id eſt,ob hoc quod homo eſt rationalis & D
intellectualis naturæ[& ſurſum habendo intuitiuas virtutes]id eſt,qui habent viſiuas poten-
tias ſurſum erectas[& figuræ rectum & luculentum] id eſt,ob hoc quod homo habet ſtaturã
erectam & luculentam[& ſecundum naturam principale & regale]id eſt,quoniã prælatus eſt
omni creaturæ terrenæ [& ſecundum ſenſum minimum quidem quantum ad reliquas irra-
tionabilium animalium virtutes] id eſt, quia homo inter cætera animalia minus habet de
exteriorum ſenſuum vigore, quo ad hoc quod in quolibet ſenſu huiuſmodi ab aliquo bruto
exceditur,ſicut in tactu ab aranea,in viſu à lynce & aquila,in adoratu à cane,ſecundum audi-
*ominum. tum à lupo,ſecundum guſtum à vulture. [*Omni vero potens ſecundum intellectus magnitu
dinem virtute]id eſt,quia homo potens eſt omni virtute morali,intellectuali,ciuili,theologi-
ca,infuſa & acquiſita,eſtq; omnium capax aliquo modo pet intellectum [& ſecundum ratio-
nabilem ſcientiam continuitate]id eſt,quantum ad ſpiritualem integritatem ſcientiæ diſcurſi-
uæqua ex vna diſcurrit in aliam,à creaturis ad creaturam,ac iugiter poteſt proficere[& ſecun-
†potẽtiſſi. dum naturam animæ liberum & †potiſſimum ]id eſt,propter liberum arbitrium animæ da-
mum. tum,ac proter potiſſimum illud,quod communicatum eſt ei ſeu homini, quia ad imaginem
Gene,1. & ſimilitudinem dei plaſmatus eſt,iuxta illud Geneſeos: Dixit deus:Faciamus hominem ad
imaginem & ſimilitudinem noſtram,& præſit piſcibus maris & volatilibus cœli & beſtijs ter-
ræ,vniuerſæq; creaturæ &c.Ob has ergo dignitates & proprietates ac alias multas,angeli be-
ne dicti ac ſancti recte per hominem deſignantur,& in humana depinguntur effigie. Homini-
bus quoq; apparere frequenter ſolent in forma humana, cum ipſi ſint perſpicaciſſimi intelle E
ctus,deiformesq; mente,habentes viſum internum ad creatorem ſuperſanctiſſimum inceſſa-
biliter inauertibiliterq; erectum:& ſunt ab exordio recti corde,& lincaliter ſine omni reflexio
ne ad ſe inordinata ad deum conuerſi,ac ſuper omnia corporalia exaltati & præſidẽtes,de ſen
ſitiuis viribus nihil ſortiti,vniuerſis virtutibus atq; ſcientijs eorum ſtatum & excellentiam cõ-
decẽtibus repleti:liberrimi q̃q;, & præ cunctis creatis deo ſimilimi,ſacratiſſima virgine & ani
ma Chriſti ſemper exceptis:rectores,cuſtodes,magiſtri,ac domini noſtri:quorũ reſpectu qua-
Zacha.2. ſi infantes & pueri ſumus,in tantum quod vnus eorum etiam infimæ hierarchiæ, dixit ad ali-
um,loquens de vno grandæuo propheta præclaro:Curre & loquere ad puerum iſtum.

¶Conſequenter compendioſiſſime tangit,qualiter quinq; ſenſus conueniunt eis,mẽbra quo
que humana. [Eſt autem & per ſingula,vt æſtimo corporalis noſtræ naturæ multiplicis par-
titionis inuenire cœleſtes virtutes]Hoc eſt(vt æſtimo),eſt,id eſt, contingit inuenire virtutes
cœleſtes,id eſt,proprietates ſeu vires aut actiones angelicas,eſſe deſignatas per ſingula partiti
onis multiplicis,id eſt,per ſingulas partes & vires ſeu membra noſtræ corporalis naturæ. [Di-
centes conſpectiuas quidem ſignificare virtutes]id eſt,quod virtutes conſpectiuæ,id eſt,vires
viſiuæ quæ ſunt in corporalibus oculis,ſeu oculi ipſi, deſignent [ipſum ad diuina luminaria
clariſſimum reſpectum]id eſt,ſplendidiſſimam vim intellectualem,ſeu contemplatiuam acti-
onem ad intuendum diuina luminaria,id eſt,illuminationes diuinas ſeu rationes ideales men
tis diuinæ,aut ſuperbeatiſſimas increatas tres perſonas[& iterum teneram & liquidam & non F
repercuſſam,ſed acute mobilem & puram & planam impaſſibiliter diuinarum ſuſceptionem
illuminationum]id eſt,expeditam receptionem illuminationum à deo manantium,quæ rece
ptio eſt impaſſibiliter,id eſt,abſq; corporali tranſmutatione,tenera,id eſt,gracilis & liquida,id
eſt,cito fluxibilis,non repercuſſa,ſed irreuerberata & perſpicax,acuteq; mobilis, id eſt,fertibi-
lis in ipſum intelligibile. [Olfactuũ vero diſcretiuas virtutes illud ſuperintellectum ſuaue o-
lentis diſtributionis,quantum poſſibile receptiuum]id eſt,per olfactum diſcrete diſcernentẽ,
in angelis intelligimus receptiuũ,id eſt,vim ſuſceptiuã diſtributionis, id eſt, infuſionis ſuaue
olentis,id eſt,dulciter redolentis contẽplationis diuinæ ac conſolatiõis internæ,quæ redolet il
lud ſuaue,q̃d ẽ ſup intellectũ.i.increatã dulcedinẽ,quæ omnẽ ſuperat mẽtẽ,iuxta illud Apoſto
Philip.4. Pſal.118. li:Pax Chri quæ exſuperat omnẽ intellectũ,cuſtodiat corda veſtra.Et in Pſalmo:Quã dulcia
*& eorũ q ſic nõ ſunt p ſciẽtiã diſcretiuũ & oĩno refugitiuum. faucibus meis eloquia tua.& eloquia tua,& eorum quę ſic non ſunt per ſcientiam diſcretiuum
& omnino refugitiuum [& nõ huiuſmodi per ſcientiã diſcretiuã & omnino refugitiuã]Hoc
ẽ,diſcretiuas vires olfactuũ interiorũ,dicimus ſignificare vim diſcretiuã non taliũ.i.eorũ quæ
non ſunt ſpiritaliter bene olentia,ſalubriterq; ſuauia.vt ſunt errores & faſitates, quæ etiam eſt
talium refugitiua,deteſtando & abitiendo huiuſmodi,quemadmodum olfactus,exterior di-
ſcernit inter bonos odores atq; fœtores,illos acceptans & iſtos refugiens. Et hoc facit olfactus
interior per ſcientiam ſalutarem ,quia bene iudicat & diſcernit inter vtrunque. [Aurium ve-
ro virtutes illud particeps & gnoſticum diuinæ inſpirationis ſuſceptiuum , id ẽ, per auditum



interiorum aurium virtutes,id eſt,vires diſcretiuas intelligimus particeps illud & gnoſticum,
A id eſt,cognitiuum ſuſceptiuum inſpirationis diuinę,id eſt,allocutionis internę,iuxta illud:Au Pſal.84.
diam quid loquatur in me dñs deus.& Iſaias ait:Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autẽ Iſaiæ.50
non contradico.Chriſtus quoq; de his auribus dixit:Qui habet aures audiendi,audiat.Et Mi Lucæ.8.
cheas tertio Regum ad Achab:Si reuerſus fueris in pace,non eſt dominus locutus in me. Hoc 3.Reg.22.
auditu audiunt mentes angelicæ melos dulciſſimum harmoniæ cœleſtis, iuxta illud Pſalmi:
Benedicite domino angeli eius,potentes virtute,facientes verbum illius,ad audiendum vocẽ Pſal.102.
ſermonum eius. [Guſtatiuas autem inuiſibilium eſcarum plenitudinem & diuinarum & alen
tium*ſublimitatum †ſuſceptiuum]id eſt,vires diſcretiuas guſtus interioris, dicimus ſignifica- †.p.motuũ.
re in angelis plenitudinem eſcarum inuiſibilium:Hoc eſt,pleniſſimam refectionem ſpiritaliũ
alimentorum paradiſi cœleſtis,prout Tobiæ ſanctus Raphael ait:Ego cibo & potu inuiſibili Tobiæ.12.
vtor.& ſuſceptiuum,id eſt,vim ſuſceptiuam ſublimitatum diuinarum,id eſt,ſublimiũ ſuauita
tũ dei,optimę alentiũ mentes beatas, quarũ multa ſunt ſaluberrima fercula & gaudia copio-
ſa.Vnus autẽ omniũ cibus & potus obiectalis,eſt trinitas ſuperuenerandiſſima, deitas adorãda,
in qua eſt omnium bonorũ,omniũq; pulchrorũ ac deſiderabilium plenitudo prorſus immẽſa.
Vnde cecinit felix Pſalmiſta:Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ,& torrẽte voluptatis tuæ Boethius Pſal.35.
potabis eos.Qm̃ apud te eſt fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lumen. [Tactiuas vero cõ-
uenientis aut nocentis per ſcientiam †diagnoſticũ]id eſt,tactũ ſeu vires tactiuas,dicimus deſi-
gnare diagnoſticũ,id eſt,duplex cognoſcitiuũ & ſpiritaliter perceptiuũ boni conuenientis & *diſcretiuũ
mali nociui:quod tamen in beatis locũ non habet.Sic ſancti prophetæ,Iſaias,Ezechiel,Dani- Iſaiæ.6. Ezech.1.
el,Iohannes quoq; in Apocalypſi ſe tactos diuinitus proteſtãtur.Deniq; hij quoq; quinq; ſen- Dan.1.7. Apoc.1.
ſus interiores in noſtris ſunt animabus:& tã in illis q̃ in nobis,ſunt realiter vna eadẽq; potentia Ezech.1.
quæ potentia ſecundũ varios actus,diuerſas nominationes ſortita eſt.Quod enim in inferiori
bus fit per plura,in ſuperioribus fieri ſolet per pauciora. Itaq; intellectus inquantum vera intu
etur,dicitur viſus:in quantũ verba ſalutis percipit,nominatur auditus: Inquantũ ſuauitatẽ in-
B ternam experitur,guſtus:inquantum ſupernorũ odore attrahitur, olfactus: inquantũ bonum
optatũ attingit,dicitur tactus. [Palpebras deinde & ſupercilia diuinarũ viſionum & intelligẽ-
tiæ cuſtoditiuũ]id eſt,vim conſeruatiuam & cuſtoditiuã reuolutionũ cœleſtium & intelligen
tiæ earundem,vocamus in angelis palpebras & ſupercilia,ſicut in exterioribus palpebras & ſu
percilia dicimus,quæ corporeos oculos vimq; viſiuã cuſtodiunt ac tuẽtur.Nec in angelis pal-
pebræ & ſupercilia ab intellectiua oportet diſtingui potẽtia,quia in illa non cadit obliuio. [Iu-
uenilem vero & adultam ætatem illud innouantis ſemper vitalis virtutis] Hoc eſt, ætatẽ ado-
leſcentialem atq; virilem,vocamus in angelis illam vitalem virtutẽ, quæ in eis nec ſenio alte-
ratur,neq; debilitatur,cum ſit ſupra tempus & corporalem complexionem. Apparuerunt au-
tem interdum in ſpecie iuuenili,aliquando in virili. Vnde Marcus ait:Viderunt iuuenem ſedẽ Mar.16.
tem,coopertum ſtola candida. Et in Actis dicitur:Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos. [Dentes Actu.1.
autem diuiſiuũ inditæ nutrientis perfectionis]id eſt,ſicut in animalibus dentes vocantur, qui-
bus eſca diuiditur:ſic in angelis dentes nuncupantur,vires ſapientialiter communicatiuę & di-
ſtributiuæ,quibus dona ſpiritaliter nutritiua inferioribus impartiuntur. Itaq; dentes in eis ſi-
C gnificant diuiſiuum,id eſt,vim diſcrete communicatiuam inferioribus,perfectionis inditę nu
trientis,id eſt,illuminationis eis impreſſæ,qua ſecundario nutriuntur. Principaliter quippe
nutriuntur beatifica fruitione,quam vnus eorum alteri non tradit nec auget,quamuis de ea v- †eſſentiæ.
nus alteri congratuletur. [Vna quæque enim †eſſentia intellectualis]id eſt, quælibet creatura
angelica[donatam ſibi à diuiniore vniformem intelligentiam].i.illuminationẽ ſibi ab altiore
collatã,p̃uida v̄tute diuidit & multiplicat ad inferioris ductricẽ analogiã.i.p̃uidẽtialit̃, diſcre
te & charitatiue coaptat & influit iuxta menſuram & diſpoſitionem inferioris, ad cuius pro-
uiſionem ducit talis analogia,id eſt,proportionalis cohabitudo. [Humeros autem & brachia
& iterum manus factiuum & operatiuum & actiuum]id eſt,per humeros & manus & brachia,
prout angelis aſcribuntur,intelligimus vires earũ operatiuas & ſupportatiuas ac defenſiuas,
quibus operantur circa nos,condeſcenduntq; nobis,& ſupportant ac portant nos, quẽadmo- Dan.14.
dum angelus portauit Habacuk capillo capitis ſui,& poſuit eum ſuper lacum leonum in im- Pſal.90.
petu ſpiritus ſui,prout apud Danielem legitur. Et in Pſalmo:In manibus portabunt te.Scapu
lis ſuis obumbrabit tibi. [Cor vero ſymbolum eſſe deiformis vitæ, quæ propriã vitalem vir- *ſeminãt.i
tutem deiformiter in ea quæ præintellecta ſunt, *ſeminantem]cor in nobis quandoq; accipi- Ariſtot.
tur pro membro corporeo,quod iuxta philoſophum eſt primum viuens in animali,& vltimũ

moriens in eodem,quod & vitam diffundit per corpus. Cor ſic ſumptum, attribuitur angelo D
ſymbolice & metaphorice,id eſt,per ſimilitudinem quandam,& deſignat in angelis vitam eo-
rum ſeu vim intellectualem,& actum deiformem ſeminantem, & diffundentem vitam in ea
quæ præconceperunt eſſe agenda à ſe. Nam & iuxta philoſophum, Motus cœli eſt quaſi vita
Idem. quædam inferiorum,quanto magis motor cœli. Angeli quoq; miniſterialiter viuificant ani-
mas noſtras,illuminando & inſpirando ſalubria. Cor vero pro intellectu acceptum, proprie
Iob.41. competit angelis. Cor demum aſſcribitur angelo apud Iob: Cor eius vt lapis induratur. [Pe-
ctora iterum ſignificare durum & cuſtoditiuum,vt à ſuppoſito corde viuificę diſtributionis]
id eſt,pectus dicimus in angelo deſignare durum,id eſt,robuſtum & firmum & cuſtoditiuum
diſtributionis viuificæ,quæ fortiter cuſtoditur in pectore angeli,id eſt,influentiæ angelicæ vi-
uificatiuæ,tanquam profluentis à corde ſuppoſito, id eſt, emanantis ab angelo, ſicut in nobis
vita fluit à corde corporeo,quod eſt ſuppoſitum pectori coſtis oſſibusq; compacto, quatenus
cordis teneritudo pectore muniatur. [Dorſa vero continuum ſimul cunctarum fertilium vir-
tutum]id eſt,per dorſum deſignamus in angelo continuationem ſeu cohærentiam virtutum
ac virium eius. Quemadmodum enim in medio dorſi conueniunt coſtæ,& ſpina ſpinæ cõiun-
Ezech.1. gitur,vt dorſum ad ferenda onera validum fiat,ita in angelo eſt compaginatio & cohærentia
virium ad efficaciter operandum. Vnde Ezechiel: Dorſa,inquit,eorum plena oculis. [Pedes
autem eorum mobile & velox & curſile in diuina ſemper eũtis motiõis]id eſt,per pedes in an-
gelis deſignatur vis motiua,operatiua & proceſſiua in executionem omnis actus deo placen-
tis. Vñ Ezechiel: Animalia,ait,ibant ad ſimilitudinẽ fulguris. Itaq; pedes eorũ ſignificant mo-
Ezech.1. bile & velox ac curſile robur motionis, id eſt,operationis in diuina euntis,id eſt, tendentis ad
deo placentia. [Propter quod & pennatos theologia ſanctorum intellectuũ figurauit pedes] E
id eſt, ſcriptura in Ezechiele propheta figuratiue deſcripſit pedes angelorum eſſe pennatos.
ibidem. † cœleſtis. [Pennatum nanq; ſignificat anagogicam velocitatem & * cœleſtem ſurſum verſus itineris a-
ctiuum]id eſt,eſſe pennatum,ſignificat in angelis velocitatem anagogicam,id eſt, ſurſum du-
ctiuam & cœleſtem,quoniam velociſſime atq; promptiſſime exequuntur quicquid iuſſerit de-
Diſt.2.q.2. & 3. us. Significat etiam actiuum itineris verſus ſurſum,id eſt, vim motiuam, qua mouent ſeipſos
& alios ſurſum,per eandem item virtutem deſcendunt dum ratio exigit. Qualiter autem con-
ueniat eis moueri,& an moueantur in inſtanti,ſuper ſecundum Sententiarum tractatũ eſt [&
ab omni humili per ſurſum ferens remotum]id eſt,elongatum ab omni humili,id eſt,vili ſeu
vitioſo negocio. [Ipſa vero pennarum leuitas nihil terrenum,ſed totum munde & ſine graui-
tate in excelſum aſcendens]id eſt,leuitas pennarum in angelis,ſignat non eſſe aliquid terrenæ
affectionis aut molis: ſed totum quod in ipſis eſt,videlicet eſſe & poſſe ac agere,eſſe aſcendens
in excelſum.id eſt,ad deũ altiſſimũ,& ſine grauitate,id ẽ,retrahente grauamine,& ſine inclina-
tione ad culpam. Totũ eñ quod ſunt,quod habent & poſſunt ac agunt, creatori deuotiſſime
offerunt,nil ſui ſibimetipſis relinquentes. [Nudum quoque & diſcalceatum demiſſum & ab-
ſolutum & immenſurabile,& purum eorum quæ extra ſunt appoſitione]Hoc eſt, eſſe nudum
& diſcalceatum in angelis, ſignat eos eſſe relaxatos ac liberos & inconfiguratos extrinſecis cir-
cunſcribentibus,ac alienos ab adiectione extrinſeca [& ad ſimplicitatem diuinam, quantum
poſſibile,aſſimilatiuũ]id eſt,hoc quoque ſignificat,quod pro viribus ſuis conformantur ſim-
plicitati diuinæ,cui nihil admixtum eſt,neq; compoſitum. Si autem quæratur,vbi in ſcripturis F
Gene.18. legantur angeli ſancti apparuiſſe diſcalceati aut nudi,dici poteſt,quod per hoc quod Abrahã
Gene.19. & Lot leguntur pedes eorum lauiſſe,inſinuatur quod nudipedes videbantur. Porro nudi in
Iob.24. Iſaiæ.58. ſcripturis nominantur,male ſeu parum veſtiti,ſicut in libro Iob: Nudis veſtimenta deſuper ab-
ſtulerunt. Atq; in Iſaia: Cum videris nudum,operi eum. [Sed quoniam iterum ſimpla & mul-
Matt.6. tum varia ſophia] id eſt,ex quo ſophia,id eſt,ſapientia ſcripturarum,quæ ſophia ſimpla eſt,id
eſt,ſyncera & recta per intentionem,carens omni plica duplicitatis,iuxta illud Matthæi: Si o-
culus tuus fuerit ſimplex. [Et nudos veſtit & vaſa quædam dat eis circunferre] id eſt, ange-
los quos iam dixit nudos,aliquando perhibet eſſe veſtitos,& vaſa quædam portantes,vt in E-
zechiele & Daniele [† Fer] Aduerbialiter, id eſt,Age[& animorum cœleſtium ſacros * veſti-
*& da. †amictus. tus & organa,ſecundum quod nobis poſſibile aperiamus]id eſt,exponamus quod ſacræ an-
gelorum veſtes & vaſa ſignificent. [Claram quidem veſtem,igneamq; ſignificare æſtimo,
Lucæ.24. Eze.1. id eſt,per veſtitum angelorum ſplendidum,& quaſi ignitum,iuxta illud Lucæ: Ecce duo viri
ſteterunt iuxta illas in veſte fulgenti. De igneo autem apparatu in Ezechiele ac Daniele habetr.
†deiforme Hunc ergo æſtimo deſignare[† deiformes].i.ꝓprietates angelorũ,q̃bus deo aſſimilãt, q̃ potiſſi-
me ſunt feruor diuini amoris & ſplẽdor ſapiẽtię[iuxta ignis imaginẽ]in q̃ ſunt duę iſtę nobiles
qualitates



qualitates,lux & calor[& luculentum]quia & eſſe illoꝝ eſt quoddã lumen[propter eas in cœ-
A lo q̃etes].i.ꝓpter beatas eoꝝ reqetiões in cœlo ꝓſertim empyreo,vt ſit inibi proportio loci ad
locatum: quia tam ſplendidis incolis locus & regio debetur clara,quieta, ſuprema,in qua me-
taphorice impreſſiones nõ fiunt[vbi lumen & omnino inuiſibile dicendũ]Ibi eñ lux æterna,
increata,immenſa,prorſus incomprenenſibilis appellanda, ſpecialiter eſſe & habitare aſſerit,
quoniam ibi euidentius ſe demonſtat,& excellẽtius operatur. [aut intellectualiter illuminãs,
aut intellectualiter illuminatũ]Nam ibi eſt deus,qui eſſentialiter lumen eſt purum, à nullo il-
luminatam: natura quoq; angelica,quæ eſt lumen participatum,illuminatum,ſapientia deco-
Baruch 3. ratum,in quo tamen eſt potentialitas quædam,ac dependentia iugis. Hinc Baruch dicit: Di-
ſce vbi ſit ſapientia,vbi ſit virtus,vbi intellectus,vt ſcias vbi ſit longiturnitas vitæ,vbi ſit lumẽ
oculorum & pax. [Sacerdotalem vero ad diuina & myſtica ſpeculamina ductiuum, & toti-
us vitæ votum.]id eſt,per veſtem ſacerdotalem arbitror ſignificari in angelo ductiuum,id eſt
virtutem & autoritatem ſurſum eleuatiuam ad contemplationes diuinas, & ad deuotionem
totius vitæ eius,per quam deuotionem ad ea quæ dei ſunt, inceſſanter ac indefeſſe eſt prom-
ptiſſimus. Sacerdotum eſt enim deo per contemplationem & vota pia aſſidue inhiare,alioſq;
Apo.1. ad hocipſum inducere. De huiuſcemodi veſte in Apocalypſi beatiſſimus Iohannes ait: Vidi ſi-
milem filio hominis,veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. De cuius my-
ſtica ſignificatione mox ſubditur: [Zonas quoque fœcundarum ipſarum cuſtoditiuum virtu-
tum.]id eſt, per zonas angelorum ſignificari reor vim cuſtoditiuam & iugiter conſeruatiuã
virtutum fœcundarum,id eſt donorum ac luminum, quæ in angelis indeſinenter ſunt in acti-
bus ſuis,nec ocio vacant,imo & alios excitant & accendunt. [& congregãtem eas habitum in
ſeipſum vnite conuerti.] id eſt, zona etiam deſignat in angelis habitum ſapientialem,ipſis in-
fuſum ſeu concreatum,per quem intellectualiter redeunt ad ſeipſas, & recolligunt ſe in deo.
Sicq; conuertuntur in ipſum per ſimplificationẽ & adunationẽ totius multiplicitatis ac mul-
titudinis ſuæ in ſimpliciſſimo ſuo fontali atq; cauſali principio. [& circulariter cum facilitate
B caſu carente à naturæ ſimilitudine circa ſeipſum circumferri.] id eſt, angelicam mentem per
ſuiipſius inuiolabilem cuſtodiam, inceſſanter circa ſeipſam intendere,vt ſe totã referat & trãſ-
fundat in creatorem ſine labore, imo facilime atq; celerrime ſine ruina,quæ in feſtinantijs & ce-
Prouer. 19. leritatibus motuum ſolet contingere,iuxta illud Salomonis: Qui feſtinus eſt pedibus,offen-
dit. Et hoc agit in ſimilitudine naturæ,id eſt,inſtar naturæ, quæ vniformiter operatur, nec ſo-
let errare. Nam & opus naturæ eſt opus intelligentiæ,quæ non errat. Vel,à ſimilitudine natu-
ræ,quoniam angelis & ſubſtantijs ſeparatis naturale eſt,eſſe iugiter conuerſiuum ad ſe,actusq;
proprios conſiderare,ſicut in libro de Cauſis aſſeritur: Omnis ſciens,qui ſcit eſſentiam ſuam,
Proclus. eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa. Et Proclus teſtatur: Omne antipoſtaton ad
Idem. ſeipſum conuerſiuum eſt. Et rurſus: Omne quod ſecundum operationem ad ſeipſum eſt con-
uerſiuum,& ſecundum ſubſtantiam ad ſeipſum eſt conuerſiuum. Et omne tale perpetuum eſt
* pricipale & immortale. [Virgas etiam regale ac † ducale,rectaq; omnia diffiniens.] id eſt,per virgas di-
cimus in angelis deſignari regale faſtigium ac ducalem dominationem,ſeu iudiciariam pote-
Ezech. 19. Iudicum 6. ſtatem, rite omnia iudicantem,iuxta illud Ezechielis: Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptrũ
C dominantium. Et in libro Iudicum narratur: Extendit angelus ſummitatem virgæ,quam te-
nebat in manu,& tetigit carnes & azymos panes. [Tela vero & ſecures diſſimilitudinum ſepa-
ratiuum,& diſcernentium virtutum acumen & efficax & actuoſum.] id eſt, per tela & ſecures
ſeu gladios,intelligimus in angelis ſcientiam & virtutem ſeparandi diſſimilia & inconuenien-
tia ab eiſdem,& acumen virtutum diſcernentium inter vera & falſa, inter precioſa & vilia,
2.Mach.3. actuoſum & efficax ſeparatiuum omnis aduerſariæ poteſtatis. De qualibus armis & telis ſe-
2.Mach.5. 2.Mach.10. cundo Machabæorum multa conſcripta ſunt. [Geometrica autem & tectonica vaſa] id eſt
2.Mach.12. inſtrumenta menſurandi ac conſtruendi in angelis, nominamus; [fundamentum & ædi-
2.Mach.15. ficium & perfectiuum.] id eſt, habitus virtuoſos ac ſcientiales, per quos fundamenta ſtru-
cturarũ ſpiritualiũ in alijs ordinãt ac ea ꝑficiunt. [& quæcũq; alia reducẽtis & cõuertentis ſunt
ſcdoꝝ ꝓuidentiæ].i.cętera quæuis principia gubernatiua,ꝓuiſiua,reductiua & cõuerſiua infe-
Ezech. 40. & 41. rioꝝ. De talibus inſtrumẽtis in Ezech. Zacharia, Apocal. multa legunt: Funiculus menſorũ
Zach. 2. Apoca. 21. (inqunt)in manu eius. [Eſt aũt qñ & in nos diuinoꝝ iudicioꝝ ſunt ſymbola, & illa q̃ acta fũt
ab angelis ſctis organa].i. interdũ cõtingit ꝙ organa & inſtrumẽta ſeu bellica vaſa ab angelis
glorioſis formata,exhibita & oſtenſa,fuerũt ſymbola.i. ſigna rep̃ſentatiua iudicioꝝ diuinoꝝ
in nos.i.caſtigationũ dei & vltionũ eius pro nr̃is pctĩs[Alijs q̃dẽ declarãtibus corrigentẽ diſci-
plinã aut punientẽ iuſtitiã].i.q̃buſdã ſignis rep̃ſentãtibus diſciplinã,correctionẽ, vꝫ gãq; pr̃næ

*Hāc ſentē tiā alia exē plaria non habent

correctionis,iuxta illud:Ego ques amo,arguo & caſtigo. [† Alijs autē præfigurantibus iuſtā D
& exterminantem dei vindictam.]qualia erant ſigna oſtenſa Ieremiæ,de perpetua Babylonis »
euerſione,de qua Pſalmiſta vaticinans:Filia(inquit)Babylonis miſera. [Alijs vero anguſtiæ »
Iſai 14.21 Iere.50.51 libertatem,aut diſciplinæ finem, aut prioris beneficentiæ reſumptionem, aut appoſitionem »
Pſalm.103. aliorum donoꝝ paruorum aut magnorum, ſenſibilium aut inuiſibilium.] id eſt, quibuſdam
ſignis inſinuantibus libertatem anguſtiarum, id eſt, liberationem & exonerationem ab affli- »
ctionibus præinductis, ſeu præſeruatione ab imminentibus ſeu futuris, ſicut per Zachariam
Zach. 8. locutus eſt deus:Sicut cogitaui vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocaſſent me pa-
tres veſtri:ſic conuerſus in diebus iſtis, cogitaui vt benefaciam domui Iuda. Aut finem diſci-
Iere.25.29 plinæ,quemadmodum per Ieremiam dominus prædixit, quod completis ſeptuaginta annis,
reduceret filios Iſrael de captiuitate Babylonica in Iudæam. Aut prioris beneficentiæ reſum-
Oſee.11.2 Amos 6.7 ptionem,id eſt,iterationem beneficiorum priorum,quemadmodum per Oſee & Amos alioſ-
que prophetas communiter deus prædixit, quod filijs Iſrael caſtigatis & emendatis daret be-
Iob.24. neficia maiora prioribus,vt patuit in ſancto Iob,cui omnia reddidit duplicia. Ideo ſubditur
hic:Aut appoſitionem aliorum donorum,temporalium aut ſpiritualium, vel vtrorumq;, ſi-
Tob.12. Gen.41. cut Tobiæ & Ioſeph,intantum quod fideliſſimus ille Ioſeph deprompſerit:Obliuiſci me fecit
deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Itemque: Creſcere me fecit deus in
terra paupertatis meæ. In omni ergo aduerſitate patientiſſimi ſimus,& in aduerſis gloriemur
in domino,confidentes prouidentię dei,&certi de optima diſpoſitiōe ipſius. Propter quod in
libro Iob docetur:Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationē ergo domini ne re-
Iob.5. Nahum. 1. probes,quoniā ipſe vulnerat & medetur,percutit,& manus eius ſanabunt. Ipſe equidem pœ-
nas miſericorditer moderatur,nec vindicat bis in pœnitentibus &contritis. Vnde in libro Iob E
Elihu loquitur:Increpat deus per dolorem in lectulo,& omnia oſſa hominis marceſcere facit
Si fuerit angelus loquens pro eo,vt annunciet hominis æquitatē,miſerebitur ei deus & dicet
Libera eum ne tranſeat in corruptionem,inueni in eo in quo propitier ei. Deniq; de præta-
2.Mach.5. ctis ſymbolis diuinoꝝ iudiciorum ſcriptum eſt ſecundo libro Machabæoꝝ:Contigit per vni
uerſorum Hieroſolymoꝝ ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes,
auratas ſtolas habentes & haſtas, quaſi cohortes armatos, & curſus equorum per ordinem di
geſtos, congreſſionesq; fieri. De his poſſent in ſcripturis plurima allegari. [Et omnino for- »
† pulchre ſitan non dubitauerit perſpicax animus.]id eſt,mens ingenioſa non ambigat[† proprie inuiſi »
bilibus adunare viſibilia]id eſt,vnum coꝝ apte deſignare per alia, applicareq; ſenſibilia ad in- »
ſenſibilia deſignanda. [Ipſos etiam ventos nominari eorum velocitatem ſignificat, & in oēs »
fere abſq; mora peruenientem effectum.]id eſt,quod angeli dicuntur venti, deſignat eorum
miram celeritatem,& quod imperceptibili velocitate adimplent quod volunt, dum volunt,
Danie.14. quemadmodum fertur in Daniele, quod angelus in monumento reſtituit Habacuck in Iudæ-
am. [& deſurſum in ea quæ ſunt deorſum ad ſurſum tranſuectiuum motum] id eſt,celerrimū
Gene.28. & efficaciſſimum motum angelorum de cœlo ad terram, quo motu mouet & erigit terrige-
Iohan. 1 nas ad ſuperna,ad quod præfigurandū,vidit Iacob angelos aſcendentes & deſcēdentes in ſca-
la. Et Chriſtus in euangelio: Videbitis(inquit)angelos aſcendentes & deſcendentes ſuper fi-
lium hominis. Vnde ſubiungitur:[erigentem quidem ſecunda ad ſuperiorem celſitudinem] »
quia per motum illum illuminātur & excitantur hominum corda, ad contemplandum & F
diligendum cœleſtia & diuina. [mouentemq; prima ad communicatiuam &prouidam mi-
norum proceſſionem]id eſt,inclinantem angelicos ſpiritus ad proceſſionem, id eſt, influxio-
nem communicatiuam,id eſt,liberalem & prouidentialem minorū,id eſt,in inferiores, quos
habent purgare, illuminare,cuſtodire,ac donis cœleſtibus adimplere. Præterea vbi in noſtra
Pſalm.103 tranſlatione angeli venti vocentur,ad literam non occurrit,niſi forſitan ibi dicitur deo: Qui
Iſaiæ.57 ambulas ſuper pennas ventorum. Vel,quia ventus dicitur ſpiritus. Animæ autem rationales
in ſcripturis, flatus ſæpius appellantur, vt quum per Iſaiam dominus loquitur: Flatus ego
feci. Propter ſubtilitatem quoq; naturæ ſuæ,& inuiſibilitatem, angeli poſſunt venti vocari.
Hinc ſequitur:[Dicet autem fortaſſis quis,aeri ſpiritus ventoſam cognominationem,deifor- »
me cœleſtium ſignificare.] id eſt, aliquis forſitan dicet, quod cognominatio ventoſa ſpiritus »
aerei,id eſt,quod ſpiritus aereus,ſeu aer ipſe,vel ventus in aere flans,nomine ſpiritus deſigna-
tus,deiforme cœleſtium ſignificat,id eſt,diuinā proprietatem dei ac angelorum per ſimilitudi
nem quandā notat. [habet enim & hoc]id eſt,res iſta, vtputa ventus vel aer ſecundū quoſdā, »
[diuinæ operationis imaginē & formā].i.ſimilitudinē deſuper formatā ac datā. [vt in ſymbo »
lica theologia].i. in libro qui tractat qualiter diuina & ſenſibilia deſignantur per librū, vt di- »
ctum eſt



A ctum eſt,non habemus[per tetraſticam dijudicationem.] id eſt,quaternariā conſiderationem
quatuor elementorum per plura demonſtrat. Nempe illo in libro expreſſit & ſcripſit Theolo
logus iſte,qualiter in quatuor elementis latent & conſiderantur proprietates & ſimilitudines
diuinalium rerum,quæ proprietates ſunt in elementis. [ſecundum naturæ motiuā & gignen-
« tem & velocem & potentē capacitatem] id eſt,per hoc quod in elementis eſt capacitas eis con
naturalis, qua fœcundata ſunt à ſuperioribus cauſis cœleſtibus:originaliter autē à deo,ad cō-
currendum cauſaliter in generatione mixtorum per vim motiuam & gignentem, hoc eſt, per
motum productiuum velocē & efficacem. Motus enim eſt multum cooperatiuus & calefacti
uus,ſpecialiter venti nonnulli, in tantum q̃ beſtiæ quædam per ventum dicuntur concipere, Boethius
vt in libro de Conſolatione Boethius,in libro item de Vniuerſo Guilielmus teſtatur Parriſien Guil.Par.
« ſis. [& ignotū nobis & inuiſibile latibulum mouentium principioꝝ &conſummationum]. i.
ventus per hoc etiam ſignat diuina,quod ignoramus eius latibulum & exordium, vnde inci-
pit flare,& vbi deſinat flatio eius. Latibulum vero mouentium principioꝝ,id eſt, cauſarū pro
ducentium ventum,& conſummatio eius nos latet. Ad quod allegat ſcripturam ex Iohanne:
« Spiritus vbi vult ſpirat:[Neſcis enim,inquit,]id eſt,Chriſtus ait:Neſcis[vnde venit,& quo va Iohan.3
dit]id eſt,determinatum exordium venti ignoras punctualiter,& quo vadit, id eſt, quouſque
extenditur. Iuxta hunc modum dominus ait ad Iob:Indica mihi in qua via habitet lux,&tene Iob.38
brarum quis locus ſit, vt ducas vnūquodq; ad terminos ſuos. Præterea per has venti ſeu aeris
proprietates,ſignificantur cauſæ rerum vniuerſales &ſuperiores,quæ potiſſime ſunt motiuæ,
influxiuæ,efficaces & celeres ad inferiorum productiones. Nam & prima cauſa plus influit,q̃
quæcunq; ſecunda. Acceſſus quoq; & receſſus dei per ſuorum infuſionem & ſubtractionem
B charismatum communiter latent nos,in tantum quod neſcimus,an ſimus in charitate. Pro-
pter quod Iob proteſtatur: Si venerit ad me, non videbo eum:& ſi abierit,non intelligam. Iob9
Hinc Sapiens dixit:Quis hominū poteſt intelligere viam ſuam? Apoſtolus quoq;: Nihil mi- Prouer.20 1.Cor.4
hi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Ideo denno ſanctus Iob faſſus eſt: Etiam ſi in- Iob.9.
nocens fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Et Ieremias: Non eſt,ait,in homine via eius, Ierem.10
nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. [Sed & nobis ipſis ſpeciem theologia circūfor-
« mat.] id eſt, ſcriptura attribuit & coaptat angelis nomen & proprietates nubium, de quibus
« accipi poteſt quod per Prophetam deus minatus eſt: Mandabo nubibus meis ne pluant Iſaiæ 5.
« ſuper eam imbrem. [ſignificans per hoc ſacros intellectus occulti quidem luminis ſupermun-
dane ſuprepletos prima apparitione]id eſt, ipſos angelos immaterialiter & ſupernaturaliter
eſſe eminenter repletos luce nobis ſecreta. Eſt enim in eis lumen gloriæ, lux beatificę fruitio-
nis,lux multiplicis ſcientiæ & cognitionis,lumen hierarchicæ illuſtrationis, & hoc prima ap-
paritione,id eſt,clara ſpiritali manifeſtatione,quod commune eſt cunctis angelis ſanctis,com
paratione eccleſiaſticæ hierarchiæ, quæ ſecunda apparitione accipit illud per angelos ſub
velaminibus ſenſibilium ſpecierum. Ideo ſequitur: [Primam manifeſtationem pompoſe acci
C pientes]id eſt,reuelationem diuinam eminenter ſortientes, non tamen ęqualiter nec æque im
« mediate,cum angeli inferiores à ſuperioribus illuſtrentur,vt ſubditur[Et ipſam copioſe in ea
« quæ ſunt ſecundo]id eſt,in angelos inferiores[lucide &proportionaliter diſtribuentes] id eſt
diffundentes iuxta inferiorum capacitatem,ſine obſcuritate & tegmine ſenſibilium ſimilitudi
num. Itaq; pompa hic ſumitur metaphorice pro excellentia, quemadmodum per Iſaiam de- Iſaiæ 60
us promiſit eccleſiæ: Ponam te in ſuperbiam ſeculoꝝ. Porro in angelis quo altior dignitas,
eo profundior humilitas,& q̊ copioſior illūinatio,eo tā increatę maieſtatis, q̃ propriæ nihilei-
tatis,indigentiæ ac dependentiæ lympidior atq; ſalubrior intuitio. [&quia genitale eis &viui
« ficum & actiuum & perfectiuum ſubſiſtit].i. ideo etiā angeli nubes vocant,qa in eis eſt virtus
« actiua & productiua & perfectiua. Nam per motus cœleſtium corpoꝝ inferiora producunt.
Et tam in angelis inferioribus, quàm in animabus rationabilibus lumen ſpiritale diffundūt,
quod recipiētes ſpiritaliter magis ac magis ſuo mō viuificat, actuat,& perficit, in actibus ſaltē
« hierarchicis[iuxta intellectualē imbriū conceptionē]. i. ſcdm modū q̃ pluuiæ irrigāt & fœcun
dant.& ad incrementū plenū pducunt terrā & terræna ſcentia. Et hoc vocaſ conceptio imbriū
intellectualis.i. fœcundatio intellectualiter conſiderata,& ſpiritaliter ſumpta, ſicut & in Iſaia
habeſ:Qūo deſcendit imber de cœlo, & infundit terrā,& inebriat eā,& dat ſemen ſerenti,&c.
« Quod etiam ad Hebræos introducit Apoſt. [excipientē ſinum humidū pluuijs].i.cōceptionē
ſeu fœcundationē præfatā excipientem. i. ſibi appropriantē & requirentē ſinum humidum .i.
« terræ ſitum humefactioni aptum. [& in vitales partus euocantē].i. exeuntem in fructus,quos
producit,qui viuunt per animam vegetatiuam,quamuis non ſenſitiuam. Gregorius tamen
dicit

dicit,quod non viuunt per animã,ſed per viriditatem. Cui obijci poſſet,quod & virides pan-
ni ac gemmæ ſic viuerent. Iccirco dicitur quod non viuunt per animam, prout anima dicitur D
principiũ vitæ aliquo modo cognitiuæ ſeu ſenſitiuæ:nihilominus viuunt,mouenturq; à prin
cipio intrinſeco,à quo & aluntur,creſcunt & generant. [Ipſam etiã æris & electri & lapidum
multicoloꝝ,ſpeciem theologia cœleſtibus eſſentijs circumponit.]id eſt,ſermo diuinus appli
cat & aſſcribit angelis formas æris & electri,ac lapidum plures colores habentium. Vnde Io-
Apo. 1. hannes in Apocolypſi:Pedes eius ſimiles aurichalco,ſicut in camino ardenti. In Daniele vero
Dan. 10. legitur:Vidi,& ecce vir vnus veſtitus lineis,& renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius
Ezec. 8. quaſi chryſolitus, facies eius ſicut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens, & brachia
Apoc. 15 eius,& quæ deorſum ſunt,quaſi ſpecies æris candentis. In Ezechiele vero adiũgitur: Aſpectus
eius vt viſio electri. Et rurſus in Apocalypſi:Exierunt de templo angeli, veſtiti lapide mundo
†quonſam. candido. Hæc Theologus exponens ſubiungit:[Electrum quidem † quaſi auriforme ſimul &
argenteum,ſignificat imputribilem, vt in auro: & ſimul largum & non minutum & inconta-
minatum ſplendorem & apertum,vt in argento,& luciformem & cœleſtem claritatem]id eſt,
electrum (de quo dictum eſt ſupra) quod ex auro & argento mixtis componitur, & propter
naturam auriforme vocatur & argentiforme: deſignat ſplendorem in angelis imputribilem,
ſicut nec aurum putreſcit,& largum,id eſt,largiflue radiantem, exhuberantem, non minora-
tum,& ratione argenti deſignat in angelis ſpiritalem claritatem munditiæ,innocentiæ purita-
tem,ac luciformem ſynceritatem. Qualiter autem hęc angelis inſint,conſtat. Nam ipſa eorum
eſſentia clara & pura, eſt nil de impuritate materiali habens admixtum, nobilis & præclara,
deiformis,ſimplex,pulcherrima. Deinde in eis eſt aurum diuini amoris, argentum ſanctæ & E
ſpiritalis ſcientiæ,incorruptibilitasq; naturæ, & beata immortalitas vitæ glorioſæ. ære autẽ
ſecundum rationes traditas,aut igneum,aut auriforme attribuendum.]id eſt,per æs rubens &
ignitũ,ſignatur iuxta expoſitas proprietates idẽ per ignẽ aut igneum, ſeu per auꝝ. [Lapidũ
vero multicolores ſpecies ſignificare ęſtimandũ,aut q̃ſi albas luciforme,aut q̃ſi rubeas aurifor
me,aut quaſi pallidas iuuenile aut nouum]hoc eſt,ſpecies lapidum diuerſorum colorũ diuer-
ſa in angelis ſanctis ſignificant. Nam ſpecies ſeu colores lapidum precioſorum quaſi albi & lu
cidi,vtpote cryſtalli,deſignant id quod electrum,in quantum argentum. Gemmæ vero rubei
coloris,vt ſardus atq; carbunculus, ſignificant id quod aurum & electrum,ſecundum quod
aureum. Porro gemmæ pallidæ,vt ſapphirus & ametiſthus, denotãt in angelis iuuenile ac no
uum,id eſt,vitam & ſtatum angelorum nunquam veteraſcentem,imo ſemper florentem ac va
lidum,ſecundum quod pallor medium quoddam eſt firmum ac ſtabile,& in multis mixtus co
lor magis egregius ac formoſius. [Et]vt breuiter dicam [per ſingulas ſpecies]lapidum[inue-
nies anagogicam]id eſt ſpiritualem[dijudicationem]id eſt expoſitionem [typicarum] id eſt,
figuratiuaꝝ imaginum. [Sed quoniamquidem hæc ſecundum virtutem à nobis ſufficienter
dicta eſſe arbitror]id eſt,quia de hoꝝ myſtica ſignificatione ſcd̃m vires nobis conceſſas, ſatis
(vt reor)tractauimus:[trãſeundum in ſanctam reſurrectionem cœleſtium animorum ſacre fi
guratæ beſtialis formationis.]id eſt procedendum iam eſt ad ſanctã reſurrectionẽ, id eſt, reli-
gioſam manifeſtationem formationis beſtialis deſcriptionis cœleſtium animorũ, qua deſcri- F
pti ſunt in ſcripturis per formas ſimilitudineſq; brutorum. Deſcriptionis inquam [ſacre figu
guratæ]id eſt,rationabiliter ſic formatæ, ad ſignificandum aliquid ſanctum, & propter ratio-
nes præhabitas,ob quas altiſſimæ & feliciſſimæ illæ mentes,etiam interdum per indigna & vi-
lia deſignantur. [Leonem enĩ ſignificare cenſendum, principale & robuſtum & indomitum
ad abditum ineffabilis diuinitatis, vt virtus aſſimilatiuum intellectualium veſtigiorum circũ
uelamine.]id eſt,per leonẽ indicamus ſignificari principale & robuſtum,& indomitum,id eſt
regalem,& principalem dei potentiã valde robuſtam,à nullo domabilem,vtputa omnipoten
tem,& aſſimilatiuam mentium creatarum,ad contemplandum abditum, id eſt, ſecretum diui-
nitatis ineffabilis, vt virtus,id eſt,tanquam poteſtas omnipotens ad hoc agendum bene ido-
nea circumuelamine,id eſt, obductione & opertione veſtigiorum intellectualium, id eſt, greſ-
ſuum ſpiritalium,quibus mens ipſa proceſſit ad contemplationem tam altam:quemadmodũ
leo venantes fugiens, cauda ſua propria ſua delet & complanat veſtigia,ne inueniatur, quia
mens talis ſecretũ ſuũ ſibi reſeruat,ac alijs tegit. [Et myſtice fortaſſis pompoſo amictu ſcd̃m di
uinam illuminationem in ſemet reſtituto itinere]hoc eſt,itinere,id eſt,contemplatiuo proceſ-
ſu, quo mens ad dei intuitum aſcendebat pompoſo amictu, id eſt, excellenti apparatu gra-
tiæ ac virtutum, ſecundum illuminationem diuinam ſibi deſuper factam,quæ quo fuerit
maior, tanto mens ſplendidius eſt amicta. Hoc (inquam) itinere myſtice reſtituto, id eſt,
ad ſuijpſius



ad ſuijpſius conſiderationem reflexo, ne irreuerenter & immoderate ſe ingerat ad perſcrutan-
A dum incomprehẽſibilia dei. Nam ſi beſtia tetigerit montem,lapidabitur. [Ipſam vero bouis]
i.formam ſeu ſpeciem bouis,dicimus deſignare.[firmũ & nouũ & intellectuales ſulcos reuo
cans.]id eſt,robur fixum,ac iugiter recens,reducens ſpiritales ſulcos cordis creati, interiorisſ-
que agri[in ſuſceptionem cœleſtium,& gignentium imbriũ] id eſt, ad ſuſcipiendum in ſe fœ-
cundationem cœleſtium pluuiaꝝ,generantium fructus ſalubres in corde. Hæc pluuia eſt do-
ctrina verbi cœleſtis, infuſio gratię ſpiritalis,irrigatio cordis per prędicationẽ diuini ſermõis.
Vnde ait Fulgentius præſul:Debemus fœcundari cœleſtibus pluuijs,debemus congrua fructi Fulgentius epiſcopus.
ficatione manibus reſpondere ſupremi cultoris Bos nanq; eſt animal forte,firmiter gradiens,
& terram arans ad fructificandũ.[& cuſtoditiuum & fortiſſimũ] .i.forma bouis etiam deno-
tat vim cuſtoditiuam agri intime ſeminati, ne volucres cœli.i.dæmones auferant inde ſemen
præfatum & gratiam. Et fortiſſimum munimentum ipſius,ſpiritalemq; armaturam, iuxta il-
lud ad Epheſios:Induite armaturam dei,vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. [Ipſam de- Ephe. 6.
hinc aquilæ]id eſt,formam aquilæ dicimus deſignare[regale & altiferum & citiuolam] .i.po
teſtatem regalem,& alte ſuijpſius eleuatiuam volando,& volatiua celeriter:eſt enĩ aquila qua
ſi rex auiũ,alte ac celeriter volans. [Et ad potentificum alimentum acutum, & ſobriũ & agi-
le].i.acutum viſu,& ſobrium,& agile ad acquirendum cibum,quem conſpicit à longe ſibi cõ-
uenientem,ſuarumq; virium confortatiuum.[& bene machinatum].i. pulchre formatum in
corpore,per quæ oĩa ſignificantur angeli benedicti regale habere faſtigium,inferiores regẽdo
& vſq; ad ſummũ cœlum ac regẽ cœloꝝ in momento volare,& cibum de quo prædictum eſt
in deo iugiter poſſidere. Quemadmodũ etiam aq̃la dicitur lumini ſolis in ſua rota acię irrep-
cuſſa intendere:ſic honorandi ac amabiliſſimi angeli ſoli ſapiẽtiæ illęſa & impaſſibili acie ſunt
intenti. Hinc ſequitur:[& ad copioſum & multolucentẽ radium diuini ſolis deſiderio inſpecu 1.Cor. 13
latiuarum vtrtutũ ſanis obtutibus immediate,& recte,& inflexibiliter contemplatiuũ]hoc eſt
forma aquilæ deſignat in angelis viſum ſpiritualem contemplatiuũ immediate, nõ per ſpecu
B lum in ænigmate. Et recte & inflexibiliter.i. inauertibiliter cum ſanis obtutibus ſpeculatiua-
rum virtutum ſapientiæ & ſcientiæ,ad radiũ copioſum ac multolucentem.i. ad lumen increa-
tum,perſplendidiſſimum & immenſum,quod eſt beatificum obiectum felicitatis ipſorum,q̃d
totum agunt deſiderio ſolis diuini, qui eſt ſol iuſtitiæ, ſol ſapientiæ & intelligentiæ: quem ſic
deſiderant, ꝙ eum inceſſanter habent præſentem. Et ſic eum amant præſentem, ꝙ nihilomi-
nus inceſſabiliter eum deſiderant. i.ſine faſtgio amplectuntur. Vnde & apud Malachiam dñs Malac. 4.
ſpondet: Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ. [Illam vero equorum].i.for
mam equorũ dicimus in angelis denotare[obediens & frenabile].i. obedientiæ ſanctæ virtu-
tem,ad omne creatoris imperium paratiſſimã,moueri & quieſcere, exequi & à rigore frenari.
[Et albũ quidem vere lucidũ,& † quaſi maxime diuini luminis cognatiſſimum.].i. album co- * q̃.
lorem equorum ſignificare fatemur diuinæ lucis claritatem atq; munditiam, quæ per ſignifi-
tionem cognatiſſima eſt albo colori,qui eſt quaſi lux quædam imbibita. [Eorum autem q ni-
gri ſunt,abditum].i.forma equorum nigrorum inſinuat incomprehenſibilitatem dei,qui po Pſal. 17.
ſuit tenebras latibulum ſuum. [+ Rufum vero,igneum & actiuum].i.rubeus color equorũ de *rubrum
C ſignat charitatis ignitam proprietatem,ac promptam actiuitatem. Nulla etenim forma prom
ptius & iucundius operatur,q̃ charitas.[cõmixtorum quoq; ex albo & nigro].i.color equorũ
qui ex vtroq; fuit permixtus,ſupple deſignat[perfectius virtute extremorum coniunctiuum] † ꝑfectiua
id eſt,quod copulatum completius extremis illis coloribus, ſeu potius rebus per illos ſignifi-
catis. [Et prima ſecundis,& ſecunda primis conuerſibiliter ac prouide connectens]id eſt,ex
vtroq; latere conſonans & concordans,vnumq; alteri iungens. De his diuerſorum equis colo Zach. 1.6.
rum habetur apud Zachariã. Iohannes quoq; in Apocalypſi: Exercitus,inquit,qui ſunt in cœ Apocal. 19.
lo ſequebantur eum in equis albis. In Zacharia tamen per quatuor quadrigas, & equos qua- Zach. 6.
dripartitos in coloribus,deſignantur ad literam quatuor regna,ſecundum Hieronymũ & He- Hierony.
bræos,ſicq; videretur expoſitio iſta theologi anagogica eſſe ac myſtica. De hoc ſuper duode-
cim prophetas minores plenius ſcripſi. [Sed ſi non ſermonis terminaremus commenſuratio
nem]id eſt,niſi in iſto capitulo proponeremus finire hunc librum,commenſurando ipſius q̃-
titatem rationi,ne nimia prolixitate diſpliceat,grauet & offendat.[& per partes dictorum ani
maliũ ꝓprietates,& oẽs corporales eorũ conformatiões adunaſſemus] .i.iam ſigillatim colle
giſſemus,& expreſſiſſemus proprietates & figurationes aq̃læ,& leonis,ac bouis,& etiam hoĩs
atq; equi, [fortaſſis nõ incongrue cœleſtibus virtutibus ſecundũ diſſimiles ſimilitudines furi
bundũ q̃dẽ in ipſorũ intellectualẽ fortitudinẽ,cuius nouiſſima furor * & ſonus.].i. aſſcripſiſſe * ẽ imago.
mus

mus forſitan non inepte angelis furorem,ſeu eſſe furibundum inſtar leonum, & hoc, quo ad D
fortitudinem eoꝝ intellectualem.i.ſpiritalem,qua omne corporale robur excedunt ſecundũ
ſimilitudines diſſimiles.i.imperfectas. Certum eſt eñ ꝙ angelis non cõpetit proprie furor, q
Furor quid eſt paſſio immoderata ſenſitiui appetitus cum corporali tranſmutatione, ſed per ſimilitudinẽ
tenuem ratione deteſtationis intenſe culparum, & indignationis contra peccata, & ob diſtri-
ctionem vindictæ. Si enim & inuariabili ac ſimpliciſſimo deo ira & furor attribuuntur. Vnde
Nahum. 1. Nahum ait: Vlciſcens dñs,& habens furorem. Ieremias quoq; Corripe me(inquit) dñe. verum
Ierem. 10. tamen in iudicio.i.diſcretione,non in furore tuo,neforte ad nihilum redigas me. Cuius forti
tudinis nouiſſima.i.vltiã ſigna,& imperfectiſſime repræſentationes,ſunt furor & ſonus.i. ve-
hemens vel irrationabilis clamor,de quo ait Apoſtolus: Omnis amaritudo & ira & indigna-
Ephe. 4. Apo. 7 tio & clamor tollatur à vobis. Clamor demum in Apocalypſi aſſcribitur angelo: Clamauit
(inquit)voce magna,quemadmodum cum leo rugit. [Ipſam vero iterum cõcupiſcentiam in
amorem diuinum.].i.per ſenſualem concupiſcentiam animalium horum, intelligere poſſe-
mus intellectualem ac diuinum angeloꝝ amorẽ,ratione intenſæ affectionis ac validæ adhæ-
ſionis in vtroq;. Deo quoq; aſſcribitur clamor leonis. Vnde Amos: Dñs de Sion rugiet. Quod
Amos. 1 Iohel. 3 &in Iohele legitur. [& ſummatim dicendũ].i.breuiter quaſi pro regula [ſimul omnes irratio
* immateriales cœleſtium eſſentiæ intelligentias nalium animalium &ſenſus & multiplices partes †in immateriales cœleſtiũ eſſentiarũ & vni-
formes virtutes reducentes].i.ꝙ vniuerſi motus & ſenſus, paſſiones & partes corporales ſeu
membra,poſſunt aliquo modo aſſcribi,reduci,ac deputari angelis & eorum intelligentijs.i.in
tellectualibus cognitionibus ſeu actibus vniformibusq; virtutibus.i. potentijs aut virtuoſis
habitibus aut proprietatibus. Omnia quippe materialia ſunt quędam obſcuræ imagines ac re
ſonantiæ defectiuæ immaterialium naturaꝝ,cum ſint effectus illarũ. Effectus namq; eſt parti- E
cipata quædam ſuæ cauſæ ſimilitudo. Vnde & viſus corporalis eſt ſimilitudo aliquantula in-
Plato. tellectualis cognitionis ac viſionis mentalis. Omneſq; ſenſus exteriores in intellectu virtuali-
ter cõprehenduntur. Propter quod & quinq; ſpirituales ſenſus ponuntur in mente. Vnde &
Plato diſſeruit: Fluens à primo bonitas,ſimilitudo eſt in proximis, imago in diſtantibus.in vl
timis vero obſcura reflexio. Hinc per oĩa iſta prædicta ad ſpiritualium cognitionem reduci-
Proclus. mur. Vnde & Proclus in Elementatione ſua theologica: Omnis(inquit)proceſſio ſecundorũ
à primo,& reductio eorundem ad illud,per ſimilitudinem efficitur vtrorumq;.i.vnius ad ali-
ud. [Sufficiunt aũt ſapientibus non ſolum hæc ipſa]quaſi cauſa exempli. Sapientes namq; no
runt ex paucis multa colligere,& intelligenti ſufficit tetigiſſe. Ideo Elihu ait in libro Iob: Viri
Iob. 34. intelligentes loquantur mihi,& vir ſapiens audiat me. Iccirco quoq; vt Salomon proteſtatur:
Stultus verba multiplicat. Et: Totum ſpititum ſuum profert ſtultus,ſapiens aũt differt & reſer
Eccle. 10. Prouer. 29 uat in poſteꝝ. [ſed & vnius ſignificatiuæ imaginis dijudicatio].i.diſcreta conſideratio vnius
imaginis corporalis repræſentatiuæ rei ſpiritualis,ſufficit ſapienti,ingenioſo, & optime erudi
to,non tñ ſuperfluunt aliæ propter ſimpliciores,qui introductione & declaratione egent mul
tiplici. Sapientes quoq; ex diffuſiore explanatione in ſapientia creſcunt,iuxta illud Prouerbio F
rum: Audiens ſapiens ſapientior erit. Et alibi: Da ſapienti occaſionem,& addetur ei ſapientia.
Prouer. 1 Prouer. 9. Sufficit ergo vna[in proximaꝝ ſimilitudinum declarationem,].i.ad intelligendum conſimi-
les. Expoſitio quippe vnius exempli tribuit viam & formam intelligendi ſimilia. [ Inſpicien-
dumq; & hoc].i.iſtud quod ſequitur eſt etiam conſiderandum,[fluuios dictos fuiſſe, & rotas,
& currus connexos cœleſtibus eſſentijs.]hoc eſt,quod ſcriptura loquendo de angelis, mentio
nem ſimul facit de fluuijs,quadrigis ac rotis,iuxta illud quarti libri Regum: Ecce mons plenus
4. Reg. 6 Zach. 6. equorum & curruum igneorum. De quadrigis autem & rotis apud Zachariã vt tactum eſt cõ
tinetur. Per Iſaiã q̃q; dñs eſt locutus: Mittã ex eis q̃ ſaluati fuerint ad gentes longe, & adducẽt
Iſaiæ. 66 omnes fratres veſtros in equis & quadrigis & lecticis & mulis & carrucis. Per quæ vehicula,
Hierony. Haymo Beda ſcd̃m glorioſum Hierony. Haymonẽ,Bedam,ac alios,intelliguntur angelorum ſubſidia circa
conuerſionem & ſaluationem hominum electorũ. Porro de rotis ac fluuijs apud Danielem le
Danie. 7. gitur: Rotæ eius ignis accenſus,fluuius igneus rapidusq; egrediebatur à facie eius. Millia mil-
Iſaiæ 66. lium miniſtrabant ei. Per Iſaiam etiam loquitur dominus: Ego declino in eos vt flumen pa-
cis. Vbi & paulo poſt ſubditur: Ecce dominus in igne veniet,& quaſi turbo quadrigæ eius. Itẽ
Pſal. 67. que Pſalmographus: Currus dei decem millibus multiplex. Et denuo: Fluuius impetus lætifi-
Pſal. 45. cat ciuitatem dei. Deinde hęc exponuntur: [Ignea quidem flumina ſignificant diuinos promo
tus,copioſam ipſis & non deficientem affluentiam donantes,& viuifica nutrientes fœcundita
te].i.per flumina illa inſinuantur copioſa chariſmata illuminationum, influxionum,ac gurgi
tum creatoris in mentes angelicas, quibus ſaluberrime ac ſuauiſſime reficiuntur, iuxta illud
pſalmi:



A pſalmi: Iuſti epulentur & exultent in conſpectu dei. Atq; in Canticis: Comedite amici & bibi- Pſalm. 67. Cantico. 5
te,& inebriamini chariſſimi. Vnde apud Lucã Chriſtus ſpopondet: Et ego diſpono vobis re- Lucæ 22
gnum,vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno. Hoc eſt quod per Iſaiam dominus Iſaiæ 65
repromittit: Ecce ſerui mei comedent,& vos eſurietis. Ecce ſerui mei laudabunt prę exultatio
ne cordis,& vos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione ſpiritus vlulabitis. [Currus
autem coniunctiuam ſimilitudinum ſocietatem.] id eſt, quadriga in angelis notat counitã &
concordem ſocietatem ſimilitudinum & conuenientiarum ſeu conſodalium, ſeipſos ac alios
ad deum vehentium ac reducentium. Vnde & Elizeus dixit Eliæ: Pater mi, currus Iſrael 4. Reg. 2
& auriga eius. [Rotæ autem pennatæ quidem cum ſint].i.celerrime moueantur & agiles ſint,
ac ſi eſſent pennatæ. Vel pennæ rotarum ſunt radij ac circulatio eorundem. [in ea quæ ante
conſpectum ſunt inconuerſibiliter & inflexibiliter euntes.] id eſt,in directum ad partem inte-
riorem inconuerſibiliter & inflexibiliter, id eſt, abſq; retroceſſione ac deuiatione progredien-
tes[per rectam & iuſtam viam † exitiuæ operationis eaꝝ,virtutem in eandem ſine flexu,& re- † exeũtis.
cte per ſectam viam ſimul omni earum intellectuali rotatu ſupermundane directo]hoc eſt,ro
tæ illæ deſignant in angelis virtutem earum exitiuæ.i.egredientis à deo cauſaliter. Vel à pro-
prio eorum intellectu per voluntatis imperium,per viam iuſtam & rectam, id eſt, ſecundum
legem diuinam ac dei pręceptum,in eandem virtutem dei,à qua proceſſit,redeuntis,ſine flexu
id eſt,abſq; deflexione & errore,per eandem ſectam viam, id eſt,per iter veritatis & æquitatis,
ab omni praua obliquitate diuiſum. Viæ enim domini viæ rectæ, & omnes ſemitæ eius paci- Oſeæ. 14. Prouerb. 3
ficæ. Omni earum intellectuali rotatu,id eſt,omni angelicarum mentium actione & contem-
platione,qua circa deum verſantur indeſinenter,& in ipſum redeunt indeceptibiliter, ſupmun
B dane directo.i.ſupernaturaliter ac ſpiritualiter rectificato abſq; peccato. Rectiſſime enim in
fontem ſuæ emanationis reuertuntur,cui pleniſſime atq; puriſſime obſequuntur, & omne bo
num cum ſumma gratitudine deputant,prout in Eccleſiaſtico habetur: Ad locum vnde exeũt Eccle. 1
flumina,reuertuntur vt iterũ fluant. Vnde triceſimotertio Theoremate aſſerit Proclus: Omne Proclus
procedens ab aliquo,& cõuerſum in illud,circularem habet operationem. Si enim à quo pro-
cedit,ad hoc conuertitur,copulatur principio finis. [Eſt autem & per aliam anagogen]id eſt,
per aliam ſpiritalem intelligentiam ſeu expoſitionem ſurſum ductiuam, conuenit & contin-
git[dijudicare].i.varijs modis diſcernere[intellectualium rotarum imaginariam deſcriptio-
nem].i. figurationem rotarum iſtarum aliquid ſpiritale ſignificantium, Ezechieli in viſione Ezec. 1. 3
imaginaria oſtenſarum,vt dictum eſt ſæpe. [Vocitatum eſt enim eis].i. de rotis iſtis clamatũ
eſt ab angelo[vt ait Theologus]puta Ezechiel: [* Gel,gel,gel]quod quid ſignificet ſubditur. + Thea, thea, thea.
C [Significat autem hoc iuxta Hebraicam * vocem reuolutiones & reuelationes.] Sic quippe *linguam.
Ezechiel ait: Rotas iſtas vocauit vir,id eſt,angelus mihi in ſpecie viri apparens,volubiles. Cir-
ca quod ait Scotus: Siue dicatur,Gel,gel,gel,ſiue Gal,gal,gal,idem eſt. Interpretatur enim, ſecũ Iohã. Scot. Hierony.
dum quod Epiphanius & Hieronymus in libris ſuis de interpretatione Hebraicorum nomi- Epiphanius
num tradunt,rota vel reuelatio. Ideo ſanctus Dionyſius vtrũq; expreſſit. Deinde hanc aliam
aperit anagogen. [Igneæ ſiquidem & deiformes rotæ]id eſt,mentes angelicæ diuino amore
flagrantes,per illas rotas deſignatæ[reuolutiones quidem habent,].i. contemplatiuas circui-
tiones[circa idipſum optimum].i.circa inuariabilem deum eſſentialiter & infinibiliter bonũ
beatificum ſuũ obiectum[ſemper mobile motu]id eſt actione nunq̃ ceſſanti ac deum laudan-
te,iuxta illud Apocalypſis: Requiem non habebãt,die ac nocte dicentes: Sanctus,ſanctus,ſan-
ctus,dominus deus omnipotens. Vnde in lib. de Diuinis nominibus ait hic ſanctus,quod mo
uentur circulariter circa deum. [Reuelationes vero ſecretoꝝ manifeſtatione & circumſubie-
ctorum reductione & altaꝝ illuminationum in ea quæ † ſubiectiua deductione].i. mentes an- * ſubiecta ſunt deductione perfectiua.
gelicæ habent reuelationes manifeſtatione ſecretorum.i. per hoc quod deus ſua ſecreta ipſis
reuelat. Si enim,vt ſcribit Amos: Non faciet dominus vbum,niſi reuelauerit ſecretum ſuũ ad Amos 3.
ſeruos ſuos prophetas: q̃to magis non faciet verbum,niſi reuelauerit ſecretum ſuum filijs, &
amicis atq; domeſticis ſuis angelis,ipſum facie ad faciẽ feliciſſime intuentibus: præſertim cum
reuelet prophetis per angelos: & circumiectoꝝ reductione.i.per hoc ꝙ inferioribus quoque
coĩcant & reuelant,quæ eis ſunt deſuper reuelata,ac per hoc ipſos in deum reducunt,ſcd̃m ſen
ſum frequenter expreſſum. Et in perfectiua deductione.i.per hoc quod infimos ſuo mõ pfici-
unt,transfundendo ac deducẽdo in eos mediate aut immediate contemplationes.i. illumina-
tiones ſeu reuelationes ſublimes ipſis oſtenſas. [Reliquus nobis in explanationem de gaudio
cœleſtium diſpoſitionum ſermo.].i. reſiduus ſermo à nobis depromendus in iſto capitulo
& fine voluminis huius,eſt de gaudio diſpoſitionũ cœleſtiũ.i. angelicoꝝ ordinũ optime di-

ſpoſitorum in explanationē huius materiæ. Et recte de hoc gaūdio in fine operis huius tracta D
bo, q̄m oīa naturaliter appetunt delectari, nec ſine delectatione ſaltem aliquali valent diu bene
conſiſtere: alioqui ipſum eſſe & viuere oībus naturaliter appetibile, vertitur eis quaſi in tædium.
Ariſtoteles Gaudiū q̄q; perficit felicitatē, quemadmodū pulchritudo iuuentutē ſecūdū Philoſophum.
Vñ interdum pro beatitudine ipſa accipit̃, & nobis pro finali mercede promittit̃ apud Iohānē:
Iohan. 16 Petite, & accipietis, vt gaudiū vr̃m ſit plenū, quod de intellectuali accipiendū eſt gaudio. [Et
enim acceptrices omnino non ſunt eius, quæ ſecundū nos eſt paſſibilis delectationis.]. i. men
tes angelicæ cum ſint immateriales & ſimplices, non ſunt capaces nec ſuſceptiuæ delectationis
carnalis, aut ſenſualis, quæ in hoībus locū habet, fitq; cū paſſibili. i. ſenſibili & corporali tranſ
mutatione, cuius ſubiectum eſt appetitus ſentiuus concupiſcibilis. Iccirco nec dæmones incu
bi in venereis proprie delectantur, q̄uis turpitudo atq; iniquitas ipſis cōplaceant, ſicut etiā irra
tionalia ſpiritualis & internæ delectationis non ſunt capacia. Delectari quippe conſiſtit in eo,
quod eſt ſcd̄m naturam ac ſubſtantiā delectantis [Congaudere aūt deo dicuntur perditorꝝ in
uentione]. i. de inuentione, recuperatione & ſaluatione eorꝝ, q per vitia perierunt & meruerūt
damnari, q̄uis adhuc miſericordiſſime tolerent̃, & ad agendū pœnitentiā expectent̃. Hinc in
Lucæ. 15 euange. deprompſit Saluator: Gaudium eſt angelis dei ſuper vno pc̄tōre pœnitentiam agente.
[iuxta deiformem epulationē]. i. diuinā refectionem & iucunditatem. Vnde de filio prodigo
Ibidem: Apocal. 3 reuerſo & cōtrito pius pater diſſeruit: Epulari & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mor
tuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. In Apocalypſi quoq; loquitur Chriſtus: Ego ſto
ad oſtium & pulſo, ſi quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo. [Et incorruptionis læti E
tiam]. i. iucunditatem de pura & incorrupta bonitate & ſynceritate, cui ſemper cum ingēti cō
placentia congratulantur, ſicut de omni bono honeſto. [& in prouidentia & ſalute in deum re
deuntium deiformitatē]. i. iuxta deiformitatem, hoc eſt, deiformē exultationē ſecundū ſanctā
voluptatem penitus ſpiritalem, increato deitatis gaudio ſimilem, ac ſuo mō aſſimilatā, in pro
uidentia. i. de piiſſima prouiſione creatoris circa electos, q̄uis ad tempus errantes, & ſalute in
deum redeuntiū, per contritionē & finalem conuerſionē. [& beneficentiā illam ineffabilem.]
id eſt, de incōprehenſibili & indicibili beneficentia & munificentia conditoris, ſuos fideles gra
tioſe ac liberaliter viſitantis, frequenter etiā in præſenti exilio. [in cuius participatione]. i. pia
† ſæpe ſuſceptione ac dulci experientia [† frequenter facti ſunt & viri ſancti] & etiā fœminæ ſanctæ,
[per deificos diuinarꝝ illuminationū ſuperaduentus]. i. habundantes infuſiones ſupernarꝝ il
luſtrationum, internarꝝq; conſolationū in mentes eorꝝ, per quas ipſi quodāmodo deificant̃,
2. Cor. 9. ſicut ait Apoſtolus: Deus qui potens eſt gratiam ſuam facere abundare in nobis ſupra q̄ peti
mus. Ipſe etenim abundantia pietatis ſuæ, merita ſupplicū excedit & vota, & adiicit quod ora
2. Corin. 1 tio non præſumit. Vnde dixit Apoſt. Benedictus deus, qui conſolatur nos in omni tribulatio
ne noſtra. Itemq;: Sicut pro Chriſto abundant tribulationes noſtræ, ita per Chriſtū abundat
Pſal. 93. conſolatio noſtra. Hoc expertus vir ſanctus, fatetur, & deo humiliter regratiatur: Secundū mul
titudinem (inquiens) dolorꝝ meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animā
Climachus meam. Hinc Clymacho proteſtante, Sanctus vir Ephren in ſuis orationibus & contempla F
tionibus conſtitutus, clamare conſueuit ad deum: Domine, contine vndas gratiæ tuæ. Sic &
Ierem. 20. Ieremias in libro ſuo ait: Factus eſt ſermo domini in corde meo, quaſi ignis exęſtuās clauſuſq;
in oſſibus meis, & defeci, ferre non ſuſtinens. Hoc viri heroici experiuntur vbertim, qui & in
opinatis frequenter exceſſibus ſurſum aguntur in deum, & quaſi ſopita arbitrii libertate, in di
uitias gloriæ rapiuntur, & à corporeis ſenſibus alienati, velut in abyſſum luminis abſorbētur.
Hi vero & ſaluberrime ſciunt q̄ ſuaue ſit iugum Chriſti, q̄ vere diuina ſit fides catholica, q̄ pfe
Matth. 11 cta ſit Chriſtiana religio. ¶ Conſequenter Theologus tractatū ſuū concludens: [Tanta] in
quit [à me de ſanctis formationibus]. i. imaginariis apparitionibus & ſenſibilibus formis atq;
ſymbolicis deſcriptionibus, ſacra ac diuina repræſentantibus [dicta ſunt] in iſto capitulo, & ſu
pra hinc inde p̄modice. [diligenti quidē earꝝ manifeſtatione deficientia]. i. occūbentia à tam
diligenti & plena diligentia, ſicut deceret tractari de his ex parte materiæ ſeu obiecti [Perfecta
aūt vt æſtimo]. i. ſatis cōpleta, ni fallor, [ad non remanendum nos humiliter]. i. viliter & in
* figuratimic. digne [in † corporalibus phantaſiis] eſtimādo ꝙ angeli tales ſint in ſua natura, q̄les extrinſecus
deſcribunt̃. [Si aūt & hoc dixeris]. i. ſi interrogaueris me tu Timothee, aut lector q̄cūq; [q̄uo
non omniū deinde angelicarū in eloquiis virtutum aut operationum, aut imaginū fecerimus
memoriam]. i. cur & qualiter in hoc libro non feci mentionē de cæteris angelorū virtutibus
& actionibus, apparitionibus & figuris, quæ in ſcripturis tangunt̃ [Reſpondemus verū]. i. q̄d
verū ſit, ꝙ nō tractauimus de oībus illis [q̄a quarū q̄dē ſupermundanā ſcientiam ignoramus,
in his



A in his alterum nos lucis ductorem docentem deſideramus]. i. noſipſi cupimus doctiorem no
bis habere doctorem, & lucis ductorem. i. lucidæ veritatis præceſſorem ac oſtenſorem in his
rebus, quarum rerꝝ ſupernaturalem & perfectam ſcientiam non habemus. Propterea in Eccle
ſiaſtico ſcriptum eſt: Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autē, ſit manus tua ſuper os Eccle. 5.
tuum. Vnde & S. Iob faſſus eſt: Inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modum excederent ſcien Iob. 24.
tiam meam. Fuit autem & eſt quædam mundana ſcientia de angelis ſeu ſubſtantiis ſeparatis,
vel intellectibus ſup̄ioribus, in qua nec ipſi philoſophi concordabant. Siquidē Plato eos diui Plato.
ſit in calodæmōes & cathadæmōes ac cacodęmōes, vt in lib. de deo Socatis Apuleius tractat.
Quid inde aūt Ariſtoteles ſenſerit ſup̄ius tactū eſt. De quorꝝ doctrina & hūana ac mūdana ſci
entia ſanctus iſte Theologus multa ſcribere potuiſſet, ſed non fuit hoc eius intentio: ſed de ſu
permundana ſcientia loqui ſecundū ſcripturas cum moderamine pio, prolixitatem vitando.
[Quędā aūt tanq̄ dictis ęq̄potentia]. i. ęqualentia & cōſimilia. Ideo ſubdit, & ad introducendū
hic ſatis apta [prætermiſimus, commenſurationi ſermonis prouidentes]. i. ſolicite præcauen
tes, ne in verbis excedamus menſuram. Nam & in Prouer. legitur: Qui moderatur ſermones Prou. 17.
ſuos, prudens & doctus eſt. Et iterum Salomon proteſtatur: Qui moderatur labia ſua pruden Prouer. 10.
tiſſimus eſt. Eccleſiaſticus quoq; ſcribit: Sapiens ſeipſum in verbis amabilem facit. [& ſup̄ nos Eccle. 20
ſecretum ſilentio honorificantes]. i. ipſum quod de angelorum proprietate, natura, ac ſtabili
litate neſcimus, venerantes per hoc, ꝙ impotentes ac impares nos fatemur ad tractandum de
eis diffuſius, ſicq; ſilemus. Quemadmodū enim interdū vnus homo honorat alium, per hoc
ꝙ indignum ſe reputat illi ſeruire, aſtare, ipſumve tangere. Propter quod hoc beatiſſimus Io
hannes Baptiſta dixit ad Chriſtum: Ego debeo à te baptizari, & tu venis ad me? Princeps q̄q; Iohan. 1 Lucæ. 5.
apoſtolorꝝ beatiſſimus Petrus: Exi à me, quia homo peccator ſum dn̄e. Vnde & ſanctus vir So
zymas corpuſculum S. Mariæ Aegyptiacæ verebat̃ ad ſepeliendū contingere: ſic aliquando
vnus honorat alium, à laudibus eius ceſſando, aut penitus abſtinendo, tanq̄ ad illius pręconia
depromenda indignus, cum & ſcriptura teſtetur: Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Quæ
B cum ita ſe habeant, quantum miſerrimus & defectuoſiſſimus ego, metuere, imo & contreme Eccle. 15.
re habeo, qui ad ſcribendum, ad loquendum, ad docendum, in & de omni materia tam prom
ptulus exiſto? Porro ſi ille inſpirat, impellit ac mouet, qui nulla lege arctatur, & ſolus de immū
do & indigno efficit mundum & dignum, bene res geritur. Poſtremo iuxta nunc prætacta, vi
temus oblectamenta carnalia, & ſpiritualiter gloriemur in dn̄o de iniquorū emendatione, de Iob. 14. Ierem. 9
clementiſſimis prouiſionibus dei ſuper periclitantes, de beneficiis & liberalitatibus eius circa
indigentiſſimum genus humanum, de ſalute conuertentium ſe ad deū, redeuntiumq; ad ip̄m.
Potiſſime autem & ſuperpotiſſime de infinita felicitate, perfectione, & gloria dei, cui inde præ
cordialiſſime congratulemur, & de omni honore, cultu, præconio, quæ ei tam in angelica, q̄
in Eccleſiaſtica hierarchia inceſſabiliter impenduntur. Atq; ad hoc indefeſſe conantes, vt de
miſeriis & imperfectionibus vitæ præſentis ad angelicæ vitæ perfectionem & gloriam tranſ
feramur.

## ¶ QVAESTIONVM ALIQVOT HVC ATTINENTIVM expeditio perbreuis: Articulus XXV.

C HAC qualicunq; expoſitione finita, adhuc annectanda ſunt aliqua ad præhabito
rum intelligentiam plurimum conferentia. ¶ Quæritur igitur primo, an vnus QVAESTIO I.
angelus loquatur alteri. Et an ſuperior inferiori, ac econuerſo. Et, vtrum localis
diſtantia angelorum allocutionem, collocutionem, aduertentiamq; impediat.
Nempe cum ſint ſpiritus ſimplices, inſtrumentis ad loquendum neceſſariis carēt.
Et ſi ſpiritaliter ſolum loquantur, non videtur illa allocutio locali diſtantia impediri. Circa
hæc ſcribit Iohan. Scotus ex verbis S. Gregorii: Quærendum, inquiens, nobis eſt, an angeli an Iohā. Scot. Gregorius.
gelis illuminationes manifeſtant diuinas. Si enim loquuntur ad inuicem, qua lingua putandi
ſunt loqui? Hebræa, an Latina, an Græca? Verꝝ angelicam locutionē diſtinguit à noſtra Apo
ſtolus, dicens: Si linguis hoīm loquar & angelorꝝ. Qui raptus vſq; ad tertium cœlum, audiuit 1. Cor. 13. 2. Cor. 12.
archana verba, quæ non licet homini loqui. Si ergo non licet ea loqui, & creaturæ alicui
licet, profecto ea ſunt quæ loquūt̃ angeli ſc̄ti. Quis ergo mortaliū digne concipiat modū ſpiri
talis ſermocinationis eorꝝ? Noli ergo in eis fingere formā humanorꝝ liniamenta membrorꝝ,
linguę corporalis officiū, diſtinctiones ſonorꝝ. Talia enim in eis non ſunt niſi ſpiritalr̄ tm̄, nec
corporali indigent locutione: q̄m cōſcientias ſuas ſp̄ualiter inuicē contēplantes, ad alterutrū
quodāmodo ſine voce loquuntur, dū alter alterius voluntatē videndo intelligit. Nam & poſt
reſurrectionē futurā corda noſtra erunt ſibi inuicē claritate fulgentia, & puritate tranſlucentia

Ipſa quippe eorũ claritas ſibi mutuo in alternis cordibus patebit. Et cũ vniuſcuiuſq; vultus ac D
cendetur,ſimul & conſcientia penetrabitur. Ibi nanq; vniuſcuiuſq; mentem ab alterius oculis
corpulentia nõ abſcondet,ſed patebit animus,patebit & corporalibus oculis ipſa corporis har
monia:ſicq; erit tunc vnuſquiſq; conſpicabilior alteri,q̃ nunc ſibi. Cum ergo de nobis hoc in-
dubitanter ſperemus,ſimilia de illis q̃ nobilioris & ſubtilioris nobis ſubſtantiæ ſunt,intelliga-
mus. Et tñ ſi dixerimus ꝙ oẽs angelici ſpũs, oẽs prorſus cogitationes ſuas inuicem conſpiciẽt,
neceſſe eſt fateamur minores ſcire oĩa quę ſciunt maiores: q̊d nequaq̃ verũ eſt. Multa eñ ſciũt
excellentiores quæ ignorant inferiores. Et cogitationes ergo ſuas inuicem contemplantur,&
tñ nonnullas cogitationes maiorum nequeunt videre minores. Angelus itaq; loquitur ange-
lo,dum aliqua ſibi motibus occultis inſinuat. Subtilem enim hãc locutionẽ mens eorũ illumi
nata intelligit. Etenim quaſi audienti dicitur,q̊d videnti innuitur. Et velut quidã ſonus eſt vo
cis ipſa viſio voluntatis. Sermo enim quẽ vnus angelus loquitur,& alius audit, ſignum q̊ddã
eſt,ꝙ inuiſibiliter fit ab vno,& cernitur ab alio,nullis in medio currẽtibus v̾bis. Poſſunt nãq;
ſubtiles illæ eſſentiæ q̊dlibet ſibi inuicẽ demonſtrare ſine ſenſibili verbo,ſono,ac ſigno. Et qua
ſi ſermo procedit ex ore,dum demonſtratio venit ab occulto. Hæc illi. Quorũ dicta ex ſequen
Albertus tibus reſolutius intelligentur. Albertus itaq; ſcribit: Ad locutionem in nobis tria concurrunt,
ſimplex conceptio,ordinatio ad proferendũ,applicatio ad inſtrumenta corporis,q̃bus forme
tur vox,vt deferatur per aerẽ ad aures audientis. Quorũ duo prima conueniunt angelis, & nõ
tertium. Quàmdiu ergo id quod ſub libero eorũ arbitrio eſt,manet in ſimplici conceptiõe, nõ
percipitur ab alio. Sed dum ordinatur ad alterũ,incipit illi eſſe notũ. Si aũt quæratur, q̃uo ve-
Auicenna nit ad alterũ,cum nihil emittatur de vno in aliũ. Dicendũ,ꝙ ſicut (ſecundum Auicennã) in in-
tellectum poſſibilem neceſſario fluunt ſpecies ab intellectu agente, dum ad ipſum cõuertitur, E
ita in angelis eſt. Vnde lumen diuinũ irradiãs angelos vniuerſos, ſine quo nullus illorũ poſſet
concipere quicq̃,eſt mediũ in q̊ vnus percipit conceptionẽ alterius ordinatã ad ipſum,conuer
tendo ſe ad lumen prædictum. Hinc Maximus ait,& habetur in Gloſſa: Nos quod rationale
eſt repræſentamus per organum linguæ & vocis. Sic autẽ in angelis non fit,ſed in incorporali
tate ſua manentes,in alterutros accedentes & diſcedentes,omni ſermone expreſſius alterutro-
rum ſenſus. i. intellectus ſpeculantes,mutuo diſputant quaſi per ſilentium v̾bi, coĩcantes alter
utris, in quibus verbis per acceſſum & receſſum deſignatur ordo conceptionis vnius ad alte-
rum,& eorũ ad vnum lumen conuerſio,ſicq; non ſolum eſt ibi præſentia loquentis. Ordo q̊q;
ſeu ordinatio & conuerſio illa, ſunt tanq̃ nutus. Signa vero ſunt intelligibiles ſpecies, ordina-
tæ ad innoteſcẽdum aliq̊d alteri. De quibus ſuper epiſtolam ad Corint. loquit̃ Gloſſa,ꝙ ange
Tho. Aq. li loquuntur ſibi nutibus & ſignis. Præterea his Thomas concordat: Voluntas (dicens) mo-
uet intellectum,vt actu intelligat. Res vero intellecta, primo eſt intellectu habitualiter ſcd̃m
memoriam,ſecundo actualiter per actualem cõſiderationẽ,tertio per comparationẽ ad aliud.
Porro ꝙ aliquid actualiter conſideretur, quod habitualiter ſcitur,eſt per voluntatis imperiũ.
Habitus ad quid. Habitus nanq; eſt,quo cum quis voluerit vtitur. Conformiter,ꝙ conceptus mentis ordinetur
ad alium,eſt voluntate monente. Cumq; intellectus actualiter conſiderat quod habitualiter
in ſe tenet,loquitur ſibi ipſi:quæ locutio eſt conceptus internus ac verbum mentale. Dum aũt
quis alteri ſuum manifeſtat conceptum,loquitur alteri. Per hoc ergo loquitur angelus alteri, F
q̊d mentis ſuæ conceptum alteri per voluntatem oſtendit. Inſuper oĩs illuminatio actiua,eſt
interior quædam locutio,non econtra. Ideo angelus inferior loquitur tam angelo ſuperiori,
q̃ deo,ſed nullum illorũ illuminat. Atuero cum locutio angelorum adinuicem abſtracta ſit à
loco & tempore nullum illorum ſibi determinans: iccirco localis diſtantia angelorum collo-
cutionem non impedit,imo ſicut nec impedit quin vnus alium poſſit videre:ita nec impedit
Diſtin. 10. quin vnus alium poſſit audire. Hæc ſufficit hic tetigiſſe breuiter, de quibus ſuper ſecundũ Sen
4 2. tentiarum diffuſius eſt tractatum. Conſonat quoq; his,quod ſecundo libro loq̃tur Damaſce-
Iohan. Da. nus: Non lingua indigent,nec auditu,ſed ſine ſermone voce prolato, tradunt ſibijnuicem con
ſilia & intelligentias.

QVAESTIO II SEcundo quærit̃,an beati vidẽdo deũ per ſpeciẽ,vniuerſa & ſingula in ipſo cognoſcãt. Vide
tur ꝙ ſic,quia vt S. teſtatur Gregorius: Qui lucẽ creatoris in ſeipſa clare conſpiciunt, nihil
in creaturis agit̃ quod videre nõ valeãt. Rurſus,deus oĩpotens eſt ſuperſplendidiſſimũ omniũ
ſpeculum & exemplar,in quo cũcta plene relucẽt ac præſentãtur: ergo qui ſpeculum hoc ple-
ne cõſpiciunt,cernũt oĩa quæ in ipſo reſplendẽt. Inſuper beati hñt quicquid deſiderãt,alioquin
nõ eſſent vere beati:ergo iam oĩa noſcũt quæ cupiũt ſcire. Eſtq; potẽtialitas ſciendi in eis oĩno
redacta in actum,& ita illuminatio nulla eſt vnius ab alio in patria. Amplius, incõparabiliter
plus



A plus eſt,diuinam eſſentiam in ſeipſa clare cõſpicere, q̃ quoſcũq; eius effectus cognoſcere, ſiue
in ea,ſiue in ſeipſis. Cum ergo om̃ibus illis datum ſit primum horum,apparet ꝙ & ſecũdum.
In oppoſitum eſt tota voluminis huius doctrina. Et reſpondẽdum, quod propter has ratiões
nõnulli cõſenſerũt huic cõcluſioni, in tantũ ꝙ dñs Guilielmus Parrhiſienſis in libro ſuo de Guil. Parr.
vniuerſo ſentire videtur,ꝙ ſancti in patria noſcũt numerum arenæ maris,pluuiæ guttas, gra-
mina & capillos,vniuerſa quoq; & ſingula particularia, à ſummo vſq; deorſum, à maximo
vſq; ad minimum. Alioquin ineſſet beatis vacuitas quædam, ſeu potentialitas cognoſcen-
di quod neſciũt,quod eſſet quædam calamitas. Veruntamẽ doctores communiter ſancto Dio-
nyſio acquieſcũt,quem à beatiſſimo Paulo,& apoſtolicæ ſanctitatis viris ſciũt edoctum. Nec
propter prętactas atq; cõſimiles perſuaſiũculas,ad ſoluẽdum perfaciles,fas eſt à tanti theologi
documẽtis recedere,præſertim cum ipſe ex ſcripturis canonicis ſuum proceſſum clare probet
& copioſe. Iccirco firmiter ſentiẽdum,ꝙ q̃uis omnes beati cognoſcãt & intueãtur deum altiſſi
mum clare in ſemetipſo, nõ tamẽ æqualiter:imo in huiuſcemodi viſione tot ſunt gradus, vt
nullus hic capere poſſit. Et quo clarius deum vidẽt,eo plura cognoſcũt in ipſo. Omnes autem
cognoſcunt in eo totum ordinem vniuerſi, & vniuerſos ſuos conciues, & ea quæ ſpecialiter
ipſos concernunt:ea quoq; quæ modo cognoſcunt per fidem, ibi cognoſcũt per ſpeciem. Nec
tamen omnina iſta inferiores noſcunt tam clare vt ſuperiores. Speculum autem deitatis,eſt in-
tellectuale atq; liberrimum, & iuxta cenſuram ſapiẽtiæ ac iuſtitię ſuæ: itemq; iuxta merita bea
torum repræſentat ſe illis. Omnes demum beati vere & perfecte beati ſunt,iuxta menſuram ca
pacitatis ſuæ,diſpoſitionis & ſtatus,& quantum ad eſſentiam principalis felicitatis, quæ eſt vi-
ſio dei per ſpeciem, in qua nunq̃ amplius creſcunt,& quæ tantæ eminentiæ ac perfectionis eſt,
B ꝙ ipſa ſola ſufficiens eſt illos quietare ac contentare, q̃uis deus æternus ex ſuæ pietatis ac libe-
ralitatis immenſitate,alia plura accidẽtalia gaudia & præmia illis adijciat,quę ipſi beati quãdo
nondum aſſunt,ſuauiter & æquanimiter abſq; omni pœnalitate & inquietudine præſtolãtur,
ſicut & corporũ ſuorum reſuſcitationem & glorificationem. Nec verum eſt, quantum ad oĩa
illa,ꝙ omnia habent iam actu in re quæ cupiunt,ſed habent illa in certa ſpe, imo habent illa ſi
cut volunt:quia abſolute loquendo,non aliter nec prius volunt illa habere,q̃ deus præordina
uit ipſos illa actualiter habituros. Atuero potentialitas ſciendi impertinentia ad ſalutem,non
arguit in illis aliquam imperfectionẽ,vacuitatem,miſeriam. Quod vero vſq; in horam iudicij
nouas illuminationes & reuelationes circa deitatis effectus ac opera ſortiutur, non niſi accidẽ
talis gloriæ minorationem quandam in ipſis conuincit, quæ eſſentiali & principali ipſorum
C non derogat felicitati,cuius comparatione omnia illa ſunt tanq̃ arena & puluis. Poſtremo,
non negamus quin creator,cuius poteſtatis & perfectionis nullus eſt finis,poſſit cunctis beatis
in ſeipſo immediate ſimul oſtendere quicquid per temporũ vices illis oſtendit per intermedi-
os cooperatores,& per actiones hierarchicas:quia ſic agit,& ſuam poteſtatem cauſalem,ac ſuę
bonitatis communicationem,illuminationem,diffuſionem cauſis ſecũdis ita impartit, ad am
pliorem ſuæ magnificeentiæ,ſapientiæ ac munificentiæ declarationem. Sic quippe totam ec-
cleſiaſticam hierarchiam per ſe immediate poſſet gubernare,purgare,docere,iudicare,ornare,
diſponere. Sed ob rationes prætactas ac alias, per angelos & prælatos regit, mundat, illumi-
nat eam. Sicq; dignitatem prouidentialem,potentiamq; cauſalem communicat alijs, & vari-
os gradus ac ordines poteſtatum,prælationum, præſidentiarũ, atq; iudicialium autoritatũ in-
ſtituit & præfixit. Id itẽ conſtat,ꝙ loquendo de ſcientia ſimplicis intelligentiæ,ſupergloriofiſ-
ſimus deus infinita ſit, quæ nulla mens creata intelligit:ſicut & infinita facere poteſt,quæ nun-
quam facturus eſt.

TErtio quæritur,vtrum oẽs angeli mittant̃ in miniſterium, & de quibus choris mittantur, QVAES. III.
& an plures mittantur,q̃ aſſiſtunt. Hæ quæſtiones ex ſcripturis naſcunt̃. Ait nanq; Ap̃lus:
Hebr. 1. Nonne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, q̃ hæreditatem ca-
piunt ſalutis? Vnde apparet,ꝙ vniuerſi mittantur. Daniel vero propheta: Millia (inq̃t) milliũ Daniel. 7.
miniſtrabant ei,& decies millies centena millia aſſiſtebant ei. In quibus verbis inter miniſtran
tes & aſſiſtentes diſtinguitur. Nunc autẽ ſummatim pſtringendo,& S. Dionyſij doctrinam ſe-
quendo,videtur tenendum,ꝙ angeli ſupremæ hierarchiæ nunq̃ mittuntur, ſed tantũ aſſiſtũt:
quia non habent diſpoſitionem nec operationem circa exteriora agenda. Angeli vero infimę
hierarchiæ circa hoĩes hñt determinata officia,quoniã infimi ordinis eſt nunciare minora, &
ſingulis pręeſſe hoĩbus. Archangelorũ vero eſt nunciare maiora,& eminentibus præſidere per
ſonis. Principatuum vero eſt præeſſe prouincijs,quemadmodum Michael fertur princeps ec
cleſiæ. Porro angeli mediæ hierarchię generalem diſpoſitionem circa agenda ſortiti dicuntur

 ita ꝙ

ita ꝙ dñationum ſit diffinire, alijſq; præcipere q̃d agendum: virtutum vero, habere robur ido- D
neum ad exequendũ quæ ſibi deputata ſunt ac propria: poteſtatum aũt, diſponere quo mõ &
ordine exequenda ſint. Ad gubernationẽ quippe hæc tria pertinẽt & cõcurrunt, dñi initio agẽ-
dorum, ſeu iuſſio de agendis, q̃d eſt ſpirituum ordinis dñationum: habere facultatem & robur
implendi quæ iuſſa ſunt, q̃d eſt chori virtutum, q̃tum ad miniſterialem influxionẽ ſeu directio
nem, & ordinare quo mõ & ordine fiant quæ iuſſa ſunt, q̃d ad poteſtatũ ordinẽ attinet. Iuxta
Hebræ. 1. hanc conſiderationẽ quinq; ordines inferiores mitti dicunt. Nihilominus oẽs dicuntur mini-
ſtratorij ſpiritus, q̃a & ſuperiores angeli mitti dicuntur ad angelos inferiores, in q̃tum inferio-
ribus manifeſtant quæ circa exteriora agenda ſunt. Itaq; ordo dñationum habet ſe quaſi me-
dio mõ inter aſſiſtentes & miniſtrãtes, & q̃ ad aliquid, cum vtriſq; poſſet annumerari, q̃uis ma-
gis cum miniſtrantibus. Præterea aliqui dicunt, ꝙ q̃uis ſecundum legem communẽ, de ſupio-
ribus choris angeli non mittant: tñ interdum ex ſpeciali rõne, ex moderamine ſapientiæ ac oĩ
Tho. Aq. potentiæ dei aliter accidit: cuius oppoſitum alij tenent, ſpecialiter S. Thomas: Ordo (inquit)
angeloꝝ attenditur penes dona gratiaꝝ, q̃ ordo ſupremus eſt, non hñs ordinem altiorem, pro
pter quem intermittatur, quemadmodum ordo naturæ interdum intermittitur propter ordi-
nem gratiæ altiorem, ad declarationem ſupernaturalium veritatũ aut oĩpotẽtiæ dei, vt in opi
busmiraculoſis. Ad quod poſſet quis reſpondere, ꝙ ordo grãæ habet ſuper ſe ordinem glorię.
Vel ſi in nomine gratiæ gloria includatur, adhuc habet ſuper ſe ordinem diuinę & increatæ p-
uidenetiæ, oĩa complectentis & excedentis, & nobis magis ignotæ, q̃ cognitæ. Iccirco de his ſo-
brie ſiue incauta aſſertione tractandum eſt. Prętereа q̃uis plures ordines mittantur q̃ aſſiſtant,
tñ ſecundium beatiſſimi Dionyſij doctrinam, plures angeli aſſiſtunt, q̃ mittuntur: quia, vt ait, q̃ E
Gregoriu ordo angeloꝝ ſublimior, eo perſonas in ſe continet plures. Gregorius vero pro parte aliter
ſenſit. De his ſuper ſecundum Sentiaꝝ plenius dictum eſt. De quibus & Thomas in prima par
te & ſuper Secundum ſcripſit diffuſe. Hic vero ſufficit mihi ea breuiſſime tetigiſſe.

QVarto quæritur, An hoĩes diuerſi ad diuerſos angeloꝝ ordines aſſumuntur, ſinguli ad
QVAES. IIII. ſingulos, & de adaptatione beati Gregorij circa hoc, qualiter ſit intelligẽda. Itaque theo-
lorum doctrina eſt, in regno cœleſti vnam eſſe totalem ecceleſiam triumphantẽ ex angelis ſan-
ctis & animabus beatis, ſeu electis hominibus, ad quam etiam Chriſtus ſecundum naturã ſpe-
ctat aſſumptam, tanq̃ caput illius, & poſt eum ſacratiſſima virgo, eiuſdem eccleſiæ poſt filium
ſuum præſtantiſſimum membrum. Porro præmium eſſentiale in patria, quod eſt viſio beatifi
ca, correſpondet charitatis perfectioni, ita ꝙ vnuſquiſq; ad gloriam beatificæ viſionis pertin-
get tanto maiorem, & ad chorum angelicum tanto ſublimiorem, quanto in hac vita ad ſynce
Auguſtinus riorem & intenſiorẽ peruenerit dei amorem. Vnde aſſerit Auguſtinus: Non longiturnitas tem
poris, non multiplicitas operis, non difficultas exercitationis, ſed maior charitas, meliorq; vo
luntas remuneratur à deo. Charitas quippe mentem deo vnit directe & aperit, ac patulam fa-
cit eandem ad ſuſceptionẽ, inhabitationem, amplexumq; dilecti, per auida, feruida, lachrymo
ſa ac pura deſideria eius. Iccirco quod in homilia ſcribit Gregorius: Sunt pleriq;, qui parua ca-
Gre. ho. 34. piunt, & ea fratribus nunciant. Iſti in angelorum numeꝝ currunt. Et ſunt, qui cœleſtium ſecre
torum ſumma capiunt & nunciant. Hi inter archangelos deputantur. Alij ſigna atq; miracu-
la operantur, qui ad virtutum ordinem congruunt. Sunt quoq; nonnulli, qui vi acceptæ pote- F
ſtatis & orationis eijciunt dæmones, hi in charo poteſtatum conſtituuntur: ſicq; conſequẽter
per conformitatem meritorum & operum, alios alijs deputat choris: quod totum per appro-
priationẽ quandã rite accipitur, & cæteris paribus, vtputa charitatis gradu proportionalr ex-
creſcenti, & ita quod opa ipſa ex charitatis procedant vigore, ſine quo nec prædicare, nec mira
cula opari, nec dæmonia effugare, nec proximis prædere meritoriũ eſt vitę æternę, Chtiſto te-
Matth. 7. Lucæ. 6 ſtante: Multi dicent mihi in illo die: Domine, dñe, nonne in noĩe tuo prophetauimus, & dęmo
nia eiecimus, & virtutes multas fecimus? &c̃.

QVinto quæritur, An aliquibus ſctĩs facta ſit illuminatio immediate à deo? Videt ꝙ ſic, q̃a
QVAES. V. Gen. 32. in Geneſi loq̃tur Iacob: Vidi dñm facie ad faciẽ. Dauid q̃q; in pſal. Audiã q̃d loq̃tur in me
pſalm. 84. dñs deus. Atq; in Exodo legit Moſes ore ad os locutus cum dño. Ad hoc rñdet Albertus: De
Exo. 33 Albertus ſanctis poſſumus loqui dupliciter. Primo, ſcd̃m ſtatũ viæ: ſecundo, iuxta ſtatũ patrię. Secundũ
ſtatũ patriæ ſupiores ſeu primi illuminant immediate à deo, medij vero & vltimi illuminant
à deo mediate, videlicet medij per ſupremos, & vltimi per medios. Sed ſcd̃m ſtatũ viæ, nullus
ſctõꝝ illuminatur immediate à deo, ſed mediantibus angelis. Veꝝ ex his patet, ꝙ iuxta pręha
bita in quolibet choro cœleſti ſunt primi, medij, & vltimi. Ergo in ordine Seraphim medij
illuminant



illuminantur à primis. Sicque vnus primæ hierarchiæ ac ſummi ordinis, illuminatur ab
A alio eiuſdẽ hierarchiæ ac ordinis: & per cõſequẽs, illuminat mediate à deo. Inſup hoĩes in hac
vita illuminãtur à deo, non ſolũ acci piẽdo ab eo dona gratiæ gratis datæ, ſed etiã, imó & emi
nentius, ſuſcipiendo ab eo dona gratiæ gratũfacientis, vt ſunt ſapiẽtia, ſciẽtia, intellectus, cõſili
um, prout ſunt de numero ſeptem donorum ſpirituſſancti. Hæc aũt fideles recipiunt immedia Iſaiæ. 11.
te à deo in ſeculo iſto: Primo in baptiſmo: Deinde, ſi lapſi ſunt, in ſacramẽto pœnitẽtiæ ſeu con
tritiõe. Hæc etenim dona non niſi per creationem & infuſionem à ſpiritu ſancto habentur. &
ſicut hoꝝ donoꝝ infuſio eſt immediate à deo, ſic & profectus & pfectio eorũdẽ, ſaltẽ vt à prin-
cipali cauſa. Sic & de gratia gratumfaciente argui poteſt, cuius infuſio eſt grandis illuminatio,
& à ſolo creatore confertur. Amplius, myſtica theologia eſt ſecretiſſima mentis cum deo lo-
cutio, eſtq; actus doni ſapientiæ vnitiuæ, flammigeræ: nec ineſt apici mentis angelo mediante,
niſi forſitan diſpoſitiue agente & cooperante. Præterea in oĩi actu meritorio indigemus actu
ali motione ſpirituſſancti, cuius motio vibratio ſeu excitatio, eſt quædam illuminatio mentis
non minima, & immediate à deo, qui iuxta Apoſtolum operatur in nobis & velle & perficere Philip. 2.
per ſe, non ſolum angelo mediante. Poſtremo, oĩes beati in patria, aliqua immediate cogno-
ſcunt & vident in deo, & quo clarius increatam lucem & ſummum illud exemplar contemplã
tur, eo plura in illo intuentnr, vt iam frequenter expreſſum eſt. Ergo vniuerſa beati ſaltem de
ali quibus immediate illuminantur à deo.

SExto quæritur, An angelus illuminat intellectum humanum. Videtur quod non, quoniã QVAESTIO VI
omnis noſtra cognitio intellectiua, à ſenſitiua incipit ac dependet. Rurſus intelligentem
oportet phantaſmata ſpeculari: non ergo eſt capax influentiæ angeli ſancti ac ſimplicis angeli-
cæ lucis. Ad hoc Thomas reſpondet in prima parte: Quemadmodum infima hierarchia cœ- To. aquas
leſtis illumiuatur à media, ſic hierarchia eccleſiaſtica ab infima hierarchia angelica. Sic quo-
que angelus illuminat intellectum humanum, eius vim intellectiuam confortando per lumi-
nis ſui irradiationem, atque per intelligibilium ſpecierum influxum: quas angelus ſuperior in
B fluit angelo inferiori ſpiritaliter, nude ac pure. Intellectus vero hominis, nõ eſt in præſenti ca-
pax talium ſpecierum, niſi proponantur ſibi ſub imaginibus ſenſibilium formarum. Nec eſt ca
pax ſpiritualis luminis intellectualis ſubſtantiæ, ſeu illuſtrationis angelicæ, niſi lumen illud in
tellectuale primo coniungatur, & quaſi imbibatur ac incorporetur phantaſmati, & per illud
repræſentetur intellectui. Hæc Thomas in prima parte & in ſcripto ſecundi. Cuius verba ſępe
miratus ſum, & quod venit ſemper ſic cum phantaſmatibus ſuis. Si enim phantaſma, quod eſt
corporalis ſimilitudo & ſubiectiue in potentia quadã organica, capax eſt huiuſcemodi lumi- Phantaſma quid.
nis ſpiritualis & illuſtratiõis angelicæ: cur nõ potius, imó & immediatius ac purius, mẽs hũana
q̃ ẽ ſignaculũ lucis primę & increatę, eſtq; eleuata ſupra tẽpus atq; cõtinuũ, & intelligẽtia obum
brata, in tm̃ vt ſcd̃m philoſophũ intellectus ſit mixtus ſeparatus, nulli q̃d habẽs cõmune, & a- Ariſtote.
ctu ens. vñ & ipſe ſctũs doctor in Summa cutra gẽtiles, fatet & probat, quod anima rõnalis in- To. Agnas
quantum intellectualis, etiam in corpore adhuc exiſtens, eſt per ſe ſubſiſtens. Poſtremo cum Ariſtote.
inter ſuſceptiuum & ſuſceptibile ſeu ſuſceptum, oporteat eſſe proportionem, præparationem
C aut conuenientiam, dicente philoſopho: Suſceptiuum non eſt contingens. &c. nonne intelle-
ctus humanus multipliciter decoratus, deiformiter ſimplificatus, ac radio contemplationis
perfuſus ac ſplendens, magis proportionatus, præparatus & dignificatus eſt ad ſuſcipiendum
immediate & pure in ſe influentiam & irradiationem luminis, & illuminationes mentis ange
licæ, quam phantaſma. De hoc alibi plenius ſcripſi: & quid obijci poſſit, tetigi ac diſſolui. Præ
terea Albertus multa hic quærit de aſſumptione corporum ab angelis, & motione ab illis, af- Albertus
firmans quod poſſint aſſumere corpora, quod item aliquando ea aſſumunt, atque quod cor-
porea illa ſunt groſſa & terrena, non aerea: & quod ſunt in qualibet parte corporum quæ aſſu-
munt. Iſta tango, quia Vdalricus Alberti diſcipulus & auditor, in Summa ſua recitat, quod
magiſter ac dominus ſuus Albertus, etiam in magicis artibus eruditus, dixit angelos non aſſu Vdalricus.
mere corpora, nec in corporibus aſſumptis vere adextra apparuiſſe, ſed præſtigialiter tantum,
imprimendo exterioribus ſenſibus ſimilitudines rerum. quod etiam reprobat Thomas, & ve
rum eſt quod Albertus interdum ſic ſenſit, & alicubi ita ſcripſit. Sed hic & ſuper ſecundum Sẽ-
tentiarum aliter ſcripſit ac ſenſit, & verius. In pluribus autem locis ſibiipſi in ſcriptis ſuis con-
trarius inuenitur. Deinde hic poſſent multa inquiri, videlicet de angelorum cuſtodia circa ho
mines, & vtrum ſit prælium inter angelos ſanctos ratione cuſtodiæ. De q̃bus & conſimilibus
dictum eſt ſuper ſecundum Sententiarum. Etenim conſtat, vnumquẽq; hominẽ habere angelũ

 bonum

bonum in cuſtodem,& angelum malum in exercitium. Nec inter angelos beatos eſt proprie D
pugna aut diſſentio, ſed inuiolata concordia: quamuis pro perſonis & gentibus ſibi com-
miſſis,agant,aduocent,proponãt, allegent,& dei iudicium concorditer præſtolẽtur,ac de illo
optime contententur. Propter quod de ſibi commiſſorum culpis & condẽnatiõibus præcipue
nõ triſtãtur necdolent:ſed diuinæ iuſtitiæ plenarie conformati,de adimpletione diuinæ pro-
uidentiæ cum tranqllitate cõtenti ſunt. Ad quorum glorioſa cõſortia ꝑducere nos dignetur fons
vniuerſæ ordinationis, qui eſt ſuper oĩa deus ſublimis & benedictus in ſecula. Amen.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS XV.

DE cætero regem concedentes oculo noſtro intellectuali, & cõtemplationi
bus angelicæ ſublimitatis difficile cõtemplabilis inſpiciamus diuiſibiles
& multarum partium varias formatiões angelicas in ſcripturis per ſenſi-
bilia ſymbola. Rurſus vero ab ipſis tãquam ab imaginibus reflectamus mẽ-
tis oculũ ad inueſtigandũ cœleſtiũ mẽtiũ ſimplicitatẽ per ſenſibilium colla-
tionem. Attende autem inprimis, ꝙ iuxta ſenſibiles deſcriptiões in ſcriptu-
ris,& intellectualem earum expoſitionẽ cœleſtes ſubſtantiæ qñq; oſtenduntur hierarchice re-
gere,quandoq; hierarchice regi. & poſtreme alias regere & primæ regi hierarchice,& eædẽ ha
bere & primas & medias & poſtremas virtutes diuerſis reſpectibus. Neq; per hoc aliqua indu-
citur confuſio ordinibus angelicis. Confuſio ſiqdem eſſet,ſi diceremus quaſdam cœleſtes ſub-
ſtantias hierarchice regi à ſuis ſuperioribus,& hierarchice regere eaſdem à quibus ipſę regun-
tur. Aut iterum ꝙ aliquæ ſuperiores ſubſtantiæ regerent inferiores, & ab eiſdẽ hierarchice re- E
gerentur. Si autem dicamus aliquas ſubſtãtias regere inferiores,& regi à ſuis ſuperioribus,nul
Iſaiæ.6. lum eſt inconueniens. Vnde ſecundum hoc in ſacris ſcripturis recte oſtenditur per ſenſibiliũ
Eze.1.10. deſcriptiones quod ſubſtantiæ cœleſtes diuerſis reſpectibus dicantur participare & primis &
Zacha.1.2. 2.Mach.15 medijs & poſtremis virtutibus,eo quod ipſe & ad ſuperiores conuerſiue extendantur,& ad ſe-
ipſas fortiter conuoluantur proprias virtutes conſeruando & ad inferiorum prouiſiõem pro
cedant,communicando eiſdem ſuæ virtutis participationem. Quod quidem conuenit omni-
bus ſubſtantijs cœleſtibus,alijs quidem plenius,alijs autem particularius. vt ſæpe dictum eſt.
Deinde inter myſticas expoſitiones ſenſibilium formarum primo inquirẽdum propter quam
cauſam ſacra ſcriptura pene ſuper omnes formas ſenſibiles vtitur proprietatibus ignis,ad inui
Danie.7. ſibilium deſignationem. Siquidem Daniel ponit rotas igneas. Et Ezechiel animalia ignita,&
Ezechie.1. Matt.28. Matthęus viros quaſi ignem fulgentes. & rurſus Ezechiel,cumulos carbonum attribuit cœle-
ſtibus ſubſtantijs. Et in Daniele dicitur fluuius igneus & rapidus egredi à facie dei. Et rurſus
Ibidem. ibidem dicitur, Thronus eius flamma ignis,& primas intelligentias oſtendit ſcriptura eſſe in-
cendentes per hoc quod vocat eas eſſe Seraphim,& ignis proprietatem & operationem ibidẽ
eiſdem attribuit in purgatione Iſaiæ. & omnino in deſignatione cœleſtium ſiue ſuperiorum,ſi-
ue inferiorum ſcriptura eminenter honorat proprietates ignis. Vnde inter omnia ſenſibilia
Iſaiæ.6. arbitror ignem efficaciſſime ſignare cœleſtia & diuina. Ipſa enim ſuperſubſtantialis & non for
malis dei ſubſtantia in multis locis ſcripturæ figuratur per ignem tanquam habentem propri F
etates multas ſignatiuas diuinorum inuiſibilium quãtum poſſibile eſt fieri in imaginibus ſen-
Deute.4. ſibilibus. Vnde in Deuteronomio & in Malachiæ, deus ignis dicitur. Ignis ſiquidem ſenſibilis
Malach.3. Hebræ.12. occulto quodam modo per omnes ſenſibiles ſubſtantias eſt conſperſus & per oĩa penetrat.
& tamen ab omnibus ſegregatur,& per effectum ſplendens ſecundum ſubſtantiam ſuam eſt
occultus & ignotus,non adhibita materia,per quem manifeſtat propriam operationem. Item
teneri non valet propter mobilitatem & ſubtilitatem. Item ſecundnm ſubſtantiam ſuam ocu-
lis carnalibus eſt in contemplabilis. Item vniuerſis elementis ſupereminet. Item eis quibus
ingignitur propriam operationem inducit. Item variatiuus. Item ſuijpſius traditiuus omni-
bus quolibęt modo appropinquantibus. Item renouatiuus. Item incircũuelate illuminatiuus.
Item viſui impenetrabilis,mundus,diſcretiuus,inuariabilis,ſurſum ferens,acute penetrans, al-
tus,non recipiens ignominioſam ſubiectionem ſemper mobilis,eodem modo mobilis,moti-
uus aliorum,comprehenſiuus aliorum,non totaliter comprehenſibilis alijs, nullo indigens,
latenter augmentatiuus ſuijpſius,& in adhibitis ſibi materijs per effectum manifeſtans ſuæ oc-
cultę virtutis magnitudinem. Item actiuus,potens,vniuerſis inuiſibiliter pſens,neglectus vide
tur nõ eſſe,contritione vero quaſi quadam inqſitione naturaliter prouocatus, ſubito per effe-
ctum manifeſtatur,& rurſus ſubito fit incomprehenſibilis & impalpabilis. Item copioſiſſimis
ſui traditionibus in nullo diminuitur. Multas etiam alias poterit quis inuenire proprietates
ignis familiaritęr ſignantes diuinas operationes quantũ fieri poteſt per ſenſibiles imagines.
Quod at-



A Quod attendentes theologi qui ſacras ſcripſerunt ſcripturas frequenter cœleſtibus ſubſtãtijs
ignis ꝓprietates attribuunt, ꝑ hoc ſignantes diuinã ipſarum cõformitatẽ & dei imitationẽ,qñtũ eiſ
dẽ eſt poſſibile. Deſcribũt etiã angeli in forma hũana, eo ꝙ hoíes habẽt vim intellectiuã,& qa
habẽt oculos ita ſitos vt libere ſurſum reſpiciãt,& figurã rectam & ſurſum erectam,& ſecundũ
naturã principãt aĩalibus alijs,& ea regũt & dirigũt,& ſcdm ſenſibiles virtutes inferiores ſunt,
ſecundum vero mentis virtutẽ & rationalẽ ſcientiã & libertatẽ arbitrij quod cogi non valeat
oĩbus animalibus præminent. Poſſibile eſt autem ſecundum ſingulas partes, humani corpo
ris excogitare imagines conuenientes ad deſignationem cœleſtium virtutum. verbi gratia, Vt
oculi humani dicantur ſignare in cœleſtibus mẽtibus clariſſimum reſpectum ad diuina lumi-
na. Item, quia oculi teneri ſunt & refugiunt offendicula,& huiuſmodi tanquam oĩs formę ſu
ſceptibiles & conformes & acutæ mobiles, ſignant mundam & apertam ſuſceptionẽ diuinarũ
illuminationum ſine repercuſſione. Item vis olfactiua ſignat in cœleſtibus animis ſuſceptibili
tatem diuinæ ſuauitatis ſuper mentẽ bene olentẽ & vim diſcernendi perſuauia,& euitandi con-
traria. Virtus autem audibilis ſignat virtutem angelicam participatiuam & cognitiue ſuſcepti
uam diuinæ inſpirationis. Vis vero guſtatiua ſignat ſuſceptibilitatem ſacietatis intelligibiliũ
alimentorum & perfectuum prouenientium ex diuinis nutrimentis. Vis vero tangibilis ſcien-
tiam diſcernentem ea quæ naturam iuuant ab his quæ lædunt. Palpebrę vero & ſupercilia vim
cuſtoditiuam intellectuum dei inſpectiuorum. Aetas vero adoleſcentiæ vel iuuentutis ſignat
viuificam angelorum virtutem ſemper conualeſcentem. Dentes vero virtutem diuiſiuam ꝑ-
fectionis luminis cuilibet ſuperiori menti inditi & ipſam nutrientis ad communicandum in-
feriori. Quælibet enim mens cœleſtis intellectuale lumen ſibi à ſuperiore infuſum, puiſiua vir
tute diuidit tanquam portionem à maſſa & multiplicat ad ſurſum actionem inferioris ſecun-
dum ſingulorum capacitatem. Humeri autem & brachia & manus ſignificant virtutẽ operan-
di,& eiuſdem virtutis executionem,& executionis effectum in inferioribus. Cor autem deſi-
gnat deiformem vitam quæ boniformiter diſtribuit propriam viuificam virtutem electis. Pe
B ctus autem vbi ſedes eſt roboris & cuſtodia ſpiritualium, ſignat fortitudinem nulla violentia
ſubijcibilem & cuſtoditiuam viuificæ diſtributionis prædictæ quaſi ex corde procedẽtis. Dor
ſa autem ſignant continuam coniunctionem omnium virtutum quę germinãt bona opera,&
omnes bonos motus, ſicut ex ſpina dorſi quaſi prodeunt & pullulant omnes coſtæ. Pedes autẽ
virtutem motiuam acute penetrantem & velocem ſemper tendentem in diuina. Vnde legit in Iſaiæ.6.
Iſaia: Duabus alis velabãt pedes eius. Vbi dat intelligi ꝙ Seraphim habebãt alas ſenas in pedi-
bus, qbus velabant pedes dñi, ſicut oſtendit pictura parietũ. Ala enĩ quæ ſurſum fert auẽ, & eſt
acuta in ſummitate & in aere ſuſpendit & iter facit donec longe à terra ſeparet, ſignat virtutem
mentis ſurſum actiuã & acute penetrantẽ & in cœleſtibus & æternis ꝑgẽtẽ, iuxta illud Eccleſi.
Gyrum cœli circuiui,& ſegregantẽ mentis apicẽ ab oĩ ſenſibili. Leuitas vero alarũ ſignat mẽ- Eccl.24.
tis virtutẽ ab omni terrenitate expeditã & totã mundam,& ab omni deorſum trahente liberã
alta petentem. Nuditas vero & diſcalciatio in cœleſtibus mentibus ſignat ꝙ libere ſunt & fa-
cile abſoluuntur, imó omnino detineri nequeunt ab aliqua inferiori occaſione, vel occupatio-
C ne & ꝙ exteriora ſenſibilia eis non explicantur, neq; adhærent, & ꝙ diuinæ ſimplicitati ſecun-
dum naturæ poſſibilitatem aſſimilantur. Sed rurſum cum ſacra ſcriptura, quæ tota in ſimplici
veritate vnitur, in ſententiarum varietate multiplicetur, quãdoq; angelos cœleſtes nudatos
veſtiri oſtendit, vt apud Zachariam: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et paulo poſt: Indue- Zacha.3.
runt eum veſtibus: Daniel ait: Vidi virum veſtitum lineis. Vaſa etiam deferre. Vt in Ezechiele Dani.10. Ezech.9.
& Apocalypſi: Oſtendamus quid ſignant veſtes & miniſteria quæ cœleſtibus mẽtibus attribu- Ezechi.9. Apoc.15.
untur. Veſtis enim ſplendida & ignea ſignat earundem mentium conformitatem ad deum iu-
xta ignis proprietates ſupra aſſignatas anagogice intellectas, ſpecialiter propter virtutem lu- Marci.16.
men dandi & accipiendi. Splendor autem eis attribuitur apud Marcum & Thobiam. Eſt au- Tobiæ.5
tem neceſſaria hæc expoſitio ne quis ſuſpicetur propter tales attributiones in cœleſtibus mẽ-
tibus quæ ſemper quieſcunt aliquam eſſe temporalem varietatem & quietis interpolationem
in qbus eſt vnũ lumẽ ſimplex qd tanq̃ fons luminis oẽs intellectualit illuminatos illuminat.
Veſtis aũt ſacerdotalis ſignat virtutẽ adducẽdi angelos vel hoíes ad implendas diuinas volun
tates quæ prius eoſdẽ latebãt adducẽdos,& ad totius vitæ ſpiritualis ſanctitatẽ. Zonæ vero ſi-
gnãt virtutẽ ſeruandi & firmiter coadunandi ꝓprias virtutes & gratias ſpirituales per incremẽ
tum propriæ & alienæ perfectionis ſpiritualit pullulãtis ſicut zona cingit veſtes ne defluãt,&
conſtringit ventrem in quo ſunt virtutes nutritiuæ. ad hoc vt quilibet cœleſtis animus in ſe-
ipſum conuertatur,& ſic ſimplicificetur per virtutum ſpiritualium indiſſipabilitatem. Signat
etiam zo

etiam zona virtutẽ cœleſtis animi circa ſeipſam decenter inceſſabiliter,vniformiter conuoluẽ D
di.ſicut zona circa corpus conuoluitur neq; decidit. Virgę autem ſignant virtutem & pruden-
tiã bene regendi& ad deum ducendi ſubditos.& quælibet negocia ſibi cœlitus iniuncta certo
Pſal.44. moderamine tẽperandi,& fine debito concludendi,quia reges & iudices qui virgas & ſceptra
Hebræ.1. portant,talia faciunt vel facere debẽt. Lanceæ vero& ſecures ſunt vaſa interfectionis,ſignãtq;
Iere.1. Zacha.11. virtutẽ ſeparandi reprobos ab electis,vel peccatum à bona natura & acute diſcernendi inter
bonum& bonum,& bonum & melius,& melius & optimũ.& efficaciter complendi operati-
Ezech.9 Sapi.5. ones ſuas.Inſtrumenta aũt menſurandi& ædificandi,ſignãt virtutẽ inchoandi virtutes vel bo
i.Ma.11. & 15. nam conuerſationẽ,& promouendi &perficiendi.Et iuxta hunc modũ intelligenda ſunt quę-
Iob.16. cunq; attribuuntur deo vel cœleſtibus animis pertinentia ad inferiorum ſurſum actionem&
Iere.16. conuerſionẽ ad deũ per prouidentiã ſuperiorum.Quandoq; autẽ inſtrumenta corporalia an-
Eze.4 Apoc.21. gelis attributa,ſignant iudicia diuina in homines exercenda.Quædam aũt ſignant diuinã ca-
Amos.7. ſtigationem,vt ait Iere. Virgã vigilantẽ ego video.Quædam punientem iuſtitiã,vt in Ezechi.
Quædam liberationem ab anguſtia,aut finem diſciplinæ,aut renouationem prioris beneuo-
lentiæ,aut additionẽ nouorum donorũ paruorũ aut magnorũ ſenſibilium, aut intelligibiliũ.
Ieremi.1. Et generaliter animus perſpicax ſciet familiariter coaptare ſenſibilia ſigna intelligibilibus vir-
Ezech.9 tutibus.Quod autẽ angeli vocantur venti in Pſal.ſignat velocem ipſorũ actionem &ad oĩa
fere ſine mora tranſeuntẽ,& motũ eorum expedite deferentem inferiora ſuperius&ſuperiora
inferius. Angeli quidem extendunt inferiores ſuperius,&in eis ſuperiores influũt inferioribus
Pſal.103. & ſummi mouent medios ad prouiſiue influendum diuina lumina inferioribus,communi-
cando eiſdem proprias illuminationes,ſecundum ſingulorum capacitatẽ. Præterea nomina-
tio venti qui eſt quaſi ſpiritus aeris ſignat conformitatẽ cœleſtium mentium ad ipſam diuini- E
tatem.Habet enim ventus imaginariam formam diuinæ operationis,ſicut oſtẽdimus in ſym-
4.Reg.19. bolica theologia, in anagogica expoſitione quatuor elementorum,quorum vnum eſt aer,qui
Can.4. Act.2 diuinas operationes ſignat,inquantum abilis eſt mouere alia.& germina terræ prouocare.&
quod velociter operatur,& quod non valet detineri,& quod ſubito incipit moueri ,& ſubito
ceſſat. & nos cauſam vel motus vel ceſſationis non cognoſcimus,neq; videmus quo ſe occul-
tet,iuxta quod de deo ſcriptum eſt in Iob:Si venerit ad me non videbo eum, & ſi receſſerit nõ
intelligam.Et in Iohan.Spiritus vbi vult ſpirat,& vocem eius audis,& neſcis vnde veniat aut
quo vadit. Nomine nubium etiam deſignantur angeli in ſcripturis,quę implentur nomine ra-
Iob.9. dij ſolaris,ſicut angeli lumine diuino occulte ſuperradiante,quorum primi primam diuini lu-
Iohan.3. minis apparitionem intus ſine exteriori iactantia ſuſcipiunt,& eam ad inferiores copioſe ſecũ
dum ipſorum capacitatem deferunt ſecundario,ſicut nubes lumen intra ſe recipiunt & deor-
ſum tranſmittunt.Alia etiam ratione nubes angelis comparantur,quia nubes effundunt plu-
uias,quas ſinibus humidis continent,per quas terræ virentia pullulant,viuificantur, creſcunt
& matureſcunt.& ita terræ fructus viuificantur, ita & angeli abundantiam cœleſtis ſapientię
in ſe ſuſcipientes,& continentes,eam ingignunt inferioribus& inflammant & augent & perfi-
ciunt & ſurſum agunt eos. Quod autem in Ezechiele æris & electri forma,& formæ lapidum
precioſorum angelis attribuuntur,ſic eſt intelligendum vt nomine electri cuius color medius
eſt inter colorem auri & colorem argenti.& ita quodammodo vtranq; continet quantum ad F
Ieze.1.8.28 colorem auri ſignat in angelis ſplendorem indeficientem,non valentem deſtrui, vel etiam mi-
nui,vel aliquo modo maculari. Quantum vero ad colorem argenti,ſignat in eiſdem clarita-
tem cœleſtem in ſe ſplendidam & alios illuminantem.In ære autem ratione coloris ſui idẽ q̃d
in auro vel igne ſignatur.In varijs autem lapidum coloribus per albedinem qui color eſt ſplẽ-
didus,intelligitur cœleſtium mentium ſplendor.Per ruborem ignis myſteria, per flauum co-
lorem myſteria aurei coloris.Per pallorem iuuentutem,id eſt,immarceſſibilitatem ſemper cõ
ualeſcentem.Et iuxta hunc modum in qualibet ſpecie inuenitur anagogica expoſitio ſurſum
actiua mentium noſtrarum.Sed quoniam de hac materia videtur ſufficere, conſideremus de-
inde qua ratione ferarum &aliorum animalium formæ angelis attribuuntur.Figura ergo le-
onis in angelis ſignat virtutem alios regendi & ducendi in deum,& fortitudinem ſpiritalẽ nõ
valentem aliqua violentia coerceri,& quod aſſimilatur ſecundum ſuam poſſibilitatem ipſi oc
cultiſſime & ineffabili diuinæ maieſtati in eo quod ſecretiſſime in deum tendunt,iuxta quod à
luce dei ſecretiſſima ad perueniendum in ipſam illuminãtur&ſuſcitantur.Sicut leo venatores
timens,veſtigia ſua cauda obliterat.Et ideo dicitur in Pſalmo:In mari via tua,ſemitæ tuę in a-
quis multis,&vitæ tuæ non cognoſcentur,Atq; Paulus ait:O altitudo diuitiarum ſapientię&
ſcientiæ dei quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius.Figura autẽ
bonis ſignat fortitudinem & conualeſcentiam & virtutem aperiendi,quaſi per ſulcos mentes



inferiorum ad ſuſceptionẽ cœleſtiũ chariſmatũ copioſe influentiũ,& diuinã in eis cognitionẽ au-
gmẽtãtiũ.Cornua aũt bouis ſignãt defenſionẽ&robur,qa cornu tuet boũ & ẽ carne robuſtius
Figura vero aqlæ ſignat regalẽ dignitatẽ &ſublimẽ aſcẽſum in diuina & velocem volatum cõ-
templationis & virtutem penetrandi perſpicaciter,ſobrie,agiliter & prudenter ad hauſtum di
uinæ dulcedinis,qui vere roborat & nutrit.Signat etiam virtutẽ exercendi contemplatiões ſu-
as ſine omni offendiculo recte & inflexibiliter & per ſaniſſimas & perſpicaciſſimas ſuarum cõ-
templabilium virtutum ſuſcitantes ad copioſiſſimum & lucidiſſimum radium æternæ ſapien
tiæ quem deus pater emittit in plenitudine ſpiritualis luminis & feruoris,ſicut ſol eſt quædam
plenitudo & fons corporalis luminis & feruoris,iuxta quod aquila à longe eſcam ſubtiliter vi
det,& ad eam velociter & directe compoſitis alis volat,& irreuerberata acie ſolis radios intue
tur.Equorum autem figura ſignat q angeli deo obediunt,& ad omnem ipſius flectuntur vo- Zacha.1.
luntatem,ſicut equus freno agitur.Albedo autem equorum ſignat angelos ſplendidos eſſe, & Apoca.6.
diuino lumini prę omnibus aſſimilari.iuxta q albedo color eſt clariſſimus.Nigredo ſignat in
eis ſecretam occultationem,quia nigredo color obſcuriſſimus eſt,Rubor virtutem igneam &
actiuam.Omnes vero colores medij inter albedinem & nigredinem ſignant in eis coniunctio-
nem claritatis & occultationis per virtutem occultandi claritatẽ & declarandi occulta,& con-
iungendi ſuperiores inferioribus,dũ priores inferioribus influunt,& inferiores ad ſuperiores
conuerſiue extenduntur. Et niſi vitaremus tractatus prolixitatẽ dictorũ animaliũ particulares
proprietates & omnes eorum corporales formas & figuras cœleſtibus mẽtibus adaptauiſſemus
aliter attribuendo cœleſtibus mentibus ea quæ ſunt in ipſis animalibus vt ſupra.Per furorem
qui eſt in animalibus intelligendo in angelis fortitudinẽ à qua furor maxime diſtat & eſt eius Cap.2.
B remotiſſima figura.Et per animalium carnalem concupiſcentiam,ſpiritalẽ in angelis dei amo
rem,& vt breuius dicatur,oĩes ſenſus corporeos & multiplices animalium reducendo ad im
materiales intellectus & vniformes virtutes cœleſtium animorum.Sufficiunt autem ſapienti-
bus non ſolum iſta quæ diximus, ſed etiam vnius formæ vel figuræ anagogica expoſitio,quæ
fit ſuo ſignato tam diſſimilis ad conſimiliũ figurarum conſimilẽ expoſitionem. Deinde expo
namus quod ſcriptura attribuit cœleſtibus ſubſtantijs fluuios vt in Daniele & Eccleſiaſt.& ro Dan.7.
tas in Ezech.Et currus ſibi cõiunctos.vt in quarto Regũ:Fluuius autem igneus &rapidus qui Eccl.14.
egrediebatur à facie eius.i.antiqui dierum.ſignat plenitudinem diuini luminis&feruoris à patre Eze.1.3.10.
luminũ procedentis,quæ cœleſtibus ſubſtantijs elargitur copioſam& indeficientem & affluẽ- 4.Reg.2.
tiam ſpiritualium donorum & ſpirituale nutrimentum ex quibus in ipſis feruentis & viuificę
C charitatis incrementum generatur.Currus autem propter materialem ipſorum coniunctionẽ
ſignat communionem gratiæ,gloriæ,dignitatis & omnium luminum cœleſtium coniunctiuã
cœleſtium mentium quæ coordinantur in ipſa hierarchia vel ordine.Rotæ autem prompte ſe
eleuantes quæ leguntur ante faciem ſuam ire& non reuerti & indirectũ ire vt in nullam partẽ Ezech.1.10
declinarent & eleuari ſurſum,vt ſignant in cœleſtibus ſubſtantijs virtutem ſemper proficiendi
ſurſum in diuina indeclinabiliter & directe,vt earum contẽplatiões quaſi circulares propter æter
norum interminabilitatẽ ſurſum ſemper intellectualiter dirigantur.Poteſt etiam & alius ſenſus
anagogicus in deſcriptiõe rotarum intelligi,dicẽte Ezechi. Rotas iſtas vocauit volubiles audien Ezech.10.
te me. Vbi gręca trãſlatio ſonat reuolutiões & reuelatiões.Mẽtes ſiqdẽ cœleſtes quę & rotis &
igni cõparãt,ſẽpiterno motu reuoluũt circa ſummũ bonũ,& reuelãt occulta,inferiores ſurſum
agẽdo,ſublimia declarãdo,deferẽdo lumina à ſupioribus ad iferiores.Deinceps oſtẽdamus qd
ſignat gaudiũ q̃d angelis attribuit apud Lucã,cũ ipſorum gaudiũ nõ ſenſibile ſit ſicut nrm q̃d rece Lucæ.15.
dẽdo affligit & aſſidue deficit. Vñ p gaudiũ & ępulationẽ q̃ ãgelis attribuũt de pditorum inuẽtiõe
& errãtiũ cõuerſiõe ad deũ,& ſaluatiõe ſignat exultatio angelorum diuino gaudio conformis,&
copioſa & ineffabilis q̃ ſp replẽt,quã etiã viri ſcti adhuc in carne mortali cõſtituti interdũ me-
rẽt guſtare ſibi radiãtibus diuinis illuminatiõibus. Hęc igit quæ de ſenſibilibus inuiſibiliũ de-
ſcriptiõibus ſcripſimus nõ plenarie inuiſibilia manifeſtãt,ſed nobis cõferũt & illuminant ne in
imaginarijs deſcriptiõibus animos defigamus.nihil vltra vel ſuperius quęrẽtes.Sed diſcamus
p pdicta&in alijs figuris ſenſibilibus inueſtigare inuiſibilẽ veritatẽ.Si aũt obijcis q nõ de oĩbus
angelicis ꝟtutibus,opatiõibus & imaginibus quæ in ſcripturis tãgũt ſpecialit tractauimus in
hoc libro. Rñdemus q hoc verum eſt & q̃druplici de cauſa plura de his p̃termiſimus.tũ qa dili-
gẽs tractatus de cœleſtibus hierarchijs noſtrã excedit ſcientiã&magis indigemus de ipſis ab a-
lio doceri q̃ docere,tũ qa ex hijs quæ dicta ſunt alia p̃termiſſa quę cõſimilẽ habẽt intelligẽtiã & Tobiæ.12
difficultatẽ,intelligi poſſunt,tũ etiã vt cõpendioſam mẽſurã noſtro tractatui prouideremus,& Prouer.25.
tandẽ vt occultũ quod noſtrã ſuperat ſciẽtiã p ſilẽtiũ veneraremur.

COELESTIS HIERARCHIAE FINIS.

D.Dionyſii

# D. DIONYSII CARTHVSIANI, COMMENTARIORVM SVORVM IN LIBRVM S. DIONYSII AREOPAGITAE MARTYRIS ET EPISCOPI, DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

## PRAEFATIO.

Hebræ. 8. Exo. 19. Da. 2. 5. 6. 7. Oſeæ. 1. Eccl. 45. Hebræ. 7. Pſal. 109. Iſaiæ. 51. Iſaiæ. 2. Iere mi. 31. Hebræ. 10.

TALEM habemus põtificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cœlis, ſanctorum miniſter & tabernaculi veri, quod fixit deus & non homo. Olim in lege deus per magnos & ſanctos prophetas prænunciauit, in aduentu Meſſiæ nouum & præexcellens ſacerdotium eſſe prçſtandum, nouam quoq; legẽ perfectam. Siquidem tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. Hinc de Chriſto fuit vaticinatum in pſalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. De cuius lege Iſaias prædixit: Attendite ad me popule meus, quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requieſcet. Et rurſus: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem. Denique, de horum vtroq; Ieremias prophetauit ſimul aperte: Ecce, inquiens, dies veniunt, dicit dominus, & feriam domui Iſraël & domui Iuda pactum nouum, non ſecũdum pactum quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael: Poſt dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in deum, & ipſi erũt mihi in populum &c. Hanc legem contulit Chriſtus eccleſiaſticæ hierarchiæ ac politię, in qua ipſe fuit rex & ſacerdos, caput & pontifex. Prim os quoq; eius ſacerdotes inſtituit, ordinauit, & conſecrauit in cœna, in qua ſacrificium ac ſacramentum quod ipſi eorumq; ſacerdotes de cætero conſecrarent, offerrent & frequentarent: ipſemet primitus conſecrauit, ac formam conſecrationis & celebrationis præfixit ac tradidit, & cætera euangelicæ legis inſtituit ſacramenta. Amplius, vnum diſcipulorum ſuorum alijs præfecit in prælatum ac præſulem, atq; in plenũ, ſummum ac generalem ſuum vicarium, dicens eidem: Paſce oues meas. Diſtinxit quoque & ſtatuit in eccleſia ſua diuerſos miniſtros: paſtores, officiatos ac præſidentes, cum multiplici differentia gratiarum, virtutum, donorum & miniſtrationum, prout in prima ad Corinthios epiſtola docet Apoſtolus: Diuiſiones, dicens, gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem vero dominus qui operatur omnia in omnibus. Conſequenter, in eadem epiſtola proſequitur de his docte, ſubtiliter, copioſe. Prçterea, ſicut in præcedenti volumine beatiſſimus, feruentiſſimus & illuminatiſſimus Dionyſius tractauit diffuſe de ſupernis, ordinibusq; angelicis, de quibus magiſter & inſtitutor ſuus ſacratiſſimus Paulus breuiter in ſuis tetigit epiſtolis: ita in iſto volumine idem autor compendioſe tractat de quibuſdam nunc tactis, eccleſiaſticæ hierarchiæ ſacramentis, officijs, religionibus ac ſtatutis. Hinc quemadmodum ſcientia libri de angelica hierarchia, eſt quædam quaſi pars ſcientiæ ſecundi libri Sententiarum, in quo inter cætera de hierarchijs & choris cœleſtibus agitur: ſic libri huius ſcientia eſt quaſi pars quædam ſcientiæ quarti libri Sententiarum, in quo inter reliqua de eccleſiaſticis ſacramentis alijsq; prætactis tractatur. Ex quibus elicitur, quæ ſint ſubiecta libri huius ac præcedentis.

Matt. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. 1. Cor. 11. Matt. 16.

Iohan. 21.

1. Cor. 12. 1. Co 13. 14. 1. Co 15. 16

Dionyſii Areo-



# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI, ET GALLIARVM APOSTOLI, DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA, AD TIMOTHEVM EPHAESINAE CIVITATIS EPISCOPVM.

A

¶Eccleſiaſticæ hierarchiæ quænam ſit traditio, & quæ illius ſpeculatio ſeu intentio. Cap. I.

COnpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter Salutem. Quia quidem ſecũdum nos hierarchia diuinorum† principiorum ſacratiſſime intenta atq; diuina, habetur deifica ſcientia & operatione & conſummatione, ex ſupermũdanis & ſacratiſſimis oſtendere nos oportet eloquijs, ſacræq; perfectionis myſteriorum thelethen, his qui ex hierarchicis ſacramentis & traditionibus perfecti ſunt. Sed uide quomodo ut ex principio, deinde ſancta ſanctorum reuenerare. †Sed autẽ & hæc ſecreti dei intellectualibus & inuiſibilibus ſcientijs honorifica, imparticipata quidem hæc & incontaminata ab imperfectis conſeruans: ſacris autem ſolis ſacrorum cum ſacra illuminatione, ſancte & pulchre communicans. Sic enim ut theologia diſcentibus nobis tradidit, & ipſe Ieſus diuiniſſimus animus & ſuperesſentialis omĩs hierarchiæ & ſanctificationis & deificationis principium & eſſentia, & diuiniſſima uirtus, beatis & noſtrum melioribus eſſentijs ſignificantius ſimul & intellectualius illucet, & eas ad proprium lumen aſſimilat ſecũdũ uirtutem, noſtraſq; ad ſe extentorum, & nos extendente bono amore complicat multas alteritates, & in uniformem & diuinã conſummans, & uitam & habitũ & actionem, ſanctam & pulchram donat diuinę ſacerdotalis uirtutẽ. Deinde in ſanctam uenientes diuini ſacerdotij operationẽ, proprius quidem nos efficimur ſuper nos eſſentiarum ſecundum uirtutem ſimilitudini manentis & immutabilis earum ſacræ collocationis, & hac†ad lumen Ieſu et diuinam claritatem reſpicientes, et quæcunq; uidere poſſibile ſacræ explorantes, et ſpeculationibus ſciẽtiæ illuminati† myſtica diſciplina conſecrati, et cõſecrantes luciformes, ſed et deifici, perfecti et † perfectiores fieri poterimus. Quædam igitur angelorum eſt et archangelorum hierarchia et ſupermundalium principatuum & poteſtatum et uirtutum dominationumq;, et diuinorum thronorum aut ęquipotentium thronis eſſentiarum, quas theologia attente et ſemper circa deum eſſe et poſt deum tradit, Cherubim eas Hebręorum uoce et Seraphim nominans *ornatum earum et hierarchiarum ſecundos ordines et diuiſiones conſequens† inueniẽs in eis. Nobis non condigne quidem, ut poſſibile autẽ et ut theologia ſacratiſſimis ſcripturis ſubintroduxit iuxta eã, hierarchia laudantibus tantum tamen neceſſariũ, quõ et illa et omĩs nunc laudans ſupra nos hierarchia, unã habet et eandem per omnẽ hierarchiã, actionem et uirtutem. Ipſumq; ſummum ſacerdotem quomodo iuxta eum eſſentia et analogia et ordo habet perfici ſecundum diuina et deificari, et ſubiectis tradere ſecundum dignitatem unicuiq;, facta ei diuinitus ſacra deificatione. Ipſoſq; ſubditos ſequi quidem meliores, extẽdere uero minores in ea quæ

*puerorũ

†Sic.

B

C

*ad beatũ Ieſum.

†pfectores.

*myſticã diſciplinam.

†ornatuũ eorũ & hierarchiarũ ſctõs ordines.

*inueniens in eis noſtrã non.

ante ſunt. Quoſdam autem & præeſſe, & quantum poſſibile, alios ducere, et per D
hanc diuinam hierarchicam harmoniam uere ſubſiſtens bonum & ſapiens & o-
ptimum participare unumquemque iuxta uirtutem, Sed ipſę quidem ſuperno-
eſſentiæ & ordinationes quarum iam memoriam ſacram fecimus, & incorpo-
rales ſunt et inuiſibiles, et ſupermundana eſt ſecundum ipſas hierarchia: eam ue-
ro ſecundum nos uidemus proportionaliter nobiſipſis ſenſibilium ſymbolorũ
uarietate multiplicatam, ex quibus hierarchice in uniformem deificationem, in
commenſuratione quæ ſecundum nos eſt reducimur, in deumq́ et diuinam uir
tutem. Ipſe quidem ut intellectus intelligunt iuxta quod eis fas eſt. Nos uero
ſenſibilibus imaginibus in diuinas (quantum poſſibile eſt) reducimur contem-
plationes. Vereq́ dicendum, unum quidem eſt, quod omnes uniformes appe-
tunt, participant uero non uniformiter idipſum unum quod eſt, ſed ſicut unicui
que diuina iuga diſtribuunt iuxta dignitates partem. Sed quidem hæc nobis
in ea quæ eſt de inuiſibilibus & ſenſibilibus actione latius dicta ſunt. Nunc ue-
ro noſtram hierarchiam principiumque et eius eſſentiam (quantum poſſibile)
dicere tentabo, omnium hierarchiarum principium & conſummatiõem Ieſum E
inuocans. Eſt quidem hierarchia omnis ſecundum adorabile noſtræ ſacræ tra-
ditionis, omnis ſubiectorum ſacrorum ratio, aut uniuerſaliſſima huius continu
atim hierarchiæ, aut huius ſacrorum conſummatio. Noſtra igitur hierarchia di
*actio — citur & eſt continens omnium quæ iuxta eam ſunt, ſacrorum † negotium: ſecun-
dum quam diuinus hierarches perfectus, omnium habebit quæ ſecundum
ipſum ſunt, ſacratiſſimorum participationem. utpote a hierarchia cognomina-
tus. Sicut enim hierarchiam qui dicit, omnium ſimul comprehenſam dicit ſa-
crorum diſpoſitionem: ſic hierarchiam dicens, declarat mirabilem & diuinum
*ſacrum — uirum, † omnis ſacræ eruditum ſcientiæ, in quo pure ſua hierarchia omnis per-
ficitur & cognoſcitur. Huius principium hierarchiæ, fons uitæ, eſſentia bonita-
tis, una exiſtentium cauſa trinitas eſt, ex qua & eſſe & bene eſſe eſt ſubſiſtentibus
per bonitatem. Hæc autem omnium ſummitas diuiniſſima principali beatitu-
dine trina, unica uere exiſtit, ſecundum quod nobis incomprehenſibile eſt. Huic
autem deſiderabilis uoluntas quidem eſt rationalis ſalus, & ſecundum nos & F
ſuper nos eſſentiarum. Hæc autem non aliter fieri poteſt, niſi deificatis ſaluatis.
Deificatio autem eſt ad deum quantum poſſibile, & ſimilitudo & unitas. Omi
autem hæc commune hierarchiæ, ſummum ad deum & diuina attenta dilectio,
diuinitus atq́ potenter ſacrificata, & ante hæc ab eorum contrarijs perfecta &
*incõuerſibilis u — † inconuertibilis reuerſio, & cognitio eorum quæ ſunt, quæ ea quæ ſunt eſt intel
lectualis ueritatis & uiſio & ſcientia, & uniformis conſummationis diuina par-
ticipatio, ipſius unius quantum poſſibile contemplationis refectio, nutriens in-
uiſibiliter & deificans omnem in ſe extentum. Dicamus itaq́ quomodo diuina
beatitudo, uera diuinitas, principium deificatiõis, ex quo deificare deificatis bo
nitate diuina hierarchiam in ſalute & unitate omnium & rationalium, & intel-
lectualium eſſentiarum donauit, & ſupermundanis quidem & beatis quietibus
immaterialiter & intellectualiter. Non enim extrinſecus eas deus in diuina
*eas in ſe — mouet, inuiſibiliter autem & extrinſecus illuminatas, † in eam in ſe puram
& immate



A & immaterialiter diuiniſſimam uoluntatem. Nos autem (quod illis uniformiter
& connexim donatur) ex deo traditis eloquijs, quantum nobis poſſibile, in uari
etate & multitudine ſeparabilium ſymbolorum donatum eſt. Eſſentia enim no-
ſtræ hierarchiæ eſt, deo tradita eloquia. Sãctiſſima autem eloquia hæc dicimus,
quæcunq́ a diuinis noſtræ ſacræ perfectoribus in hagiographis nobis & theo-
logicis donata ſunt deltis. Atqui & quæcunq́ ab ipſis ſacris uiris immateriali
doctrina & minore quodam modo iam in cœleſti hierarchia, & intellectu in in-
tellectum per medium uerbum corporale quidem, immaterialibus uero tamen
extra ſcripturam duces noſtri eruditi ſunt. Neq́ hæc diuini ſummi ſacerdotes
in ſacrificij commune, non uelatis inuiſibilibus, ſed in ſymbolis ſacris tradide-
runt. Eſt enim non omnis mundus, neq́ omnium (ut eloquia aiunt) ſcientia. Ne
ceſſario igitur primi noſtræ hierarchiæ duces ex ſupereſſentiali deitate ipſi re-
pleti diuino dono, & in idipſum deinde prgire ex diuina bonitate miſſi ſunt. Ipſi
uero copioſe amantes tanquam dij eorum qui poſt ſe ſunt reductionis & dei-
ficationis, ſenſibilibus imaginibus ſupercœleſtia & uarietate & multitudine cõ-
nexum, & in humanis diuina, & in materialibus & immaterialia. Et his quæ
ſunt ſecundum nos ſupereſſentialia, ſcriptis ſuis & non ſcriptis doctrinis, ſe-
cundum ſacras nobis tradiderunt leges. Non propter immũdos ſolum, quibus
nec ſymbola tãgere phas eſt. ſed quia & ſymbolica quædam eſt. Quod quidem
B dixi † proportionaliter nobis ipſis noſtra hierarchia deſiderans ſenſibilia in eam — †proportionabiliter
ex eis ad inuiſibilia * diuinorum in noſtram reductionem. Reuelandę tamen ſunt — *diuinionem.
ſymbolorum rationes diuinis ſacris perfectoribus, quas non eſt iuſtum educe-
re in adhuc perficiendos, ſcientes quomodo ſacrorum deo tradente legiſlatores
ornatuum ſtatutis & inconfuſis ordinibus, & unoquoq́ ſecundum dignitatem
accipiente proportionibus & ſacris diſtributionibus, hierarchiam ordinauerũt.
Propter quod & tuis ſacris confeſſionibus credens, recordari enim earum ſan-
ctum eſt, ſic omnem quidem † ſuppoſitam hierarchiam ſanctam laudem non tra — †ſuperpoſitam.
das alteri, præter æque ordinatos tibi, deiformes, ſacros, perfectoresq́. Eoſq́
patieris confiteri ſecundum legem hierarchicam, mundorum quidem munda
tangere, communicareque † ſolum diuinis deificata, & perfectorum perfectiuis, — †ſolis deificata diuinis.
C ſanctisque ſanctiſſima, aliaq́ hierarchicorum, & hęc tradidi diuino dono.

¶ELVCIDATIO CAPITVLI HVIVS PRIMI. ARTICVLVS .I.

LIber iſte, quemadmodum & præcedens & duo ſequentes, quorum vnus
tractat de diuinis nominibus, alter de myſtica theologia, ſcriptus eſt per
modum epiſtolæ. Omnes quippe ſcripſit ad Timotheum. Idcirco præmit
" titur. [Conpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter] Quæ verba in ex-
ordio præcedentis libri habentur, & ibi expoſita ſunt. Etenim ſanctus Di-
onyſius presbyter, id eſt, ſacerdos: ſeu ſenior, vtputa præſul Athenienſis,
ſcribit & mittit hæc Timotheo cõpresbytero, id ẽ, conſacerdoti & coepiſco
" po ſuo. Sequitur textus. [Quia quidem ſecundum nos hierarchia * puerorum diuinorum ſa- — *diuinionis principiis
" cratiſſime intenta atque diuina habetur deifica ſcientia & operatione & conſummatione ex ſu
" permundanis & ſacratiſſimis nos oſtendere oportet eloquijs] Iſtud dupliciter poteſt exponi.
" Primo ſic. Sacratiſſime puerorum diuinorum, id eſt, ó tu Timotheæ, ſacratiſſime puerorum di
uinorum, id eſt, valde ſacer & ſacrate, ſeu ſanctificate inter pueros diuinos, id eſt, miniſtros ac
diſcipulos, deo gratioſe ac virtuoſe aſſimilatos. Secundo ſic, & magis ad literã, vt ex alijs tranſ-
lationibus conſideratur. Oportet, id eſt, expedit nos oſtendere ex eloquijs ſupermundanis, id

 eſt, ſcri-

eſt, ſcripturis ſupernaturalibus diuinitus reuelatis:& ſacratiſſime,id eſt,eminẽter ſanctis. quia D
Pſal.112. quidem, id eſt, pro certo,quod hierarchia ſecundũ nos,id eſt,eccleſiaſtica hierarchia.pueroꝝ
diuiuorũ,id eſt,fideliũ perſonarum,quibus dicitur:Laudate pueri dominum. intenta ſacratiſ
Actu.17. ſime,id eſt,deuotiſſime occupata,& aduertens verba ſcripturæ, iuxta illud Actuum: Nobilio-
res ex eis,cum omni auiditate ſuſceperunt verbũ dei. atq; diuina,id eſt,deo per actus contẽpla-
Ephe.5. tionis ac ſancti amoris conformata,iuxta illud Apoſtoli:Imitatores dei eſtote,ſicut filij chariſ
ſimi. habetur,id eſt, conſiſtit. ſcientia deifica,id eſt,in ſcientia ſalutari,quæ ſcientem deo cõfor
Iere.9. mat,de qua ipſe dñs per Ieremiã hortatur:In hoc glorietur qui gloriatur,ſcire & noſſe me.& o-
Matt.3.4. peratione,id eſt,expurgatione à culpa,iuxta illud:Pœnitentiam agite. & conſummatione,id
Marci.1. eſt,perfectione. Hi nanq; ſunt tres actus thearchici:illuminatio,quæ nomine ſcientiæ deſigna-
Lucæ.3. tur:purgatio,quæ per operationem exprimitur:quia operatio pœnitentialis & obſeruantia p-
ceptorum,illuminationem & contemplationem præcedit,ſicut ethica theoricam,& vita acti-
ua contemplatiuam[ſacræq; perfectionis myſteriorũ thelechim]ſeu(vt alia litera habet) the-
lethem:hoc eſt,oſtendere nos etiam oportet & declarare thelethen,id eſt,ritum ac formã ſacræ
Telete ꝗd perfectionis,id eſt,ſanctæ cõpletionis. myſterioꝝ.i. diuinorũ ſecretoꝝ,videlicet ſacramẽtaliũ
operum,& benedictionum ſeu conſecrationum,quæ fiunt & adhibentur in ſacris & ſacramẽ-
tis ac ſacramentalibus,quæ indignis & potiſſime perfidis ſunt celanda,qualiter ſcilicet accedit
Auguſt. verbum ad elementum,& fit ſacramentum. Quibus autem oſtendenda & publicanda ſint iſta,
ſubiungit: [ His qui ex hierarchicis ſacramentis & traditionibus perfecti ſunt] id eſt,qui bene E
ſunt inſtituti,fundati & eruditi in fide & vſu ſacramentorum,atq; catholicis documẽtis. Et re-
cte ait,hierarchicis ſacramentis:qm̃ per ſacramenta euangelicæ legis(eo quod gratiam conti-
neant)fit purgatio,illuminatio & pfectio,quæ ſunt actus hierarchici. Et qa ſacramenta p mi-
niſtros eccleſiæ diſpẽſantur,conſequẽter phibet myſteria iſta indignis manifeſtari. [Sed vide]
.i. conſidera[quõ vt ex principio].i. qualiter iſta myſteria ſint ex deo & inſtitutiõe diuina,non
hũana,tanq̃ à principali,imó & immediato inſtitutore. [deinde ſancta ſanctoꝝ reuenerare].i.
hæc ſacramẽta p̃ ſacramẽtis legis naturæ ac legis ſcriptæ,potiſſime ſancta ſunt:in q̃rũ vno ſan-
ctus ſanctoꝝ deus & homo,realit & incõprehenſibiliter continetur. Hæc inq̃,ſacramenta reue-
nerare.i. aſſidue venereris,nec ſine debita p̃paratione,confeſſione,puritate & reuerentia accipi-
as ea. Nẽpe q in mortali peccato ſcient exiſtens,ea conſecrat,diſpenſat aut ſumit,peccat morta
liter, vt docet ſanctus Dionyſius iſte. Non ergo ſufficit credere,ſed oportet etiã efficacit hono-
*Sed. rare hæc ſacramenta. [Sic aũt & hæc ſecreti dei intellectualibus & inuiſibilibus ſcientijs hono-
rifica].i. myſteria iſta ſic honorifices p conſideratiões mentales ac ſpirituales[imparticipata q
dẽ hæc & incontaminata ab imperfectis conſeruans].i. ea non cõmunicans, porrigens aut di-
ſpenſans carnalibus,proficere non curantibus,nec talibus ea irridenda aut violanda exponẽs
quæ ſunt ſecreti dei.i. ptinentia ad incõprehenſibilẽ altitudinẽ ſapiẽtiæ creatoris ac ſaluatoris.
Verũtñ interdum,vt ſcandalũ euitetur,ne occultũ peccatũ prodatur,dandum eſt ſacramẽtum
indigno occulte[ſacris aũt ſolis ſacroꝝ cũ ſacra illuminatione ſancte & pulchre cõmunicãs]
.i. impartiens & propalans myſteria iſta ſancte & pulchre.i. deuote & immaculate,ita vt tu q̃q; F
irreprehenſibiliter conuerſeris ſolis ſacris. i. tñ ſanctificatis fidelibus,cũ ſacra illuminatiõe ſa-
croꝝ.i. catholica informatione de iſtis myſterijs,vt ſciant qd ſentire & credere debeant de eiſ-
dem. Verũtñ iſta non dicuntur,quod miniſter ſacramentoꝝ teneatur certo ſcire,an pximi aut
ſubditi ſui ſint in ſtatu ſalutis & ſpiritaliter digni,cum hoc ei impoſſibile ſit ſine reuelatione di
1.Cor.2. uina,cũ & Apoſto. dicat:Quis ſit qd agat in hoie,niſi ſpũs eius:ſed vt miniſter faciat circa hoc
Prouer.27 diligẽtiã ſuã,iuxta illud Prouer. Diligẽt agnoſce vultũ pecoris tui,tuoſq; greges cõſidera.[Sic
eñi vt theologia diſcẽtibus nobis tradidit].i. ſicut ſcriptura docet nos addiſcẽtes[ & ipſe Ieſus
diuiniſſimus aĩmus].i. mẽs ſumme diuina,p̃ſertim ſcd̃m deitatis ſuæ naturã [ & ſupereſſentia-
le oĩs hierarchiæ & ſanctificatiõis & deificatiõis principiũ].i. fontale & ſupexaltatũ cauſale ex
ordiũ oĩs hierarchiæ angelicæ ac hũanæ,oĩsq; gratiæ ſanctificantis,atq; internæ purificatiõis
& pfectiõis,qua homo q̃dãmõ deificat.i. deus qdã p participatiõem efficit. Vñ & principes ac
Exod.20. iudices in ſcripturis dij vocant,ſcd̃m illud in Exodo:Dijs nõ detrahes. Oĩm hoꝝ, pater & fili-
us ac ſpũſſctũs,ſunt vnũ principiũ,ſicut & vnus creator,cũ ſupbeatiſſime trinitatis indiuiſa ſint
opa[& eſſentia & diuiniſſima virtus].i. Ieſus(ſcd̃m q̃d deus)ẽ oĩbus illis eẽntia & ỽtus ſupma,
Ephe.1. nõ formalit,ſed effectiue,nulli inhærẽs,ſed cũcta efficiẽs,queadmodũ iuxta Apoſto. deus ẽ oĩa
in oĩbus[beatis & noſtrũ melioribus eẽntijs ſignificatiuis ſimul & intellectualius illucet].i. ipſe
Ieſus deus incarnatus illucet.i. intus fulget ſignificãtius.i. clarius & expreſſius & intellectuali-
us.i. purius atq; abſtractius eẽntijs illis beatis.i. ſpiritibus illis ſupnis & melioribus nr̃m.i. vir-
tuoſioribus ac præſtantioribus quam nos,cum tam in naturalibus quam in gratuitis multum



excedunt nos,& vident creatorem in ſeipſo clare per ſpeciem,& confirmati ſint in bono,ac Matth.11.
A ſine interpolatione diligant deum ſecundum poſſe ſuum extremũ. Hinc Chriſto teſtante,q mi
nor ẽ in regno dei.i. infimus in paradiſo cœleſti,maior ẽ in illo,puta Iohãne baptiſta, ſcd̃m q̃d
fuit viator. Hinc demũ q̃tũ ad illuminatiões hierarchicas,dñs multo ſplẽdidius micat illis quã
nobis[& eas ad ppriũ lumẽ aſſimulat].i. lumini gloriæ ſuæ ac ſuo lumini increato,lumini q̃q;
ſapiẽtiæ ſuæ mẽtes illas cõformat[ſcd̃m ỽtutẽ].i. iuxta poſſibilitatẽ & capacitatẽ eaꝝ, ſicut in
expoſitiõe p̃cedẽtis libri frequẽt expoſitũ eſt[noſtraſq; ad ſe extẽtoꝝ & nos extẽdente bono a-
more cõplicat multas alteritates].i. Ch s cõplicat.i. ſimplificat in ſe alteritates nr̃as multas]
.i. varias nr̃as diſtractiões,curas,inq̃etudines & inordinatas affectiões,p quas nõ ſolũ à ſimpli- Lucæ.10.
ciſſimo illo vno(q̃d ſolũ neceſſariũ eſt)elõgamur,diuidimur,diſſipamur,iuxta illud:Diuiſum Oſeæ.10.
eſt cor eoꝝ,nũc interibunt. imó etiã à nobiſipſis alieni efficimur,in regionẽ diſſimilitudinis a- Lucæ.15.
beũtes inſtar filij pdigi & carnalis cũ q̃ ſic diſſipati,paſcimus porcos.i. ſenſuales & viles affectus
nr̃as inq̃ extẽtoꝝ ad ſe.i. nr̃orũ q mẽte nos extẽdimus & leuamus ad ipſum p piũ conatũ,faciẽ-
do q̃d in nobis ẽ,eiuſq; opẽ & grãm inuocãdo, & ipm p poſſe aliq̃lit intuẽdo. Cõplicat q̃q; &
nos in ſeipſo,adunãdo & recolligẽdo corda nr̃a in ſe,dũmõ nos aptemus ad hoc. Propter q̃d p
Ieremiã ait:Quis ẽ iſte q applicet cor ſuũ, vt appropinquet mihi: Nẽpe vt in lib. Iob aſſerit: Si Iere.30.
direxerit hõ ad deũ cor ſuũ,ſpũm illius & flatũ ad ſe trahet. Sed qm̃ ſe ita aptare & applicare, Iob.34.
eſt donũ dei & gr̃æ p̃uenıẽtis effectus,ſapiẽter dep̃catus eſt Ieremias:Cõuerte me dñe,& cõuer Iere.31.
tar:q̃a tu es dñs deus meus. Poſt q̃ eñi cõuertiſti me,egi pœnitẽtiã:& poſt q̃ oſtẽdiſti mihi,pcuſſi
femur meũ. Sic ergo nos cõplicat extẽdente bono amore.i. ſpiritali dilectiõe, erigẽte & coadu
nãte nos in ipſo,q̃a p charitatẽ & eius affectũ fit cõplicatio iſta,p q̃ Saluator patrẽ orauit:Rogo Iohan.17.
B ingens,pater,vt oẽs vnũ ſint,ſicut tu pater in me & ego in te,vt & ipſi ſint vnũ in nobis. Deniq;
expoſitio iſta cõſonat Gloſſæ,quã tñ rep̃hẽdit Albertus,dicẽdo:Cõplicat multas alteritates no Albertus.
ſtras.i. intellectus nr̃os nõ firmit ſtãtes in vno, ſed ad diuerſa nutantes. Nõ eñi alteritates no-
minat carnaliũ voluptatũ curas,vt dicit cõmẽtator:q̃a has nõ cõplicat,ſed abijcit. Ad q̃d dico, Micheæ.7.
q̃d interdũ etiã aliq̃ cõplicãt & colligãt,vt ſimul iũcta abijciãt,iuxta illud Micheæ:Proijciet in
pfundũ maris oĩa pc̃tã nr̃a. Vel in ignẽ mittãt. Vñ p Iſaiã loqtur deus de reprobis:Cõgregabũ Iſaiæ. 24.
tur cõgregatiõe vnius faſcis in lacũ,& claudẽt in carcere. Vñ in Euãgelio dñs:Dicã,ait,meſſori- Matt.13.
bus:colligite ea in faſciculos ad cõburẽdũ[& *vniformẽ & diuinã cõſummãs & vitã & habitũ †in vniformem.
& actionẽ]hoc ẽ,Ieſus conſummãs.i. pfecte in nobis efficiẽs vitã vniformẽ & diuinã.i. cõuerſa
tionẽ in deo fixã ac ſtabilẽ,multũq; ỽtuoſam & contẽplatiuã & habitũ & actionẽ.i. habitus vir
tuoſos eoꝝq; actus. Habitus eñi ỽtutũ gratuitaꝝ infundit,& ad eliciendũ actus ex illis,excitat
mouet & cooperat. Propter q̃d Iſaias ait:Dñe,dabis pacẽ nobis,oĩa eñi opa nr̃a opatus es no- Iſaiæ.26.
bis. Itẽq; Apoſt. Deus opat in vobis & velle & pficere[ſctãm & pulchrã donat diuinæ ſacerdo Philip.2.
talitatis ỽtutẽ].i. Ieſus largit nobis efficaciã p̃clarã,decẽtẽ ac ordinatã ſacerdotalitatis diuinæ,
C id ẽ,euãgelici ſacerdocij deſup dati,ſupnaturalis ac penitus ſpũalis,hoc ẽ,poteſtatẽ conſecrãdi,
celebrãdi,& ſacerdotalia opa exercẽdi. Nã & ſacerdotalẽ imprimit characterẽ p creationẽ. Per
diuinã q̃q; ſacerdotalitatẽ,poteſt intelligi ſpiritalis vis immolatiua ſuijpſius,q̃a q̃ſq; deuotus
ſeipſum q̃tidie offert deo in holocauſtũ aut hoſtiã ſalutarẽ,ſcd̃m illud ad Romanos: Obſecro Rom.12.
vos,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuẽtẽ,ſctãm,deo placẽtẽ. Hæc virtus ſacerdotalis ẽ la- Latria q̃d.
tria,quæ eſt virtus moralis,deo cultũ,ceremoniãq; impẽdẽs. Præterea ad hãc vitã diuinã & v-
niformẽ, vas electiõis nos admonẽs:Eſtote,inqt,ſtabiles & immobiles,abũdãtes in ope dñi ſp. 1.Cor.15.
[Deinde in ſctãm veniẽtes diuini ſacerdotij opationẽ].i. poſt p̃ractã diuinoꝝ nũeroꝝ largiti-
onẽ,nos pcedẽtes in ſaluberrimos atq; ſacerdocij iã p̃racti,mãcipando nos totos atq; totalit a-
mori cultuiq; diuino,& oblationibus ſacris ac hoſtijs ſacri altaris,ſcd̃m illud Pſalmi:Introibo
ad altare dei[ppius qdẽ nos efficimur ſup nos eẽntiaꝝ ſcd̃m virtutẽ ſimilitudini manẽtis & im Pſal.42.
mutabilis eoꝝ ſacræ collocatiõis].i. magis appropinquamus ſimilitudini pfectionis eẽntiaꝝ
quæ ſup nos ſunt.i. angelicoꝝ ſpirituũ,q ſublimiores ſunt nobis ſcd̃m virtutẽ. i. iuxta noſtrã
poſſibilitatẽ. Vel,ſcd̃m virtutẽ.i. put amplius in ỽtutibus creſcimus. Itaq; ppinqores efficimur
ſimilitudini collocatiõis eaꝝ ſacræ & manẽtis & immutabilis.i. pfectiõis angeloꝝ, in q̃ à deo
collocati ſunt & fundati,quæ pfectio ſeu collocatio in donis naturæ & gr̃æ ac gloriæ ẽ manẽs,
q̃a incorruptibilis ſunt naturæ,& ſacrap chariſmata gr̃e,immutabilis q̃tũ ad dona felicitatis ac
gl̃æ,in q̃ inuariabilit ſunt firmati[& hac],i. p gratioſam iſtã cũ angelis aſſimilationẽ & cœliſor
mẽ pfectionẽ[ad †beatũ Ieſum & diuinã claritatẽ reſpiciẽtes].i. mentẽ nr̃am ad eius intuitũ di †ĩmẽ Ieſũ
rigẽtes,ad vnigenitũ patris Ieſum Chr̃m,eẽntialit beatũ ſcd̃m diuinitatis naturã,& ſcd̃m aſſum Apoc.21.
ptã hũanitatẽ excellẽtiſſime glorificatũ,& diuinã claritatẽ.i. lucẽ gl̃æ ac totius ſupb̃ndictæ t i-
nitatis ſupſplẽdidiſſimã puritatẽ. Vñ in Apoc. aſſerit:Ciuitas non eget ſole neq; luna. Nã clari

 tas dei

Ecci.3. tas dei illuminabit eã[& queçũq; videre poſſibile explorãtes ſacrę].i.pſcrutãtes humilit̃ ac de
Prouer.25. uote oĩa illa,quę poſſibile à nobis ẽ inueſtigare ac capere,iuxta illud Ecci. Altiora te ne quęſie- D
ris,& fortiora te ne ſcrutatus fueris. Alioqn vt in li. Prouer. inducit̃,Sicut q mel comedit mul
tũ,nõ ẽ ei bonũ:ſic q pſcrutator ẽ maieſtatis,opprimet̃ à glã[& ſpeculatiõibus ſciæ illuminati]
Iſaiæ.11. Sapien.10. loquẽdo de ſcĩa ſalutari,q̃ ẽ donũ ſpũſſcti,de q̃ ait ſcriptura:Dedit illi ſciẽtiã ſctõrũ. Et ad Col.
Collo.1. Apoſt. Ambuletis digne deo p oĩa,creſcentes in ſcĩa dei[myſticã diſciplinã cõſecrati &cõſecrã
tes].i.p fidẽ & operũ exhibitionẽ.cõſecrãtes & honorãtes diſciplinã.i.ſacrã ſcripturã myſticã
.i.ſpiritalẽ,ſecretã,velatã. Vel myſticã diſciplinã.i.ṽgã dei ſeu correctionẽ myſticã.i.iudicio oc
culto inflictã,ſeu à deo pmiſſã,q̃ pſertim in primitiua eccleſia exercebãt̃ electi. Cõſecrãtes.i.pa
Hebræl 13. tiẽt̃ ferẽtes,ac iuſto &ſctõ creatoris iudicio illatã fatẽtes. Vñ Apoſt. In diſciplina,inqt,pſeuera-
Prouer.3. te. Et Salomõ:Diſciplinã dñi fili mi ne abijcias.&cõſecrati.i.p eã purgati,exercitati,pbati,ſcd̃m
Sapien.3. illd' lib. Sapiæ:Tãq̃ auꝝ in fornace,pbauit dñs iuſtos.[Luciformes & deifici,pfecti,&* pfecto-
* perfecti- ores. res fieri poterimus].i.deo ſic opante & auxiliãte,poterimus effici luciformes.i.luce gr̃æ infor
Ephe.5. mati ac decorati,inſtar lucis clari,iuxta illd' Apoſt. Fuiſtis aliqñ tenebre,nũc aũt lux in dño.&
deifici.i.deo aſſimilati,& ea quę dei ſunt faciẽtes,deiformit̃ cõuerſantes,atq; diuina iugit̃ exer-
cẽtes.pfecti habẽdo ṽtutes ſcd̃m gradũ eaꝝ cõpletũ,& in termino excellẽtiæ,vt viri heroici,iu
Matt.5. xta illd' Mat. Eſtote pfecti,ſicut& pr̃ vr̃ cœleſtis pfecꝰ ẽ. & pfectores.i.alios ad pfectionẽ hmõi
1.Petri.4. pducẽdo,iuxta q̃d ait B. Petrꝰ:Vnuſqſq; ſicut accepit gr̃am in alterutrũ illã adminiſtrãdo. Hoc
implẽt viri ſcti,q ſibi cõmiſſos in ſchola ṽtutũ,exẽplis & documẽtis aſſidue trahũt ad meliora,
Collo.1. Ephe.4. vt nõ ceſſent cõdigne pficere,quẽadmodũ ad Coloſſ. hortat̃ Apoſt. Exhibete vos ſctõs & im-
maculatos & irrephẽſibiles corã deo. Et ad Ephe. Renouamini ſpũ mẽtis vr̃æ,& induite nouũ E
hóiem,q ſcd̃m deꝰ creatꝰ ẽ in ſctĩtate& iuſtitia. Nẽpe ad hoc venit ĩ mũdũ hũc vnigenitꝰ filiꝰ dei
Lucæ.1. vt ſine timore carnali,mũdano,puerili,iordinato,de manibꝰ iimicoꝝ nr̃orũ liberati,ſeruiamus
illi ĩ ſctĩtate & iuſtitia corã ipo oĩbꝰ diebꝰ vitę nr̃ę. Cõſequẽt̃ theologꝰ repetit aliq̃ ĩ pcedẽti li.in
ducta, de ãgelicis hierar.& choris,vt ex illis aptiꝰ aggrediat̃ tractatũ de eccleſiaſtica hierar.oſtẽ-
dẽdo in qbꝰ differãt atq; cõueniãt.[Quędã igit̃ ãgeloꝝ ẽ &archãgeloꝝ hierarchia& ſupmũdia
Ariſtote. liũ pricipatuũ.i.vna ẽ hierarchia ãgeloꝝ&archãgeloꝝ pricipatuũq; cœleſtiũ,q ſũt ſupra hũc
mũdũ iferiorẽ,quẽ oportet eẽ cõtiguũ lationibꝰ ſupioꝝ, & ſupra ſpherã actiuoꝝ & paſſiuoꝝ.
Iſti ſunt tres ordines infimæ hierar. cœleſtis,de qbus tractatũ ẽ octauo cœleſtis hierarchię ca-
pite[& poteſtatũ& ṽtutũ dñationũq;].i.alia ac media hierarchia ãgelica,ẽ poteſtatũ,quę ſunt
de quarto ordine angeloꝝ[& ṽtutũ]quæ ſunt de ordine qnto.& dñationũ quæ ſunt de ordi-
ne ſexto,de qbus tractatũ ẽ capitulo hierarchiæ angelicæ ſeptimo[& diuinoꝝ thronoꝝ]q in-
fimus chorus tertiæ ac ſupmæ hierarchiæ angelicę[aut æqpotẽtiũ thronis eẽntiaꝝ].i.mentiũ
ſupnaꝝ cherubicaꝝ & ſeraphicaꝝ,quæ ſunt æqpotẽtes.i.æq̃lis potẽtiæ &pfectiõis cũ thronis
in gñe,qa eiuſdẽ ſũt hierarchię.ſicq; cõueniũt in rõne gñica,Excellẽtiores tñ ſunt illis in ſpecie,
qa ſupioꝝ ſunt ordinũ.q̃d totũ in pcedẽti lib.expoſitũ ẽ diffuſe[q̃s theologia attente & ſp circa
deũ eẽ & poſt deũ tradit].i.q̃s mẽtes ſupmę hierarchię theologia.i.diuĩa ſcriptura tradit.i.do-
cet eẽ attẽte & ſp.i.diligẽt̃ & ĩceſſant̃ circa deũ.i.q pximas creatori in ordĩe reꝝ,iuxta q̃d loqtur
Auguſti. Aug.Deꝰ creauit angelũ ppe ſe,materiã ppe nihil.q̃uis Chr̃s ſcd̃m q̃d hõ,& beatiſſima ṽgo,p- F
pinqores ſint deo p vnionẽ &gr̃am. Sic ergo ſunt circa deũ dignitate naturæ,hierarchica ppin
conuerſaturū & conſtituendū ſeu perueturū in reditu ex malitia perfectiſſimo,id eſt,in receſ
ſu à peccatis valde perfecto,per cōuerſionē plenā ad deū.Hæc aūt profeſſio ſeu p̄miſſio quæ
adhuc fit in baptiſmo,non videtur fuiſſe votū abſolute,ſed firmū quoddā propoſitū ac fortis
aſſertio quæ frequenter pro promiſſione accipitur.Alioquin Chriſtiani in oīni peccato mor-
tali agerēt ſeu peccarēt contra promiſſionē ſeu votū,& non ſolū contra præceptū.Qui aūt ad
deū cōuertitur,debet ad deū perfecte conuerti,prout per Ieremiam dn̄s loq̄tur:Si reuerteris ad
me,conuertere[& ſacras eius ad vnū rationabili intuitu confeſſiones vniformi facto per veri- Iere.4.
tatis amorē recipiens]Hoc eſt,epiſcopus ſeu eius traditio,recipiens ſacras cōfeſſiōes eius,vide-
licet baptizādi,q̄bus cōfitetur ea quæ fidei ſunt, dicente Apoſtolo: Corde creditur ad iuſtitiā, Rom.10.
ore aūt confeſſio fit ad ſalutē:ratiōabili intuitu ad vnū,id eſt,ex ſapiente conſideratione ad de-
C um,qui eſt prima increataq; veritas,cui innititur catholica fides,& cuius autoritate atq; intui-
tu credimus ſcripturis diuinitus reuelatis, prout per miracula ſufficientiſſima eſt oſtenſum.
vniformi facto,id eſt,ſtabiliter recollecto ipſo baptizato in deo per veritatis amorē,id eſt,ſyn
cerā dilectionē,ſine qua fides informis eſt, nec ſufficit ad ſalutē,iuxta quod ait Apoſtolus. Si
linguis hominū & angelorū loquar,charitatē aūt nō habeā,factus ſum velut æs ſonās aut cym- 1.Cor.13.
balū tinniēs. ¶Deniq; amor veritatis valde ſtabiliter vniformēq; efficit hominē. Propter q̄d
Salomon:Iuſtus,inq̄t,quaſi fundamētū æternū. ¶Cōſequēter tāgit q̄d ſignificet vnctio,q̄ vn- Prouer.10.
git baptizād⁹[ſed ē ibi clarū(vt æſtimo)hierarchicorū eruditū.i. bn̄ inſtructū in hierarchicorū
ſignificatiōibus & actiōibus, clarū & notum ē,vt puto.ibi,id ē,in baptiſmi exhibitione [quia* *de vicijs.
deuictis in fortitudine ad vnum reſiſtentibus]id eſt,peccatis,tentationibus ac dæmonibus re-
ſiſtentibus conuerſioni mentis ad vnum totius beatitudinis fontem, ſuperatis in fortitudine,
id eſt,per gratioſum & grande auxiliū dei & per fortē conatū conuerſi ad meliora ac viciniora
ſaluti.Qui enim creauit te ſine te,id eſt,ſine tua cooperatione,non iuſtificabit te ſine te.Nec co
ronatur niſi qui legitime certauerit[& contrariorum vniuerſalibus interemptionibus & abo- Hebræ.6. Auguſti.
litionibus]id eſt,inuiſibilium hoſtium plenis ac totalibus victorijs,& abolitionibus,id eſt,ex- 2.Timo.2.
pulſionibus acquiſitis,quantum ad hoc quod nullum mortale actualiter dominetur in corde
[immutabile valet]id eſt,mens confirmata in deo,iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos: Optimū
eſt gratia ſtabiliri cor[*potens & apta eſt ad intellectualia deiformis habitudinis]id eſt,ad re- Hebræ.13. *valet.
ceptionem ac perfectionem diuinorum chariſmatum,& ad omnem profectum eorum,p̄ quæ
habere ſe poteſt deiformiter per imitationem præcipuam. Ideo ſcriptum eſt in Amos:Præpa Amos.4.
rare in occurſum dei tui.Alia litera habet:Adorna thalamum tuum Syon.[Non enim redire
tantum oportet ab omni malitia]id eſt,non ſolum oportet ab omni peccato ceſſare, iuxta il- Pſal.36.
lud Pſalmi:Declina à malo.Et in Eccleſiaſtico:Quaſi à facie colubri fuge peccata. Vnde Salua Eccle.21. Iohan.9.
tor dixit ſanato:iam amplius noli peccare,nę deterius aliquid tibi contingat. Etenim vulnera

repetita plus nocẽt[ſed & virilit̃ dur ẽẽ].i.cõſtãtẽ,nec mollit̃ cedere,ſed idonee ẽẽ armatũ cõ D
Ezechi.3. tra iacula vitior ac dæmonũ,de q̃ ſalubri duritia dñs dixit Ezechieli:Vt adamãtẽ& ſilicẽ dedi
Iere.1. te.Atq; ad Ieremiã:Dedi te vt murũ æreũ & columnã ferreã:& bellabõt aduerſum te,& nõ pre
ualebunt[& intrepidum] ſemper abijciendo carnalẽ, effeminatũ & inordinatũ,imó & ſeruilẽ
timorẽ non innitendo proprijs viribus,ſed ſperando in deo. Ordinate quoq; & prudẽter time
re oportet,quoniam in medio laqueorum & innumerabilium hoſtium ambulamus,ſicq; inter
Eccl.1. ſpem & timorem medium obſeruare. Nam qui ſine timore eſt,iuſtificari non poteſt,nec certi
Eccl 5. ſumus nos eſſe ſine peccato mortali. Propter quod in Eccleſiaſtico ſcriptum ẽ:De propiciatu
peccati noli eſſe ſecurus. Sic ergo oportet eſſe intrepidum[contra pernitioſam ſemper in eam
Iohan.8. ſubiectionem]id eſt,aduerſus vilem,turpem,damnabilẽ recidiuationẽ,quæ eſt miſerrima ſer
2.Petri.2. uitus,ſecũdũ illud Iohãnis:Om̃is qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati. Et Petrus:Iniqui ſunt ſer
ui corruptionis & peccati,imó & diaboli. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.
[Neq; templi veritatis amoris in quiete vnquam fieri]id eſt,nunquam cõſtitui in ipſa quiete
id eſt,ceſſatiõe actuum ſanctorum templi veritatis,id eſt, pertinentium ad ſpiritale templum
veritatis æternæ & charitatis,quod eſt mens deuota,eccleſia quoq; militans ac triumphans,di
1.Cor.6. cẽte Apoſtolo:Templum dei ſanctum eſt,quod eſtis vos.aut etiam materialis eccleſia,in qua
iugiter ſunt dei laudatio,adoratio,inuocatio,celebratio & ſaluberrima diſpenſatio ſacramen
Lucæ.2. torum.Hoc impleuit beatiſſima Anna prophetiſſa,quæ vt in Luca cõſcriptũ eſt,Non diſcede
bat à templo,orationibus & ieiunijs ſeruiens deo die ac nocte.[Attente vero & æternaliter in
eam vt virtus extendi]id eſt,ad ipſam altiſſimam veritatem oportet extendi, id eſt, mente ele
uari.attente,id eſt,cum omni diligentia & conſideratione,penſando ſuper digniſſimam & ſup
honorandiſſimam præſentiam eius.& æternaliter,id eſt, modo quã diu hic degimus inchoatiu
ue per fidem,& in futuro per beatificam contemplationem,in qua nulla eſt interruptio,nec in E
perpetuum finis. Neq; enim nobis ſufficit finis conſummationis,niſi cuius nullus eſt finis du
rationis[ad perfectiſſimam diuinitatis aſcenſionem]id eſt,ad contemplatiõem ipſius ſummã,
aſcenſiuam,id eſt,ſuperaltiſſimum illud obiectum,vt illã adipiſcamur in patria, & creſcamus
in ea in via. Nam ſubditur[ſacre ſemper augentem]id eſt,aſſidue in mentibus feruide deuoto
rum creſcentem. Nempe quo amplius creſcunt in ſancta humilitate,charitatis feruore ac ſapi
entiæ dono,eo & in contemplatione nunc magis proficiunt. In patria autem ceſſant meritum
præmiorum profectus. Ecce in verbis his compendioſiſſima documenta tanguntur,in quibus
tota noſtra conſiſtit ſalus,profectus,perfectio,vt ſi ab omni dei offenſa ceſſemus,virtuoſiſq; a
ctibus iugiter inſiſtamus,contra aciem viciorum ſtemus armati,ſalubriter duri,ſapiẽter intre
Matth.7. pidi,& ita ad contemplationis faſtigia properemus. & hoc eſt quod Chriſtus nos docet humi
li planoq; ſtylo,ſed ſenſu profundo:Omnis,inquiens,qui audit verba hæc,& facit ea,aſſimila
bitur viro ſapienti,qui ædificauit domum ſuam ſupra petram. Et deſcendit pluuia,& venerũt
flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domum illam:& non cecidit. Deinde hæc ad propo
ſitum applicantur.[Vides autem horum diligentes imagines] id eſt, nonne aduertis imagi
nes & figuras iſtarum ſpiritalium perfectionum,diligenter inſtitutas à ſanctis ex inſpiratione
diuina.[Deiformis quidem ſummus ſacerdos] id eſt,epiſcopus multum diuinus ac dei vicari F
us[inchoat ſacram vnctiõem]Incipit enim vngere baptiſandum quem tribus crucis ſignat ſi
gnaculis vt eſt dictum.[Sacerdotes vero ſub ipſo]id eſt,aliqui ſacerdotum inferiorum.[per
ficiunt vnctionis ſacrificium]id eſt,obſequium illius vnctionis deo oblatum,exequũtur & cõ
Aclendor. plent in baptiſando,quem in alijs cunctis membris vnxerunt ſecundum ritum primitiuę eccle
ſiæ,qui modo in multis mutatus eſt[ad ſacra in ſimilitudine*perficiendum in certamina euo
cantes]id eſt,excitantes & inuitantes perficiendum,id eſt,baptizandum ad certamina ſacra,id
eſt,ſpiritalia bella contra hoſtes ſalutis. Verum vnctio iſta non eſt confirmatio, quæ eſt ſacra
mentum,& datur ad robur fidei ac ſpiritalis militiæ,ne q̃s Chriſtum publice confiteri verecũ
detur. Propter quod datur in fronte. Hæc autem confertur ad refrenandum dæmonis poteſta
tem in fomite,in præparationem pugnæ aduerſus eundẽ,propter quod ſpectat ad exorciſmũ.
ſic itaq; euocant illum in ſimilitudine,id eſt,per ſenſibilia ſigna quæ circa baptiſandum adhibẽ
tur,vt ſunt huiuſmodi vnctiones & alia quædam præfata[ſecundum quæ ſub militante Chri
ſto factus eſt]id eſt,ſecundum quæ ſenſibilia ſymbola ipſe baptiſandus factus eſt,id eſt conſti
tutus eſt ſub Chriſto militante,id eſt,q in hac vita militans fuit,& nunc potius eſt triumphãs.
tamen & nunc in ſuis fidelibus pugnatoribus militans ẽ & pugnãs.[Quoniam vt deus eſt mi
litiæ creator]id eſt,ſpiritualis militiæ,imó & ſpiritalium militum inſtitutor eſt & cauſa. Deus
nanq; eſt nomen vniuerſalis principij cauſalis & prouiſiui,vt in expoſitione præcedentis libri
philoſo



A philoſophice ac theologice eſt probatum[vt ſapiens vero leges eius poſuit]id eſt,Chriſtus ſe
cundum q ſapiens & ſapientia ipſa,poſuit leges eius,id eſt,iuſſiones & ſtatuta huius militiæ,ſe
cundum quę exercenda eſt,vt cum in euangelio loqtur:Qui perſeuerauerit vſq; in finẽ, hic ſal
uus erit. Et rurſus:Beati q perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam:qm̃ ipſor eſt regnũ cœlo Matt.10.&
rum. Itemq;:Cum ſteteritis ante reges & præſides. & c. Et denuo:Noli timere eos q corpus oc 24.
cidunt. Et iter:Qui vult venire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuam quotidie,& Matt.5. Mat.10.
ſequatur me.[Operatus eſt vt bonum†decora victoribus brauia] id ẽ, Chriſtus ſecundum q̃d Ibidem. Matt.16.
bonus,promiſit,parauit atq; largitus eſt præualentibus hoſtibus,diuini honoris ac ſuæ ſalutis Lucæ 14.
præmia copioſa & ſplendida,quæ dicuntur brauia,ſecundum quod conferuntur in fine curſus †decorus.
& agonis vitæ præſentis. Vnde dixit Apoſtolus:Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt,omnes 1.Cor.9.
qdem currunt,ſed vnus accipit brauium? Et iter:Ad deſtinatum ſequor,ad brauium vocatio Philip.3.
nis ſupernæ. De remuneratione aũt vincentium multa deprompſit in Apocalypſi:Eſto,dicẽs, Apoca.2.
fidelis vſq; ad mortem,& dabo tibi coronã vitæ. Qui vicerit non lædetur à morte ſecũda:vin
centi dabo manna abſconditum,multaq; alia. Similiter & Sapiens ait:Spes elector immorta Sapien.5.
litate plena eſt. In paucis vexati,in multis bene diſponẽtur.[Et adhuc diuinius]id eſt,iſtud ad
huc magis diuinũ eſt[qm̃ qdẽ vt optimus in militibus effectus eſt]id eſt,ipſe Chriſtus inquan
tum piiſſimus & cõmunicatiuiſſimus effectus eſt militum ac militantium vnus per incarnatio
nis myſterium,inter homines conuerſatus,& prę omnibus ac pro omnibus perſecutionẽm ac
acerbiſſimam mortẽ perpeſſus,iuxta illud:Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mor Baruch.3.
tem,mortem autem crucis. Et Iſaias ait:Tradidit in mortem animam ſuam,& cum ſceleratis Philip.2. Iſaiæ.53.
B reputatus ẽ. Vere languores noſtros ipſe tulit. Hinc ſubditur:[Cum ipſis ſacre pro eorũ liber
tate & victoria ad mortis & corruptionis concertans poteſtatem]id eſt, ipſe Chriſtus concer
tãs.i.ſimul cũ ſuis cõmilitonibus pugnãs ſacre,imó ſacratiſſime & v̇tuoſiſſime p libertate & vi
ctoria eorum,id eſt,ad promerendum & impetrandum eis libertatem à ſeruitute peccati & iu
go diaboli obſeruantiarumq; legalium,quæ erant onus grauiſſimum, quod nec patres noſtri
potuęrunt ſeruare,vt in Actibus legitur:pro libertate quoq; ab obligatione damnationis per Actu.15.
petuæ,quia eramus natura filij iræ. De qua libertate ipſe Saluator ait:Si filius vos liberauerit, Ephe.2. Iohan.8.
vere liberi eritis. Et Paulus ad Galatas:Vos,inquit,in libertatem vocati eſtis. Ad impetrandũ
etiam eis victoriam,id eſt,gratiam & virtutem vincendi,cunctos aduerſarios ſuæ ſalutis, ſicut Gala.5. 1.Cor.15.
ait Apoſtolus:Gratias deo qui dedit nobis victoriam per dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, Iohan.16 Philip.4.
Qui dixit diſcipulis:In mundo preſſuram habebitis,ſed confidite, ego vici mundum. idcirco
Apoſtolus faſſus eſt:Omnia poſſum in eo qui me confortat. Sic ergo Saluator fuit concertans
ad poteſtatem mortis & corruptiõis,id eſt,ad ſubiugandũ ſibi poteſtatiue ac meritorie ipſam
C mortem & corruptionem. Promeruit etenim nobis immortalitatẽ & incorruptionem contra
mortem naturæ,eripuit quoq; à morte culpæ & item à morte gehennæ,quæ vt in Apocalypſi Apoca.2. Apoc.1.
fertur,eſt mors ſecunda. Et iſti ſunt effectus paſſionis dominicæ. Hinc Chriſtus in Apocalypſi Pſal.23.
fatetur:Habeo claues mortis & inferni. Sed & imperiũ mortis habere aſſeritur, de quo ſcripſit Oſeæ.13.
Pſalmiſta:Dominus fortis & potens,dominus potens in prælio. Qui in Oſeæ prænunciauit:
De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos. Ero mors tua ó mors,ero morſus tuus
inferne.[Certantibus quidem tanquam deus perfectus*aſcẽdit gaudens]id eſt,Chriſtus ad cõ
ſolationem & exemplum certantium,aſcendit in cœlum,tanquam deus perfectus,id eſt,quaſi
vere omnipotens,quamuis corporalis illa aſcenſio conuenerit ei ſecundum humanitatem aſ
ſumptam. Diuina ergo & increata virtute principaliter fuit aſcendens. Nihilominus etiam ſe
cundario merito ſuæ digniſſimæ paſſionis,dote quoq; agilitatis,dicente Apoſtolo:Factus eſt Philip.2. Hebræ.2.
obediens vſq; ad mortem. Propter quod & deus exaltauit illũ. & ad Hebræos:Videmus Ieſum,
propter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatum,vt gratia dei pro om̃ibus guſtaret mor
tem. Aſcendit autem gaudens,iam glorificatus in anima & corpore. Glorificatio etenim illa
reſurgendo & aſcendendo atq; in ſummo cœli empyrei reſidendo completa eſt. Quam accidẽ
talem glorificationem ipſe ſibi promeruit,quæ & ratione hypoſtaticæ vnionis ſuæ humanita
tis cum verbo,ſibi debebatur & competebat. Hinc Micheas prædixit:Aſcendit pandẽs iter añ Micheæ.2.
eos. Et Pſalmiſta:Aſcendit deus in iubilatione. Quæ aſcenſio eſt ſpes noſtra,quia aſcendit prę Pſal.46.
ſtans nobis fiduciam feliciſſimæ aſcenſionis in cœlũ,primo in anima,ſecundo in anima & cor
pore feliciter reunitis. Vnde in Hymno ſanctus dixit Ambroſius:Eſt eleuatus nubibus,& ſpem Ambroſ.
fecit credentibus.[Manet autem in ſapientes legiſlationibus,& ſecundum eas ſine tranſgreſſi
one cõtẽdit ad bonor pmior ſpem,firmit̃ ſe habẽs ſub optimo militiæ dño & duce ordinat⁹]
Iſtud nõ de Chr̃o,ſed de baptizato,cõſtituto ſub Chr̃o exponit̃,q̃ manet in legiſlatiõibus.i.in

 præce

pceptis collatis ſapiētiſſimæ euāgelicæ legis,& cōtēdit.i.certat,laborat & ſatagit conuerſari ſe D
Rom.2. cundū eas ſine trāſgreſſiōe ad ſpem.i.ad obtinēdū bonū ſperatū pmiorꝫ optimorꝫ,quæ omne
deſideriū ſpe ſuperāt,&omnē intellectū viatorꝫ excedūt.Propter qd Apoſt.ē teſtatus:Nō ſunt
cōdignę paſſiōes huius tēporis ad futurā gloriā,quæ reuelabit in nobis:firmiꝰ habēs.i.fortiꝰ&
ſalubriꝰ ſtās ordinatꝰ ſub optimo duce ac principe militiæ.i.Chro rege & capite ſuo.De qd ad
Hebræ.2. Hebræos inducit:Decebat eū,ppter quē oīa,& p quē oīa,autorē ſalutis eorꝫ,p paſſiōes cōſumma
Pſal.23. mari.Et Propheta:Quis ē iſte rex gloriæ?dn̄s virtutū ipſe eſt rex gloriæ.Porro cōmētator eti
am de baptizato exponit pcedētia quędā.Videlicet certātibus qdē vt deꝰ pfectꝰ aſcēdit.Quę expa
poſitio ſcdm iſtā trāſlationē videt extranea.verꝫ ſcdm aliā poteſt teneri.Alia qppe habet:Cer
tantibus qdē vt in diuinis pfectus.ſicq; intelligi pōt,q baptizandus iā notabiliꝰ factus diuinus
p pparatiōes pfatas,aſcēdit gaudēs ad fontē baptiſmi & ad pſulē baptizantē,ad ædificationē ali
orꝫ certātiū cōtra pctā,quæ ipſe iā vicit.Deinde deſcribit ſpiritalis ſignificatio merſiōis quæ a
gitur in baptiſmo.[Superās vero diuinis veſtigijs militū primi p bonitatē deū imitātibus mi
litijs ad deificationē cōtrarias ei & reluctātes opatiōes & ſubſiſtētias cōmoriꝰ Chro]hoc ē,ba
ptizādus ſuperans operatiōes cōtrarias.i.prauas,ſaluti oppoſitas.reluctātes ei.i.rōnis ſuę iudi
cio & ſubſiſtētias.i.ſpūs malignos de qbus Apoſt.Colluctatio nobis eſt cōtra ſpiritualia neq
Ephe.6. tiæ in cœleſtibus,quæ ei cōtrariāt.Ad deificationē,qa deificationē eius impediri conāt forma
liꝰ has ſuperās militijs imitātibus deū.i.exercitijs ſpiritalibus deo placentibus,& cōformātibꝰ
i.Petri.2. veſtigijs militū primi.i.ſectādo veſtigia Chri,q ſcdm qd hō,& pugnator fuit &miles,& militū
primus:q teſte archiapoſtolo,paſſus ē p nobis,nobis relinquēs exēplū,vt ſeqmur veſtigia eius,
Iohan.12 Matt.11. put ipſe in Iohāne loqt:Qui mihi miniſtrat,mihi ſeqtur,p bonitatē.i.p actus ꝟtutū,iuxta qd di E
xit in Mat.Tollite iugū meū ſup uos,& diſcite à me,,qa mitis ſum & humilis corde.commori
tur Chriſto,id eſt,ſimul cum Chriſto deſerendo vitam priorem iniquam,& de cætero Chriſti
formiꝰ cōuerſando,qd eſt mori peccatis,ppterea ſubditur[myſtice dicēdum pctō p baptiſmū]
.i.ſpiritaliter loquendo moritur omni iniquitati,cui cum tanta execratione frequenter renun
ciat[& ſapienter intelligit]ex informationibus ſibi factis[ſacra cū quāta pulchritudine habet
ſymbola].i.cū quā magno decore virtutū accepit ſenſibilia illa ſigna & opera,quæ ei adhibita
ſunt ante baptiſmū,vt ſunt vnctio & crucis impreſſio.&c.[Etem qm qdem mors eſt in nobis,
non eſſentiæ vel ſubſiſtentiæ,iuxta quod viſum eſt alijs vnitorum ſeparatio]hoc ē,qa pro cer
to mors naturalis in hoībus non eſt corruptio eēntiæ.i.humanitatis aut aīæ ratiōalis,nec ſub
Ariſto.17. ſiſtētiæ.i.actualis exiſtētiæ quæ ab eſſentia fluit,& dicitur actus eius,iuxta qd viſum ē alijs.i.ſe
cundū quod apparuit qbuſdā groſſis philoſophis,vt Epicuręis,q dixerūt aīam rōnalē eē mor
talē.ſed mors iſta ē ſeparatio vnitorꝫ.i.diuiſio ſeu receſſus aīæ à corpore,pſertim in hoīe,cuius
Plato. aīa immortalis cōſiſtit.hoc & Plato aſſerit in Phædone:Mors,inqēs,aliud nō ē quā aīæ corpo
Proclus risq; diuiſio.In q lib.immortalitatē aīæ Plato fateꝰ erudentꝰ ac pbat,quā & Proclus in elemēta
tione apertiſſime referat & oñdit,dicendo:Oīe qd ad ſeipſum cōuerſiuū eſt, antipoſtaton eſt.
Ariſto. Et rurſus:Oīe antipoſtaton ppetuū eſt.Iteq;:Oīe antipoſtaton incorruptibile eſt.Deniq; ſic
ut iuxta philoſophū eſſe pprie & ſuppoſitorꝫ,ita gñari & corrūpi,ſic q ſicut generatio dicit eē
coniunctio formæ ſubſtātialis atq; materiæ,ſic corruptio ſeu mors eorꝫ ſeparatio nominatur. F
De iſto tñ plenius ē dicēdū in lib.ſequēti,in q idē hic autor affirmat,q nō corrūpit aliqd exiſtē
tiū.Sed modi & harmoniæ ſeu cōmenſuratiōes circa exiſtētia[in nobis* in inuiſibile ducēs].i.
*in viſibile ſeparatio iſta ſeu mors ducit in inuiſibile nobis.i.aliqd nobis occultū.[Aīam qdē vt in priua
tione corporis ſp futurā].i.ppetuo māſurā poſt ſeparationē à corpore,ſaltē vſq; ad diē iudicij
& horā reſurrectiōis cōmunis futuræ vel ppetuæ ſcdm philoſophiæ doctrinā[corpus vero vt
in terra occultū].i.mors ducit corpus in inuiſibile tāq ſub terra ſepeliēdū[aut iuxta alterā quā
dā corporaliū mutationē].i.p putrefactionē ſub terra[ex ea quę ē ſcdm hoīem ſpecie demolitū]
Iob.16. Iob.14. .i.deſtructū ex ſpecie ea quæ eſt ſcdm hoīem.i.à forma & figura quā amittit in ſepulchro,nec
eā recuperabit ſcdm curſum naturæ.Propter qd ſctūs Iob ait:Viā p quā nō reuertor, ambulo.
Et iterꝫ:Homo cum dormierit,non reſurget donec atteratur cœlum, non euigilabit nec con
ſurget de ſomno ſuo.[Pulchre per aquam vniuerſalis occultatio].i.tota abſconſio baptizādi
in aqua baptiſmi,in qua ad horulā mergit[in mortis & ſepulturæ informitatis imaginē accipi
tur].i.occultatio illa pulchre.i.condecenter accipitur in imaginem.i.pro figura informitatis
.i.amiſſionis formæ prioris mortis corporalis ac ſepelitiōis.i.quæ amiſſio fit p mortē& ſepul
turā,quas cōſeqt reſolutio & putrefactio corporis.De hac re dictū ē ſupra,cū allegatiōe ꝟborꝫ
Apoſtoli ad Romanos.Pręterea qd deſignet trina baptizandi immerſio in aqua,ſubiūgit.[Sa
cre ergo



cre ergo baptizandorꝫ ſymbolica doctrina].i.doctrina iſta data de baptizandis,includēs in ſe
A ſenſibilia ſigna & facta,ſeu facta ſignificatiua,i.aliqd deſignantia[docet]ſacre & religioſe[my
ſtice].i.ſpiritaliꝰ & occulte[tribus in aqua dimerſiōibus& eleuatiōibus].i.p tres dimerſiōes ba
ptizandi in aqua baptiſmatis,& p totidē extractiōes & eleuatiōes eius ex illa[diuinā triduo to
tidēq; noctibus in ſepultura Ieſu vitæ datoris imitari mortē].i.ſectari diuinā mortē corpora
lem Ieſu q ē dator vitæ:qua morte ipſe mortuus fuit triduo.i.tribus diebus artificialibus,& to
tidē noctibꝰ in ſepulchro,intelligēdo hoc ipſum p Synecdochē,vt ſatis vulgatū ē.Vñ in euāge
lio dixit:Sicut fuit Ionas in vētre piſcis tribus diebus ac noctibus,ſic erit filius hominis in cor
de terræ.Vñ & p Oſeæ pdictū ē:Viuificabit nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit nos.Hanc Matt.12. Lucæ 11. Oſeæ.6.
diuinā mortē triduanā ſeqmur,ceſſando totaliꝰ à triplici gñe culpæ,videlicet cordis, oris & o
peris.Diciꝰ aūt mors diuina,qa mors Chri q verus ē deus,q̄uis nō cōueniat ei ſecūdū naturā di
uinā.Rurſus,diuina mors appellaꝰ,qm ſancta ē illa mors p quā diuinæ & beatæ vitæ cōſortes
hæredes ſumus effecti,& à multiplici morte erepti,iuxta illud Petri:Chrs ſemel p peccatis no
ſtris mortuꝰ ē,iuſtus p iniuſtis,vt nos offerret deo mortificatos qdē carne viuificatos aut ſpiri 1.Petri.3.
tu degluties mortē,vt vitæ æternæ efficeremur hæredes.Præterea Chrs ſecundū qd deus,ē da
tor primus ac principalis totius vitæ naturæ & grāæ ac gloriæ.Secundū naturā vero aſſumptā
(quæ teſte Damaſceno lib.ſcdo,fuit inſtrumētū animatū,ppriū & cōiunctū verbi ei vniti)ē da
tor vitæ grāæ & gloriæ meritorius & inſtrumētalis:qa vt ferꝰ apud Iohannē:De plenitudine eiꝰ Ioh.Dam.
accepimus oēs,gratiam p gratia.Vñ denuo,ptestaꝰ:Ego veni vt vitā habeāt,& abundantius ha Iohan.1. Iohan.10
beant.Iteq;:Ego vitā æternā do eis.Sic itaq; imitari debemus mortē diuinā[quantū poſſibile Ibidem.
viris diuina imitatio].i.quantum imitatio iſta diuina,videlicet ceſſatio ab omni peccato,ē qd
poſſibile viris diuinis, communi infirmitate & fragilitate circundatis,qui ſecundum legē ge
neralem diu eſſe non queunt ſine veniali peccato:quia & ſi ſingula,non tamen omnia venialia
B valent vitare.[In quo iuxta eloquij myſterialem & occultam traditionem].i.iuxta euangeli
cam doctrinam,cœleſtis vitæ ac patriæ ſignificatiuam[nihil inuenit princeps mundi].i.nihil
culpæ inuenit diabolus mundanorum hominum princeps & caput,quantum ad eſſe iniquita
tis.Nempe vt ſcriptum eſt in Iſaia:Peccatum non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui Iohan.14. Iſaiæ.53.
in Iohanne faſſus eſt:Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Seqꝰ Iohan.14.
de ſpiritali ſignificatione veſtimentorum alborum.[Deinde vero luciformia veſtimēta indu
unt conſummatum].i.ſacerdotes epiſcopo baptizanti ſubminiſtrantes poſt præfata induunt
cōſummatū.i.baptizatū iā in baptiſmo plene purgatū ac ꝟtutibꝰ decoratū veſtes luciformes,
.i.albas & mūdas,in qbꝰ magis ībibita ē & abūdat,quā in coloribꝰ alijs.[Virili em & deiformi
vi cōtrariorꝫ impaſſibilitate,& ad vnū firmo cōtuitu *inordinatū ornāt].i.baptizatū q añ ſuā *inornatū ornatur.
conuerſionem fuit inordinatus,ornant & induunt ſacerdotes.Virili ac deiformi.i.vigore vir
tutum valde diuino,& impaſſibilitate contrariorum.i.reformatione paſſionum inordinatarꝫ
vt non lædatur ab illis neq; ab alijs vitijs ſeu inuiſibilibus inimicis.& contuitu firmo .i.reſpe
ctu forti ad vnum.i.ad vltimum finem.his diuiniſſimis bonis induunt illum vel diſpoſitiue,
vel cooperatiue ad proficiendum & perſiſtendum in illis,vel quia deſignant eum hijs eē orna
tum,per hoc quod induunt eum veſtes,per quas iſta ſignantur[& informe formificaꝰ lucifor
C mi vniuerſaliter vita ſplendens].i.conuerſatio eius prius informis,infructuoſa & arida, nunc
in baptiſmo formata eſt charitate feruente ſeu eius profectu,ſplendens de cætero vniuerſaliꝰ,
id ē,in omnibus verbis & actibus.luciformi vita.i.actionibus exemplaribus& doctrinalibus
ꝟbis,iuxta illud:Sic luceat lux veſtra corā hoībus.Sicq; Philippenſibus ſcripſit Apo.Sitis ſim
plices filij dei in medio natiōis prauę& puerſe,inꝰ qs lucētis ſicut lumiaria mūdi,ꝟbū vitę cōti Matt.5. Phil.2.
nētes.Salomō qq; ī Prou.Iuſtorꝫ,inqt,ſemita qſi lux ſplēdēs,pcedit& creſcit vſq; ad pfectā diē.
Sequiꝰ de myſtica notatiōe vnctiōis.[Vnguēti autem perfectiua vnctio].i.baptizanti vnctio Prouer.4.
conſummatiua ſignificatione.[Odoriferum facit perfectum].i.deſignat ipſum baptizatū eſſe
dulcis ac bonæ famæ,ſicut ait Apoſtolus:Chriſti bonus odor ſumus in oīi loco.Nam & chri
ſma per balſamum ei admixtum,odoriferum eſt.[Sacra enim diuinæ generationis conſum
matio].i.ſancta baptiſmi completio[†coadiuuat conſummata diuino ſpiritui].i.perfecta actu
aliter ſeu executiue coadiuuat.i.cooperatur vt quoddam inſtrumentum ſpirituiſancto,qui p
ſenſibilia ſigna operatur in baptizato.[Inuiſibiliter autem odorificum & perfectiuū aduentū
ineffabiliꝰ exiſtentē].i.interiorē & ſpiritalē aduētum ſpirituſſancti,vere ſuauem & perfectiuū,
q ineffabilis eſt.i.plene & comprehenſiue exprimi neqt,q̄uis vocaliter exprimaꝰ[cognoſcere
intellectualiꝰ].i.naturaliꝰ noſcere p experiētiā,aut certa vel pbabilia indicia[cōcedo].i fateor
cōuenire[dignis ſcdm intellectū diuini ſpiritus ſacra & deifica cōmunicatiōe].i.hoībus purga

tæ mentis,qui quantum poſſibile eſt,ex dignatione & gratia dei digni ſunt communicatione, D
id eſt,copioſa,ſancta ac deificante influxione & participatione ſpirituſſancti,ita ꝙ multum di
uini ſunt & dei amici,tanquam ſecretarij eius,qui vel ex reuelatione,vel ex certis experiẽtijs &
viſitationibus reuelationi quaſi æqualentibus,noſcunt ſe eſſe in charitate ac donis atq; effecti
Roma.8. bus ei annexis,cum & Apoſtolus fateatur:Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro,
2.Petri.1. ꝙ filij dei ſumus. Sed & princeps Apoſtolorum: Per opera,ait,bona certam faciatis vocationẽ
Iob.9. veſtram. Porro de inuiſibili ſpirituſſancti aduentu in libro Iob aſſeritur:Si venerit ad me,nõ vi
debo eum:& ſi receſſerit à me non intelligam. [In fine autem omnium].i. cũctis prædictis cir
ca baptizatum completis[ſummus ſacerdos ad ſacratiſſimam euchariſtiam vocat perfectũ]
.i. ipſum baptizatum taliter intus ornatum & conſummatum,hortatur ad ſacram communi
onem[& perfectiuorum myſteriorum ipſi tradit communionem].i. euchariſtiæ ſacramentũ,
in quo continentur & conſiderantur plura & magna myſteria,quorum fide,virtute & efficatia
perficimur & ſaluamur. In huius etẽm ſacramenti celebratione & receptione,recordamur dile
ctiõis,miſeratiõis & bñficẽtiæ dei ad nos,myſterioꝝq; Chriſti,videlicet incarnationis,cõuerſa
tiõis eius in ſeculo iſto,vltimę cœnę ac inſtitutiõis ſacramẽti iſtius,paſſionis,reſurrectionis a
ſcenſioniſq; eius:quorum omnium hoc ſuperadmirabile & ſuperuenerandiſſimum ſacramẽ
tum,eſt precioſiſſimum memoriale. Huius vero ſacramentalis communionis ſignificatiõem
& rationem hic tranſilit,quoniam in capitulo proxime ſubſequenti,tracturus eſt inde.

Baptiſmus quid. ¶ Nunc de ſacramento baptiſmi aliqua ſunt addẽda. Baptiſmus ergo eſſentialiter eſt intin
ctio hominis prius non baptizati in aqua verbo vitę ſanctificata,ſeu ablutio facta in aqua ſim
Tria ad baptiſmũ reqſita ſunt. plici naturali,ſub præfixa forma verborum. Sunt demum tria ad baptiſmum reqſita,quæ ſunt E
materia eius,vtputa aqua elementaris:& forma verborum,quæ eſt,Ego baptizo te in nomine
patris & filij & ſpirituſſancti. Verũtñ iſtud,Ego te baptizo,non eſt ſtricte loquẽdo de baptiſmi
eſſentia. Nam & græci vere baptizant dicendo:Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris &
filij & ſpirituſſancti. Latinis tamen non licet præſcriptam formam mutare. Tertium eſt mini
ſtri intentio,vt ſaltem intendat facere quod facit eccleſia. Regularis quoq; miniſter baptiſmi ẽ
ſacerdos,quamuis in neceſſitate homo quicunq;. Immerſio quoq; in aqua ſiue vna ſiue trina,
non eſt de neceſſitate baptiſmi:imó ſufficeret,ſi caput ſolum aſpergeretur. Attamen idonea nõ
eſt conſuetudo eccleſiæ omittenda. ¶ Deniq; modo quatuor ſacramẽtalia ꝓcedunt baptiſmũ,
Tertiũ eſt cõtactus. quæ ſunt exufflatio baptizandi,deſignans expulſionem diaboli:& inufflatio baptizantis,ſigni
ficans ſpirituſſancti infuſionem. Secundum eſt immiſſio digitorum in aures, denotãs gratiã &
Tria ſiunt poſt baptiſmum. ſapientiam atq; à vitiorum putredine præſeruationem. Tertium eſt contactus ſaliuę ad aures
& nares,deſignans apertionem ſpiritualium ſenſuum. Quartum eſt vnctio olei in pectore &
inter ſcapulas,quo deſignatur amor legis diuinæ,& deuota ad eam ſubiectio. ¶ Tria q̃q; ſiunt
poſt baptiſmum,quæ ſunt chriſmatio in vertice,denotans gratiam Chriſti in mente:impoſi
tio cerei,ſignificans claritatem fidei & amoris:induitio veſtis albæ,reſtitutionem innocentiæ
Primo. ſignans. De his tamen diffuſius beatiſſimus Dionyſius tractat in textu. ¶ Inſuꝑ triplex aſſignat
Scd'o. à Magiſtro lib. quarto ratio inſtitutionis ſacramentorum. Prima,vt dum homo in rebus ma F
Tertio. terialibus & vilibus quærit ſalutem magis ſeipſum in cunctis humiliet. ¶ Secunda,propter e
ruditionẽ,vt per exteriora ſigna,interiorẽ gratiam,virtutẽ & effectum addiſcat. Tertia,propter
exercitationẽ,vt in ſacramentis vtiliter occupatus,nequaquam ocio reſoluatur aut tœporẽ in
currat. Verũtñ ſanctus autor huius voluminis,aliam tangit,quæ & quarta poteſt ratio appella
ri,q̃a connaturale eſt nobis,per ſenſibilia ad ſpiritualia introduci. Amplius,paſſio Chriſti ẽ q̃ſi
vniuerſalis cauſa & medicina ſalutis humanæ. Cauſa aũt & medicina gñalis,neceſſario appli
catur ad diuerſos effectus ac varias curationes per diuerſa inſtrumenta ſeu media,quæ & ſenſi
bilia cõuenit eẽ. Hinc Saluator ſeptẽ inſtituit ſacramẽta,ꝑ quæ tãq̃ ꝑ medicinalia vaſa applicat
hoĩbus ỽtus,gr̃a & meritũ dñicæ paſſiõis:ꝑ q̃d etiã edocemur,viſibilia & inuiſibilia,materialia
Manichæi hæreſis. & immaterialia ab eodẽ principio eẽ ꝓducta,vt cõfundat ſtultiſſima hæreſis Manichæi. ¶ Po
ſtremo, circa hoc ipm capitulũ plurima poſſent inq̃ri,& q̃ſi oĩa quæ circa ſacramẽtũ baptiſmi
occurrũt quærẽda:de qbꝰ ꝑtrãſeo,q̃m ſuꝑ quartũ Senten. & in Sũmis doctoꝝ plene inueniũt.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS II.

QVod intẽtionẽ hierarchiæ nr̃æ.i. aſſimilationẽ & vnitionẽ ad deũ cõſequi
mur diligẽdo & operãdo diuina mãdata,& ꝙ ſctã & diuina regeneratio ba
ptiſmi ẽ principiũ opatiõis mãdatoꝝ dei formãs & q̃ſi figurãs nr̃m interio
rẽ hoĩem ad ſuſceptionẽ & habitudinẽ aliaꝝ doctrinaꝝ & opationũ & ſan
ctificationũ,& ſtudiũ & cõtẽplationẽ diuinoꝝ. Hæc aũt ita ſe habere oñdit
ꝑ dilectionẽ dei,quæ teſte Hierotheo primus & principalis motus ẽ mẽtis



in diuina. Baptiſmus vero q in diuinum eſſe nos regenerat principium & quaſi fundamentum
eſt ipſius dilectionis per quam implentur mandata,q̃a ſicut prius eſt eſſe quam ſcire vel moue
re,vel operari,& prius eſt eſſe hominem q̃ operari humana. ita prius eſt eſſe diuinæ,q̃ ſcire vel
operari diuina. Poſt arcet imperfectos à profundis myſterijs ſub exemplo radiorum ſolis & q̊
rundam hominum q leguntur de præſumptiõe correcti & puniti. ¶ Hierarcha ſiquidem pro
uocans peccatores ad pœnitentiam annunciat diuinam miſericordiam & bonitatem,comme Iohan.1.
morando verbi incarnationem,& dei ad nos vnitionem ſub exemplo ignis,iuxta illud Iohan
nis:Quotquot autem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri his, q credunt in no
mine eius,q non ex ſanguinibus,neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri,ſed ex deo na
ti ſunt. De peccatore compuncto ad conuerſionem,& quærente ducem & magiſtrum conuerſi
onis ſuæ ſeipſum arguente,obedientiam promittente,& ad tanta obſtupeſcente. Quem dux il Lucæ.15.
le benigne ſuſcipiens & clementer tractans ducit ad hierarcham,quem hierarcha ſuſcipit hi
lariter exemplo domini ouem perditam reportantis. Et de ipſius conuerſione mentaliter gra
tias agendo,& adorat corporaliter,& chorum mutat ad cooperandum ſaluti eius q cõuertit,
& ad gratias agendum deo, cum aliquo cantico ſacræ ſcripturæ publice decantato. poſt hie
rarcha oſculatur altare,deinde procedens eum qui conuertitur,quærit quid petat. Quo ſeipm
accuſante de praua conuerſatione & infidelitatis errore,& boni omiſſione,& rogante, vt fiat
ipſe mediator reconciliationis ſuæ ad deum,hierarchia reſpondet,ꝙ oportet eum totaliter ad
deum conuerti,& vitæ præteritæ integre renunciare,& qualiter eum conuerſari oportet reci
tans,quærit an paratus ſit ita agere. Quo ita confitente imponit manum capiti,& iubet eum,&
B ſuſceptorem ſuum à ſacerdotibus deſcribi,incipiens orationem:qua completa ab vniuerſa ec
cleſia exuit eum, ſed non ex toto,per manus miniſtrorum. Poſtea facit eum proſterni ad occi
dentem,& ter abrenunciare Sathanæ conuerſationi præteritæ vitæ. Deinde ducit ad orientem
& ſurſum reſpicientem,& manus extendentem participem facit Chriſtianorum,& ſanctarum
ſcripturarum Deinde hierarcha eidem iterum ter confitenti,vt ſupra orans benedicit. & tunc
penitus denudant eum miniſtri,& hierarcha oleo ſancto vngere incipit trina ſignificatione,&
ſacerdotes complent vngentes eum oleo totum corpus eius,& tunc ad baptiſmum procedit,
& præmiſſa benedictione ſuper aquam hierarcha cum chriſmate tres cruces facit in ipſa aqua,
cum totidem decantationibus haleluia. & pſalmorum ſecundum varias eccleſiæ conſuetudi
nes. Deinde recitata deſcriptiõe tam viri quam ſuſceptoris ſui, ipſe vir à ſacerdotibus ad aquã
adducitur,dirigente eum in aqua manu hierarchæ. Deinde ſacerdotibus nomẽ baptizandi re
citantibus epiſcopus ter eum immergens in aquam,& ter eleuans baptizat eum cum nomina
tione ſanctæ trinitatis. Quem ſacerdotes mox aſſignant ſuſceptori ſuo, & ipſi cum ipſo ſuſce
C ptore baptizatum veſte ſibi congrua indutum reducunt ad hierarcham. Quem epiſcopus chri
ſmate ſignans,concedit ei euchariſtiam. Quibus completis baptizatus extenditur ad cognitio
nem myſteriorum quorum fidem ſuſcepit tanquam ſemper profecturus in anteriora ſe exten
dens,& poſteriorum oblitus,nec aliquando ad priſtina reuerſurus. ſed in diuina à ſpiritu ſan
cto ſemper promouendus. Quod hæc quæ ſymbolice in baptiſmo fiunt,nihil continẽt immũ
dum vel inconueniens. ſed quod inuiſibilia dei opera inſinuant per ſigna connaturalia & ho Philip.3
minibus congruẽtia. Nec nocet ꝙ ſuppreſſo interim ſubtiliori myſterio negocietur perſuaſio
conuerſionis & cognitio ſibi competens ſalutem eius q conuertitur,& per aquæ ablutiõem in
ſinuetur ei purgatio interior peccatorum ſuorum. Opera ſiquidẽ illa ſymbolica licet nihil ali
ud myſterij continerent,immunditiæ notam non haberent,cum eum qui conuertitur ad vitã
ordinatam inducant,& vitæ præteritæ purgationem eidem euidenter denuncient. Sed talis de
numeratio facile intelligibilis congruit inductioni imperfectorum ad hierarcham qui per hu
iuſmodi iam diſtinguuntur ab immundorum multitudine,& coaptantur myſterijs inferiori
bus ſibi congruentibus. Prouectioribus vero congruit ad principalia eorum quæ fiunt myſte
ria intendere,& horum characterum ex imagine occulta ſcrutari. Senſibilia enim viam prębẽt
ad inueſtiganda inuiſibilia tanquam talium imaginum veritatem,& intelligibilia ſunt ſenſibi
lium principium & veritas. Myſterium primi articuli huius ſacramenti quod eſt ſupra, hierar
cha ergo materialis cunctos ad veritatis cognitionem inuitans deũ ſignat,cuius bonitas ſemꝑ
vniformiter cunctis intellectibus ſuperradiat ſeipſam offerens & exponens. Si autem mẽs à ꝑ
ſente & ſuperradiante lumine vel intellectuales oculos clauſerit vel auerterit,vel etiam menſu
ram ſuam excedens inſcrutinia diuin orum præſumptuoſe ſe mergat diuinum lumẽ, nihil agit
niſi quod ſuum eſt,ſcilicet vt prædictum eſt. Qui autem ſupra menſuram ſuam præſumit & il
la perfectiora in quæ præſumit non conſequitur,& imperfectioribus quæ cõſequi poterat pri

uat. Diuinū aūt lumē vt dictū ē. Nihilominus ſp mētibus ſe extēdit & in optiōe eaꝝ eſt haurire
de ipſo lumine ſp pſente & paratiſſimo ſeipſum dare. Prædictā dei bonitatē imitat̃ epſ cunctis D
offerēs lumē doctrinæ ſuæ, neq; iracūde improperās infidelitatē vel malitiā vitæ pteritæ his q
cōuertūt, ſed benigne eos ſuſcipiēs vel erudiēs ſecundū ſingulo ꝝ capacitatē. Seqtur de eo qcō-
uertit ſeipſum cognoſcēte & accuſante, vt ſupra eodē. Vñ innuit φ mētes deū cognituræ primo
in ſe deflectant, & ex ſe ſpeculis dei & imaginibus diuinas in theorias pficiſciſcāt. Qui aūt ppria
inuiſibilia ſine obtuſiōe & aciei reuerberatiōe clare inſpicit iā tenebroſæ ignorātiæ eripit, ſed
ad diuinæ vnitiōis excellētiā nō ſtatim extēdit. Neceſſe eñ habet de infimis gradibus ad medi-
os, & p medios ad ſummū ſeriatim cōſcēdere. Et huius mediatiōis ſymbolū eſt cōuerſi verecū-
di ſui cognitio ſuſceptoris ducatus ad hierarchā. Simili p pdictā mediationē mēs puenit ad di-
uinā participationē. De ſignificatiōe ſignatiōis & deſcriptiōis cōuerſi & ſuſceptoris. Qd' opor-
tet vitijs prius exui, & qbuſlibet cōtrarijs, vt ſeqtur induitio ṽtutū & donoꝝ. hoc innuit exui-
tio &c. vt habet eodē ca. ſupra. De cuiꝰ anagoge anagogica. i. angelica vel cœleſtis hierarchia,
ſicut patet infra, videlicet decimoqnto. Itē qd ſignat abrenūciatio, exufflatio &c. ad orietē redu-
ctio &c. φ vitioꝝ mortificatiōibꝰ & aſſiduis in deū pfectibus habitū intellectualis ornatus cō-
Pſal. 103. ſeqmur, & lumine, ſicut veſtimēto amicimur. Neq; ſufficit à malo recedere niſi aſſidue & pſeue-
Philip. 3 rāt in anteriora extēdamur. Quoꝝ ſymbola ſunt quæ ſucceſſiue hinc fiūt, ſed vnctio quæ pugi-
li cōuenit. Deus aūt p potētiā quæ patri attribuit hūc pugilē roborat. Per ſapiētiā ſcripturarū,
quæ filio attribuitur eundem inſtruit per bonitatem, quæ attribuitur ſpiritui ſancto eundem
remunerat. Pugil autem ſpiritualis luctans contra vicia & dæmones impedientia ſuam deifica-
tionem ſuperans certamina ad imitatiōem ſaluatoris veſtigijs ipſius Chriſti primi certatoris E
propter bonam gratiam vnctionis tandem baptizatus quaſi Chriſto commoritur peccato, i.
à peccato ſeparatur. Mors enim non eſt rei conſumptio ſed coniunctorū ſeparatio. Vel ideo
baptiſmus morti comparatur, qa baptizatus totus aquæ immerſus abſconditur, ſicut mortu-
us in ſepulchro. Quod trina immerſio in aqua cum totidem eleuationibus ſignat imitationē
mortis dominicæ, cuius triduana fuit ſepultura. Etφ ſplendidę veſtis induitio ſignat habitum
ſplendidæ conuerſationis. Quod Chriſmatis iniunctio ſignat baptizatum ipſum eccleſiaſti-
co vnctum intellectualiter bene fragrare, & diuina dignum eſſe communione, vnde tandem
aſſumitur ad participationem euchariſtię.

## DE PERFICIENDIS IN SYNAXI, ID EST, SANcta communione. Cap. III.

SED euge, quoniam huius commemoratio quidem
erat, nō mihi iuſtum ē trāſcurrēti hierarchicorū quid
ante eam aliud laudare. Etem eſt ſecundum noſtrum
glorioſum magiſtrum hoſtiarum hoſtia. Et oportet
ante † alias eam ſacre ſcribens exponentem ex diuina
(iuxta eloquia) & hierarchica ſcientia, in ſacram e-
ius aſcendere diuino ſpiritu contemplatiōem. Et pri-
† quod. mo quidem hoc ſacre inſpiciamus, propter* quid cō-
mune alijs hierarchicis teletis diſcrete huic ultra cæ-
teras deputatur & ſingulariter prædicatur communio, & ſynaxis unaquaq; p-
fectiua ſacra actione, partitas noſtras uitas in uniformem deificationem colligē-
te, & diuiſarum deiformi complicatiōe ad unum communionē & unitatem do-
nante. Dicimus autem, quia eas aliorum hierarchicorum ſymbolorum partici-
† teleten. pationem, conſummationem ex iſtius diuinis & perfectiuis inuenire eſt donis.
Non enim ineſt fere quandam perfici + teletam hierarchicam, niſi diuiniſſimæ
euchariſtiæ in conſummatione per ſingula perficiendorum, ad unum perficien-
† cōmunionem. te ſacrificio collectionem, & deo tradita donatione perfectiuorum myſteriorū
perficiēte ipſius † communionē ad dominum. Si ergo una quæq; hierarcharum
† pfecta. teletarum imperfecta quidem dum ſit ud unum, noſtram communionem & ſy-
naxim nō perficiet; & eſt teleta propter quod perfectiſſimum dedicat. Finis aūt
toti-



A totius & capitulum diuinorum myſteriorum + perfectio traditio merito hierar- * pfecta
chica intelligētia cognominationē ei propriā exactionum ueritate inuenit. Sic et
ſacram diuinæ gñationis teletā, qm̄ primum lumen tradit, & oīm eſt principiū
diuinaꝝ in lumine introductionū, & prefecto ueram illuminationis noīationē
laudamus. Siquidem om̄ibus commune hierarchicis lucem ſanctā tradere perfi-
ciendis. Sed † hæc primum uidere donauit mihi, & per ipſum eius principale † hoc.
lumen in alioꝝ ſacrorum conſpectum † luciducoꝝ. Hæc autem dicentes, reſpie- + lucidu
mus & uidebimus hierarchice per ſingula diligentem ſanctiſſimæ teletæ actio- cor:
nem ſacram & contemplationem.

¶MYSTERIVM *Synaxios ſiue communionis.*

SVmmus quidē ſacerdos orōnem ſacrā ſuper diuinū altare per-
ficiens, ex ipſo adolere inchoans, in oēm uenit ſacri chori ambi-
tum; rediensq; iteꝝ ad diuinū altare, incipit ſacra pſalmoꝝ me-
lodia, concinēte ei pſalmificā ſacram orōnem oī eccleſiaſtica di-
ſpoſitione. Deiñ uero per miniſtros ipſa profeſſaꝝ deltaꝝ le-
ctio conſeqnter fit. Et poſt has foris fiunt ſacro ambitu catechumeni, & cū ipſis
energumeni, & qui ſunt in pœnitentia. Manent aūt diuinoꝝ aſpectu & coīca-
B tione digni. Miniſtroꝝ uero alij quidam ſtant ad portas templi concluſas. Alij
uero, aliud quid pro prij ordinis operant̃. Alij aūt miniſtratoria diſpoſitione di-
ſcreti cū ſacerdotibus ſuper diuinū altare proponūt ſacrū panē & bñdictionis
calicem, confeſſa añ ab oī eccl'iæ plenitudine catholica hymnologia. Cū quibus
diuinus pontifex orōnem ſacrā perficit, et † ſacrā pacē oībus pmittit, & oībus ſa-
lutantibus inter ſeinuicē, myſtica ſacroꝝ uoluminū prædicatio perficit̃. Et la- * ſanctā;
uantibus manus ſummo ſacerdote & ſacerdotibus aqua, ſummus quidē ſacer-
dos in medio diuini altaris ſtat, circūſtāt aūt ſoli cū ſacerdotibus miniſtroꝝ ſele-
cti. Et ſacras diuinas actiones ſummus ſacerdos laudans, ſacrificat diuiniſſima,
& ſub cōſpectu ducit laudata, per ſacre procūbentia ſymbola, & donationes di-
uinorum actuum oſtendens, in coīonem eoꝝ † ſanctā, ipſeq; uenit, & alios ad- † ſanctiſſ
hortatur. Accipiens uero & tradens diuinā cōmunionē, in euchariſtiā ſacrā de- ca''s:
ſinit. Multis quidem in ſola diuina ſymbola proſpiciētibus, ipſo aūt ſemper di-
C uino ſpiritu ad ſctā prnfectoꝝ principia in beatis & intellectualibus ſpeculatio-
nibus hierarchice in puritate deiformis habitus aſcendente.

¶THEORIA

VEni ergo o puer bone poſt imagines in ordine & ſacre in deifor-
mem principaliū exemploꝝ ueritatē. Illud perfectiſin coaduna-
tam animaꝝ ſuaꝝ introductionē dicam, quo ſymboloꝝ uaria
& ſacra cōpoſitio, nō ſine intellectu eis ſubſiſtit, & nō uſq; ad ea
quæ extra ſunt, apparens ſolummodo. Sacratiſſimi quidem eñ
eloquiorum cantus & lectiones, doctrinam eis in uirtute uitæ
denunciant, & cum his perfectam corrumpentis malitiæ purgationem. Diui-
niſſima aūt unius & eiuſdē & panis & calicis cōmunio & pacifica traditio, ſi-
milem conuerſationē eis diuinā, tanq̃ ſimiliter edētibus, pmulgat, & diuiniſſi-
mam cœnā et principale ſymbolū pfctōꝝ in memoriā ſacrā ducit. Iuxta qd' &
ſymboloꝝ ipē cōditor partit̃ ſāctiſſime nō ſancte ei et unimode ſacra cōcęnātē

Cap. III Docens facile ſimul & deiformiter, quomodo ipſa iuxta habitū uera in diuina D
aſſumptio ad ſimilitudinem eorꝝ communionem ipſis aduenientibus donat.
Hæc igitur (ut dixi) in abditorum atria bene deſcripta, imperfectis adhuc
ad contemplationem ſufficientem relinquentes, intremus a cauſalibus in cauſas
iuxta ſacram noſtram ſynaxim, & decoram inuiſibilium Ieſu luciduco uidebi-
mus theoriam beatam, declarātem manifeſte principalium formarum pulchri-
tudinem. Sed diuiniſſima & ſacra teleta, circumpoſita tibi ſymbolice ueſtimen-
ta ænigmatum reuelans, nobis ſplendide manifeſtare, & intellectuales noſtros
uultus uniformi & non uelato lumine reple. Oportet igitur nos intus adeſſe, ſa-
cratiſſimorumq; inuiſibile primi agalmatum denudantes, in deiformē eius pul
chritudinem intendere, & ſummum ſacerdotem diuinitus uidere a diuino alta-
ri uſq; ad extrema templi cum ſuaui odore uenientem, & iterum in ipſo perfe-
ctiue reſidentem. Ipſa enim ſuper omnia diuina beatitudo, & ſi bonitate diuina
† ſuam ſacram prouenïat in participantium † ſua ſacra communionem, ſed non extra per ſub-
ſtantiam immutabilem, ſtatum & collocationem efficitur, & omnibus deifor-
mibus proportionaliter illucendo, circa ſemetipſam uere exiſtit & a propria o-
mnino non tranſmutatur immutabilitate. Similiter diuina ſynaxeos teleta, etſi E
ſingulare & ſimplex habeat complicitum principium in ſacrā uarietatem ſym
bolorum humanitus multiplicatur, & uſq; ad omnem implet hierarchicā ima-
ginum deſcriptionem, ſed uniformiter ex his iterum in propriam unitatem col
ligitur, & unificat in ſe ſacre reductos. Iuxta hunc autem deiformem modum di
uinus ſummus ſacerdos, etſi unitam ſuæ hierarchiæ diſciplinam deiformiter in
ſubiectos deducit, ſacrorum ænigmatum pluralitatibus utens, ſed iterꝝ tanq̄ ab
ſolutus & minoribus immenſurabilis, in proprium principium indiminute re-
ſtituitur, & in unum ſuum intellectualem faciens introitum, inde pure perfecto
rum uniformes rationes in ſecunda humanę proceſſionis ſummum, in prima di
uiniorem conuerſionem faciens. Pſalmorum autem ſacra oratio conueniens o-
mnibus hierarchicis fere myſterijs, nonne futurꝝ eſt explicari omnem ſummo
ſacerdotaliſſimo? Om̄is quidem em̄ ſacra & hagingraphos deltos, aut ex deo
exiſtentiū generalem ſubſiſtentiam aut diſpoſitionem, aut legalem hierarchiam
& conuerſationem, aut diuini populi hæreditatum diſtributiones & habitatio- F
nes, aut iudicum ſacrorꝝ, aut regum ſapientū, aut ſacedotum diuinorꝝ intelligē-
tiam, aut ueterum uirorꝝ in uarietate & multitudine anxietatū immutabilem in
patiētia philoſophiā, aut actionū ſapiētes ſynagogas, aut diuinorꝝ amorꝝ cātica
& diuinas imagines aut ꝓpheticas futurorꝝ prædicationes, aut uiriles Ieſu diui-
nas actiones, aut ipſorꝝ diſcipulorꝝ deo traditas, & dei imitatorias conuerſatio
nes & ſacras doctrinas, aut occultā & myſticam uiſionē ipſorꝝ diſcipulorꝝ dile
ctiſſimi & diuini ac mirabilis ſupermundanā Ieſu theologiā ad deificationem
opportunis narrauit, & ſacris teletarꝝ deiformibus anagogis corradicauit. Di-
uinorum aūt cantuum ſacra ſcriptura intentionē habens, & theologias & diui-
nas actiones om̄es hymnizare, & diuinorꝝ uirorum ſacras orationes & ſacri-
ficationes laudare, uinuerſalem facit diuinorum cantum & narrationem ad to-
tius hierarchicæ telet ſuſceptionē & traditionē, habitū pulchrū efficiens, diuini
tus eam pſallētibus. Cum igitur continua ſacratiſſimorꝝ hymnologia aīales no
ſtros



ſtros habitus coadunare diſpoſuerit ad paululum ſacrificia exponenda, & diui-
A norum cantuum conſonantia ad diuina, & noſmetipſos & inter noſinuicem cō
ſenſum, ut una & confeſſa ſacrorum regione promulgauerit coordinata, & co-
adumbrata magis in intellectuali pſalmorum pſalmodia, per plures & apertio
res imagines & prædicationes inueniuntur ſacratiſſimis profeſſarum conſtru-
ctionum lectionibus in his aſpiciēs, ſacre uidebit uniformiter unam inſpiratio-
nem, ut ab uno diuino ſpiritu concluſam. Vnde pulchre illi mundo poſt anti-
quiorem traditionem nouum taſtamentum prædicatur, diuina etiam hierarchi
ca ordinatione illud æſtimo declarare, quomodo quidem ipſa dixit futuras Ie-
ſu diuinas operationes, hoc uero perfecit. Et quomodo quidem illa in imagini-
bus ueritatem ſcripſit, hoc uero præſentem demonſtrauit. Illius enim prædi-
cationibus, hoc per ſeipſam perfecta operatione ueritatem cognouit. Et eſt theo
logiæ diuinæ operatio, conſummatio. Harum alij quidem non circumtubici-
nantes uniuerſaliter ſacrarum teletarum neque imagines uident, impudenter ne
gantes ſalutarem diuinæ generationis doctrinam, & eloquijs perdite reſpon-
dentes, uias tuas ſcire nolumus. Catechumenos energumenoſq;, & eos qui ſunt
in pœnitentia, ſenctæ hierarchiæ lex permittit quidem audire pſalmicam ſacrā
orationem, & diuinam ſanctiſſimarum ſcripturarum lectionem. Itemque dein-
B de ſacrificationes & contemplationes inuocat tales, ſed perfectos perfectorum
oculos. Eſt enim deiformis hierarchia iuſtitiæ ſacræ plena, & iuxta dignitatem
unicuiq; ſalutariter * deſcribit compactam uniuſcuiuſque diuinorum partici-
pationem in commenſuratione & analogia ſecundum tempus ſacre donans. † diſtribuit.
Vltimus igitur catechumenis diſtribuitur ordo. Sunt enim expertes & indocti
omnis hierarchicæ perfectionis, neque iuxta diuinam comprobationem diui-
nam habentes ſubſiſtentiam, ſed adhuc paternis eloquijs obſtetricati, & adhuc
talibus formis informati, ad eam ex diuina generatione primo uitalem, & pri-
mo illuminantem & beatam acceſſionem tanquam imperfecti & informes pro
iecti, ſecundum carnem infantes, propria obſtetricatiooe, uelut obcæcati & ab-
ortiui, non genitalem, & non uitalem, & non illuminatum in terra caſum habe-
bunt. Et nonne quidam ſapientum bene dicit, ad manifeſtum reſpiciens lumen,
eos prægrauari tenebris a uulua alienatos? Dicit enim fortaſſiscorporum di- Pſal. 57.
C ſciplina, ad hos quæ eſt medicina, lumen operari in capacibus lucis. Sic & ſacro Iſaiæ 1.
rum ſapientiſſima diſciplina primo quidem eos formatiſſ[illegible]rum & * uiuificanti-
uorum eloquiorum introductiuo alimento obſtetricat. Perficiens autem ante † uiuiſicantium
diuina generatione eorum ſubſtantiam, dat ſalutariter eis in ordine ad lumen
deiformem & perfectiuam communionem. Nunc autem tanquam ab im-
perfectis ſeparat perfecta & bono ornatui ſacrorum prouidens, & cate-
chumenorum in deiformi hierarchicorum ordine obſtetricationi & uitæ.
Energumenum autem multitudo immunda quidem & ipſa, ſecunda uero
ſurſum uerſus catechumenum eſt extremitate. Neque enim æquale eſt (ut
æſtimo,) uniuerſaliter indocto & diuinarum teletarum ſumme non com-
municanti, quod participationem quandam ſacratiſſimarum habet con-
ſummationum. Eſt autem contrarius aut poteſtatibus, aut perturbatio-
nibus informatum. Sed & ab eis ſacratiſſimorum diuina communicatio corri-
pitur,

erit decantari ſeu exprimi [omnium ſummo ſacerdotaliſſimo]. i. celebrationis officio, quod
eſt omniũ ſacerdotaliũ actuũ principaliſſimũ. [Oĩs qdem eñ ſacra & hagiographos deltos]
id ẽ,



id eſt, tota ſcriptura canonica et hagiographa, prout ſupra magis expoſitum eſt [aut ex deo ex-
iſtentium generalem ſubſiſtentiam & diſpoſitionem, aut legalem hierarchiam & conuerſatio
nem aut diuini populi &c. narrauit & corradicauit] id eſt, ſimul radicauit ſeu p radice, funda-
mento aut ſubiecto poſuit ac recitauit, & deſcripſit aut ſubſiſtentiam generalem exiſtentium
ex deo, id eſt, rerum creaturarum à deo & diſpoſitionem earum, id eſt, coordinationem & gu
bernationem, quod fit præſertim in Geneſi, & conſequenter in Exodo ac alijs Moſi libris, aut Gene.1.2.& 10.
legalem hierarchiam. i. principatũ Iſraeliticæ plebis ſub lege, quod ſpecialiter fit in libro Nu- Exod. 1.& 12.13.
merorum, aut conuerſationem quod in pręfatis ac alijs multis fit libris veteris teſtamenti [aut Nume.3.6.
diuini populi hæreditatum diſtributiones & habitationes] q̃d fit præcipue in Ioſuè libro, vbi 12.
deſcribitur qualiter terra promiſſionis fuit ſorte diuiſa & diſtributa in hæreditatem duodecim Ioſue.10.12 15.
tribuum, quæ tunc deditæ erant cultui veri dei [aut] conuerſationem & gubernationem [iudi Iudic.1.3.8. 16.21.
cum ſacrorum] De qbus in libro agitur Iudicum, & de qbus ad Hebræos ſcripſit Apoſtolus: Hebræ.11.
Quid dicam de Gedeon, Baruch, Samſon, Iepthe & Samuel &c. aut regum ſapientum, de qbus 1.Reg.12. 3.Reg.12.
in libris Regum & Paralipomenon, aut ſacerdotum diuinorum intelligentium, vt fuerunt 16.24.
Eſdras ſcriba velox, & Ieremias & Machabæi, de qbus in libris Eſdræ & Machabæorum [aut 4.Reg.1.& 21.25.
ueterum virorum in varietate & multitudine auxietatum]. i. geſta antiquorum virorũ, in mul 1.Eſdre.7. Nehe.7.
tis & varijs anxietatibus, diſſortunijs, tribulationibus, vtputa Iob & Thobiæ, vt patet in libris 1.Ma.4.16 2.Ma.2.14
eorum [& immutabilem in patientia philoſophiam]. i. firmam & inconcuſſam ſeu ſapiẽtiam Iob.1.2.
eorum, quam potiſſime oſtenderunt in ſuis patientijs, in tot aduerſis. Propter quod Salomon Thobiæ.2
B ait: Qui patiens eſt, multa gubernatur prudentia. Et rurſus: Doctrina viri per patientiam noſci Prouer.14. Prouer.19.
tur: q autem impatiens eſt, exaltat & ebullit ſtultitiam ſuam [aut actionũ ſapientes ſynagogas]
.i. congregationes fideles in actibus ſtrenuas. Alia tranſlatio habet: Siue agenda ſapientiſſima
monita [aut diuinorum amorum cantica] videlicet cantica canticorum [& diuinas imagines]
.i. perſonas ſeu typos ſpiritalis ſponſi ac ſponſę, ſicut in Canticis [aut futurorum propheticas p̃ Can.1.2.& 4.5.
dicationes]. i. vaticinia prophetarum, tam quatuor maiorum, q̃ duodecim minorum [aut vi- Can.6.7.8.
riles Ieſu diuinas actiones]. i. operationes Chriſti virtuoſiſſimas ac eius miracula. Erãt autem
operationes Chriſti ſimul diuinæ & humanæ. i. vnius & eiuſdem perſonæ, quæ ſimul fuit vere
deus & homo. Verumtamen quædam competebant ſibi ratione naturæ diuinæ, quædam rati-
one naturæ humanæ. Hinc Chriſti operationem ſanctus Dionyſius alibi vocat theandricam,
id eſt, deiuirilem. Hæc Chriſti opera, virtutes, myſteria, in euangelijs ſunt deſcripta [aut ipſorũ Actu.6.7.
diſcipulorum deo traditas & dei imitatorias conuerſationes] id eſt, vitam & geſta apoſtolorũ
& aliorum quorundam diſcipulorum, eis à deo conceſſa, & diuinæ perfectionis potiſſime imi Actu.1.4.5.6.
tatiua, vt in libro Actuum apoſtolorum [& ſacras doctrinas] q in epiſtolis Petri, Pauli, Iohan- Actu.12.13.
nis, Iacobi & Iudæ contentæ ſunt [& myſticam viſionem] id eſt, Apocalypſin ipſorum diſcipu-
lorum dilectiſſimi] id eſt, ſancti Iohannis prædilecti à Chriſto, ſaltem amicitia præcipue fami
liaritatis, & amore quodam connaturali ex inclinatione naturæ & conſanguinitate. Iohannis
C inquam [& diuini ac mirabilis] per excellentiam diuinorum chariſmatum. Quem Iohannem
quam affectuoſiſſime dilexerit ſanctus iſte, deo præſtante patebit in expoſitione epoſtolæ quã
miſit beatiſſimo Iohãni Dionyſius ſctũs [ſupmundanã Ieſu theologiã]. i. ſupnaturalẽ Chri ſa- Dio. Areo. ad S. Iohannẽ euãgeliſtã. epi.10.
piẽtiã deſcripſit Iohãnes in Apo. [ad deificationẽ]. i. vt eã ſequẽtes, deificemur p aſſimilationẽ
nõ mediocrẽ [opportunis narranit & ſacris teletarũ & deiformib⁹ anagogis]. i. iſta expreſſit in
Apoca. anagogis. i. doctrinis ſurſum ductiuis, deiformib⁹: q a p eas deo ſupnaturalit̃ cõforma-
mur. & opportunis. i. bñ cõgruẽtibus & ſacris teletarũ. i. ſanctis imaginibus & figuris ac ſignis.
Deinde ſubiungitur laus eximia Pſalmodiæ. [Diuinorũ aũt cantuũ ſacra ſcriptura]. i. ſcriptu-
ra ſancta pſalmorũ, ſeu ipſa pſalmodia [intẽtionẽ habẽs & theologias & diuinas actiões oẽs hy-
mnizare]. i. intẽdẽs cęteras paginas & opatiões dei, ptinẽtes ad creationẽ aut reparationem vel
glorificationẽ, p modũ hymnorũ ſeu laudũ exprimere [& diuinorũ virorũ ſacras oratiões & ſa-
crificatiões laudare]. i. laudãdo deſcribere, q̃uis nõ ſp in eadẽ forma ṽborũ: ſed q̃tũ ad ſenſum,
& interdũ in ipa forma ṽborũ, queadmodũ illd' pſalmi: Exurgat de⁹ & diſcipẽt inimici ei⁹, & fu- Pſal.78. Nume.10.
giãt q oderũt eũ à facie ei⁹. In lib. Nũe. legit̃ Moyſes poſtulaſſe. In Gene. q̃q; narrat: Sed & Seth Gene.4.
natus ẽ fili⁹, quẽ vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomẽ dñi. Quo circa expoſitores aliq dicũt,
q̃d aliq̃s ſpeciales orões cõpoſuit. Similit̃ alij qdẽ ſctĩ, quę ĩ li. cõtinẽt pſalmorũ mõ ptacto [V-
niuerſalẽ facit diuinorũ cãtũ & narrationẽ]. i. de oĩ materia cõtexuit dei p̃conia atq; hiſtorias,
vt patet in Pſal. Attẽdite pp̃le me⁹ legẽ meã. Itẽ, Cõfitemini dño & ĩuocate nomẽ ei⁹, & duob⁹ ibi
immediate ſequẽtib⁹ [ad toti⁹ hierarchicę teletę ſuſceptionẽ & traditionẽ habitũ pulchrũ effici- Pſal.104. Pſal.105.& 106.
ens, diuinit⁹ eã pſallẽtib⁹]. i. pſalmodia ipa efficiẽs habitũ pulchrũ. i. ſplẽdidã mẽtis qualitatem,
deco

decorẽ & apparatũ, pſallentibus.i.decantãtibus eã diuinitus.i.eo ſpiritu q̃ cõcepta eſt, edita & D
deſcripta, vtputa ex illuminatione & inflãmatione ſpũſſancti, cũ interno mẽtis ſapore & aduer
tẽtia timorata, queãdmodũ ſup illd', Pſallite ſapient, ſanctus ait Baſilius, q̃d ſicut guſtus corpo
Baſylius. reus q̃libet ſibi buccellã cũ ſpeciali ſumit maſticatq; ſapore: ſic cordis palatũ vnãquãq; pſalmo
Pſalm.8. diæ particulã cũ ſpeciali deguſtatiõe debet depromere. Qui ſic pſallit, ſentit quod ipſe pſalmo
Psal.70. graphus cecinit: Quã dulcia faucibus meis eloq̃a tua ſup mel ori meo Itemq;: Exultabũt labia
mea cũ cãtauero tibi. Ad ſuſceptionẽ & traditionẽ totius teletæ.i.formatiõis hierarchicæ.i.ad
hoc q̃d mẽs omnẽ hmõi impreſſionẽ pfectiuã recipiat à ſupiore, & receptã cõmunicet inferiori
[Cũ ergo cõtinua ſacratiſſimoꝝ hymnologia].i.ex q̃ iugis pſalmodia, continua vel aſſidua.
Vel cõtinua.i.omi loco & tpe opportuno exhibita [aiales nr̃os habitus].i.vires innatas ſeu vir
tutes morales, quæ circa paſſionũ aialiũ & ſenſitiuaꝝ reformationẽ verſant [coadunate diſpo
ſuerit].i.ſimplificando affecerit & ad ſummũ illud vnũ reduxerit, ita q̃d cũ trãq̃llitate ſumus
Illi intẽti [ad paululũ ſacrificia exponãda].i.ad exhibẽda & declarãda paulisp dñica ſacrificia,
Matt.26 quæ deo offerimus, & rõnẽ huiuſmodi oblatiõis aſſignamus: qm̃ Chr̃s dñs in cœna hoc ipſum
*cõſonãtia ſacrificiũ inſtituit, celebrariq; iuſſit in memoriã ſuæ incõparabilis dilectiõis ad nos, & ſuæ acer
biſſimæ paſſionis p nobis [& diuinoꝝ canticũ* melodia ad diuina & noſmetipſos & inter nos
1.Cor.1. nuicem conſenſum].i.cõcors illa pſalmoꝝ cãtatio, diſpoſitiue ac meritorie facit cõſenſum in
nobis ad diuina officia alacriter ac vnanimit pſoluẽda. Sic itẽ facit cõſenſum ad nos, vt libẽter
interſimus diuinis, nõ retrahẽte nos carnalitate aut acedia nr̃a: & inter nos inuicẽ, vt iuxta Apo
ſtolũ, idipm dicamus oẽs, & nõ ſint in nobis ſchiſmata. Cũ eñ gñalit oĩs cõmunicatio in eodẽ
officio, actu ſeu opere amicitiã ſoleat quãdã cauſare, quãto magis cõmunicatio iſta in decãta E
Dani.3. tione pſalmorum. Vnde in Daniele habetur, quod Azarias & ſocij eius quaſi ex vno ore canta
Auguſt. bãt & bñdicebãt deũ in fornace. Nul⁹ ergo pſallẽtiũ in tã diuino actu ſit ſingularis, diſſon⁹, ſui
ve capitis ne iuxta Aug. in regula, humilit pſallẽti fraternitati faciat offẽdiculũ [vt vna & cõfeſ
ſa ſacroꝝ regiõe, pmulgauerit coordinata & coadũbrata magis in ĩtellectuali pſalmoꝝ† melo
dia].i. put melodia coordinata & coadũbrata, i.ſimul diſpoſita & obſcure cõtẽta, magis in in
tellectuali, ſpiritali & myſtico ſenſu pſalmoꝝ, q frequẽt obſcurior difficiliorq; cõſiſtit, pmulga
uerit.i.innotuerit regiõe.i.ex parte ſacroꝝ. vna & cõfeſſa.i.publice inſinuata, dũ vnus pſallẽtiũ
chorus alteri cõſonat & connieit [per plures & aptores imagines & prædicationes inueniunt
ſanctiſſimis profeſſarum conſtructionum lectionibus] hoc eſt, dum & prædicatiões.i.ſalubres
doctrinæ & ſermones conſtructionum profeſſarum.i.articulorum ad fidei profeſſionem per
tinentium, inueniuntur per imagines.i.figuras & ſimilitudines plures & apertiores. lectioni
bus ſacratiſſimis.i.in ſacris lectionibus & doctrinis aliorũ librorum ſacrę ſcripturę, quæ ſimul
cum pſalmodia in diuinis officijs proferũtur, quatenus veritates catholicæ ex mutua compa
ratione & permixta commemoratione clarius pateãt. [In his aſpiciens ſacre].i. iſta religioſe
conſiderans [videbit vniformiter vnam inſpirationem, vt ab vno diuino ſpiritu concluſum]
2.Petri.1. id eſt, intelliget in vtriuſq; teſtamenti ſcripturis vnam & eandem fuiſſe inſpirationem & illumi
Apoſtolus nationẽ contentam, vtputa ab eodem ſpiritu ſancto conceſſam, iuxta illud Archiapoſtoli: Spi F
ritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti dei homines. Paulus quoq; apoſtolus: Nos, inquit, eun
dem ſpiritum fidei habentes. [Vnde pulchre* in mundo poſt antiquiorem traditionem nouũ
teſtamentum prædicatur] id eſt, euangelica lex conuenienter prædicata eſt per totum mundũ,
poſt traditionem antiquiorem, id eſt, poſt Moſaicæ legis donationem. Figura nanq; præcede
re debet figuratum, vmbra lucem, imperfectum quoq; perfectum, & diſpoſitio formam, via &
ordine generationis. Similiter in eccleſia per orbem terrarum diffuſa, frequenter præmittitur
Gala.3. lectio veteris teſtamenti, lectioni epiſtolæ & euangelij. Idcirco ad Galatas dicitur: Lex pedago
†declarare. gus noſter fuit in Chriſto. [Diuina & hierarchica ordinatione illud æſtimo† declarante] id eſt,
Iſaiæ.35. ordinatione ſanctorum patrum ex diuino inſtinctu ſic inſtituente ac oſtendente [quomodo
ipſa quidem] vtputa vetus lex [dixit futuras Ieſu diuinas operationes] id eſt, prophetice præ
Micheæ.5. nunciauit ſancta opera Chriſti ac diuina miracula. Vnde Iſaias: Puſillanimes, inquit, conforta
Iſaiæ.11. mini & nolite timere. Ecce deus veſter veniet & ſaluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorũ,
& aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut Ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.
Et per Micheam dictum eſt: Magnificabitur in medio vniuerſæ terræ, & pax erit in terra no
ſtra. [Hoc vero pfecit].i.nouũ teſtamẽtũ narrat illas ope eſſe cõpletas. [Et quõ q̃dẽ illa].ſ. ve
tus lex [in imaginibus veritatẽ ſcripſit].i.veritatẽ credẽdoꝝ & agẽdoꝝ in figuris expreſſit. Oĩa
eñ ſecũdũ Apoſtolũ, in figura cõtingebãt eis. Et pphetæ frequenter metaphorice ſunt locuti,
vtcũ loquitur Iſaias: Egredietur virga de radice Ieſſæ, & flos de radice eius aſcendet. Ad huius
verbis



verbi declarationem allegat Albertus illud Apoſtoli ad Hæbreos: Vmbram habens lex futu Albertus.
rorum bonorum. Cui allegationi obuiare videtur, quod protinus in illa autoritate ſubiungi Hebræ.10.
tur, non ipſam imaginem rerum: quod etiam his verbis theologi videtur contrarium, aſſeren
tis quod illa in imaginibus veritatem deſcripſit. Et reſpondendum quod hoc loco imago ex
tenſius ſumitur, vtputa tam pro figura obſcura, quæ dicitur vmbra, quam pro figura euidenti,
quæ proprie nominatur imago [hoc vero præſentem demonſtrauit] id eſt, nouum teſtamen
tum Chriſtum veniſſe & in medio ſuorum fidelium eſſe edocuit, ſecundum quod ipſe in Mat Matt.28.
thæo proteſtatur: Ecce ego vobiſcum ſum cunctis diebus. Eſt quoq; præſens in ſacramento. Matt.11.
Hinc feliciſſimus Iohannes Baptiſta vocatur propheta, & plus quam propheta: quoniam Chri Iohan.1.
ſtum monſtrauit præſentem: Ecce, dicens, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. [Illius e
nim prædicationibus] id eſt, ex ſermõibus & vaticinijs veteris legis. Hoc per ſe ipſam perfecta
operatione veritatem cognouit] id eſt, nouum teſtamentum, hoc eſt, populus noui teſtamenti
cognouit veritatem, id eſt, Chriſtum qui ait: Ego ſum via & veritas & vita, veramq; eius noti Iohan.14.
tiam eſt ſortitus. Ideo Chriſtus in euangelio ait Iudæis: Scrutamini ſcripturas, q̃a illæ ſunt quę Iohan.5.
teſtimonium perhibent de me. Et in Actis glorioſiſſimus Petrus deprompſit: Huic oĩes pro
phetæ teſtimonium perhibent. Cognouit autem hanc veritatem nõ ſolum illius ſermonibus,
ſed etiam operatione Chriſti per ſeipſam perfecta id nouit. Hinc in Iohanne diſſeruit domin⁹:
Opera quæ facio in nomine patris mei, teſtimonium perhibent de me. Et rurſus: Si mihi, inq̃t,
non creditis, operibus credite. Etenim ſupernaturalia prorſus & præclariſſima Chriſti mira
cula, ſufficienter demonſtrant veritatis ſuæ doctrinam, cum deus omnipotens eſſentialiter ve
B rus & veritas, nec confirmator nec teſtis eſſe valeat falſitatis. Idcirco apud Iohannem Chriſtus Iohan.15.
locutus eſt: Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. [Et eſt
theologiæ diuina operatio, conſummatio] id eſt, ſupernaturalis miraculoſaq; actio, eſt con
ſummatio, id eſt, perfectio, confirmatio & probatio, theologiæ, id eſt, euangelicæ prædicatiõis
ſeu totius ſcripturæ canonicæ, iuxta id Marci: Illi autem profecti, prædicauerunt vbiq;, domi Mar.16.
no cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et ad Hebræos dicitur: Salus, id
eſt, euangelicæ legis prædicatio in nos confirmata eſt, conteſtante deo ſignis & portẽtis & vir Hebræ.2.
tutibus & ſpiritusſancti diſtributionibus. ¶ Porro commentator per theologiã intelligit ſcri
pturam veteris teſtamenti: per operationem diuinam, nouum accipit teſtamentum, quod gra
tiam confert ad operandum. Sed expoſitio præinducta literalior fœcundiorq; videtur. ¶ Cõ
ſequenter tractat de differẽtijs eorum qui à diuinis officijs excluduntur. [Harum alij quidem
C non circuntubicinantes] id eſt, plebium prædictarum quædam ſpiritaliter mutæ, non circuntu
bicinantes, id eſt, non vndiq; ſonore loquentes aut prædicantes ea quæ fidei ſunt & ſalutis, ſicut
per Iſaiam dominus exhortatur: Quaſi tuba exalta vocem tuam. [Vniuerſaliter ſacrarum te
letarum, neq; imagines vident] id eſt, propter ſuam incredulitatem nõ permitũtur videre ima Iſaiæ.58.
gines, id eſt, ſenſibilia ſigna, teletarum ſacrarum, id eſt, ſanctarum conſecrationum eccleſiaſtico
rum ſacramentorum [impudenter negantes ſalutarem diuinæ generationis doctrinam] id ẽ,
ſine verecundia renuentes ſalutarem doctrinã generationis diuinæ, id eſt, baptiſmi, de qua Sal
uator in Matthæo: Euntes, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris & fi
lij & ſpiritusſancti. Apud Iohannẽ quoq;: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto &c. Matt.28.
De qua doctrina in Actis narratur, q̃d Iudæis ad prædicationem ſacratiſſimi Petri compũctis, Iohan.3.
atq; dicentibus ad ſanctos apoſtolos, Quid faciemus viri fratres? Archiapoſtolus ipſe reſpõdit: Actu.2.
Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Ieſu Chriſti [& eloquijs perdite reſpondentes] illd'
[Vias tuas ſcire nolumus] id eſt, infideles iſti ipſo ſuo facto reſpondentes perdite, id eſt, damna
biliter & peruerſe eloquijs, id eſt, pręedicationibus ſcripturarum, exhortantium ad baptiſmum
& alia ad ſalutem ſpectantia, illud in libro Iob ſcriptum: Dixerunt deo, Recede à nobis, ſcienti Iob.21.
am viarum tuarum nolum⁹. Tales ſunt indurati, rebelles, habituati in vitijs, qui quaſi de indu
ſtria recedunt à fonte ſalutis. de quibus in Iſaia legitur: Dicunt videntibus, nolite videre: & aſpi Iſaiæ.30.
cientibus. Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placẽtia. videte nobis erro
res. [Catechumenos energumenoſq;, & eos q ſunt in pœnitẽtia] publica, put iſtud in hoc ipſo
capitulo eſt expoſitũ [ſanctę hierarchiæ lex].i.inſtitutio ſeu præceptũ eccleſiaſticæ hierarchiæ
pmittit q̃dẽ audire pſalmificã ſacrã orationẽ].i.pſalmodiã deuotiſſimis oratiõib⁹ plenã [& di
uinã ſanctiſſimaꝝ ſcripturaꝝ lectionẽ] puta epiſtolã ſeu lectionẽ ppheticã & euãgeliũ. [Iterũq; †inuocat.
deinde ad ſacrificatiões & contẽplationes* nõ vocat tales].i.nõ inuitat, imó nec admittit illos,
vt interſint conſecrationi & eleuationi [ſed pfectos perfectoꝝ oculos].i.in baptiſmo purgatos
& ſanctificatos. [Eſt enim deiformis hierarchia ſacræ iuſtitiæ plena].i.ſctã eccleſia militãs o
mni ṽtute repleta ẽ. Iuſtitia q̃ppe vno mõ ẽ omnis ṽtus [& iuxta dignitatẽ vnicuiq; ſalutariter

*deſcribit. [*diſtribuit compactam vniuſcuiuſq; diuinorum participationem]id eſt,per modum iuſtitię
diſtributiuæ confert & influit cuiuſlibet credenti participationem compactam,id eſt, commu D
nicationem conuenientem diuinorum donorum. Iuxta dignitatem,id eſt,capacitatem ac me
ritum cuiuſlibet talium[in commenſuratione & analogia]id eſt, proportione & habitudine,
iuxta euangelicum illud:Dedit vnicuiq; ſecundum propriam virtutem[ſecundum tempus ſa
Matt.25. cre donans]id eſt,ſecundum exigentiam temporis diſcrete tribuens vtputa loco & tempore
oportuno. Siquidem locus & tempus ſunt circunſtantiæ actus virtutum. [Vltimus ergo cate
chuſmenis diſtribuitur ordo]id eſt,infima ordinatio & collocatio inter credẽtes,imó proprie
& complete inter fideles non computantur,cum necdum ſint regenerati,imó ſunt in via & di
ſpoſitione ad eſſe Chriſtianitatis. Hinc ſubditur:[Sunt enim expertes & indocti omnis hierar
chicæ perfectionis]qa ſolum fidei rudimenta ſunt docti,quod verum eſt loqnẽdo de eis ſecun
dum quod tales ſunt,& ſecundum curſum communem,aliquando tamen eorum ſpeciali gra
tia,illuminatione & compunctione præuenti ſunt,imó & ſancti fuerunt: quemadmodum de
Ambro. beata Emerẽtiana ſcribit ſanctus Ambroſius,q̃d fuit virgo ſanctiſſima,quãuis adhuc catechu
mena:quemadmodum etiam in ſacra religione qdam adhuc nouitij,ſunt valde feruidi & qua
ſi perfecti[neq; iuxta diuinam comprobationem,diuinam habentes ſubſiſtentiam]id eſt nun
dum ſortiti ſunt eſſe ſpirituale,ſupernaturale,deiforme,ad promerendum idoneum,quod iu
xta communem legem infunditur in baptiſmo,quo gratia gratumfaciẽs datur. Nihilominus
quandocunq; quis veram habet de ſuis peccatis contritionem atq; propoſitum baptizandi aut
confitendi,gratiam & charitatem mox ſuſcipit,vel potius in eodem inſtanti,cum ſine charita
te non ſit vera contritio. Nondum ergo diuinam ſubſiſtentiam ſunt adepti,iuxta comprobati E
onem diuinam,id eſt,ſecũdum quod deus inſtituit,approbat & aperte opertere decreuit. [Sed
adhuc paternis eloquijs obſtetricati]id eſt,ſpiritalibus alimonijs ad incipientes ſpectantibus
1.Cor.3. 1.Petri.2. foti,iuxta illud Apoſtoli: Tanquam paruulis in Chriſto lac dedi,non ſolidum cibum. Vnde
&princeps ait Apoſtolorum:Quaſi modo geniti infantes,lac cõcupiſcite[& adhuc talibus for
mis]id eſt,doctrinis rudibus ac groſſioribus[informati ex ea ad diuinam generationem prius
vitalem,& primo illuminantem & beatam acceſſionem,tanquam imperfecti & informes,pro
iecti ſecundum carnem infantes,propria obſtetricatione veluti obcæcati,& abortiui,non geni
talem & non vitalem & non illuminatum in terra caſum habebunt]id eſt,ad diuinam ſubſiſtẽ
tiam ſeu ſpirituale eſſe,per charitatem habebunt primo acceſſum ex generatione diuina,id eſt,
per regenerationem baptiſmatis. Acceſſum inquam primo vitalem, id eſt,primo ſpiritualiter
viuificatiuum,& primo illuminantem:quia in baptiſmo gratia viuificans & illuſtrans primo
infunditur,vt patuit capitulo præcedenti. Sicq; acceſſus iſte vocatur vitalis atq; illuminans &
beatus,ratione termini ad quem:quia ad gratiam gratumfacientem & ad ſalutem perducit,tã
quam imperfecti & informes ante baptiſmum, qui.ſ. tales erant ante baptizationem. ſicque
erant ſimiles infantibus abortiuis in terram cadentibus,obuolutis & cæcis,nõ habituris caſum
in terram perfecte genitalem,vitalem,viſuum:quoniam per exitum ſuum de ventre, non per F
tingunt ad ſubſiſtentiam & vitam naturalem completam,neq; ad viſum corporalem propter
Ariſtote. organi diſpoſitionem:quia vt ait Philoſophus,oculi vltimo complentur in animali. [Et non
Pſal.57. ne quidam bene ſapientum dicit]videlicet Dauid ſecundum quoſdam expoſitores, ſalubriter
ſapiens dicit in pſalmo[ad manifeſtum reſpiciens lumen,eos prægrauari tenebris à vulua ali
enatos]vbi enim Hieronymus tranſtulit, Alenati ſunt peccatores à vulua,errauerũt ab vtero:
antiqua habet tranſlatio. Ad apparens inſpiciens,ad lume à tenebris ventris. &c. Verũtñ iſtud
non eſt ad literam ſcriptũ de abortiuis,ſed de reprobis & iniquis. Ideo allegatio iſta nõ eſt niſi
per quandam adaptationem. Hinc magis apparet,quod per ſapientẽ iſtũ intelligendus ſit ſan
Iob.3. Nume.12. ctus Iob qui ait:Sicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterẽ,vel qui concepti non viderũt lu
cem. In Numerorum quoq; libro Aaron de ſorore ſua lepra percuſſa,Ne fiat,inquit,hæc quaſi
mortua,& vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuæ. [Dicet enim fortaſſis corporũ
diſciplina ad hos quæ eſt medicina]id eſt,peritia medendi corporibus,quæ eſt medicina ęgris
corporibus. Dicet forſan ad ægros,id eſt,mouebit medicũ ad dicendũ. Vnde alia trrnſlatio ha
*in capacibus. bet,diſciplinæ patronus[lumen operari*in capacibus lucis]id ẽ,præſumet ſe ſanare cæcos, q̃d
quandoq; naturaliter fieri poteſt,dum non ſunt nati cæci,ſed lumen viſuale habent in oculis,
Tob.5.11. vt legitur in Tobia de felle piſcis,quod linitũ ſuper oculos Tobiæ,viſum recuperauit eidem.
[Sic & ſacrorum ſapientiſſima diſciplina]id eſt,ſagaciſſima ſanctorũ patrũ doctrina[primo q
dem eos formatiuorũ & viuificantium eloqorũ introductiuó alimento obſtetricat]id eſt,ſpi
ritaliter circũligat atq; enutrit eos documentis pertinentibus ad ſtatum incipientum,per quæ
intro



introducuntur ad meliora & viciniora ſaluti,pertinentia ad ſtatum proficientium. Primo ta Hebræ.6.
men docentur de rudimentis fidei,per quæ introducuntur & aptantur ad baptiſmũ & ad vir Hebræ.5.
tutes morales. De talibus ad Hebræos aſſeritur. Rurſum indigetis vt doceamini quæ ſunt ele
menta exordij ſermonis dei,& facti eſtis quibus lacte opus ſit,non ſolido cibo. In horũ infor
matione ſe habet eccleſia inſtar piæ ac diſcretæ nutricis,quemadmodum in prima ad Theſſalo
nicenſes epiſtola ſcribit Apoſtolus:Facti ſumus paruuli in medio veſtrum,tanquam ſi nutrix 1 Theſſa.2.
foueat filios ſuos. Iſtud introductiuum alimentum,eſt eloquium formatiuorum & viuifican
tiũ,id eſt,ſumptum ex ſacris ſcripturis,quæ afficiunt,aptant & informant ad ſapientiæ ac virtu
tum profectum ac gratiæ vitam. [Perficiens autem ante diuina generatione eorum ſubſtanti
am]id eſt,ſcriptura ſeu hierarchia in primis perficiens catechumenorum naturam ſiue perſo
nam,generatione diuina,id eſt,baptiſmatis ſacramento,per quod gratiam gratumfaciẽtem &
ſpirituale eſſe acquirunt[dat ſalutariter eis in ordine ad lumen deiformem & perfectiuam cõ
munionem]id eſt,porrigit ipſis iam baptizatis ſalutariter,id eſt, ſalubriter communionẽ dei
formem & perfectiuam,id eſt,diuiniſſimam euchariſtiam,quæ digne ſumentem valde perficit
atq; deificat,& in Chriſtum conuertit,transformat,datq; eis communionem iſtam in ordine,
id eſt,ordinato proceſſu,videlicet poſt baptiſmum:quia renati,ſpiritale indigent alimento ad
lumen gloriæ impetrandum. Vel in ordine ad lumen,id eſt,per ordinationem & relationẽ ad
increati luminis beatificam fruitionem adipiſcendam,propter quod ſacra communio appella
tur viaticum:quia de via huius exilij,perducit ea refectum & confortatum ad ęternæ patriam
B claritatis. Nunc autem tanquam ab imperfectis ſeparat perfecta]id eſt,eccleſia ſeparat catechu
menos à baptizatis expellendo illos ab eccleſia ante conſecrationem & eleuationem[& bono
ornatui ſacrorum prouidens]id eſt,proſpiciens decenti decori fidelium exigenti,vt vnũ q̃dq;
in debito ſibi loco ac ordine collocetur,& immundi à mundis diſgregentur, dicente Apoſto 2.Cor 6.
lo:Quæ conuentio luci ad tenebras? Et Ieremia:Quid tritico ad paleas? Vel,ornatui ſacrorum Iere.23.
id eſt,ſacramentorum,quorum dignitas exigit vt ab eorum aſpectu & cõmunione arceantur
non baptizati[& catechumenorum in deiformi hierarchicorum ordine obſtetricationi & vi
tæ]id eſt,prouidens etiam eccleſia obſtetricationi,id eſt,proportionatæ educationi per rudia
documẽta,& vitæ,id eſt,ſpiritali viuificationi catechumenorum,per quas conſtituantur in or
dine deiformi hierarchicorum,id eſt,eccleſiaſticorum officiorum aut actuum vel fidelium ho
minum. [Energumenum autem multitudo immunda quidem & ipſa] id eſt, ipſi energumeni
ſunt adhuc immundi,quoniam nondum baptizati,ſicut & catechumeni. ſunt tamen catechu
menis aliquantulum altiores,vno videlicet gradu. Propter quod ſubditur:[ſecunda vere ſur
ſum verſus]id eſt,aſcendendo eſt multitudo energumenum ſecunda [catechumenum eſt ex
tremitate]id eſt,ab extremo catechumenorum populo, qui ſub energumenis ordinantur. In
energumenis nanq; poteſtas dæmonum magis debilitata eſt & depreſſa per exorciſmos, quã
in catechumenis. [Neq; enim æquale eſt vt æſtimo vniuerſaliter indocto & diuinarum teleta
C rum ſumme non communicanti,quod participationem,quandam ſacratiſſimarum habet cõ
ſummationum]id eſt,is qui habet aliquam participationem ſacratiſſimarum conſummatio
num,vtputa diuinarum perfectionum ſeu perficientium ſacramentorum,non eſt æqualis, id
eſt,per omnia ſimilis vniuerſaliter indoctus in his quæ fidei ſunt & ſalutis, & ſumme non cõ
municanti, id eſt,maxime alieno à teletis diuinis,id eſt,imaginibus ſeu conſecrationibus, ſan
ctisve ſignis & formis ſacramentorum. Nam ille eſt ſaluti propinquior,& melior iſto prorſus
indocto. [Eſt autẽ†contrarijs aut poteſtatibus aut perturbationibus informatũ]conſtat quod
genus infidelium prædictorum,omnino informatum & ſubditum ſit poteſtatibus dæmonũ,
& perturbationibus paſſionum ac vitiorum. Energumeni quoq;,quoniam nondum baptizati,
aliqualiter tales ſunt,quãuis minus. Propter quod præfato modo à diuinis & ſacramentis ar
centur,ſicut ſubiungitur:[Sed & ab eis ſacratiſſimorum diuina communicatio corripitur] id
eſt,tollitur quouſq; ſint baptizati,quia extunc cæterorũ ſaluberrimorum cõmunicatio & par
ticipatio ſacramentorum eis conceditur. [Et valde merito]id eſt, oĩno rationabiliter & iu
ſte. [*Si enim eſt vere vt vniuerſaliter diuinus vir diuinis dignus]hoc eſt,ſi ſit aliquis vir vere *Sed enim.
heroicus tanquam vniuerſaliter diuinus,id eſt,in oĩ virtute perfectus,hic vtiq; dignus eſt ſa
cramentis & cæteris donis,ſecundum menſuram & gradum ſuæ conditionis,non oĩno ſim Matt.3.
pliciter,cum beatiſſimus Iohannes baptiſta faſſus ſit,ſe eſſe indignum ſoluere corrigiã calcea Mar.1.
menti domini Ieſu Chriſti[ad ſuæ deiformitatis ſummũ in perfectiſſimis & conſummatiuis Iohan.1
deificationibus aſcendens]id eſt,proficiendo aſſidue tendens ad ſummũ ſuæ deiformitatis, id
eſt,ad apicẽ ſuæ diuinæ perfectionis,conſiſtentis formaliter & realiter in deificationibus per

fectiſſimis & conſummatiuis, id eſt, excellentiſſimis virtutum ſeu donorum, præſertim chari- D
tatis & ſapientiæ myſticæ acti: us, per quos mens humana creatori potiſſime conformat. [Ne
que quæ carnis ſunt operabitur] id eſt, non vltra exercebit carnalia [præter naturæ valde ne-
*vt hæc. ceſſaria] quę ſi ad conſeruationem naturæ requiruntur [& hoc vtpote annullatum] id eſt, tan
1. Cor. 3. 6. quã q̃d vile, ad rẽ non pertinens, & occaſionaliter potius ad deſtruendum, quantum fas eſt, quã
ad fouendum. Hinc alia tranſlatio continet, Idq; velut ex latere ac per tranſitũ faciet. [Templũ
Ephe. 5. Le. 19. 20. autẽ ſimul & conſequẽs in ſua ſublimiſſima deificatiõe diuini ſpiritus erit] id eſt, talis vir erit tẽ
plum ſpiritus diuini, id ẽ, ſpiritusſancti, iuxta illud: Templũ domini ſanctum eſt quod eſtis vos.
conſequens, id eſt, imitans ſpiritũ ſanctũ, ſecundum illud: Imitatores dei eſtote. Qui per Mo-
ſen iuſſit: Sancti eritis, quoniã ego ſanctus ſum dominus deus veſter. In ſua ſublimiſſima deifi-
catione, id eſt, aſſimilatione ſua cũ deo perfectiſſima. Hæc enim deificatio eſt ipſa imitatio & aſ
ſimilatio, quoniã vnumquodq; quaſi transformatur in illud, cuius operationes aſſidue & affe-
ctuoſe exercet. Hinc diſcimus quantũ debeamus ſobrietati & abſtinentiæ ſanctę ſtudere. Vnde
Roma. 13. Apoſtolus: Carnis, inquit, curam ne feceritis in deſiderijs. Ideo quidã ſanctorum patrũ, ſicut
in vitis patrum narratur, conſueuit comedere tranſeundo, dicens: Hoc opus facimus, non qua
ſi intentum aut aliquid principale &c. [ſimili in ſimile collocans] id eſt, ſpiritusancto puro &
ſimplici. collocans, id eſt, conſtruens & exhibens templũ ſeipſum iam purificatum, ſimplifica-
tum & aſſimilatũ ſpirituiſancto, qui patri ac filio ſimilis eſt, imó æqualis. [Non fortaſſis talis
aliquando à contrarijs patietur phantaſiis] id eſt, phantaſticis apprehenſionibus & vanis ima- "
ginationibus non affligetur, ſed luce ſapientiæ & vigore virtutũ ſuarum, talia exufflabit ſtans "
ſtabilis coram deo in lumine, quẽadmodũ ſcriptum eſt: Homo ſanctus in ſapientia manet vt
ſol [aut erroribus] omni nanq; errori periculoſo, fidei aut determinationi eccleſiæ repugnan-
Eccle. 27. ti, toto corde renunciat. [Deridebit autẽ hæc] id eſt, cuncta quæ deo & ſaluti virtutiq; & ſapiẽ- E
tiæ contrariantur, cordialiter ſpernet, iuſta indignatione aſpernabitur inania & maligna. Quẽ-
admodum qui in itinere videt turpe fœtidumq; cadauer, mox ſe inde auertit obſtruẽs nares &
dicens fy fy, & ſic vnam ſyllabã proferendo ex corde, poſſumus vniuerſas tentatiões ac vitia ſu
perare, dicendo videlicet fy, & quanto quis amplius creſcit in ſplendore ſapientiæ ac puritate
virtutũ, tanto facilius ei ſit implere. idcirco de homine iuſto fertur in pſalmo: Ad nihilum de-
Pſal. 14. Pſal. 53. Ariſto. ductus eſt in conſpectu eius malignus. Itemq;: Deſpexit oculus meus inimicos meos. Sic quo-
que iuxta philoſophum, Magnanimus eſt, aſpernatiuus. Impius quippe, ſecundum quod talis,
vilis eſt & ſpernendus [& cum aduenientibus luctabitur] id eſt, cõtra inuiſibiles atq; viſibiles "
Sapien. 10. hoſtes diuini honoris ac ſuæ ſalutis, victorioſe certabit. Vnde in libro Sapientiæ dictũ eſt: Cer- "
2. Timo. 2. tamen forte dedit illi dominus vt vinceret. Nec enim teſte Apoſtolo, coronabitur niſi qui legi
time certauerit [& perſequatur illos] Tanto fortius dando ſe ad omnem profectum virtutum
quanto plus importune ac improbe illi conantur eũ auertere, exẽplo ſtrennuiſſimi pugnato- "
ris, qui ſperando in domino, non proprijs viribus innitendo, deprompſit: Perſequar inimicos
Pſal. 17. meos, & comprehendam eos, & non conuertar donec deficiant. Propterea alibi ſcriptum eſt:
Iacobi. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis [& operabitur magis quam patietur] id eſt, abſq; ſui læſione "
triumphabit, tamq; faciliter aut certe tam viriliter præualebit, quod magis habebit ſe actiuę q̃ "
Eſaiæ. 50. paſſiue. Nec propter tentationes ceſſabit ab actibus virtuoſis, dicens cum Iſaia: Iuxta eſt qui iu-
ſtificat me, quis contra dicit mihi? Stemus ſimul. Quis eſt aduerſarius meus? accedat ad me. Ec
ce dominus deus auxiliator meus. [Et adhuc proprio habitu in patiente] id eſt, non patiente
detrimentum habitu ſuæ virtutis, ſed incrementum & robur maius ſumente [& non indigen
te] humanis auxilijs, iugiter tamen innitente gratioſo dei auxilio [& alijs medicus videbitur
talium operationum] id eſt, proximis ſuis ſalubriter conſulet, qualiter in tentationibus ſe ha-
bebunt, ac bonis inſiſtent operibus. Sicq; læſionibus animarũ medebitur, iuxta illud Iſaiæ: Do-
Eſaiæ. 50. minus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtẽtare eum qui laſſus eſt, verbo. Nempe quo
quis in prælijs ſpiritualibus magis fuerit exercitatus, eo magis idoneus eſt conſulere alijs. Ideo
Eccle. 34. ſcriptum eſt in Eccleſiaſtico: Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Vir in multis expertus, cogitabit
multa. Deniq;, ſicut in naturalibus cernimus quod vnumquodq; reſiſtit ſuo contrario, & for-
tius agit cum ab illo impetitur, ita virtutes iuſtorum fortius agunt & reluctantur, quando à tẽ
tationibus ac vitijs impugnantur. Sequitur de excluſione apoſtatarum. [Aeſtimo autem ego, "
magis vero an aperte ſcio] id eſt, naturali lumine aliq̃liter capio, ſed diuina illuminatiõe certe "
noſco [hierarchicorũ puriſſima diſcretio ꝑ talibꝰ nouit energumenũ ꝑ polluti ſſimã opationẽ, q̃
cũq; à deiformi diſcedũt vita]. i. q̃d diſcretio eccl'aſticoꝝ puriſſima nouit, & noſcẽdo facit q̃d
nouit agẽ



A nouit agendũ. Vel, nouit, id ẽ, approbat pro talibus, energumenũ, id ẽ, præ ipſis energumenis
ſeu ante eos eſſe ab eccleſia excludendos. quicunq;, id eſt, illos oẽs qui deſcendunt à vita dei-
formi, id eſt, à conuerſatione deuotiſſima ac diuina recedunt, per operationem pollutiſſimam,
" id eſt, per actiones valde iniquas: quia vulnera repetita, ſunt grauiora [& conſentientes] inqui-
" nationibus ipſis [& ſimiliter] id eſt, inquinate [conuerſantes fiunt] id eſt, deputantur [dæmoni-
" bus perditis] id eſt, damnatis, quorum ſunt ſerui [Vere quidem exiſtentia & immortaliter cre-
ata & æternaliter delectata, per extremam & ſibimet pernicioſam inſipientiam auertentes] id
eſt, à cordibus ſuis excludentes bona ſpiritalia, cœleſtia & diuina, vere & ſalubriter exiſtentia.
& creata immortaliter, id eſt, ad hoc q̃d perpetue maneant, & delectata æternaliter, id eſt, ad de-
lectationem perhennem ducentia, quod faciunt per inſipientiã extremam, id eſt, maximã & ſi-
bijpſis ſumme pernicioſam, id eſt, nociuam & ignominioſam. de quibus in Baruch legitur: Et Baruch. 3.
quia non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiã. Atq; vt in libro Sapien- Sapien. 16. Eccle. 10.
tiæ ſcriptum eſt: Impius per malitiam occidit animam ſuam. Vniuſcuiuſq; ergo iniquitas & in-
ſipientia in primis & maxime nocet ipſi peccanti, & in proprium redundat autorem, prout in
Eccleſiaſte ſcriptũ eſt: Qui fodit foueam, incidet in eã: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum co-
luber. ¶ Præterea cum donũ ſapientiæ ſit habitus ſupernaturalis infuſus, quod de deo & ſpi-
ritalibus bene iudicamus, per connaturalitatem & conformitatẽ affectus ad ea & per internũ
ſaporem: hinc ſapientiæ huic directo contrariatur, bona caduca, carnales delicias, perituras di
uitias, & mundanos honores præeligere & præferre bono increato & infinito: quod ſpectat ad
" vitium puerilitatis [materialẽ vero & multum paſſibilem alienationem, & perditas & corrũ-
" pentes delicias, & infirmam in alienis non exiſtentem, ſed opinabilẽ delectationẽ concupiſcẽ-
" tes & operantes] hoc eſt, peruerſi concupiſcentes & operando quærentes delicias corrumpen-
B tes & perditas, id eſt, carnales, dãnabiles, recte rationis iudicium ſubuertentes, & alienationẽ, id
eſt, excæcantia peccata, multũ materialia ac paſſibilia, & circa ſenſibilia obiecta verſantia & cir
ca paſſiones, vt ſunt gula, auaritia, fornicatio: & delectationem opinabilẽ non vere exiſtentem
infirmã & ægram, id eſt, oblectationem vitioſam, quam reputant veram & firmam, cum tam
facile amittatur, & ad æternæ damnationis acerbitatẽ perducat. [Primi ergo ipſi] id eſt, apoſta-
tæ iſti qui etſi non recedant à fide, recedunt tamen à gratia & vita virtutum incepta. ſicq; apo-
ſtaſia ſumitur hic extenſe, ſecundum quod in Eccleſiaſtico legitur: Principium peccati homi-
" nis, apoſtatare à deo [& potius illis] id eſt, magis quã energumeni [à miniſtro] puta diacono,
" [diſcretiua voce ſegregatur] id eſt, ſpeciali nomine exire iubentur. [Non enim iuſtũ eſt, eis al- Eccle. 10.
" terius cuiuſdam ſacri participare] id eſt, rectũ non eſt, illis ſic recidiuantibus impartire aliquid
diuini chariſmatis, quãdiu manent in ſuis abuſionibus [quam eloquiorũ conuerſoric ad meli
ora doctrinæ] id eſt, quam donum ſalubris prædicationis ſacræ ſcripturæ, qua conuertantur
ad deum. Iuxta quod in euangelio loquitur Chriſtus: Niſi conuerſi fueritis & pœnitentiam ege
ritis, oẽs ſimul peribitis. Quod autem ſic recidiuantes ſint excludendi, probat per locũ à mi-
nori, quia videlicet minus rei excluduntur. [Ea enim diuinorum ſupermundane ſacrificatio] Lucæ. 5.
id eſt, conſecratio & immolatio ſacramenti euchariſtiæ quæ fit ſupermundane, id eſt, ſuperna-
C turaliter penitus ac diuine [ab his qui ſunt in pœnitentia, & ad eam iam venientibus abſcondi
tur] id eſt, occultatur à conſtitutis in pœnitentia publica, & à venientibus ad eandem [non o-
mnino ad ſacratiſſimum admittens] id eſt, ſacrificatio illa nequaquam admittens aliquid præ-
dictorum ad ſacratiſſimum, id eſt, ad inſpectionẽ diuiniſſimi ſacramenti altaris. [Appellat ve-
ro & hoc caſtiſſime] id eſt, miniſter, puta diaconus, vel ipſa ſacra communio. ipſo facto, id eſt,
ſua abſconſione acclamat & prædicat hoc caſtiſſime, id eſt, mundiſſima intentione [quia in ali-
quo ad deiformitatis ſummum imperfecte infirmantibus inuiſibilis vado & †i ncommunica-
tus] hoc eſt, ego iam tranſeo ad ſummum deiformitatis, id eſt, ad apicẽ diuinæ aſſimilationis, †nõ cõmunicabilis.
vel ad deum altiſſimum, cui offeror inuiſibilis infirmantibus imperfecte, id eſt, præ ſua imper-
fectione adhuc ægris & puſillis, à quibus excluſis modo non aſpiciat, nec communicabo cum
eis in iſto myſterio. [Abigit enim per omnia clariſſima vox] id eſt, euidens valde pronũciatio
diaconi, expellit ab eccleſia omnes præfatos immundos [non valentes coniungi diuiniſſimo-
rum digne *communicatoribus] id eſt, qui nequeunt decenter aſſociari communicatoribus, id †cõmunicationibus.
eſt, ſuſceptoribus diuiniſſimorũ, id eſt, corporis & ſanguinis ſancti ſanctorũ. [Multomagis paſ
ſibiliter energumenũ multitudo] id eſt, pluralitas illa tã imperfecta, quod adhuc [paſſibiliter]
& viſibiliter ſubiacet paſſionibus appetitus ſenſitiui [immunda erit & omnino alienata ſacro-
rũ inſpectione & cõmunicatione] id eſt, totaliter repulſa à viſione & ſuſceptione ſacramẽti iſti-
us. [Deinde diuino fiunt foris tẽplo & ſuperexcellenti †eius ſacrificio teletarũ] id eſt, à templo *eo.

materiali deo altiſſimo conſecrato, & ab intuitu ac communione ſuperexcellentis ſacrificij e-
ius, ſenſibilibus ſignis & formis velati[indocti & imperfecti]id eſt, q nondum ſpiritualiũ ſen- D
ſuum ſunt capaces. Vel indocti teletarum, id eſt, nondum inſtructi de ſacramẽtis[& cum ipſis
à ſacra apoſtatæ vita]id eſt, qui receſſerunt à vita virtuoſa, quam ad tempus habuerunt, potiſſi
me ſuſcepto baptiſmo[conſequẽterq; his aduerſus cõtrariorũ, & vincula & phantaſias propter
infirmitatem bene patientes]id eſt, correſpondenter & conuenienter cum prædictis expellun-
tur à templo bene patientes, id eſt, hi q faciliter patiuntur læſionem interiorem[propter infir-
mitatem, id eſt ob ſuam pronitatem ad mala, quia nondum armati ſunt ſanctis virtutibus, ad-
uerſus vincula, id eſt, voluptates & conſuetudines prauas, & contra phantaſias, id eſt imagina-
2.Theſſa.2. tiones & apprehenſiones phantaſticas contrariorum, id eſt, hoſtium humanæ ſalutis. Vnde di
Prouer.5. xit Apoſtolus: Reſipiſcant à laqueis diaboli, à quo captiui tenentur, de qbus in Prouerbijs Sa-
Prouer.7. lomon: Iniquitates, ait, impij capient eum, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Rur-
ſus quoq; de Iuuene lubrico loquens: Occurrit illi, inquit, mulier ornatu meritritio, ſtatim ſeq-
tur eam quaſi bos ductus ad victimam.[Quippe non peruenientes ad diuina per corrobora-
tum & non indigentem contuitum]id eſt, accedere non valentes ſacramenta ac diuina myſte-
ria per contemplationem firmam ac ſtabilem, & ſufficienter idoneam, perducentem[in deifor
mis habitus incommutabile & actiuum, id eſt, ad immobilitatem mentis & indeſinentem agi-
litatem & actualitatem habitus deiformis, id eſt, pure & feruentiſſimæ charitatis, quæ ocioſa
eſſe non valens, inceſſanter ſtimulat cor amantis, & excitat illud in deum. [Deinde cũ ipſis cõ-
traria quidem recedentes vita]id eſt, conſequenter cum prætactis expelluntur templo, receden
tes à vita contraria]id eſt, vitioſa, vtputa pœnitentes.[Nondum autem & phantaſiis eius habi
tu & amore diuino & claro purgati]id eſt, necdum emundati ab importunis memorijs ac reli- E
quijs priſtinarum culparum, quæ reliquiæ ſunt pronitas ad peccandum, & debilitas reſiſtendi.
A quibus nondum purgati ſunt habitu, id eſt, habituata & firma exercitatiõe in bonis, quæ cõ-
trariam diſpoſitionem excludit & ſtabilit cor in bonitatis affectu, quod potiſſime efficit amor
diuinus, in exercitium aſſiduum ductus, tanquam ancora firmans & immobilitãs animam in
dilecto, qui amor eſt clarus à commixtione inordinati affectus.[Et poſt hos qui non om̃i mo
do vniformes & legaliter dicendum immaculati & incontaminati ſunt perfectiſſime]id eſt, vl
timo poſt præmemoratos aggrediuntur eccleſiam, qui non ſunt adhuc ſufficienter perfecti, v-
niformes ac ſtabili in bonis perfectiſſime, id eſt, multũ perfecte, qui forſan ex humilitate egre
diebantur cum alijs. Ex his copioſe inſtruimur, quam ineffabiliter pręcordialem reuerentiam,
deuotionem, feruorem habuerunt ſanctiſſimi illi primitiuę eccleſię filij, circa ſuperuenerandiſ-
ſimum euchariſtiæ ſacramentum. Et heu heu quod nos miſerrimi tam negligentes & deſides
circa id ſumus. Præterea dico, quia ſi omnes iam tacti modo ab eccleſia expellerentur, vereor
†ſanctifica- quod admodum pauci manerent in ea.[Sanctiſſimi tunc ſanctiſſimorum † ſacrificatores]id ẽ,
tores. illis expulſis, manent in templo deuotiſſimi ſacerdotes, quorum eſt conſecrare & offerre hoc
ſacrificium laudis, quod interdum ſingulariter appellatur ſacramentum & ſacrificium, qa eſt
vna completa oblatio, & ad vnum completum effectum eſt ordinata. Aliquando vero plura-
liter dicitur ſacramenta & ſacrificia, propter diuerſitatem ſacramentalium ſpecierum atq; ma- F
teriarum, ex quibus fit conſecratio. Vnde in collecta oramus: Purificent nos quæſumus domi-
ne ſacramenta quæ ſumpſimus &c.[& contemplationis amatores]id eſt, homines contempla
2.Cor.3. 1.Cor.2. tiui, in quorum perſona dixit Apoſtolus: Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculan-
tes. Et iterum: Sapientiam loquimur inter perfectos[ſanctiſſimam teletam]id eſt, ipſum ſacra
mentum digniſſimum ſeu ſymbolicam ſpeciem, ſub qua continetur. Hinc alia habet trãſlatio.
Sanctiſſimam conſecrationem. Tertia vero, Sacro ſaucta myſteria[ſancte & decenter inſpiciẽ
tes]præſertim in eleuatione cum ingenti deuotione & adoratione, cum interna compunctiõe
aut aliquantula pectoris tunſione, memores ſuarum culparum, & quanta pertulerit filius dei.
[Laudant hymnologia catholica]id eſt, proferendo ſeu decantando ſymbolum fidei ab apo-
lis editũ, quod dicitur hymnologia, id eſt, ſermo laudatorius. & catholica, id eſt, vniuerſaliter
continens quaſi ſummatim, quæ ſpectant ad fidem, ita quod alia credenda ibi non expreſſa, in
cluduntur in eis, aut reducuntur ad illa. Laudant inquam[beneficum & bonorũ largiens prin
cipium]id eſt, deum patrem om̃ipotentem, qui eſt principium tam filij & ſpiritusſancti, quam
omnis boni creati. Eſtq; principium beneficum, id eſt, liberale & benefactiuum reſpectu crea-
turarum, quarum etiam eſt cauſa & cauſale principium. Filij vero ſecundum diuinam naturã,
& ſpiritusſancti eſt quidem productiuum & fontale principium, non proprie cauſale, nec cau-
ſatquũ



A ſa: quoniam cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. nec proprie beneficum, quoniam pater non Cauſa q̃d.
eſt factor filij vel ſpiritusſancti. Porro tres ſuperſanctæ perſonæ ſunt vnum principium om̃is
entis creati, cuius tamen deus pater ſpecialiter pater aſſeritur, quia ex ſe creatiuam habet poten
tiam. Filius autem & ſpiritusſanctus quicquid habent & ſunt, à patre ſe accepiſſe cognoſcunt:
quem & ob hoc & ob alias rationes, ſuperæſtuantiſſimo ac ſimpliciter infinito amant amore
[ſub introducentes ſalutares nobis, quæ reuelatæ ſunt teletæ ſanctam perfectorum deificatio-
nem ſacrificantes]id eſt, recitantes in ſymbolo fidei & alijs verbis ſcripturę, ſalutares nobis, id
eſt, ſermones & gratias, donationes & viſiones nobis ſalubres, quæ ſunt teletæ reuelatæ, id eſt,
myſteria deſuper patefacta. & ſacrificantes, id eſt, pro tota eccleſia militanti deo offerentes dei-
ficationem ſanctam, id eſt, virtuoſiſſimam conuerſationem perfectorum, per quam ipſi perfe-
cti fuerunt deificati, id eſt, deo ſublimiter aſſimilati. Fit enim in canone ſanctorum memoria,
dum dicitur: Communicantes & memoriam venerantes & cætera. vt ſanctorum fide ædifice-
mur, & eorum meritis adiuuemur, qui hac fide ad ſanctitatem meritorumq; copiam ac ſalutẽ
peruenerunt æternam.[Hymnum autem hunc]videlicet ſymbolum fidei[alij hymnologiam
vocant]id eſt, ſermonem loquentem de deo ipſum laudando.[Alij autem]vocant ipſum[re-
ligionis ſymbolum]id eſt, canticum ſummarie continens principia & fundamenta atq; articu
los fidei & legis Chriſtianæ.[Alij vero, vt ęſtimo, diuinius hierarchicam euchariſtiam]id eſt,
alij nominant eum magis diuine & alte euchariſtiam hierarchicam, id eſt, bonam & eccleſiaſti
cam gratiam tanquam comprehenſiuam † in nos diuinitus perueniẽtium ſacrorum donorũ] † hymnos diuinit⁹ p̃uenientiũ.
B id eſt, recitantem diuina chariſmata nobis à deo influxa. Nam tangit dona naturalia, dona q̃
que gratuita deſuper nobis collata, donaq; gloriæ diuinitus nobis promiſſa: myſteria quoque
ſaluifica, quæ vnigenitus dei pro noſtra aſſumpſit ſalute. [Videtur enim mihi laudandorum
omnium operum diuinorum actionem circa nos fieri]id eſt, mihi apparet quod in ſymbolo
iſto ſit actio, id eſt, regratiatiua commemoratio omnium operum diuinorum circa nos exhi-
bitorum, quæ maxime ſunt laudanda, tanquam pijſſime, ſapiẽtiſſime & potentiſſime facta aut
fienda. Eſt quippe in ſymbolo hoc mentio dę operibus creationis & recreationis ac glorifica
tionis, de beneficijs & promiſſis, de myſterijs noſtræ redemptionis, de omnipotentia dei, de fu
turo iudicio & præmijs ac tormentis æternis, dę beatiſſima trinitate, de emanatione ad intra &
ad extra.[eſſentiam quidem noſtram & vitam deiformiter ſubſtituens]id eſt, inter alia ſubſti-
tutam affirmans noſtram naturam deiformiter, id eſt, ad participandum eſſe diuinum, per do-
na gratiæ in præſenti, & per dona gloriæ in futuro, dum ait: Sanctam eccleſiam catholicã, ſan-
ctorum communionem, remiſſionem peccatorum, & cętera. ſimiliter vitã. i. animã quæ eſt cor
poris vita, vel vitam ſpiritalem, aut vitam beatam. dum addit: Carnis reſurrectionem, vitam
æternam[& principalibus exemplis]id eſt, exemplariſſimis ac ſanctiſſimis Chriſti actiõibus,
tolerantijs, paſſionibus, cuius omnis actio & paſſio eſt noſtra inſtructio. Propter quod dixit:
Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Gregorius & Lucæ.9.
C Princeps item apoſtolorum: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſe-
quamur veſtigia eius.[Et pulchris deiforme noſtrum formans]id eſt, ſupremam animæ no- 1.Petri.2.
ſtræ portionem, in qua ſuperſanctime Triuitatis imago relucet, præclare reformans, ornans, Iohan.1.
perficiens virtutibus & ſaluberrimis ſuæ effectibus paſſionis: quia vt ait Iohannes, de plenitu-
dine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Vnde ad Epheſios ſcribit Apoſtolus, Iam eſtis Epheſeo.2. 2.Petri.1.
ciues ſanctorum & domeſtici dei. Et ſummus Apoſtolus in ſecunda ſua canonica: Precioſa, in
quit, nobis dona donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ conſortes naturæ[& † diuiniori habi- *diuinioris †renouatio
tu & *renouatione in participatione conſtituens]id eſt, collocans intellectualem partem ani- nis.
mę noſtrę in participatione ſupernorum chariſmatum. Habitu diuiniori, id eſt, recentis ac fer-
uidæ charitatis, aut gratiæ gratum facientis, quæ eſt, virtutum & donorum, fluctuum quoque
ac beatitudinum fundamentum. & renouatione, id eſt, per ſpiritalem & internam noſtræ ani-
mæ renouationem, de qua ait Apoſtolus: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Et denuo: Exui- Ephefe 4.
te, ait, veterem hominem cum actibus ſuis, & induite nouum, qui ſecundum deum creatus eſt Col.3.
in ſanctitate & iuſtitia veritatis[ſegregans autem ex negligentia ingenitam nobis *ſolitudinẽ] *ſolicitudinem.
id eſt, per gratiam ſuam tollens ab anima noſtra derelictionem, qua à deo relicta fuit & deſer-
ta virtutibus, quam contraximus per negligentiam peſſimam, qua dei præcepta implere negle Pſal 118. Iere.48.
ximus, iuxta id Pſalmi: Maledicti qui declinant à mandatis tuis, aut intimorate quantum ad
ſuſtantiam facti, ſeruauimus ſecundum id Ieremiæ: Maledictus homo, qui facit opus dei ne-

 gligen-

Iaco 2. Ezec.35. gligenter. Aut non integre, vt ſanctus Iacobus loquitur: Si quis totam legem impleuit, offen- D
dat autem in vno, factus eſt omnium reus. Vnde per prophetam minatur. Ponam te vt ſolitu-
Matt.11 dinem. [Diuinorum nos reficiens bonis] id eſt, alens nos eccleſiaſticis ſacramentis, gratiarum
Can.5. Eccl.15. muneribus, ſanctis operibus, conſolationibus, contemplationibusq; ſupernis, prout CHRI-
STVS effatur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Atq;
in Canticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſſimi. In Eccleſiaſtico quoque: Ci-
babit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum] in antiquum re-
uocat] id eſt, in priſtinum innocentiæ ſtatum, ſaltem per imitationem & appropinquationem
Pſal.36. Pſal.100. quotidianam, iuxta illud in pſalmo: Cuſtodi innocentiam & vide æquitatem. Rurſusq;: Per-
ambulabam in innocentia cordis mei [& perfectiſſima noſtrorum aſſumptione] id eſt, ſua ve-
Hebræ.2. ra & benedictiſſima incarnatione, in qua integre noſtram aſſumpſit naturam, etiam cum inde-
trahibilibus ſuis defectibus, iuxta illud Apoſtoli: Debuit per omnia fratribus aſſimilari. Aut
pſal.88. Iohan.14. perfectiſſima aſſumptione noſtrorum, qua quotidie nos aſſumit, & ſibi gratioſe ac plene con-
iungit. Domini eſt enim aſſumptio noſtra. Aſſumptione quoque noſtri ad gloriam & pa-
triam beatorum. Vnde apud Iohannem ait: Iterum veniam, & aſſumam vos ad meipſum [con
†largitionē ſummatiſſimam propriorum † largitionem optime operatur] id eſt, dona gratiæ ac gloriæ ſuę
copioſe, ſapienter ac ordinatiſſime nobis largitur. Etenim incarnatio eius eſt deificatio no-
Leo papa. Iohan.7. ſtra: & eius ad ima inclinatio, eſt noſtra ad ſumma prouectio, vt aſſerit Leo papa. Hinc tem-
pus euangelicæ legis, tempus gratiæ appellatur. Propter quod ait euangeliſta: Spiritus non-
†ſocietatē. dum erat datus, quia IESVS nondum erat glorificatus. [Et hanc nobis dei ac diuinorū
donat † communicationem] id eſt, iſtam aſſimilationem, imó & familiaritatem quandam cū
deo & ſanctis, & dei quo ad aliqua ad nos, Saluator nobis conceſſit per incarnationem ſuam, E
& per chariſmata benificentiæ ſuæ: quoniam verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.
Qui per Oſeæ proteſtatur: In manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Et in prima Iohan-
Iohan.1. Oſeæ.12. 1.Iohan.1 nis canonica habetur: Societas veſtra ſit cum patrę & filio eius. [Sic autem diuina humani-
tate ſacre laudata] id eſt, CHRISTO homine & eius myſterijs ſeu humanitate eius dei-
ficatiſſima à verbo aſſumpta, taliter confeſſis & collaudatis in ſymbolo. Vel humanitate diuina,
id eſt, benignitate dei, qua nos tam ſuperpijſſime liberare dignatus eſt. Vnde ad Titum ait A-
poſtolus: Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri dei. Quod dicitur ibi ad literam
Titum.3. non de filio, ſed de patre. Siquidem paulopoſt ibi ſubiungitur: Per IESVM CHRI-
STVM dominum noſtrum. Sequitur de his, quæ poſt ſymboli decantationem à miniſtris
aguntur [occultus quidem diuinus panis apponitur] id eſt, panis in corpus CHRISTI
tranſſubſtantiandus, apponitur ſuper altare occultus, id eſt, opertus ſeu nondum palam o-
ſtenſus [& benedictionis calicis] id eſt, vinum benedicendum in calice, iuxta quod ad Corin-
1.Cor.10. theos ſcripſit Apoſtolus: Calix benedictionis cui benedicimus. [Diuiniſſima autem ſaluta-
Ruth.2. 2.Para.15. tio ſancte agitur] id eſt, ſacerdos populo deuotiſſime imprecatur ſalutem, dicendo: Dominus
vobiſcum [& hagiographorum voluminum] id eſt, librorum ſacræ ſcripturæ [myſtica & ſu-
permundana recitatio] id eſt, lectio aliqua ex eiſdem ad propoſitum pertinens: Quæ dicitur
ſupermundana, quia ſuper hominem eſt illa ſcriptura, ex ſpiritu ſancto & reuelatione diuina F
deſcendens. [Non enim vnum eſt ad vnum † congregari & vnius participare pacifica vnita-
†congregare. te ad ſeipſos * pacificatos]. Alia tranſlatio habet. Ad ſeipſos diuerſos. Tertia quoque adhuc
*non pacificatos. planior eſt, habens ſic: Qui aduerſus ſeipſos diſſident atque diuiſi ſunt, & forſitan textus iſte
haberet, ad ſeipſos non pacificatos. Itaque ſenſus eſt. Non contingit vnum vni congregari, id
eſt, impoſſibile eſt vnum hominem alteri ſpiritaliter per charitatem vniri, & participare
vnitate pacifica vnius, id eſt, proximi ſui, habendo cum illo veram concordiam ad ſeipſos
diuiſos, id eſt, qui intra ſe diuiſi ſunt per paſſiones & culpas rationi prædominantes. Sic-
Iſaiæ.57. que diſſident à ſeipſis: nec veram habent pacem cum alijs, iuxta illud Iſaiæ: Non eſt pax
Pax quid. Gala.5. impijs, dicit dominus. Pax nanque eſt tranquillitas mentis in deo, & gaudium imperturbatū.
eſtq; fructus ſpiritusſancti, iuxta illud ad Galatas: Fructus ſpiritus eſt charitas, pax, bonitas, &
cætera. [Si enim ab vnius contemplatione & ſcientia illuminati ad vniformem & diuinam
congregationem vnificamur] id eſt, ſi contemplatione atque notitia ſummæ & primæ vnita-
tis, quæ deus eſt, illuſtrati, vnum efficimur cum congregatione ſpiritalium hominum, qui vni-
Act.4. Iere.32. formes & ſimplificati ſunt mente, ſicut in Actibus fertur: quod multitudinis credentiū erat
cor vnum & anima vna. De qualibus dominus per Ieremiam prædixit: Dabo eis cor vnum
& animam vnam. Tali congregationi per charitatem incorporamur [nō fortaſſis in partitas
reſcin



A reſcindimur decidere in concupiſcentias] id eſt, à tali congregatione abrumpimur, cadendo
in deſideria praua & carnalia. De quibus in Eccleſiaſtico legitur: Poſt concupiſcentias tuas nō Eccle.18.
eas, & à voluptate tua auertere. Si præſtiteris animæ tuæ concupiſcentias eius, faciēt te in gau-
dium inimicis tuis. Quæ concupiſcentiæ merito nuncupantur partitæ, quia rationi contra-
riæ, nec per virtutes ad vnum reductæ, dicente Apoſtolo: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum Gal.5.
& diuidunt ab electis. Addit quoque, fortaſſis ad inſinuandum libertatem arbitrij. [Ex qui-
bus materiales creantur & paſſibiles aduerſus ſecundum naturam æquiformæ infeſtationes]
hoc eſt, ex quibus, videlicet concupiſcentijs creanť, id eſt, cauſantur, infeſtationes, id eſt, impu-
gnationes & tentationes aduerſus æquiforme, ſecundum naturam ad eá quæ ſunt, id eſt, con-
tra rationem, quæ ſemper deprecatur ad optima, vel contra ſynderesim, quę iugiter remurmu-
rat malo, ſecundum Hieronymum, nec in damnatis in toto extinguitur, ac interdum vermis Hierony.
conſcientiæ nuncupatur. Vnde per Iſaiam dicitur: Vermis eorum non moritur. Quod tamē Iſaiæ 66. Haymo.
Haymo ſuper Iſaiam de materiali verme expoſuit, iuxta quod in libro Iudith legitur: Dabit Iudith 16.
ignem & vermes in carnes eorum. Quam expoſitionem Petrus de Tarenthaſia ſuper Iſaiam ſe-
cutus eſt, quamuis ſuper quartum Sententiarum reprobet eam, iuxta opinionem dicentium,
quod poſt diem iudicij nullum irrationale animal mixtum manebit: quod & communior te-
net opinio. Quæ infeſtationes ſunt materiales atq; paſſibiles, quia cum corporali fiunt tranſ-
mutatione, & grauant deuotos. ¶ Porro commentator per æquiforme ſecundum naturā,
intelligit proximum, qui eiuſdem naturæ nobiſcum eſt. Vnde in libro beati Iob legitur: Viſi- Iob 5.
tans ſpeciem tuam, non peccabis. Cui expoſitioni concordat tranſlatio alia, habens ſic: Ex cō-
cupiſcentia nempe carnales ac paſſiuæ aduerſus eiuſdem naturæ conſortes gignuntur inimi-
citiæ. Cui tranſlationi conſonat illud Iacobi: Vnde bella & contentiones in vobis, nonne ex Iacobi 4.
B concupiſcentijs veſtris? [Hanc ergo (vt æſtimo) vniformem & inſeparabilem veram promul-
gat] id eſt, conuerſationem communicantium vniformem & inſeparabilem, id eſt, virtuoſam
ac ſtabilem, atq; à deo difficulter ſeparabilem, præſertim quantum eſt ex parte virtutis, quam-
uis ſubiectum ſit fragile, deſignat & pandit. [pacis ſacra actio] id eſt, deoſculatio quę fit in miſ-
ſa. [ſimili ſimile collocans] id eſt, pacem habentibus in eſſe figurans ac roborans [& à partitis
ſeparans diuina & vnita ſpectacula,] id eſt, ſacra myſteria ſeu ſacramenta ac ſpiritalia oſcula ſe-
parans, denegans & occultans, partitis, id eſt, partialibus ab inuicem mente diuiſis, ſicut qui-
buſdam ſcribit Apoſtolus: Cum ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis? Deinde 1.Cor.3.
tangit quid recitatio mortuorum poſt miſſam ſignificet. [Sacrarum autem tabularum poſt
† miſſam recitatio.] id eſt, expreſſio nominū eorum qui pie quieuerunt in domino, deſcripto- † pacem
rum in tabulis aut membranis [prædicat ſancte firmatos] id eſt, notificat & collaudat eos, qui
perſeuerauerunt in ſanctitate vſque in finem. [& ad ſtrenuæ vitæ conſummationem immuta-
biliter aduenientes.] id eſt, qui pertingunt ad finem beatificum conuerſationis virtuoſæ, quæ
conſummatio immutabilis eſt: quia & vita beata termino caret, & in ipſo exitu ſuo à corpore
anima immobilitatur ſiue in bono, ſiue in malo, ſic quod in illa conuerſione ſeu affectione æ-
C ternaliter manet, in qua receſſit à corpore, iuxta illud Eccleſiaſtis: Si ceciderit lignum ad au- Eccle.11.
ſtrum, ſiue ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Vnde & Damaſcenus libro ſe- Iohan.Da.
cundo capitulo tertio ait: Oportet ſcire quoniamquidem quod hominibus mors, hoc eſt an-
gelis caſus. Poſt caſum enim non eſt eis pœnitentia, quemadmodū nec hominibus poſt mor-
tem. [Nos quidem per ſimilitudinem eorum in beatiſſimum habitum, & deiformem quie-
tem hortans & manuducens.] id eſt, recitatio ſeu commemoratio illa feliciter defunctorum,
hortatur nos illorum exemplo, & viam ſalutis præbet: qua illorum ſequendo veſtigia perue-
niamus quò illi iam feliciter peruenerunt. Hinc apud Iacobum ſcriptum eſt: Exemplum ac- Iacobi 5.
cipite longanimitatis & laboris & patientiæ prophetas. Sic igitur manuducit in beatiſſimum
habitum, id eſt, charitatem perfectam, omniumque virtutum gradum ſupremum, vt quæ re-
tro ſunt obliuiſcentes, ſemper ad perfectiora tendamus, nullum finem imponentes profectui,
vt pertingamus in deiformem quietem, id eſt ad plenam & contentantem, ac prorſus quietan-
tam felicitatem: qua adepta, ceſſat omnis indigentiæ motus. Oramus quoque non pro ipſis
martyribus, quos vere mortuos eſſe cognoſcimus, ſicut nec pro infantulis baptizatis iam mor-
tuis: quia qui orat pro illis, iniuriam infert ipſis: ſed pro bonis fidelibus, de quorum actuali
beatificatione ſumus incerti. Hinc & feſta ſanctorum percolimus, vt eorum accēdamur exem-
plis, protegamur ſubſidijs, fide atq; conſtantia ædificemur. Hinc de Tobia aſſeritur: Hanc
tentationem permiſit deus eueniri illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut &

Iob.2. ſancti Iob. [quibus tanq̃ viuentibus prædicat.] id eſt, de ipſis tanquam de vere feliciterq; vi-
uentibus ſermocinatur eccleſia ſeu ſcriptura, iccirco illorum mortem ſeu tranſitum natalitia vo- D
cat. [& vt theologia ait] id eſt, ſermo diuinus [non mortuis, ſed in diuiniſſimã vitam ex mor-
te tranſeuntibus.] id eſt, eccleſia prædicat de eis, non quaſi de omnino, ſed quaſi de mortuis
corpore, qui ex morte naturali & corporali perducti ſunt ad diuiniſſimam vitam penitus im-
Iohã. 17 mortalem. De qua apud Iohannem Chriſtus loquitur deo patri: Hæc eſt vita æterna, vt cogno
Matth.14. ſcant te ſolum verum deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Hinc in Matthæo ait ſaluator de Abraã,
Iſaãc & Iacob: Non eſt deus mortuorum, ſed viuorum. ¶ [Denique ſubditur alia cauſa re-
cordationis iſtius ſanctorum: [Vide autem]. i. conſidera [quia & recordationibus ſacris reſti-
tuuntur diuina memoria.] id eſt, per has eorum cõmemorationes oſtenduntur eſſe in memo-
Pſalm.4. ria dei, qui ſanctos ſuos ita mirificat & ſublimat. Hinc habetur in pſalmo: In memoria æterna
Pſalm. 111 erit iuſtus. In Eccleſiaſtico quoque: Nomina eorum viuent à generatione in generationem.
Eccle.44. Ibidem. Et rurſus: Sapientiam ſanctorum narrant populi, & laudem eorum nanciat eccleſia. [non hu-
manitus memoratiua à phantaſia declarante.] id eſt, memoria dei nõ eſt ſicut humana memo
ria, ita quod phantaſia, id eſt, imaginaria aut ſenſitiua cognitio interior declarat aut renouet
in ea notitiam rei prius cognitæ ſiue præteritæ. [Sed veluti quis dixerit] id eſt, memoria altio-
ri modo conſiſtit in deo, puta diuinitus, hoc eſt, ſecundum quod competit excellentiæ dei, vi-
delicet [ſecundum diuinorum perfectam deiformium precioſam & immutabilem cognitio-
nem.] id eſt, ſecundum cognitionem perfectam, digniſſimam & immutabilem diuinorum &
deiformium, qua ſcilicet deus cognoſcit diuina & deiformia, puta intellectualia, creatori ſimi-
lia, quæ inuariabiliter noſcit. Veruntamen memoria iſta & obliuio deo interdũ aſſcribun-
tur metaphorice, quemadmodum ira, furor, dolor, quia per modum recordantis & obliuiſcen
tis ſe habet. Certum eſt quod memoria, prout ponitur in parte ſenſitiua, non conuenit deo, E
imo nec creatis intellectibus: ſed prout in intellectiua ponitur parte, ſecundum quod tertio de
Ariſtoteles Anima, intellectus aſſeritur locus intelligibilium ſpecierum, & ipſa memoria fœcunda dicitur
intellectus, ſic competit deo omni imperfectione ſecluſa, quemadmodum ei conuenit infalli-
bilis inuariabiliſq; cognitio electorum, quam ei competere probat authoritatibus Apoſtoli &
Pſalmiſtæ. [Nouit enim, vt aiunt eloquia] id eſt, ſcripturæ [qui ſunt eius] id eſt, deus æternali-
ter ſcit qui ſunt eius, id eſt, qui ad ipſum pertineant per prædeſtinationẽ æternã. Sic etenĩ ſcri-
2.Timo.2 ptum eſt in ſecunda ad Timotheum epiſtola: Firmum fundamentum dei ſtat, habens ſignacu
Iohã. 13. lum hoc: Nouit dominus qui ſunt eius. Quod & ipſe dominus apud Iohannem proteſtatur:
Actuum.13. Ego (inquiens) ſcio quos elegerim. De quibus in Actis legitur: Crediderunt quotquot præor
Pſalm.115. dinati erant ad vitam æternam. Sequitur authoritas alia [Et: Precioſa in conſpectu do-
mini mors ſanctorum eius.] id eſt, patientia in aduerſis inferentibus mortem, quibus mors
temporalis eſt quaſi ianua & ingreſſus eius ad vitam æternam. Porro mors per ſe formaliter
ſumpta, vt pura priuatio eſt, non eſt quid poſitiuum, iccirco expoſitorie ſubditur: [Morte ſan-
ctorum pro in ſanctitate conſummatione dicta] hoc eſt authoritas illa eſt vera, ipſa morte ſan
ctorum ſumpta pro conſummatione, id eſt finali perſeuerantia in ſanctitate ſeu terminatione F
actuali felici in vita ſancta. Sic enim mors ſanctorum magni eſt meriti apud deum, & porta præ-
mij glorioſi. Meritum autẽ proprie conſiſtit in actu, & motus ſpecificatur à termino ad quẽ,
vtq; communiter dicitur, à fine fit denominatio. [Et hoc ſacre intellige] id eſt, deuote aduer
te [quomodo ſuperpoſitis diuino altari pijs ſymbolis.] id eſt ſenſibilibus ſignis atque materijs
vtputa pane & vino conſecrandis. [per quæ Chriſtus ſignificatur & participatur.] Nam ante
conſecrationem ſignificatur per ea mox præſens futurus. Facta autem conſecratione, vt vere
ſub formis illis remanentibus præſens, perſonaliterque contentus, ſub quibus etiam participa
1.Cor.10. tur & ſumitur, ſicut ad Corinthios dixit Apoſtolus: Panis, quem frangimus, nonne participa-
Iohan. 6 tio corporis domini eſt? Et ipſemet Chriſtus apertiſſime loquens: Caro mea vere eſt cibus,
& ſanguis meus vere eſt potus. [Ad eſt indubitanter ſanctorum profeſſio] id eſt, recitatio, vt
eſt dictum] communionem eorum inſeparabiliter manifeſtans ad eum] id eſt, deſignans inſe-
parabilem eorum vnionem & ſocietatẽ cum Chriſto atque adinuicẽ. [ſupermundana & ſacra
vnitate] id eſt, ſupernaturali ac ſpiritali vnione per charitatẽ, ſeu etiam per ſacramentalem con
Hebr.2. iunctione, & per veram humanitatis communionẽ, dicente Apoſtolo: Quia pueri cõmunica-
runt carni & ſanguini, & ipſe participauit ſimiliter eiſdem. [His autẽ ea quæ dicta eſt lege-
ſacrificatis,] id eſt, pane & vino ante conſecrationem eorum in altari oblatis, ſecundũ ritum
eccl'iæ



A eccleſiæ præindictum. [ſtans in conſpectu ſanctiſſimorum ſymbolorum,] id eſt, ad altare ante
ſe poſita, habens panem & vinum, quæ pro tunc ſanctiſſima nominantur, per reſpectũ eorum
in quo protinus conuertẽtur, & quæ deſignant, magis quàm propter id quod adhuc in ſe ſunt.
[Aqua manus ſummus ſacerdos lauat cũ pudico ſacerdotum ordine.] id eſt, ſtans ibi cum ſa-
cerdotibus caſtis ei coaſſiſtentibus. [Qua quidem, vt eloquia aiunt, qui lotus eſt, non indiget
alicuius alterius, niſi extremorum, id eſt, nouiſſimorum ſuorum lauationis.] Hoc vt in Iohanne
legitur, Chriſtus dixit in cœna ſancto Petro, recuſanti pedes ſuos lauari à Chriſto. Qui inter Iohan. 13
cætera dixit ad illum: Qui lotus eſt, id eſt, baptizatus, non indiget niſi vt pedes lauet, id eſt, affe
ctus quos poſt baptiſmum forſitan aliqualiter inquinauit. Verum Theologus hic verba illa
allegat, non penitus in forma & ſenſu, quibus ibi inducta ſunt, ſed dilatando ſenſum à ſimili,
ſecundum quod ſubditur: non indiget niſi extremorum ſuorum lauationis, id eſt, purgationis à
minimis culpis, quas interim incidit, dato quod ex tunc à mortalibus caueritad quod inſinuã
dum extremitates abluit digitarum [propter ſublimiſſimam purgationem] id eſt, ob ſignifica-
tionem altiſſimæ purgationis, ad quam tenetur [in caſtiſſimo deiformitatis habitu] id eſt, in ha-
bituali munditiæ paſſione; qua deo indeſinenter aſſimiletur, quatinus ſi non quiuerit inceſſan
ter deo actualiter puriſſime eſſe intentus, ſaltem habitualiter agat hoc, & frequentiſſime atq;
aſſidue, quantum humana permittit fragilitas, actualiter deo vacet, nec maculam mentis incur
rat notabilem. [Et ad ſecunda proueniens] id eſt, ad inferiores ſe conuertens ſeu pergens, aut
pro ſe orari depoſcens. Proueniens inquam [deiformiter] id eſt, ad illorum profectum, gratiã
& ſalutem, non ob commodum ſuum. [non retentus erit] id eſt, non impedietur nec retrahe-
tur per illas à ſua puritate eminentiori. [& abſolutus] id eſt, ab obſtaculis liber [tanquam per-
fectiſſime vniformis] id eſt, valde perfecte præ inferioribus ſtabilis & ſimplificatus, vt quanto
B maior eſt authoritate & dignitate officij, tanto ſit maior ſanctitate, ſapientia, & omni perfectio
ne virtutum. [& ad vnum iterum adunatum conuertens] id eſt, ad ſimpliciſſimum & impluri-
ficabilem deum denuo vertẽs ſe per actualem contemplationẽ & inuocationem ipſius, ſeipſum
adunando, & recolligendo in ipſo [incontaminatam & immaculatã faciet conuerſionẽ, quaſi
deiformitatis ſaluantem plenitudinem & integritatem.] hoc eſt, præſul conuertens ſe ad deũ,
tanquam ad eum qui vere ſaluat, conſeruat & conſummat plenitudinem, id eſt perfectionem,
& integritatem deiformitatis, id eſt, participatæ deificationis ſeu diuinæ aſſimilationis nobis
ab eo collatæ. Conſequenter tangit vnum ceremoniale, in quo eccleſia Chriſtianorum cũ ſy-
nagoga communicat, quamuis non teneat illud eccleſia, inquantum fuit ceremoniale præce-
ptum in lege, ſed alia ratione, vt dictum eſt de thurificatione. [† Sacer ergo luter in ea, vt dixi- † ſacri luteris.
mus, ſecundum legem erat ‡ hierarchica] id eſt, in hierarchia legali veteris teſtamenti, puta in ‡ hierarchia.
ſynagoga, fuit, id eſt, in templo extitit luter, id eſt, vas contentiuũ aquæ, in quo ſacerdotes tem
plum ingredientes & miniſtraturi, manus ſuas lauabant, de quo lutere fit ſermo in Exodo & Exo.25. 30. & 37.
tertio libro Regum, vbi vocatur mare æneum, dicitur quoq; labium. [Nunc autem ſummi ſa- 3.Reg.7.
cerdotis & ſacerdotum manuum purgatio ipſum inſinuat] id eſt, in eccleſia, purgatio, id eſt lo
tio manuum ſummi ſacerdotis, puta epiſcopi & aliorum ſacerdotum inferiorũ, inſinuat nunc
C id eſt, in eccleſia modo deſignat luterem ipſum ſeu lotionem quæ fiebat in illo, ita quod lotio
iſta eſt ſignum memoratiuum præteriti, non figuratiuum prognoſticumve futuri: de quo ſi-
gno memoratiuo præteriti dominus dixit ad Moſen in Exodo: Hoc habebis ſignum quod mi
ſerim te. Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis domino in monte iſto. De Exodi. 3
ſigno autem prognoſtico futuri in Iſaia ſcriptum eſt: Dominus dabit vobis ſignũ: Ecce virgo
concipiet, & pariet filium. Cuius lotionis ratio moralis in nouo teſtamento ſubiungitur [Eos
enĩ ad ſanctiſſimam venientes immolationẽ] id eſt, ſacerdotes eccleſiæ accedentes ad celebra-
tionem, conſecrationẽ & oblationem ſacramenti [purgare oportet & extremas animæ phan
taſias]. i. etiã minimas culpas cogitationũ & phantaſticarum apprehenonũ, cũ & per Michæã Mich. 2.
dñs dicat: Væ q̃ inutile cogitatis. Et per Iſaiã: Auferte malũ cogitationũ veſtrarum ab oculis meis Iſaiæ 1.
Multo plus à malis affectionibus oportet purgari. A leuitatibus q̃q;, quũ in Luca iudex ſum- Lucæ. 6
mus minetur: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & flebitis. [& ſimilitudine ipſi tantũ
quantũ poſſibile eſt, aduenire in manifeſtatione ſic theophanias.] hoc eſt, culpis ita purgatis,
oportet per aſſimilationem cum deo, quantũ poſſibile eſt, aduenire. i. aſcendere in theophani
as, id eſt, contemplationes ſeu apparitiones manifeſtiores. [* circa quas ponentur ſupermun- * ſuper
dialiũ fulgorẽ.] hoc eſt, in theophanias fulgorum ſupermundialiũ. i. cœleſtiũ & ſupnaturaliũ il-
luminationũ ac ſpiritaliũ luminũ, circa quæ theophaniſtæ verſant & extendunt. Illuminationũ
dico;

* inconformium dico[† conformium ſpeculorum]id eſt,rationalium animarum, quæ ſunt conformes ſaltem D
* apparentium. in genere,angelis ſanctis illuminantibus eas. [claritatem vniuerſaliorem & lucidiorem † ap=
petentium peruenire proprium ſplendoren] id eſt, animarum appetentium ſplendorem pro=
Pſalm.4 prium,id eſt,intellectuale lumen eis influxum,de quo in pſalmo: Signatum eſt ſuper nos lu=
men vultus tui domine.In claritatem vniuerſaliorem & lucidiorem, id eſt, ad lympiditatem
Matt. 22. angelicam ſaltem poſt vitam præſentem, in qua erunt ſicut angeli dei, vt in Matthæo habet,
atq; in hac vita quotidie appropinquare ad illã,profectũ & imitationem. [Summi autẽ ſacer=
dotis & ſacerdotũ vſq; ad ſumma,id eſt,nouiſſima lauatio]id eſt,purgatio prçſulis aliorũq; ſa
cerdotum,vſq; ad minimarum culparum deterſionem. Alia tranſlatio habet relauatio, quia
magis q̃ ſemel ſe lauant in officio miſſæ.[in conſpectu fit ſanctiſſimorum ſymbolorum]id ẽ,
in præſentia ſacramentalium materiarum conſecrandarum, atq; ſignorum iam poſitorum ſu
per altare.[tanq̃ in Chriſti omnes inſpicientis noſtras occultiſſimas notiones.]id eſt, quaſi in
conſpectu Chriſti intuentis vniuerſos actus noſtros interiores, quantumcunq; occultos &
ignotos hominibus.Quæ conſideratio multum confert ad ſancte viuendum. Propter quod
1.Par.28 ſanctus Dauid morti proximus dixit filio ſuo Salomoni:Fili mi,ſerui deo corde perfecto & a=
nimo voluntario.Omnia enim corda ſcrutatur dominus, & vniuerſas mentium cogitatiões
Pſalm.118 cognoſcit.Et rurſus in pſalmo:Seruaui mandata tua & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ
3.Reg.17 4.Reg.10. in conſpectu tuo.Beatiſſimi quoq; Elias & Elizeus locuti ſunt: Viuit dominus, in cuius con=
† ſctiſſimæ ſpectu ſto hodie. [& † ſublimiſſimæ purgationis in eius intenſiſſimis ſubtilitatibus & iuſtiſſi=
mis & æquiſſimis iudicijs terminatæ].i.etiam in cõſpectu altiſſimæ noſtræ purificationis,hoc
eſt,in examinatione & inſpectione,ſeu conſideratione propriæ puritatis,terminatæ, id eſt ex=
hibitæ & peractæ in ſubtilitatibus & iudicijs.i.in præſentia & conſideratione ſubtiliſſimorum E
& diligentiſſimorum ac iuſtiſſimorum iudiciorum omnipotentis. Quæ qui ſapienter conſide
rat,in omnibus valde veretur,ſciens ꝙ multa videntur bona & iuſta iudicio hominũ, quæ dei
iudicio reprobantur,& noſtræ iuſtitiæ ſubtilitate & profunditate ſapientiæ & æquitatis diui=
næ diſcuſſæ, valde ſunt imperfectæ: imo multoties iniuſtitiæ inueniuntur ab eo, qui prote=
Pſalm.74. ſtatur: Quum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Propterea orauit vir ſanctus: Non
Pſalm.142 Iſa.46. intres in iudicium cum ſeruo tuo domine. Et Iſaias ait: Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ
Iob.9. iuſtitiæ noſtræ.Hinc ſanctus Iob ait:Non iuſtificatur homo compoſitus deo,& ſi voluerit iu=
dicio cum eo contendere,non poterit reſpondere vnum pro mille. Etiam ſi habuero quicpiã
iuſtũ,non reſpondebo ei,ſed vt meum iudicem deprecabor. Hinc denuo ait: Si iuſtificare me
voluero,os meum condemnabit me.Etiam ſi ſimplex fuero, hocipſum ignorabit anima mea
Iob.31. ¶ Inſuper de hac intentiſſima ſubtilitate diuinæ inſpectionis & æquiſſimis eius iudicijs rurſus
teſtatur:Nonne deus conſiderat vias meas,& omnes greſſus meos dinumerat? Iccirco à facie
eius turbatus ſum,& conſiderans eum timore ſolicitor. Hinc & hic magnus pater Dionyſius
legitur iudicia dei plurimum expauiſſe. Similiter alij magni ſancti, ſicut Hieronymus, abbas
Arſenius,abbasq; Agaton. Et væ nobis, ꝙ tam intimorati ac incuſtoditi conſiſtimus. Certe
deus quo ſapientior,eo attentius cuncta conſiderat:quo ſanctior, eo iniquitates & fœditates
noſtras vehementius deteſtatur & odit:quo iuſtior,eo eaſdem rigoroſius punit. [ſic diuinus F
ſummus ſacerdos vnitur]id eſt,tam ſancte & contemplatiue ac timorate cõiungitur ſacramẽ=
Roma.1. tis,imo & attributis diuinis, de quibus ait Apoſtolus: Inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt,
conſpiciuntur. Diuinis quoq;,id eſt,chariſmatibus ſpiritus ſancti & gratioſis huius ſacramen
ti effectibus,& contemplatur diuina ac ſacra Chriſti myſteria.[& ſacras diuinas actiones lau=
dans]id eſt,recitãs ea quæ Chriſtus in cœna nouiſſima circa inſtitutionem, conſecrationẽ, &
vſum huius ſacramenti peregit,ſicut cum dr̃:Qui pridie q̃ pateretur accepit panem,&c.[ſacri=
ficat diuiniſſima].i.conſecrat & immolat corpus & ſanguinem ſaluatoris. [& ſub conſpectu
*hymnos ducit laudata]quod fit in eleuatione myſteriorum tantorum. [Ergo eſſe * inter nos diuinas
actiones dicimus.] id eſt, beneficia dei multa ac maxima, & actiones interiores ſacra=
menti iſtius in cordibus noſtris. Etenim quicquid corporum cibus & potus exterior operat
in corporibus noſtris,hoc cibus iſte & potus ſacramentalis in noſtris ſuo modo efficit anima
bus. [Deinde narrandum quanta virtus]id eſt,deſcribendum eſt iuxta virtutem nobis con=
ceſſam,aut certe recitandum pro poſſe, quanta ſit virtus & efficatia ſacramenti iſtius. [Non
enim omnes laudare ſufficiens ego.]id eſt,inſufficientem me reor ac fateor vniuerſas gratias,
operationes,vires,& ſecretiſſimos huius ſacramenti effectus laudare, deſcribere ac ſcire, ideo
ſubditur:[neq; aperte ſcire]id eſt,euidenter cognoſcere:imo hocipſum quod ſcimus de eis,im
perfecte cognoſcimus & obſcure[& alios in myſteria ducere].i.non valemus alios ad myſte
riorum



A riorum iſtorum claram ac plenam cognitionem induceret:quoniam valde ſupernaturalia, al=
tiſſima abdita & incomprehenſibilia ſunt. [Quęcunq; autem à diuinis ſummis ſacerdotibus]
id eſt,omnia illa,ſeu quædam de omnibus illis,ſeu omnia ſummatim & in communi,quæ à ſa
cerdotibus diuinis & ſummis,id eſt,glorioſis apoſtolis & apoſtolicis viris [conſequenter elo=
quijs laudantur & ſacrificantur].i.per modum laudis diuinæ de his prędicantur, & deo attri=
buuntur[conſequenter eloquijs].i.conſonanter ſcriptis. Quod non ſeruantes hæretici, circa
hoc ſacramentum erraſſe noſcuntur.Hinc enim deus loquitur:Sacrificium laudis honorifica= Pſal.49.
bit me[* hęc vt nobis poſſibile eſt dicemus]in iſto capitulo aut alijs locis[hierarchicam inſpi= * hic.
rationem ducem innocantes]id eſt,illuminationem cœleſtem principatiuam efflagitantes no
bis adeſſe pro ductore & doctore,vt vnctio eius nos doceat. Nempe vt in libro Iob aſſeritur: 1.Iohã.2.
Spiritus eſt in homine,& inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. ¶ Conſequenter tan Iob.32.
git occaſionem incarnationis diuinæ[Humanam naturam in principio ex diuinis bonis inſi=
pienter perditam,multum paſſibilis vita ſuſcepit & corrumpentis mortis finis.] id eſt, huma=
nam naturam in primis parentibus, deinde in poſteris eorundem per originale peccatum in=
fectam,inuaſit vita multũ paſſibilis,hoc eſt, varijs paſſionibus ſubdita & addicta,maliſq; pœ=
næ & culpæ ſubiecta atq; repleta,& tandem mors ipſa corrumpens,qua anima ſeparatur à cor
pore.[Conſequenter enim quæ vere eſt bonitate perdita].i.amiſſa ſumma & increata bonita
te,quæ ſola eſt bonitas vere,perfecte,pure,& independenter.[apoſtaſia]id eſt,per apoſtaſiam,
ſeu mentalem auerſionem priorum parentum à ſumma & incommutabili bonitate per con=
B uerſionem ad bonum creatum,caducum[in paradiſo ſacrę legiſlationis tranſgreſſione] id eſt
in paradiſo terreſtri per prçuaricationẽ legis à deo latę ſeu datę.Quod qualiter factum ſit,ſcri=
ptum eſt in Geneſi[recalcitrantem viuifico iugo proprijs motibus & fomentis aduerſarij & Gen.3.
inimicis ſeductionibus contrarijs diuinorũ † bonorum tradidit].i.deus creator, iuſtus iudex † donorum
& legiſlator altiſſimus,de quo ſcriptum eſt:Ecce deus excelſus in fortitudine ſua,& nullus ei ſi Iob.36.
milis in legiſlatoribus.tradidit primum parentem recalcitrantem.i.inobedientem, remurmu
rante ſynderiſi,& conſcientia ſtimulante,viuifico iugo.i.legi diuinæ & prçcepto ſalubri, pro=
prijs motibus.i.affectionibus ſenſualitatis & paſſionibus animæ & fomentis aduerſarij,id eſt,
adulationibus tentatoris & fraudibus eius hoſtilibus contrarijs diuinorum bonorum, id eſt,
donis gratiæ ac ſalutis ac dei præceptis.Mox quippe vt diuinũ præceptum tranſgreſſus eſt,pri
uatus eſt originali iuſtitia,qua ſubtracta mox carnalis cõcupiſcẽtia eſt ſuborta, cognouerũtq; Gene.3.
ſe eſſe nudos per infelicem experientiam,quod & ſciuerunt per concreatam eis ſcientiam. Ve
runtamen ſicut ad Timotheum ſcribit Apoſtolus: Adam non eſt ſeductus præuaricatio= 1.Timo.2.
nem, quemadmodum Eua. Non enim credidit ſponſionem ſerpentis eſſe veram, ſed veniam
promereri putauit,attamen fuit ſeductus cooperãte diabolo,concitãte vxore, concupiſcentia
edulij,curioſite ſciendi,prout iſta ſuper ſecundum Sententiarum habent elucidari. [Inde mi=
ſerabiliter pro quidem æterno mortale mutauit].i.in de, ſcilicet ſtatim poſt tranſgreſſionem
C mutauit,id eſt, ipſe homo tranſgreſſor per infelicem commutationem recepit,miſerabiliter q̃
dem,id eſt,certe,pro bono ęterno,id eſt,poſt amiſſionem ſummi boni & vitæ, quæ eſſe pote=
rat immortalis:ſtatum & vitam mortalem & bonum caducum, videlicet terram & incolatum
præſentis exilij.[proprium autem principium].i.exordium vitæ & ſubſiſtentiæ ſuæ [habens
incorruptibilibus † principijs]id eſt, corpus mixtum ex quatuor elementis naturaliter contra * gñatiõibus
rijs,& in ſeinuicem corruptiue agentibus per qualitates ſuas cõtrarias. Anima quoq; rationa=
lis,quamuis ex ſua natura ſit immortalis,attamen ex ſua natura eſt valde defectuoſa & fragilis
mortibus culpæ & pœnæ multipliciſq; miſeriæ patens,[ad principij conſequẽtem merito du=
cta eſt finem.]id eſt, ad mortalitatem ac mortem conſequentem, id eſt, correſpondentem &
conſonantem ſuo principio ex ſe corruptibili,ſicut expoſitum eſt,iuſte ac merito eſt producta
Nam dictum eſt ei:Puluis es, & in puluerem reuerteris. Ponuntur autem hic multi effectus Gene.3.
originalis peccati,videlicet pœnæ illud ſecutæ.[Sed ex diuina & ex ſurſum ducente vita volũ
tarie decidens] id eſt,prothoplaſtus homo, ſeu humana natura in illo, propriæ voluntatis li=
bertate & rationis conſenſu peccans,ſicq; corruens à vita ſpiritali virtuoſa, quam habuit, per=
ducente ad vitam beatam,ſi perſeueret vſq; in finem. [† ad terram contrariam extremitatem] * In terram
id eſt,ad expulſionem à paradiſo,vſq; in terram ſpinas & tribulos germinantem,quę exiliũ eſt
generis humani,& extremitas contraria,id eſt,extremum maxime diſtans à patria beatorum
[grauata eſt multum paſſibili mutabilitate].i.mira ac miſera inſtabilitate.i.afflicta vehemẽ=
ter qualitate paſſibili,corruptibilitate & mortalitate, innumeroſiſq; miſerijs pœnæ & culpæ.
Vñ in Eccle.ſcriptũ eſt:Occupatio magna creata eſt oĩbus hoĩbus,& iugũ graue ſup oẽs filios Eccle.40.
Adam,

Cap.III Iob.3 Adam,à die exitus de ventre matris eorum,vſq; in diem ſepulturæ in matrem omnium.In cu
ius rei ſignum leguntur viri ſancti maledixiſſe diei ſuæ natiuitatis,vt ſanctus Iob: Pereat(inquiens) dies in qua natus ſum,& nox in qua dictũ eſt,cõcptus eſt homo:quia non concluſit oſtia
ventris qui portauit me,nec abſtulit mala ab oculis meis. Quare non in vulua mortuus ſum?
Egreſſus ex vtero,cur non ſtatim perij?Cur exceptus genibus?Cur lactatus huberibus? Iere
Ierem.15. mias quoq;:Væ,inquit,mihi.Mater mea quare me genuiſti?&c. ¶Deniq; humanæ mentis in
ſtabilitatem etiam in orationibus ac diuinis officijs ſancti & deuotiſſimi homines deplangũt
aſſidue.Et breuiter,talis ac tanta eſt humanæ naturę miſeria,vt ſatis mirari non queam,ꝙ ho
mo viaior tot& tantis laqueit,tentationibus,periculis &pctĩs circundatus,poſſit extolli aut in
aniter gloriari,potiſtime cum nihil boni habeat à ſeipſo,ſitq; de omnibus iudicandus à deo,
nec diem ſciat nec hornm,niſi ꝙ hoc ad infinitatem & plenitudinem miſeriæ & inſipientię ſuę
ſpectat,quod non obſtantibus illis audet inflari ac ſtulte lætari.[Errans autem à recta via,quę
eſt ad vere exiſtentem deum].i. natura humana in Adam,recedens ab obedientia ſancta &ęqui
tatis itinere perducente ad deum,in quo ſolo eſt quicquid ad ipſius eſſe,perfectionem &eminẽ
tiam pertinet.[vulnerata eſt]ſpecialiter quatuor vulneribus ex originali pctõ,in quatuor viri
bus animæ mox ſecutis,vtputa ignorantia in ratione,malitia in voluntate, infirmitate in iraſ
Pſalm.5. ſcibili,& concupiſcentia in vi ſenſitiua cõcupiſcibili.Vnde fatetur Pſalmiſta: Ecce enim in ini
quitatibus conceptus ſum,& in peccatis concepit me mater mea. Originale quippe pecca
tum formaliter vnum eſt,puta priuatio primordialis iuſtitiæ debitæ in eſſe,quæ ei fuerat
concreata,per quam caro animæ,ſenſualitas rationi,ratio & voluntas deo erant ſubiectæ:
materialiter vero eſt plura,ſi quatuor hæc ex amiſſione iuſtitiæ originalis mox conſecuta.
E [& perditis & maleficis ſubiecta multitudinibus.] id eſt,aciebus vitiorum ac dæmonum de
2.Petri.2 merito ſuæ tranſgreſſionis,iuxta illud ſecundæ Petri: Iniqui ſunt ſerui corruptionis. A quo
enim quis ſuperatus eſt,huius & ſeruus eſt [oblita eſt].i.à deo obliuioni tradita ad tempus,&
quantum ad hoc ꝙ tot calamitatibus preſſa eſt.Vel oblita eſt ipſa.i. debite nõ attendit dei ſui
præcepta. Hinc alia litera habet:non aduerit. Sic etenim omnis peccans dicitur ignorans&
Prouerb.21 errans,imo & immemor ſuę ſalutis.Ideo in Prouerbiorum libro dicitur:Omnis via viri recta
Prou.14. ſibi videtur.Cuius cauſa alio loco Prouerbiorum tangitur:Stultus illudit peccatum.[nõ dijs
neq; amicis,ſed inimicis famulans].i.dæmonibus & peccatis. Veruntamen multi gentilium
luminaribus cœli,ſeu quibuſdam intellectualibus creaturis etiam bonis,vt calodæmonibus
& cathodæmonibus ſeruiebant,ſed non erat in illis deitas vera. Propter quod Galatis ſcripſit
Gal.4 Apoſtolus:His qui non ſunt natura dij ſeruiebatis.Ipſis autem miſericorditer ea ſecundũ pro
† humanitatem priam * immanitatem,ab illis autem crudeliter ſecundum propriam crudelitatem abutenti
bus]quia quotidie traxerunt naturam humanam in ſuis ſuppoſitis ad ſcelera grauiora & into
lerabiliora inferni tormenta. Quia vt loquitur Paulus: Permiſit deus vnumquemq; ingredi
Iſaiæ 53 vias ſuas.Iſaias quoq; ait:Omnes nos quaſi oues errrauimus,vnuſquiſq; in viam ſuam decli
F nauit. Sunt ergo dæmones immaniſſimi noſtri hoſtes,qui non aliud quærunt,nec aliud eis
ſufficit de nobis,niſi vt nos ſecum æternæ damnationi inuoluant.Cur ergo eis inſipientiſſime
conſentimus,relicto ſuperfideliſſimo deo,& angelis ſanctis amatoribus atq; cuſtodibus no
Ierem.2 ſtris?Propterea in Ieremia conqueritur deus:Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis,
quia elongauerunt à me,& ambulauerunt poſt vanitatem,& vani facti ſunt?[ad conſumptio
nis & deſtructionis miſerabiliter in aliud periculum in non ſubſiſtentias incidit.].i.errores&
vitia,quæ quantum ad ſuum formale,nihil ſunt poſitiue,ſed receſſus & deficientiæ à veritate
1.Cor.8. ac bonitate,imo ſecũdum Apoſtolum:Idolum nihil eſt,non ꝙ ipſa forma artificialis impreſ
ſa materiæ nihil ſit,aut ipſa materia:ſed quoniam quod putatur eſſe,non eſt. In hæc ſeruiliter
incidit,quoniam talibus,vera perdita libertate gratiæ ac virtutum ſeruiuit,per quod etiã cor
ruit.[& in perditionis periculum.].i. in æternæ damnationis demeritum [diuinę autem bo
nitatis maxima humanitas].i.ſumma & infinita benignitas dei[per ſeipſam operatricem no
bis diuinitus non indurauit prouidentiam] i.non retraxit ab hominibus prouiſionem ſuam,
ita ꝙ non exhiberet nobis liberationis remedium per propriam ſuam perſonam.Hinc ſubdi
tur:[Sed in veritate in participatione quæ ſecundum nos ſunt facta eſt † omnium ſine pecca
to].i.ipſa perſona verbi æterna,facta eſt in veritate.i.vere,non phantaſtice,in participatione
omnium,quæ ſecundum nos ſunt.i. in ſuſceptione integræ noſtræ naturæ & omniũ defectuũ
eius pure naturalium,nõ detrahibilium.Quod totum factum eſt ſine peccato,quia nec in pec
cato conceptus eſt in virginis vtero,nec vnquam contraxit culpam,ſicut Iſaias prædixit:Iniqui
tatem non fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius. Hinc ad Galatas ait Apoſtolus:Vbi venit
plenitu



plenitudo temporis,miſit deus filium ſuum factum ſub lege,factum ex muliere,id eſt, natum Hebræ.1.
ex ſupermũdiſſima uirgine,q̃ nec ipſa unquã ſubiacuit culpæ.Et ad Hæbræos:Debuit,inquit
per omnia fratribus ſimulari.ad noſtrum humile unificata]id eſt,noſtræ humili defectuoſę
perſonæ,unita eſt uerbi perſona,&unum effecta cum ipſa,id eſt una hypoſtaſis,Iuxta illud ad
Philippenſes:Qui cum in forma dei eſſet,non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo:ſed Philipp.2
exinaniuit ſemetipſum,formam ſerui accipiens[cum propriorum inconfuſo & immaculato
perfectiſſime habitu].i.cum inuariabili retentione & inuiolabili poſſeſſione ſuę deitatis &at
tributorum,aſſumens noſtra,non mutans nec deſerens ſua.Etenim naturam quam aſſumpſit
in ſuo eſſe diuino hypoſtatico ſuppoſitauit,nõ quod illa per ſe ſit facta perſone,ſed aſſumpta à
uerbo æterno in tempore,uel potius a temporis inſtanti cum ipſo aſſumente,una perſona eſt
conſtituta.[ad ſe nobis communicationem tãquam cõgenitis de cætero donauit].i.diuinorũ
chariſmatũ exuberãtiam glorioſam nobis conceſſit,& ſuę diuinitatis nos quodammodo fe
cit conſortes atq; participes,per gratioſam diuinæ perfectionis imitationem,non per uerę dei
tatis diuiſionem aut multiplicationem,& ſic ſumus ei congeniti,imo & fratres eius effecti,ſe
cundum naturam ſuam humanam,qui & uoluntarie genuit nos uerbo ueritatis,ut ſimus ini
B tium aliquod creaturę eius.Propter quod ad Hebræos habetur:Nõ cõfunditur fratres eos uo Iacob.1.
care[& propriorum recepit participes bonorum]id eſt,ad ſuam communionem,ſocietatẽ Hebræ.2.
& incorporationem nos admiſit & introduxit.Hinc aliæ duæ tranſlationes habent.Proprio
rum oſtendit participes bonorum.Nam & ſuos nos ſtatuit cohęredes[Apoſtaticæ quidem
multitudinis,ſicut ſecreta habet traditio,quæ * contra nos eſt,deſtruxit potentiam]id eſt,ipſe †cit a.
unigenitus dei per naturam aſſumptam uicit debilitauit,excluſit potentiam dæmonum,qui a
poſtatauerunt à creatore,ſicut traditio occulta.i.ſapiẽtia Chriſtiana ſeu ſacra ſcriptura teſtatur,
quæ infidelibus eſt ignota.Hinc in prima Iohannis canonica ſcriptum eſt:In hoc apparuit fi 1.Iohan.3.
lius dei,ut diſſoluat opera diaboli.Ipſeq; filius loquitur:Ego ſi exaltatus fuero a terra,omnia tra Iohan.12 Lucæ.11.
ham ad me ipſum.Ipſe quippe uicit fortem armatum.Ideo ad Hebręos inducitur:Quia pueri Hebræ.2
communicauerunt carni & ſanguini,&ipſe ſimiliter participauit eiſdem ut per mortem deſtru
eret eum qui habebat mortis imperium,id eſt,diabolum.Vnde ad Colloſſenſes aſſeritur:Chri Colloſſe.3
ſtus expolians poteſtates & principatus palam triumphauit illos in ſemetipſo[Non per uirtu
tem ſuperans]id eſt,non ſola poteſtate dęmones uincens aut uiolentia,[iuxta uero myſtice
nobis traditum eloquium]id eſt,ſed iuxta ſcripturas nobis ſupernaturaliter reuelatas,aut iux
ta apoſtolica documenta nobis ſpiritaliter patefacta[in iudicio & iuſtitia]id eſt,ſapienter & iu
ſte,hoc eſt iudicium diſcretionis,de quo paſſione imminente dixit:Nunc iudicium eſt mundi, Ihan.12.
nunc princeps huius mundi eijcietur foras.Hinc etenim: Verbum caro factum eſt,ut per aſ Iohan.1.
ſumptum humanitatem ſatisfaceret pro hominum peccatis,pro culpis ſuſtinẽs pœnam,& hu
C militate proſternens ſuperbum,atque in ſacrificium deo patri acceptiſſimum,offerens patri ſe
ipſum ex ardentiſſima charitate,inæſtimabili pietate,obedientia ſumma ſuſtinens crucem,ut
ſic qui in ligno uicit,uinceretur in ligno:& naturam quæ offenderat meritis ſuis,placaret & ſu
perogaret,faciẽs opus deo patri plus gratũ quã primi parentis peccatũ fuerat offenſuum.Vñ
apud Iſaiam Chriſtus teſtatus eſt:Ego qui loquor iuſtitiam &propugnator ſum ad ſaluandũ Iſaiæ 63.
de quo in Ieremia eſt prædictum:Faciet iudicium & iuſtitiam in terra. De hoc in Epiſtolis Ieremias.23
ſuis profundiſſime,hinc inde ſapientiſſime locutus eſt Paulus,&ad Ephesios multum diffuſe.
[Quæ autem ſecundum nos ſunt]id eſt quæ in nobis erant deformata,defectuoſa & infelici
ter qualificata[ad contrarium omnino benigne reparauit]id eſt,donis& gratijs oppoſitis illis
malis,recuperauit & decorauit[Quod enim iuxta animum noſtrum obſcurum eſt,]id eſt in
tellectum noſtrum ignorantijs & erroribus obſcuratum]impleuit diuiti & diuiniſſimo lumi
ne]id eſt,illuminatione pijſſima,imo luminibus multis & copioſis,fide & donis ſpiritus ſan
cti,ſapientia,ſcientia,intellectu,conſilio,notitia ſcripturarum,ſapientia quoq; & ſcientia,quæ
ſunt dona gratiæ gratis datæ,de quibus Apoſtolus:Alij,inquit,per ſpiritum datur ſermo ſa 1.Corin.12
pientię,alij ſermo ſcientię[&deiformibus ornauit informe pulchritudinibus]id eſt,ſupergloriosiſſimæ trinitatis imaginem & ſimilitudinem exiſtentem in nobis(quæ in naturalibus ſolis,cõ
ſiderata eſt nonformata)fulciuit ſupernaturalibus habitibus& actibus,donis,beatitudinibus&
fructibus,meritis atq; profectibus,quibus pulcherrime formatur,uenuſtatur,perficitur,intan
tum,quod dei ſui ſponſa & filia,amica & hæres,anima tali imagine & ſimilitudine inſignita, Cantico.5. Cantic.4.
cenſetur & appellatur,dicente ad eam ipſo,ſuperpulcherrimo amabiliſſimo & dilectabiliſſi
mo ſponſo:Quam pulchra eſt amica mea.Et rurſus:Aperi mihi ſoror mea,amica mea,colũ
ba mea.[Animę uero habitaculum]id eſt animam rationalem quæ præfato modo ornata,



eſt ha

Sapiē. 7. eſt habitaculum ſpiritusſancti & ſedes ſapientiæ,iuxta illud: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ ┌in perfectiſſima ſalute tantum decidentis noſtræ eſſentię pollutiſſimis paſſiōibus & corrum pentibus maculis liberauit┘hoc eſt,Chriſt⁹ ipſe eam redemit & expurgauit a paſſionibus & cō
Roman. 1 cupiſcentijs turpiſſimis,de quibus ad Romanos uas ſcribit electionis ,nominans eas paſſiones ignominiæ, & maculis,id eſt,deformitatibus uitiorum , corrumpētibus uires innatas,non eas totaliter deſtruendo,ſed ad uirtutes inhabilitando,quemadmodum in Euangelio fertur de Sa
Lucæ. 10 maritano,qui incidit in latrones, qui deſpoliauerūt eū,gratuita auferendo: & uulnerauerūt,na turalia inficiendo,in ſalute perfectiſſima,id eſt,ipſi animę promerendo, promittendo & iam in choatiue partim præſtando animæ ſeu eſſentiæ noſtræ tantum decidenti,quia ex ſeipſa non habet niſi decidere,deficere & peccare,& ipſa eſt noſtra eſſentia uel potius principalior pars no
Pſal. 102. Iacobi 4. Iſaias 64. Pſal 38. ſtræ eſſentiæ ſeu naturæ,de qua fertur in Pſalmo: Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo,& nō ſubſiſtet. Propter quod ſanctus Iacobus: Quę eſt,ait,uita ueſtra? uapor eſt ad modicum parēs. Et Iſaias: Cecidimus quaſi folium uniuerſi. Pſalmographus quoq: In imagine pertranſit homo. ┌Renouationem noſtram ſupermundanam oſtendens┐id eſt, ſpiritalem noſtram in nouationem,ſupernaturalem declarans per multos effectus & ſigna ,per quam peccati uetu
Hierony. Ephe. 4. ſtas aufertur,& primo per baptiſmum confertur. Deinde per pœnitentiam,quæ eſt ſecunda poſt naufragium tabula,de qua fatur Apoſtolus: Renouamini ſpiritu mentis ueſtræ┌& mul tam perfectionem diuinam in ipſis ad eam noſtris ſacris,ſecundum quod poſſibile eſt ſimilitu dinibus┐hoc eſt,oſtendens etiam perfectiōem diuinam multam,id eſt,copioſam perfectionē uirtutum diuinitus datam,quam oſtendit in ſimilitudinibus,id eſt,in aſſimulationibus ipſis ſa
Iacob 4. cris ad eam,id eſt, ad ſalutem perfectam uel renouationem completam, ad quas cotidie effica citer proficiendo approximamus,iuxta illud Iacobi: Appropinquate deo,& appropinquabit
1. Cor. 1. uobis . De hac re ſcribit Paulus in epiſtolis ſuis,recitans uitia gentilium ante eorum conuerſio nem,& abundantiam gratiæ poſt conuerſionē,iuxta illud primæ ad Corinthios: In omnibus E diuites facti eſtis in illo,in omni uerbo & in omni ſcientia, ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia. [Diuina uero imitatio]id eſt,operatio Chriſti & conuerſatio,in qua ipſum imitari debemus, [quomodo aliter nobis ingenita ſit ]id eſt, qualiter poteſt aliter eſſe impreſſa nobis firmiſſime tanquam innata,└niſi ſacratiſſimarum actionum diuinarum memoria renouata ┐id eſt, per aſſiduam & cotidianam renouatamq; recordationem ſanctiſſimorum operum Chriſti ┌ſem per hierarchicis & ſacris orationibus & ſacrificationibus ]id eſt,in eccleſiaſticis præcibus & ce lebrationibus └Hoc uero facimus┐id eſt Chriſti myſterium quod ipſe in cœna inſtituit,con tinuamus┌ut eloquia aiunt┘id eſt ſicut ſcripturæ nos docent└in eius recordationem ┐id eſt,
Matth. 26. 1. Corin. 11 ad hoc q̄d iugiter memores ſimus Chriſti & beneficiorū ipſius,potiſſime ſuę dilectiōis ad nos, & paſſionis ſuæ pro nobis. Vnde præcepit: Hæc quotieſcunq; feceritis in mei memoriam fa cietis: quatenus toties accendamur eius amore quoties tantæ ſuæ dilectionis liberalitatis & mi ſerationis ad nos reminiſcimur in horum memoriale,id eſt,digniſſimum accipimus ſacramē tū┌Inde┘id eſt,ob hoc└diuin⁹ ſumm⁹ ſacerdos ad diuine altare,ſtās,laudat dictas ſacras actio nes diuinas Ieſu diuiniſſimę noſtræ prouidentiæ ┐id eſt,actiones Chriſti pro noſtra ſalute ex hibitas ex diuiniſſima prouidentia ſua circa nos,quorum ſaluti ita prouidit. Vnde ſubiungitur ┌quas in ſalutem generis noſtri beneplacito ſanctiſſimi patris in ſpirituſancto ſecundum elo quium conſummauit┐id eſt,perfecte impleuit pro generis humani ſalute,ex uoluntate dei pa tris in ſpirituſancto ,id eſt,ſecundum ſpiritusſancti directionem ac placitum. Chriſtus nāq; ſe cundum naturā aſſumptā,mouebatur in oībus a ſpiritu ſancto,imo a ſuperdigniſſima trini
Iſaiæ 61. Lucæ. 4. tate,cuius indiuiſa ſunt opa . Idcirco per Iſaiā p̄dixit: Spiritus domini ſuper me, eo qđ unxerit me. Hinc & repletiſſimus fuit donis ſpiritusſancti.¶ Pręterea Chriſti (ſecūdū quod deus eſt)& patris ac ſpiritusſancti una eſt prouidentia ac pręordinatio de noſtra ſaluatione,quod & dicitur profundiſſimū conſiliū ſupſapientiſſimę trinitatis,de mō humanę redēptiōis p incarnationē & paſſionē uerbi ęterni└Laudās aūt & cultū earū ┘id eſt,epiſcopus cū laude dei cōmemorans ac frequētās Chr̄i actiōes & uenerationes,ac exercitatiōes earū cōmēdās┐& inuiſibilē cōtēpla tionē itellectualib⁹ oculis inſpiciēs ┘.i.myſticā rōnē ac ſignificationē ipſarū ppēdēs oculis mē tis┘in ſymbolicā eorū ſacrificationē uenit┐.i.ad cōſecrationē & oblationē corporis & ſanguinis Chr̄i,ſub ſenſibilib⁹ ſpecieb⁹ panis & uini└deo tradēte┐.i.ſcđ' mōđ Chr̄us uer⁹ de⁹ inſtituit,tra didit ac p̄cepit└vñ & reuerēter ſimul & hierarchice poſt mirabiles actionū diuinarū laudes].i.poſt laudatorias recitatiōes actionū ſaluatoris reuerētialiter & deuote cū adoratiōe ſecūdū ritū eccle ſiaſticę hierarchię pactas Vel,hierarchice,i,poteſtate ſacerdotali hierarchica,q̄ fit cōſecratio┌p ipſa ſupra ſe actione mirabili apologiā facit,i,excuſationem facit ſuæ indignitatis pro actiōe mi rabili



rabili,id eſt,ſacrificatione tanti ſacramenti,quā ſacerdos recognoſcit ſuas uires ac merita pror ſus tranſcendere┌Prius ſacre ad ipſum reboans┐id eſt ad Chriſtum ante conſecrationem hu militer & feruide loquens.└Tu dixiſti: Hæc facite in meam cōmemorationē┘id eſt,præcepi ſti nobis ſacerdotibus iſta peragere. aliter non auderem, hæc attentare,nunc autem ex obediē tia ago hæc,in miſericordia tua immenſa & in meritis tuis confidens.┌Deinde deo ſimili hac actione mirabili dignus petens fieri]id eſt,ſacerdos poſt ſuijpſius humilem excuſationem pe tens à deo fieri dignus ad peragendum quod inſtat,quantum poſſibile└& ad ipſum Chriſtum ſimilitudine diuina perficere]id eſt,exequi & implere diuina myſteria iſta ſimilitudine ad Chri
Math. 26. ſtum,id eſt,eo modo quo Chriſtus conſecrauit in cœna hoc ſacramentum. Vel, ſimilitudine ad Chriſtum,id eſt,per aſſimulationem ad Chriſti uirtutes,& per imitationem ſuę ſanctiſſimę conuerſationis,prout fieri poteſt└ & dare caſtiſſime ┐id eſt,ut etiam dignus ſit ſacramentum alijs miniſtrare puriſſime└& ſancta participantes diuinitus participare┐id eſt,quatenus & ipſi cōmunicantes digne ac diuine participent & ſuſcipiant ſacramentum hoc ipſum. Vnde & nūc ſacerdos communicanti dicit,orando pro ipſo: Corpus domini noſtri Ieſu Chriſti proficiat ti
B bi in uitam ęternam└ſacrificat diuiniſſima┐ſicut expoſitum eſt[& ſub aſpectum ducit┐id eſt, diuiniſſima illa[laudata].i,benedicta,oſtendit aſtantibus in eleuatione[ per ſacre procūbentia ſymbola┘id eſt,ſub ſacramentalibus uiſibilibus ſpeciebus, ut dictum eſt, quæ ſenſibus propo nuntur & procumbunt dum ſacramentum deponitur└Velatum enim & non diuiſum panē reuelans┘,id eſt panem iam conſecratum ac integrum,iuxta morem (ni fallor) græcorum re uelans,id eſt,diſcooperiens└& in multa diuidens┘ſicut & Chriſtus in cœna dans unicuiq; a poſtolorum partem quaſi ex integro conſecrato┌& unionem calicis omnibus diſpartiens┘id eſt,unum Chriſti ſanguinem contentum in calice, præbens communicantibus cunctis potan dum,└ſymbolice unitatem multiplicat┐id eſt, unicum corpus & ſanguinem ſaluatoris ſub ui ſibilibus ſignis quaſi in multas diuidens partes,cum tamen ſub qualibet diuiſionis particula in teger Chriſtus ſit cum integro corpore ſuo ac ſanguine└ & diſtribuit┐cōmunicantibus[ſan ctiſſimam in his actionem ſacram conſummans,id eſt,celebrationem ſic finiens¶ Deinde inſe rit horum theoriam ſeu myſticam rationem┌ Vnum enim & ſimplum & occultum Ieſu di uiniſſimi].i.deitas[uerbi incarnati ſumme una,ſimplex & abdita ,imo & incompræhenſibi lis[ſecundum nos in humanatione ad compoſitum & uiſibile prouenit]id eſt,incarnatiōe deſ cendit ad corpus humanum ex uirgine ſumptum, & ex eius puriſſimis ſanguinibus formatū └immutabili bonitate & humanitate┐. Bonum enim eſt ſui diffuſiuum,& pietatis eſt ſuccurre re indigenti,ſicq; in Chriſti incarnatione excellentiſſime apparent atq; relucent, infinita boni tas,charitas , benignitas,dignatio,imo & ſapientiæ ac omnipotentiæ eius ſupræmitas & ęqui
C tas ſumma. Vnde tertio libro loquitur Damaſcenus: Et monſtratur ſimul bonitas & ſapientia Ioh. Dam. & iuſtitia & potentia dei . Bonitas quidem, quoniam non deſpexit proprij plaſmatis infirmita tem: ſed uiſcera eius commota,illo cadente,& manum porrexit. Iuſtitia, qm̄ hoīe uicto,non a lio facit uinci tyrannum , Neq; vi eripit ex morte hominem. Sapientia , quia inuenit difficilli mi decentiſſimam ſolutionem.┌& ad ſe noſtram unificam ſocietatem benigne peregit ┘id eſt pijſſimam ſocietatem ſecum nobis conceſſit, noſtram naturam ſuæ diuinæ naturæ immediate coniungens,& ad ſuam perſonalitatem aſſumēs┌noſtra humilia diuiniſſimis ſuis ſumme adu nans]id eſt,corpus humanū ex ſe corruptibile ac decliue,& animā uere ratiōalem eiuſdē ſpe ciei cum noſtris animabus,ſicq; infimi gradus in ordine intellectualium ſubſtantiarum ſuę al tiſſimæ deitati, maieſtati ac excellentiæ , tam proxime ac unifice iungens, quod una eſt perſo na in duabus naturis ſubſiſtens, quæ naturæ duæ ex inſtante quo unitæ ſimul ſunt , nunquam abinuicem ſeparantur , quamuis in paſſione corpus & anima abinuicem fuerint ſeparata.

¶ Deniq; uno & eodem inſtanti corpus Chriſti omnipotente dei uirtute formatum eſt, & ani ma eius creata, corporiq; coniuncta , omni quoq; plenitudine gratiæ ac uirtutum ſumme im pleta, imo & beatifica uiſione excellentiſſime perornata, & utrumq; ſic counitum, à uerbo ęter no fuit aſſumptum └Siquidem & nos tāquam membra corpori compaginamur ipſi.┌i.nos Chriſtifideles cōiūgimur Chriſto capiti noſtro & myſtico corpori eius ſicut membrum cor
*ad ſecūdū idē immaculatę & diuinæ uitæ. pore naturali└ſecundum idipſum*immaculata & diuina uita┘id eſt, Chriſto capiti noſtro cō iūgimur per cōuerſatiōem immaculatem & diuinam, quæ ad minus careat macula culpę mor talis, ſecūdum idipſum , id eſt , uiuendo ſecūdum Chriſti doctrinam & opera, qui eſt omniū
bus,occultam eis contemplationē * quę in ipſis lucet infirmis aſpectibus inno- † in ipſis lucem:
cue declarans. Hinc ſecundū legem hierarchiæ teleta quidem ad ſpiritualē dei
cultum anagoge, manuductores autē ad eam, ipſi ſanctū illud tabernaculum a
Moſe ſacre eruditi,primo ſecundū legem pontificū duce & doctore,ad qđ ſan
B ctum tabernaculum introductiue ſacro ſcribens ſecundum legem † hierarchiā, * hierar-chicam.
imaginemq; formæ oſtenſæ ei ſuper Sina montem, uocat omnia ſecundum le- Exo. 15
gem ſacrificanda.Ante uero perfecta a legalibus ſymbolis proportionaliter ad Heb: 8
perfectiorem doctrinam reducimus. Perfectiorem autē doctrinam theologia
ſecundum nos hierarchiam dicit,plenitudinē hanc illius uocans &† ſanctum fi- † ſacrum
nem.Eſt aūt & cœleſtis & legalis cōmunicatiue, medietate extremarꝝ recepta,
ei quidē cōmunicans intellectualibus contemplationibus. Hinc uero quia ſym
bolis ſenſibilibus uariatur,& per ea ſacre in deum reducitur. Trinū aūt ſimili-
ter habet hierarchicæ diuiſionis in ſanctiſſimas teletarꝝ ſanctificationes diuiſa,
& deiformes ſacrorꝝ miniſtros, & ab ipſis proportionaliter in ſacra adducen-
dos.Vnaquæq; uero triū noſtræ hierarahiæ diuiſionū conſequenter & legali
& diuiniori eorꝝ quę ſecundū nos hierarchiæ, prima & media & ultima ordi-
natur uirtute,& diuina analogia præuiſa,& oīm bono ornatu, & ſecundū or-
C dinem cōpacta& coniunctiua ſocietate,ſanctiſſima ergo teletarꝝ ſacrificatio pri
ma quidē habet deiformē uirtutē,ſanctā imperfectorꝝ purgationē. Mediā aūt
purgatorꝝ illuminatricē doctrina. Nouiſſimā uero et priorꝝ conſummatiuā,e-
ruditorꝝ in ſcīa pulchrarꝝ doctrinarꝝ conſummationē.Ipſa aūt ſacrificantiū di
ſpoſitio in potēti uirtute,prima ꝑ teletas purgans impfectos, in media aūt luce
purgatos ducit,in ultima uero & ſublimiſſima ſacrificantiū uirtutū ꝑficit diui
no lumini coīcantes in contemplabiliū illuminationū ſcibilibus cōtemplationi-
bus.Perficientiū aūt uirtus,prima quidē eſt purgās: media uero poſt purgatio
nem illuminans,& quorundā ſctōrꝝ contēplatiua : ultima aūt & diuinior alia-
rum,ipſa ſctōrꝝ photiſmatū,quorꝝ efficit̃ contēplatrix, declarās conſummati-
uam ſcīam. Sanctę ergo teletarꝝ actionis trina uirtus laudat̃. † Sanctæ quidem † Sacræ
theogeneſiæ ex eloquijs cōprobatæ,purgatione & purgatiua illuminatioe. Sy-
naxeos aūt & myri teletæ conſummatiuæ diuinorꝝ actuū cognitione & ſcīa, ꝑ
quā ſaerdotiū ad diuinitatē tanq̃ unificā,anagoge & beatiſſima coīcatio ꝑficit̃.

Ca. IIII. **Nunc autem ſacerdotalis diſpoſitio conſequenter narranda, in purgatiuam & illuminatiuam & conſummatiuam ordinationem diuiſa.** D

¶Elucidatio capituli IIII. Articulus VIII.

POſtq̃ præhabito immediate capitulo actum eſt de Euchariſtiæ ſacramento, celebratione, rituq; ſeu actibus hierarchicis circa illud: hic idẽ iam agit de ſacro confirmationis: [Tanta ſanctiſſimę ſynaxeos ſunt]. i. tam magna ſunt myſteria ſynaxeos ſanctiſſimę. i. ſacrariſſimę cōionis, quæ & ſynaxis vocatur, vt patuit [& ſic bona inuiſibilia ad vnũ nobis ſicut ſæpe diximus hierarchice ſacrificantia ſocietatẽ]. i. inuiſibiles effectus ſacramenti iſtius, vt ſacramentalis gratia & efficatia eius, ſunt ſacrificatio. i. ſacram facientes ſocietatem [& coordinationem] nr̃am hierarchice. i. ecclſiaſtice, puta ſcd̃m doctrinam obſeruantiãq; eccleſiæ ſanctæ ad vnum. i. reducendo nos ad deum, qui per hoc ſacramentũ ſpiritaliter nos confortat ad præliandũ contra diuini honoris & noſtræ ſalutis. Hoſtes, in campo curſus & luctæ præſentis, ſicut ſæpe iam diximus, ꝙ ſcilicet per ſenſibilia ſymbola ſacramentorũ ad inuiſibiles gratias peruenimus, & ad oĩm fontem reducimur. [Sed eſt huius æquipotens altera perfectiua operatio]. i. aliud quoq; opus & donum dei eſt, perficiens ipſos fideles in peregrinatione hac laborioſa, æquipotens. i. æqualiter potens auxiliari. Aequipotens dico in gñe. Abſolute nanq; loquendo, ſacramentum Euchariſtiæ eſt iſto potentius, iuxta quem modum dictum eſt libro præcedenti, ꝙ angeli diuerſorum chororũ ſeu ordinum, ſunt æquipotentes. [chriſmatis hoſtiam duces noſtri quam nominant]. i. quam operationem ſeu dei effectus, duces noſtri. i. apoſtoli & apoſtolici viri nominant hoſtiam chriſmatis. i. ſacramentũ confirmationis, quo conſecramur ac deputamur dño deo noſtro in milites ac pugiles ſpiritales. [Partes itaq; eius in ordine ſecundum ſacras imagines intendentes]. i. nos conſiderantes partes. i. varias operationes ſacramenti iſtius, in ordine. i. per ordinem ſeu ordinate, ſecundum ſacras imagines. i. penes ſenſibilia ſigna & facta, quæ adhibentur in confirmatione. [ſic ad vnum ipſius per partes hierarcrchicis contemplationibus aſcendemus]. i. conſurgemus contemplatiõibus hierarchicis. i. cõſiderationibus cõſonis doctrinæ ipſius ecclíæ, per partes. i. p ſpeculationẽ actuum confirmationis, ad vnũ ipſius. i. ad principalẽ eius effectũ vel ad vnũ ipſius. i. ad contẽplationẽ inſtitutoris ipſius. Deinde tangitur ritus ſeu forma conſecrationis chriſmatis.

¶MYSTERIVM TELETAE MYRI.

IVxta eundẽ ſynaxeos modũ imperfectorũ abſoluunt ordines,] hoc eſt ordines imperfectorũ. i. congregationes imperfectorũ, q̃ nonum aptati ſunt perſonaliter adeſſe conſecrationibus ſacrorum, abſoluunt. i. excludunt à chriſmatis conſecratione, iuxta modũ eundem q̃ excludunt à templo in conſecratione ſynaxeos. i. ſacri euchariſtiæ, euãgelio, ſc; lecto, vt in cap. dictum eſt p̃cedenti [Accedentibus, ſc; hierarchico in oĩne templum bñ olẽti ambitu, & pſalmica ſacra cantione & diuiniſſimorũ eloquiorũ lectione.]. i. ipſo hierarcha ſeu præſule procedente in omne templum. i. per totam eccleſiam, ambitu bñ olenti. i. circumitiõe flagranti, vc; cum thurificatione & cantione ſacra pſalmica. i. cum deuota cantione pſalmorũ q̃s cecinit clerus, & lectione diuiniſſimorũ eloquiorũ. i. lectione aliqua ſumpta ex ſacra ſcriptura. His itaq; accedentibus excludebant p̃fati. [Deiñ chriſma ſummus ſacerdos accipiẽs, ſupponit diuino altari, circumuelatũ à duodecim pennis ſacris]. i. illis pactis prę̨ſul ſumpſit chriſma mox conſecrandũ, ſuperponens illud altari obiectũ & circũopertum duodecim pennis, in ſignum, ꝙ in Iſaia fit mentio de totidem pennis, vbi de Seraphim legit: Sex pennę vni, & ſex pẽnæ alteri. [Reboantibus ſimul oĩbus ſanctiſſima voce ſanctũ deo acceptabilium prophetarũ inſpirationis melodema]. i. cunctis illis miniſtris deuotiſſime concinentibus melodema ſctm̃. i. canticũ ſacrum aliq̃d, inſpirationis. i. diuinitus inſpiratũ: canticũ inq̃ prophetarũ. i. alicuius illorũ q̃ deo accepti fuerunt, vt eſt canticũ illud Iſaiæ: Sctũs, ſctũs, ſctũs, &c̃ [& in ipſo perficientem oronem cõplens]. i. eps cõplens oronem, pficientẽ. i. concurrentẽ & cooperantẽ ad perfectionem ſeu conſecrationẽ tam plebis q̃ chriſmatis. [in ſanctiſſimis conſecrandorũ hoſtijs]. i. in materijs conſecrandis diuino cultui dedicatis, q̃ p orones & bñdictiones cõſecrant [+ eo vtitur ad oẽm fere hierarchicã perfectiuã opationem.]. i. vtit chriſmate conſecrato in cunctis q̃ſi actionibus, qbus pficit alios per ſacra, vtputa circa baptizatos & confirmatos. Veruntñ nõ in matrimonio & aliquibus alijs, propterea dicit fere.

Iſaiæ 6.

Ibidem.

+ reducitur.

THEORIA.

COnſequenter ponit horum theoriam, id eſt, ſapiẽtialem & myſticã rationẽ vel ſignificationem. [Ipſa ergo introductiua conſummatiue huius ſanctificationis anagoge] id eſt, ſurſum ductio & ſapientialis ſignificatio ſanctificationis huius cõſummatiuæ



A tiue, id eſt, ſacramenti huius ſanctificantis & perficientis, quia gratiam continet ac largitur, introductiua ad meliora, & ad ſpiritualem victoriam ac brauium patriæ, quoniam in tentationibus roborat. Hæc quippe ſignificat [per ea quæ ſecundum diuinum chriſma ſacre aguntur] id eſt, per ea quæ fiunt chriſmate ſanctificato in confirmato per illud à præſule. [illud æſtimo declarat] id eſt deſignat [quod circumuelatur in animo ſanctis viris in + omne ſacrum & bene redolens.] id eſt, gratia ſacramentalis ſeu diuinum chriſma ſuauiter redolens coram deo, occulte collocatum eſt in cordibus eorundem [quæ] ſanctificatio, imo deus author ſanctificationis [iubet diuinitus] id eſt deſuper præcipit [ſanctis viris] imo cunctis bonis hoĩbus [nõ manifeſtas habere in gloria vana ſecundum virtutem occulti dei bonas & ſuaue olentes ſimilitudines.] id eſt, actiones virtuoſas deo aſſimilatiuas, non manifeſtare ad gloriandum inaniter, aut propria laude, quæ deſignantur per balſamum chriſmati mixtum, ſuauiter odorantem. Vnde Apoſtolus: Chriſti inquit bonus odor ſumus in omni loco. Iſtud præcipit Chriſtus in Matthæo: Attendite, dicens, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Actiones, inquam, bonas ſecundum virtutem occulti dei, id eſt, ſecundum potentem gratiam incomprehenſibilis dei intus ſecrete agentis, cui loquitur Iſaias: Vere tu es deus abſconditus, deus Iſrael. Sed obijci poteſt quod in Matthæo loquitur Chriſtus: Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem. Et reſpondendum, ꝙ quædã ſunt opera iuſſionis, ad quæ tenemur, quæ publice ſunt agenda: qm̃ ex eorũ omiſſione poſſunt proximi ſcandalizari. Alia ſunt opera ſupererogationis, quæ prout bono modo fieri poteſt, ſunt occultanda.

+ animo

Matt. 5. 2. Cor. 2.

Iſaiæ. 45. Marci 5.

B Porro opera bona iuſſa ſic publice ſunt agenda, vt nec in eis propria commoda aut gloriam quæramus humanam: ſed vt proximi ad dei ædificentur honorem, quemadmodum Corinthijs ſcripſit Apoſtolus: Gratias deo, qui odorem notitiæ ſuę per nos oſtendit in omni loco. Hinc ait Gregorius: Sic fit opus in publico, vt intentio maneat in occulto, vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & per intentionem qua ſoli deo placere optamus, ſemper optemus ſecretum. [Mundæ enim ſunt dei ſecretæ & ſuper onimum ſuaue olentes pulchritudines] id eſt, virtutes & actiones earum, decor & ornamentum ſupernorum chariſmatum, contemplationes & ſanctæ affectiones, ſunt puræ ac ſplendidæ ſuper omnem naturalem ornatum: imo ſublimius q̃ capere aut eloqui anima queat, quibus dei ſponſa venuſtat, cui & dicitur: Specie tua & pulchritudine tua, intende proſpere, procede, & regna. [& inuiſibiliter oſtenduntur ſolummodo intellectualibus] id eſt, ſpiritalibus mentibus declarantur per guſtum & participationem internam: omnibus quoq; ſuo modo panduntur per exteriorem exempli exhibitionem, & per ſacramentalia ſigna. Pulchritudines dico. [conformes habere volentes per virtutem in animabus incorruptibiles imagines.]. i. exigentes habere in animabus fidelibus incorruptibiles imagines, id eſt, ſpirituales aſſimilationes perpetuas de per ſe, quamuis in peccãtibus per accidens corrumpantur, conformes pulchritudini & decori ſanctorum, per virtutem, id eſt, per gratiæ firmitatem, ſeu per dei potentiam vel virtutum exercitationem. Vnde ait Apoſtolus: Nos reuelata facie gloriam domini ſpeculãtes, in eandẽ imaginẽ

2. Corin. 2.

Gregorius.

Pſalm. 44.

2. Cor. 3.

C transformamur à claritate in claritatem. Et Pſalmiſta: Oĩs gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. [Quæ enim deũ imitatur imago]. i. mens rationalis imago dei imitatiua dei bonitatem, pietatem, charitatẽ, liberalitatem, iuſtitiam ordinate ſequens, & ſe illis pro poſſe conformans, ſicut docet ſaluator: Eſtote miſericordes ſicut & pr̃ vr̃ cœleſtis miſericors eſt. Itemq;: Diligite inimicos veſtros, & benefacite illis. Benedicite maledicentibus vobis, & eritis filij altiſſimi, quia ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos. [ad illam inuiſibilem & bene olentem aſpiciens formam]. i. diuinę & increatę mentis dulciſſimam formoſitatem contemplans, iugiterq; attendens, atq; cœleſti ſponſo dicens illud Canticorũ: Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. [ſic ſeipſam figurat & effingit ad formoſiſſimã imitationem]. i. cõponit & aptat ſe ad aſſimilationem cum deo eximiã, vel ad imitationẽ formoſiſſimam. i. ad ſuperpulcherrimũ deum, quẽ imitat, vt in creatura ſua creator per lineas imitatiõis ſpecioſe reſplendeat, & aĩa ipſa per cõtemplationẽ ſplendifluã, feruentiſſimũq; amorẽ, in creatorem & ſponſum ſuum transformet, & conquieſcat in illo, obdormiens in dilecto, à q̃ gratioſe p̃uenta eſt. Qui in Ierem. ait ad eam: In charitate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſerans. [& ſicut in ſenſibilibus imaginibus]. i. exemplaribus [ſemper ad primã exemplarem ſpeciem ſcriptor inflexibiliter intendit]. i. aſſidue, hoc eſt, diligenter conſiderat diſpoſitionẽ & decorẽ illius, ad cuius aſſimilationẽ aliquid pingit [ad nullum aliud viſibilium retractus] q̃diu ſic occupatur [aut ſcd̃m quid partitus]. i. non pro parte diuiſus eſt, reſpiciẽdo ad alia [ſed illum ipſm q eſt deſcribẽdus]. i. pingendus [ſi iuſtũ dicere]. i. ſi verũ eſt ſic loqui: imo qm̃ verũ eſt ad bonũ

Matth. 5.

Lucæ 6.

Cant. 1.

Ieremi. 31.

 ſenſum

Ca. IIII ſenſum]effingit].i.figurat[& oſtendit alterutrum in alterutro].i.vnum in alio, ad hunc ſen- D
ſum:quoniam idem eſt motus in figuram & rem figuratam,& vnum pro alio ſumitur. Ideo
oſtendendo imaginem vnius effigiatam ad imitationem alterius, dicitur vnum in alio de-
monſtrare,ſicq; de duobus multum ſimilibus dicimus:vidiſtis iſtum? illum vidiſtis. Sic & in
Iohā. 14. Iohanne aſſerit vnigenitus dei,plena & naturalis imago patris:Qui videt me,videt & patrem.
Quod verum eſt de interiori viſione,cum pater & filius correlatiue dicantur,& vnus per aliū
deſcribatur.[Præter eſſentiæ differentiam] Hoc additur, quia in creaturis tales quantumcūq;
ſint ſimiles,ſubſtantialiter ſunt diuerſi.Propter quod ſimilitudo dicitur rerum differentiū ea-
dem qualitas,quanq̄ ſimilitudo non ſit realiter qualitas ipſa,ſed relatio in qualitate fundata.
[Sic mundis in animo deſcribit ipſa ad bene olentem & occultā formam intenta & inflexibi-
bilis contemplatio non errans,deiformiſſimoꝝ phantaſma]hoc eſt contemplatio intenta ac
diligens,non reflexa(ſaltem ad tempus)ad alia,vtputa non diſtracta nec deuians ad inpertinē-
tia,deſcribit mundis corde qui apti ſunt contemplari, phantaſma deiformiſſimorum .i. con-
formitatem quandam cum diuiniſſimis rebus ſeu mentibus , ad formam occultam .i. ad pul-
chritudinem dei incomprehenſibilem ſuperſuauiſſimam,quatenus ſimul cum mentibus ſan-
ctis aſſimilet aſſidue magis ac magis deo,cui in puritate & ſanctitate ſp̄ plus conformari appe-
tit & conatur,ab omni ſe ſatagens culpæ macula præſeruare,& contractas abſtergere. Capitur
autem phantaſma hic metaphorice & extenſe. Nam in ſpiritalibus proprie locum non habet
ſed ſicut phantaſtici carnaleſq; amatores iugiter ſunt intenti & occupati phantaſmatibus &
imaginationibus rerum,quibus afficiuntur & inuoluunt,ſic mundi cordes & contemplatiui E
ſpiritalibus ſpeciebus & pulchritudinibus interioribus, potiſſime ſuperſpecioſiſſimo deo,ſta-
Matt. 6. biliter ſunt infixi. Etenim vbi theſaurus ipſorum,ibi & cor eoꝝ. [Iuſte ergo ad ſupereſſentia-
liter ſuaue olentem & inuiſibilem pulchritudinem]puta [ad deum conuerſi]qui eſt eſſentiali-
ter pulcher,iccirco eſt ſua pulchritudo: & ſicut ipſe eſt intenſiue ac perfectionaliter infinitus,
ſic ſua pulchritudo eſt perfectiue ac intenſiue immenſa. Rurſus,quemadmodum ſua eſſentia
eſt ſuper omne genus & ſpeciem,ſuper omnem eſſentiam & naturam , ſuper omnem ambitū,
legem,ac ordinem reꝝ, ſic & pulchritudo ipſius recte ſupereſſentialis vocatur. Hinc demum
ipſum in ſeipſo clare & fruitiue conſpicere, eſt ineffabiliter & incōparabiliter delectabile, ſua-
ue,iucundum. Sic igitur ad deum conuerſi ſapienter ac amoroſe[intellectuale ſuum incōuerſi
biliter ſpecificantes].i. partem ſuam intellectiuam afficientes & formantes in deo inconuerti
biliter.i.firmiſſime & cum ingenti propoſito nuſq̄ diſcedendi ab illo.[nullam agunt in ſe deū
imitantium virtutum].i.nullum actum virtutum,per quas imitamur deum,exercent in ſe.[in
aſpiciendum iuxta eloquium hominibus].i. ad hoc vt ab hominibus aſpiciantur ad propriā
laudem, iuxta eloquium.i. prout hoc ſcriptura docet & iubet hoc obſeruari [tanq̄ in imagine
diuino chriſmati ab eccleſia ſacratiſſima circumuelata].i.ſicut hoc deſignatur in imagine,cir-
cumuelata.i.circumligata diuino chriſmati.i.per hoc quod chriſma conſecratum eſt ſenſibili-
bus operimentis abſconditum à ſacratiſſima eccleſia & ex ordinatione eiuſdem. [Propter q̄d F
& ipſi ſecundum virtutem ſanctum & deiformiſſimum intus deum imitantis,deumq; deſcri-
bētis animi ſacre circumuelantes]id eſt,iccirco & iſti Chriſtifideles,circumuelantes ſacre,id ē,
humiliter occultantes ſanctum & deiformiſſimum .i. omne præcipuum culmen gratiæ eis
Pſalm. 24. collatum. Culmen inquam animi,id eſt,mentis eorum deum interius imitantis & deſcriben-
tis,id eſt,ſuo obtutui obijcientis,ita quod iugiter penſant deum ſibi eſſe præſentem, cum Pſal-
miſta dicentes:Oculi mei ſemper ad dominum. Et hoc agunt ſecundum virtutem,id eſt iuxta
quod poſſunt,vel ſecundum diſcretionem & humilitatem[ad ſolem reſpiciunt archiformem
intelligentiam]id eſt,principalem & increatam ſapientiam dei finaliter duntaxat attendunt,
in cuius præſentia atq; intuitu verentur ac verecundantur ſe indecenter habere, vt cum Pro-
Pſalm. 118 Sapien. 5 pheta vnuſquiſq; ipſorum pſallere valeat:Seruaui mandata tua & teſtimonia tua,quia omnes
viæ meæ in conſpectu tuo. De hac intelligentia reprobi in Sapientiæ libro fatentur: Sol in-
* nō ſunt telligentiæ non eſt ortus nobis.[Neq; enim contemplatores tantum * ſunt diſſimilium] id eſt
non ſolum non intuent carnalia & terrena cū cōplacentia & affectu[ſed neq; ipſi ad illoꝝ tra-
huntur viſionē].i. in tm̄ faſtidiunt ea,ꝙ nec dignant ea reſpicere ex affectu, & q̄tū poſſibile eſt
illoꝝ aſpectū & vſum vitari, quemadmodū in Vitiſpatrū narrat de ſanctiſſimo patre Siluano
Siluanus abbas. abbate montis Sinai,quod ſi aliqñ oportebat eum exire de cella,operuit faciē ſuā dicens:Quid
neceſſe eſt ſenſibilem iſtam lucem videre,in qua nihil eſt vtile? Sic ergo non trahuntur ad illo-
rum aſpectum[ſibimet conſequenter].i. ſecundum quod conuenit eis, ne ſc; illa aſpiciendo
diſtractionem mentis incurrant. [neq; viſibiliū decores bonoꝝ & iuſtoꝝ, ſed eoꝝ quæ vere
ſunt



A ſunt,vere amant hoc eſt,non amant pulchritudines viſibilium bonorum, viſibiliū ve iuſtoꝝ,
id eſt,eorum quę videntur iuſta,& non ſunt. Vnde alia tranſlatio habet,putatorum bonorum:
alia,apparentium. Has non amant,inquantum à deo impediunt. Sed amant vere pulchritudi-
nem ſpiritualem,& ſanctam eorum quę vere & immotaliter ſunt,preſertim eorum quæ nec o- Iſaiæ. 64.
culis vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt,iuxta quod ſcriptum eſt:Domine 1. Cor. 2. Pſal. 25.
dilexi decorem domus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuæ[neq; gloriam vident à multitu-
dine irrationabiliter beatificatam]id eſt,gloriam ſeculi huius non intuētur per complacentiā,
quam gloriam multitudo vanorum & inſipientium hominum amat & appreciatur,in quibus Oſeæ. 4.
complebitur quod in Oſeæ dominus comminatur:Gloriam eorum in ignominiam commu-
tabo. Deniq; de beatificantibus gloriam iſtam,& de beatificatis in ea,deus apud Iſaiam loqui Iſaiæ. 3.
tur:Populus meus,qui te beatum dicunt,ipſi te decipiunt. De qua ipſa ſancta Eſther confeſſa eſt Eſter. 13.
deo:Tu ſcis quod oderim gloriam iniquorum. De qua primo Machabęorum libro monetur: 1. Ma. 2.
A verbis peccatoris ne timueritis,quoniā gloria eius ſtercus & vermis,hodie extollitur,& cras
non inuenitur. Poteſt autem in his gloria accipi varijs modis,vtputa pro fama grandi,pro glo-
riatione inani,pro excellentia,pro obiecto gloriandi[ſed bonum aut malum in ſeipſo diuina
imitatione iudicantes]id eſt,non ſuperficietenus iudicant aliquid eſſe aut malū moraliter, ſed
cum debita perſcrutatione aut inquiſitione,ſecundum naturam ſeu rationē rei in ſeipſa, ſecun- 1. Reg. 16.
dum quod deus iudicat de rebus,prout primo libro Regum ait:Non ſecundum intuitum ho-
minis ego iudico. Homo enim videt ea quæ parent,dominus autem intuetur cor. Hincq; in Io- Iohan. 7.
hanne ait ſaluator:Nolite ſecundum faciem iudicare,ſed iuſtum iudicium iudicate[agalmata
diuina ſunt]id eſt,imagines dei,quem taliter imitantur. Vnde alia tranſlatio continet: Diuina
B ſimulacra[diuiniſſimæ bene olentiæ]id eſt,ſuauitatis diuinæ,quam & participant ita,quod in-
tra ſe dulces ſunt,& cum alijs pie ac dulciter conuerſantur,ſicut ait ſcriptura:Vir doctus & ſapi- Eccle. 37.
ens,ſuauis eſt animæ ſuę[ quæ].ſ.ſuauitas increata[ex ſeipſa verum bene olax habens]id ē,na- Sapien. 12.
turam ſubſtantialiter dulcem,imó ſuperdulciſſimam ac infinite bene flagrantem,cuius exigui ri-
uuli ſunt vniuerſæ ſuauitates creatæ. Cui ſapientiæ dicitur:O quam bonus & ſuauis eſt domi-
ne ſpiritus tuus in omnibus. In Canticis quoq;:Oleum effuſum nomen tuum[ad multis diſſi- Canti. 1.
militer opinabile non conuertitur]id eſt,non ſe vertit nec mouet ad opinabile multis diſſimi-
liter,Hoc eſt,ad dulce creatum apparens, de cuius dulcedine diuerſi diuerſimode opinantur,
cuius nec eget[veris ſuis pulchritudinibus vnum formans,quod ſine ſimulatione]Pulchritu-
do dei increata,in ſeipſa eſt vna, ideo ſi pluraliter deſignetur,hoc erit per reſpectum ad creata.
ſicq; pulchritudines dei intelligi poſſent ideales rationes mētis diuinæ,quibus pulchre format
creata,non tamen ficta aut ſimulata,ſecundum quod talia. Planius autem loquendo,veræ pul-
chritudines dei in eccleſia appellantur gratiæ ac virtutes,quibus deus format & venuſtat vnū
in genere,quod eſt vere non ficte pulchrū,videlicet omne quod taliter pulchrum eſt, omnem
C ſcilicet mentem creatam gratijs decoratam,cui in Canticis dicit:Ecce tu pulchra es amica mea,
ecce tu pulchra. De hac re,hoc eſt,de pulchro & pulchritudine,qualiter competant deo, infra
in libro de diuinis nominibus eſt pertractandum. Deinde fit mentio de certis decoriſq; acti- Cantl. 1.
bus interioribus ſacramenti iſtius.[† Fer reliquum]Alia litera habet,Age,ſicq; quod ait,fer,po- † fer eia.
teſt eſſe verbum,& item aduerbium,vt ſit ſenſus:Da quod reſtat, vel eia agrediamur quod ſu-
pereſt[quoniam exterius pulchritudinem contemplati ſumus totius bonæ & ſacræ actionis]
id eſt,quia iam conſiderauimus exteriorem decorem operationū confirmationis,[in diuinio-
rem eius reſpiciemus formam]id eſt,interiorem & altiorem decorem eius pēſabimus & ſigni-
ficantiam præclariorem[ipſam in ſeipſa * reuelato velamine contemplantes]hoc eſt, conſide- * reuelatā velamina.
rantes hanc formam in ſe,quia velamen illud quo tegebatur & cælabatur, expoſitum eſt. For-
mam inquam,ipſius[beatam]id eſt,ad beatitudinem obtinendam cooperantem ac diſponen-
tem[ſplendentem]oculo illuſtrato,[manifeſte claram]ſpiritualibus ſacerdotibus, in ſacramē-
talibus rite inſtructis [& incircumuelate intellectibus]id eſt, mentibus quæ ſine velamine ſen-
ſibilium tegumentorum capere queunt diuina [ replentem nos ſuaue olentiæ ] id eſt, ſpi-
ritali dulcedine in horum ſyncera contemplatione ac ſacra participatione. [ Neque enim
manifeſta myri perfecta operatio.] Alia litera planior eſt,& iſtam quaſi exponit,quæ eſt: Ne- * ſummū ſacerdotem.
que enim viſibilis illa vnguenti confectio inuiſibilis eſt[his qui circa * antiſtitem ſunt]id eſt,ſa-
cerdotibus aſtantibus præſuli conficienti benedicentiq; chriſma[incōmunicabilis eſt aut inui-
ſibilis. Sed econtrario vſq; ad eos perueniēs].i.ipſis ad oculū apparēs[& ſtatuēs ſup multos cōtē-
plationē].i.inſpectionē ſui firmās,& imprimēs ipſis ſicut obiectū viſibile īprimit aſpectū ſui in
aſpicientes in ipſm,ꝑ hoc q̄d radij viſuales ab obiecto deriuāt in intuentium viſum. ſuper multos,

 id eſt,

Ca. IIII. id eſt,prę multis vulgaribus qui ab iſta inſpectione excluduntur.de q̃bus ſubiungitur[ab ipſis
ſacre circumuelatur]id eſt,iuſte abſconditur illis vulgaribus[& ex multitudine hierarchice di
ſtinguitur]id eſt,viſio confectionis iſtius religioſe ſeparatur & tollitur à prędictis. Cuius ratio
ſubditur ſpiritalis. [Diuinis eñ viris ſacratiſſimorum radius tanquam congenerationi ab in-
uiſibili luce pure & immędiate elucens,& intellectuales eorum receptiones incircunuelate ſua
uificans,ad ſubiectum prompte non peruenit]hoc eſt,radius ſacratiſſimorum,id eſt,immateri
ale lumen ſeu ſpiritalis intelligentia ſanctiſſimorum ſacramentorum myſteriorumq́; Chriſti,
elucens, id eſt,ad illuſtrandum procedens & emicans pure & immediate,id eſt,ſine inuolutiõe
phantaſmatum. viris diuinis,id eſt,contemplatiuis & ſanctis,tanquam congenerationi, id eſt,
tanquam nationi puræ & aptæ ac conformi ad illuminationem tam puram ac eminentẽ. Hinc
alia tranſlatio habet,tanquam cognatis talia,vt propinquis. Et enim actus & influentiæ agen-
tium & illuſtrantium,fiunt & ſunt in patiente ac recipiente diſpoſito. qui radius ſuauificans,id
eſt,ſuauia faciens corda ſuſcipientium ipſum,incircunuelate,id eſt, ſpiritaliter ac pure in deo.
ad ſubiectum non prompte peruenit,id eſt,tam pure & celeriter non deſcendit in inferiores,q
non ſolum gradu,ſed merito quoque ſunt inferiores, Frequenter tamen ſubditi ſunt præſiden
tibus ſublimiores charitate & meritis,tuncq́; radius illuminationis ſupernæ,purius, copioſius
atq́; celerius pertingit ad eos,præſertim illuminatio illa,quæ ad dona pertinet gratiæ gratificã
tis[ſed ab ipſis]vtputa viris diuinis[vt ſecretorum inuiſibile contemplantibus tanquam à cõ-
templatoribus inuiſibilis dei,reuelatoris occultorum]ac myſticorum[ſine pompa diſſimilib⁹
incontaminabile ſub pennatis ænigmatibus cooperitur]Hoc eſt,incontaminabile,id eſt,ſacra
mentum confirmationis in ſe purum & ſanctũ,quod in ſeipſo non inquinatur vitijs miniſtro-
rũ aut ſuſcipientium illud,cooperitur,id eſt,tegitur diſſimilibus,id ẽ, vulgaribus ſine pompa, E
.i.aſpnatiõe eoꝝ ſub ænigmatib⁹.i.opimẽtis pẽnatis.i.pẽnaꝝ,ſeu facto de pẽnis aut alis. Boni
q̃ppe ſupiores nõ ſep̃ ferunt ſuperbe ſubditis ſuis: q̃etſi ſciant ſe illis maiores in p̃latione vel q
buſdã donis grẽ gratis datę,neſciũt tñ an illis maiores ſint in donis grẽ gratũfacientis. Et dato
quod in utriſq́; ſcirent ſe eminentiores,nihilominus ſpectaret ad eos implere quod ſcriptum
Eccle. 3. eſt: Quanto maiores,humilia te in omnibus. Et rurſus,quo plura ac maiora deſup dona ſuni-
pſiſſent,tanto plus grati ac ſubditi tenerentur eſſe deo in vera humilitate atq́; timore: quoniã
Lucæ. 12. cui plus datum eſt,plus requiretur ab eo. [Per quæ ſacra ænigmata ſubiectorum bene ornati
ordines]id eſt,congregationes ſubditorum bene diſpoſitę[reducuntur ad analogiam ſuam ſa
cram]id eſt,ad cognitionem & participationem ſanctam ſacramenti iſtius,eis proportionatã:
quia vt dictum eſt primo præcedentis libri capitulo,Impoſſibile eſt aliter nobis ſplendere diui
num radium,niſi circũtectum varijs velaminibus ſenſibilium formarum. Quo circa quęritur,
quomodo illa autoritas & verba huius capituli ſimul ſtent,cum iam dictum ſit hic:in diuinio
rem eius reſpiciemus formam ipſam,in ſe ipſa reuelato velamine,contemplantes beatam,ſplẽ
dentem,manifeſte claram incircunuelate intellectibus contemplatiuis. Item, Diuinus,inquit,
radius ſpiritalium contemplationũ,viris lucet diuinis ſine velamine. Alij vero occultatur ve-
laminibus ſymbolorum.i.ſenſibilium ſimilitudinũ & ſignorũ. Atq́; vt patet ex dictis & dicen- F
dis,frequenter hinc inde ſcribit & docet hoc,prout clariſſime patet in libro de myſtica theolo
gia. Veꝝ ad iſtud reſponſum eſt in expoſitiõe primi capituli angelicæ hierarchiæ. Nẽpe autori
tas tbi cõſcripta,intelligit de nr̃a cognitiõe,q̊ ad primã adeptionẽ ſeu acq̃ſitionẽ notitię diuino
rũ & incorporaliũ reꝝ. Aliæ autoritates intelligunt de p̃fectiua notitia veritatis eoꝝ,q in ſciẽ
Albertus. tijs ſunt inſtructi. Cui r̃nſioni cõcordãs Alber. Quãtũ ad principiũ,ait,acceptiõis ſciæ, oportet
q̧ p ſenſibilia accipiãt,p quæ viri diuini ad diuinoꝝ veritatẽ ſine velatiõe ptingũt,ſicut hoc lo-
co B. Diony. aſſerit. [Eſt ergo q̊d q̃dẽ dixerã,nũc laudãda nobis ſacra teletę opatio].i. à nobis
nũc cõmẽdãda ẽ,ſicut p̃dixi,opatio ſacra teletę.i. myſterij hui⁹[cõſummatiuę hierarchicoꝝ or-
dinatiõis & ꝟtutis].i.diſpoſitiõis hierarchalis ſeu eccl'aſticę,& ꝟtutis ſeu poteſtatis cõſũmatiuę,
.i.p̃fectiuę hierarchicoꝝ actuũ: q̃a p hoc ſacramẽtũ baptizati & coĩcãtes p̃ficiũt,& vt habitũ ẽ: v-
ſus ſacramẽti iſti⁹ pene in oĩb⁹ alijs adhibet. [Propter q̊d & hãc diuini nr̃i duces tãq̃ ęq̃potẽtẽ &
eadẽ peragentẽ ſynaxeos ſacrę perfectiõis eiſdẽ characteribus per multa & myſticis diſpoſitio-
nibus & ſacris oratiõibus ordinauerũt].i.ob cauſam p̃habitã & expreſſam,duces nr̃i diuini,pu
ta apoſtoli,ordinauerũt hãc.i.cõfirmationẽ coordinauerũt ſacræ perfectiõi ſynaxeos.i.eucha-
riſtiæ ſacramento nos p̃ficienti,tanq̃ æq̃potentẽ in genere,& quantum ad aliquid,ſicut modo
expoſitum eſt,& eandem peragentem,id eſt,conſimilia quædam cum his quæ efficit euchari-
ſtia. Ordinauerũt ergo & cõſecrauerũt hoc cõfirmatiõis ſacramẽtũ characteribus.i. ſignaculis
crucis eiſdem,& diſpoſitionibus myſticis,id eſt,varijs actibus qui fiunt circa conſecrationem
& vſum



A & vſum & ritum ſacramenti iſtius: qui actus ſpiritalia quædam deſignant, vt partim iam pa-
tuit, pleniusque patebit. & orationibus ſacris, per quas conſecratur, & chriſma benedici-
tur. [Et quidem ſummum ſacerdotem tanquam ipſis aſpectibus ex diuiniore loco bonam ſu-
aue olentiam in ea quæ deinde ſunt ſancte proferentem,& ad reſolutiõe docentẽ]id eſt, quod
pontifex reſidens in loco altiori & ſacratiori,in quo repræſentat ſuo aſpectu & apparatu per-
ſonam dei,venit thurificando,odorem ſuauem efficiens primo ſuperius,deinde inſtantes infe-
rius ſeu in vulgares. ſicq́; ſuperius rediens,per iter ſuum in id vnde deſcendit,reſoluẽs,hoc de-
ſignat & docet[diuinorum participationem †ſimiliter omnibus quidem fieri ſanctis] non ta- †ſimul. Actu. 10.
men ęqualiter,ideo additur:[Iuxta dignitatem]id eſt,ſecundum ſingulorum capacitatem,prę
parationem,merita & conatum. Non enim eſt,perſonarum acceptor deus. Sed bonitatem ſuã
communicat & gratiarum præſtat chariſmata,iuxta recipientium diligentiam & affectum. [In
diminutam vero eſſe & immutabilem omnino]id eſt. bonitatem dei immenſam,in ſeipſa ma
nere prorſus inuariatam,inexhauſtam & imminoratam,cũ nec ſol iſte corporeus luminis ſui
patiatur vllam minutionem,illud vndiq́; copioſe ac largiflue diffundendo: neq́; vir bonus &
eruditus ſuæ virtuoſitatis ac ſapientiæ diſpendium ſuſtinet,proximos ædificando ac inſtruen
do[& æqualitate ſecundum diuinam collocatiõem proprietatis incommutabiliter ſtantem]
id eſt,inuariabiliter ſubſiſtentem ſecundum collocationem diuinam,id eſt,ſecundum perma-
nentiam quæ æternaliter manet & quaſi ſita eſt,in propria infinitate,atq́; in regiõe lucis immẽ-
ſæ,quæ regio eſt ipſemet ſupergloriofiſſimus deus,qui in acceſſibilem(teſte Apoſtolo)habitat
B lucem. qualitate proprietatis,id eſt,vniformi natura ſuæ propriæ immobilitatis. [Deſiderio
autem iterum eloquiorum cantus & lectiones imperfectos quidem erudiunt]hoc eſt, cãtus &
lectiones ſcripturarum in conſecratione ſacramenti iſtius,erudiunt imperfectos deſiderio, &
cauſando & prouocando in eis inclinationem & aliquam tam affectionem ad deum & ſacra- 1. Timo. 6.
menta[ad*viuificam filiolitatem]id eſt,ad regenerationem ſalubrem,per quam filij dei ado- †. vimferã.
ptiui conſtituuntur[conuerſionẽq́; ſanctam faciunt pollute]id eſt, maculatæ conuerſationis
[energumenum,auferuntq́; contrariam vel qualemcunq́; tractam ex †inſaniæ energumenis] †inſaniæ.
id eſt,tollunt diſpoſitiue qualitatem virtuti oppoſitam,vel aliam qualemcunq́; infectionem,
aut pronitatem ad malum,contractam ex inſania energumenis,id eſt,ex inſaniente ſeu furen-
te libidine,excæcante eum qui adhuc intus laborat ex huiuſmodi quauis infectiõe[deiformis
virtutis & habitus & ſublimiſſimum proportionaliter eis oſtendentes]id eſt,cantus iſti & le-
ctiones ſeu ipſi cantantes,oſtendentes eis videlicet imperfectis proportiõaliter,id eſt, ſecundũ
menſuram capacitatis eorum ſublimiſſimum]id eſt. valde ſublimem perfectionem deiformis
habitus,id eſt,ſapientiæ ſalutaris,ſeu habituationis ipſius intellectus in omni habitu & actu ad
eius perfectionem ſpectãte,& virtutis,potiſſime charitatis, om̃isq́; virtuoſitatis vim affectiuã
perficientis. [Iuxta quam terrebunt maxime ipſi contrarias virtutes]id ẽ,imperfecti iſti ſic cõ-
uerſi,donec proficiendo terrebunt deo auxiliante malignos ſpiritus,qui timebũt vinci ab eis;
iuxta illud Apoſtoli: Deus conteret Sathanam ſub pedibus veſtris velociter. Affligũtur equi-
C dem inuidiſſimi dæmones humilitate & condigno conuerſorum pœnitentiumque profectu.
Vel,cantus iſti & lectiones virtute ſanctorum verborum ac deuotione cantantium, terrebunt
aduerſarias poteſtates,quæ & ſonitu campanarum & organorum ſuo modo terreri dicuntur
[& aliorum medicinam præſtabunt]id eſt,remedia contra tentationes & vitia,iuxta illud A
pocalypſis: Collyrio immunge oculos tuos. Idcirco in libro Sapientiæ legitur: Sermo tuus do Roma. 16. Apoc. 3. Sapien. 16.
mine curat omnia. [Diuina imitatione]id eſt,ſicut & deus quin principaliter facit hoc,ac mirã
efficatiam conceſſit ſcripturis. Vel imitatione diuina,id eſt,per hoc quod inducẽt homines ad
dei imitationem[immobile quidem]id eſt,firmam & inconcuſſam debuit conſtantiam & mẽ
tis immobilitatem in deo[ex proprijs bonis]id eſt,ſaluberrimis & confortatiuis doctrinis &
hortamentis,quæ in ſcripturis abũdant. [Ad vero cõtrarios tumultus].i. aduerſus inſultatio-
nes ac ſtrepitus aduerſantiũ hũanę ſaluti[actuũ nõ habẽt tm̃].i. nõ ſolũ cõtinẽt vim bñagendi
ac reſiſtẽdi,& hoc p ſignificationẽ[ſed & donãtes]alijs,q̊s inſtrumẽtalit̃ ac diſpoſitiue cõfortãt.
¶ Deniq́; in ꝟbis formaꝝ ſacramẽtoꝝ,maxime vis eſt. Hinc Damaſcen⁹ quarto lib. diſſeruit: Ioh. Damā. Pſal. 1. Ierem. 17.
Optimũ & vtiliſſimũ ẽ,diuinas inueſtigare ſcripturas. Sicut eñ lignũ ſecus decurſus aq̃rũ plãta
tũ,ita & aĩa ſacris irrigata ſcripturis irrigat̃,& fructũ tẽporaneũ tribuit,fructuoſisq́; actib⁹ deco
ratur. Ad actionem etenim virtuoſam & contemplationem immaculatam, ex ſacris ſcriptu-
ris dirigimur. Pulſemus ergo ad paradiſum optimum ſcripturarum,qui odoriferus,qui dul-
ciſſimus,qui ſpecioſiſſimus,qui omnimode intellectualium deiferarum volucrum cantilenis
circonſonat auribus noſtris: qui tangit cor noſtrum, & contriſtatum quidem conſoletur,
iratum ſubſternit, afflictum æterna implet lætitia, præſumptuoſum efficit timoratum, &

ſuperbientem humiliat.[His autem in intellectum diuinum expeſſimis tranſeuntibus habitũ D
ſacrum imponunt]id eſt,ſcripturæ imponunt habitum ſacrum.id eſt,pœnitentiæ virtutem&
lugubrem ac humilem apparatum his,id eſt,quibuſdam tranſeuntibus per mentis conuerſio=
nem in intellectum diuinum,id eſt,ad diuinæ mentis notitiam & amorem. Vel,in intellectum
diuinum.id eſt,ad proprij intellectus reformationem,vt fiat diuinus & contemplatiuus,qui
fuit beſtialis. Vnde ſubiũgit, ex peſſimis, ſcilicet moribus. Vel,ex peſſimis. i. cõſortio peſſimo=
1.Petri.4. rum,inter quos fuiſtis,de quibus in prima ſua epiſtola ait Archiapoſtolus: Mirãtur modo,nõ
concurrentibus vobis in eandem luxuriẹ confuſionem[ad non iterum ſub malitia errãdũ] id
eſt,vt non rurſus erretis à via ſalutis ſub malitia,id eſt,ſub iugo impietatis. Qui enĩ facit pecca=
Iohan.8. tum,ſeruus eſt peccati. [Quoſdam vero vt ſint caſtiſſimi indigentes conſummate abſoluunt]
id eſt,aliquos indigentes,gratia ampliori,abſoluunt,id eſt,à nexu imperfectionum ſuarum e=
ripiunt. conſummate,id eſt,perfecte,quos ad reformationem ducunt plenariam,iuxta illud ad
Col.1. Colloſſenſes: Exhibete vos ſanctos & immaculatos & irreprehẽſibiles coram deo. [Quoſdam
ſacros ducunt in diuinas imagines]id eſt,ad angelicarum mentium puritates,ita quod conuer
ſationem habent proximam angelis[& inſpectiones]id eſt,contemplationes[earum] id eſt,
ad contemplationem cœleſtem & angelorum intuitionem,in quorum perſona aſſeruit Pau=
Philip.4. lus: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt[& communicationes]id eſt,ad actiones actibus illorũ cõ=
1.Petri.4. formes,ita quod proximis dona ſibi collata amoroſe communicant, iuxta illud: Vnuſquiſq;
ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes & pro poſſe purgant,illuminant,per=
ficiuntq; confratres. [Reficiunt autem quoſdam ſacratiſſime in beatis inuiſibiliter contempla
tionibus]id eſt,ſcripturæ mundos corde ſaluberrime alunt,recreant,refrigerant,roborant.in= E
uiſibiliter autem,id eſt.ſpiritaliter contemplationibus beatis. Hi ſunt qui in præſenti inchoãt
vitam cœleſtem,quibus per Chriſtum crucifixus eſt mundus,& ipſi mundo: qui per donũ ſa=
Gala.6. pientiæ & myſticam theologiam,intenti ſunt contemplationibus ſupergloriosiſſimæ trinita=
tis ac ſimpliciſſime deitatis: & qualiter vnigenitus dei æternaliter ſuperincommutabiliter ge=
neretur à patre,& ſpirituſſanctus profluat ab vtroq;: qualiter hæ ſuperſublimiſſimæ perſonæ
ſe inuicem æternaliter intueantur,diligant,perfruantur quam reuerenter atq; attonite tota il=
la curia triumphãtis eccleſiæ,contemplationi,admirationi,dilectioni,venerationi ac laudibus
Can.5. illius ſummæ trinitatis inauertibiliter,indefeſſe ac gaudioſe ſtat infixa. De hac refectione viæ
Iſaiæ.65. ac patriæ loquuntur ſcripturæ,ſicut in Canticis: Comedite amici & bibite. Per Iſaiam quoq;
Pſal.35. dominus ait: Ecce ſerui mei comedent,& laudabunt præ exultatione cordis. Atq; in Pſalmo:
pſal.118. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Itemq;: Quam
dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo[complendo vniforme eorum]id eſt,par
*vnificantes tem intellectiuam in deo iam tranquillatam. [Vno & *vnificante]vtputa illo vno de quo vni=
Lucæ.10. tas ſumma in euangelio deprompſit: Vnum eſt neceſſarium,quod repletos à ſe,vnificat in ſe,id
Iohan.17. eſt,reducit,ſimplificat,& per charitatem omnes tales facit vnum in ſe & inter ſe,ſicut apud Io=
Actu.4. hannem proteſtatur: Omnes vnum ſint,ſicut tu pater in me,& ego in te,vt ſint conſummati in
vnum. Iuxta hunc modum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. Deniq; hoc
vno deus omnipotens replet quoſdam tam copioſe,vt ferre non queant exhuberantiam tan= F
tam,viribus deficientes atq; dicentes: Domine deus,contine vndas gratiæ tuæ. In quorum per
3.Ephren. ſona locutus eſt Ieremias: Factus eſt ſermo domini in corde meo quaſi ignis exęſtuans,clau=
Iere.20. ſusq; in oſſibus meis,& defeci,ferre non ſuſtinens. Et Pſalmiſta: Inflammatum eſt cor meum,
Pſal.72. & renes mei commutati ſunt,& ego ad nihilum redactus ſum & neſciui. De hoc glorioſus hic
autor infra tractatu de myſtica theologia,profundius ſcribit,vt ibi deo præſtante patebit. Se=
quitur de excluſione quorundam ab intuitu ſacramenti iſtius. [Quid autem]id eſt,quid dictu
rus ſum hic,niſi quod ſubditur: [Nonne & non omnino puros]id eſt,imperfectos & catechu=
menos ac energumenos[quorum iam memoriam fecimus,ordines clare abſoluit ſecundum
eundem ſynaxeos modum præſens nunc ſancta teletæ operatio]id eſt,vtiq; operatio,id eſt,cõ
ſecratio pręſens,id eſt,de qua nunc tracto,vtpote teletæ ſacramenti confirmationis,abſoluit.i.
à perfectis egredi iubet ordines,non puros omnino,id eſt,ordinatos & conſtitutos in congre=
gationibus imperfectorum dictorum ſecundum eundem modum ſynaxeos,id eſt,iuxta præ=
tactum modum,quo in celebratione euchariſtiæ exire præcipiuntur [ſolis in imaginibus vi=
dens obtutibus diuinis]id eſt,operatio iſta ſeu eccleſia operans iſta, videns nunc eccleſiaſtica
ſacramenta diuinis obtutibus,id eſt,deuotis inſpectionibus,in imaginibus ſolis,id eſt,tantum
ſub ſenſibilibus ſignis & ſacramentalibus ſymbolis,à quorũ intuitu corporali etiã præfatos ex
cludit[Et à ſolis immediate diuinis ſacratiſſimis hierarchicis anagogis inſpecta & ſacrificata]
id eſt,my



A i.myſteria iſta immediate inſpiciunt & cõſecrant à ſolis viris diuinis, valde ſacratis anagogis
hierarchicis.i.ſurſum ductiõib9 cõtẽplatiuis eccleſiaſticis,q viri exteriora ſacramentalia ſigna
corporalit intuẽdo,ſpiritalit eleuãt & cõtẽplãt cõtẽta ſub exteriorib9 formis ac ſignis. Vel ſic=
ut interdũ ꝓhabitũ eſt,hoc oportet ſane intelligi:q nõ ſolũ à iuſtis,ſed etiã ab impijs ſacramẽ
ta eccle vere cõſecrãt & adminiſtrãt de facto,nõ de iure,imó indecẽt & vitioſe. [Hæc ergo iã=
ſępe à nobis dicta,ſuꝑfluũ nobis ẽ,vt ęſtimo,eiſdẽ reuoluere ꝟbis]Vñ apparet,ꝙd ſub alijs ꝟbis
cũ additiõe ſeu ſubtractiõe aut interpoſitiõe moderatis poſſint vtilit repeti[& nõ ad ea quę de
inde ſũt trãſcẽdere].i.nõ ꝓcedere ad ea quę reſtãt dicẽda,iſtis trãſcẽſis.[Sũmũ ſacerdotẽ diuini
tus vidẽtes à duodecim pennis circumuelatum,habentẽ diuinũ myron]id eſt,nos videntes ſa=
cerdotẽ ſummum diuinitus.i.epiſcopum ex diuina ordinatione ſupremum,habentem myrõ,
id eſt,chriſma diuinum circunligatũ à duodecim pennis materialiter.i.totidẽ alis[& ſanctiſſi=
mam in ea conſummationẽ ſacrificantem.i.ſacre efficientẽ in eo.i.per ipſum chriſma conſum
mationẽ.i.perfectionem in confirmatis,ſicut expoſitũ eſt.[Videamus ergo quomodo eſt my †D.cammi.
ri cõpoſitio].i.confectio chriſmatis ex ꝗbus fiat materijs. [Congregatio quædã eſt bene ſpi=
rantium materiarum,in ſe copioſe habens qualitates odoriferas].i.fit quædam collectio ſpe=
cierũ ſuauiter fragrantiũ[quantũ accipiẽtes olfaciunt ſecundũ analogiã tanto ingenite eis bo=
no odore participationis].i.quanto plus aliq ſumunt de illis odoriferis materijs ſecundũ cõ=
gruã proportionẽ cõmixtionis ipſarũ,tanto afficiuntur odore bono participationis ingenitæ,
id eſt,cõmunicationis,quã faciũt illæ materię ex ſua natura. [Credimus aũt diuiniſſimũ Ieſum
eſſe ſupereſſentialiter ſuaue olentẽ].i.credimus ꝙd Ieſus vnigenitus dei,ſecundũ naturã ſuam
diuinã ſit ſubſtantialiter dulcis in ſe,penitusq; infinitæ dulcedinis, q ſecundũ ſuã hũanitatem
participauit dona diuina tã gratiæ quã gloriæ,& perfectiones ac proprietates diuinas ineffabi
B liter præ cunctis creatis. Propter quod ſecundũ aſſumptã naturã diuiniſſimus nuncupatur[in
uiſibilibus diſtributiõibus intellectuale noſtrũ replentẽ diuina delectatiõe] .i. implentẽ partẽ
noſtrã intellectiuã conſolatione interna per inuiſibilia munera gratiæ ac virtutũ atq; donorũ, Ariſto.
in quorũ actibus conſiſtunt delectationes ſpirituales valde,præſertim in actibus ſapientiæ &
charitatis,cũ & teſte Philoſopho philoſophia habeat delectationes admirabiles ſibi admixtas Eccle.32.
propterea in Eccleſiaſtico dicitur: Benedic deũ inebriãtem te ab omnibus bonis ſuis. ¶ Prępte=
rea aduertendũ,quod delectatio vocatur diuina dupliciter. Primo,qm̃ eſt de diuino & increa
to obiecto. Secundo,qm̃ eſt de creatis obiectis in deo,ſecundũ deum,ſeu per reſpectum ad eũ.
[Ipſa enim ſenſibilium ſuauitatum aſſumptio]id eſt,experientia ſeu odoratio[ſaturitatem fa=
cit]id eſt,repletionem in olfactu[& nutrit cum delectatione multa olfaciẽdum diſcretiuum]
id eſt, ſenſus olfactus,quo percipiunt & diſcernũt odores,& plane ſicut mirabiliter afflictiuus *ſenſus olfactiuus.
eſt fœtor,ſic vehementer delectat odor prædulcis: quo quidam interdum tam valide fuerunt
recreati,repleti ac refecti,quod multis diebus nec cibum ſumpſerunt,nec potum,imó nec appe
tierunt [Siquidem †ille ſumpſit,& ad bene olax in commenſuratione compactũ]id eſt,diſcre= †ille ſumpſit
tiuus odorum hauſit bene compactum, id eſt,odorem ſibi conuenientem in commenſuratio=
ne,id eſt,in habitudine & proportione ad diſpoſitionem ſui olfactus. [Et proportionabiliter
C ſi quis dixerit intellectuales noſtras virtutes aduerſus in malum minorationem incorruptibi=
liter diſpoſitas]id eſt,ſi quis iuxta modum huius proportionis,quæ eſt inter olfactum corpo=
ralem & ſpiritualem,dixerit vires noſtras intellectuales diſpoſitas eſſe incorruptibiliter aduer
ſus minorationem,id eſt,inclinationem & defluxionem in malum culpæ, ita quod quamuis
naturalis inclinatio,aptitudo,capacitas intellectus noſtri ac voluntatis ad ſcientiam ac virtu=
tes,poſſint per errores & vitia debilitari,infici,inhabilitari: non tamen totaliter deſtrui & au=
ferri,quod verum eſt[in ipſa,in nobis diſcretiui naturali valitudine] id eſt, in vigore naturali
noſtræ rationis,qua diſcernimus inter bonum & malum,inter verum & falſum,inter bonum
& melius ac optimum,& inter malum & peius ac peſſimum[ſecundum deificas mẽſuras].i.ſe
cundũ gradus diſpoſitionũ in naturalibus,prout vnus eſt acutioris ingenij,meliorisq; indolis
q̃ alter,quod eſt ſecundũ menſurã diuinæ donationis,iuxta illud Sapientis: Puer erã ingenio= Sapien.7.
ſus,& ſortitus ſum animam bonam. Et in libro de Ciuitate dei aſſerit Auguſtin9: Ingenioſum Auguſt.
naſci,eſt felicitatis. Vel ſecũdũ mẽſuras deifices.i. cõnaturales & innatas habitus primorũ prin
cipiorũ,tã in ſpeculabilibus q̃ in agibilib9,ex qb9 habitib9 naturalit & ꝗtũ ad fundamẽtũ.incor
ruptibilit inclinationẽ,aptitudinẽ ſeu capacitatẽ habemus ad verũ & bonũ. Hinc ſubdit[& co
adunatã animi ad deũ cõuerſionẽ].i.ſecũdũ ordinationẽ naturalẽ mẽtis creatæ ad creatorem.
Effectus ꝗppe

Pſal.30. Effectus quippe naturaliter ad ſuam conuertitur cauſam[in receptione diuinæ ſuaue olentiæ
Iacobi 1. fieri]id eſt,ad recipiendum & experiendum dulcedinem dei,iuxta illud Pſalmi:Quam magna D
Matt 6. multitudo dulcedinis tuæ domine[& beneficentia ſacra impleri]id eſt,affluentia beneficiorũ
Iohan.6. altiſſimi,qui dat omnibus affluenter[& diuiniſſimo alimento]De quo dicitur in oratione do
minica:Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Qui panis eſt Chriſtus, qui ait in
Iohanne:Ego ſum panis vitæ. Diuiniſſimum quoq; alimentum eſt euchariſtiæ ſacramentum,
†ſubſcribit contemplatio dei,confortatioq; ſpiritusſancti. [Non ergo myri ſymbolica compoſitio tanquã
informatione informium ipſum nobis†deſcribit Ieſum]id eſt,confectio iſta Chriſtũ non de
ſcribit,id eſt,non deſignat nobis Ieſum inconuenienter,velut ſi in formia ſignificentur per for
mata,intelligendo per informia,ea quæ non habent figuram aut formam eis congruentẽ. Dici
tur quoq; compoſitio myri ſeu chriſmatis ſymbolica,quia ſenſibilibus rebus&ſignis ac verbis
conſecratur & operitur. Compoſitio ergo myri ſignificat Ieſum:quia per res odoriferas ex qui
bus conficitur,congruenter & euidenter Chriſtus inſinuatur. Significat igitur Ieſum [exiſten
tem fontem diuinarum ſuauium receptiõum diuitem]id eſt,ſpiritalium dulcedinum deſuper
influxarum,& in mentibus creatis receptarum,cum ipſe ſit cauſa prima ac principalis omniũ
actionum bonarum & conuenientium obiectorum. Eſt enim exhuberantiſſimus fons omnis
Liber Cau. boni,de quo in libro de Cauſis aſſeritur:Primum eſt diues in ſe,& diues in alijs. Qui iuxta Apo
Roma.10. ſtolum ad Romanos,Eſt diues in omnes qui inuocant eũ[proportionibus diuinis *ad deifor
†deformiora. miora intellectualium reddentem]id eſt,qui reddit mentem creatam aptiorem,quam fuit vel
Hebræ.13. ex ſe eſt,ad deiformiora,id eſt,diuiniora obiecta ſeu opera intellectualium naturarum aut cõ
templationum,iuxta illud Apoſtoli:Deus aptet vos in omni bono. Et in Iohanne dicitur:Nõ
Iohan.3 poteſt homo accipere quicquam,niſi fuerit ei datum de cœlo. Hoc vero facit Chriſtus diuinis
proportionibus,id eſt,ſanctis coaptationibus,per quas efficit conuenientem habitudinem & E
Iohan.15. præparationem ad altiora ſuſcipienda & exercenda,iuxta illud:Omnem qui fert fructum,pur
gabit eum,vt fructum plus afferat[diuiniſſimos declarantem vapores]id eſt,oſtendentẽ ac im
partientem mentibus depuratis ſpiritualiſſimos odores ſupercœleſtium ſuauitatum,ita quod
ſpiramentum illarum venit ad eas in iſto exilio:quo recreati ſinguli talium,clamant ad ſpon
Canti.1. ſum:Trahe me poſt te,curremus ſimul in odorem vnguentorum tuorum. De talibus ſanctis
Hebræ.11. veteris legis dicitur ad Hebræos:Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti,non acceptis repromiſ
Canti.4. ſionibus,ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes. Hinc rurſus in Canticis ſponſa loquitur ſpõ
†pacifice. ſo,cœleſti odore tantiſper attracta:Odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata[in qui
bus animi * benefice delectati]id eſt,quibus odoribus & fragrantijs ſpiritus rationales ex be
Pſal.7. neficẽtia creatoris gratioſe & delicioſe refecti,iuxta illud pſalmi:Paraſti in dulcedine tua pau
peri deus[& diuinis aſſumptionibus repleti]id eſt,ſpiritusſancti viſitationibus refecti, quibus
Pſal.88. Pſal.64. eleuantur & aſſumuntur ad deum,ſecũdum illud in pſalmis:Domini eſt aſſumptio noſtra. Et
rurſus,Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti[eſca inuiſibili vtuntur]id eſt,internis & ſecretis ali
Iohan.4. monijs quæ ſunt actus virtuoſi,affectus flammigeri,conſolationes ſupernæ. Quibus mens ali
Matt.15. tur,roboratur,gaudet,creſcit,& ad ſtaturam perducitur elegantẽ. Vnde apud Iohannẽ Salua F
tor fatetur:Meus cibus eſt,vt faciã voluntatem patris mei. His alimonijs veſcuntur cõprehen
ſores in patria ſocietate ſobriiſſima & perfecta. Porro nos catelli pauperculi, vtcunq; & inter
dum reficimur de micis cadentibus & deſcendentibus de menſa dominorũ noſtrorũ. Quorũ
Thobi.12 vnus in libro Tobiæ faſſus eſt:Ego cibo & potu inuiſibili vtor, vnde & myſtice fertur in pſal
Pſal.64. mo:Paraſti cibum illorum,quoniam ita eſt præparatio eius[ad intellectuale eorũ introitu]. i
in greſſu diuinæ viſitationis ſeu ſpiritus ſummi viſitãtis in intellectiuam partem ipſorũ, qui in
grediendo ſpargit ſuauitatis ſuæ participationes in illos. Hinc ſubditur[iuxta diuinam parti
cipationẽ ſuaue olentiũ diſtributionũ]id eſt,ſecundum menſuram cõmunicationis diuinarũ
2.Cor.1. ſuauitatũ in mentes huiuſmodi,quibus quo copioſius dona hæc infunduntur,eo exhuberan
tius oblectantur,imó & alios conſolantur,dicente Apoſto:Benedictus deus qui cõſolatur nos
Actu.4. in omni tribulatione noſtra,vt poſſumus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt. Sic fre
Actu.2. quenter refecit & exhilarauit deus primitiuam eccleſiam,iuxta illud in Actis:Cum oraſſent di
Pſal.83. Pſal.33. ſcipuli,motus eſt locus in quo erant,& repleti ſunt ſpiritusſancto. Et in eodem dicitur libro:Su
mebant cibũ cũ exultatione & ſimplicitate cordis. Hinc dixit Pſalmiſta:Cor meũ & caro mea
exultauerunt in deũ viuũ. Itéq;:Guſtate & videte quoniã ſuauis eſt dominus. [Eſt autem(vt æ
ſtimo)clarũ,quia]id eſt,quod[ſuper nos eſſentijs vt diuinioribus fontalis ſuaue olentiæ retri
butio propinquiore]hoc eſt,retributio,id ẽ,remuneratio & frequens vel potius continuata cõ
municatio & infuſio ac odoratio dulcedinis radij fontalis,id eſt,luminis increati ſeu vnigeni
ti filij



A ti filij,q eſt ſplendor & radius lucis ac mentis paternæ,propinquior eſt eſſentijs ſuper nos,id ẽ,
ſupernis ſpiritibus,qui multo præclariores ſunt nobis in donis naturę,gratię ac gloriæ:quibus
communicatio chariſmatum diuinorum prius & abundantius communicatur, quam nobis Iſaiæ.64.
luteis & fragilibus vaſis:imó oculus viatoris non vidit,nec mens concepit,quæ,quanta & qua 1.Cor.2
qui venit ad baptiſmi regenerationem [vetus denudant] id eſt,exuunt [veſtimentum adhuc &
abſoluunt] ab impedimentis accedẽdi [& ad occaſum in abrenunciationem ſtatuunt] id eſt,du
C cunt illum ad occidentalem plagam templi,vt ibi renunciet Sathanæ & actibus eius. qui orien
ti,id eſt,Chriſto, aduerſatur,de quo loquitur Zacharias: Ecce vir,oriens nomen eius [& iterũ Zacha. 6.
ad ortum] id eſt,partem orientalem [traducunt] in ſignum quod diuinæ illuminationi iam p-
pinquauit. [Purgatiuę enim ſunt ordinationis & virtutis] id eſt, diaconi ſunt ordinis purgati-
ui,& vim habent purgandi [repellere vniuerſaliter iubẽtes aduenientibus]. i. ipſi diaconi iubẽtes
aduenientibus ad baptiſmũ repellere,vniuerſalit̃ id eſt,generaliter ac totaliter repellant & abij
ciant [prioris vitæ amictus]. i. cõſuetudinẽ & habitus vitioꝝ, q̃bus q̃ſi veſtimẽto fuerũt opti,iu Pſal. 108.
xta illud pſalmi: Operiãt ſicut diploide cõfuſiõe ſua [& prioris cõuerſatiõis tenebroſum]. i. cõ-
geriẽ tenebraꝝ ac caliginẽ paſſionũ priſtinæ vitæ,quæ potius fuit mors q̃ vita. De q̃ Salomon: Prouer. 4. Iudæ. 1.
Via,inq̃t,impioꝝ tenebroſa,neſciũt vbi currũt. De q̃ amictu alibi ſcriptũ ẽ: Odiẽtes eã quæ car
nalis ẽ,maculatã tunicã. Vñ & Paulus: Exuite,ait,veterẽ hoĩem cũ actib⁹ ſuis [oñdentes]. i. per Col. 3. * ſplendidas.
hãc corporalẽ nudationẽ mõſtrãtes eos oportere abijcere [& edocẽtes eos reordinandos]. i. à
prioribus inordinatiõibus reformãdos,ac ordinãdos in melius,vtputa [ex nõ lucentibus in lu
cẽtia trãſcẽdere]. i. ex cõſortio hoĩm vitijs obtenebratoꝝ,ad incorporationẽ fideliũ fide & grã
ſplẽdidoꝝ,pcedere,ſicut talibus ſcripſit Apl's: Fuiſtis aliq̃n tenebræ,nunc aũt lux in dño. Vnde Epheſ. 5. Iſaiæ. 42.
per Iſaiã dñs dixerat: Deducã cœcos in viã quam neſciunt. [Purgatiua ergo eſt miniſtratiua di-
ſpoſitio]. i. officiũ iſtud diaconoꝝ eſt purgatiuũ [in manifeſtiſſimas ſacerdotũ ſanctificatiões
reducẽs purgatos]. i. aptans & ducens ita mũdatos,ad claras & ſalubres illuminatiões ſacerdo † iudicans.
tũ [& impfectos† dijudicãs], i. ſalubrit̃ iudicãs p hoc,q̃d oñdit eis impfectionẽ ipſoꝝ,vt inde do Hebræ. 6.
lẽtes ac bñ erubeſcẽtes,accẽdãt & feſtinãt,ad meliora ac viciniora ſaluti. Hic ſubdit: [& inflãmãs

mundati

Ca. V. mundatiuis eloquiorum illuminationibus & doctrinis]id eſt,corda illorum accendens præ- D
Pſal.18. ceptis ſcripturarum illuminatiuis ac ſalutaribus documentis. Nempe vt ait Pſalmiſta, Præce-
Pſal.118. ptum domini lucidum,illuminãs oculos. Et rurſus:Lucerna,inquit,pedibus meis verbum tu-
Prouer.6. um domine,& lumen ſemitis meis. Hinc in Prouerbiorum libro inducitur. Mandata,lucerna
pro.4. Ieie.48. eſt:& lex,lux:& via vitæ,increpatio diſciplinæ:Deniq; hmõi mãdatiuę illuminatiões,ſunt ỽba
Philip.2. iſta ſcripturæ:Om̃i cuſtodia cuſtodi cor tuũ. Maledict⁹ q facit opus dei negligent. Cũ metu,ti-
more &tremore veſtrã ſalutẽ opamini.& cõſimilia pene innumera[& adhuc immũdos].i.nõ
dũ purgatos[ſacerdotibus incõfuſe ſeparãs].i.ab inordinato & imparato acceſſu ad illumina
tiones ſacerdotum prohibens,vt tactum eſt,inconfuſe.i.ordinate vel ſine illorum confuſione,
videlicet ſapienter & charitatiue.[Propter quod & ſanctis eam ſtatuit portis hierarchica legiſ
Nu.8.& 18 latio]id eſt,ob iſtud præfigurandum, legiſlatio hierarchica,i.præceptum legis Moſaicæ hie-
Eze.48. rarchicalis,quod in libro Numerorum & in vltima viſione Ezechielis habetur, ſtatuit eum.i.
diſpoſitionem miniſtrantium in templo,ordinauit ſtare ad portas ſeu ianuas templi,videlicet
ipſos miniſtros ſeu Leuitas[ad ſacra prouenientium introitum in perfectiſſimis purgationi-
bus inſinuans].i.lex ſtatuit hoc,inſinuans.i.per hoc deſignans.introitum prouenientiũ ad ſa-
cra.i.acceſſum pertingentium ad ſacra myſteria ac ſacramenta eccleſiæ,conſiſtere in purgatio-
nibus perfectiſſimis,quæ ad illuminationem & ſanctificationem præparant & perducunt. Vñ
Pſal.14. dicitur in pſalmo:Domine,quis habitabit in tabernaculo tuo?Qui ingreditur ſine macula. In
Exod.40. cuius figurationem etiam multi ſecundum legem immundi, prohibebãtur ab ingreſſu templi
tempore legis.&[ad ſanctas eorum inſpectiones & communicatiões acceſſum purgatiuis vir-
tutibus tradens]hoc eſt,aſſignans exercitijs viæ purgatiuæ ſeu actibus virtutũ purgatiuarum, vt
ſunt actus,pœnitentiæ & virtutũ moralium paſſiones reformantium,tanquam meritorijs, ac-
ceſſum ad *inſpectrices & communicationes ſacrorum locorum in myſteriorum ac ſacramen- E
†inſpectio-nes torum eccleſiæ[&per eas eos impollutos].i. per præuias illas purgationes ac præparationes[ac-
cipiens]illos fideles ſic mundatos,impollutos pro nunc,q̃uis antea fuerint inquinati,qualibus
1.Cor.6. ſcripſit Apoſtolus:Sed mũdati eſtis,ſed ſanctificati eſtis. Ex his includit theologus:[Oſtenſus
eſt ergo à nobis pontificũ qdam ordo conſummatiuus &]pro.i.[perfectiuus].i.modo decla
rauimus quod ordo præſulum habet ſanctificare, cõſummare ac perficere ſibi immediate ſub-
ditos & cõmiſſos.& ſimili ſenſu oſtenſus eſt à nobis ordo[ſacerdotũ illuminatiuus & lucidu-
cus]vt modo expoſitũ eſt.[Miniſtrantiũ vero].i.ordo diaconorum, oſtẽſus eſt à nobis eſſe[pur
gatiuus & diſcretiuus]iuxta expoſitionẽ nũc introductã[ſcilicet hierarchico].i.principali põ-
tificatiue[ordine]vnde alia habet tranſlatio,videlicet pontificalis ordo[non perficere tm̃,ſed
illuminare ſimul & mundare cognoſcente].i.ſic q̃d ordo pontificalis nouit & ſcit nõ ſolum p
ficere,ſed & illuminare,itẽq; purgare[&ſacerdotũ virtute habente].i.virtute ſacerdotũ ſeu po
tente ordine eorum,habente[in ſeipſa cũ illuminatiua & purgatiuã ſcientiã].i. vim & notitiam
mũdatiuã vna cũ virtute illuminatiua.[Ipſe qdem em̃ minores].i.inferiores poteſtates[in ea
quæ meliora ſunt,traſmouere non poſſunt].i.actũ ſublimiorum poteſtatũ nequeũt exercere,nec F
in ea perducere aut mouere,ad quæ ſuperiores poſſunt[eo q̃d iniuſtũ ſit eis ad huiuſmodi co-
nari maieſtatẽ].i.præſumptuoſum videretur inferioribus,niti ad ea agenda,quæ eorum gradum
limitẽ,vim,ordinẽ & menſuram tranſcendunt,cum ſcriptũ ſit:Non tranſgrediaris terminos q̃s
Deu.19. Prouer.22. fixerunt patres tui.[Ipſę aũt diuiniores virtutes cum proprijs & ſubiectas ſuæ perfectionis ſa-
cra ſcientia cognoſcunt]hoc eſt,diuiniores.i.excellentiores poteſtates & mentes.cognoſcunt
ſcientia,id eſt,cognitione ſacra perfectiõis ſuæ ſubiectas virtutes cum proprijs,id eſt, tam infe-
Liber Cau. riores virtutes quam proprias,imó vt in libro de Cauſis probatur:Omnis intelligentia ſcit ſu-
am ſcientiam,& ſcit quod ſupra ſe eſt, & quod infra eſt.[Similiter quoniam diuinarum ſunt
actionum imagines]id eſt,hoc quoque cognoſcunt virtutes prætactæ,quod actus earum,imó
& ipſemet,ſunt quædam imagines,id eſt,aſſimilationes & expreſſiones & imitationes diuina-
† ſignifica-tiuæ. rum operationum,id eſt,increatæ cognitionis & ordinationis dilectioniſq; dei[ipſæ* ſanctifi-
catæ diſpoſitiones]id eſt,ſanctæ angelicæ mentes ſapienter diſpoſitæ[bene ornati & inconfu-
ſi decoris]quoniam habent decorem in ſe,& inter ſe,ſpecioſum & incõfuſum ſeu inturbatum.
& quia fluxerunt à decore æterno diuino,quem repræſentant tanquã imagines eius[diuinarũ
opationũ in ſemetipſis oſtẽdẽtes illuminatiões ordinatas in primas&medias & vltimas ſacras
actiões & ordinatiões]hoc ẽ,mẽtes illę repſentãtes ſeu oñdẽtes in ſeipſis illuminatiões.i.cogni
tiões ſeu reuelatiões operũ diuinorum.ordinatas.i.diſtinctas in primas&medias ac vltimas.i.in
ſupmas & infimas,&medio modo ſe habentes,ſacras actiões &ordinatiões[in diſcretionibus
hierarchi-



A hierarchicis ordinatæ ſunt]id eſt,ſapienter diſtinctæ in choris atq; ordinibus ſuis[manifeſtan
tes(vt diximus)in ſeipſis diuinarum operationum ordinatum & inconfuſum]pulchrum pro
ceſſum,& decentiſſimum nexum actionum dei,quæ ſunt,purgare, illuminare, perficere. Vnde
ſubiungitur:[Quoniam enim diuinitas in quibuſcunq; ineſt,*animos purgat primum,deinde *animas.
illuminat,& illuminatos conſummat]id eſt,ex quo deus purgat animos,id eſt, intellectus ſeu
ſpiritus in quibuſcunq; per ẽ charitatem & gratiam, & eos deinde illuminat:non quod prius
tempore ſit purgare,quam illuminare aut perficere,præſertim in angelis,imó in re ipſa actus
iſti coincidunt,ſolaque ratione diſtinguuntur,vt ſunt hierarchici actus, ita quod idem actus
vt à diſſimilitudine ſeu neſcientia quadam mundans, vocatur purgatio:& vt veritatem oſten-
dens ſeu ipſa veritatis oſtenſio,dicitur illuminatio:& vt in deum reducens,fertur perfectio, at-
que conſideratus vt purgatio,præcedit ſeipſum conſideratum ſecundo modo,ſicq; deinceps&
illuminatos conſummat,id eſt,perficit[ad deiformem perfectionem]id eſt,ad hoc quod deo
ſupernaturaliter & ſublimiter conformentur[merito pontificalis diuinorum imaginum ] id
eſt,epiſcopalis poteſtas ſuprema virtutum iſtarum hierarchicarum, quæ ſunt imagines ſum-
mæ virtutis[indiſcretas ſeipſam alternat ordinationes]id eſt,in plures actus ſe variat.ſicq; q̃ſi
alternat,id eſt,alterum & alterum,hoc eſt,alio & alio modo habentem,ſe exhibet,& varias or-
dinationes,id eſt,varios actus ordinatos ſeu inſtitutiones facit diuerſas[& virtutes]id eſt,acti-
ones bonas potentes[*operoſe oſtendens diuinas operationes]id eſt,efficaciter exercẽs actus *aperte.
deo placentes,& ad ſuum ſpectantes officium,quemadmodum vnumquenq; epiſcopum ſan-
ctus Paulus hortatur:Labora ſicut bonus miles Chriſti[in ſanctiſſimis & incõfuſis ordinibus 2.Ti.mo.2.
B *ponderoſe & inconfuſe ſtatutas]id eſt,in ordinibus purgatiuorum & illuminatiuorum ac p- *põderate.
fectiuorum prouide conſiſtentes.[Sed quoniam ſanctificas ordinationes & partitiones,virtu-
teſq; eorum & operationes diximus]id eſt,trium ordinum horum diſpoſitiones, diuiſiones,
vires & opera determinauimus[quantũ nobis poſſibile eſt moderata virtute[& ſacratiſſimas
earum quantũ potẽtes ſumus,inſpiciamus conſummationes].i.pfectiuas &pfectiſſimas iactiões.

## ¶MYSTERIVM SANCTIFICATIVVM CONSVMMATIONVM.

### Articulus. IX.

SVmmus ſacerdos]id eſt,ordinandus & conſecrandus in ſummum ſacerdotem,ad[hie
rarchicam conſummationem]id eſt,epiſcopalem conſecrationem [ accedens pede v-
troque ante conſpectum diuini altaris ] Alia tranſlatio habet genu poſito ante altare.
ideo ſenſus eſt,quod vtroq; genu flexu coram altari[ſuper caput habet deo tradita elo-
quia] id eſt,librum aliquem ſacræ ſcripturæ. Vna autem litera habet, Euangelia & hierarchi-
cam manum]id eſt,manum epiſcopi conſecrantis.[Et hoc modo proficiente eum]vtputa cõ-
ſecrandum[ſummo ſacerdote]id eſt,epiſcopo conſecrante[ſanctiſſimis inuocationibus]id ẽ,
deuotiſſimis præcibus[conſummatur]id eſt,ordinatur in præſulem. ¶Sequitur de conſecra-
tione ſacerdotis. ¶[Sacerdos autem vtroq; pede inclinans]id eſt,ordinãdus in ſacerdotem, SACERDOTVM
ambo genua flectens[in conſpectu diuini altaris. ſuper caput habet hierarchicam dexteram] CONSECRATIO
C .i.manum dexterã epiſcopi ipſum conſecrantis[&hoc modo à perficiente eũ ſummo ſacerdo
te ſacrificis inuocationibus].i.orationibus quæ deo inſtar ſacrificij offeruntur,iuxta illud:Di-
rigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo[ſanctificatur].i.in ſacerdotem ordinatur.
¶Sequitur de ordinatione diaconi. ¶[Miniſter vero].i.in diaconũ ordinãdus[vnũ de pedi-
bus inclinans].i.vnũ genu flectens[in cõſpectu altaris ſup caput habet pficientis]·i. ordinãtis Pſal.140.
[eũ ſummi ſacerdotis dexterã,†cõſecrãdus ab ipſo miniſtrantiũ cõſummatiuis inuocatiõibus] Diaconi ordinatio.
.i.p oratiões quæ dicunt cõſummatiua ordinatiõe diaconorum.[Vnicuiq; aũt eorum].i. tã cõſecrã †pficiẽdus
do in epiſcopũ,q̃ cõſecrandis in ſacerdotẽ atq; diaconũ[cruciforme ſignat].i.ſignaculũ crucis
imprimit[à pficiẽte].i.cõſecrãte[ſummo ſacerdote ſignaculũ &p vnũquẽq; p̃dicatio fit ſacra]
vniuſcuiuſq; iſtorum nomẽ recitabat,vt notificaret ordinatio ei⁹:&forſan ab epiſcopo vnuſqſq;
illorum admonebat,ad cõuerſandũ cõdigne ſuſcepto officio[& cõſummatiua ſalutatio].i. val-
de charitatiua ſalutis impcatio cũ deoſculatiõe[ſalutãte oĩ diuino p̃ſente viro].i.toto choro,p
motũ[& cõſummãte ſummo ſacerdote ad aliqd dictarum diuinarum ordinationũ cõſummatũ],i.
epiſcopo cõſecrãte,cõplẽte cõſecrationę eius q ad aliquẽ horum ordinũ puehebat. Deniq; S. Dio
nyſi⁹ breuit iſta recitat & cõſcribit,nec oĩa exprimit quæ in horum cõſecratiõe fiebãt.nec formas
ſacramẽtaliũ ỽborum,nec ſenſibilia ſymbola quæ tãgebãt:atq; vt ex ſupficie lr̃æ hui⁹ apparet, ab
vno ſolo epiſcopo tũc poterat epiſcopus cõſecrari,q̃d & aliq hic affirmãt.nec exprimit hic, an
epiſcopus cõſecrãs,archiepiſcopus fuerit. Verũtñ in Sũmis qbuſdã habet,ꝙ ternari⁹ nũer⁹ epi
ſcoporum,ẽ de ſubſtãtialibus cõſecratiõis,ita ꝙ ſi à paucioribus conſecrarentur,nil ageretur.
Theoria.

❡THEORIA, ritus præſcripti & de rationibus ac ſignificationibus prædictorum. Arti. X.

D Communia quidem ſunt] Primo hic tangitur, in quibus præinductæ conſecrationes conueniant: deinde, in quibus abinuicem diſtinguantur. Communia quidem ſunt [ſummis ſacerdotibus & ſacerdotibus & miniſtris] id eſt, epiſcopis & inferioribus presbyteris, itemq; diaconis iſta ſunt [in ſanctificatiuis eorum conſummationibus] id eſt, in eorum conſecrationibus [ad diuinum altare acceſſus & inclinatio] id eſt, genuflexio [hierarchicæ manus impoſitio] id eſt, impoſitio manus epiſcopi conſecrantis ſuper eorum capita [cruciforme ſignaculum] id eſt, impreſſio ſigni crucis [præconium] id eſt, prætacta recitatio eius ex nomine, vel atteſtatio de ſuo idoneitate [conſummatiua ſalutatio] modo expoſita, [Separata autem & diſcreta] id eſt, propria ſingulis ordinum, ſunt hęc [ſummis quidem ſacerdotibus] id eſt, epiſcopis propria ſunt [eloquiorum ſuper caput impoſitio] id eſt, poſitio libri ſacræ ſcripturæ ſuper caput [non habētibus hoc minoribus ordinibus] quia nec ſacerdoti, nec epiſcopo, neq; diacono fit hoc. [Sacerdotibus vero, ambobus pedibus inclinatio] id eſt, ſacerdotibus competit in ſua ordinatione flectere genu vtrunq; [non habente hoc miniſtrantium conſummatione] id eſt, ipſis diaconis in eorum ordinatione. [Miniſtri enim, vt dictum eſt] id eſt, diaconi [vnum inclinant de pedibus tantum] id eſt, vnum gęnu duntaxat.

❡Sequitur de horum ſignificatione. [Ergo ad diuinum altare acceſſus & ſufflexio] id ē, genuflexio [inſinuat] id eſt, deſignat [omnibus ſanctifice perficiendis] id eſt, conſecrandis [ſuperponere vniuerſaliter conſummationis principi deo] id eſt, ſubijcere deo totius perfectiōis datori ac regi, qui ſolus abſolute perfectus eſt [propriam vitam & ſuam intellectualem vniuerſitatem] id eſt, omnes vires ſuas ex ſua natura, aut per participationem rationales, regendo eas p rationis imperium & per virtutes morales, compeſcendo impetus paſſionum [caſtiſſimam ipſi oblatam] id eſt, acceptione ſacrorum ordinum deo deputatam, ad hoc vt caſtiſſima ſit, iuxta illud in Eccleſiaſtico: Eccle.18. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere [& conformem] E id eſt, reformatam virtutibus, non vitijs reformatam [& vt poſſibile eſt, dignam exiſtentē diuino & ſanctiſſimo & ſacerdotali altari] id eſt, ad agendū ea quæ in altari aguntur, & præſertim ad accedendum dominum Ieſum Chriſtum, qui eſt altare intellectuale vere ſanctiſſimū per quem & in quo offerenda ſunt deo patri, quicquid ad eius honorem & cultum offerimus, vt meritis Chriſti ſuppleatur, quicquid ex parte noſtri, defectuoſitatis occurrerit [offerēte ſanctifice deiformes intellectus] id eſt, diuiniſſimo altari, ſcilicet Chriſto, offerente deo patri ſanctifice, id eſt, ſanctificante affectu, deuotione & puritate intellectus deiformes, id eſt, animas rationales deo gratioſe aſſimilatas, quas ſaluator patri offert tanquam ſua paſſione recuperatas, & patri per fidē, ſpem & charitatem deſponſatas, vt finalem gratiam & gloriam conſequantur. 1.Iohan.2. Nam & Chriſtus ſecundum quod homo & mediator, interpellat pro nobis. De quo in prima Iohannis habetur epiſtola: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum: & ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris. Hebræ.7. Vnde & ad Hebræos ſcriptū eſt: F Chriſtus ſaluare poteſt in perpetuum, accedens per ſemetipſum ad deum, ſemper viuēs ad interpellandum pro nobis. Præterea de hoc altari in miſſa præcamur: Iube hæc perferri per manus ſancti angeli tui in ſublime altare tuū. Poteſt item exponi hic paſſus de materiali altari, quod dicitur ſanctiſſimum: quia ad ſanctiſſima in eo agenda dedicatū, quod materialiter offert ea quæ offeruntur in eo, quemadmodum inanimata & irrationalia benedicere & laudare deum dicūtur [hierarchicæ autem manus impoſitio] id eſt, poſitio manus epiſcopi conſecrantis ſuper eū quem ordinat [ſimiliter quidem manifeſtat] id eſt, palam deſignat & ſuo modo cooperatur [pfectiuam principalem protectionem] id eſt, diuinam defenſiōem ſuper ordinatum, iuxta illud pſalmi: Pſal.16. Sub vmbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum qui me afflixerūt. Et in Iſaia dicitur: Iſaiæ.49. Sub tegumento manus ſuæ protexit me [ſub qua tanquam diſciplinis ſancti cuſtodiuntur paterne] id eſt, ſub qua pia tuitione electi in hac vita conſeruantur, & à periculis eruunt miſericordiſſime, tanquam ſub diſciplinis, id eſt, doctrinalibus directionibus, imó & quaſi ſub paternalibus caſtigationibus, pijſſimiſq; flagellis. vt in Ieremia proteſtatur: Iere.30. Caſtigo te in iudicio, id eſt, diſcretione, vt non tibi innoxius videaris. Non autem te faciam in conſummationem. Hebræ.12. Hinc ad Hebræos ſcriptum eſt: Quis filius quem nō corripit pater? Quod ſi extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri, & non filij eſtis. De quo in Prouerbiorum libro ſaluberrimo edocetur: Pro.3. Diſciplinam domini fili mi ne abijcias, & ne deficias cum ab eo corriperis. Quem enim diligit dominus, corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi. Hoc eſt quod in Apocalypſi fatetur: Apoc.3. Ego quos amo, arguo & caſtigo. Qui ergo in corruptionibus & correctionibus indignatur & murmurat, de numero electorum dei eſſe recuſat [ipſis quidem habitum & virtutem ſanctificatiuā





donantem] hoc refertur ad id, quod ſupra iam protulit, hierarchicæ manus impoſitio manifeſtat A perfectiuam principalem virtutem. Et eſt ſenſus, ꝙ diuina illa protectio largitur fidelibus habitum gratiæ & virtutem qua ſanctificantur, iuxta illud Sapientis: Sapien.3. Quoniam dextera ſua teget eos, & brachio ſuo defendet illos [contrarias vero eis virtutes ſegregantem] id eſt, inuiſibilium hoſtium poteſtatem & crudelitatem & omnium inimicorum ſalutis eorum cateruam repellentem ab eis, & hoc ſecundū ordinem ſapientiæ ac prouidentiæ ſuæ & ſuperdigniſſimi beneplaciti ſui, ac tempore præſtituto: quia ad tempus permittit eos tentari, vt magis promereantur, & glorioſius coronentur. De his contrarijs virtutibus ſcriptum eſt ad Epheſios: Ephe.6. Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. [Docet autem ſimul & om̄es perficere *ſanctificas operatiōes] *ſanctificatiuas id eſt, ſubuentio ſeu protectio illa diuina, imó ipſemet protegens deus, docet ſuos fideles perficere ſimul, id eſt, pariter ſeu tempore oportuno. operationes om̄es ſanctificas, id eſt, virtuoſas, per quas formaliter ſancti efficimur. Oportet enim om̄es illas exequi & implere, cum Iacobus dicat: Iacobi.2. Quicunq; totam legem impleuerit, offendat autē in vno, factus eſt omniū reus [tāquam ſub deo agentes perfectos] id eſt, tanquam diſcipulos & miniſtros ſub dei præceptis viuentes, & ei totis viribus ſeruientes: ideo diriguntur in cunctis ab eo, & donis ſpirituſſancti mouentur ac edocentur: quia vt dicitur ad Romanos, Roma.8. Quicunq; ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Hos vnctio docet de omnibus, quemadmodum vni talium ſcripſit Apoſtolus: 1.Iohan.2. 2.Timo.2. Dabit tibi dominus B de omnibus intellectum. Propter hoc ſanctus hic pater affirmat, quod agunt ſub deo. Etenim deus operatur in eis & per eos, ſicut orauit Apoſtolus: 1.Cor.16. Faciat in vobis quod placet coram ſe [& propriarum operationum eum habentes ducem] Deus ergo iuſtos ducit per ſalutis itinera, ſicut vir ſanctus gratanter fatetur: Pſal.72. Tenuiſti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxiſti me. Hinc Sapiens loquitur: Sapien.10. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas. Hinc ſicut infantuli egent curriculo quo ambulare aſſueſcant, ſine quo protinus corruunt: ita & nos niſi ſuperpijſſimum deum habeamus inceſſanter ductorem, mox labimur. Quis ergo poteſt præſumere, aut in ſe confidere, aut inaniter gloriari? [Cruciforme autem ſignaculū] id eſt, impreſſio ſigni crucis in ordinatis, deſignat [omnium *ſimiliter carnalium concupiſcentiarum interdictionem] *ſimul id eſt, prohibitionem & deteſtationem. Nempe vt aſſerit ſanctus Paulus, Galatas.5. Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifigunt cum vitijs & concupiſcentijs. & ipſemet ait: Lucæ.9. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat ſuam crucem quotidie, & ſequatur me [& dei imitatricem vitam] id eſt, Chriſtiformem conuerſationem, ſicut ſanctus depromſit Iohannes: 1.Iohan.2. Qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare [reſpiciētem recte in virilem Ieſum] id eſt, ſapienter & inflexibiliter conſiderantem atq; ſectantē pro viribus præcepta & opera Chriſti, documenta & exempla ipſius, vt impleat illud in Pſalmo: Pſal.1. In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. Porro Ieſus in oīb⁹ prorſus viriliſſimus fuit, ꝗ nec proſperis frangebatur, neq; aduerſis, nec cominationibus, nec blandimentis [& in diuiniſſimam vitam] eius, qui à primo ſuæ conceptionis inſtante in virgine, nullo momento ceſſauit à beatifi C ca contemplatione & ſuauiſſima deitatis fruitione: nec ceſſauit pro hominum ſalute offerre ſe patri, orando & ad paſſionē ſe paratiſſimum exhibendo: & vniuerſa quæ fecit ac pertulit, ad noſtram deuotiſſime ordinando ſalutem [vſq; ad crucem & mortem] incluſiue in quibus oblationem ſuam pro nobis compleuit. ſicq; tota vita eius, in mundo, fuit celebratio vna continua: debemus ergo & nos conuerſationem eius penſare, ac imitari vſq; ad mortem noſtram, perſeuerando in finem: & etiam pro eius amore & honore, ſuſtinendo (ſi detur occaſio) libenter quodcunq; mortis ſupplicium, iuxta illud primæ Petri: Matt.24. 1.Petri.4. Chriſto paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Et denuo: Ibidem. Communicantes, inquit, Chriſti paſſionibus gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis. Sic ergo intueamur & imitemur virilitatem Ieſu [cum diuina impeccabilitate venientis] id eſt, qui per incarnationem deſcendit ad homines cum impeccabilitate diuina, quia ſecundum naturam diuinam impeccabilis fuit omnino, & ſecundum aſſumptam naturam ſumme confirmatus fuit in bono, vtputa fruens beatifice deo, quantum ad ſuperiorem animæ partem [& ſic viuentes tanquam conformes ſignantis in cruciformi propriæ impeccabilitatis imagine] id eſt, ſic Chriſtiformiter conuerſantes, tāquam per gratiam aſſimilati & ſimiles, filij dei, ſignantis nos cruciformi imagine, id eſt, crucis ſignaculo, quod eſt imago ſeu imitatio & figura impeccabilitatis Chriſti: quia per crucis ſignationem ſignificatur, quod Gala.2. Gala.6. de cætero ſimus mortui mundo & nobiſipſis, vt cum Apoſtolo dicere valeamus: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus. Et iterū: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Vel tanquā cōformes Chri

Ca. V.
Roma. 8. ſti, ſignantis vos, id eſt, inter ſuas oues nos computantis, dãdo nobis pignus ſpiritus & arram D
Ephe. 1. deſponſationis internæ, ſicut ſcripſit Apoſtolus, qui etiam proteſtatur: Signati eſtis in illo. Ima
gine cruciformi impeccabilitatis Chriſti, id eſt, fideli & virtuoſa imitatiõe vitæ illius, cui quo
amplius propinquamus & conformamur, eo plus in charitate & gratia roboramur: atque per
hoc impeccabilitatem ipſius participamus, non perfecte aſſequimur. Participamus, inquam,
1. Iohan. 2. non tam faciliter in mortalia corruendo, neq; tam ſæpe in venialia. Hinc in ſua prima canoni
1. Iohan. 3. ca beatus ait Iohannes: Hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Et rurſus: Omis qui natus eſt ex deo,
non peccat. Ad hoc iugiter ſtudeamus, vt quantũ ſinit infelix noſtra fragilitas, non peccemus,
Iſaiæ. 27. i. dominũ deum noſtrum non inhonoremus nec offendamus. Peccatum nãq; eſt infinitæ fu
gibilitatis. Hinc loquitur Iſaias: Hic eſt omnis fructus, vt auferatur iniquitas. hoc erit, ſi omni
potentis dei ac iudicis ſummi præſentiam aſſidue ac profunde penſemus. Præterea quid deſi
gnet præinducta recitatio ordinandorum, ſubiungitur: [Sacram vero conſummationem & cõ
ſummandorum prædicationem ſummus ſacerdos reboat] id eſt, epiſcopus alte pronunciat pͤ
dicationem ſacram, id eſt, appellationem ſanctam tam promouendorum ad ordines, quam or
dinum ad quos promouebuntur. Vtrunque etenim horum clamauit epiſcopus [mysterio de
clarante] id eſt, reboatione illa ſpiritaliter deſignante [quomodo amicus dei ſanctificator] id
eſt, qualiter epiſcopus conſecrator ob ſuam ſanctitatem amicus dei vocatus, quemadmodum
Iſaiæ. 41. per Iſaiam dominus ait: Semen Abraam amici mei. De quo legitur in libro Iudich: Abrã per
Iudich. 8. multas tribulationes probatus, amicus dei effectus eſt [manifeſtator eſt diuinæ electionis] id
eſt, ſua roboatione inſinuat illum quem nominat, non propria præſumptione ad ſuſceptiõem
ordinis ſacri veniſſe, ſed quaſi diuinitus inſpiratum: cuius inſpirationis ſeu electiõis epiſcopus E
manifeſtator eſt, non autor ſicut nunc ſubditur [non ipſe propria gratia perficiendos in ſan
ctificatiuam ducens conſummationem] id eſt, non ipſe epiſcopus ducens, id eſt, promouens,
gratia propria, id eſt, proprio dono vel autoritate. Vel propria gratia, id ẽ, amore priuato eius
quem promouet perficiendos, id eſt, promouendos in conſummationem ſanctificatiuam, id
eſt, ad ordinem ad quem pertinet alios cõſummare, id eſt, perficere [ſed à deo motus in omẽs
hierarchicas ſanctificationes] id eſt, ex diſpoſitione diuina, cuius ipſe eſt velut inſtrumentum
& executor, in quaſcunq; ſanctificationes aut conſecrationes alijs largiẽdas. Quod conſequẽ
ter probat exemplis. [Sic Moſes legalis ſanctificator] id eſt conſecrator miniſtrorum dei ſub
lege data per ipſum [neq; fratrem qui eſt Aaron] id eſt, nec fratrem ſuum, Aaron nomine [in
ſacerdotalem conſummationem ducit] id eſt, ad pontificalem prouehit dignitatem, cuius eſt
Sanctificum. alios conſummare [& amicum dei ſe eſſe & ſanctificatum æſtimans] id eſt, quamuis pro cer
Exod. 33. to ex diuina reuelatione cognoſceret ſe eſſe dei amicum ac hominem ſanctum, cui iam in Exo
Ibidem. do dominus dixerat: Inueniſti gratiam coram me: Et: Teipſum noui ex nomine. Qui & in Deu
Deut. 33. teronomio loquitur de ſeipſo ad Leui: Perfectio tua & doctrina tua à viro ſancto tuo [donec
ſacerdotale hierarchice perfectiõis perfecit. diuinitus in hoc motus] id eſt, quouſq; deſuper iuſſus [à perfectiõis principe deo + ſacerdotium
perfecit]. i. ipſum Aaron principẽ ſacerdotum conſtituit, vt in Leuitico legitur. [Sed & ipſe di
uinus noſter & primus ſanctificus (factus eſt em̃ & hoc propter nos humaniſſimus) Ieſus] id ẽ,
Leuit. 8. hic. ipſe Ieſus humaniſſimus. i. pijſſimus, diuiniſſimus noſter & primꝰ ſanctificus. i. ſummus noſter
ſanctificator ac põtifex, q verus ẽ deꝰ ab ęterno: & diuinus, q̊ ad aſſumptã naturã, ſecũdũ quã dẽ
nõ ad mẽſurã ſpiritũ accepiſſe. Et interpoſitorie addit, factus ẽ em̃ & hoc ꝓpter nos. i. ꝑ nr̃a ſa
lute factus ẽ hõ & ſacerdos in aſſumpta hũanitate [nõ ſeipſum glorificauit]. i. ex ſeipſo ſecũdũ
naturã hũanã nõ exaltauit ſe, ſacerdotiũ ſibi aſſumẽdo aut aſcribendo [vt eloqa aiũt]. i. prout
Iohan. 8. ſcripturæ teſtant [ſed qui locutus eſt ad eũ] in pſalmo: [Tu es ſacerdos in ęternum ſecundum
Pſal. 109. ordinem Melchiſidec] vtputa deus pater, de q̊ ibidẽ: Iurauit dñs, & nõ pœnitebit eũ, tu es ſacer
Ibidem. dos in æternũ. De his Apoſtolus ad Hebræos ſcripſit diffuſe: Nemo, inquiens, aſſumit ſibi ho
Hebræ. 5. norẽ, ſed qui vocatur à deo tanquã Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pon
Lucæ. 22. tifex fieret, ſed q locutus ẽ ad deũ: Filius meus es tu, ego hodie genui te. &c. [Propꝛ quod & ipſe
in ſacerdotalem conſummationem ducens diſcipulos] id eſt, apoſtolos ad ſacerdotium pro
mouens: quod fecit in cœna, dicendo: Hoc facite in meam cõmemorationem, vt alibi ex docto
ribus ſolidis copioſe oſtendi [& quidẽ ſubſiſtens vt deus perfectionis princeps] id eſt, ſecundũ
1. Reg. 2. diuinitatis ſuæ naturã exiſtens ſummus princeps & magiſter per autoritatem, & ſcientiarum
Matt. 23. omnium dator, de quo dicitur primo libro Regum: Deus ſcientiarum dñs eſt. Qui & in euange
Coloſſ. 2. lio conteſtatur: Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Qui & ſecundum naturã aſſumptã præ om̃i
Eſaiæ. 9. creatura fuit plenus ſcientia, tamen finita. In quo ſecundum Apoſtolum ſunt omnes theſauri
ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ dei abſconditi. Vnde & ait Iſaias: Vocabit princeps pacis. [vñ in ſanctiſſimũ
ſuum



A ſuum patrem & diuinum ſpiritum] id eſt, in deum patrem ſubſtantialiter ſanctum, & in ſpiri
tum ſanctum [perfectionis principalem retulit hierarchicæ perfectionem] id eſt, reduxit perfe
ctionem principalem, id eſt, primam & increatam perfectiõem, quæ eſt cauſa & fons totius hie
rarchicæ perfectionis. Hoc eſt, Chriſtus ſecundum quod homo, omnem perfectionem ſuam
creatam & eccleſiaſticam poteſtatem aſcripſit patri atq; ſpiritui ſancto, imò & ſibijpſi ſecundũ
quod eſt verbum æternum: quoniam tota ſupergloriosiſſima trinitas ẽ vnus verus deus, ſum
me & ſolus abſolute perfectus, & ſumma ac vna perfectio increata, ſeparata, in ſe & per ſe ſubſi
ſtens [annuncians diſcipulis, vt eloquia aiunt ab Ieroſolymis non recedere, ſed expectare pro Actuum. 1.
miſſionem patris, quam audiſtis mei] qui per me ſpopondit & locutus eſt vobis [quia vos ba
ptizabimini in ſpiritu ſancto] Sicut em̃ ſcriptum eſt in Actis: Cõueſcens, id eſt, cum diſcipulis
manducans, in die videlicet aſcenſionis, in cœnaculo quod in Ieruſalẽ fuit, præcepit eis ab Hie
roſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris: quã audiſtis, inquit, per os me Lucæ. 26.
um. Porro de illa promiſſione legitur in Luca: Dixit eis, Sedete in ciuitate quoadusq; induami
ni virtute ex alto. Et ego mittam promiſſum patris mei in vos. De qua re Chriſtus in ſermone Iohan. 16
poſt cœnam ſæpius tetigit: Cum venerit, inquiens, paracletus quem ego mittam vobis à patre
& cætera. Præterea conſtat quod Apoſtoli erant baptizati à Chriſto eiꝰ baptiſmate ante ipſius Auguſt.
paſſionem, ſecundum Auguſtinum, dempto Paulo, quem poſtea conuerſum baptizauit Ana Actu. 9.
nias. Baptizatio igitur de qua hic ſermo, fuit ſpiritalis lotio, vnctio & repletio ſpiritusſancti.
¶ Sequitur aliud quod difficultate non caret. [Et quidem & ipſe diſcipulorum vertex] videli
cet beatiſſimus Petrus, princeps, vertex & os apoſtolorum [cum coordinata ſibi hierarchica
C decade] id eſt, cum alijs decem apoſtolis eiuſdem ordinis ſecum, quamuis eorum ſuperior fue
rit, quemadmodum decanus eſt vnus canonicorum, & prior ſeu abbas, vnus eſt monachorum
[in duodenarij diſcipulorum veniens ſanctificaui conſummationem] id eſt, diſponẽs ſe ad cõ
plendum numerum duodecim apoſtolorum, quorum vnus perierat [in diuinitatis electiõem
timidus] id eſt, reuerenter ſe habens circa electionem reſtãtis, quæ potius ad ſpiritumſanctum
pertinuit [reliquit] id eſt, deo commiſit [oſtende, dicens, quem elegam] Noſtra trãſlatio habet,
quod apoſtoli duos ſtatuerũt, & orantes dixerunt: Domine, oſtende quem elegeris ex his duo
bus vnum. & cætera [& à diuina ſorte diuinitus oſtenſum in ſancti duodenarij hierarchicũ nu
merum recepit] id eſt, ipſum beatum Matthiam, ſuper quem cecidit ſors, ſuſcepit Petrus & alij Actu. 1.
in numeꝝ hierarchicũ duodenarij ſancti. i. ſcti agminis apoſtolorũ, ita quod ipſe fuit vnus il
lorum, vt legitur in Actis. [De diuina aũt ſorte huic Matthiæ data, alij quidem alia dixerunt]
id eſt, diuerſi diuerſa ſenſerunt [neq; recte, vt æſtimo] id eſt, quidam opinati ſunt aliter quã ve
rum puto. Sobrie loquitur, quia materia tangit ſcripturam canonicam, circa quã oportet timo
rate ac ſobrijſſime loqui. [Meum vero & ipſe ſenſum dicam] ſine pertinaci & temeraria aſſer
tione. Ideo ſubditur: [Videntur enim mihi eloquia ſortem nominaſſe, diuinum quoddam do
B num, declarans illi hierarchico choro à diuina electione oſtenſum] id eſt, mihi apparet quod
ſcriptura præallegata nominauit ſortem, aliquod donum aut ſignũ ſenſibile, manifeſtans cho
ro apoſtolorum oſtenſum, vtputa ipſum Matthiam, ex electione diuina eſſe accipiẽdũ. Cuius
& alia ſubditur ratio: [Præter enim aliquid diuinum ſummus ſacerdos non per ſeipſum mo
tus debet ſacerdotales facere perfectiones, id eſt, epiſcopus non per ſeipſum, id eſt, proprio mo
tu aut fauore, debet facere perfectiones ſacerdotales, id eſt, aliquos ad ſacerdotium aut pon
tifitium promouere, præter aliquod motiuum diuinum aut cœleſte vel ſupnaturale. Ideo ſub
ditur: [ſed deo ſubmouente] id eſt, ab intus agente & inſpirante [eas hierarchice, & cœlitus per
ficere] id eſt, ordinationes & promotiones illas peragere eccleſiaſtice, & cœleſti reuelatione in
tus aut extra oſtenſa. ¶ Iſtud interdum ſpeciali gratia datum & factum eſt, videlicet per deſcẽ
ſum columbæ, aut ſplendore mirabili deſuper radiante, aut angelo viſibiliter apparente, aut ꝑ
uia reuelatione, aut aliquo ſimili ſupernaturali effectu. non tamen oportet ſemper ſic fieri, nec
beatiſſimus Petrus legitur ſanctum Clementem ita inſtituiſſe. Ideo ſancti patres ordinauerũt
regularem & canonicum modum eligendi, & quod orationes debent præcedere, ac alia quędã Tho. Aq.
diuina, vt deus omnipotens dignetur dirigere, prouidere, complere. ¶ Præterea quæritur, An Leuit. 16 Nu. 33. 36.
licet per ſortes eligere, & quid ſentiendum de iſta ſancti Dionyſii poſitione circa electionẽ ſan 1. Reg. 10.
cti Matthiæ apoſtoli. ¶ De his ſuper Actus apoſtolorum plenius ſcripſi, quæ non oportet hic, Ioſuæ. 7 & 14.
iterare. Thomas quoque in Secunda Secundæ de his ſcripſit diffuſe. Breuiter autem tangendo Ioſu. 15 18 Prouer. 16
quidam magni dixerunt, quod electio illa Matthiæ per ſortem, fuit talis qualis in lege Moyſi
ſolita erat, qua & Samuel vſus eſt in promotione Saul in regem, & Ioſue in deprehenſione A
cham. De qua in Prouerbijs Salomon loquitur: Sortes mittuntur in ſinum, & à domino tem

 peran

Ca.V. perantur,&quod apoſtoli ante miſſionem ſpiritusſancti illa ſint vſi in electione Matthiæ, non D
Actu.6. autem poteſt illam in electione ſeptem diaconorum. Hæc eſt ſanctorum Hieronymi ac Bedæ
Hierony. Beda. poſitio. ſimiliter dicit Boethius, ꝙ prælatus non eſt ſorte eligendus, & hoc nunc communiter
Boethius obſeruatur. Inter tantos iudicare, non eſt paruitatis ac imperitiæ meæ. ¶ Sequitur de ſignifi-
catione ſalutationis. [Ipſa autem ad finem ſanctificæ conſummationis ſalutatio ſacram intel-
ligentiam habet] hoc eſt, ſalutatio ordinati cum oſculo charitatiuo in fine celebrationis, deſi-
gnat quid ſacrum, vt ſubditur. [Omnes enim quicunqꝫ aſſunt ſanctificis exiſtentes ordinibus]
id eſt, vniuerſi aſtantes, in ſanctis ordinibus exiſtentes. [Sed & ipſe perficiēs ſummus ſacerdos]
id eſt, epiſcopus ordinans [ſalutat perfectum] id eſt, ordinatum in ſacerdotem. [Cum enim
ſanctificatiuis habitudinibus & virtutibus] id eſt, ſacris ſcientijs, donis, virtutibusqꝫ infuſis [&
diuina vocatione] id eſt, inſpiratione [& ſanctificatione] id eſt, ſyncera depuratione [ad ſancti-
ficam perfectionem] id eſt, ſacram ordinationem & conſecrationem, in qua datur gratia & au-
getur [aduenit animus ſacer] id eſt, mens deuota ſeu ſpiritus virtuoſus, videlicet homo ordi-
nandus, intelligendo totum per partem [amabilis eſt coordinatis] id eſt, cæteris ſecum ordi-
Ariſtoteles dinatis. Similitudo enim eſt cauſa vna amoris. & vnumquodqꝫ totum habet de amabilitate,
quantum de bonitate, cum bonum ſit appetitus obiectum [& ſacratiſſimis ordinibus] id eſt, cō-
ſtitutis in illis [in deiformiſſimā ductus pulchritudinē] id eſt, ad decorem internum valde dei-
formem, increatæ pulchritudinis ſublimiter mutatiuum per excellentias actuum optimorū.
Amabilis inquam, eſt [æquiformibus amantibus animis] id eſt, cordibus in virtutibus ſibi æ- E
Eccle.13. qualibus, vel ſaltem conformibus. Etenim ſimile applaudit ſimili ſibi. Propter quod in Eccle-
ſiaſtico dicitur: Omne animal diligit ſimile, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad
ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſibi ſociabitur. Deniqꝫ conformitas gratiæ ac
virtutum venuſtorumqꝫ morum, multis efficacior eſt ad excitationem mutuæ dilectionis, quā
conformitas in natura & naturalibus. Similiter amor ſpiritalis potentior eſt naturali ac ſocia-
li atqꝫ carnali. Hinc inter veraciter virtuoſos, ſpiritales, perfectos, eſt ſynceriſſima, fortiſſima ac
Hierony. permanſiua dilectio. Idcirco dixit Hieronymus: Illa eſt ſola vera & ſpiritalis dilectio, ac gluti-
nio charitatis Chriſti ſociata, quam non cōmodum proprium aut carnalis affectio ſed virtutū
parilitas ac ſocietas ſtudij ſcripturarum conciliant, gignunt & nutriūt [& ab eis ſacre adiutus]
id eſt, animus virtuoſus & charitatiuus, à talibus amatoribus ſibi conformibus, in neceſſarijs &
honeſtis obſequijs pie ſubleuatus per opera miſericordiæ ſpiritualia & corporalia, ſicut horta-
Galatas 5. tur Apoſtolus: Per charitatem ſeruite in inuicem. Tales equidem implent præcepta legis natu-
Thobiæ.4. Prouer.18. ralis, quod ſibi fieri volunt rationabili voluntate, alijs prompte exhibētes: & quod ſibi fieri ra-
tionabiliter nolunt, nemini facientes. Et certe vt Salomon dixit: Frater qui ita iuuatur à fratre,
quaſi ciuitas munita. [Inde ad ſe inuicem ſanctifica ſalutatio ſacrificatur æquiformium animo-
rum] id eſt, hac de cauſa ſalutatio iſta ſanctitatem imprecans & procurans animorū in virtuti-
bus ſimilium, ſacrificatur, id eſt, ad dei honorem mutuo offertur [ſacram ſocietatē declarans]
Gaudij ortus qui. id eſt, oſtendens quod ita ſe ſalutantes, adinuicem habeant ſpiritalem & puram communicati- F
onem & ſodalitatem [& inter ſe inuicem amabilē lætitiam] id eſt, ſpiritalē iucunditatē. Gaudi-
um nanqꝫ oritur ex apprehenſione bonitatis conuenientis, & ex vnione potentię cum obiecto
Pſal.132. conuenienti. Tales autem apprehendunt ſe ſub ratiōe præcipui boni, & vnuſquiſqꝫ cognoſcit
Actu.4. 1.Cor.1. ſe amari ab alio. Ideo ſcriptum eſt: Ecce quam bonum & quā iucundū, habitare fratres in vnū,
quoꝝ eſt cor vnū & anima vna, ſicut admonet Paulus: Idipſum dicatis omnes, & non ſint in vo-
†formatiōe bis ſchiſmata [tanquam integre ſaluantem] hoc eſt, lætitiam ſaluantē, id eſt, conſeruantē ac nu-
†ſanctifica-tiua trientem [†formationem] id eſt, affectionē ſeu impreſſionē. Vel informationē [†ſanctificatiuā]
Spiritalis nanqꝫ exhilaratio mutua ſuauiter allicit, charitatē fouet, & bene agentes conſeruat in
opere [deiformiſſimam pulchritudinē] id eſt, ſpecioſitatē vitæ contemplatiuæ, quæ ſanctam &
mutuam dilectionē, quietē & tranqllitatē interiorē, ac ſpiritalē oblectationē, præcipue exigit &
aſſidue ſolet habere coniunctas. Ecce quanta eſt dignitas, quanta formoſitas animæ ſanctæ. O
quales fuerunt in primitiua eccleſia, conſtituti in ordinibus ſacris! & proh dolor quales iā ſu-
mus. [Hæc ergo (vt diximus) ſunt cōmunia totius ſanctificæ cōſummatiōis]. i. oīm cōſtitutoꝝ
in ſacris ordinibus, vtputa epiſcopoꝝ, ſacerdotū, diaconoꝝ, ꝗrū ꝓpria ſubiūgūt. [Sūmus autē
ſacerdos diſcrete]. i. differenť ab alijs. ſ. ꝓprie [habet eloqoꝝ ſup caput ſacratiſſimā ſuppoſitio-
nē]. i. librū ſacræ ſcripturæ, ſuppoſitū capiti ſuo dū ordinať. [Qm̄ em̄ cōſummatiua totiꝰ ſacer-
dotij virtus & diſciplina]. i. tota poteſtas & autoritatiua ſciētia ſacerdotalis, quæ ſunt duæ cla-
ues [diuinis ſummis ſacerdotibus]. i. epiſcopis ꝗ diuini ſunt, ad minus rōne ſacratiſſimi & diui-
niſſimi ſui pōtificalis officij [à diuina donať & pfectiōis principe bonitate]. i. increata dei beni-
gnitate cōferť [pulchre in hierarchicis capitibus]. i. ſup capita epiſcopoꝝ [ſupponūť deo tradi-



A ta eloquia]. i. libenter ſcripturarum à deo inſpirataꝝ, vt liber euangelioꝝ vel Biblia [continu-
atim & diſciplinate manifeſtatoria]. i. connexe ac ſapienter declaratiua [totius theologiæ &
theoptiæ & theophaniæ] Alia tranſlatio continet, Omnis theologia. omniſqꝫ diuina actio &
apparitio. i. tota theologica veritas & recitatio operum diuinorum, & deſcriptio reuelationū.
Vñ videtur quod liber totius aut maioris partis bibliæ, ſuperponebatur illoꝝ capitibꝰ [vnaqꝫ
ratione om̄ium diuinorum & ſacrorum operum & verborum, quæ ab †vnifica diuina opera- †bōnifica & diuina.
tione noſtræ hierarchiæ donata ſunt]. i. ſimili ratione & ſenſu continentur in libro illo totali
deſcriptiones ſeu ſcripturæ omniū myſterioꝝ & ſanctoꝝ operum ac verborum deſuper præ-
ſtitorum & reuelatoꝝ eccleſiæ, quantum neceſſarium fuit ad informationē eccleſię: non tamen
ſimpliciter omnium, cum & alibi ſcriptum ſit: Multa alia fecit Ieſus, quæ ſi ſcribantur per ſin- Iohan.21.
gula, nec ipſum mundum arbitror poſſe capere eos qui ſcribēdi ſunt, libros. In libro Iob quoqꝫ Iob.26.
dicitur. Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius. Et cum vix paruam ſtillam ſermonum eius
audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? In Eccleſiaſtico quoqꝫ legitur: Eccle.43.
Multa ſunt abſcondita maiora his, pauca enim vidimus operum eius. Quæ donata & reuela-
ta ſunt eccleſiaſticæ hierarchiæ. i. vniuerſali militanti eccleſiæ, quæ à primo electo homine di-
citur incepiſſe. operatione diuina vnifica. i. à deo operante per ſe & per creaturas ſubiectas, qui
cuncta vnificat. i. vnumquodqꝫ efficit vnum, ſecundum quod vnum cum ente conuertitur, &
diuerſa in aliquam redigit vnitatem: imó vniuerſa coordinauit ita, ꝙ omnia ſimul ſunt quaſi
vnus exercitus & vna totalitas: & ordo eſt intimus rebus [tanquam deiformi ſummo ſacerdo-
te totius hierarchicæ virtutis integræ participante] id ē, plenarie ſortito plenitudine ſcientiæ
B & virtutis eccleſiaſticæ, ſaltem comparatiue, & quantum ad ſuum ſpectat officium in ſua diœ-
ceſi, quæ tamen poteſtas à pontifice ſummo diuerſimode reſtringitur, dilatatur & ordinatur, ne
ſit in eccleſia dei confuſio, ſed vnuſquiſqꝫ præſideat ſuis. Ob hanc præeminentiam poteſtatis
atqꝫ ſcientiæ prǽſulis, ſuperponitur capiti eius in ſua ordinatione liber totius diuinę ſcripturę.
[Omnium autem hierarchicarum ſanctarum laudationum & ſanctarū actionū veram & deo
traditam ſcientiam non illuminato tantum] hoc eſt, epiſcopo non ſolum illuminato. i. docto
& cognoſcente ſcientiam verā & à deo collatam, omnium laudationum ſanctarū hierarchica-
rum. i. laudum eccleſiaſticarum, quibus eccleſia in dei officio vtitur. Vel, omnium laudabiliū
ꝓconiorum operumqꝫ ſanctorum. i. quorundam de omnibus, vt ſit diſtributio accommoda,
iuxta id Pſalmi: Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua. Et Pſal.9.
Eccleſiaſticus ait: Glorificate dominum quantuncunqꝫ poteritis. ſuperualebit adhuc, & exaltā- Eccle.43.
tes eum, replemini virtute. Ne laboretis, non enim peruenietis. Etenim de ipſo ſcriptum eſt ve- Iob.5.
re: Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia abſqꝫ numero, ſupple hominibꝰ cognito. Nihi- Sapien.11.
lominus verum eſt illud Sapientis: Omnia in menſura & numero & pondere conſtituiſti. Itaqꝫ
epiſcopo non tantum ſic illuminato [ſed & alijs proportionibus hierarchicis tradente]. i. ipſo
epiſcopo inferioribus communicante dona gratiarum ſibi conceſſa. hierarchicis proportioni-
bus. i. diſcretis commenſurationibus, influendo ſingulis ſecundum capacitatem, dignitatē, ſta-
tum, gradum & diſpoſitionem earum, quemadmodum in euangelio legitur: Dedit vnicuique Matt.25.
C ſecundum propriam virtutem [& perficiente] illuminatos [in diuiniſſimis ſcientijs]. i. profun-
dioribus theorijs [& ſublimiſſimis anagogis]. i. altiſſimis contemplationibus ſurſumductiuis
ſecundum illud Apoſtoli: Sapientiam loquimur inter perfectos [hierarchiceqꝫ ſimul om̄ia to- 1.Cor.2.
tius hierarchiæ ꝑfectiſſima]. i. epiſcopo ita docto omnia, imó & perfectiſſima, ſpiritualiſſima
& difficilima cognoſcēte hierarchice, catholice. i. vt neceſſarium eſt eccleſiaſticæ hierarchiæ vt
queat ligata diſſoluere, obſcura exponere & ea quæ fidei ſunt perſuadere, defendere, corrobo-
rare ad quem potiſſime ſpectat illud Petri: Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos 1.Petri.3.
ſatisfactionem de ea quæ in vobis eſt, fide & ſpe. Nempe ad epiſcopum pertinet, totā ſuā diœ-
ceſim purgare, illuminare, ꝑficere, atqꝫ ad difficiliora reſpōdere. Sed heu heu heu, ad ꝗd deue-
nit eccleſia, ad ꝗ miſerabiliſſimā & pene extremā ruinā? ¶ Seqť de ꝓprijs ſacerdotū, reſpectu
diaconoꝝ. [Sacerdotibꝰ aūt pedū inclinatio cōueniēs ē]. i. ſacerdotibꝰ in eoꝝ ordinatione cō-
uenit, ꝗd ambo genua flectāt [vltra *miniſtrantiū diſpoſitionē]. i. vltra diſpoſitos & locatos in *miniſtratiuam.
ordine diaconatus [tāꝗ vnū inclināte illa]. i. diſpoſitiōe ſeu ordine diaconoꝝ flectēte in ſua or-
dinatiōe ſolūmodo vnū genu [& hoc hierarchico ſchemate cōſummāte]. i. iſto apparatu ac ri-
tu cōplēte epo conſecratiōes ꝑfatas. [Ipſa ergo inclinatio]. i. geniculatio [ſignificat ſubiectū ac-
ceſſum accedētis]. i. ipm aditū ordinādi ꝑuenire ex humilitate & obediētia, ſicqꝫ eē ſubiectum
deo tā ipm ꝗ pſonā accedētis [referētis deo, ꝗd diuinitꝰ accedēs]. i. deo gratāť aſcribētis, ꝗd ipſo
ſic diſponēte, ſibi cōceſſum eſt ad ordinē ſacrū accedere, ita ꝙ nō ingeſſit ſeipm. [Qm̄ vero vt ſe-

Ca.V ꝑe diximus,tres ſacræ conſummantiũ diſpoſitiões].i.tres ſunt gradus ſeu ordines, q actiue ſe habent circa aliorũ profectũ,videlicet ordo purgantiũ,ordo illuminantiũ,ordo perficientiũ. [propter tres ſanctiſſimas teletas].i.ad exercendũ & exequendũ tres conſecrationes, vt habet vna tranſlatio:hoc ẽ,tres ſacras actiões hierarchicas,quæ ſunt purgatio,illuminatio & ꝑfectio, vt habet trãſlatio alia[& ꝟtutes † ſupſedere tribus cõſummãdoꝝ ordinibus].i.ꝑpter tres virtutes ſeu vires hierarchicales,quæ ſunt vis purgatiua,vis illuminatiua,& vis ꝑfectiua:virtutes inq̃ ſupſedere.i.quæ datæ ſunt ad ſupſedendũ p̃ſidendũq; alijs,vtputa tribus ordinibus cõſummandoꝝ,& eoꝝ q̃rũ eſt purgari,& eoꝝ q̃rũ eſt illuminari,eoꝝ q̃q; q̃rũ eſt ꝑfici[& ſub diuina iuga ſalutarẽ eoꝝ ſacrificãt acceſſum].i.ordines illi q̃rũ eſt purgare,illuminare,ꝑficere, ſacrificant.i.ſacrũ efficiũt acceſſum eoꝝ,q̃rũ ẽ purgari,illuminari ac ꝑfici,ſub diuina iuga.i.acceſſum q̃ ſe ſubdũt dei p̃ceptis,cuius etiã p̃cepta ſunt p̃cepta eccleſiæ & ſuperioꝝ[apte miniſtratiua diſpoſitio]ſeu ordo diaconoꝝ[tanq̃ purgatiua vnã ſacrificat purgandoꝝ acceſſionẽ].i.ſacrã facit vnã actionẽ coꝝ,q̃ ad deũ accedũt.Nã facit in eis ſalubrẽ purgationẽ paſſiuã.Vel vnã acceſſionẽ.i.cõgregationẽ purgandoꝝ[ſub diuinũ eã ſupponẽs altare].i.ſacro altari ſubijciẽs ad humiliandũ & proſternendũ ſe corã altari[tanq̃ in ipſo purgatis animis ſupmũdane oblatis].i.tanq̃ aĩabus coꝝ q iã purgati ſunt,ſpiritalit̃ deo oblatis,cui ſe obtulerũt in ſeruos fideles,in ipſo altari,id eſt,circa illud,vel in altari,id eſt,Chriſto.[Sacerdotes autem vtroque pede inclinant] id eſt,ambo genua flectunt[veluti ſuis ſacris acceſſibus non ſolum mundantibus]id eſt, ad deſignandum quod per ſacros ſuos acceſſus ad deum,vt illuminentur ab illo vel ad inferiores vt illos illuminent,non ſolum purgent illos [ ſed & manifeſtiſſimis ſuis ſacrificationibus] E id eſt,ſacris oblationibus[anagogice purificatum vitã in contẽplatiuũ habitũ& ꝟtutẽ ſacrifice cõſummãtibus].i.ipſis ſacerdotibus,cõſummãtibus.i.ꝑficiẽtibus anagogice.i.ſupductiue erigẽdo,videlicet ad ſupna, vitã purificatã.i.cõuerſationẽ iã mũdatã à malis prioribus,ſicq; ꝑficiendo illos,vt ꝑtingãt in habitũ cõtẽplatiuũ.i.ad ſapiẽtiã ſalutarẽ & ꝟtutẽ ꝑfectã, ꝑ quæ ſint ad cõtẽplandũ idonei:& ita ſacerdotes nõ ſolũ purgãt,ſed & illuminãt inferiores,ſacrifice,nõ ꝟbis ſolũmodo,ſed etiã ſacre agendo ſeu iuſte viuẽdo.[Sũmus aũt ſacerdos vtroq; pede inclinãs] .i.ambo genua flectẽs[ſup caput habet deo tradita eloqa].i.librũ ſcripturæ [dei miniſtratiua virtute purgatos & ſacrifica illuminatos ad inſpectoꝝ ab ipſis ſacroꝝ proportionaliter eis ſcientiã hierarchice ducẽs & per eã cõſummans accedentes in integrã ſecundũ eos oblationẽ].i. Epiſcopus ducẽs purgatos miniſtratiua dei virtute.i.diaconali & purgatiua poteſtate,& illuminatos ſacrifica.i.ſanctificatiua & illuminatiua vi ſacerdotũ.Ducẽs,inq̃,ad ſciẽtiã.i.cognitionẽ & ſpiritalẽ intellectũ,ꝑportionalit̃ eis.i.ſecundũ quod capere queũt ſacroꝝ inſpectoꝝ ab ipſis.i.myſterioꝝ & ſacramentoꝝ ac diuinoꝝ,quæ ipſis aliqualiter ſunt oſtẽſa,vel ſub ſenſibilibus ſignis & formis manifeſtata.Et ꝑ ſcientiã illã cõſummans.i.ꝑficiens accedẽtes in oblationẽ integrã ſecundũ eos.i.ad hoc,ꝙ ipſi accedentes ad deũ per directionẽ & eruditionẽ epiſcopi, perfecte ſe offerant deo ſecundum exigentiam & tenorem vocationis & ſtatus eorum,& ſecũdũ quod dona eis diuinitus collata reqruntur:q̃a vt ait ſaluator,Cui plus datum eſt,plus requiretur ab eo.Idcirco hortatur Apoſtolus:Obſecro vos,vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis,cum omni humilitate & patientia. F

Lucæ.12. Colloſ.1.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS V.

POſt diuinas operationes in conſecratione chriſmatis dignum eſt exponere ſacerdotales ordines & partitiones & virtutes eorum & operationes & perfectiones & trinitatem ordinum ſub ipſis conſtitutorum,vt oſtẽdatur noſtra hierarchia expellere à ſe inordinationem & confuſionem & in ordinibus ſuis ſeruare bene ordinatam & ſtabilem ordinationẽ,iuxta ſingulorum ordinum congruentiam.Et cum de hierarchijs generaliter tractaremus,trinã eis diuiſionẽ attribuimus:dicẽdo,oẽ hierarchicũ negocium diuidi in ſanctas ꝑfectiões & diuinos magiſtros & eos q ab ipſis ꝑficiunt̃.Cœleſtis aũt hierarchia ꝑfectionẽ habet ſecũdũ virtutẽ ꝑpriã intellectũ dei & inuiſibiliũ diuinoꝝ cõphẽſiuũ & integrã,ſecũdũ eandẽ ſuã ꝟtutẽ dei cõformitatẽ & dei imitationẽ firmã,& habet primas ſubſtãtias illuminatores & doces inferioꝝ ad ſanctã ꝑfectionẽ.Ipſe enim ad ſubiectos ordines deferunt deificas cognitiões ſibi dunatas à †diuina hierarchia quæ ſapientes facit diuinas mentes primis aũt ſubſtãtijs ſubiecti ſunt.Et dicũt̃ ꝑfecti ordines tãq̃ ab illis ſurſum acti ad diuinã illuminationẽ.Poſt ãgelicã vero hierarchiã diuina bonitas ad nos ꝑferẽs dona ſua antiq̃ populo ſub lege tãq̃ pueris ſecũdũ ſcripturã legalẽ hierarchiã tradidit,obſcuris & remotis imaginibus veroꝝ architypoꝝ,ſcilicet ſpiritualiũ intelligentiaꝝ & difficilibus ænigmatibus ad contemplandũ



A plandũ propter figurarum obſcuritatem habentibus cõtemplationem ſpiritalis intelligentiẽ nõ clare expreſſam,ſed coopertam in ipſis ſcd̃m capacitatẽ antiqui ppl̃i,tanq̃ infirmis oculis ſine læſione ſuperſplendens.Huic aũt legali hierarchiæ ꝑfectio eſt ſurſum actio ad ſpũalem vnius dei cultum.Manuductores ꝟo ad iſtam,q à primo legis magiſtro Moſe docti ſunt de his,q̃ ad tabernaculum dñi ꝑtinebant.Qui Moſes ad introductoriã notitiam tabernaculi cum ſuis ꝑtinentijs ſcribẽs hierarchiam legalem & imaginẽ figuræ ſibi in monte Sina oſtenſę, vocabat oĩa ſcd̃m legem ſanctificata.In hac aũt legali hierarchia ꝑfecti erant, q à dictis manuductoribus ꝑportionaliter ſurſum agebantur ad doctrinã ꝑfectiorem per ſigna legalia.Perfectiorem vero doctrinam theologia dicit nr̃am hierarchiam,vocans ipſam adimpletionẽ & finem ſanctum legalis hierarchiæ.Noſtra aũt hierarchia media eſt inter legalẽ & cœleſtem, tanq̃ vtriq; ſecundũ aliqd coĩcans, ſc; cœleſti hierarchiæ intellectualibus cõtemplatiõibus,& legali in eo, ꝙ variatur ſignis ſenſibilibus,& ꝑ illa in diuina ſurſum agitur.Et ſimiliter trinã habet diuiſionem,ſc; imperfectiores † perfectores & perfectos.Vnaquęq; eñi haꝝ trium diuiſionum nr̃ę hierarchiæ ordinatur ſicut & in legali & in cœleſti hierarchia,ſc; prima & media & vltima,prouidens ſanctis in ſe cõtentis virtutem & cõuenientem ſingulis ꝑportionem,& vniuerſoꝝ ordinatam & cõiunctiuam coĩonem.Perfectionum ergo ſanctificatio primam habet virtutem impfectorum mundationem.Mediam aũt virtutẽ,doctrinam mundatoꝝ illuminatiuã. Vltimã vero & prioꝝ complexiuam perfectionem doctoꝝ in ſcientia propriarum doctrinaꝝ. Ordo aũt ſanctificantium in prima virtutum mundat imperfectos per perfectores, in media autem illuminat mundatos,in vltima & ſumma virtutum ſanctificantium ꝑficit eos, qui diuino lumini cõmunicauerunt in ſcientificis perfectionibus illuminationum, quas contemplati ſunt.

Exodi.19. Matth.5. Roman.10. †ꝑfe 1.tẽs

B Eoꝝ autem qui perficiuntur,prima virtus eſt mundatiua,media virtus illuminatiua, & quorundam contemplatiua, vltima & alijs diuinior illuminata per perfectiuam ſcientiã ſanctarũ illuminationum,quarum effecta eſt contemplatrix.Laudauimus ergo triplicem virtutẽ ſanctificationis perfectionum:duplicem quidẽ in baptiſmo, ſc; mundationem & illuminationẽ: vnam vero in euchariſtia & chriſmate,ſc; deificam cognitionem & ſcientiam,per quam perficiuntur viuifica deductio & beatiſſima communio noſtri ad ipſam diuinitatem. Reſtat deinceps tractare quo ordine ſacerdotali,per quem iſta adminiſtrantur,qui ordo diuiditur in ordinationem mundatiuam & illuminatiuam & perfectiuam.Eſt autem generalis lex hierarchiæ vt inferiores per ſuos ſuperiores ſurſum agantur ad diuinos ſplendores ſibi illucẽtes, iuxta q̃d videmus in rebus ſenſibilibus & elementatis:quia cognatiora ſibi & propinquiora prius & familiarius immutant ſcd̃m ſuam ſimilitudinem,& illis mediantibus extendunt operationẽ ſuã ad vlteriora.Conuenienter igitur deus,qui eſt principium & firmamentũ oĩs viſibilis & inuiſibilis ordinationis,primo influit radios ſuos vitales & deificos primis & ſuperioribus ſicut ſibi conformioribus, & per illos tanq̃ idoneos ad lumen diuinũ & hauriendum,& alijs influendum elucet & ſuperapparet inferioribus ſcd̃m ipſoꝝ capacitatem. Primoꝝ ergo deum ſublimius contemplantium eſt,copioſe demonſtrare ſuis inferioribus ſcd̃m ipſoꝝ capacitatẽ viſiones diuinas quas ipſi inſpiciunt,& eorundem eſt docere quę hierarchica ſunt ſcientia ꝑfectiua

C cum ipſi bene didicerint diuina vniuerſæ hierarchiæ, & præ alijs acceperunt perfectiuam virtutem docendi:& ipſorum eſt tradere diuina his, qui ſacerdotali perfectione integre participant ſecundum ipſoꝝ dignitatem. Ordo aũt epiſcopalis, præ cæteris ordinibus eccleſiaſticis, proximus eſt deo,& ſummus & vltimus.i. conſummatiuus aliorum, q̃a in ordine epiſcopali conſummatur & adimpletur omnis ornatus eccleſiaſticæ hierarchiæ. Sicut eñi vniuerſa hierarchia angelica & humana in dño Ieſu conſummat̃, ita & quælibet ſpiritualis hierarchia terminatur in proprio hierarcha. Virtus aũt ordinis hierarchici continet omnes virtutes & operationes eccleſiaſticas, q̃uis per inferiores fiat ſubminiſtratio, & ipſa opatur miniſteria ſibi appropriata per ſingulos alios ordines. Lex aũt diuina excellenter attribuit ordini epiſcopali ſuper reliquos ordines diuiniores ſanctificationes ad opationem ſibi appropriatam.Iſtæ autem ſanctificatiões epiſcopales ſunt perfectiuæ imagines diuinæ virtutis perficientes oĩa ſigna diuina & ornatus eccleſiaſticos.Quamuis eñi a ſacerdotibus quędã myſteria ſymbolica impleãt vt baptiſmus & confectio euchariſtiæ,cum quibuſdam pertinentijs,tñ baptiſmus nõ celebrat̃ ſolenniter ſine chriſmate & euchariſtia conficitur in altari. Chriſma autem & altare non niſi ab epiſcopo conſecrantur, ſed neque aliquis fit ſacerdos niſi ab epiſcopo conſecratus. Vnde diuinitus ordinatum eſt ad ſolum epiſcopum pertinere ſacerdotum, chriſmatis & altaris conſecrationem. Ordo ergo epiſcopalis adimpletus eſt virtute perfectiua naturæ noſtræ,

Ca.VI perficiens excellenter ea quæ perficiunt ſacerdotium, & manifeſtatiue edoctus ſpiritales ſcien D
tias,& edocens ſacerdotes & alios inferiores ſpiritales ſcientias & virtutes. Ordo autem ſacer
dotum illuminatiuus,eorum qui perficiuntur à hierarchis,manuducit ad cognitionem perfe
ctionum,& cum eiſdem hierarchis operatur myſteria ſibi competentia, in quibus & operatur
diuinas operationes,quas & demõſtrat per ſigna ſenſibilia, accedentes faciens cõtemplatiuos,
& ſanctarum perfectionum communicatores, & ad epiſcopos mittens eos qui deſiderant ſci-
entiam ſanctificationum,quas contemplati ſunt.Ordo autem diaconorum , qui mundatiuus
& ſeparatiuus eſt diſſimilium, accedentes mundat anteq̃ accedant ad ſanctificationem,quę fit
per ſacerdotes. Mundat autem eos à contrarijs,& idoneos facit ad ſanctificatiuam inſpectio-
nem & communionẽ. Vñ in baptiſmo diaconi accedentem exuunt veſtem veterem,& diſcal-
ciant,& ad occidentem ſtatuunt, ad faciendam abrenunciationem , & iterum tranſducunt ad
orientem.Ea ratione ordinis mundatiui & virtutis mundatiuę,ſunt qui pręcipiunt accedentes
abijcere omnino veſtes prioris vitæ,& obſcuritatem prioris vitæ, oſtendentes & docentes il-
los abrenunciare obſcuris,& ad illuminatiua tranſduci. Mundatiuus ergo eſt ordo diacono-
rum ſurſum agens mundatos ad manifeſtas ſanctorum ſanctificationes,& imp̃fectiores mun
dans & inflammans doctrinis ſcripturarum illuminatiuis & exhortatiuis, mundos etiam ſe-
gregans ab immundis. Et ideo conſtitutio eccleſiaſtica ſtatuit ordinem diaconorum ad por-
tas,per imperfectas mundationes ſignans introitum ad ſancta,& per virtutes mundatiuas inſi
nuans adductionem in ſanctas inſpectiones,& communiones ſanctorum,& per iſtas commu
niones & inſpectiones ſuſcipiens eos immaculatos. Oſtenſum eſt ergo ꝙ ordo epiſcopalis per E
fectiuus eſt,& perfecta operans. Sacerdotalis autem ordo illuminatiuus eſt luciducus. Or-
do autem diaconorum purgatiuus & diſcretiuus. Epiſcopali ordine non ſolum ſciente perfice
re,ſed mundare & illuminare,& habente in ſe virtutem ſacerdotalem & virtutem illuminati-
uam & ſcientiam mundatiuam. Nam minores nequeunt operationes maiorum implere, ne-
que eis licet ad talem præſumptionem conari. Sublimiores vero ordines, q̃uis & proprias &
ſubiectas ſcientias cognoſcant,tamen quia typum gerunt diuinarum operationum, ipſi oſten
dentes in ſe ordinis ſaceedotalis bene & inconfuſe ordinati,illuminationes diuinarum opera-
tionum diuiſi ſunt eccleſiaſtici gradus in primas & medias & vltimas ſanctas operationes &
ordines ſecundum hierarchicas diſcretiones,per hoc manifeſtantes(vt dixi)in ſeipſis inconfu
ſam ordinationẽ diuinarum opationũ. Nam quoniam diuinitas cœleſtes animos prius natu-
raliter mundat,poſt illuminat,& illuminatos perficit ad operationem perfectionis deo cõfor
mem,conuenienter eccleſiaſtica hierarchia diligenter imitans, diuinam ſeipſam̃ diuidit in di-
ſcretos ordines & virtutes:per ſe manifeſte oſtendens operationes eccleſiaſticæ hierarchiæ in
ſanctis & mundis ordinibus firmiter & inconfuſe eſſe collocatas. Quoniam autem ſacerdota
les ordines & ordinum partitiones & virtutes & operationes tetigimus ſecundum noſtram
poſſibilitatem, conſideremus ipſorum perfectiones.

¶MYSTERIVM ſacerdotalis perfectionis.

EPiſcopus quidem quando conſecrandus eſt,ambo genua flectens ante altare,ſuper ca- F
put habet ſacras ſcripturas,& ep̃s cõſecrãs ipſum,ponit manũ ſup caput eius,& p̃miſſis
inuocationibus ad deũ,ſic eũ cõſecrat. Sacerdos aũt q cõſecrãdus eſt vtrũq; genu flectẽs
ep̃o eũ cõſecrãte & manũ capiti eius imponẽte,ſctis innocatiõibus conſecrat. Miniſter
vero.i. diaconus flectens vnũ genu añ altare,ab ep̃o imponente m̃anũ dexterã eius capiti, or-
† ſanctis dinatur,* factis ab epiſcopo conſecrationibus ad diaconorum perfectionem pertinentibus.
Cuilibet ergo eorum qui perficiuntur imprimitur ſignum crucis,ab epiſcopo eos perficiente,
& quilibet ſpecialiter edocetur, & omnes qui ibi præſentes ſunt in ſacrario recipiunt eum in
oſculo ſancto.

¶CONTEMPLATIO.

COlligitur ergo ex prædictis ꝙ epiſcopis,ſacerdotibꝰ,diaconis coĩa ſunt introductio,
añ altare inclinatio,impoſitio manus epiſcopalis,ſignatio cruciformis, prædicatio,
oſculum. Epiſcopis aũt electũ & ſingulare eſt, ꝙ liber ſacræ ſcripturę capitibus eorũ
ſupponit. Sacerdotes aũt genua ambo flectũt, cũ miniſtri tm̃ vnũ genu flectant. Ad
† humiliter ductio aũt ad altare & inclinatio ſignat eos,qui ſacerdotaliter perficiuntur,† vniuerſaliter deo
ſupponere vitam ſuam,& intellectũ,& intellectuales ſuas opationes oĩno diuinæ maieſtati p̃-
ſentare,& ſcd̃m ſuã facultatẽ ſe diuina p̃ntia dignã exhibere, & cœleſti ſanctuario mẽtes deo di
gnas offerre. Impoſitio ṽo manuũ ep̃i ſignat,ꝙ ep̃s eos q̃s p̃ficit principal̃r p̃tegit tanq̃ pueros,
& cuſtodit,p̃rnæ ipſis impartiens habitũ & virtutẽ ſacerdotalem & cõterens cõtrarias ṽtutes.
Docet etiã eos p̃ficere ſacerdotales opationes tãq̃ deo ſubditos & ip̃m h̃ntes ducẽ in oĩbus p-
priarum opationum. Cruciformis vero ſignatio abſtinentiã ab oĩbus carnalibꝰ appetitibus &



vitam deo conformem,ſemper intentam ad conuerſationem ſaluatoris noſtri in carne. Vel
A potius ad ipſius diuinam vitam,qui vſq; ad crucem & mortem cum peccati immunitate ple-
niſſima peruenit,& ad ſui imitationem viuentes inſignit,propria cruciformi imagine immu-
nitatis peccati. Sanctam autem perfectionem eorum qui perficiuntur epiſcopus pronunciat,
in quo oſtendit ꝙ ipſe ſanctitatis perfector in dei amore manifeſtiuus eſt diuinę electiõis: nec
propria voluntate eos ad culmen gradus ſacerdotalis exaltans, ſed à deo motus ad omnes ſa-
cerdotales ſanctificationes. Ita Moſes perfector legalis ſanctitatis etiam Aaron fratrem ſuum Exodi 28
carnalem ad dignitatem ſacerdotalem & dei amicitiam non ſublimauit, neq; eum hierarchi-
ce propria gratia conſecrauit:ſed deus qui principalis eſt autor ſanctitatis. Nam & ipſe domi- Iohan. 1,
nus Ieſus propter nos homo factus,non ſeipſum glorificauit,vt dicit Apoſtolus ad Hebræos, Hebræos 5
ſed qui locutus eſt ad ipſum: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſe- pſalmo 109
dech. Vnde & ipſe dominus Ieſus diſcipulos ſuos in epiſcopos cõſecrans, quamuis ipſemet ſe Iohan. 21
cundum diuinitatem princeps ſit omnis perfectionis, tamen perfectionem eorum ipſe repo-
nit ad patrem ſuum deum & ſpiritum ſanctum,annuncians eis, ſicut ſcriptum eſt in Actibus
apoſtolorum,à Hieroſolymis non recederent,ſed expectarent promiſſionem patris, quam au Actuum 1.
diſtis,inquit,per os meum,quoniam baptizabimini ſpiritu ſancto. Et beatus Petrus apoſtolo
rum princeps,cum alijs decem coapoſtolis,completurus duodenarium apoſtolicum, deo cõ-
miſit electionem dicens: Oſtende quem elegeris,& diuina ſorte demonſtratum, in numerum
B duodenarij apoſtolici ſuſcepit. De ſorte autem illa quæ cecidit ſuper Matthiam,aliqui non re-
cte dixerunt. Mihi autem videtur, ꝙ ſors ibi dicatur aliquod diuinum donum, demonſtrans
apoſtolicæ congregationi, quem deus in apoſtolum elegiſſet. Demonſtrans etiam quod epi-
ſcopum non oportet proprio motu aliquos promouere ad ordinem ſacerdotalem, ſed inſtin
ctu diuino,& inſpiratione cœleſti. Quod autem in fine qui perficitur,in oſculo ſuſcipitur,tam
ab epiſcopo,quàm ab alijs ſacerdotibus qui præſentes ſunt, ſignat quod mens ſancta ſciẽtijs &
virtutibus & diuina vocatione ad ſacerdotalem perfectionem proueniens, alias ſanctas men-
tes amat,& ab illis amatur. Vnde & mutuũ ſacerdotũ oſculum, oſtendit coĩonem conformiũ
mentium,& mutuo amabilem exultationẽ, ſicut integre ſeruantẽ deiformẽ pulchritudinẽ per
gradũ ſacerdotalẽ. Igitur quę dixi coĩa ſunt totius ordinis ſacerdotalis. Ad ſolũ ṽo epiſcopũ
pertinet,vt ſancta euangelica ponantur ſuper caput eius quum conſecratur, in quo ſignatur,
quod diuina bonitas tribuit epiſcopis tam virtutem,quam ſcientiam perfectiuam omnis ſan-
ctificationis,iuxta quod ſacræ ſcripturæ continent & declarant diuinas operationes, appari-
tiones, ſanctificationes, locutiones , & vno verbo omnia diuina & opera & verba donata no-
ſtræ hierarchiæ à benefica diuina operatione. Ideo ſcriptura ſacra ſuperponitur capiti epiſco
pi conſecrandi,tanquam à deo conformis,& omni ſacerdotali virtute integre participaturi.
Neq; tantum illuminandis vera & diuina ſcientia omnium hierarchicarum locutionum &
operationum , ſed alijs ſecundum ſingulorũ gradum & capacitatem hoc diſpenſaturi & perfe
cturi alijs hierarchice in diuiniſſimis cognitionibus & ſummis ſurſum actionibus in omnibus
C perfectiſſimis totius hierarchiæ. Sacerdotibus autẽ ſpeciale eſt præter miniſtros vtrumq; ge-
nu flectere miniſtris añ vnũ genu tm̃ flectere. Genuflectio vero añ altare ſignat, q̃d tã adducẽ-
tis adductio,q̃ ipſe q adducitur,deo ſupponit. Qm̃ aũt tres ſunt ordines p̃ficientiũ,ſcilicet pur
gatores,illuminatores, & perfectores, & ipſi præſident tribus ordinibus eorum,qui perficiun
tur,ſcilicet,purgandis,illuminandis,& perficiendis:per tres perficiendi virtutes, ſcilicet purga
tionem,illuminationem,& perfectionem , & eorum adductionem deo ſupponunt, congruit
vt miniſtri,qui purgant tantum,adductionem vnam ſanctificent coram ſancto altari, vnum
tantum genu flectendo. Sacerdotes vero qui duplicem accedentibus impendunt , adductionẽ
deo ſuppoſitam, duo genua flectant, ſcilicet pro purgatorum illuminatione , & illuminatorũ
perfectione. Epiſcopus vero & ambo genua flectit, & ſuper caput habet euangelia, quia à mi-
niſtris purgatos , & à ſacerdotibus illuminatos & perfectos,ad contemplationem &
communionem ſacrorum,ſecundum ſingulorum proportionem hierarchi
ce adducens , per iſtam perficit adductos ad integram ſecundum
iſtos ſanctificationem.

¶De perfi

## DE PERFICIENDORVM ORDINIBVS,

Caput Sextum.

HI quidem ſacerdotales ordines & partitiones, uirtu-
tesq; eorum & operationes & conſummationes: ſub
ipſis autem trinitas conſummandorum ordinum de-
inde narranda. Dicamus igitur ꝙ purgandi quidam
ſunt ordines ſacrificantibus & miniſtrantibus diſtin-
*quorũ ctę multitudines †quarꝝ iam memoriam fecimus, eius
quidem tanq̃ adhuc ante miniſtrantium obſtetricibus
eloquijs ad uitalem approbationem & reformandæ
& figurandæ, eiusq; quaſi ad diuinam, quia ex ea apo
ſtatauit, uitam, reuocendæ bonorum eloquiorum conuerſoria doctrina, eiusq;
tanq̃ adhuc a contrarijs aumultibus infirmiter timide, & a facientibus uirtutẽ
eloquijs corroborandæ, eiuſq; uelut adhuc ad ſacras actioues ex peſſimis tradu
cendæ, eiusq; tanq̃ traductæ quidem, nondum uero caſtiſſimę conuerſationem
in diuinioribus habitibus & immutabilibus habentis. Iſti enim ſunt purgandi
ordines adminiſtratiua obſtetricatione & purgatiua uirtute. Hos miniſtri ſa- E
cris ſuis uirtutibus perficiunt ad conſummate purgatos eos illuminatrice † ma-
†manifeſtiſſimã niſeſtiſſimarꝝ ſacrificationum contemplationem & communicationem *tranſ-
*tranſordinandũ vel tranſordinando. ordinandos. Medius autem ordo eſt contemplatiuus, & quibuſdam ſacrificijs
proportionaliter in puritate omni communicans, ſacerdotibus †illuminandis ſe
diſtributus. Etenim eſt (ut æſtimo) clarum quomodo ipſe purgatus omni im-
*in illuminãdũ. munda macula, & caſtiſſimum habens proprij animi immutabile fundamentũ,
†contemplatiõib. incontemplatiuum habitum & uirtutem ſacrifice tranſit, & communicat per ſe
diuiniſſimis ſymbolis in † contemplatione eorum, & in communicatiõe, ſimul
omnis lętitię ſacræ repletus, ac per hoc ad diuinum ſcientię eorum amorem ſan
†eleuatus ctiſſimis aſcenſionibus ſuis uirtutibuſq; proportionaliter †reuolans. Hunc ego
dico ſancti populi ordinem, tanq̃ per omnem uenientem purgationem, & ſacra
manifeſtatiſſimarum hoſtiarum inſpectione & communicatione (quantum iu-
ſtum eſt) dignum. Perficiendorum autem omnium altior ordo, monachorꝝ eſt F
ſacra diſpoſitio, omi quidem mundata purgatione, uniuerſali uirtute & perfe-
ctiſſima propriarum actionum caſtitate, omniq; quantacunq;, ut decet, eam cõ
templando, ſanctificatione in intellectuali theoria, & communicatiõe facta, &
pontificum conſummatiuis uirtutibus mancipata, & diuinis eorum illumina-
tionibus & hierarchicis traditionibus edocta, conſiderans per ſe ſacrarum ho-
ſtiarum ſacrificationes, & a ſacra eorum ſcientia proportionaliter in con-
ſummatiſſimam aſcendens conſummationem. Inde diuini duces noſtri nomina
tionibus eos ſacris dignati ſunt, alij quidam therapentas, alij autem monachos
ipſos nominantes, ex dei puro miniſterio & famulatu, & non partita & ſingula
ri uita, tanquam unificante eos * inſeparabilium ſacris conplicationibus in dei-
†ſeparabiliũ, vel inſeparabilibus. formem unitatem, & amicam deo conſummationem. Propter quod & con-
ſummatiuam eis donauit geatiam ſacra legiſlatio, & quadam eos dignata eſt cõ
ſecratiua inuocatione, non hieracchica: illa eñ in ſolis fit ſanctificis ordinibus,
†ſanctificatam. ſed †ſanctificatiua a ſanctis ſacerdotibus hierarchica ꝑfectione ſcđo ſanctificata

Myſteriũ



MYSTERIVM monaſticæ conſummationis.

A SACERdos quidem ſtat in conſpectu diuini altaris, mona-
chicam inuocationem pſallens. Conſummandus autem retro ſa
cerdotem ſtat, non utrumq; pedem inclinans, nõ unum pedibus,
non ſuper caput habens deo tradita eloquia: tantum uero ſacer-
doti aſtans pſallenti, ſuper ipſo myſticam inuocationem. Perfici
ens autem eam ſacerdos, ad perficiendum ueniẽs, interrogat pri
mum hoc, ſi primum abrenunciat diuiſis, non ſolum conuerſationibus, ſed &
phantaſijs: deinde perfectiſſimam ei uitam narrat, teſtimonium ei perhibens, qa
oportet eum media ſuperaſtare. Hæc autem omnia perficiente, intentiusq; con-
fitente, cruciformi ſimilitudine ſignans eum ſacerdos tondet, trinamq; diuinæ
beatitudinis inuocans ſubſtantiam, & ueſtem omnem exuens, alteram induit, et
cum alijs ſacerdotibus uiris, quicunq; aſſunt, ſalutans eum, ſocium perficit diui
norum myſteriorum.

THEORIA.

B QVod neq; pedibus inclinare, neq; ſuper caput habere a deo tra-
dita eloquia, aſtare aũt ſacerdoti inuocationẽ pſallẽti, declarat
monachicũ ordinem nõ eſſe prælatũ alijs, ſed in ſeipſo ſtantẽ in
ſingulari & ſacra ſtatione ſacerdotales ſequentem ordines, & cũ
ipſis tanq̃ conſequentem in diuinam ſacrorum per ſe ſciam be-
ne credens aſcendentẽ. Partitis aũt non ſolum conuerſatiõibus, ſed etiam phan-
taſijs abrenũciatio, cõſummatiſſimam ſignificat monachorꝝ philoſophiam, in
ſcia * uiuificantium mandatorꝝ operationem. Eſt eñ, ut diximus, nõ medię per †vnificatiuum.
ficiendorꝝ ordinũ, ſed oĩm altioris, propter qđ & multa a media ordinatiõe in-
diſcrete * energumenũ interdicunt modo quodam ſingularibus monachis, tãq̃ *inergumenum.
ad unum ſic debentibus unificari, & ad diuinã unitatẽ cõgregati, & ad ſanctifi-
cam (ut iuſtum eſt) uitam reformari, ueluti cognationem eius * habentẽ in mul- *habentiũ
tis, & magis † ei ultra reliquas conſummandorꝝ ordinationes proximãtem. Cru †&.
ciformis aũt ſimilitudinis ſignaculum (ſicut iam a nobis dictũ eſt) declarat ab oĩ
bus ſimul carnalibus deſiderijs ocium. Capillorꝝ uero tonſura ſignificat † mun- †nudam.
C dam, nõ figuratã uitã, nõ in fictis figuris, animi libertatẽ ſuperpoſite formantẽ, dominã
ſed ipſam in ſeipſa nõ hũanis pulchritudinibus, ſed coadunatis & monachicis in
deiformiſſimũ reductã. Prioris aũt ueſtimẽti expulſio, & alterius aſſumptio, a
media ſacra uita in perfectiorem tranſordinationẽ ſignificat, ſicut in ſacra theo-
genyſia ueſtimẽti mutatio declarabat purgatam uitam in contemplatiuum &
illuminatiuum habitũ aſcendentẽ. Si autem & nunc ſacerdes & omnes * quicun *qui
que aſſunt ſancti, conſummatum ſalutant, ſanctam deiformium intellige ſocie-
tatem, † charitatiue in lætitia diuina condelectatam ſibijnuicem. In fine autẽ oĩm †charitate.
ſacerdos in diuinã coĩonẽ uocat cõſummatũ, ſignificãs ſacre † qũo perfectus. Si *quoniã
uere in monachicam peruenit, & in * coadunatam anagogen, non contemplator †coordinatam.
ſolummodo erit ſecũdum ſe ſacrorum, neq; iuxta medium ordinem in coĩonẽ
uenient ſacratiſſimorum ſymbolorum, ſed cum diuina a ſe participatorum ſa-
crorum ſcientia, altero modo † ſuper ſacram plebem in aſſumptionem ueniet †ſuprã
diuinę

Ca.V. diuinæ communionis. Propter quod & ſacerdotalibus ordinibus in ſacre communicatiuis ſuis ſanctificationibus, in fine ſanctiſſimarum ſuarum oblationū ſanctiſſimæ euchariſtiæ cõmunio tradit̃ a conſummãte eos ſummo ſacerdote. Non ſolum quia diuinorum myſteriorum aſſumptio uniuſcuiuſq; hierarchicæ participationis eſt conſummatio, ſed quia & ipſam communionem & diuiniſſimam donationem proportionaliter eis ſecundum ſingulas ſacræ omnes ordinationes participant ad propriam,* earum poſitionis anagogen & conſummationem. (* eorum.) Comprehenſum eſt igitur a nobis, quomodo ſanctæ quidem teletæ purgatio ſunt, & illuminatio, & conſummatio. Miniſtri autem, purgatiuus ordo, ſacerdotes uero, illuminatiuus, conſummatiuus autem, deiformes ſummi ſacerdotes. Purgatus uero ordo, ſacrę inſpectionis & communionis non particeps, quantum adhuc purgatus, contemplatiuus ordo ſacer populus. Conſummatus autem ordo eſt adunatorum monachorum. Sic enim ſecundū nos hierarchia deo traditis ordinibus ſacræ diſpoſita, cœleſtibus hierarchijs cõformis eſt diuinæ imitationis ſuæ, quantum in uiris ſaluans deiformes characteres. Sed dicis quia cœleſtibus hierarchijs deſunt omnino purgati ordines: non enim iuſtū neq; uerum dicere tanquam iam quædam cœleſtis diſpoſitio ſit polluta. Ego autem quia quidem immaculati perfectiſſimæ ſunt, & caſtiſſimum ſupermundanæ habent, confiteor omnino, ſi non omnino recido ſacratiſſimo intellectu. Si enim aliquis eorum a malitia receptus, cœleſti quidem & inconfuſa † cadit diuinorum animorum harmonia in obſcurum apoſtaticarum multitudinum euectus eſt caſum. († cecidit) (* eiectus.) Sed eſt dicendum mirabiliter in cœleſti hierarchia, quia purgatio eſt in ſubiectis eſſentijs a deo tanquam ignotorum illuminatio in perfectiorem eas ſcientiam ducens diuinarum cognitionum & ignorantiam eorum, quorum ſcientiam nondum habebant, utpote purgans, per primas & diuiniores eſſentias reductas in ſuperiores diuinarum contemplationum & manifeſtiores claritates. Sic & illuminati ordines ſunt & conſummati, & purgatiui, & illuminatiui, & conſummatiui ſecundum cœleſtem hierarchiam, tanquam excellentiſſimis & diuiniſſimis eſſentijs inferiores ſacras & cœleſtes diſpoſitiones, cum omnium caſtitate purgantibus in ordinibus & proportionibus cœleſtium hierarchiarum, implentibusq; eas diuiniſſimarum illuminatione, & conſummantibus in ſacratiſſima hierarchicarum intelligentiarum ſcientia. Etenim iam a nobis dictum eſt, & eloquijs diuinitus comparatur, non eas eſſe omnes cœleſtes * diſpoſitiones in omnibus ſacris † deiuidum illuminationum ſcientijs, ſed ex deo quidem immediate primas. (* eſſētias. † deiuidis) Per illas autem ſimiliter iterū ex deo ſubiectas, proportionaliter eis illuminari manifeſtiſſimis diuinitatis radijs claris.

## ELVCIDATIO HVIVS SEXTI CAPITVLI, DE PERficiendorum ordinibus. ARTI. XI.

Iam



A IAm in pręcedenti capitulo actum eſt de tribus ordinibus perficientium, Iam agitur de totidem perficiendorum ordinibus. Cum autẽ dicuntur tres ordines perficiẽtium, nomen ordinis aliquam denotat dignitatem, non ſic cum dicuntur tres ordines perficiendorum. ⌈Hi quidem ſacerdotales ordines, utputa ordo purgantium ſeu diaconorum, ordo quoq; illuminantiū ſeu ſacerdotum, & ordo perficientium, id eſt, epiſcoporum⌊ & partitiões⌉ id eſt, diuiſiones eorum: quia trimembris diuiſio eſt illorum⌊ uirtutesq; eorum⌋ quæ etiam tres ſunt, ratione magis quam realiter differentes, ſicut & actus earum, ut ſaltem in pluribus, ut ſunt uis purgatiua, uis illuminatiua uisque conſummatiua, ut in præcedenti capitulo eſt expreſſum ⌊ Sub ipſis autem trinitas conſummandorum ordinum, deinde narranda ] id eſt, nunc deinceps notificandi ſunt tres ordines inferiorū conſtitutorum ſub illis, quorum eſt purgari, illuminari & perfici ⌊ Dicamus ergo quia purgandi quidem ſunt ordines ſacrificãtibus, & miniſtrantibus diſtinctæ multitudines⌋ id eſt. ordines purgandi ſeu purgandorum (ut ſit conſtructio intranſitiua) ſunt multitudines hominum diſtinctæ, a ſacrificantibus & epiſcopis, quorum eſt alios efficere ſacros inſtrumentaliter & diſpoſitiue, & a miniſtrantibus .i. diaconis .qui in diuinis miniſterijs ſacerdotibus atq; epiſcopis connumerantur, ⌈ quorum iam memoriam fecimus⌉ id eſt de quibꝰ determinauimus, de quorum diuerſitatibus ſubditur⌉ Eius quidem tanquam ad huc ante miniſtrantium eloquijs obſtetricibus ad uitalem approbationem & formandæ & figurandæ ] id eſt, fecimus mentionẽ eius, id eſt, multitudines cuiuſdam tanquã formandæ & figurandæ, ad approbationem uitalem, id eſt, ad ſalubrem & euidentem deteſtationem culpæ prioris. Hinc aliæ duæ tranſlationes habent. B Ad uitalem abrenunciationem. Formandę, inquam, eloquijs obſtetricibus, id eſt uerbis ſcripturæ ſpiritaliter obſtetricantibus catechuminum baptizãdum, quem oportet per documenta ſcripturæ formare, conſolidare & circũ ligare, ne a conuenienti figura ac forma reſoluatur ac defluat inſtar neglecti infantuli, prout de iſto paulo ante iam dictum eſt, ubi & uerba iſta expoſita ſunt Sic quippe dixit apoſtolus, tanquam paruulis in Chriſto lac dedi uobis, non ſolidum cibum, iuxta hanc ſimilitudinem loquutus eſt dominus ad Iob: Quis concluſit hoſtijs mare, quando erumpebat quaſi de uulua procedens: Cum ponerem nubem quaſi ueſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem ⌊ eiuſq; quaſi ad diuinã quia ex ea apoſtatauit uitam reuocandæ ⌉ id eſt, fecimus memoriam & eius, id eſt, cuiuſdam multitudinis recidiuantis quaſi, reuocandæ, id eſt, per pœnitentiam reducendæ ad conuerſationem diuinam & uirtuoſam, in qua fuit ad tempus, quia apoſtatauit ab ea, iuxta illud ad Galathas: O inſenſati Galathe, quis uos faſcinauit non obedire euangelio: ⌊ bonorum eloquiorum conuerſoria doctrina⌋ id eſt, in formationibus ſcripturarum ſalubrium quæ magis aptę ſunt, ad conuerſionem, pœnitentiam & emendationem inducere. Vt quod ait Saluator: Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Et quod iterum dixit, Seruus qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non fecit, plagis uapulabit multis. C Et quod in ſecũda ſua canonica Princeps ait apoſtolorum: Melius erat illis non cognoſcere uiam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum reuerti ⌉ eiusq; tanquam adhuc à contrarijs tumultibus infirmiter timidæ ⌋ id eſt, eius q̃q; multitudinis memini, q̃ adhuc ualde eſt prona ad mala. Ideo infirmiter timet tumultus contrarios tentationum & hoſtium, non habens ſpem fortem in deo ⌋ & a facientibus uirtutẽ eloquijs corroborandæ ⌋ id eſt, confortandæ, & animandæ in domino, a colloquijs facientibꝰ uirtutem, id eſt, per uerba ſcripturæ quæ ad opera uirtutum accedunt, ut illud Apoſtoli: Non coronabitur niſi qui legittime certauerit. Et, Non ſunt condignę paſſiones huis temporis ad futuram gloriam, & c. ⌈ eiusq; uelut adhuc ad ſacras actiones ex peſſimis tranſducendæ .i. illius etiam multitudinis meminimus, quæ adhuc transferenda eſt ab actibus & conſuetudinibus uitioſis ad actus uirtutū, de qualibus ſcriptum: Corrupti ſunt & abhominabiles facti ſunt in iniquitatibus [ eiuſq; tanquam tranſductæ] id eſt meminimus item eius ſimilitudinibus, id eſt, cuiuſdam turbæ tranſlatæ de uitijs ad uirtutes ⌊ Nondum uero caſtiſſimæ conuerſationem in diuinioribus habitudinibus, & immutabilibus habentis ⌉ id eſt, necdum habentis conuerſationem caſtiſſime, id eſt, puriſſime in habitudinibus, id eſt habitibus & exercitationibus diuinioribus, ut ſunt uirtutes theologice & intellectuales, & immutabilibus, id eſt, cõfirmatis & omnino ſtabilitis in bono [ Iſte enim ſunt purgandi ordines ⌉ id eſt quinq; multitudines iſtæ, uidelicet: catechumeni, energumeni, apoſtatæ, uitioſi, puſillanimiter infirmi & timidi, ſunt ordines quinq; purgandi ⌊ a miniſtratiua obſtetricatione & purgatiua uirtute ⌉ id eſt, a perſona diaconi, qui quaſi obſtetrix ſpiritualis habet iſtos tenere in uirtutibus & do-

1. Cor. 3.
Iob. 38
Galath. 3.
Lucæ. 13
Lucæ. 12.
2. Petri. 2
2. Timo. 2.
Roma. 8.
Pſal. 52.

ctrinis, reſtringere & nutrire. Diaconus nanque habet purgatiuam uirtutem, & ſeparati-
uos a perfectioribus, eijciens eos de eccleſia ante conſecrationē. Deniq; iſti magis proprie ap-
pellantur turbæ & multitudines, quam ordo ſeu ordines aut collectiones, cum non ſint adhuc
debite coordinati, & per charitatem unum effecti, ſicut perfecti: turba etenim eſt quaſi multitu
do turbata. Mali etiam magis abundat. └Hos miniſtri┘ id eſt, diaconi ┌ſacris ſuis uirtutibus p
ficiunt┐ id eſt, perficere incipiunt, elongando eos ab extremitate uitioſa. Proprie autem perfi-
cere competit epiſcopis, quemadmodum illuminare ſacerdotibus [ad conſummate eos pur-
+tranſord nandos, vel tranſfer ordinandū gatos in illuminatricem manifeſtiſſimam ſacrificationum contemplationem & communi
cationem tranſordinando] hoc eſt, diaconi perficiunt iſtos tranſordinando, id eſt, de imperfe
ctiſſimo ad meliora eos ordinando ac deducendo, ſcilicet ad purgatos, conſummate, id eſt, p
fecte, in illuminatricem manifeſtatiſſimam, ut ſcilicet, pertingant ad illam puta ad uiam illumi
natiuam & contemplationem & communicationem, quoniam perducti ad uiam illuminati-
uam, & ad proficientium ſtatūq;, permittuntur ſacrificationem (id eſt, oblationem & eleuatio
nem) inſpicere, & item communicare. Medius autem ordo eſt contemplatiuus, id eſt, medius
ordo perficiendorum eſt, iam aliqualiter contemplatiuus, non perfecte. Tres quippe ſunt or-
dines perficiendorum. Infimus purgatorum. Medius fidelis populi, qui ad diuinorum ſeu ſa-
mentorum inſpectionem & communicationem admittitur. Idcirco uocatur cōtemplatiuus.
Tertius, monachorum └& quibuſdam ſacrificijs proportionaliter in puritate omni communi
cans ſacerdotibus┐ id eſt, medius iſte ordo conuenientiam ſpecialem habet cum ſacerdotibus
ipſis proportionaliter, prout ſibi poſſibile eſt quibuſdam ſacrificijs ſpiritalibus: Nam & cele-
brantibus aſtat, & ſimul cum illis orat, deum collaudat, dominicæ paſſionis recordatur, ſpiritali
terq; communicat. imo cum offerentibus ſacerdotibus offert, repræſentando deo patri uni
genitum ſuum & eius paſſionem, alia quoq; myſteria pro noſtra reconciliatione, gratia & ſalu E
+illuminan dis. te └ in illuminandum ſe diſtributus] id eſt, deputatus ut ſuæ, non aliorum uacet illuminatio
ni, publice dicendo ┌Etenim eſt (ut æſtimo) clarum, quomō ipſe purgatus omni┐ id eſt, ab o-
mni └immunda macula┘ id eſt mortali peccato, quod nitori gratiæ omnino contrariatur └&
caſtiſſimum habens proprij animi inmutabile fundamentum┘ id eſt firmiſſimam fidem ſeu
Chriſtum in ſe habitantem per gratiam, ſeu mentis ſtabilitatem, ſecundum quod alia tranſla
tio continet └in contemplatiuum habitum tranſit┘ id eſt ad ſapientiam ſalutarem mediocriter
claram & eminentem, cuius actus eſt contemplatio compotens ┌& uirtutem ſacrifice┘ id eſt
Pſal.53 ad ſanctificantem uirtutem, qua & ſeipſum ſacrificat deo. Voluntarie. inquiens ſacrificabo ti
bi └& communicat per ſe diuiniſſimis ſymbolis┐ id eſt, ſacramentalibus ſignis ac formis, ſub q
bus & ſuſcepit ſacramentum └in contemplationibus eorum┘ quia & oculis corporalibus inſpi
cit hoſtiam ſacram, oculiſq; mentalibus contenta ſub uiſibilibus formis └& in communicati-
one ſimul omnis ſacræ lætitiæ repletus┐ id eſt in ipſa ſacramenti ſuſceptione refertus ſpirita-
li iucunditate magna & multa, delectatus ſapore mirabili, guſtu interno, ſupernaturali dulce-
dine, panis ſuperſubſtantialis ſupercœleſtes edulij angelici panis. Hoc multi electi, &
ſancti ſacerdotes, copioſe & ineffabiliter ſunt experti, quod & iam plures locales per- F
ſonæ puellæ ac fœminæ miro modo deuote hubertim experiuntur quanquam & circa
eleuatus. ſenſibilem illam ſuauitatem diſcretione, opus ſit & cautela ┌ac per hoc ad diuinum ſcientiæ
eorū amorem ſanctiſſimis aſcenſionibus ſuis & uirtutibus proportionaliter reuolans┐ id eſt
per huiuſmodi internam letitiam, deguſtationem, & conſolationem celeriter rediens ad di
uinitatis contemplationem, & ad fontalem ſcientiam increatamq; ſapientiam aſcenſionibus
contemplatiuis, ex Chriſti ſacramentis atq; myſterijs, intuendo quantum dilexerit nos pater
æternus qui unigenitum ſuum ſic miſit & dedit nobis, tradiditq; pro nobis, & inceſſanter i-
pſum nobis tam mirabiliter, incompræhēſibiliterq; largitur. Iſtud uirtutibus, id eſt, fide & cha
ritate, gratitudine, latria, ſapientiæ ac ſcientiæ donis, inſpici debet ac fieri [Hunc ergo dico ſan
cti populi ordinem┐ id eſt, medium ordinem iſtum perficiendorum, uoco ordinem fidelis po
puli ┌tanquam per omnem uenientem purgationem. i. ad illuminatiuam uiam procedentē
ac prouenientem per omnem purgationem, id eſt, cunncta exercitia uiæ purgatiuæ] & ſacra
manifeſtiſſimarum hoſtiarum inſpectione & communicatione, quantum iuſtum eſt dignum
hoc eſt, dignum præſentia perſonali in eleuatione ſummi & famoſiſſimi ſacramenti, & com
municatio in eiuſdē. Dignum inquam, non ſimpliciter, cum nec Iohannes ſanctiſſimus dig-
Matth.3 Marci.1. Iohan.1 nus fuerit corrigiam ſoluere calciamenti illius: Sed quantum iuſtum eſt, id eſt debitum & ne-
ceſſarium ad ſalutem, exiſtendo ad minus ſine mortali peccato. ¶ Sequitur de tertio & ſupre
mo



mo perficiendorum catalogo ┌perficiendorum autem omnium altior ordo monachorum eſt
ſacra diſpoſitio┐ hoc eſt, diſpoſitio ſacra, id eſt, populus ſanctus, rite diſpoſitus, monachorum
eſt ordo altior omnium: quorum eſt a ſacris ordinibus hierarchicarum ac præſidentium pur-
gari, illuminari ac perfici ┌Omni quidem mundata purgatione, id eſt, plene purgata ┌uniuer-
ſali uirtute] id eſt, execirtio oīs uirtutis pertinētis ad eos. Vel, omni iuſtitia. Iuſtitia eñ gñalis
eſt uirtus, quæ exigit culpam emendari per pœnam, & ſatisfacere pro peccatis, debita ſoluere,
reſtituere quoq; ablata └& perfectiſſima propriarum actionū caſtitate, id eſt, munditia ac ſpi
ritali intentione, refrenatione etiam corporis omniumq; membrorum ab omni inquinatione,
ut totū corpus ſpiritualiter circuncidatur, & ab omni abuſu cuſtodiatur, ſicq; impleamus illud
Apoſtoli ad Romanos: Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati Roman 6.
ad iniquitatem, ita & nunc exhibite membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem
└omniq; quantacunq; ut decet, eam contemplando ſanctificatione] id eſt, purgata etiā omni
ſanctificatione ſtatum illum decente, quia ad uacandum deo, in omni puritate & ſanctis me-
ditationibus ordinatur └in intellectuali theoria] id eſt, ſapiētia ſpiritali & contēplatiua. Status
etenim monachorum, eſt ſtatus perfectionis. ideo religioſi tenentur ualde ſpiritali ſtudere pro
fectui, ad contemplationem ſe dare, puritati, paci, quieti uacare ┌& communicatione facta]. i.
communionem ſortito ┘& pontificum conſummatiuis uirtutibus mancipata, id eſt tradita p
fectiuis uirtutum actionibus, quibus ab epiſcopis inſtituendi ſunt monachi [& diuinis eorum
illuminatiōibus┐ id eſt, ſpiritualioribus ac ſecretioribus informationibus └& hierarchicis tra-
ditionibus┘ id eſt præceptiuis ordinationibus └edocta┘ ad debite ac regulariter conuerſan-
dū └conſiderans per ſe ſacrarum hoſtiarum ſacrificatiōes] id eſt, iam ſine diaconi informatiōe
B contemplans ac intuēs ſacra myſteria celebrari └& a ſacra eorum ſcientia┐ id eſt a cognitio
ne illa ſymbolica ſacramentalium ſpecierum └in conſummatiſſimā proportionaliter aſcen-
dens conſummationem┘ id eſt, in perfectiſſimam contemplationem & ardentiſſimam unio
nem cum ingenti admiratione & affectuoſiſſima intuitione penſando arcanum & ſuperſapi
entiale conſilium ſuperſublimis trinitatis circa humani generis ſaluationem ┌Inde diuini noſtri
duces]. i. hac de cauſa beatiſſimi apoſtoli [nominatiōibus eos ſacris dignati] id eſt, monachos
iudicauerunt dignos appellationibus ſpecialibus, illorum ſpiritualitati congruentibus └alij q
dem therapentas┘ id eſt dei cultores ſeu placatores ┌alij autem monachos ipſos nominātes ex
dei puro miniſterio & famulatu┘ id eſt, aliqui uocauerunt eos cultores & famulos dei, eo quod
cum præcipua puritate atq; aſſidua deſeruitione colant deum, eius uenerationi, laudi, ſpecula
tioni, quantum poſſibile eſt, totis præcordijs ſunt indeſinenter intēti, iugiter cuſtoditi, ac ſum
ma ſolicitudine præcauentes, ne maieſtatem & ſanctitatem eius aliquo inhonorent. Vnde &
in uita beatiſſimi patris noſtri Antonij recitatur, quod plurimi quaſi ſpeciali nomine uocabāt Athanaſ.
eum Deicolam [& non partita & ſingulari uita┐ Hic tangitur ratio, cur nūcupati ſint mona
chi, utputa ex uita ſingulari & impartita, id eſt, quoniam ſingulari deuotione & cordis integri
tate, recollectione & ſimplificata unione, ſuo obſequūtur creatori, non diſtracti, hinc inde, nec
C circa plura ſolliciti & turbati, ſed in deum reducti, ſtabiliti ac ſynceriſſima adhæſione ſancti a- Lucæ 10.
moris unum cum illo effecti. Nil creatum curantes, aſpicientes niſi in deo, ſecundum de-
um, & propter deum, uidelicet inquantum utile aut neceſſarium eis eſt ad dei obſequium, a- +ſeparabili uel inſepa rabilibus.
morem & unionem └tanquam unificante eos inſeparabilium ſacris complicationibus┘ id eſt
tanquam ſingulari conuerſatione monachorum, uiuente & unificante mentes eorum com-
plicationibus ſacris, id eſt, ſanctis coniunctionibus ſeu adunationibus quibus diuerſa quaſi pli
cantur & includuntur in unum. Hinc alia litera habet: Conuolutionibus inſeparabilium,
id eſt ſpiritalium ac perpetuorum bonorum, quæ ueræ & inamiſſibiles diuitiæ ſunt rationa
lium creaturarum, nec ſeparantur, nec auferuntur ab eis ipſis inuitis: hoc eſt, niſi conſentiat └in
deformem unitam┐ id eſt, in præcipuam unionem cum deo, & inter ſe unita quaſi unum ſunt
cum & in illo & unum adinuicem, iuxta illud: Qui adhæret deo unus ſpiritus eſt ┌& amicam 1.Corin.6
deo conſummationem┘ id eſt, perfectionem deo dilectam. Ideo ad perfectionem nos iugiter
exhortatur: └Propter quod & conſummatiuam eis donauit gratiam ſacra legiſlatio] id eſt, do
ctrina euangelicæ legis aſſcribit monachis gratiam perfectiuam, & ipſam perfectionem ſecū
dum ſtatum eorum completum. Ideo iuueni qui ſe dixit præcepta ſeruare Chriſtus reſpon- Matth.19.
dit: Si uis eſſe perfectus, uade & uende omnia quæ habes & da pauperibus & c. └& quadam
eos dignata eſt conſecratiua inuocatione┐ id eſt, cenſuit eos conſecrari ſeu dignos benedici,
cum imploratione gratiæ benedicentis, præſertim in eorum profeſſione └nō hierarchica┐ id eſt
non pontificali. └Illa enim in ſolis fit ordinibus┐ id eſt, tantum in collationibus ordinum, quo
FF ii rum

† ſãtificatã

rum eſt alijs ſacra dare ſeu conſecrare, purgare, illuminare, perficere. ⌋Sed† ſanctificatiua ¬ id eſt, conſecratione ſanctificationis impetratiua ⌐ a ſanctis ſacerdotibus ] quorum eſt benedicere religioſis & monachis, ſanctimoniales tamen uelantur a præſule, monachi enim non conſtituuntur in officio dignitatis aut prælatura ⌊ hierarchica perfectione ſecundo ſanctificata ¬ id eſt, benedicuntur perfectione ſacerdotali, quæ primo collata eſt benedictione epiſcopali. Epiſcopus nanq; benedicit & conſecrat ſacerdotem, qui ſic conſecratus, conſecrat monachum.

¶ MYTERIVM monaſticæ inſtitutionis, conſecrationis & conſummationis: Arti. XII.

SAcerdos quidem ſtat in conſpectu diuini altaris monachicam inuocationem pſallens ¬ .i. pſalmos decantans, qui magis pertinere uidentur ad actum cõſecrationis illius [ Cõſummmandus autem ¬ id eſt, perficiendus & conſecrandus in monachum [ retro ſacerdotem ſtat, nõ utrumq; pedem inclinãs, id eſt, nõ ambo genua flectens coram altari, ſicut ſacerdos [ nõ unũ de pedib⁹ ]. i. nec unũ genu flectẽs, ſicut diacon⁹ ⌐ nõ ſup caput hñs deo tradita eloq̃a ] id eſt, librũ ſacræ ſcripturæ, ut pontifex [ tãtum uero ſacerdoti aſtãs pſallẽti, ſuper ipſo myſticam inuocationem ⌋ id eſt, pſalmodiam & præcem includentem ſenſum arcanum & ſpiritalem ⌊ Perficiens autem eam ] uidelicet myſticam inuocationem ſeu monachalẽ conſecrationem ⌊ ſacerdos ad perficiendum ueniens ] id eſt, ad conſecrandum in monachum ⌊ interrogat primum hoc ¬ id eſt, iſtud primo inquirit a perficiendo ⌊ Si primum abrenunciat diuiſis non ſolum conuerſationibus, ſed et phantaſijs ] id eſt, non ſolum actionibus terrenis inordinatis a deo diuidentibus, uitioſis, carnalibus, imo etiam uanis apprehenſionibus, phantaſticis cogitationibus, conſenſui illicito, cunctis affectibus prauis ⌐ Deinde perfectiſſimam ei uitam narrat ] id eſt ſacerdos commemorat perficiendo conuerſationem ualde perfectam, quã aggreditur ⌐ teſtimoniũ ei perhibẽs ¬ id eſt, ei proteſtãs ⌐ quia oportet media eũ ſuperaſtare ¬ .i. quod oporteat eum multo perfectius & ſpiritalius conuerſari, quam fideles ſeculares, qui ſunt in medio gradu ac ordine perficiẽdorum ⌊ Hæc autem omnia perficiente intentiusq; confitente ¬ id eſt conſecrando in monachum, dicente ſe eſſe paratum ad omnia iſta, & confitente, id eſt promittente, ut alia litera habet, quod ea ſeruabit [ cruciformi ſimilitudine ¬ id eſt, ſigno crucis ⌊ ſignans eum ſacerdos, tondet ¬ .i. capillos abradens ⌐ trinam diuinæ beatitudinis inuocans ſubſtantiam ⌋ id eſt, deum felicitatis æternæ & increatæ, trinum in perſonis, unum in eſſentia ⌊ & ueſtem omnem exuens ¬ id eſt, ueſtimenta priora exuens illum ⌊ alteram ¬ ſcilicet monaſticam ueſtem ⌊ induit ¬ illum ⌐ & cum alijs ſacerdotibus uiris, quicunq; aſſunt, ſalutãs eum ¬ id eſt, oſculans cum imprecatiõe, & deſiderio ſuę ſalutis, ut proſperetur in ſancta religione, & ualedicens ei, tanquam iam morienti huic ſeculo nequam, ſocium perficit diuinorum myſteriorum, id eſt ſacræ communionis.

¶ THEORIA, id eſt ſpiritalis ſignificatio horum. Articulus. XIII.

QVOD neq; pedibus inclinare ⌋ id eſt, genua flectere ⌊ neq; ſuper caput habere deo tradita eloquia ¬ id eſt, librum diuinæ ſcripturæ, ſupple conuenit perficiendo in monachum [ aſtare autem ⌋ id eſt, ſed aſtare [ ſacerdoti ¬ ſtando iuxta & retro cũ ⌊ inuocationem pſallenti ] .i. pſalmos & conuenientes orationes dicenti ⌋ declarat .i. ſignificat monachicum ordinem non eſſe prælatum alijs ¬ iuriſdictionaliter atq; prę latice, in quantum ſunt monachi, quamuis unus monachorũ confratibus præficiatur in abbatem aut priorem, uel ex commiſſione ſeu indulto poſſet animarum curam habere ⌐ ſed in ſeipſo ſtantem ⌋ id eſt, in ſua humili uocatione manentem ⌐ in ſingulari & ſacra ſtatione ſacerdotales ſequentem ordines ¬ id eſt, obedientem ſacerdotibus, & eis inferiorem, imo & diacono iuxta prę habita, ſaltem quantum ad actus hierarchicos in ſua ſtatione ſingulari, id eſt in loco, ſtatu & ordine quo ſoli deo & ſibiipſi habet intendere, propter quod monachus dicitur, quaſi cuſtos unius, a monas, quod eſt unum: habet tamen orare pro alijs. Porro iſtis temporibus & per multa annorum cẽtenaria, monachi in ſacris ſunt & fuerũt ordinibus. Idcirco pro nũc aliter de eis cenſendum eſt quam in huius libri capitulis ſcribitur ut tangitur ⌐ & cum ipſis tãquã cõſequẽtem in diuinam per ſe ſacrorum in ſciẽtiam bene credẽs aſcẽdẽtem ¬ id eſt monachicum ordinẽ cum ſacerdotalibus uiris aſcẽdẽtem in ſciẽtiam diuinam ſacrorum per ſe tãquam cõſequẽtem ordines illos e uicino in eccleſiaſtica hierarchia. Quo etenim illis pro pinquior eſt, eo amplius perfectiõi ipſorum cõformare ſe debet bñ credẽdo eiſdem a quibus illuminatur ⌊ Partitis aũt non



non ſolũm conuerſationibus, ſed etiã phãtaſijs abrenunciatio ] id eſt, abrenunciatio qua iſte abrenunciauit conuerſationibus diuiſis & phãtaſijs ſecundum expoſitionẽ nũc introductã, cõſummatiſſimam ſignificat monachorum philoſophiam ] id eſt, ſapientiam eorum ualde perfectam, quæ cõſiſtit in hoc, quod ſic deſpiciunt, temporalia atq; carnalia, quatenus perfectius conſequantur diuina & puriori quietioriq; mente uacent altiſſimo ⌐ in ſciẽtia† uiuificãtium mandatorum operantem ⌋ id eſt, in cognitione ſaluberrimorum dei pceptorum efficaciter ſe exercẽtem, iuxta illud: Si uis intrare ad uitam, ſerua mandata. Spiritalis nãq; & contemplatiua ſapientia, non negligit operari tempore opportuno neceſſaria & utilia ad profectum. Deniq; præcepta euangelicæ legis recte dicuntur uiuificãtia, quia lex iſta continet gratiam, ſecundum q̃ ſumitur cum incluſione ſacramentorum ſuorum. Non aũt lex Moſi. Propter quod per Ezechielem perhibuit dominus: Dedi eis præcepta non bona, & legem in qua non uiuent ⌊ Eſt enim (ut diximus) non medie perficiendorum ordinum ] id eſt, abrenunciatio ſeu philoſophia iſta non eſt ordinum perficiendorum medio modo ⌐ ſed omnium altioris ] id eſt, ordinis monaſtici, qui inter ordines perficiendorum ſupræmus eſt: ideo maxime perfici debet inter eoſdem ⌐ Propter quod & multa a media ordinatione indiſcrete energumenum ⌊ id eſt, ob hoc multa quæ a media ordinatione energumenum, id eſt, quæ a fideli ſeculari, coniugatoq; populo intus adhuc laboranti, indiſcrete, id eſt, communiter ſine exceptione & prohibitione agũtur, ut ſunt nuptiæ, militiæ, mercatiões [ interducunt quodã mõ ſingularibus monachis, qui ſingulares uocantur, non ſingularitate uituperabili, ſed quia ſunt ſingularis propoſiti & uitæ eminẽtis, ut ſubdit ⌊ tanquã ad unũ ſic debẽtibus unificari ] & ueluti his quorum profeſſio eſt

B præcipue eſſe unum cum deo per recollectionem feruidumq; amorem in eo ⌐ & ad diuinam unitatem congregari ⌋ id eſt reduci in illud ſuperſimpliciſſimũ, quod ſumme neceſſarium eſſe conſtat [ & ad ſanctificã, ut iuſtum eſt, reformare uitam ¬ id eſt, reparari ad conuerſationem internam, Chriſtiformem & innocẽtem, atq; ſanctificam, utputa ſacerdotalem, cuius eſt aliorũ uitam facere ſanctam. Hinc alia litera habet, ſacerdotalem [ ueluti cognationem eius habenti in multis & magis* & ultra reliquas ¬ id eſt, tanquam poſſidenti præcipuam conformitatem & uicinitatem cum uita & ordine ſacerdotum, ut dictum eſt, & magis & ultra reliq̃s ⌊ cõſummãdorum ordinationes proximantem ⌋ id eſt per ſimilitudinem actuum uirtuoſorum plus accedentem ad ſimilitudinem uitæ ſacerdotalis, quam reliquæ ordinationes, id eſt, congregatiões ſeu ordines conſummandorum, id eſt, perficiendorum. ¶ Sequitur quid deſignet impreſſio ſigni crucis ⌊ Cruciformis autem ſimilitudinis ſignaculum, ſicut iam a nobis dictum eſt, declarat ab omnibus ſimul carnalibus deſiderijs ocium ¬ id eſt, ſignificat ceſſationem & abſtinentiam a cũ

C ctis concupiſcentijs, delectationibusq; immundis, in quibus eſt maxima turpitudo, beſtialitas, fœtor. Ideo ſanctus Petrus: Obſecro, inquit, uos abſtinere a carnalibus deſiderijs. Atq; ut in regula ſua ſanctus aſſerit Benediucts: Nihil ſic dedecet monachum ut indigeries. Et Saluator Videte, ait, ne grauentur corda ueſtra crapula ⌊ Capillorum uero tonſura ſignat nudam domini, nõ figuratam uitam ⌋ id eſt conuerſationem Chriſti ſynceram, non palliatam aut ſimulatam quam monachi potiſſime debent ſequi. Nam contra fictam iuſtitiam Chriſtus in euangelio acerrime loquitur. De qua Phariſęos & ſcribas uehementiſſime ac multipliciter reprehendit. Et contra figuratam uitam ſermocinans: Cum ieiunatis, inquit, nolite fieri ſicut hypocrytæ triſtes. Exterminant enim facies ſuas, & cætera ⌊ non in fictis figuris animi libertatem ſuperpoſite formantem ⌋ id eſt, uitam non formantem, id eſt, non effigientem, & quaſi pingentem, ſuperpoſite, id eſt, extrinſecus & apparenter in aſpectibus hominum libertatem animi a ſeruitute uitiorum ac dæmonum in figuris fictis, id eſt, apparatibus & geſtibus ſimulatis, & quaſi deuotionalibus, ut faciunt quidam uaniſſimi, grandem prætendentes deuotionem coram hominibus, cum ſint mente corrupti, & deteſtabiles deo: quia ut ait ſcriptura: Simulatores & callidi prouocant iram dei. Hinc additur ⌊ ſed ipſam in ſeipſa non humanis pulchritudinibus, ſed coadunatis & monachicis in deiformiſſimum reductam ¬ id eſt, uitam ſuam in ſemetipſa ornantes ueris uirtutibus, ita quod act⁹ exteriores & apparatus corporalis & compoſitio morum foris refulgentes procedant ex uirtuoſis interioribus actibus, ex intentione ſyncera ad dei honorem, ad propriam ſalutem, ad proximorum ædificationem ex charitate, humilitate ac dei timore, non pulchritudinibus humanis, id eſt, fictis humiliationibus, uanis macerationibus, apparentibusq; iuſtitijs non exiſtentibus: ſed reductam in deum tanquam in ultimum finem per media recta, tanto fini proportionata, congruentia ac placita, & in deiformiſſimum .i. in charitatis perfectiõem & contẽplationis expeditiõem, ut ubiq; & ſemp prompte ac feruide

Margin: † uiuificãtiũ — Matth. 19. — Ezech. 20. — Lucæ, 10. — † habentẽ * ei. — Crucis impreſſio qd — 1 Petri. 2. — Benedict⁹. — Lucæ 21. — * ſignificat mũdã & nõ figuratam. — Luc 6. 12. Matth. 23. Matth. 6. — Iob. 36.

eleuare ualeant ſe in deum. Charitas quippe eſt uirtus ſumma, ad cuius profectum & perfecti D
onem cętera exercitia noſtra ordinare debemus. Ad futuram quoq; beatificam uiſionem aſſi-
due nos appropinquare oportet, per incrementa puritatis internæ & profectum in dono ſapi
entiæ, ac exercitia uitæ contemplatiuæ, & hoc coadunatis, id eſt, connexis & coordinatis uir-
tutum operibus ſplẽdidis ac ſolidis, & monachicis, id eſt, unitiuis, a monas quod eſt unum. Vn
de alia translatio continet, ſingularibus & ſolis: alia, unicis: alia, ſolitarijs. in his compendioſiſſi
me docet ſacratiſſimus iſte theolog⁹, quam ſyncera, ſimplex, humilis, recollecta debeat eſſe cõ
uerſatio monachalis, utputa penitus aliena ab omni duplicitate, ſimulatione, hypocriſi, ambiti
Phil. 2. one, & infectione fucata, quod etiam ſpectat ad uitam cuiuſlibet Chriſti fidelis, iuxta illud ad
ille ſummis deſignationibus,quas dicere vel excogitare non ſufficimus aut ſignificare omni
intellectu altiores ſint,& ipſę ſignificationes minus ſecreta veritate contineant. Vera eſt enim Iſaiæ 64.
ſcriptura quæ dicit,ꝙ oculus non vidit,& auris non audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, 1.Cor. 2.
quæ præparauit deus diligentibus ſe. Sinus autem ſanctoꝝ patriarcharum & aliorum ſancto
rum omnium ſunt diuiniſſimę & beatiſſimę conſummatæ quietes,quæ electos omnes ſuſcipi
unt ad beatiſſimam perfectionem ſine defectu. Quęri aũt poteſt,quare epiſcopus rogat pecca
ta dimitti defuncto,& donari ei beatam ſanctorum communionem. Cum enim iuſtitia diui- 2.Cor. 5
na retribuit in futuro bona & mala,quæ geſſit in hac vita,& defunctus iam cuncta opera ſua fi-
naliter compleuerit,quomodo per orationem epiſcopi aliam retributionem obtinebit,quam
ipſe meruit per opera quæ fecit in hac vita. Ego autem ſacram ſcripturã ſequens,noui ꝙ vnuſ- Iob.19
quiſq; habebit retributionem in futuro,quam hic promeruit. Dicitur eñ: Determinauit deus Oſee 2
apud ſe. Et: Portabit vnuſquiſq; in corpore ſecundum ea,quæ geſſit,ſiue bonum, ſiue malum. 2.Cor. 5.
Quod autem orationes ſanctorum non proſint ſiue in hoc ſeculo, ſiue poſt mortem, his q ſe 1.Reg. 28.
eiſdem orationibus indignos exhibuerunt, ſcripturæ ſacræ nos docent. Quid enim Sauli pro Exo.17.32 Num.16
fuit oratio Samuelis? aut peruerſo Hebręoꝝ pplõ prophetica oratio? Sicut enim ſi quis ſanos Deut.1 pſalm.105
& perſpicaces hñs oculos,petat ſolaribus radijs illuſtrari,aliquem ſibipſi oculos irruẽtem, ita
ſpem vanam concipit,q ſanctoꝝ orões petit, & quaſi naturali oppoſitione excludit ſanctas
ipſorum operationes,non pmittens ipſas orationes in ſe ſcd̃m ipſaꝝ naturã opari,per hoc ꝙ ipſe
negligit diuina dona,& à cõibus & bonũ cõferentibus dei præceptis recedit. Dico autem ſecũ
dum ſcripturas,ꝙ orões ſctõꝝ vtiles ſunt in hoc ſeculo hoc mõ, ſi quis dona dei deſiderans, Iacobi 5
affectum ſanctũ hñs ad ipſoꝝ participationem, tanq̃ propriam cognoſcens paruitatem,rogat
B aliquem virum iuſtum fieri ſuum ſuſceptorem & cooratorem, iſte cõſequetur ex his maximã
vtilitatem,& diuina dona percipiet,deo ipſum exaudiente, mediantibus religioſa ſuipſius co
gnitione,reuerentia in viris iuſtis, laudabili deſiderio petitaꝝ orõnum cõueniente, & deifor-
mi habitu pprio. Diuinitus enim decretum eſt, diuina dona dignis ordinate dari p eos q digni
ſunt ea tradere. Si qs ergo prædictum modũ obtinendi diuina dona reprobet, falſa opiniõe
arbitrans ſe ſibi ſufficere ad orandũ deũ,& ſctõs cõtemnat,aut etiam ſi petitiões indignas deo,
& iniuſtas poſtulet,& tepide diuina dona deſideret,& q̊d ſibi nõ cõgruit,p propriam culpã pri-
uabitur cõſecutione petitiõis imperitæ. Quid aũt de dicta orone epi ſuper defunctum nobis
apl̃i tradiderunt dicere debemus: Epiſcopus ſcd̃m ſcripturam,manifeſtatiuus eſt diuinoꝝ iu-
dicioꝝ,iuxta illud Malachię: Angelus dñi exercituum eſt. Dicit ergo eps̃ ex ſacra ſcriptura,ꝙ Malac. 2
his qui ſancte vixerunt,clariſſima & diuina vita digne à iuſtiſſimis legibus retribuiť,diuina cle
mentia ſupportãte maculas per humanam infirmitatem cõtractas,quia nullus eſt,vt dicit ſcri- Iob 15
ptura,mundus à macula. Hæc igitur nouit eps̃ in ſcripturis promiſſa,& poſtulat eadẽ fieri & da 3.Reg. 8. 2.Para. 6
ri his qui ſancte vixerunt ſctãs retributiones,in hoc deo cõformatus benignitate,ꝙ alioꝝ do- Eccle 6
na ſicut pprias gratias petit,& in eo q̊d ipſe ſciens veras promiſſiões futuras præſentibus mani Roman. 3. 1.Ioha.1. 3.
feſtat,ꝙ ea quæ ipſe petit ſcd̃m atteſtationes ſcripturaꝝ,oĩno fient his qui in ſctã cõuerſatione Iacobi 3.
* recedunt. Eps̃ eñ qui recitator eſt diuinæ iuſtitię,nõ poſtularet niſi deo placita & à deo pro- †deſcẽdũt.
miſſa. Propter q̊d & his qui immũde moriuntur, nõ iſta poſtulat, nõ ſolum quia id faciendo
C diuinæ recitationis ordinem peruerteret,& opus aliq̊d hierarchicum, ſine diuino inſtinctu p-
ſumptuoſe exerceret,ſed quia iniuſtę orationis effectum nõ cõſequeretur, audiens à ſacra ſcri-
ptura: Petitis & nõ accipitis,eo ꝙ male petatis. Eps̃ ergo petit à deo,q̃ deus promiſit & diligit, Iaco 4
& omnino donabit,& proprium bonũ affectũ oñdens deo,bonoꝝ autori, & his q illi præſen- Lucæ 11
tes ſunt,manifeſtans retributiones q̃ fient ſctis. Similiter epi claues hñt,q̃bus fideles ab immũ
dis ſegregant,tanq̃ manifeſtatiui diuinoꝝ iudicioꝝ,nõ ꝙ diuina oĩpotẽtia irratiõabilib' mo-
tibus epiſcopoꝝ obſequať, ſed ꝙ iuſti à deo digni ſcd̃m merita diſcreti * recitatiue ab epis ſpiri †recratiue
tus ſancti inſtinctu ſegreganť,iuxta q̊d dñs in apl̃is autoritatem clauium prælatis eccleſiaſticis
cõferens,ait: Accipite ſpũm ſanctum,q̊ꝝ remiſeritis pctã,remittuntur eis:& q̊ꝝ retinueritis,re Iohan. 20
tenta erunt. Et btõ Petro diuinis illuminato reuelationibus dicit dñs: Quodcunq; ligaueris ſu Matth. 16
per terrã,erit ligatum & in cœlis:& q̊dcunq; ſolueris ſuper terram,erit ſolutũ & in cœlis,tanq̃
aplõ & cõſimilibus illi epis,ſcd̃m factas ipſis diuinas diuinoꝝ reuelationes iudiciorum mani-
feſtando,& cõſummando ipſa iudicia,aſſumentibus bonos, & excõmunicando & expellenti-
bus reprobos. Teſte eñ dño beatus Petrus non proprio motu nec rõne, nec reuelatiõe carnis
& ſanguinis,ſed deo ipm̃ intelligibiliter docente proteſtatus eſt: Tu es Chr̃s filius dei viui. Sic
HH ergo

Ca.VII. ergo vti debent ẽpi excõmunicationibus & alijs clauium exercitijs, ſicut diuina eos inſpiratio
mouerit, & qui epiſcopis ſubiecti ſunt, eiſdem tanq̃ diuina inſpiratione motis, deberent obedi D
Lucæ.10 re dicente dño ad apl'os: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Sed facta digreſſione, proſequamur quæ
ſequuntur. Epiſcopus completa orõne oſculatur defunctum, & poſt epiſcopum oẽs præſentes:
quia qui laudabiliter vitam compleuit, amabilis eſt & honorabilis omnibus iuſtis. Attende
autem, ꝙ in baptiſmi celebratione, ille q̃ baptizatur inprimis oleo ſctõ inungitur, poſt prioris
veſtis totalem exuitionem. Dormientibus vero in fine cõfertur olei ſcti inũctio. Hac ſcꝫ rõne
quia baptizandus inungitur quaſi certamen aggreſſurus, dormiens vero quaſi victor certami
num. Deinde ẽps ſepelit corpus inter ſepulturas fidelium coordinatorũ. Et merito, q̃a q̃ dor-
miuit, & per aĩam, & per corpus deo deuote ſeruiuit. Vnde corpus q̃d cum aĩa concertauit in
ſctis laboribus, cum eadem debet coĩcare retributionem. Et ideo diuina iuſtitia retribuet aĩæ
mercedem ſimul cum corpore ſuo, q̃d ei in hac vita cooperatum eſt, & particeps fuit ſiue in bo
na conuerſatione, ſiue in mala. Propter quod eccleſiaſtica conſtitutio diuinitus ordinata tam
aĩæ q̃ corpori, in prædictis inſinuat diuinas vtriuſq; retributiones. Animæ quidẽ p contempla
tionem & ſpiritualem intelligentiam eorum quæ fiunt, vt ſupra dictum eſt: corpori vero per
vnctionem & euchariſtiam, quę ſanctificant totum hoĩem, & vniuerſalem eius ſalutem opant
* retributionem & per catholicas ſanctificationes denunciant pfectam fore in aĩa & corpore hoĩs * reſurrectio
nem. Orationes autem & opationes quæ fiunt in conſecrationibus, quas videor omiſiſſe, non
debent per ſcripturam declarari, neq; ipſarum myſteria & virtutes diuinæ in ipſis factæ, debẽt
ex occulto in publicum educi, ſed ſicut nobis traditum eſt, tu ea diſcens doctrinis ſecretiſſimis,
ſcꝫ diuina inſpiratione, legendo, meditando, ſecretius audiendo, ad maiorem dei conformita
tem, & ſurſum actionem perfectis in diuino amore & ſanctis operibus, à diuina illuminatione E
ad ipſorum ſupremam aſcende ſcientiam. Item vt mihi ſignificaſti, riſu dignum videtur incre
dulis, ꝙ paruuli non valẽtes intelligere diuina, baptiſmum recipiant & euchariſtiam, & ꝙ ẽpi
illos non valentes intelligere doceant diuina, & vane eis tradant ſanctas traditiones, quas ipſi
non intelligunt, & hoc ipſis infidelibus magis irridendum videtur, ꝙ alij pro ipſis pueris faci-
unt abrenunciationes & confeſſiones, ſed non oportet tuam epiſcopalem diſcretionem erro-
ribus infidelium conturbari, quin potius cum modeſtia ad ipſorum illuminationem amabili
ter excuſare, quando ipſi talia improperant, adijciendo per ſcripturarum teſtimonia, ꝙ non
omnia diuina à noſtra ſcientia circumſcribantur. Multa autem à nobis incognita cauſas ha-
bent apud deum conuenientes, quas nos ignoramus, animi vero cœleſtes ſciunt. Multa etiã
ſummos angelos latent, & à ſola diuina ſapientia cognoſcuntur. Super hoc autem articulo,
ſcilicet de pueris baptizatis dicimus, ꝙ doctores noſtri à ſuis ſenioribus docti, nobis tradide-
runt, ſcilicet ꝙ infantes ab infantia ſecundum ſanctam & diuinam inſtitutionem educati aſſue
ſcũt recte viuere, remoti ab erroribꝰ & ab immũda vita immunes. Vnde viſum eſt ſanctis apl'is
ſecundũ hunc modum ſuſcipere infantes, ita ꝙ pater & mater pueri traderent eum alicui bo-
no pædagogo in diuinis myſterijs, & deinceps puer ſub ipſo pædagogo ageret, tanq̃ ſub diui-
no patre, & ſuæ ſaluationis ſuſceptore. Ab iſto ergo pædagogo promittente educare puerum F
in ſancta conuerſatione, epiſcopus expetit vt confiteatur abrenunciationes & ſanctas confeſ-
ſiones, non alium pro alio docens diuina, neq; pueri pædagogus promittit ſe abrenũciare aut
confiteri loco pueri, ſed puer abrenunciabit & coordinabitur fidelibus, quaſi dic: Promitto
me perſuaſurũ puero meis eruditionibus ad mentem ſanctam introducto, ꝙ abrenũciabit il-
licitis, & confitebitur & operabitur diuinas confeſſiones. Non ergo eſt inconueniens, ꝙ puer
ſecundum diuinam ſurſum actionem educatur, habens ducem & ſuſceptorem inducentem ei
habitum diuinorum, & cuſtodientem ipſum ab illicitis immunem. Tradit autem epiſcopus
puero ſancta ſigna, vt enutriatur in ipſis, & nõ incurrat aliã cõuerſationem, niſi diuina ſemper
conſiderantem, & in profectu fidei & bonoꝝ opum diuinis coĩcantem, & ſanctum habitũ in
pdictis vigentẽ, & ſurſum actum à deiformi ſuſceptore tanq̃ à viro ſancto. Hæc mihi ò Timo
thee apparent myſteria ſacramentorum hierarchię eccleſiaſticę. Alijs aũt q̃ ſunt me pſpicatio-
res non ſolum prædicta, ſed forſitã manifeſtiora & profundiora apparent myſteria. Et tibi ad
radium diuinum exercitato, dictis gradibus elucebunt, vt arbitror, pulchritudines ſplendi-
diores & diuiniores. Tu aũt perfectiorem illuminationẽ, cum tibi apparuerit, mihi trade, &
ſplendidiora myſteria quę perſpexeris, mihi declara. Confido aũt ꝙ per ea quæ in hoc libro
ſcripſi ego in te repoſitas diuini ignis accendam ſcintillas.

ECCLESIASTICAE HIERARCHIAE FINIS.

D. Dio-



# D. DIONYSII CARTVSIANI, COMMENTARIORVM SVORVM IN LIBRVM S. DIONYSII AREOPAGITAE MARTYRIS DE DIVINIS NOMINIBUS

## PRAEFATIO.

A QVIS aſcendit in cœlum atq; deſcendit? Quis colligauit aquas quaſi
in veſtimento? Quis ſuſcitauit omnes terminos terræ? q̃d nomen eſt Prouer.30.
eius, & quod nomen filij eius, ſi noſti? Docet nos ſacra ſcriptura do-
minum deum noſtrum, & incomprehenſibilem eſſe, & tamen poſſe
aliquo modo comprehendi, præſertim cum beati in patria compre-
henſores vocentur, & S. fateatur Apl's: Sequor autem ſi quo modo cõ Philip.3.
prehendam, in quo & comprehenſus ſum. Sic & ſcriptura hęc erudit
nos, deum noſtrum, ineffabilem innominabilemq; conſiſtere, & ni-
hilominus ſuo modo poſſe effari & nominari. Quomodo etenĩ lau-
dabimus eum, & alijs notificabimus maieſtatem ipſius, niſi eum expri
mendo & ſignificando per nomina? Deniq;, ſcimus (ait prædilectus legiſlatoris noſtri diſci- 1.Iohã.5
pulus) quoniam filius dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus deum verum, & ſimus
B in vero filio eius. Qui loquens ad patrem, dixit: Pater, manifeſtaui nomen tuum hominibus. Iohan.17
Itemq;: Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio tua in eis ſit. Poſſumus ergo
deum verum aliquo modo cognoſcere, & proportionaliter nominare, potiſſime cum in lib.
Sapientiæ ſcriptum ſit: Vani ſunt omnes homines, quibus non ſub eſt ſcientia dei. Et de his q̃ Sapien.13.
videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui eſt. A magnitudine enim ſpeciei creaturæ,
poterit creator horum cognoſcibiliter videri. An non & glorioſus gentium doctor hoc ipſum
deprompſit? Inuiſibilia, inquit, dei à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpici-
untur: ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Veruntamen non obſtantibus his, pandit idẽ Roman.1.
Apoſtolus incomprehenſibilitatem omnipotentis in ſeipſo, qui non eſt minus incomprehen
ſibilis in ſua eſſentia, quàm in ſapientia & iuſtitia ſua. De quo in prima ad Timotheum epiſto 1.Timo.6
la aſſerit: Quem nullus hominum vidit, nec videre poteſt. Et alibi: O altitudo diuitiarum ſapi Roma.11
entiæ & ſcientiæ dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius.
De quo & in Iob fertur: Nos quippe inuoluimur tenebris. Digne eum inuenire non poſſumus Iob.37
& enarrari non poteſt. Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui ſibi
videntur eſſe ſapientes. Conſonant demum his dicta philoſophorum, cum enim Plato aſſe- Plato
rat in Timæo: Genitorem opificemq; vniuerſi tam difficile inueniri, quàm inuentum impoſ-
ſibile digne effari. De quo in Elementatione ſua theologica Proclus ait: Ens diuinum pro- Proclus
pter ſuã ſupſubſtantialem vnitatẽ, indicibile eſt & incognoſcibile omnibus ſimul ſecundis, à
C participantibus autem capabile eſt & cognoſcibile. Propter quod ſolum primũ penitus igno
tum, tanq̃ ametectum ens. Hoc eſt quod ſexta propoſitione libri de cauſis inducitur: Cauſa
prima eſt ſuperior omni narratione, & nõ narratur niſi per cauſas ſecundas, quoniam ipſa eſt
ſuper omnem cauſam. His & cõſimilibus difficultatibus plenus eſt liber iſte, deo præſtante iã
elucidandus: qualiter videlicet prædicata & nomina iſta perfectionalia deo cõueniant, & qua
liter iſta nũc tacta ſteet ſimul & cõcordent. Ad quoꝝ qualẽcunq; declarationẽ & reſolutionẽ
q̃s poterit eſſe idoneus, niſi quem talem fecerit deus? Eius igitur illuſtrationem totis imploro
præcordijs. Eſt namq; reuera altiſſimum iſtud negotium, & in horum plena notitia conſiſtit
felicitas: idcirco in horum cognitione clara & amoroſa, formata & affectiua profi-
cere, eſt ad beatitudinem veram proficiſci ac propinquare: ad quod re
quiritur habitaculum mundum, mens depurata, cor hu-
mile & ſyncerum, imo omni virtute ornatũ.

Ca.I.] S. DIONYSII AREOPA- D
# GITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, DE DIVINIS NOMINIBVS LIBER AD TIMOTHEVM EPISCOPVM EPHESINVM.

¶ Quæ rationis interpretatio, & quæ de Diuinis ſit nominibus traditio.

## CAPVT I.

CON presbytero Timotheo Dionyſius presbyter Sa-
lutem. Nunc autem o beate uir, poſt theologicos cha-
racteres, in diuinorum nominum replicationem (q̃=
tum licet) tranſeamus. Sit autem & nunc nobis elo=
quiorum lex præ diffinita, ueritatẽ nos inuenire eo=
rum, quæ de deo dicta ſunt, nõ incredibilibus huma
næ ſophiæ uerbis, ſed * appropriatione ſpiritu mo=
uente theologorũ uirtutis, per quam ineffabilibus E
& ignotis ineffabilite & ignote coniungimur, ſecũ=
dum meliorem noſtræ rationalis & intellectualis uirtutis & operationis unita
tem. Vniuerſaliter itaq; non audendum dicere, neq; intelligere quid de ſupereſ=
ſentiali & occulta diuinitate, præter diuinitus nobis ex ſacris eloquijs expreſ=
ſa. Ipſius enim ſuper rationẽ & intelligentiam & eſſentiam ſupereſſentialis, ipſa
ſuperſſentiali ſcientia reponẽdum in tantum ſurſum reſpicientes, q̃tum ſe infert
diuinorum eloquiorum radius ad ſuperiores claritates circa diuina *temporan
tia & ſanctitate coarctatas. Etenim ſiquidem oportet ſapientiſſima & uerifſi=
ma theologia perſuaderi iuxta analogiam uniuſcuiuſq; animorum reſpiciũtur
diuina, & inſpiciũtur thearchicę bonitatis in ſalutari iuſtitia ab his quę in men=
ſura ſunt immenſurabilitatem diuinitus tanq̃ illocalem diſtinguẽtem. Sicut em̃
incomprehenſibilia & incontemplabilia ſunt * ſenſibilibus inuiſibilia: & his quę
ſunt in figmento & ſimilitudine ſimpla & non ſimilata, & ſecundum corporꝝ fi
guras formatis in corporalium intacta & non figurata informitas, iuxta eandẽ F
† ueritatis rationem ſuperat eſſentias ſupereſſentialis magnitudo, & animos ſup
animum unitas, & omnibus uirtutibus impoſſibile eſt quod ſuper ſenſum eſt
archanũ, q̃ omni ratione ſuper rationale bonum. Vnitas unifica omnis unitatis
& ſupereſſentialis eſſentia, & intellectus inuiſibilis, & uerbum archanum, irra
tionabilitas, & inuiſibilitas, & innominabilitas ſecundum nullum eorꝝ quæ ſũt
ens, & cauſale quidem eſſendi oĩbus: ipſum autem nõ ON ut oĩs eſſentiæ * ſum
mitas, & utcunq; ipſa de ſeipſa proprie & ſcienter manifeſtat. De hac igitur (ut
dictũ eſt) ſupereſſentiali & occulta diuinitate, non audendum dicere, neq; intel
ligere quid, præter diuinitus nobis ex ſacris eloquijs expreſſa. Etenim ſic
ipſa de ſemetipſa in eloquijs † optime tradidit. Eius quidem qualis eſt, ſciẽtia &
contemplatio omnibus inuia eſt, quæ ſunt tanquam ab omnibus ſupereſſentia=
liter ſeparata. Et multos theologorꝝ ĩuenimus, nõ ſolũ ut inuiſibilẽ eam & incõ=
prehenſibilẽ laudãtus, ſed inſcrutabilẽ ſimul & inueſtigabilẽ, tãq̃ nõ * ente ueſti=
gio ullo

1. Cor. 2.
† appro= batione.
Tm̃ de di uinis aſſe uerandũ, q̃tũ nob diuĩa elo quia tra= dunt.
* immo= derantia ad ſancti tates.
Deũ nul= li creato i tellectui cõprehẽ= ſibilem.
* ſenſibus
† uirtutis.
* Vnitas Diuinita tẽ ſemet= ipſam tm̃ cõprehẽ= dere.
* proprie
* exiſtẽte



A ullo in occultam eius multitudinem peruenientium. † Non tamen communi=
cabile eſt uniuerſaliter bonum ulli eorum quæ ſunt, ſed in ſeipſo manens ſuper=
eſſentialem collocatũ radiũ uniuſcuiuſq; eorꝝ quæ ſunt proportionaliter illumi
nationibus optime ſupermanifeſtat, & ad poſſibilem ſui contemplationem &
ſocietatem & ſimilitudinem extendit ſacros animos, quantum fas eſt: & ſic diui
nitus deſiderantes, & neq; ad ſuperius moderate indita diuina manifeſtatione
impoſſibiliter glorificatos, neq; ad inferius ex ea quæ in malum eſt minoratio=
ne reſolutos, ſed & bene ponderate & erecte ad radium eis ſuperlucentem exten
tos, & commenſurabili † iuſtarum illuminationum amore cum reuerentia ſa=
cra & temperate & ſancte reuelantes ipſa ſequentes thearchica iuga, quæ etiam
totas gubernant ſupercœleſtium eſſentiarum ſanctas diſpoſitiones. Hoc quidẽ
ſuper intellectum & eſſentiam thearchiæ occultum inſcrutabile eſt etiam intelle
ctualibus mentis reuerentijs. Hęc archana temperanti ſilentio honorantes, ad lu
centes nobis in ſacris eloquijs ſplendores intendamus, & ab ipſis in lucem † du=
camus ad thearchicos hymnos, ab his ſupermundane illuminati, & ad ſacras hy
mnologias formati. Ad uidendum etiam commenſurate nobis per eas donata
diuina luminaria, & largum principium omnis diuinę apparitionis luminis lau
dandũ, ſicut ſeipſum de ipſo in ſacris eloquijs tradidit, ut quia omnium eſt cau
B ſa, & principium, & eſſentia, & uita. Et quidem recidentium ab eo, & reuoca=
tio & reſurrectio. Atuero deiformitatis in corruptibile perditorum renoua=
tio & reformatio, iuxtaq; agitationem immundam mobilium collocatio diui=
na, & ſtantium munimen, & ad ipſum reductorum reſtitutiua manuductio, &
illuminatorum illuminatio, & perfectorum perfectio principalis, & diuinorũ
diuinitas, & ſimplicium ſimplicitas, & unitorum unitas, principij omnis ſuper
eſſentialiter ſuperprincipale principium, & occulti, ſecundum quod † iuſtum
eſt, optima traditio. Et ſimpliciter dicendum, uiuentium uita, & eorum quæ
ſunt eſſentia, omnis uitæ & eſſentiæ principium & cauſa, per ſuam ut ſint quæ
ſunt actiuam continentem bonitatem. Hæc autem a diuinis eloquijs didicimus.
& omnem ſic dicere ſacram theologorum hymnologiam inuenies ad beneficas
diuinitatis proceſſiones manifeſtatiue & laudatiue nominationes diuinas præ=
parantem. Vnde fere in omni theologica actione thearchiam uidemus diuinitus
laudatam, ut monadem quidem & unum propter ſimplicitatem & unitatem
C ſupernaturalis impartibilitatis. Ex qua ut unifica uirtute unimur, & partitis no
ſtris alteritatibus ſupermundane complicatis in deiformem monaden congre=
gamur, & deum imitantem unitatem. Vt trinitatem uero propter † ſubſiſten=
tis ter ſupereſſentialis fœcunditatis expreſſionem, ex qua omnis paternitas in
cœlo et in terra eſt et nominatur. Vnde autem cauſam eorum quæ ſunt, quo=
niam omnia ad eſſe adhibita ſunt per eius ſubſtantificam bonitatem. Sapientem
uero & bonam, quia exiſtentia omnia quæ propria natura incorruptibilia ſal=
ua ſunt omni harmonia diuina, & ſacra pulchritudine ſunt repleta. Humanam
autem differenter, quia his quæ ſecundum nos ſunt ad ueritatem uniuerſaliter
in una ſui ſubſtantiarum communicauit, & reuocatam ad ſeip m reſtituit hu=
manam nouiſſimam partem, ex qua ineffabiliter ſimplex Ieſus compoſitus eſt,

* exiſtẽte.
* iuſtorũ.
† ducãur.
Deũ iõ= bus reb' oĩm rerũ eẽ bonũ.
* optimũ eſt tradi= tio.
Diuina noĩa ſig= nare beneficos a deo pro= greſſus
* ſubſiſtẽ= tem.
Ephe. 3
Bonitatẽ diuinam oĩm fore exiſtẽtiũ cauſam

Ca. I &appoſitionẽ aſſumpſit temporalem æternus,& æqualis nobis factus eſt natu
ra,omnium ſecundum naturam omnem ordines ſupeſſentialiter molitus,cũ in- D
commutabili & inconfuſa propriorum collocatione, & quæcunq; alia deifica
luminaria eloquijs conſequenter diuinorum noſtrorum ducũ occulta traditio
expreſſe nobis donauit.Hæc & nos didicimus,nunc quidem rationabiliter no-
bis per ſacra uelamina eloquiorum & hierarchicarum traditionum humanita-
tes,ſenſibilibts quidẽ inuiſibilia,&his quę ſunt ſupereſſentialia circumuelantis,
& formas & ſimilitudines carentibus formis,& circũponentis ſimilitudinibus,
& ſupernaturalem & non figuratam ſimplicitatem uarietate partitorum ſym-
a.Theſ.4. bolorum,& multiplicantis & perfigurantis. Cum autem incorruptibiles &
immortales facti fuerimus, & Chriſtiformi & beatiſſima recipiemur qete, ſem
per cum domino(iuxta eloquia)erimus;uiſibilis quidem ipſius diuinæ manife-
ſtatiõis in caſtiſſimis contẽplationibus repleti, manifeſſimis ſplendoribus nos
circumluſtati,ſicut diſcipulos in illa diuiniſſima transformatione.Inuiſibilẽ aũt
ipſius illuminationem impaſſibili & immateriali intellectu participantes,& ſu
Matt.17. per intellectum unitatem in ſuperapparentium radiorum ignotis &beatis expe
Mar.9 rimentis,in diuinorum imitatione ſupercœleſtium animorum: ſicut angeli ẽm E
Lucæ 9 Matt.22. (ut eloquiorum ueritas ait)erimus,& filij dei,filij reſurrectionis ſunt.Nũc autẽ
Luminari te doceri per ſymbola. ut nobis poſſibile,neceſſarijs quidem in diuina ſymbolis utimur,& ex ipſis ite-
rum in ſimplam & unitam inuiſibilium cõtemplationum uirtutem proportio
naliter intendimus,& poſt omnem ſecundum nos deiformium intelligentiam
† requieſcentes. †reſecantes noſtras intellectuales operationes in ſupereſſentialem radium,ſecũ-
dum quod iuſtum eſt nos immittemus.In quo omnes fines omnium cognitio-
num ſuperarchane ante ſubſtituti ſunt,quem neque intelligere poſſibile eſt,neq;
dicere,neq; omnino quoquo modo contemplari, propter quod ab omnibus
ipſe remotus ſit,& ſuperincognitus: & omnium quidem aſſentialium cogni-
tionum et uirtutum ſummitates,ſimul et omnes ſupereſſentialiter in ſeipſo prę
ambientem;omnibus uero incomprehenſibili uirtute, & ſupercœleſtibus ani-
Deũ oẽm eſſentiã cognitio nemq; ãexcere mis ſupercollocatum.Si enim ſcientiæ omnes exiſtantium ſunt, & in ea quæ
ſunt finem habent, ipſa oĩm eſſentia ſumma, & ab omni ſcientia eſt remota: etſi F
melior eſt omni ratione,& omni ſcientia,& ſuper intellectum uniuerſaliter, &
eſſentiam collocatur.Omnium quidem cum ſit acceptiua, et comprehenſiua,et
preapprehenſiua,oĩbus autem per ſe uniuerſaliter incomprehẽſibilis eſt,et neq;
ſenſus eius eſt,neq; phantaſia,neq; opinio,neq; nomẽ, neq; ṽbum,neq; tactus,
neq; ſcia.Q̃uo de diuinis noĩbus a nobis actitabitur ſermo ſiue uocabulo,et ſu
pernominationẽ,et ſupereſſentiali deitate oſtenſa?.Sed quia diximus cũ theolo
gicos characteres expoſuimus,unũ incognitũ ſupereſſentiale per ſe optimũ qui
dem eſt,trinã unitatẽ dico,homotheon,et homagathon,neq; dicere,neq; intelli-
gere poſſibile eſt.Sed et ſanctarꝫ uirtutũ angelicæ unitates, quas ſiue ſpeculati-
uas,ſiue acceptiuas oportet dicere, ſupincognitæ et ſuperlucẽtis bonitatis:et ar
chanæ ſunt et incognitæ,et ſolis ipſis ſubſiſtũt ſuper ſciam angelicã dignis ſuis
angelis,his deiformis angelica imitatiõe, q̃tũ licet, coadunati animi, qñ ſcdm
a potentiſſime ainhoc oẽm intellectulẽ opationẽ reqeſcũt. Talis cũ ſit deificatorꝫ aĩorꝫ ad ſummũ lu-
men unitas,laudant ipſum†potiſſime per omnium quæ ſunt ablationem.†Et ex
hoc



A hoc uere & ſupernaliter illuminati ex beatiſſima cum ipſo†unitate, quia omniũ †unione.
quidem eſt quæ ſunt cauſale.Ipſum autẽ nihil ut omnibus quæ ſunt ſupereſſen-
tialiter exaltatum.Igitur ſupereſſentialitatem diuinam qualis eſt ſuperbonitatis
†ſuperſubſiſtentiæ,neq; ut uerbum aut uirtutem,neq; ut animam aut uitam,aut †ſupſubſiſtẽtia.
eſſentiam laudare eſt iuſtum.Nulla enim eorum quęcunq; ſuper omnem uerita
tem ſunt ueritate dicitur.Sed ut ab omni habitu,motu,uita,phantaſia,opinione,
nomine,uerbo,uirtute,intelligentia,eſſentia,ſtatu,collocatione,unitate,ſummi-
tate,multitudine,omnibus quecunq; ſuntexiſtentia ſupereminenter remotam.
Quomodo uero ut bonitatis†ſubſiſtentia ipſius eſſe omnium quæ ſunt eſt cau- †exiſtẽtia
ſa optima principalis diuinitatis prouidentia ex omĩbus †cauſatis laudanda eſt. †cauſatiuis.
Quoniam & circa ipſam omnia & propter ipſam,& ipſa eſt ante omnia, & o-
mnia in ipſa conſtituta ſunt,& eius eſſentia omnium eſt ad eſſe deductio & ſub-
ſtantia,& ipſam omnia deſiderant. Intellectualia quidem & rationabilia ſcien-
ter;ſubiecta uero his ſenſibiliter & alia ſecũdum uitalem motum & eſſentialem,
& conditionalem neceſſitudinem.Hæc igitur ſcientes theologi, & tanquam in-
nominabilem eam laudant,& ex omni nomine.Innominabilem quidem,ut cum Diuinitas quõ innoĩabilis
aiunt,diuinitatem ipſam in una myſticarum ſymbolicę diuinæ manifeſtationis
uiſionum,increpaſſe dicentem:a Quod nomen tui?& ſicut ab omni eum dei no a Gen 32.
B minatiua ſcientia reducens dicere:Et ut quidem interrogas nomẽ meum?&hoc a Iudi.13
eſt mirabile: Aut non hoc uere eſt mirabile nomen b quod eſt ſuper omne no- b Phili.2.
men?quod eſt innominabile,quod omĩ ſupercollocatum nomini nominato,c ſi c Ephe.1.
ue in hoc ſeculo,ſiue in futuro?Multiuocam uero,ut cum iterum eam introdu- †ego ſum ON,uita lux,deus, ueritas.
cunt dicẽtem:d †Ego ſum e uia, ueritas & uita,f lux,g deus,& cum ipſi omĩum
cauſalem theoſophi multiuoce ex omĩbus cauſatiuis laudãt,ut h optimum, ut i d Exod 3.
bonum,ut k ſapientem,ut l dilectum, ut m deum deorum, ut n dominum do- e Iohan.14 f Iohan.1.
minorum, ut o ſanctũ ſanctorũ,ˀut p æternũ,ut q exiſtentem, & ut r ſeculorum g Gene.1. g Iſaiæ.42
cauſalem,ut s uitæ largitorem,ut t ſapientiam,ut u intellectum,ut x rationem,ut h Lucæ.18. i Pſal.118.
y ſcientem,ut proferentem z omnes theſauros ab omni ſcientia,ut a uirtutem,ut k Iob.9. l Can.5.
b potentem,ut c regem regnantium,ut d antiquum dierum,ut e non ſeneſcentẽ, m Pſal.49. n Apoc.17 o Danie.9
ut f immutabilem,g ut ſalutem,ut h iuſtitiam,ut i ſanctificationem, ut k redem- p Baruc. 4. q Exod.3.
ptionem,ut l in magnitudinem omnia excellentem,ut m in aura leue ſiue tenui. r Prouer.3. s Adu.17.
Atq; & n in animis eũ eſſe aiũt,& o in animabus,& p in corporibus, & q in cœ t 1.Cor.1. u Iob.10.
lo,& r in terra,& ſimul in s eodem eũdem t immũdanũ,u circa mũdũ,ſupermũ x Pſal.44. y 3.Reg 8.
C danũ x ſupercœleſtem,y ſupereſſentialẽ,z a ſolẽ,b ſtellam,c ignẽ,d aquã, e ſpi- z Coloſ. 2. a1.Cor.1.
ritũ,f rorem,g nebulam,per ſeipſum,h lapidem,i petram;& k omnia quæ ſunt, b Iob.11.12 c Apoc.19
& nihil horũ quæ ſunt.Si igitur omniũ cauſæ, & ſuper omnia enti, & innomi- d Danie 7. e Eccle.18.
nabile adunabũt,& omnia eorum quæ ſunt nomina, ut diligenter ſit uniuerſo- f Mala.3. g Matt.1.
rum regnum, & circa eam ſunt omĩa,& ab ea: ut cauſa,ut principio,ut fine de- h Iſaiæ.45 i 1. Cor.1.
pendentia, & ipſa(ſecundum eloquium)l eſt omnia in omnibus.Et uere lauda- k Iſaiæ 31. l Pſal.144.
tur omĩum ſubſiſtentia inchoatiua,& continens,m cuſtos,& n paſcens, & ad o m 3.Reg.19 n 1.Pet.2.
ſeipſam conuertens,& hæc adunans immenſurabiliter & excelſe. Nõ enim cõ- o Sapien.7 p 1.Cor.15
tinentiæ,aut uitæ, aut conſummationis cauſa tantum eſt ut a ſola hac, aut altera
prouidentia ſupernominabilis bonitas nominaretur.Omnia uero ſimpliciter, et
indiffinite in ſeipſa quæ ſunt præambiens,perfectiſſimis unius ſuæ & cauſaliſſi-
HH iiij mæ pro-

p 1. Cor. 6. q Pſal. 10. r Iere. 23. s Iſaiæ 55. t Sapien. 1. v Iſaiæ. 66 x Pſal. 67. y Matt. 6. z Danie. 3. a Mala 3. b Apo. 1. c Deute. 4. d Iohan. 4. e Thre. 4. f Oſeæ. 14. g Eccle. 43. h Pſal 117. i 1. Cor. 10. k l 1. Co. 15 m Iſaiæ. 21. n Eccl. 24. o Thre. 5. p Iſaiæ. 6. q 3. Reg. 8. r Iud. 6. s 3. Re. ii. 12 t Exod. 6. v Iſaiæ. 6. x Canti. 1. y Canti. 5. z Deute. 4. a Eze. 1. 8. b Hebræ. 4. c Iſaiæ. 5. d Can 5. e Pſal. 33. f Pſal. 118. g Gene. 16. h Deu. 32. i Iſaiæ. 52. K Exo. 33. l Deu. 33. m Iſaiæ. 24. n Danie. 7. o Pſal. 115. p Canti. 7. q Matt. 7. r Pſal. 118.

mæ prouidentię bonitatibus, & ex omnibus qui ſunt harmonice laudatur & nominatur. Et quidem non iſtas ſolas theologi diuinas nominationes honorant D quæ ſunt ab omnibus, aut partitis prouidentijs aut profuſis: ſed & a quibuſdã e, quomodo diuinis p reſponſis in ſacris templis aut alijs formis q magiſtros aut r s t u prophetas illuminantibus, iuxta alias & alias cauſas, quæ & uirtutes nominant ſuperdictionem, & ſupernominationem bonitatem, & x formas ei, & y ſimilitudines humanas, aut z igneas, aut a electrinas circumponunt, & b oculos eius, aut c aures, & nexos d crines, & e facies, & f manus, & g poſteriora, & h pēnas, & i brachia, & k dorſa, & l pedes laudãt, m coronaſq; & n thronos, & o calicem, & p crateras eius: & alia quæcunq; myſtica ſunt ei circunformant, de quibus in ſymbolica theologia ſecundum uirtutem diximus. Nunc uero quęcunq; pręſentis ſunt actionis ex eloquijs congregantes, & ſicut quadam regula his quę dicta ſunt utentes, & ad ea reſpicientes ad reſerationem inuiſibilium diuinorum nominum proueniamus. & quę quidem ſemper per omnem nobis theologiam, hierarchica lex induxit, diuina contemplatiua uirtute theophanias inſpiciemus proprie dicere theorias, & aures ſacras, mirabilibus diuinorum nominum replicationibus apponamus, q ſanctis ſancta ſecundum diuinam traditionem collo- E cantes, & indoctis hæc irridentibus & illudentibus auferentes. Magis autē ipſos illos, ſiquidem omnino ſunt huiuſmodi, quidam homines in hoc diuina pugna redimētes. Te quidem hæc cuſtodire oportet, o bone Themothee iuxta ſacratiſſimam inductionem: & neque dicta, neq; prolata diuina facere in indoctos. Mihi autem det deus diuinitus laudare, non uocatæ & non nominatæ diuinitatis beneficas multas nominationes, & r ne a uferat uerbum ueritatis ex ore meo.

## EXPOSITIO HVIVS PRIMI CAPITVLI, QVAE SIT RATIONIS interpretatio & quæ de diuinis nominibus traditio. Art. I.

TRactaturus in volumine iſto beatiſſimus Dionyſius de diuinis nominibus, hoc eſt, de his quæ deo proprie & abſolute conueniunt, vtputa ſine reſpectu ſaltem realit primo continuat ſe ad librum quem immediate ante iſtum cō poſuit, qui non fuit de hierarchijs, ſed de ſuperbeatiſſima trinitate. Deinde præmittit documenta quædam communia, primo faciens mentionem aliquam nominum, ad ſuam conſiderationem ſpectantium in communi. Se- F cundo de talibus agit in ſpeciali capitulo quarto, vbi declarat qualiter deus appelletur bonus & bonitas, nec oportet in his plurimū præuolare & præuenire dicenda, quoniam hæc omnia ſuis locis atq; capitulis ordinate patebunt. Nec intēdo hic intendere, nec immorari, neq; inſiſtere, niſi taxtus expoſitioni, non quæſtionum ventilationi: quæ quaſi innumerabiles poſſent hic introduci, quæ ſuper primum Sententiarum ſunt expeditę. [Nūc autem ó beate vir poſt theologicos* characteres in diuinorum nominum replicationem, quantum licet, tranſeamus] hoc eſt, ó felix Timothee coepiſcope & confrater in domino, tranſeamus per mentis conſiderationem quantum licet, id eſt, prout nobis poſſibile eſt, gratia operante, in replicationem, id eſt, frequentem & iteratam conſiderationem, ſicut id quod replicatur, ſæpe inſpicitur. Vel, in replicationem, reuoluendo & repetendo quæ ſanctus Hierotheus ſcripſit de his, aut alij quidam. Replicationem, inquam, nominum diuinorum, id eſt, nominum nominantiū per reſpectum ad nomina nominata, vtputa ad res ſignificatas. Vel, nominū diuinorum, id eſt, rerum diuinarum, ſignificatarum per nomina de quibus hic agitur, cōſiderando ſecundū quas ratiōes & proprietates eaꝝ cōueniāt eis nomina iſta, nec dubiū qn ſpecialiter hic agatur de rebus, ſiue de re eadē ſecundū varias ratiōes & proprietates ipſius, ſecundum quas poteſt pluralit ſignificari, quēadmodum cū ait Apoſtolus: Inuiſibilia dei per ea quę facta ſunt, conſpiciuntur. Vbi p inuiſibilia dei, nō intelligūtur inuiſibiles creaturæ dei, vt angeli, ſicut cū ad Hebræos dicitur: Fide

*hypotipoſes. — Roma. 1.



A tur: Fide intelligimus aptata eſſe ſecula, vt ex inuiſibilibus, id eſt, poſt, vel ex inuiſibilibus, id eſt, poſt inuiſibilia viſibilia fierent. Poſt, inquam, ordine dignitatis, nō temporis, cum ſcriptum ſit: Initio tu domine terram fundaſti. Vel ex inuiſibilibus, id eſt, ſimpliciſſimis idealibus ratiōibus mentis diuinæ. Hæc itaq; conſideremus poſt characteres theologicos, id eſt, poſt conſiderationes & notificationes proprietatum perſonalium in diuinis, diſtinctiuarum ſuperbeatiſſimaꝝ perſonarum ad intra: vt ſunt paternitas, filiatio, proceſſio, de qbus tractauit theolog⁹ libro de diuinis characteribus, quem librum (vt dictū eſt) nō habemus. Dicunt autē characteres iſti theologici, qa de iſtis tractare ad theologum ſpectat: & quoniā circa eos theologia, i. ſermo diuinus atq; de deo tractans, verſatur. ¶ Prætęrea character interdum ſumitur in diuinis pro perſona diſtincta, vt cum ad Hebræos de vnigenito filio dicitur: Qui cum ſit ſplendor glorię & figura ſubſtantiæ eius. In Hebræo ſcriptum eſt, & character ſubſtantiæ eius. Interdū p proprietate diſtinctiua, vt hic. ¶ Conſequenter primum documētum ſubditur generale. [Sit aūt & nūc nobis eloqoꝝ lex pdiffinita, veritatē nos inuenire eorum quæ de deo dicta ſunt, non incredibilibus humanæ ſophiæ verbis]. i. ſicut in alijs locis ac paſſibus ſcripturarum, ita & hic præfixa & obſeruanda ſit nobis lex elogorum. i. doctrina & iuſſio ſacræ ſcripturæ, videlicet inuenire nos veritatem. i. ſciētiā nūc dicēdoꝝ inueniamus, nō q̄ſi à caſu aut de nouo ex proprio ſenſu, ſicut iuxta philoſophū aliq bene ſunt inuētiui, alij bene iudicatiui. Hinc ſubditur: nō in credibilibus verbis hūanæ ſophiæ. i. non ex humanis argumentationibus, prout Corinthijs ſcribit Apoſtolus: Prædicatio mea ad vos nō fuit in pſuaſibilibus hūanæ ſapiētiæ verbis, ſed in ſapiētia ſpiri- B tus & virtutis, hoc eſt quod ſeqtur: [Sed in †appropriatiōe ſpiritu mouēte theologoꝝ virtutis] .i. ex rōnibus & cōſideratiōibus cōueniētibus, proportionatis ac pprijs virtutis. i. diuinæ poteſtatis ſeu oīpotētiæ dei, & virtuoſoꝝ opeꝝ eius, vt ſunt potiſſime ſupnaturales effectus ac prophetiæ, miracula, ſigna, pdigia, qbus fides innititur, veritaſq; ſcripturæ probatur. De qbus legitur ad Hebreos: Quōmō effugiemus, ſi tātam neglexerimus ſalutē, quæ in nos cōfirmata eſt, cōteſtāte deo ſignis & portentis & prodigijs, & ſpirituſſancti diſtributionibus? Vnde in Marco recitatur: Illi aūt profecti, prædicauerūt vbiq;, domino cooperāte & ſermonē cōfirmāte ſequentibus ſignis. Sic ergo inueniemus veritatē, mouēte ſpiritu theologoꝝ. i. dirigēte nos ſpirituſancto, quo inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. In euāgelio quoq;: Nō enī vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis [per quam ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignote cōiungimur ſecūdum meliorem noſtræ rationalis & intellectualis virtutis & operatiōis vnitatem] hoc eſt, per quam virtutem ac opem ſpirituſſancti cōiungimur per cognitionem & affectum ineffabiliter & incognite. i. modo ineffabili & ignoto carnalibus, rudibus, indoctis & perfidis, q ſe ſupra corporalia & naturalia nequeunt eleuare. Ineffabilibus & ignotis, i. diuinis perſonis, & his quæ ſola fide ac ſupernaturaliter cognoſcuntur per myſticam contemplationem, per ſaporem internū, per reuelatiōem & raptū, & per occultiſſima ſentimēta, iuxta illud in Canticis: Sub vmbra illius quā deſiderabā, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Atq; in Pſalmo: Quā magna multitudo dulcedinis tuæ dn̄e. Quæ ineffabilia & ignota cēſent, C quoniā nūc perfecte & plene agnoſci & exprimi nequeūt, cum & intellectus noſter ad manifeſtiſſima naturæ ſe habeat ſicut noctuę viſus ad lumē ſolis, ſecūdum meliorem vnitatem. i. ſecūdum nobiliorem recollectiōem & ſimplificatiōem virtutis. i. potētiæ & operatiōis noſtræ ratiōalis & intellectualis. Porro ratio & intellectus & volūtas, ſunt vna vis animæ, ſed differūt actu & rōne. Dicitur etenī ratio, inquantum diſcurſiuat & intellectus, prout ſimpliciter intuetur veritatem. At uero potētiæ intellectiuæ, per vnionem & occupatiōem circa altiora & nobiliora ſe, meliorantur: per vnionem vero & occupationem circa inferiora & viliora, deteriorātur. ideo ſubtiliter ait, ſecūdum meliorem vnitatem &c. Hæc qppe eſt optima & ſaluberrima vnitas partis noſtræ intellectiuæ qua circa ſummū & increatum obiectū recte per ſapiētiā & feruorē vſatur, & in illo colligit, ſimplificatur ac ſtabilitur. Nēpe q adhæret ſic deo, vnus ſpiritus ē cū eo. ¶ Seqtur aliud ſaluberrimū ac ſalubre ſapiētiſſimū documētum temeritatis & præſumptiōis, curioſitatis & ſingularitatis, hæreticaꝝq; prauitatū & immoderatoꝝ ſcrutiniorum repreſſiuū & euulſiuū. [Vniuerſalit itaq; nō audēdū dicere neq; intelligere qd de ſupereſſentiali & occulta diuinitate, præter diuinitus nobis ex eloquijs ſacris expreſſa] hoc eſt, iſtud in cunctis eſt obſeruandum, non audendum, id eſt, vt nemo audeat dicere aut intelligere, mente concipere cum aſſenſu. quid, id eſt, aliquid, de ſupereſſentiali & occulta, id eſt, incognita deitate, quæ eſt omni ſecreto ſecretior, & omni interiore interior. Cui loquitur Iſaias: Vere tu es deus abſconditus, deus Iſrael. Præter expreſſa diuinitus nobis ex ſacris eloquijs, id eſt, præter ea aut certe contra ea, quæ nobis deſuper ſunt expreſſa, reuelata ſeu notificata ex ſcripturis, ita quod

Hebræ. 11. — Hebræ. 1. — Philoſo. — 1. Corin. 2. — †approbatione. — Mar. 16. — 1. Petri. 1. Matt. 10. — Can. 2. — Pſal. 30. — Philoſo. — Ratio. — Intellectus. — 1. Cor. 6. — Tm̄ de diuinis aſſeuerādū q̄tum declarat diuina inſpiratio. — Iſaiæ. 45.

Ca.I. quod in ſcripturis contenta ſunt explicite, aut ſatis implicite, & à ſcripturis canonicis nequa- D
quam diſcordant: quod vtique adhuc vigilantius eſt ſeruandum de ſupergloriosiſſima trinita-
te, cuius cognitio & articuli fidei ac credenda, multo plus capacitatem noſtram tranſcendunt,
quàm quæ diuinitatis vnitatem concernunt, cum vnitas iſta quantum ad quia eſt, naturali pa-
teat ratione. His conſonat quod primo libro loquitur Damaſcenus: Non eſt, dicens, poſſibile
Ioh. Dam. quid præter ea quæ diuinæ à diuinis eloquijs veteris & noui teſtamenti enarrata ſunt & mani-
*intellectū feſtata, dicere de deo vel vniuerſaliter intelligere. [Ipſius enim ſuper rationem & *intelligenti
am & eſſentiam, & ſupereſſentialis ipſa ſupereſſentiali ſcientia reponenda] hoc eſt, ſcientia ſeu
cognitio ipſius dei ſupereſſentialis, qui eſt ſuper om̄em rationem & intelligentiam eſſentiamq;
creatam, reponenda eſt in ſupereſſentiali ſua ſcientia, ita quod ipſe ſolus plene comprehendit
ſeipſum, & ſibi ſoli aſcribenda eſt plena & comprehenſiua ſuijpſius cognitio, ſic quod tam per-
fecte cognoſcit ſe, ſicut ex ſua natura cognoſcibilis eſt. Etenim tantum habet de cognoſcibili-
tate, quantum de entitate, actualitate, formalitate & perfectione. Hinc ſcriptum eſt: Nemo no-
Matt. 11. uit filium niſi pater, neque patrem quis cognouit niſi filius. In Iob quoque libro: Forſitan veſti
Lucæ. 10. gia dei comprehendes, & vſque ad perfectum omnipotentem cognoſces. ideo non debemus
Iob. 11. nos irreuerenter aut immoderate ingerere ad ſciendum profunda & imperſcrutabilia ſapien
tiæ ſuæ, præſertim cum in Prouerbijs dicatur: Sicut qui mel comedit multum, non eſt ei bonū:
ſic qui perſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Hinc & nos ſobrie procedemus, ſicut
ſubiungitur: [intantum ſurſum reſpicientes] id eſt, diuina intantum contemplantes, & ad eo-
rum intuitum intantum nos erigentes [quantum ſe infert] id eſt, quantum nobis ſe infundit &
intus irradiat ac inſulget [diuinorum eloquiorum radius] id eſt, ſapientia dei æterna, ſcriptura- E
rum inſpiratrix & doctrix [ad ſuperiores claritates] id eſt, ad inſpiciendum & intelligendum
Prouer. 25. myſteria diuinorum & mirabilia legis diuinæ, ac ea quæ deo varijs modis conueniunt. Pro-
Pſal. 118. pter quod orauit vir ſanctus: Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Id-
circo agendum eſt iſtud [certa † moderantia diuina] id eſt, moderamine bene diſcreto,
†tēperātia 2. Corin. 10 prout ad Corinthios ſcribit Apoſtolus: Secundum menſuram quia menſus eſt nobis domi-
†ſctitate. nus. Qui etiam radius infert ſe [*ad ſanctitates coarctatas] quia largitur gratiam & virtutes ſe-
Sapien. 11. cundum diuerſos gradus, profectus & menſuras, prout diuerſimode diuerſos elegit: qui in nu
Sapien. 7. m̄ero, pondere & menſura conſtituit vniuerſa. De quo legitur in libro Sapientiæ: Deus ſapien
tiæ dux eſt & ſapientum emendator. In manu illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapien
*quid. tia. [Etenim ſi quidem oportet ſapientiſſima & veriſſima theologia perſuaderi], i. *quia & hoc
certe oportet perſuaderi. i. probabiliter edocere ex theologia. i. ſcriptura, quæ ē ſermo loquēs
de deo. veriſſima, quia nil falſi ei miſcetur. & ſapientiſſima, id eſt, ſummæ ſapientiæ contentiua,
quæ & mentes facit doctiſſimas. Hoc inquam oportet ſuaderi ex ea, quod [iuxta analogiā vni
uſcuiuſq; animorum reinſpiciuntur diuina, & inſpiciuntur thearchicæ bonitates in ſalutari iu
ſtitia] id eſt, quod quilibet intellectus fidelis iuxta ſuam analogiam, id eſt, diſpoſitionem & pro
portionem contemplatur diuina & inſpicit thearchicas bonitates, id eſt, principales dei perfe-
ctiones & attributa per fidem & dona ſpiritusſancti. Quo enim deſuper copioſius illuſtratur,
& donis ſpiritusſancti, ſapientia, ſcientia, intellectu, conſilio, gratioſius adimpletur, eo lympidi- F
us contemplatur diuina: & hoc in ſalutari iuſtitia, id eſt, conferente ad hoc vera & infuſa iuſti-
Pſal 10. tia, quæ voluntatem rectificat, & animam efficit deo charam: quoniam iuſtus dominus & iuſti
Auguſt. tias dilexit: atq; vt aſſerit Auguſtinus, Mens humana in lumine tam excellenti non figitur, niſi
per fidei æquitatem purgetur, nec aliter poteſt eſſe contemplatio vera ac formata cognitio, cū
Titum. 1. de iniquis dicat ad Titum Apoſtolus: Dicunt ſe noſſe deum, factis autē negant. Hinc Coloſſen-
Coloſ. 1. ſibus ſcripſit: Poſtulamꝰ vt impleamini agnitiōe volūtatis dei in om̄i ſapientia & intellectu ſpi
ritali, vt ambuletis digne deo. Iſtud docet theologia, id eſt, Chriſtus in euāgelio: Dedit, ingens,
Matt. 25. vnicuiq; ſecundum propriam virtutem. Atq; in Pſalmo: Dilata os tuum, & implebo illud: In-
Pſal. 80. ſpiciuntur inquam, ſecundū hanc analogiam [ab his quæ in mēſura ſunt, immēſurabilitatē di-
uinitus tanquā illocalē diſtinguentē]. i. ſecundū iſtam proportionem diſtinguentē immenſu-
rabilitatem diuinitus. i. diuinam infinitatem ab his quæ ſunt in menſura. i. à rebus creatis, quæ
finitæ ſunt & menſuratæ loco, tenpore, intellectu, differentia quoque ſpecifica. Idcirco dicitur
Deū incō- illocalis, quæ nec infra vniuerſi terminos clauditur aut finitur. Porro hæc proportio non fa-
p̄hēſibilem cit proprie iſtam diſtinctionem niſi vt ſignum, nec quicquam creatum, ſed deus maieſtatis im
omni intel menſæ, propria bonitate & actualitate quaſi indiuiduatur, & à cunctis diſtinguitur, per ſe
lectui ac eſ- & in ſe ſeparate ac inuariabiliter ens. [Sicut enim incomprehenſibilia & incontempla-
ſentiæ. bilia ſunt ſenſibus inuiſibilia] id eſt, quemadmodum res immateriales, ſeparatæ, incoloratæ
videri,



A videri nequeunt ſub propria ſimilitudine à viſu corporeo [& his quæ ſunt in figmento & ſimi
litudine ſimpla, & non ſimulata] id eſt, ſicut ſimplicia & inſigurabilia ſunt incomprehenſibilia
his quæ ſunt in figmento & ſimilitudine, id eſt, quæ ſunt figurata atque ſenſibili ſimilitudine
qualificata [& ſecundum corporum figuras formatis, & incorporalium intacta & non figura-
ta informitas] id eſt, ſicut informitas ſeu priuatio formæ materialis, pura & intangibilis, eſt in-
comprehenſibilis formatis ſecundum corporales figuras, his ſcilicet quę ex ſua natura habent
corporales figuras [iuxta eandem †virtutis rationem ſuperat eſſentias ſupereſſentialis magni- †veritatis.
tudo] id eſt, ſecundum ſimilem argumentationem huius medij fortis, magnitudo ſupereſſenti
alis, id eſt, deus qui eſt maieſtas immenſa ſuper omne genus ac ordinem rerum, tranſcendit di-
gnitate & genere omnem creatam ac limitatam eſſentiam [& animos ſuper †animos vnitas]. i. †animum.
ſimpliciſſima increataq; vnitas dei, exiſtens ſuper omnes animos, id eſt, ſuper vniuerſas mētes
creatas, excedit animos omnes [& omnibus virtutibus impoſſibile eſt, † quæ ſuper ſenſum eſt †quod.
arcanum] hoc eſt, arcanū, id eſt, res illa occulta conſilij ſummi, quæ eſt, ſuper ſenſum totius cre-
aturæ, eſt quid impoſſibile ad comprehendendum omnibus virtutibus, id ē, intellectibus vni- Iſaiæ 40.
uerſi, quemadmodum in Iſaia legitur: Cum quo inijt conſilium, & inſtruxit eum? Et ad Roma- Roma. 11.
nos: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia e- Iere. 23.
ius &c. Apud Ieremiam quoq; dicitur: Quis affuit in conſilio domini, & vidit & audiuit ſermo
nem eius? [quæ omni ratione ſuper rationale bonum] id eſt, increatum illud bonum eſſentia-
liter ſapientiale & omni altius ratione, ſubaudi, eſt] res quæ eſt quid incomprehenſibile omni
penitus rationi [vnitas vnifica omnis vnitatis] id eſt, vnitas prima & ſumma, cauſa exempla-
ris effectiua & finalis vniuerſæ vnitatis ſecundæ. Vnum quippe dicitur indiuiſum à ſe, & diui-
ſum ab alijs, nec ſuperaddit reale aliquid enti. Deus autem excellentię infinitæ, ſeipſo maxime
ab alijs eſt diuiſus [& ſupereſſentialis eſſentia] id eſt, eſſentia incomparabilis [& intellectus inui
B ſibilis] id eſt, incomprehenſibilis [& verbum arcanum] quod proprie conuenit vnigenito pa-
tris, iuxta illud: In principio erat verbum. Et Eccleſiaſticus ait: Fons ſapiētię verbum dei in ex- Iohan. 1.
celſis [irrationabilitas & inuiſibilitas & innominabilitas] Iſta dicuntur de deo per exceſſum, qa Eccle. 1.
in infinitum altior eſt omni ratione, cognoſcibilitate & nomine, nec aliquid horum conuenit
ei, prout nos capere poſſumus, ſed eminentius infinite [ſecūdum nullum eorum quæ ſunt ens]
id eſt, nec eſſe nec eſſentiam habens, ſecundum aliquod genus prædicamentale, cum ipſe ſit ſu
um actualiſſimum & irreceptiſſimum eſſe, penitus purum & ſeparatum, non contractum vlla
differentia, nec limitatum potentia, nec coartatum materia. [Et cauſale quidem eſſendi omni-
bus] id eſt, ipſum eſt vniuerſis fontale, cauſale & effectiuum principium, ſicut reſpondit Iudæis
ſciſcitantibus eum: Tu quis es? Principium, inquit, qui & loquor vobis [ipſum autem nō ON] Iohan. 8.
id eſt, creatum [vt omnis eſſentiæ *vnitas] efficienter, non formaliter, omnia item per reducti- †ſummitas
onem in ipſum, vnitatem aliquam ſortiuntur [& vt cunq; ipſa de ſeipſa proprie & ſcienter ma
nifeſtat] id eſt, ipſa deitas de ſeipſa manifeſtat, quando & vbi & quibus voluerit non naturali
neceſſitate, nec ſymbolice aut metaphorice tantum, ſed & proprie ac ſcienter, puta per nomina
intelligibilia & attributa perfectionalia, de quibus hic pertractatur. Ex his concludit quod ſu-
pra iam dixit [De hac ergo (vt dictum eſt) ſupereſſentiali & occulta diuinitate, non audendum
dicerę neque intelligere quid, præter diuinitus nobis in eloquijs ſacris expreſſa] id eſt, cogitare
præter hæc quæ dicta ſunt nobis in ſcripturis, ſicut expoſitum eſt. At uero quæ virtualiter &
C implicite continentur in illis, æquiualenter nobis in illis prolata cenſentur. Simili modo Mo-
ſes in Deuteronomio iuſſit: Non adijcietis ad verbum quod ego loquor vobis, neque aufere- Deu. 4.
tis ex eo. Sic & Iohannes in Apocalypſi terribiliter comminatur: Si quis appoſuerit ad verba Apoca. 22.
hæc, apponet ſuper illum deus plagas: & ſi quis diminuerit inde, auferet deus partem eius de
libro vitæ. Hinc ſubditur: [Etenim ſic ipſa de ſemetipſa in eloquijs *proprie tradidit] id eſt, dei- *optime.
tas ita in ſcripturis clare & aperte docuit & præcepit. Nempe ſi crimen enorme eſt, papales fal-
ſare mutareve literas, quanto magis ſacram ſcripturam, quæ tota profluxit à ſpiritu ſancto, &
tanquam epiſtola quædam eſt, ab ipſo directa eccleſiæ? Quis quidem qualis eſt ſcientia & con-
templatio, omnibus in via eſt] id eſt, qualis ſit ſcientia atq; cognitio dei, nulli creaturæ plene re
peribile, cognoſcibile aut comprehenſibile eſt, præſertim cognitione à priori, & quantum ad Deū omni in-
quid, aliquid tamen ſcimus inde, à poſteriori videlicet per eius effectus, & cognitione quia. tellectui
Scimus enim quod deus omnipotens eſt, ſciens & ſapiens ſubſtantialiter & ab æterno, & eē inuiſum.
quod eius ſcientia non eſt cauſata à rebus, ſed potius cauſa rerum: quod item eius ſcien-
tia eſt eius eſſentia, imó & cognitio: quia in ipſo realiter idem ſunt, eſſentia, ſcientia, no-
titia, quemadmodum eſſe, poſſe, & agere. Verumtamen ſicut eius eſſentia, quantum ed
ſuam in

ſuam infinitatem,nobis incomprehenſibilis eſt,ita & ſapientiæ atq; ſcientiæ eius interminabi
litatem neſcimus.Nec tantam ipſius ſimplicitatem perſpicere poſſumus,quod in eo ſunt idem, D
eſſe,poſſe,& agere. ¶ Præterea,circa ſapientiam & ſcientiam dei,etiam magni philoſophi gra
uiter errauerunt,quibuſdam dicẽtibus quod hæc inferiora generabilia & corruptibilia nec ſci
ret,nec curaret,imó nec prouideret,niſi forſan in generali:alijs,ꝙ inferiora etiam particularia
noſceret,non tamen quantum ad particulares proprietates,conditiones & circunſtantias:alijs
ꝙ eius ſcientia & prouidentia imponeret rebus neceſſitatem:alijs,ꝙ diuinus intellectus vile
ſceret,ſi intelligeret quippiam extra ſe:& niſi in ſcripturis deus nobis veritatem inſinuaſſet de
ſcientia & prouidentia ſua,parum aut nil certum ac conſonum inde agnoſceremus.Inter præ
Plato. tactos demum Plato multo melius & ſanctæ fidei concordantius ſenſiſſe oſtenditur,qui ſcien
tiam ac prouidentiam dei vſq; ad inferiora,hoc eſt,vſq; ad homines incluſiue extendi,rationa
leſq; animas poſt mortem protinus in cauſam duci perhibuit,vt manifeſte legitur in Phœdo
ne.Qui & in ſecundo Timæi diſſeruit:Hoc,q̊d deerat mundo,addidit opifex deus atq; vt mens,
cuius viſus contemplatioq; intellectus &c.[quæ ſunt tanquam ab omnibus ſupereſſentialiter
ſeparata]id eſt,quæ ſcientia & contemplatio dei,æterna & increata,ſunt à cunctis creatis ſepa
rata,diſtincta,ſemota,non locali diſtantia,ſed dignitatis exceſſu interminato,& excellentia pe
nitus infinita.Hinc additur,ſupereſſentialiter,id eſt,ſuper omne genus entis,& ſuper omnẽ or
dinem rerum incomparabiliter,ita quod nulla res alia,puta creata,aliam creatam ſic aut tantũ
excedit,ſed manus in infinitum[& multos theologorum inuenies,non ſolum vt inuiſibilem E
eam & incomprehenſibilem laudantes]hoc eſt,inuenire poteris in ſcripturis multos æditores
librorum ſcripturæ canonicæ,aut ſaltem authenticæ,qui ſuperbenedictiſſimam deitatem lau
dant,non ſolum vt in propria ſua natura inuiſibilem & incomprehenſibilem,vt cum fertur in
Iohan.I. Iohanne:Deum nemo vidit vnquam.Et cum dixiſſet,Omnis qui audiuit à patre & didicit,ve
Iohan 6. nit ad me:confeſtim adiecit,Non quod patrem vidit quiſquam,niſi is qui eſt à patre.Apoſto
I.Timo.I. lus quoq;:Regi,inquit ſeculorum immortali,inuiſibili[ſed & inſcrutabilem ſimul & inueſtiga
bilem]ita quod per modum præconij ſublimis ſoli deo conuenientis,laudant eam etiam vt
imperſcrutabilem & inueſtigabilem,ita quod cognoſcatur quid ſit.Etenim profunditas eius
fundum non habet,nec altitudo ipſius vſquam finitur:& verſus omnẽ locum verum ſeu ima
ginarium,ſine extenſione protenditur infinite,eſtq; ſupergloriosiſſimus deus ante omnia,non
Boethius. ſolus:poſt omnia,non præuentus:in omnibus,non incluſus:extra omnia,non excluſus:ſupra
Iob.II. omnia,non elatus:infra omnia,non oppreſſus.De quo ſcriptum eſt in Iob:Excelſior cœlo eſt,
Scire quid. & quid facies?profundior inferno,& vnde cognoſces?longior terra menſura eius & latior ma
ri.Deniq; cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere,ille qui ſolus æternus eſt & ſimpliciter pri
mus,ſciri non valet nec ſatis mirari,nec admiratio de eo concepta,poteſt ſatiari neq; ceſſare.Si F
quidem admiratio ceſſat,dum cauſa eius agnoſcitur ſuper cuius neſcientia admiratio oritur.
¶ Amplius,quædam cognitionem noſtram pene effugiunt,propter entitatis ſuæ modicitatẽ,
vt tempus,nunc,punctus,momentum:quædam ob ſuæ entitatis & actualitatis ſublimitatem,
vt ſubſtantiæ ſeparatæ.Deus ergo ſuperdigniſſimus,vniuerſis & ſingulis infinitæ perfectior,
actualior,formalior atq; ſplendidior,nonne in infinitũ præ omnibus admirabilis,imperſcru
Pſal.138. Sciẽtia. tabilis incomprehenſibiliſq; conſiſtit?Vere ergo cecinit Propheta deo:Mirabilis facta eſt ſci
Eccle.43. entia tua ex me confortata eſt,& non potero ad eam[tanquam non exiſtente veſtigio vllo in
occultam eius multitudinem peruenientium]id eſt,non apparente vllo ſigno repræſentatiuo
præceſſionis eorum,qui peruenerunt ad plenam intuitionem & deguſtationem ſuæ excellen
tiæ & opulentiæ in ſeipſa.Quaſi dicat:Nulli tales fuerunt,quod eſt ſignum ſuæ incomprehenſi
bilitatis.hinc in Eccleſiaſtico dicitur:Glorificatæ dominum quantumcunq; poteritis,ſuperua
Deꝰ q̃ mõ participabilis. lebit adhuc.Benedicentes dominum,exaltate eum quantum poteſtis.Maior eſt eñ omni lau
de,& exaltantes eum,replemini virtute.Ne laboretis,non enim peruenietis.Quis vidit deum
Philoſo. & enarrabit?& qs magnificabit eum ſicuti eſt à principio?[Non tamen incommutabile eſt vni
uerſaliter bonum vlli eorum quæ ſunt]id eſt,primum & increatum bonum,nõ eſt penitus aut
omniformiter imparticipabile alicui ſecundorum:quoniam teſte philoſopho,ab hoc ente o
mnibus deriuatũ eſt eſſe & viuere.atq; vt denuo ſecundo primæ philoſophiæ fatetur,id quod
eſt prime & maxime ens & verum,cæteris omnibus cauſa eſt entitatis ac veritatis[ſed in ſeipſo
manens ſupereſſentialem collocatum radium vniuſcuiuſq; eorum quæ ſunt ſe proportionali
ter illuminationibus optime ſupermanifeſtat,& ad poſſibilem ſui contemplationem & ſocie
tatem & ſimilitudinem extendit ſacros animos]hoc eſt,bonum ſummum ſupermanifeſtat ſe
optime,id eſt,valde conuenienter,liberaliter & ordinate,deſuper ſe declarat illuminationibus
id eſt,



id eſt,per ſuæ æternę lucis ac ſapientiæ effuſionem & infuſionem,iuxta illud Apoſtoli:Illumi 2.Timo.I.
nauit uitam & in corruptionẽ.Vnde orat pſalmographus:Emitte lucẽ tuam & ueritatem tuã. pſalm.42
Proportionabiliter.i.iuxta ſingulorum capacitatem,dignitatem ac merita.Attingit enim a fi Sapien.8.
ne uſq; ad finem ſortiter,& diſponit cuncta ſuauiter.Prouidens congrue uniuerſis,& extendit
animos ſacros,id eſt,mentes ſanctas angelicas & humanas,erigit & perducit ad contemplatio
nem ſui poſſibilem eis,& ſocietatem,id eſt,operationis communicãtiam & familiarem cõmu
nionem in actibus diuinis,contemplatione,dilectione,& aliorum directione ac illuſtratione
& ſimilitudinem.i.ad ſui aſſimilationem per actus excellentiaſq; uirtutum,prout dixit ꝑ Mo Le 19 20
ſen:Sancti eritis,quoniam ego ſanctus ſum.In euangelio quoq;:Eſtote perfecti ſicut & pater Math.5.
ueſter cœleſtis perfectus eſt.Hæc aſſimilatio potiſſime erit in patria per gloriæ dona,quæ ſi
militudo tãtæ eſt excellentiæ,ut eius cõparatiõe ſimilitudo hęc uiæ q̃ſi nulla appareat,cũ & uni Iſaiæ 64.
uerſæ iuſtitiæ noſtræ in hac uita quaſi pannus menſtruatę dicantur.Ideo ſcriptum eſt:Nunc 1.Iohan 3.
filij dei ſumus,& nondum apparuit quid erimus.Scimus quoniam cum apparuerit,ſimiles ei
erimus,quoniam uidebimus eum ſicuti eſt.Vnde ſequi uidetur,quod modo ſimiles ei non ſu
mus,quod uerum eſt,comparatiue loquendo[quantum eſt fas & ſic diuinitus deſiderantes]
id eſt,iſtud faciet deus quantum decet & congruit,& nos tam ſyncere ac ſapienter deſiderãtes.
Per deſideria quippe pura,pia & amoroſa,præcipue aptamur & dignificamur ad ſuſceptionẽ
diuinorum chariſmatum,omniſq; perfectionis & gratiæ concupitæ:quoniam deſiderium a
perit & dilatat mentem optantis,& eſt ueluti quædam hiatio uoluntatis.Hinc Danieli reuela Danieli.2.4.5 7 8
ta ſunt multa,quia pro communi ſynagogæ ſalute eminenter fuit ſolicitus,feruide orans,forti Daniel.9.10.11.12.
B terq; laborans,ieiunando,abſtinendo,plorando ac uigilãdo,ut in libro ſuo ipſe deſcripſit.Pro Daniel.9.
pter quod Gabriel ſanctus dixit ad eum:Vir deſideriorum tu es[& neq; ad ſuperius moderate
indita,diuina manifeſtatiõe impoſſibiliter glorificatos]hoc eſt,ſic extendet animos ſacros neq;
glorificatos,id eſt nõ erigẽtes,nec magnificãtes ſeipſos impoſſibiliter,id eſt,inordinate & ſupra
uirium ſuarum menſuram & gradum,ad ſuſcipienda diuina chariſmata,manifeſtatione,id eſt
reuelatione diuina,indita,id eſt,a deo conceſſa & influxa,moderate,id eſt,moderamine ſapiẽ Roma.13
tiali,iuxta capacitates,& congruentias ſubiectorum & receptaculorum.Nempe ut ait Apo 1.Cori.15
ſtolus,Quæ a deo ſunt,ordinata ſunt.Qui denuo proteſtatur:Non prius quod ſpiritale,ſed ꝙ
animale.Oportet ergo a fundamento incipere,uitiorum expurgationi & paſſionum reforma
tioni efficaciter & condigne ſtudere,ſicq; ad illuminationes aſpirare ſupernas,& ad contempla
tiones eleuari cœleſtes[neq; ad inferius ex ea quę in malum eſt,minoratiõe reſolutos]id eſt,a
nimos ſacros non reſolutos,id eſt,non tepidos negligenteſve factos,ad inferiꝰ,id eſt,circa car
nalia & terrena,ex minoratione in malum,id eſt,ex praua animi deiectione aut puſillanimita
te,quemadmodum Galathis ſcripſit Apoſtolus:Sic ſtulti eſtis,ut cum ſpiritu cœperitis,nũc
carne cõſummemini?Itẽq;:Currebatis bñ,qs uos faſcinauit ueritati nõ obedire?[Sed & bene, Galath.3.
ponderate & recte ad radium eis ſuperlucentem extentos]id eſt animos ſacros extentos,id eſt, Ibidem
ſpiritaliter eleuatos bene,ponderate,id eſt,mature ac diſcrete,& recte,id eſt,linealiter,ſine du
plicitate intentionis & obliquitate peccati,ut intentio ſemper ſit recta,ad deum erecta,non ad
C ſe peruerſe reflexa,ad radium eis ſuperlucentem,id eſt,ad unigenitum dei,qui in euangelio lo
quitur:Ego ſum lux mundi.Qui ſequitur me,non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen ui Iohan.8
tæ.Qui ſuperlucet eis,quoniam ipſe eſt lux uera,qui illuminat omnem hominem uenientem Iohan.1
in hunc mundum,qui & ſtat ad oſtium mentis & pulſat,dicens:Aperi mihi ſoror mea,amica Apoca.3. Cantic.5
mea,columba mea.Aduertamus ergo eius inſtinctum,eius doctrinam,& inſpiciamus atq; ſe
ctemur eius ueſtigia & exempla,qui admonet:Diſcite a me,quia mitis ſum & humilis corde. Matth.11.
[& commenſurabili iuſtorum illuminationum amore]id eſt,ex affectu ingenti illuminationũ
ſpiritusſancti,quas influit iuſtis,quoniam ſuper quietum & humilem requieſcit.Amore inq̃ Iſaiæ.66.
commenſurabili,id eſt proportionato fragilitati humanæ,quæ exceſſiui amoris ardorẽ & ęſtu
antium deſideriorum flammas ferre uix ualeat,abſq; corporalium uirium defectione & corpo
ris debilitatione.Propter quod in Canticis effatur:Fulcite me floribus,quia amore lãgueo.Ete
nim radius illæ æternus,uerbum patris deſuper fulgens,eſt amabilitatis immenſæ:nec poſſu Cantic.2.
mus eum diligere amore ſuæ bonitati ac amabilitati proportionato.Nihilominus etiam de
bet amor iſte aliquo modo eſſe commenſuratus & proportionatus bono illi altiſſimo increa
to obiecto,ita quod plus cunctis & ſingulis incomparabiliter illud amemus per appreciatio
nem.Sic nanq; minima charitas amplius diligit deum,quam maxima cupiditas mundum,
ſeu libido æſtuantiſſima carnem.Sit ergo amor noſter ad deum,quantum poſſibile eſt,tanto
bono congruens & condignus,infatigabilis,alacer & intenſus.Poſſet quoq; per radium ſup
 ſplen

ſplendentem, lux gratiæ gratum facientis, donum ſapientiæ ſalutaris, ſcintilla ſynteresis, cenſu D
pſalm. 4. philoſo. ra conſcientiæ, iudicium ingeniti intellectus, naturalis ve rationis intelligi. Vnde cantamus: Si
gnatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Nam & ratio deprǽcatur ad optima, & ſyn-
tereſis ſemper remurmurat malo culpę, & cōſcientia obligat etiam errans, ſecundum id Gloſ-
ſæ: Quicquid fit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam [cum reuerentia ſacra], id eſt, de
bita honorificentia maieſtatis diuinæ ac ſancto zelo diuini honoris. Vnde Ieremias: Maledi-
Ieremi. 48 ctus, ait, qui facit opus dei fraudulenter, aut negligenter. In Apocalypſi quoq;: Quia tepidus
Apoca. 3 Hebræ. 12. es, incipiam te euomere ex ore meo. Hinc ad Hebræos hortatur Apoſtolus: Seruiamus deo
Deute. 4 placentes cum metu & reuerentia Etenim deus noſter ignis conſumēs eſt. Simus igitur inceſſa
Ioſuæ 24. biliter timorati, illud Ioſue penſantes: Deus ſanctus & fortis æmulator eſt, nec ignoſcet ſcele-
*recto ā. 15 ribus ueſtris [temperante & ſacre† reuelantes] id eſt diſcrete & pure redeuntes ad patriam, & ad
bona opera inchoata, ad horulam intermiſſa, atq; confeſtim pennis contemplationis & orati
onis uolantes ad cœlum empyreum, ad intuendum ibidem angelicos ordines decentiſſime ac
Roma. 12 Iſaiæ 40 gaudioſiſſime ordinatos, in quibus omnibus ratiōabile debet eſſe obſequium noſtrum. Sic qp
pe ut aſſerit Iſaias: Sancti qui ſperant in domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ut
aquilę, uolabūt & nō deficiēt [ipſa ſequentes thearchica iuga] id eſt, leges æternas, præcepta &
iura ſummi imperatoris, ut ordinate & legitime omnia agant, nec terminos ſibi pręfixos tranſ-
grediantur [quę etiam totas gubernant ſupercœleſtium eſſentiarum ſanctas diſpoſitiones] .i.
uniuerſos ordines angelorum, qui creatori ſuo ſuperſanctiſſimo in cūctis promptiſſime parēt,
pſalmi 10. iuxta illud in Pſalmo: Benedicite domino angeli eius, potentes uirtute, facientes uerbum illius,
ad audiēdum uocem ſermonum eius. Et in Ioele: Multa ſunt nimis caſtra domini fortia, & fa-
Radii diuinitatis in ſacris eloquijs fulgētes ad cōtēplationē pducunt cientia uerbum eius [Hoc quidem ſuper intellectam & eſſentiam thearchiæ occultum inſcru
tabile eſt etiam intellectualibus mentis reuerentijs] id eſt, incompræhenſibilis iſta maieſtas dei
tatis altiſſimæ principantis, occulta eſt omni menti creatæ, ita quod ſibi ſoli plenarie nota eſt. E
Propter quod teſte Apoſtolo, lucem habitat inacceſſibilem. Et teſtante pſalmographo: Ponit
1. Timo. 6 pſal. 17 tenebras latibulum ſuum. Quæ tenebræ non aliud ſunt, quam infinita & ſuperſplendidiſſima
plenitudo luminis increati, a nulla creatura in ſua puritate pfecte uiſibilis. Hęc inq̄ diuinitas ſup
oēm intellectū eſſentiāq; exiſtens inſcrutabilis eſt & intellectualibus mentibus reuerenda [Hęc
arcana] id eſt, incomprehenſibilia dei ſecreta, quæ ſunt unum in deo, quamuis pluraliter deſig-
nentur, uidelicet ſapientia, omnipotentia, bonitas, ueritas, ęternitas, dulcedo, iuſtitia, beatitudo,
libertas [temperanti ſilentio honorantes] ita ut nec ſupra uires noſtras de eis loquamur, nec in-
Luce. 17. fra eas illa laudare ac notificare ceſſemus. Cumq; hoc ipſum fecerimus, fateamur humiliter
nos nil dignum egiſſe: imo donum & gratiam fuiſſe, quicquid peregimus [Ad lucentes nobis
in ſacris eloquijs ſplēdores intendamus] id eſt, ueritates præclaras, lympidiſſimaſq; doctrinas
nobis traditas in ſcripturis conſideremus. De quibus increata ſapientia ait in libro Prouerbio
rum: Iuſti ſunt omnes ſermones mei, & non eſt in eis prauum quid neq; peruerſum [& ab i-
Prouer. 8. * ducamur pſis in lucem† ducamus] id eſt, ex teſtimonijs lucidiſſimis ſcripturarum, euidenter proferamus
aptos ſermones ac ſalubres materias [ad thearchicos hymnos] .i. ad deſcribēdum ex eis laudes
diuinas, ut ſunt quæ iſto libro ſcribuntur: quæ quantum ad ſenſum, ex ſcripturis ſunt ſumpta F
[& ab his ſuper mundane illuminati] id eſt, ex ſcripturis ſupernaturaliter eruditi [Et ad ſacras
hymnologias formati] id eſt, ad ſancta dei præconia inſtituti [ad uidendum etiam commenſu
rate nobis per eas] id eſt, ad intelligendum etiam per ſcripturas iuxta commenſurationem &
proportionem noſtrę facultatis [donata diuina luminaria] id eſt, principales noſtros doctores,
Ioelis. 2 quorum ſummus eſt Chriſtus, de quo Ioel ait: Exultate in domino deo ueſtro, quia de-
dit uobis doctorem iuſtitiæ. Deinde Apoſtoli & Prophetæ, qui ſunt luminaria data eccleſię
quorum excellentiam, ſanctitatem, authoritatem, ſapientiam, uitam, miracula ex ſcripturis co
gnoſcimus, ſicq; roboramur in fide, ædificamur ad ſectandum eorum ueſtigia accēdimur cha
ritate. [Et largum principium omnis diuinæ apparitionis luminis laudandum] id eſt, ad præ-
coniſandum principium largum apparitionis omnis diuinæ, uidelicet deum, qui eſt liberaliſ-
ſimus fons, dator & effectiuum principium totius illuminationis & reuelationis diuinæ, eſt q̄q;
principium luminis omnis diuinę apparitionis, quoniam ipſe eſt cauſa luminis prophetalis, lu
* tradidit. ciſq; gratiæ, & omnis interni fulgoris [ſicut ipſum de ſeipſo in ſacris eloquijs* tradit] id eſt, quē
Iohan. 12 admodum hoc uniuerſorum fontale principium de ſe aſſerit in ſcripturis. Vt eſt illud: Ambu
Ibidē. Omniū rerū bona deus. late dum lucem habetis. & Dum lucem habetis, uidelicet me, credite in lucem, ut filij lucis fi-
tis [Vt quia omnium eſt cauſa] deus namq; eſt omnium cauſa effectiua formalis ſeu exempla
ris & finalis [Et principium] Vnde dicitur in Apocalipſi: Ego ſum alpha & O principium
& finis



& finis, primus & nouiſſimus [& eſſentia & uita] id eſt, cauſa eſſentiæ ac uitæ uniuerſorum [Et *rec: decīdē
quicquid *decidentium ab ipſo, reuocatio & reſurrectio] id eſt reuocator, reductor & erector Iohan. 11
eorum qui peccando ab ipſo recedunt, labuntur, deficiunt. Qui ait apud Iohannem: Ego ſum
reſurrectio & uita. [Ad uero deiformitatis incorruptibile perditorū renouatio] id eſt cauſa ſpi-
ritalis renouationis, ſeu renouator perditorum, id eſt iniquorum, qui peccando perdiderunt .i.
damnatione dignos fecerunt ſeipſos. De quo in Apocalypſi dixit qui ſedebat in throno: Apoca. 21
Ecce noua facio omnia. Vnde ad Corintheos dicitur: Licet is qui foris eſt noſter homo, cor- 2 Cori. 4.
rumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Ad incorruptibile deiformitatio,
id eſt, ad hoc quod conſequentur ab ipſo eſſe gratiæ in præſenti, & eſſe gloriæ in futuro, ac re
formationem internam, per quæ fiunt deiformes & immortales [& reformatio] id eſt, cauſa re
formationis huiuſmodi, iuxta illud Apoſtoli: Reformamini ſpiritu mentis ueſtrę [iuxtaq; im Ephe. 4.
mundam agitationem mobilium collocatio diuina] id eſt, collocator & firmator eorum, qui
cito mouentur & corruunt, iuxta agitationem immundam, id eſt ſecundum impulſum, & im
petum tentationum carnalium, aliorumq; uitiorum ac paſſionum: quia fundati non ſunt in lu
ce ſapientiæ ac ſtabilitate uirtutum, qui circumferuntur omni uento doctrinæ, & mutantur ut Ibidē.
luna, de quibus ait Pſalmiſta: Non ſic impij, non ſic, ſed tāquam puluis quem proijcit uentus Eccle. 27.
a facie terræ. Itemq;: Deus meus, pone illos ut rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem uenti. Chri pſal. 1 Pſalm 82
ſtus quoq; apud Matthæum: Omnis qui audit uerba mea, & non facit ea, ſimilis erit uiro ſtul Matth. 7
to &c. Tales interdum deus conuertit, confortat, & ſtabilit, faciendo in eis cum tentatione
prouentum, & implens in eis illud Apocalypſi: Qui uicerit, faciam illum columnam in tem- Apocali. 3
plo meo. [& ſtantium munimen] id eſt, conſeruator ac protector exiſtentium in charitate &
gratia, ut impleant quod monet Apoſtolus: Qui ſtat, uideat ne cadat [& ad ipſum reductorū 1. Cor. 10.
B reſtitutiua manuductio, id eſt, cauſa reſtitutiuæ manuductionis eorum, qui poſt caſum redu- Ionæ. 3
cuntur & conuertuntur ad ipſum, qui per propriam culpam facti erant ſerui diaboli, per pœ- Ioelis. 2
nitentiam uero & gratiam reſtituti ſunt ſaluatori, & facti eius miniſtri. Ad Epheſios enim Epheſi. 2
dicit Paulus: Qui eratis lōge, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti [& illuminatorū illuminatio]
qa ab ipſo eſt lux naturæ & gratiæ ac gloriæ. Quod ſi homo illuminetur ab homine, aut certe
ab angelo, totum tamen a deo eſt, qui per cauſas ſecundarias frequenter purgat, illuminat ac p
ficit [& perfectorum perfectio] id eſt, perfector [principalis] quoniam omne donum optimū
& omne datum perfectum, de ſurſum eſt [& diuinorum diuinitas] id eſt, cauſa participatę dei Iacobi. 1
ficationis eorum [& ſimplicium ſimplicitas] id eſt cauſa ſimplificationis, qua ſimplificātur in
deo, ei totaliter inhęrendo, iuxta illud in Pſalmo: Mihi adhærere deo bonum eſt [& unitorum Pſal. 72
unitas] id eſt, cauſa unitionis eorum qui ſalubriter uniuntur [Principij omnis ſupereſſentialiter
ſuperprincipale principium] id eſt ſuper omne genus & ordinem rerum [fontale cauſale prin
cipium omnis principij intrinſeci & extrinſeci, & omnis exordij atq; originis [& occulti ſecū
dum quod* optimum eſt traditio] id eſt dator omnis boni ſecreti [& ſimpliciter] id eſt, uniuer- *iuſtā ē o- ptima tra- ditio.
ſaliter [dicendum uiuentium uita, & eorum quæ ſunt eſſentia, omnis uitæ & eſſentiæ principi
C um & cauſa] Iſta patent ex dictis, quia prædicatio eſt cauſalis [per ſuam ut ſint, quæ ſunt acti-
uam & continentem bonitatem] hoc eſt, deus per bonitatem ſuam cauſalem & efficacē ac o-
mnia conſeruantem, eſt cauſa ut omnia illa ſint ea quę ſunt. Bonum quippe eſt communica
tiuum diffuſiuumq; ſui. Ideo bonitas dicitur prima cauſa, radix, incitamentum & ratio commu
nicationis & productionis [Hæc autem a diuinis eloquijs, id eſt ex ſcripturis [didicimus, & o- De* quare multis ap- pelletur nominibus
mnem ſic dicere ſacram theologorum hymnologiam inuenies] id eſt ſi rite [quæſieris, reperi
es hymnologiam omnem ſacram, id eſt, totam diuinam ſcripturam deum laudantem [ad be-
neficas diuinitatis proceſſiones manifeſtatiue & laudatiue diuinas nominantes præparantem]
id eſt, exhibentem nominationes diuinas, id eſt, nomina deo conuenientia, nominatiue uel lau
datiue, id eſt per modum nudæ appellationis aut laudis ad inſinuādum proceſſiones diuini-
tatis beneficas, id eſt emanatiōes dei ad extra, liberales & benefactiuas [Vnde in omni fere the-
ologica actione] id eſt, omni pertractione & mentione ſcripturæ [thearchiam] id eſt principa
lem dei bonitatem, ſeu deum omnium principem [uidemus diuinitus] id eſt, ex inſpiratione di
uina [laudatam ut monaden quidem] id eſt, ut unitatem [& unū, propter ſimplicitatem & uni
tatem ſupernaturalis impartibilitatis] id eſt ſuę ſuperſubſtantialis indiuiſibilitatis, qua nec in par Deus vſ vnitas
tes, nec in ſpecies nec in ſuppoſita ſubſtantialiter diuerſa diuiditur. Ex qua ut unifica uirtute
unimur,] id eſt ex increata dei unitate factum eſt, quod nos in quibus eſt multiplex compoſitio
atq; diuerſitas in quandam unitatem redigimur, ita quod in quolibet noſtrum eſt una tantū

 natura

natura ſpecifica ac una perſona, & multi ſumus unus grex, una ſocietas, unum myſticum cor
Proclus pus, quod ex diuina unitate ac uniõe & ex eius cauſalitate ac ordinatione proceſſit. Quod Pro
clus Platonicus in elementatione ſua theologica diffuſe ac ſubtiliſſime probat, in cuius primo
Idem. theoremate proteſtatur: Omnis multitudo participat aliqualiter uno. Et probat ſic in commẽ
Idem tario: Si enim nullatenus participaret uno, neqꝫ totum eſſet unum. ¶ Deinde in ſecunda theo
remate loquitur: Omne quod participat uno, & unum eſt, & non unum. De hoc multa indu
cit, quæ opportune tangẽtur [& partitis noſtris alteritatibus ſupermundane complicatis in dei
formem monaden congregamur, & deum imitantem unitatem] id eſt, partibus noſtris a ſein
uicem diſtinctis, complicatis, id eſt, in unum conuenienter reductis & collectis, uel potius po
tentijs animarum noſtrarum, & actibus earundem circa diuerſa diſperſis ac diſtractis, in unum
* uſ ermundane ordinate recollectis ſeu coordinatis †ſupernaturaliter, id eſt, uirtute & gratia ſpiritusſancti, cõ
gregamur in monadem deiformem, id eſt, ad diuinam quandam ſimplicitatem & unitatem re
ducimur, non acquirendo aliam ſpeciem aut naturam, ſed diſpoſitionem & ordinationem cõ
uenientiorem ac meliorem. Eſtqꝫ unitas iſta non ſimpliciter dicta, ſed collectiua & imitatiua:
quia per eam, unitatem dei aliqualiter imitamur [Vt trinitatem uero propter *ſubſiſtentis ter
Deus ut trinitas ſubſiſtẽs ſupereſſentialis fœcunditatis expreſſionem] id eſt, ſuperbeatiſſimus deus aliquãdo in ſcripturis
laudatur, ut trinus ac trinitas, ad exprimendum & ſignificandum in eo ſupereſſentialem fœcũ
ditatem ſubſiſtentem in eo ter, id eſt, uſqꝫ ad trium perſonarum exiſtentiam, quia in patre eſt fe
Epheſ. 3 cunditas ad productionem filij ac ſpiritusſancti. In patre autem & filio ad productionem ſpi
ritusſancti. [Ex qua] fœcunditate [omnis paternitas in cœlo & in terra eſt & nominatur] id eſt
fœcunditas illa in deo perfectiſſime & excellentiſſime eſt, & ab ea per quandam imitationem
& participationem deriuatur ac inuenitur in cœlis & terris: non quod unus angelis alium ge
nuit aut produxit, ſed quod in cœlis aliquando erunt patres, qui antea conuerſantur in terra. E
Ibidem Iſtud ex uerbis Apoſtoli ad Epheſios ſcriptum eſt: Flecto, inquit, genua mea ad patrem domi
ni noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur [Vt autem cau
*ſubſtãtificam ſam eorum quæ ſunt, quoniam omnia ad eſſe adhibita ſunt, per eius †ſubſtantiuam bonitatem
Deus ut omniũ cã. id eſt, ſcriptura laudat deum ut cauſam entium, quoniam deus per ſuam bonitatem ſubſiſten
Gene. 1. 2. tem in ſe, eſt effectiua cauſa immediata aut mediata omniũ rerum, qui in principio creauit cœ
lum & terram & cætera tempore ſuo per ſe, aut per cauſas ſecundas. Attamen ut in exordio li
bri de Cauſis habetur: Cauſa prima in omni effectu plus influit, quam quæcunqꝫ cauſa ſecũ
Deus ut ſapiens & pulcher. da [Sapientem uero & bonam] id eſt, ſcriptura laudat deum ut ſapientem & bonum [Quia ex
iſtentia omnia quæ propria natura incorruptibilia ſalua ſunt] id eſt, res creatæ quæ corrupti
oni non ſubiacent, quia ex ſua natura incorruptibilia, utputa quia materiam priuationi annexã
non habent, nec ex contrarijs mixta ſunt [omni harmonia diuina & ſacra pulchritudine ſunt re
pleta] id eſt, proportione & cõnaturalitate exiſtentiũ in ſe, plena abſqꝫ cõtrarietate. Ex hoc ſe
qui uidetur, quod creata, ex ſe ſeu ex ſua natura incorruptibilia recte dicantur, cuius oppoſitũ
aliqui imaginantur, eo quod omne creatum, ex ſua natura in nihil uertibile ſit: etſi ſibi ipſi relin F
quatur, protinus in nihilum uertitur. Et rurſus, quoniam omne iunctum, diſſolubile eſt in ea
Plato ex quibus conſtat. Vnde in ſecundo Timei inducit Plato deum loquentem cauſis cœleſtibus:
O dij deorum, quorum opifex idem paterqꝫ ego. Opera ſiquidem uos mea, diſſolubilia natu
ra, me tamen ita uolente, indiſſolubilia. Omne ſiquidem iunctum, natura diſſolubile eſt. At ue
ro quod bona ratione iunctum atqꝫ modulatum eſt, diſſolui uelle, dei non eſt. Quapropter
quia facti generatiqꝫ eſtis, immortales quidem nequaquam conſiſtitis, nec omnino indiſſolu
biles: Nec tamẽ unquam diſſoluemini, quia uolũtas mea maior eſt nexu ueſtro. Denique dicit Hẽ
Henr. Gã. rico in Quodlibetis ſuis, quod Plato multũ bene ſentit in iſtis, multoqꝫ melius quam Ariſto
Iohan Da. teles. Conſonat quoqꝫ his quod Damaſcenus ait libro ſecundo: Omne creabile, eſt uertibile.
ſolum enim quod increabile, eſt inuertibile, ubi & paulo poſt de angelo ſubdit: Immortalis eſt
nõ natura ſed gratia. Veruntamen, ni fallor, iſta ſatis faciliter concordantur. Præſertim cum o
mnis creatura tam inceſſabiliter indigeat creatoris conſeruatione, quod ſi illa ei ad momentum
ſubtraheretur, protinus in nihil relaberetur. Nihilominus uerificatur quod materia priuationi
Deus ut benignus annexa, corruptionis eſt principium, ideo hæc per diſtinctionem poterunt concordari, ut ſuper
angelicam dictum eſt, hierarchiam [Humana autem differenter] id eſt, deitas ſpeciali ac diffe
renti modo ab alijs appellatur humana, id eſt, benigna. Nam & alia tranſlatio habet, benigna
[quia his quæ ſecundum nos ſunt, ad ueritatem uniuerſaliter in una ſui ſubſiſtentiarum com
municauit] id eſt, quia deitas in una trium perſonarum ſuarum communionem nobiſcum ac
cepit



A cepit, noſtram aſſumendo naturam in unitate perſonæ cum naturalibus proprietatibus & in
detrahibilibus ſuis defectibus, hoc eſt quod ait his quę ſecundum nos ſunt, i. nobis quo ad cor
pus & animã, in ueritate naturę cõmunicauit uniuerſaliter, id eſt, in omnibus naturalibus abſqꝫ Hebræ. 2
peccato. Vnde ad Hebræos dicitur: Debuit per omnia fratribus ſimilari, ut miſericors fieret. Ibidem
Et rurſus ibidem. Quia pueri communicauerũt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit
eiſdem [& reuocatam ad ſe ipſam reſtituit] id eſt, naturam humanam ſeu genus humanum, ad
ſe reductam per uerbi incarnationem & naturam a uerbo aſſumptam, recuperauit [humanã
nouiſſimam partem] ſeu extremitatem ſecundum aliam tranſlationem, i. hominem in fine ſe 1. Cor. 10.
culorum, iuxta illud Apoſtoli: Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Vel nouiſſi
mam partem, quia in genere ac ordine intellectualium ſubſtantiarũ extremitas quædã parsqꝫ Hebræ. 2.
nouiſſima eſt humana natura. Hinc dicit ad Hebræos: Nuſquã angelos apprehẽdit, ſed ſemẽ Luce. 19
Abrahæ apprehendit. Ideo, apud Lucam effatur: Venit filius hominis quærere & ſaluum face
re quod perierat [Ex qua] aſſumpta humanitate [ineffabiliter ſimplex Ieſus] id eſt, unigenitus
dei ſimplex incomprehenſibiliter ſecundum deitatis ſuæ naturam [compoſitus eſt] ſecundum
aſſumptam humanitatem, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens [& appoſitionem
aſſumpſit temporalem æternus] id eſt, filius dei ſecundum generationem a patre æternus, abſqꝫ Philip. 2.
ſui mutatione induit formam ſerui iuxta illud ad Philippenſes: Qui cum in forma dei eſſet, exi
naniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens [Et æqualis nobis factus eſt]. i. conformis & ſimi
lis nobis in noſtra [natura omnium ſecundum omnem naturam ordinis ſupereſſentialiter mo
litus] id eſt, creando operatus ordines omnium, id eſt uniuerſitatem creaturarum, ſecundum
omnem naturam tam corporalium quam ſpiritualium entium. Per quod excluditur hęreſis
Manichæorum. Hoc eſt quod ad Coloſſenſes dicitur: In ipſo condita ſunt uniuerſa in cœlo Coloſſ. 1.
B & in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates [cũ
incommutabili & inconfuſa propriorum collocatione] id eſt, cum inuariabili & imperturba
bili retentione & poſſeſſione diuinarum ſuarum proprietatem & attributorum. Nam noſtra
aſſumpſit, ſua non depoſuit [& quæcunqꝫ alia deifica luminaria eloquijs conſequenter diuino
rum noſtrorum ducum occulta traditio expreſſe nobis donauit] hoc eſt, quæcunqꝫ alia luminaria
deifica, id eſt, quoſcunqꝫ præclaros ſanctos doctores aut eorum dogmata uel ſcripturas dona
uit nobis traditio occulta. i. doctrina ſupernaturalis expreſſe, id eſt, plano & facili ſtylo ducum
noſtrorum diuinorum puta apoſtolorum & euangeliſtarum eloquijs. i. in ſcripturis a ſe editis
in quibus allegauerunt & nobis commendauerunt ac reliquerunt libros ueteris teſtamẽti. Nã 2. Petri. 1.
& beatiſſimus Petrus in ſua canonica: Firmiorem, inquit, habemus propheticum ſermonem,
cui benefacitis attendentes tanquam lucernæ lucenti, &c. [Hæc & nos didicimus nunc qui Diuina rite doceri p ſymbola
dem ratiõabiliter nobis per ſacra uelamina eloquiorum & hierarchicarum traditionum, huma
nitatis]. i. iſta quæ uobis catholice ſcribimus, nos didicimus rationabiliter nobis, id eſt, modo
noſtræ naturæ cõuenienti & apto, utputa per ſacra uelamina eloquiorum, id eſt, per deſcripti
ones datas in ſcripturis ſub ſenſibilibus formis & ſimilitudinibus, & traditionum hierarchicarũ
. i. eccleſiaſticorum documentorum myſteriorumqꝫ Chriſti & ſacramentorum ipſius: quia ut
C patuit, Impoſſibile eſt aliter nobis lucere diuinum radium, niſi circumuelatum uarijs for ca. 1. cœ. hie.
mis ſenſibilium rerum. Vnde ſubiungitur [ſenſibilibus quidem inuiſibilia & his quæ ſunt ſu
pereſſentialia circumuelantis, & formas & ſimilitudines carentibus formis & ſimilitudi
nibus circumponentis] hoc eſt, humanitatis Chriſti ſeu benignitatis diuinæ circumpo
nentis, inuiſibilibus ſenſibilia, ut per ſenſibilia inſenſibilia & inuiſibilia deſignentur & intelli
gantur. Et circumuelantis ſupereſſentialia, id eſt, æterna & diuina ut ſuperpræſtantiſſimã tri Danie. 7.
nitatem, hijs quæ ſunt, id eſt, per uariabilia & creata, ſicut cum pater æternus in Daniele deſcri
bitur. Per antiquum dierum, cuius capilli ueluti lana alba. Et item circumponentis formas &
ſimilitudines materiales, carentibus, id eſt his qui carent talibus formis, ut cum angeli deſcri
buntur in formis iuuenum pennatorum, ſicut in Iſaia. [& ſupernaturalem & non figuratam Iſaiæ. 6
ſimplicitatem uarietate partitorum ſymbolorum, & multiplicantis & præfigurãtis] hoc eſt
præfatæ humanitatis multiplicantis & præfigurantis, id eſt, multipliciter ac figuraliter ſigni
ficantis ſummam dei ſimplicitatem prorſus infiguratam, utputa non extentam, nec quantam
uarietate ſymbolorum partitorum, id eſt per uaria ſymbola & materialia entia, immaterialiũ
deſignatiua, ut cum de ſuperſimpliciſſimo & incircumſcriptibili deo ſcriptum eſt in Iob: Alti Iob. 11.
or cœlo eſt, longior terra menſura eius, latior mari. In Iſaia quoqꝫ: Cœlum mihi ſedes eſt, ter Iſaiæ. 66
ra autem ſcabellum pedum meorum. Hæc facit humanitas, id eſt benignitas dei, condeſcen
dens imbecillitati noſtri intellectus, non ualentis nunc immaterialia ſimpliciſſima infigurata

illa in ſua puritate ac ſimplicitate concipere. De hoc dictum eſt copioſe ſuper angelicā hierar D
chiā [cū autem incorruptibiles & immortales facti fuerimus, & chriſtiformi & beatiſſima re
1. Theſſa. 4 cipiemur quiete ſemper cum domino, iuxta eloquium, erimus] Sic enim Apoſtolus ad Teſſa
lonicēſes: Simul, ait, rapiemur in nubibus obuiā Chriſto in aera, & ſic ſemper cum domino e-
Matth. 25. rimus, quādo dicturus eſt Chriſtus electis: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum uo
Iohan. 14 bis regnum à cōſtitutiōe mundi. De hac requie Chriſtiformi ꝑpetua dixit ipſe diſcipulis: Va
do parare uobis locum, & iterum ueniam & aſſumam uos ad meipſum. Et, Gaudebit cor ue-
Iohan. 16 ſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis. Iſtud quantum ad animam, conceditur ſan-
ctis mox poſt peregrinationis huius curriculum [Viſibilis quidem ipſius diuinæ manifeſtatio
nis in caſtiſſimis contemplationibus repleti] id eſt, poſt uitā hāc impleti ſeu implēdi cōtēplatio
nibus caſtiſſimis, i. mundiſſimis, quibus nihil adulterinę auerſionis, reflexionis, diſtractiōis miſ-
cetur, manifeſtationis ipſius uiſibilis, quando uidelicet poſt reſurrectionem glorificati uidebi-
mus Chriſtum in ſua glorificatiſſima humanitate. Vel, repleti diuine manifeſtationibus, id
eſt, claris aſpectibus ipſius uiſibilis, id eſt, Chriſti, in glorioſiſſima ſua humanitate qua exte
rior homo miro gaudio reficietur. [manifeſtiſſimis ſplendoribus nos †circumluſtrati] Tunc ete
*circumlu ſtrātis nim erunt tres radiantiſſimæ dotes in anima, & quatuor pulcherrimæ dotes in corpore, qui-
bus electi erunt undiq; perluſtrati, circumluſtrati & illuſtrati, iuxta illud Iſaiæ: Implebit ſplē
Iſaiæ. 58 Matth. 13 doribus animam tuam. Et, Fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum [ſicut diſcipulos in il-
la diuiniſſima transformatione] id eſt, ſicut tres apoſtolos circumfulſit claritas ingens in Chri-
Matth. 17 Marci. 9. ſti transfiguratione. Vnde Matthæus ait: Transfiguratus eſt Ieſus ante eos, & reſplenduit faci
Lucæ 9. es eius ſicut ſol [Inuiſibilem autem ipſius illuminationem impaſſibili & immateriali intellectu
participātes] id eſt, claram facialem & beatificam uiſionem & illuſtrationem a Chriſto ſuſcipi
entes intellectu iam totaliter expurgato, ſpiritualizato, & deificato, quādo nequaquā grauabi
mur corpore, quādo cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus, & implebitur illud Apocalypſis: E
1. Cor. 13 Serui dei uidebunt faciem eius, & regnabunt in ſecula ſeculorum [& ſuper intellectum unita-
Apocal. 22 tem, id eſt unionem cum deo perfectam, inauertibilem, conſummatam: quæ tanto maior tūc
erit, quanto eum ardentius & inæſtimabilius & indeſinentius diligent: ideo erit unitas ſuper in
tellectum, hoc eſt, tam intima, quod id in præſenti nec capere poſſumus, nec effari, ſicut & pax
Chriſti, teſte Apoſtolo, exuperat omnem ſenſum [Inſuper apparentium radiorum ignotis &
Philip. 4. beatis experimentis] id eſt, tunc etiam participabimus, affluemus, exultabimus & afficiemur be
atificis ac ſuauiſſimis experientijs, guſtibus, ſentimentis luminū ſupernorum, nobis mō incog-
Iſaiæ. 64. 1. Cor. 2. tis & in expertis: quoniam oculus non uidit, nec auris audiuit, nec intellectus nunc capere po
teſt, quæ præparauit deus diligentibus ſe [In diuinorum imitatione ſupercęleſtiū animorum]
id eſt, inſtar angelorum ſanctorum [ſicut angeli enim, ut eloquiorum ueritas ait, erimus] id eſt
ſimiles angelis glorioſis, & ad eorum ordines iuxta diuerſitatem meritorum aſſumpti [& filij
dei reſurrectionis filij ſunt] Sic enim in Matthęo legimus: In reſurrectione non nubent, neq;
Matth. 22. Diuina do ſcēda per imagines. nubentur, ſed ſunt ſicut angeli dei [Nunc autem ut nobis poſſibile, neceſſarijs quidem in diui
na ſymbolis utimur] id eſt in ſtatu præſenti per ſenſibilia ſigna atq; ſimilia, ad diuina & inuiſibi-
lia proficiſcimur. Vnde & Chriſtus in euangelio frequenter per talia nos informat [& ex i F
pſis iterum in ſimplam & unitam inuiſibilium contemplationum uirtutem proportionaliter in
tendimus] id eſt, cum uiſibilibus uti cœperimus ad inuiſibilia cognoſcenda, tunc mox ipſa ui
ſibilia tranſcendendo, dimittimus ea, ſicq; nos ad immaterialia eleuando intendimus, & tranſi
mus proportionaliter, iuxta quod poſſumus: & prout ſenſibilia ſimbola illa aptiora fuerint ad
ſpeculandum in illis, & ex illis diuina obiecta reducendo nos introrſum ad uirtutem ſimpiā
& unitam, id eſt ad ſapientiæ claritatem & charitatis ardorem, atq; ad mentis recollectionem
& ſtabilitionem in deo, diſtractionibus & imaginationbus uanis, paſſionumq; motibus & cū
ctis inquietationibus mentis, prorſus abiectis [& poſt omnem ſecundum nos deiformium in
† requieſ centes. telligentiam *reſecantes noſtras intellectuales operationes] id eſt, poſt omnem conſideratio-
nem diuinorum nobis poſſibilem modo humano, reſecantes, id eſt ſupergrediētes ac relinquē
tes proprios actus interiores, non ipſos non habendo, ſed non apprehendendo, nec attenden
do [in ſupereſſentialem radium, ſecundum quod iuſtum eſt, nos immittemus] id eſt, aciem
mentis noſtræ inſigemus in lumen increatum, ſecundum quod decens eſt, cum reuerentia &
ſobrietate. Vel potius prout præuenti aut ſurſum tracti aut rapti fuerimus, iuxta apoſtolicū
2. Cori. 3. illud: Nos autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem transfor
mamur, a caritate in claritatem tanquam a domini ſpiritu [in quo omnes fines omnium co-
gnitionū ſuperarcanæ ante ſubſtituti ſunt] i. in quo ab æterno idealiter & cognitiue præexi
terūt



A terunt conſummationes & fines cunctarum cognitionum, imo & uniuerſorum actuum & de
ſideriorum rectorum [Quem neq; intelligere, neq; dicere poſſibile eſt] perfecte pure & plene
ſicuti in ſeipſo conſiſtit [neq; omnino quoquo modo contēplari] id eſt, non eſt poſſibile ipſum
in uita hac intueri ſyncere, prout in propria maieſtate ac gloria reſidet [propter quod ipſe ab
omnibus remotus ſit] id eſt, ab omnibus diſtans in infinitum, non loco, ſed ſupereminentia &
exceſſu perfectionis immenſę. Veruntamen Apoſtolus ait in Actibus: nō lōge eſt ab unoquoq; Actuū. 17.
noſtrum. In ipſo enim ſumus, uiuimus & mouemur. Ipſe quoq; per Ieremiam loquitur: Putas Ieremię. 23
ne deus e uicino ego ſum, & non deus de longe? Nunquid non cœlum & terrā ego impleo?
Verum iſta faciliter concordantur, quoniam ipſe eſt in omnibus & ubiq; per eſſentiam,
præſentiam & potentiam: in omnibus, non incluſus, extra omnia, non excluſus qui & eſſen- Boethius.
tijs rerum illabitur, & infra terminos eſſentiarum continetur, non finitur [& ſuperinco-
gnitus] cognitione quid eſt, imo ſicut notiſſimum eſt quia eſt, ſic ignotiſſimum eſt quid eſt
[& omnium quidem eſſentialium cognitionum & uirtutum ſummitates ſimul & omnes ſu-
pereſſentialiter in ſeipſo præambientem, hoc eſt] cognoſcimus præambientem, i. ab ęterno in
ſe includentē & compræhendentē in ſe ſummitates, excellentias, perfectiones cognitionum
eſſentialium, id eſt principalium. Vel rationū ac diffinitionum quidditatiuarum quę admodū Ioh. Dam.
paucis ſunt cognitæ, cum aſſerat Damaſcenus: Species ſpecialiſſimas angelorum ſoli creato-
ri cognitas eſſe, ſic & omniū uirtutes ei ſunt notæ, uirtutumq; ſummitates. [Omnibus uero in-
cōpræhēſibili uirtute etiam ſupercœleſtibus animis ſuꝑcollocatū] id eſt, præminētē ac ꝑſidē-
tē, propter quod ſępius in ſcripturis dicit ſuperaltata [ſi eñ ſcientiæ omnes exiſtētiū ſunt]. i. cū
cūctę ſciētię circa realia obiecta uerſentur præſertim reales ſciētiæ, ſciētiæ tamē humanæ po-
tius ſunt de rebus quo ad eſſe eſſentię, quod eſt eſſe quidditatiuū: quā quo ad eſſe exiſtētię, quod
B eſt proprie ſuppoſitorum mutationiq; ſubiacet [& in ea quæ ſunt, finem habent] id eſt, circa
entia atq; in entibus terminant [ipſa omniū eſſentia ſumma] puta diuina eſſentia [ab omni ſcien
tia eſt remota]. i. ab omni ſcīa creaturæ eſt elōgata per exceſſum & incōpręhēſibilitatem. Etſi
melior eſt omni ratiōe & omni ſcīa]. i. qa ꝑſtātior eſt infinitę omni ratiōe creata, ac omni ſciē-
tia depēdēte [& ſuper intellectū uniuerſaliter & eſſentiam collocat]. i. omni intellectu atq; na
tura abſoluta ſublimior eſt, [Omniū qdē cū ſit acceptiua & cōpręhēſiua] id eſt, uniuerſorū co-
gnitionē & perfectionē in ſe continēs & includēs, nil prorſus aliūde aut ab extra ſuſcipiēs, cū
ſit actus purus [& ꝑappræhēſiua] Omnia enim ab æterno ꝑnoſcit, iuxta id Eccleſiaſtici: Domi Eccleſi. 23. Pſalm. 138.
no deo antequam crearentur, omnia ſunt cognita. Et in pſalmo: Intellexiſti cogitatiōes meas
de longe, ſemitā mea & funiculū meū inueſtigaſti, & oēs uias meas ꝑuidiſti [Oībus autē per
ſe uniuerſaliter incōprehēſibilis eſt] Certe ut ait Saluator: Ex abundātia cordis os loquitur. Sic Matth. 12. Lucę. 6.
& feruentiſſimus iſte Dionyſius zelo diuini honoris uehemētiſſime ſuccēſus, ſuꝑbñdictiſſimū
deū toto conatu extollit, & reextollit, ac ſuꝑextollit, eūdē ſenſum frequēter reſumēs, ad inculcā
dū cordib9 nřis incōparabilē incōꝑhēſibilē, & ſuꝑinfinitā excellētiā dei, ut nos ad ipſi9 admirati
onē, cultū, timorē, cōtēplationē, feruidū inceſſabilēq; inducat amorē. Ac ſimul ꝑ hoc pernici-
oſum condemnās errorē philoſophorū quorūdā dicentiū ꝙ deus nō ſit in ſeipſo ſimpliciter ac
C ꝑfectionaliter infinitus, nec uniuerſorum fontale ac effectiuum principiū, ſed ſumma quędā Henr. Gā.
intelligentia & cauſa rerū conſeruatiua, ꝑut in qdlibetis ſuis Hēricus recitat ſatis prolixe, affir
mās Ariſtotelē hoc ipſum ſenſiſſe. uerum ſuper Sentētias præſertim ſuꝑ ſecundū Sentētiarū,
copioſe & euidēter oſtēdi, & ex uerbis & documentis ipſius philoſophi, ſummū & ingenioſiſ-
ſimū illū philoſophū nequaquā tam ruditer deuiaſſe aut delirasse, potiſſime cū & cōmentator
eiuſdē q inter expoſitores ipſius grecos & Arabes, meli9 uidet Ariſtotelē intellexiſſe, libro de
ſubſtātia orbis palā teſtet, nunq̄ fuiſſe intētionē Ariſtotelis, dicere ꝙ cęlū ſit a deo ſolū ꝑ cōſer
uationē, & nō etiā per uerā emanationē, atq; realem productionem [& neq; ipſius ſenſus eſt ne
q; phantaſia, neq; opinio neq; nomē, neq; uerbū, neq; tact9, neq; ſciētia] Certū eſt ꝙ nullū horū
cōpetat uel inſit puriſſimo & immaterialiſſimo deo, niſi quod ſcientia ſuo mō cōperit ei quę eſt
eius eſſentia. Nihilominus cōſtat ꝙ nec ſenſu nec phātaſia poſſit attingi, cū ſenſus & phātaſia
ſint uires ſenſitiue organicę quę immateriale obiectū attingere nequeūt. Varię tñ opiniōes er Liber Cau ſarum
ronęę fuerūt de deo. Sed ipſe nec opiniōe ualet, neq; ſciētia cōprehēdi. Hinc li. de Cauſis. ſexta
propoſitiōe in cōmētario habetur: Res nō cognoſcitur neq; narrat, niſi ex cauſa ſua. Cū ergo Proclus
res eſt cauſa tantū, nō ſcitur nec narrat neq; cōſeqtur ipſam loquela. Quod eſt, qa narratio non
fit niſi per loquelā, & loquela per intelligentiam, & intelligentia ꝑ cogitationē, & cogitatio per
meditationē, & meditatio per ſenſum. Cauſa autem prima eſt ſuꝑ omnia iſta, nec cadit ſub aliq̄
horū. Vnde & Procl9 in Elemētatiōe ſua theologica theoremate. 123. ſcilicet: Eſſe diuinū neq; oꝑi

 nabi-

D nabile eſt, neq; meditabile, nec intelligibile, neq; opinio eſt ipſius, nec ſcientia, nec mẽs, neq;
intelligẽtia[Quomõ ergo de diuinis nominibus a nobis actitabitur ſermo ſine uocabulo] q̃ſi
dicat. Quõ compilabo librũ de diuinis nominibus, cũ deus nõ habeat nomina neq; uocabula;
[& ſuper nominatiõem ſupereſſentiali deitate oſtẽſa]. i. demõſtrato ꝙ ſupereſſentialis deitas ſit
omni nominatiõe ſublimior. Ad quod cõſequẽter reſpõdet [Sed quia quod dixim⁹, unũ inco
gnitũ ſupereſſentiale, per ſe optimũ quidẽ quod eſt, cum theologos characteres expoſuimus
trinam unitatem dico homotheõ & homagathõ, neq; dicere, neq; intelligere poſſibile eſt] hoc
eſt, unũ eſt ens incognitum ſuperſubſtãtiale, optimũ per ſe, quod uere eſt, quod diximus, i. de
quo tractauim⁹ in libro de diuinis characteribus, cũ expoſuimus characteres theologos, i. dũ
declarauimus pro poſſe proprietates relatiuas, per quas diſtinguũtur diuinæ & increatæ per-
ſonæ, quæ nobis ineffabiles & incõprehẽſibiles ſunt, imo nec ab angelis ſanctis cõprebendi ua
lẽt, aut exprimi perfecte aut digne, prout in ſe cõſiſtũt, nec nos capere poſſumus eſſentias illas
Diuinũ myſteriũ & angelis & animabus ineffabile. angelicas. Hinc ſubditur[Sed & ſanctarum uirtutũ angelicæ unitates, quas ſiue ſpeculatiuas,
ſiue acceptiuas oportet dicere ſuperincognitę & ſuperlucẽtis bonitatis] hoc eſt unitates ange
lice. i. angeli ſancti ac ſimplices, quæ ob ſuam ſimplicitatẽ dicũtur quædam unitates, quia ſunt
ſimplices formæ per ſe ſubſiſtẽs. Vnde appellãtur ſubſtãtię ſeparatę, quæ ſunt uirtutũ ſancta
pſalmi. 10. rũ quia magnarum ſunt potẽtiarum, iuxta illud: Benedicite domino angeli eius potẽtes uirtu
tes, & uirtutibus ſanctis infuſis plenæ ſunt a creatiõis exordio, quas mẽtes angelicas oporte
ret nos dicere uel cõtemplatiuas eſſe, uel ſuſceptiuas bonitatis diuinæ ac ſummæ, quæ eſt ſup
incognita, quia nec illæ mentes quæ ſunt quaſi totaliter oculus, queũt eam comprehẽdere ple
ne imo a perfecta eius comprehẽſiõe deficiũt infinitę, quemadmodum in infinitum inferiores
ſunt intellectiuę uirtutis & actualitatis, quam deitatas ipſa ſeu trinitas adoranda, que taliter ſibi
ſoli eſt nota, eſtq; ſuperlucẽs & infinita claritate, lympiditate, puritate, ſuauitate & amęnitate E
in ſeipſa ſuperdelicioſiſſime ſplẽdẽs & fragrãs. Hæ inquam mẽtes ſupernę[& arcanæ ſunt]. i.
ſecretæ[& incognitæ] nobis cognitiõe quæ eſt a priori, & cognitiõe diſtincta ac quidditati-
ua, quia earum proprias & eſſentiales differẽtias ignoramus. Ex quibus uerbis poſſet accipi ar
gumentum, quod intellectus humanus nõ ualeat intelligere in hac uita ſubſtãtias ſeparatas.
Quod tamen quomodo poſſet quis ſoluere, dictum eſt alibi.[& ipſis ſolis ſubſiſtunt ſuper ſci
entiam angelicam dignis ſuis angelis, his deiformes angelica imitatione quantum licet coadu
nati animi] hoc eſt, animi, id eſt, intellectus humani coadunati, id eſt: aggregati ſeu unum ef-
fecti, his, id eſt cum mentibus perfectis cœleſtibus, contemplatiuis. quantum licet, id eſt pro-
ut poſſibile eſt, utputa imitatione angelica. i. participando & imitando pro poſſe perfectionem
contemplationemq; angelorum deiformes ſunt. i. deo conformes ac multum diuini per uni
tiuam dei cognitionem, qua ſoli deo intenti ſunt, eleuatione pura ſupergrediendo cuncta crea
ta, etiã angelos ſanctos. Hinc additur:[Qm̃ ſecundum omnem intellectualem operationem
requieſcunt] id eſt ab omni ſpeculatione intellectiua circa creata, ceſſant & repauſant, & actio
ne mentali in creatore quieſcũt obdormiuntq; in dilecto. Talis † cum ſit deificatorum animo
*autem ſãcti ex gratia facti angelici q̃ mõ diuina noĩa conſtituant. † potentiſſime. rum ad ſummum lumen unitas] . i. dum mentes deificatæ uniuntur lumini increato tam ab F
ſtracte ac pure, ita quod nil creatum aduertunt aut apprehendunt[laudant ipſum potiſſime
per omnium quæ ſunt ablationem] id eſt, per omnium citra ipſum exiſtẽntium abnegationẽ
imo per remotionem uniuerſorum ab ipſo prout ipſi ea capere, apprehendere, aut intelligere
queunt, eo quod ipſe ſuperfeliciſſimus & ſuperexcellentiſſimus & incompræhenſibiliſſimus
deus, uniuerſa & ſingula penitus ac omnifarie infinite accedat, nec quicquam cum ipſo con-
ueniat ſpecie, genere, aut categoria[& ex hoc uere & ſupernaturaliter illuminati] id eſt ex hu-
iuſcemodi dei contẽplatione ſunt pręclariſſime illuſtrati, & ad altiorem huius uitæ contempla
tionem perducti atq; erecti [ex beatiſſima cum ipſo unione] hæc quippe cognitio unitiua, ab
†unitate. negatiua, æſtuantiſſima, trãsformatiua ecſtatica appellatur myſtica theologia, de qua libro ſe-
quenti pro poſſe tractabitur. Eſtq; unio iſta beatiſſima, id eſt, ualde beata, quo ad ſtatum pere-
grinationis præſentis, in qua unione quo meus ſuperſanctiſſimum deum lympidius contem-
platur, eo certius conſpicit ipſum prorſus incomprehenſibilem eſſe. Idcirco per omnium ab
lationẽ ab ipſo laudat eũdẽ. Quo cõſtat ꝙ pſumptuoſus & ſupbus ille hęreſiarcha Eunomi⁹, q
Eunomij hæreſiarchæ veſania. dixit ſe deũ pfecte & plene cognoſcere ſeu cõprẹhẽdere, ad pſatã hãc dei cognitionẽ ſeu myſti
cã theologiã nunq̃ puenit. ſed poti⁹ fidelis & humilis ille Dauid q grata mẽte cõfeſſ⁹ ẽ dño: Mi
Pſalm. 138 rabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me, cõfortata ẽ, & nõ potero ad eã[q a omniũ qdẽ ẽ q̃ ſunt cauſale]
. i. qm̃ deus eſt, cauſale principiũ & creator omnipotẽs uniuerſorum quæ ſunt citra & præter
ipſum[ipſum autem nihil] id eſt, hoc primum principium nõ eſt, quicquam illorum, quæ nos
concipe



A cõcipere aut exprimere ſecundum quod ſunt poſſumus [ut omnibus quæ ſunt ſupereſſenti
aliter[exaltatum] id eſt, tanquam incomparabiliter eminens uniuerſis, quæ omnia eius compa
ratione ſunt tanquam nihilum & inane, præſertim quantum ad ſuum eſſe & uiuere naturale. Iſaiæ. 40
[Igitur ſupereſſentialitatem diuinam, qualis eſt* ſuperbonitatis ſuperſubſiſtentiæ neq; ut uer *ſuperſubſiſtẽtia
bum aut uirtutem, neq; ut animum aut uitam aut eſſentiam, laudare eſt iuſtum] id eſt, nec iu- Deũ nullis nominibus cõprehẽdi
ſtum nec condecens eſt, laudare aut affirmare ſupereſſentialitatem diuinam, id eſt deum ſuper
eſſentialem, qualis eſt ſuperbonitatis ſuperſubſiſtentiæ, id eſt qualis ſit per ſuam propriam bo-
nitatem uel potius ſuperbonitatem ſuperſubſiſtentem, id eſt, in infinitum ſublimius atq; perfe
ctius ſubſiſtentem, aut aptius per ſe entem. Neq; ut uerbum aut uirtutem, non ſic ut laudetur
aut eſſe dicatur uerbum aut uirtus, aut animus, aut uita ſiue eſſentia. Et hoc dico, ſecundum ꝙ
nos nomina iſta ſeu res ſignificatas per ea, capere poſſumus. Veruntamen ea ſumendo ſecũ
dum quod ex natura ſua res ipſa ſignificata ſe habet, & nomina ipſa accipi poſſunt, ſic nomi-
na iſta & ſignificata per ea, propriiſſime itemq; ueriſſime deo conueniũt, imo & ita ei ſolũmo
do, quod comparatione ipſius nõ cõueniunt alijs. Sic etenim ipſe ſolus dicitur eſſe & uiuere &
ens ac uita, eſſentia, intellectus, uirtus, poteſtas ac uerbum, loquẽdo de unigenito filio, prout
infra, potiſſime ſuper myſticam theologiam, ipſo præſtante, diffuſius exponẽtur: & ſupra fre
quenter eſt tactum, & ſuper primum Sentẽtiarum eſt introductum. Hinc ſupra illud Iohanis: Iohan. 1.
In principio erat uerbum, ſcripſerunt uiri catholici, quod inueniri nõ potuit cõueniẽtius nomẽ
ad deſignãdum unigenitum patris, & generationem eius æternam, intellectualem ac immanẽ
tem, quam hæc dictio, uerbum. ¶ Deniq; ſi iſta ſyncere intelligis, grãdem & euidẽtem habes
introitum ad intelligendum pro maxima parte ea, quæ in libris diuini & magni Dionyſii de
deo dicuntur. Reſolutio namq; illorum in paucis cõſiſtit. Iſtud ergo eſt ſane ac clare intelligẽ
B dum, memoriterq; tenẽdum[Nulla em̃ eorum quæcũq; ſunt ſuper omnem ueritatem ueritate
dicitur] hoc eſt deus nõ dicitur nec eſt ullum eorum, quæ ſunt per modum nobis cõprehẽſi-
bilem, qui deus eſt ſuper omnem ueritatem[Sed ut omni habitu, motu, uita, phãtaſia, opiniõe
nomine, uerbo, uirtute, intelligẽtia, eſſentia, ſtatu collocatiõe, unitate, ſummitate, multitudine,
omnibus quæcũq; ſunt exiſtentia, ſupereminẽter remotam] id eſt deitatem laudare debemus
tãquam eminẽter remotam, ſuper exaltatam, diſtãtem, diſtinctam ab omni habitu, motu, phã
taſia, opiniõe, & cæteris iam expreſſis, prout a nobis apprehẽdi queũt, & creaturis attribuũtur.
¶ Porro quædam iſtorum, uidelicet habitus, motus, phãtaſia, opinio, multitudo, nequaquam
cõueniũt proprie deo[Quomodo uero ut bonitas† exiſtẽtia ipſius eſſe omniũ quæ ſunt, eſt cau *ſubſiſtẽtia
ſa optima principalis diuinitatis prouidẽtia, ex omnibus* cauſatis laudãdum] id eſt per modũ †cauſatiuia Deus laudãdus ut creator
laudis diuinę nũc exprimẽdũ eſt, q̃liter eſſe ipſius dei, ut exiſtẽtia. i. tãquã exiſtẽs bonitas ſum
ma eſt optima cauſa oim q̃ ſunt, nõ naturali neceſſitate. Iuxta Philoſophos: ſed prouidẽtia deita-
tis ſuperprincipaliſſime ac ſuperliberrime, iuxta uerbum Pſalmiſtę: Omnia quæcũq; uoluit Pſalm 134
dominus, fecit. Ex ipſis cauſatis, id eſt ex rebus creatis ſumẽda eſt laudatio ſeu nominatio atq;
deſcriptio iſta, quia in hac uita ex ſuis effectibus deum cognoſcimus, nõ ex immediata clara &
C obiectali ſui ipſius intuitiõe[Quoniam & circa ipſam omnia] id eſt cũcta creata ſunt circa crea-
torem tanquã eorum cõſeruatorem, ſine cuius manu tenẽtia nec ad momẽtum poſſent ſub-
ſiſtere, ideo naturaliter inclinãtur & tẽdũt in ipſum: & ei ſuo modo cohærẽt, quoniam natura
liter appetũt eſſe & permanere. Vñ & cõtrarijs ſuis ac corruptiuis pro poſſe reſiſtunt, ideo di-
cũt philoſophi: a quo proceſſio, ad id cõuerſio[& ꝓpter ipſam] Ipſa nãq; eſt oim cauſa finalis*
ꝓpter q̃d in Prouerbijs Salomõ dixit: Oĩa ꝓpter ſeipſum opat⁹ eſt dñs. Et in Eccleſiaſti: Fecit Prouer. 16 Eccle. 3.
de⁹ oĩa opa ſua ut timeatur[& ipſa eſt ante oĩa] cauſalitate, æternitate, ac dignitate[& oĩa
in ipſa cõſtituta ſunt] hoc eſt, in uolũtate & diſpoſitiõe ipſius, ut in lib. Eſther dr̃. Dñe rex o-
mnipotẽs in ditiõe tua cũcta ſunt poſita[& eius eſſentia omniũ eſt ad eſſe deductio]. i. diuina
eſſentia eſt actiua deductio uniuerſoꝝ, hoc eſt, cauſa adducẽs cũcta ad eẽ, qm̃ uocat ea q̃ non Eſther. 13 Roman. 4
ſunt q̃ſi ſint[& ſubſtãtia]. i. cauſa ſubſtãtię ac ſubſiſtẽtię reꝝ iuxta illud Sapiẽtię: Quõ aũt poſ Sapien. 11 De⁹ omnibus appetibilis.
ſet aliqd pmanere niſi tu uoluiſſes: aut q̃d a te uocatũ nõ eẽt cõſeruaretur[& ipſam omnia de
ſiderãt] ut cauſam cõſeruatiuã ac ultimũ finẽ ſummũq; bonũ. Siqdẽ bonũ eſt, q̃d omnia appe-
tũt. Hinc bonũ & finis coincidũt. Etem̃ omniũ cõditor unicuiq; rei impreſſit naturalẽ inclina
tionẽ ad ꝓpriũ finẽ quẽ appetẽdo, & in quẽ tẽdẽdo dicunt appetere ultimũ finem & ſummũ
bonũ, cui⁹ participatio q̃dã eſt bonũ particulare ac propri⁹ finis deitatẽ ergo deſiderãt oĩa, diuer
ſa diuerſimode, ſicut ſubiũgit[Intellectualia qdẽ & rõnabilia ſciẽtẽ] uidelicet angeli & homi-
nes, q p uires intellectuales deũ apphẽdũt & cupiũt[ſubiecta uero his ſenſibiliter, id eſt ſenſitiue
uidelicet

uidelicet irrationalia. De quibus in Pſalmo: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Et in Geneſi: D
Dominamini piſcibus maris & uolatilibus cœli & beſtijs terræ [& alia ſecundum uitalem mo
tum] id eſt, quædam deſiderant ſummum bonum uitaliter ut uegetatiua [& eſſentialẽ & condi
Proclus. Idem tionalem neceſſitudinem] id eſt, quædam appetunt ſummũ bonum naturali cupidine, id eſt,
ex conditione ſuæ naturæ, ut inanimata: hoc eſt quod theoremate quadrageſimo Proclus te
ſtatur: Omne ens ſubſtantialiter conuertitur, aut uitaliter, aut etiam cognitiue. Qui denuo faſ
ſus eſt: Bonum eſt ſaluatiuũ omnium entium, Propter quod appetibile eſt omnibus [Hæc er
go ſciẽtes theologi] .i. authores ſcripturæ [& tãquã innominabilem eam laudant] id eſt deita
Deo cur nullũ nomẽ cõuenitat tem laudant tanquam non ualentem laudari nomine digno eam ſignificante, ſecundũ quod
in ſe eſt [& ex omni nomine] id eſt quandoq; laudant eam tanquam ſignificabilem & nomina
bilem per nomina ualde multa [Innominabilem quidem quidem, ut cum aiunt diuinitatem
ipſam, in una myſticarum ſymbolicæ diuinæ manifeſtationis uiſionum increpaſſe dicentẽ,
Quod nomen tuũ?] id eſt theologi inſinuant deum eſſe innominabilem, cum aiunt diuinitatẽ
increpaſſe dicentem, id eſt, interrogantem ipſum deum. Quod nomen eſt tibi? in una myſtica
Geneſi 32. Iudicũ. 13. rum uiſionũ, id eſt myſterialium apparitionum manifeſtationis diuinæ, quia in illa deus ſe ma
nifeſtauit ſymbolice, id eſt p formam uiſibilem. Legitur quippe in Geneſi, quod Iacob ange
Geneſi. 32 Iudicum. 13 lum interrogauit, Dic mihi quo appellaris nomine. Inſuper in libro Iudicum Manua legitur
conformiter ſciſcitatus, ſed in Geneſi ſcribitur angelus reſpondiſſe: Cur quæris nomen
Iſaiæ. 9. meum? Quod ut hic dicitur, increpatorie dictum eſt, ad deſignandum quod deus ſit innomi
nabilis. In Iudicum uero libro fertur angelus reſpondiſſe: Cur quæris nomen meum quod eſt
Hiero. lib. 3 ſup. Iſaiã cap. 9. mirabile? ad innuendum quod admirabile, ſit unum nominum dei, iuxta quod in Iſaia de uni
genito dei habetur: Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, deus fortis, pater futuri ſe
culi, princeps pacis. Quæ nomina ſunt ſecundum Hieronymum legenda & intelligenda diui E
ſum, ita quod ibi ponuntur ſex nomina dei. Angeli demum hæc reſponderunt in dei perſona
Pſalm 8 Poſſet tamen reſponſio illa, Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile, accipi quaſi ad deno
tandum quod nomen dei ſit ita ſublime, quod homo uiator non ſit bene capax illius, ſecundũ
Geneſi. 32 illud in Pſalmo: Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa ter
ra [Et ſicut ab omni eum dei nominatiua ſcientia reducẽs dicere] id eſt, quod angelus dixit ſim
pliciter: Cur quæris nomen meum dicere angelum, quaſi reducens, id eſt, abigens ſeu re
pellens ipſum Iacob ab omni dei ſcientia nominatiua, id eſt, ab omni cognitione nominum
dei, quaſi innominabilis [& ut quidem interrogas nomẽ meũ] id eſt, quia certe quæris nomẽ
* quod eſt † quod m eum, dico tibi quod [& hoc eſt mirabile] id eſt, incompræhenſibile. Quod conſequenter
probatur [An non uere hoc eſt, mirabile nomen, quod eſt ſuper omne nomen † quia innomi
nabile] nomine adæquato. ¶ Poteſt quoq; totum iſtud referri ad idem, utputa ad hoc, quod de
us ſit innominabilis, quia nomen eius tam admirabile eſt [quia omni ſupercollocatum eſt no
mini nominato] id eſt, quoniam altius eſt omni nomine expreſſo [ſiue in hoc ſeculo, ſiue in
futuro] Nã neq; in uia, neq; in patria erit unquã quis deo æqualis, idcirco nec nomen habebit
Philip. 2. æq̃le nomini dei: Non eñ iſta dicũtur de nudo nomine nominãte, aut ſolo uocabulo ſed de il F
lo per reſpectum ad rem nominatã. Et uero uerba hæc ſumpta ſunt ex epiſtola ad Philipen
ſes, ut aliqui dicũt. Verũ ibi inducitur quod pater dedit Chriſto nomẽ quod eſt ſuper omne no
Epheſi. 1. mẽ, nõ autẽ fit mẽtio ibi de futuro ſeculo. Dicẽdũ ergo quod uerba hęc ſumpta ſunt ex epiſto
Deo quõ multa cõueniũt noĩa la ad Epheſios, ubi habetur quod deus pater cõſtituit Chriſtũ ſuper oẽm uirtutem & pote
ſtatẽ, & dominationẽ, & ſuper oẽe nomẽ quod noiatur nõ ſolũ in hoc ſeculo, ſed etiã in futuro
*Ego ſum, uia, uita, ¶ Deiñ oſtẽditur quod deitas multis deſignatur noib⁹ [Multiuocã uero] .i. theologi aſſerũt deita
Iohan. 14 tẽ eſſe multarũ uocũ ſeu appellationũ [ut cũ iterũ introducũt eã dicẽtẽ: *Ego ſum uia ueritas &
uita] hoc eñ apud Iohãnẽ introducit Chriſt⁹ dixiſſe ap̃lo Thomę, dicẽti: Dñe neſcim⁹ quo ua
dis & quõ poſſum⁹ uiã ſcire [lux, de⁹. Et cũ ipſi omniũ cauſalẽ theoſophi multiuoce ex omni
bus cauſatiuis laudãt] hoc eſt theoſophi .i. deũ ſapiẽtes & in ſcripturis piti, laudãt cauſalẽ omniũ
.i. deũ uniuerſorũ & cauſam multiuoce .i. p uoces & appellatiões multiplices ex oĩbus cauſati
uis .i. ex diuerſis eius effectib⁹ & cauſatis, ut cauſatiuũ ſumat̃ hic q̃ſi paſſiue, p cauſato, ſicq; lau
dãt eũ [ut optimũ, ut bonũ, ut ſapiẽtẽ, ut dilectũ, ut deũ deorũ, ut dñm dñorũ, ut ſctm̃ ſctõrũ, ut
æternũ, ut exiſtẽtẽ, & ut ſeculorũ cauſalẽ] .i. pductiuũ [ut uitę largitorẽ, ut ſapiẽtiã, ut intellectũ
ut rõnẽ, ut ſciẽtẽ, ut pferẽtẽ oẽs theſauros ab oĩ ſciẽtia] .i. p̃bẽtẽ & cõferẽtẽ, alijs opulẽtiã co
gnitiõis [ab omni ſcientia ſua] ſicut cõfert alijs potẽtiam ab oĩpotẽtia ſua. Oẽs nãq; ſciẽtiæ
atq; potẽtiæ creatæ ſunt riuuli quidã, ex fonte ſciẽtiæ ac potentiæ dei manantes ſeu deriuati
[Vt uirtutem, ut potentem, ut regem regnantium, ut antiquum dierum, ut non ſeneſ
centem



centem, ut immutabilem, ut ſalutem, ut iuſtitiam, ut ſanctificationem, ut redemptionem, ut
in magnitudine omnia excellentem, ut in aura leui ſiue tenui] Vnde dictum eſt ad Eliam: 3. Reg. 19
Non in commotione dominus, & poſt commotionem ſibilus auræ tenuis, ibi dominus. ad de
ſignandum quod in quietis tranquilliſq; mentibus dominus commoretur. Vnde nunc ſub
ditur [Atq; ut in animis eum eſſe aiunt] id eſt, in cordibus deuotorum deum eſſe teſtantur, iu
xta illud Apoſtoli: Habitare Chriſtum per fidem in cordibus ueſtris [& in animabus] iuxta il Epheſi 3.
lud: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea [& in corporibus] dicente Apoſtolo: Glo 1. Cor. 6.
rificate & portate deum in corpore ueſtro [& in cœlo & in terra & ſimul in eodem eũdem im
mundanum, circa mundum ſupra mũdum] id eſt, eundem deum dicunt eſſe in mũdo [& circa pſal. 124.
mundum] iuxta illud: Dominus in circuitu populi ſui [ſupercœleſtem, ſupereſſentialem ſolẽ] Malach. 4 Apocal. 22
Vt eſt illud: Orietur uobis timentibus nomen meum, ſol iuſtitię: [ſtellam] Sicut in Apoca Deutero. 4 Hebræ. 12.
lipſi: Ego ſum ſtella ſplendida & matutina [ignem] ut in Deuteronomio: Deus tuus ignis cõ
ſumens eſt [aquam, ſpiritum roris, nebulam per ſeipſum, lapidem, petram] hæc enim & innu
merabilia alia dicuntur de deo ſymbolice, metaphorice, ſeu ſimili modo, ut cum dicitur ſecun 2. Regũ 22
do libro: Regum: Dominus petra mea. Et alibi. Petra erat Chriſtus [& omnia quæ ſunt, & ni 1. Cor. 10.
hil horum quæ ſunt] .i. quædam de omnibus & proprie nihil iſtorum, quoniam uerius abne Deus omnia in omnibus agit
gantur de eo [Si ergo omnium cauſæ & ſuper omnia exiſtenti & innominabile adunabunt
& omnia eorum quæ ſunt nomina] id eſt. Si, pro, quia theologi adunabunt .i. ſimul attribuent
cauſæ omnium &, exiſtenti ſuper omnia ſcilicet deo omnib⁹ altiori, noĩa omniũ q̃ ſunt, id eſt
nomina quorundam de omnibus. Vel nomina omnium ſecundum aliquem tropum aut mo
dum, & etiam innominabile .i. eundem dicunt innominabilem & ineffabilem eſſe [ut diligen
ter ſit uniuerſorum regnum] id eſt rector & rex cunctorum ſeu actiua regnatio, iuxta illud: pſal. 144. † ſint
B Regnum tuum regnum omnium ſeculorum [& circa eam † ſunt omnia] id eſt, circa deitatem pſalm. 7.
cupiẽtia ab ea conſeruari. Vnde & fertur in pſalmo: Synagoga populorum circundabit te [&
ab ea ut cauſa, ut principio, ut fine dependentia] id eſt, a deitate uniuerſa dependent, tanquam
a cauſa & creatore. Et ut a primo principio exemplari, & tanquam a cauſa finali. Quę in Apo
calypſi conteſtatur: Ego ſum alpha & O, primus & nouiſſimus, principium & finis. Vnde & Apoca. 22.
Philoſophus duodecimo metaphyſicæ dixit: Ab hoc ente dependent cœlum & terra & to philoſo. 12 1. Corin. 15
ta natura uniuerſi [& ipſa ſecundum eloquium eſt omnia in omnibus] ſecundum Apoſtolũ,
nõ qd' ipſe ſit omniũ eſſe formale aut cauſa ſubſtantiarum rerum, ut fuit quorũdam intolerabi
lis atq; rudiſſimus error: ſed dicitur omnia in omnibus, per cauſam & omnium perfectionum
incluſionem, & tanquam cõſeruator dominator poſſeſſorq; omnium, ſine quo omnia nihil eſ
ſent, & ut omnium finis. De quo in Geneſi Abraham loquitur: Leuo manum meam ad do Geneſi. 14
minum deum poſſeſſorem cœli & terræ. Deniq; iuxta Apoſtolum deus ipſe operatur omnia Philip. 2. 1 Cori. 9
in omnibus. Sic & Apoſtolus aſſerit: Omnibus omnia factus ſum. quanto magis deus omni
bus omnia factus eſt, & omnia in omnibus dici poteſt? Sic nempe & ſanctus dixit Frãciſcus: S. Franciſ Gregorius
Deus meus, omnia mea. ¶ Præterea ſi homo recte dicitur omnis creatura, quia cum omni
C bus aliquid habet commune, quantomagis deus dici omnia in omnibus poteſt? Nam & qui
in eadem communitate habet multa officia, & per cuius manum ibi tranſeunt uniuerſa, dicitur
ibi omnia in omnibus. Sunt quippe diuerſi tropi locutionum. [Et uere laudatur omnium ſub
ſtantia inchoatiua] id eſt inchoator & primus productor ſubſtantiæ omnium, & quaſi ſubſtã
tia ſubſtantians cuncta, quemadmodum dicitur forma omnia formans, nil prorſus informãs
[& conſummatiua] id eſt omnium efficienter perfectiua & completiua [& circumiens] id eſt,
muniẽs omnia: Dominus enim in circuitu populi ſui. Ipſe etenim tanquam uere immenſus, o Pſalm. 124.
mnia intra ſe continet. Vnde & murus uocatur in Iſaia: Vrbs fortitudinis noſtræ Sion, ſalua Iſaiæ. 26.
tor ponetur in ea murus & antemurale [cuſtos] Iuxta illud: Cuſtodiens paruulos dominus. Et Pſalm 114 Iſaiæ. 21
alibi: Cuſtos qui de nocte. Qui item ait ad Iacob: Ero cuſtos tuus quocunq; perrexeris [Et paſ Geneſi. 28
cens] qui paſcit nos cibo multiplici, utputa ſacramentali, materiali, ſpirituali, cœleſti. Qui & iu pſalm. 148 Iob. 38.
mentis dat eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Quis enim præparat coruo
eſcam, quando pulli eius clamant deum uagientes eo quod nõ habeant cibos? [& ad ſeipſam
conuertens] id eſt omnia ad ſe reducens & ordinans tanquam ad ſummum & ultimum finẽ.
Et hæc adunãs immenſurabiliter & excelſe] id eſt cuncta quodammodo unum efficiẽs per re philoſoph⁹
ductionem eorum ad unum caput, rectorem ac principem. Hinc iuxta philoſophum duode
cimo metaphiſicæ, uniuerſitas ſpecierũ ac rerũ ſe habet ad deũ, ſicut exercitus ad principẽ mili
tię ſeu ad regem. In exercitu autem eſt ordinatio duplex. Vna militũ ac pugnatorum inter ſe,
Alia

D
Alia omnium illorum ad regem principemve militiæ. Sic autem deus diuerſa creata adunat
immenſurabiliter, id eſt, imperſcrutabiliter nobis qui hanc rerum colligantiam coordinatio-
nem, coadunationem, diſcutere, perſcrutari, cognoſcere, eloqui non ualemus in ſpeciali, quia
Ecleſi. 43 nec ſpecierum eſſentiales differentias nouimus. Et ut in Eccleſiaſtico legitur: Pauca uidimus
operum eius, & maiora his abſcondita nobis ſunt. Et excelſe, id eſt, etiam egregrie & ſublimi-
Proclus. ter fecit hoc. Hinc. 21. theoremate loquitur Proclus: Omnis ordo ab unitate incipiens, proce-
dit in multitudinem unitati coelementalem. Et omnis ordinis multitudo, ad unam reducitur
unitatem. Propter quod & una colligatio & unus ordo totus, ab unitate in multitudinem ha-
bet deſcenſum[Non enim continentiæ, aut uitæ, aut conſummationis cauſa tantum eſt, ut a
ſola hac aut altera prouidentia a ſupernominalis bonitas nominaretur] id eſt, increata bonitas
dei innominabilis & ſuper omne nomen exiſtens, non eſt ſolum cauſa continentiæ, id eſt, cō
ſeruationis aut uitæ uel perfectionis huius aut illius, ut nominaretur bonitas aut prouidentia
ſolum ab iſta uel illa efficiētia ſua[Omnia uero ſimpliciter & indefinite in ſeipſa quę ſunt prę
ambiens perfectiſſimis & ſuæ unius, & cauſaliſſimæ prouidentiæ bonitatibus, & ex omnib'
quæ ſunt harmonice laudatur & nominatur] hoc eſt, bonitas ſumma præambiens, id eſt, præ
includens, & habens in ſeipſa ſimpliciter & indefinite, id eſt, indeterminate ſine exceptione o-
mnia quæ ſunt, quæ ſunt in ea cauſaliter, idealiter ac uiuenter, iuxta illud: Quod factum eſt,
Iohan. 1. in ipſo uita erat. Laudatur & nominatur harmonice, id eſt, proportionaliter, conſonanter, dul
citer ac decenter, ex bonitatibus perfectiſſimis, id eſt, ex effectibus ualde perfectis & optimis
prouidentiæ ſuæ unius cauſaliſſimæ, quæ ſcilicet prouidentia in ſeipſa eſt una ſimplex, cauſa-
liſſima & æterna, & ex uniuerſis ſuis cauſatis præclarius conſideratur, laudatur ac nominatur
quantū fieri poteſt: non tamen ſicut ipſa prædignior eſt in immenſum. Hinc ſicut ex proporti
one & magiſtrali tactu chordarum in cithara dulcis reſonat ſymphonia, ita e x omnium ope- E
rum dei ordinata ac perita conſideratione, conſurgit præclara ac ſuauiſſima dei laudatio & at
tributorum ipſius, quæ ſimul refulgent in dei effectibus. Etenim bonitas dei operata eſt ſapiē
ter ac omnipotenter, ſapientia dei operata eſt beneuole & potenter, potentia quoq; dei opera
Pſalm 91. ta eſt ſapienter ac beneuolenter. Recte ergo dixit Pſalmiſta: Delectaſti me domine in factura
Eccle. 42 tua, & in operibus manuū tuarum exultabo. Et in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Gloria dei ple-
num eſt opus eius. Nonne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ cōfirma
Diuina no uit dominus omnipotens, ſtabilis in gloria ſua?[Et quidem non has ſolas theologi diuinas no-
mina unde minationes honorant] id eſt, honorabiliter de creatore pronunciāt[quæ ſunt ab omnibus aut
dicantur, partitis prouidentijs aut *profuſis], i. q̄ nominatiōes deriuate ac ſumptæ ſunt uel a partitis pro
i profuſis. uidentijs, id eſt, a rebus creatis pertinentibus ad quaſdam prouidētias dei particulares, quæ par
ticularia quædam reſpiciunt, quemadmodum communiter in ecclesia laudatur omnipotens
ſuperſapientiſſimus deus ex effectibus prouidentiæ ſuæ circa populum Iſrael & patres eorū
deinde circa ſanctos euangelicæ legis. Aut profuſis, id eſt, a prouidentijs dei circa generalio-
ra opera atq; myſteria eius, ut ſunt quæ concernunt regimen uniuerſi, & ſtatum glorificatio-
nis ac triumphantis eccleſiæ [Sed & a quibuſdam eſt] id eſt, a quibuſdā quoq; alijs diuinis effe F
*quando ctibus ſumitur nominatio & laudatio dei[quomodo diuinis reſponſis in ſacris templis aut a-
lijs formis magiſtros aut prophetas illuminātibus iuxta alias & alias cauſas] id eſt, qualiter deo
per ſua reſponſa angelica illuminante doctores ſanctos ac prophetas ueteris teſtamenti, Mo
ſen, Aaron, Ioſue, Samuel, Dauid, in templis ſeu tabernaculis aut deſertis, pro cauſis diuerſis
ut in libris Moſi, Ioſuę, & alijs habetur ſcripturis, quod & contingit ſub uarijs formis. Fre-
quenter autem apparentibus angelis in forma humana[quæ & uirtutes nominant ſuperdicti
onem & ſuper nominationem bonitatem] id eſt, quæ uirtutes ſeu uigoroſi diuinitatis effect'
nominant. i. deſignant & repreſentant bonitatem dei, quæ eſt, ſuper dictionem & nominatio
nem. i. dignior atq; ſublimior omni dictione, expreſſione & nuncupatione, quæ ei a creatu-
ris poſſunt attribui[& formas ei, & ſimilitudines humanas, aut igneas, aut electrinas circumpo
nunt] id eſt, deū ſub talibus ſenſibilibus ſimilitudinibus, ſpeciebus, ſeu formis deſcribunt & ap
paruiſſe teſtantur, prout iſta & mox ſequentia ſuper angelicam hierarchiam diffuſius ſunt ex-
Ezechie. 1 preſſa, idcirco non immoror hic. de ſpecie autem electri apud Ezechielem habetur[& oculos
ei & aures, & crines, nexos & facies, & manus, & poſteriora, & dorſa, & pennas, & brachia, &
pedes laudant] id eſt, laudando aſſcribunt[coronasq; & thronos & calicem & crateras eius
& alia quæcunq; myſtica, ſunt ei circumformant] id eſt, circumformata affirmant[De qui-
bus in ſimbolica theologia ſecundum uirtutem diximus], i. pro poſſe tractauim', in q̄ libro fit





D
A mentio de nominibus dei, à rebus corporalibus ſumptis, quæ metaphorice & improprie ei cō Apoca. 5.
ueniunt, vt cum dicitur leo, lapis, vitis. Quem librum de ſymbolica theologia non habemus. Pſal. 117. Iohan. 15.
[Nunc vero quæcunq; præſentis ſunt actionis, ex eloquijs congregantes] id eſt, nos mō in iſto
libro colligentes ex ſcripturis, quæcunq; ſunt actiōis præſentis, id eſt, huius negocij, hoc eſt, ea
quæ ſpectant ad intelligibilia nomina dei, & quæ proprie competunt ei ſecundum modum in
fra tangendum[& ſicut quadam regula his quæ dicta ſunt, vtētes] id eſt, ea quæ catholice ſunt
introducta, præſupponentes & eis vtentes pro regula[& ad ea reſpicientes] id eſt, illa oppor-
tune intuentes, ac recolentes[ad reſerationem inuiſibilium] id eſt, ſpiritalium & immaterialiū
[nominum diuinorum perueniamus. Et quæ quidem ſemper per omnem nobis theologiam
hierarchica lex nobis induxit, diuina cōtemplatiua virtute theophanias inſpicimus] hoc eſt,
conſiderabimus virtute contemplatiua diuina, id eſt, ſapientia ſalutari ac ſacra doctrina ea quę
lex hierarchica, id eſt, iuſſio eccleſiaſtica in ſcripturis contenta, induxit, id eſt, præfixit atq; man
dauit, per omnem theologiam, id eſt, per totam ſcripturam, locis & paſſibus opportunis. theo-
phanias, id eſt, reuelatiōes cœleſtes [proprie dicere theorias] id eſt, ſapiētiales ſpeculationes[&
aures ſacras mirabilibus diuinorum nominum replicationibus apponamus] hoc eſt, aures nō
ſolum corporales, ſed & potiſſime interiores, ſtudioſas ac dociles applicemus replicationibus
id eſt, reſumptionibus mirabilibus, id eſt, altis nominum diuinorum, iuxta illud Eccleſiaſtici: Eccle. 3.
Auris bona cum omni concupiſcentia audiet ſapientiam [ſanctis ſancta ſecundum diuinam
traditionem collocantes] id eſt, ſancta documenta cordibus virtuoſis infundentes, iuxta ſcri- Matt. 7.
B pturæ doctrinam: Nolite ſanctum dare canibus[& indoctis hæc irridentibus & illudentibus,
auferentes] id eſt, non proponentes, cum & in Prouerbijs dicatur: Qui erudit deriſorem, ipſe ſi Prouer. 9.
bi iniuriam facit. [Magis autem ipſos illos: Siquidem omnino ſunt huiuſmodi quidem homi
nes in hoc diuina pugna redimentes] id eſt, nos ipſi potius redimentes ipſos illos, videlicet hu-
iuſmodi deriſores, à grauiore tranſgreſſione ac maiori damnatione. Siquidem homines quidā
huiuſmodi ſunt in hoc in dei impugnatione, id eſt, deum impugnant, eius eloquia deridendo
& impugnando, de quibus ſcriptum eſt in Iob: Ipſi fuerūt rebelles lumini. Ideo in Actis Gama- Iob. 24.
liel ait Iudæis verba apoſtolorum impugnātibus: Diſcedite ab hominibus iſtis, ne forte & deo Actu. 5.
repugnare inueniamini. [Te quidem hæc cuſtodire oportet, ó bone Timothee iuxta ſacratiſſi Diuina mi-
mam inductionem] id eſt, hoc quod dixi, oportet te adimplere ó ſancte Timothee ſecundum nime pare- facienda p- phanis.
inductionem, id eſt, informationem & perſuaſionem ſanctiſſimā Chriſti, qui dixit: Nolite ſan-
ctum dare canibus[& neq; dicta neq; prolata diuina facere in indoctos] id eſt, nec ſecreta diui-
na, nec ſpiritalia aut ſupernaturalia documenta ingerere obſtinatis, quos videris verba ſalutis
deſpicere. [Mihi autem det deus diuinitus laudare non vocatæ & non nominatæ diuinitatis
beneficas multas nominationes] id eſt, deus mihi præſtare dignetur laudare diuinitus, id eſt, ſe
cundum beneplacitum dei ſeu diuine ac religioſe, nominationes beneficas multas, id eſt, appel
lationes ſeu nomina dei munifica, liberalitatem & beneficentiam dei circa homines deſignan-
tia, quæ vtiq; nomina multa ſunt. Nominationes, inquam, diuinitatis non vocatæ nec nomi-
C natæ, id eſt, quæ nec aliquo nomine condigno vocata eſt, nec nominata, ſicut in ſua cōſiſtit na-
tura, ita quod nomen illud à nominātibus ſit taliter intellectum. Quod dico, quia ſunt aliqua
nomina ſignificantia diuinam eſſentiam nude, prout eſt in ſe, vt nomē hoc Tetragrammaton
ſeu, Qui eſt[& non auferat verbum veritatis ex ore meo] id eſt, nō permittat auferri, nec ob cul
pam meam tollat illud a me, ne mētiar aut culpabiliter loquar, nec priuet me gratia ſcribendi Ezechi. 3.
& idonee inſtruendi, iuxta illud ad Ezechielem: Linguam tuam adhærere faciam palato tuo,
& eris mutus, nec quaſi vir obiurgans. Sic & Apoſtolus exorauit: Vt detur mihi ſermo in aper Ephe. 6.
tione oris mei. Sumptum eſt autem hoc verbum ex Pſalmo: Beati immaculati. Pſal. 118.

¶ Capituli huius primi tranſlatio alia clarior.

POſt theologicarum figurationum librum beate vir, nunc iam ad diuina nomina pro
viribus explicanda me conferam. Eſto nunc quoque nobis diuinorum eloquiorum,
lex illa perſcripta, per quā eorū quæ de deo dicuntur veritatem aſſeueremus, non inp-
ſuaſorijs humanæ ſapientiæ orationibus: ſed in demōſtratiōe poteſtatis eius, quā ſan 1. Cor. 2.
ctus ſpiritus in theologis ſuſcitauit. Qua q̄dem ineffabilibus & incognitis ineffabiliter & inco-
gnite copulamur per vnionē quādā potētia & actiōe noſtra, tū rōnali, tū etiā intellectuali præ-
ſtātiorē. Nulla igit̄ rōne audēdū eſt aliq̄d de occulta deitate (quæ eſt ſuperior q̄ eſſentia) dicere
vel cogitare, p̄ter illa quę ſacra eloq̄a diuinitus nobis aperuerūt. Ipſi nāq; q̄d excelſius ē eſſentia
ſciētiā q̄q; eēntia ſuperiorē, quæ & ignorātia noīatur, ſed rōne & intellectu eſſentiaq; p̄ſtātior ē,
debemus aſſcribere teatenusq; ad excelſa cōtēdere, q̄tenus p̄cipue diuinorū v̄borū radi' ſeipſum

nobis infundit,dū videlicet ad ſublimiores ſplēdores tēperātia & ſanctitate diuinoꝝ venera D
trici cohibiti ſumus. Si qua enī ſapiētiſſimæ veriſſimæq; theologiæ fides habēda eſt,ꝑ mētis cu
iuſq; ꝓportiōe reuelant ſpectantq; diuina,vbi ſane ꝑcipua dei bonitas ꝑ iuſtitiā oīm ſeruatricē,
ab his quæ ſub mēſurā cadūt,immēſitatē ipſam tanq̄ incōphenſibilē q̄ deū decet,ꝓuidētia ſegre
gat. Sicut neq; ſenſibilibus intelligibilia cōprehēdi ſpectariue poſſunt,neq; fictis figuratiſq; ſim
plicia & infigurata. Neq; ꝑ corpoꝝ figuras formatis informitas ipſa incorporeoꝝ refugiēs ta
ctū, figuraq; carēs:eadē veritatis rōne ipſa ſupeēntialis infinitas oēs eēntias antecellit. Ipſa q̊q;
vnitas intellectus ſuperior,oēs ſupeminet intellectus. Ipſum deniq; vnū cogitatione ꝑſtantius
nullis cogitationibus poteſt excogitari:atq; bonū excelſius omni verbo,vbis ē ineffabile. Vni
tas vnitatis oīs vnifica,ſupeſſentialis eēntia intellectus nequaq̄ intelligibilis, ineloq̄bile verbū,
verbi & intelligētiæ,nominiſq; vocatio. Hæc ſane iuxta nullū exiſtentiū eſt. Cauſa q̄dē oībus
vt ſint:ipſa vero nō eſt tanq̄ omni eſſentia ſuperior & tādē quēadmodū ipſa de ſe ꝓprie ſciteq;
ꝓnunciauerit. De hac igit̄ ſecretiſſima deitate,quæ & eſſentiā antecellit (ſicut dictū eſt) nec loq̄,
nec cogitare q̄cq̄ audēdū eſt,ꝑter illa quæ ſacra eloq̄a nobis diuine admodū tradiderāt. Quē
admodū enim diuinitas in ſacris literis benigne admodū de ſeipſa tradidit,eius quicquid tādē
eſt ſciētia,contēplatioq; oībus quæcūq; ſunt,eſt inacceſſa. Quippe cū ab oībus ſupeſſentiali q̄
dā excellētia ſit ſegregata. Iam vero theologos multos inuenias diuinitatē celebrauiſſe non ſo
lum tāq̄ inuiſibilem,incomprehenſibilemq;, veꝝ etiā inſcrutabilē inueſtigabileq; dixiſſe, quaſi
nullū extet veſtigium eoꝝ, qui ad occultam infinitatem illius acceſſerint. Verūtamen ſummū
illud bonum nullibi alicubi exiſtentiū ſui expers eſſe patitur. Sed cū in ſeipſo ſtabiliter ſupereſ E
ſentialem fixerit radium,benigne tamen interea pro cuiuſq; exiſtentium proportiōe vnicuiq;
fulget,atq; ad ipſius contemplationem,communionemq; & ſimilitudinē,quatenus aſſequi poſ
ſint,ſacros intellectus extendit. Qui (vt fas eſt) aciem in ipſum reuerenter intendunt, Neq; ad ſu
periora q̄ ferat inductus ipſis pro modo ſuo radius fruſtra,inſolenterue contendunt,neq; incli
natione quapiam ad deterius vergēte,ad inferiora labuntur, ſed firmiter indeclinabiliterq; ad
illuceſcentem ſibi radium aciem intendunt: & amore decentium illuſtrationum congruo,ſa
cra cum reuerentia temperate ſancteq; per ſublimia ꝑuolant. His ergo ſubditi diuinis lancibus
quæ vniuerſos ſupercœleſtium ordinum ſanctos gubernant exercitus: ſecretum quidem illud
diuinitatis intellectu eſſe,entiaq; excelſius ſanctis intelligentiæ nihil iam ꝑſcrutantis venera
tionibus. Quæ vero ineffabilia ſunt modeſto quodam ſilentio honorantes,ad illos duntaxat
qui in ſacris literis nobis fulgent ſplendores,contendimus,atq; ab eis ad diuinos hymnos il
luminantur,inde videlicet vltra mūdanū modū illuminati,atq; ad laudatiōes ſacras i. deſor
mati. Ad hoc ipſum videlicet, vt & diuina lumina nobis inde ꝑ modo nr̄o tradita facile videa
mus,& bn̄ficū illud principiū totius illuminationis rite laudemus,quēadmodū & ipſum de ſe
in ſacris eloquijs tradidit. Tradidit aūt hæc: Deꝰ ē cauſa oīm,atq; principiū,eēntiaq; & vita. Tū
vero eoꝝ qui à deo ꝓlapſi ſunt, reuocatio atq; reſurrectio. Eorum autē qui lapſu quodā diui
nā in ſe effigiē perdiderunt,renouatio atq; reformatio. Rurſus eoꝝ qui prophana q̄dā agita
tiōe q̄tiunt̄ cōfirmatio ſacra. Permanētiū vero,tuta ſecuritas. Ad eū q̊q; ꝓficiſcētium porrecta F
manu ꝑductio,illuminatoꝝ fulgor. Eoꝝ qui perficiunt̄ principatus ipſe ꝑfectionis, q̄q; in oē
aſſumunt̄,ſumma diuinitas. Eoꝝ q̊q; qui ſimplices fiūt, ipſa ſimplicitas. Qui in vnū cōueniūt,
ſimilit̄ vnitas. Vniuerſi principij rōne q̄dā ſupeſſentiā principiū ſupra principiū. Occulti q̄neti
am q̄tū fas eſt,benefica diſtributio. Atq; (vt ſummatim dixerim) viuētiū vita, exiſtētiū exiſtētia
oīs vitæ eſſentiæq; principiū atq; cauſa,ob ꝓpriā bonitatē,oīa vt eſſent ꝑducentē atq; cōſeruā
tē. Hæc tāq̄ initiati ab eloquijs ſacris accepimus. Inuenies aūt vniuerſam (vt ita dixerim) ſacrā
theologoꝝ laudationē,ad beneficos ſummæ diuinitatis ꝓgreſſus explanādos,laudandoſq; ap
pellatiōes diuinas effingere. Itaq; in omni ferme theologica tractatione ſummā diuinitatē ſan
cte celebratā videmus. Vt monadē q̄dē & vnitatē,ꝓpter ſimplicitatē vnitatēq; impartibilitatis
ipſius naturā exuꝑantis. Ex q̄ tāq̄ vnifica poteſtate efficimur vnū,diuiduiſq; nr̄is diuerſitatibus
ſupra mundanū modū cōglobatis in monadē deiformē,vnionēq; deū imitātē colligimur. vt
trinitatē vero,ꝓpter ſupeſſentialis fœcunditatis in ſuppoſitis tribus expreſſionē,ex q̄ paternitas
Ephe.3. oīs in cœlo & in terra exiſtit atq; nominat̄. Præterea,vt oīm exiſtentium cauſam,qm̄ oīa ꝑ bo
nitatem eius effectricē eſſentiæ,vt eſſent acceperunt,tum vero ſapientem atq; pulchrā,q̄a quæ
cūq; ex eoꝝ numero quæ ſunt naturæ ſuæ propria ſeruant inuiolata, diuinæ omnis harmoniç
ſacrique decoris ſunt plena. Præcipue vero generi noſtro ꝓpitiam: quoniā in vna perſonarum
ſuarum naturam noſtram vere integreq; aſſumpſit, reuocans ad ſe, ſibiq; explanans, humanam
humilita



A humilitatē:ex qua ſimplex Ieſus ineffabiliter compoſitus eſt. Et q̄ eſt æternus,tēporalē ſumpſit
ꝓceſſionē,atq; in intima naturæ noſtræ peruenit,q̄ omnē totius naturç ordinem ſupereſſentiæ
modū eminēt̄ excedit. Propria tn̄ interea immutabili prorſus & incōfuſa cōſeruās. Hæc inq̄ tāq̄
initiati didicimꝰ,& quçcūq; alia deifica lumina ſacris eloquijs hauſta ſecreta diuinoꝝ ꝑcepto
rū nr̄oꝝ traditio explanatiōe nobis ꝑſpicua cōtulit. Nūc q̄dē in his erudimur ꝓ noſtri ingenij
facultate. Cui ſane indulgēs benignitas ſctāꝝ literaꝝ,ſacerdotaliūq; traditionū ꝑ ſacra velami
na intelligibilia q̄dē ſenſibilibus. Quæ vero eſſentiā ſuperāt,rebus quæ habēt eſſentiā obtegit,
formaſq; & figuras his quæ formā figurāq; refugiūt,rite circūdat. Excelſam deniq; infigurabi 1. Teſſa. 4.
lēq; ſimplicitatē ſignoꝝ diuiduoꝝ varietate multiplicat & effingit. At qn̄ incorruptibiles,im
mortaleſq; facti erimus,ſortēq; Chr̄o ſimilē,beatāq; adepti: ſꝑ (vt ſcriptū eſt) cū dn̄o erimꝰ. Vi Matt.17.
ſibili q̄dē diuinoq; ipſius ſpectaculo ꝑ caſtiſſimā ſpeculationē iā adimpleti,lucidiſſimis tūc nos Mar.9.
circūfulgēte luminibus: quēadmodū diſcipulos ſuos in diuiniſſima illa transfiguratiōe ſua. In Lucæ.9.
telligibilis aūt illuminatiōis eius intellectu à ꝑturbatiōe materiaq; ſeparato particeps. Vniōis
vero intellectu ſuperioris ꝑfulgentiū radioꝝ incognitis beatiſq; iactibus cōpotes erimꝰ, in di
uiniore videlicet ſupcœleſtiū mētiū imitatiōe. Erimus enī (vt diuinoꝝ eloq̄oꝝ veritas ait) æq̄ Matt.22.
les angelis filijq; dei,q̄n q̄dē reſurrectiōis filij futuri ſimus. Nūc aūt ꝑ ingenij viribus cōgrue ad Lucæ.10.
diuina ſigna vtimur. Rurſumq; ex his ad ſimplicē vnitāq; intelligibiliū ſpectaculoꝝ veritatē,
mō q̊dā ꝓportiōis,aſſurgimus: atq; poſt omnē nr̄am diuinoꝝ intelligētiā ſiſtētes,intellectuales
actiōes nr̄as ad ſublimiorē eſſentiā radiū (q̄tū fas ē) cōtēdimus. In q̊ q̄dē termini oēs oīm cogni
tionū pluſq̄ ineffabilit̄ ꝑexiſtūt: quē nec intelligere,nec eloq̄ licet, neq; quōcūq; alit̄ ſpeculari,
ꝓpterea q̊d eſt ab oībus ſegregatus,& eminēt̄ ignotus. Iā vero eſſentialiū oīm cognitionū atq;
viriū,ſupeſſentiali virtute fines ſimul oēs anticipauit,atq; incōprehēſibili poteſtate ſupcœleſti
bus q̊q; mentibus altior extat: Si enī cognitiōes oēs tū entiū ſunt,tū etiā in entia deſinunt, q̄ oī
eēntia ſuperior eſt,cōſequēter eſt ab omī cognitiōe ſemotus. At vero ſi ipſa oīm cauſa eſt, omī
B ſermone cognitiōeq; ꝑſtātior,atq; intellectu vniuerſalit̄ eſſentiaq; ſuperior (q̄ppe cū amplecta
tur,cōplectat̄,anticipet oīa,ipſaq; à nullis vſq̄ cōꝑhendi poſſit) rurſus ſi neq; ſenſus ipſius eſt
vllus,nec imaginatio,nec opinio,neq; nomē,neq; ſermo,nec tactus,nec ſciētia,q̊nā pacto diui
na noīa ꝑtractabimus? q̄ppe cū oſtēderimus deitatē excelſiorē eſſentia,conſequēter nec vocabu
lū,nec nomē habere. Cæteꝝ,quēadmodū diximus vbi diuinas hypotepoſes .i. figuratiōes vel
inſtitutiōes exponebamus,q̄d ſit ipſum vnū atq; bonū eſſentia,ſuperius & ignotū: q̄d inq̄ ſit in
ip̄a vnitate trinitas,& in trinitate q̄libet æque deus,ęque bonꝰ,nec dici,nec intelligi poteſt. Ipſe
q̄netiā ſanctaꝝ virtutū cōueniētes angelis vniōes (ſiue eas iactus dicere oportet,ſiue ꝑceptiōes
circa bonitatē pluſq̄ ignotā atq; ꝑfulgētē) īeffabiles ſunt,nobiſq; incognitç,ſoliſq; angelis illis
inſunt,q̄ ſup cognitionis angelicæ modū his digni habiti ſunt. His vtiq; vniōibus,intellectus
q̊q; conformes deo,angelos imitātes (q̄tū fas eſt †vniri) cū ꝑ totius intellectualis actionis voca †vniti.
tionē eiuſmodi vnio mentiū deo raptaꝝ ad ipſum lumē excelſum confecta ſit: conſequēter lu
men ipſum ꝓpria admodū ratiōe ꝑ ablationē omniū celebrāt. Ad hoc ipſum vere mirabilit̄q;
illuminati,ex beatiſſima ad idē vnione,q̊d videlicet reꝝ q̄dē oīm cauſa eſt,ipſum vero nihil eſt
ex oībus,vtpote q̊d ab oībus entibus ſit ſupra modū eſſentię ſegregatū. Ip̄um igitur deitatis ex
celſe ſupeſſentiale,ipſa ſcilicet ſupbonitatis ſupereſſentia (q̄cq̄d deniq; ſit) neq; vt rōnē vel po
teſtatē,neq; vt intellectū,aut vitā,vel eſſentiam laudare fas eſt vlli ex his, qui veritatis omī ve
ritate ſuperioris ſunt amatores. Sed vt excellentiſſime ſegregatā ab omī habitu,vel motu,vita,
C imaginatione,opinione,nomine,ſermone,cogitatione,intelligentia,eſſentia,ſtatu,firmatione,
vnione,termino,infinitate,& vniuerſalit̄ ab oībus quæ in ordine entiū collocant̄. Veꝝ quoni
am tanq̄ ſubſiſtētia bonitatis,ipſo ſuo eſſe entiū oīm cauſa eſt,haud ab re excelſæ deitatis,ꝓuidē
tiā bonoꝝ principiū ex oībus inde creatis laudare decet: q̄n q̄dē circa ip̄am oīa,atq; eius gratia,
ipſaq; eſt ante oīa,& in ipſa cuncta conſiſtūt,atq; eo ipſo q̊d eſt, ipſa vniuerſa ꝓducta ſunt atq;
ſubſiſtunt: iccirco hanc appetūt oīa,intellectualia q̄dē rationaliaq; ſcienter, inferiora vero his
ſenſuali cōditione. Sequentia rurſus ꝑ vitalē motū,aut ꝑ aptitudinē quandā eſſentialē,& in q̊dā
habitu conſiſtentē. Hoc igitur intelligentes theologi,diuinitatē partim tāq̄ nomine carētē,par
tim ex omni nomine celebrāt,vt carentē q̄dē nomine,q̄n ſuꝑmā diuinitatē aiūt in vna q̄dam ſe Exod.3.
cretaꝝ occultūq; aliq̄d ſignificātiū viſionū apparentē increpaſſe eū q̄ interrogauerat: Quod eſt Ibidem
nomē tuū? Ac veluti eū ab omī diuinæ appellationis cognitione deterrētē dixiſſe: Quid nā me Philip.2.
um nomen interrogas? atqui & hoc eſt mirabile. An vero nonne eſt iſtud reuera mirabile no
mē,q̊d eſt ſup omne nomē? q̊d ē innominabile,q̊d q̄dē omē nomē exhuperat q̊dcūq; nominat̄,
vel in hoc ſeculo vel in futuro, viciſſim q̊q;,tanq̄ plurimis nominibus ꝑditū laudāt, vbi deum

Ca. II. Exod.3. ruſum dicẽtẽ inducunt:Ego ſum q ſum,vita,lumen,deus,veritas.Et qñ diuina ſapientia ꝓditi
ipſam oĩm cauſam varia denotatiõe ex creatis oĩbus ꝑdicant:vt bonũ,vt pulchrũ,vt ſapiẽtem, D
amabilẽ,deũ deoꝝ,dñm dñorũ,ſanctũ ſanctoꝝ,vt æternũ,vt exiſtẽtẽ,vt cauſam ſeculoꝝ,vt au
torẽ vitæ,ſapiẽtiã,intellectũ,rõnẽ,cognitionẽ:vt theſauros totius cognitionis oẽs anticipãtẽ,vt
potẽtiã,potẽtẽ,regẽ regũ,antiquũ dieꝝ,inſeneſcibilẽ,immutabilẽ,ſalutẽ,iuſtitiã,ſanctificationẽ
redẽptionẽ,magnitudine oĩa excedentẽ,in aura tenui.Iã vero& in mentibus eſſe deũ dicunt,&
in animis,& in corporibus,& in cœlo,& in terra:atq; ſimul in eodẽ,eundẽ in mundo,circa mũ
dũ,ſupra mundũ,ſupcœleſtẽ,ſupeſſentialẽ,ſolẽ,ſtellã,ignẽ,aquã,ſpiritũ,roris,nubẽ,ipſum lapi-
dẽ atq; petrã:oĩa quæ ſunt,nullũ eoꝝ quæ ſunt.Hac igit̃ rõne ipam oĩm cauſam ſup oĩa exiſtẽ-
tẽ,tũ priuatio nominum,tum etiã reꝝ oĩm nomina decent:vt vniuerſoꝝ exacta rõne ſit regnũ,
atq; circa ipſum omnia ſint,& ex ipſa tãq̃ cauſa,tãq̃ principio,tãq̃ fine depẽdeãt:Ipſaq;(vt ſcri-
1.Cor.15. ptum eſt)omnia ſit in omnibus.Sic igit̃ vere laudat̃ tãq̃ omnibus ſubſiſtentiã exhibens,incho-
ans,ꝑficiens,continens,cuſtodia omnium atq; ſedes,& ad ſeipſam cuncta cõuertẽs Sed agit hęc
omnia vnite, abſolute,eminent̃.Iã vero neq; cõplexionis aut vitæ,aut ꝑfectiõis dũtaxat cauſa
eſt,vt ab hac ſola vel alia ꝓuidentia,bonitas illa quæ eſt ſup omne nomen,ꝓprie nominet̃:imó
vero ſimplicit̃ omnia& incircunſcripte in ſeipſa cõplectit̃,ꝑfectiſſimis videlicet ipſius vnius o-
mniũq; cauſæ,ꝓuidentiæ bñficijs:q̃obrem ex rebus omnib⁹ cõgrua rõne laudat̃ atq; nominat̃.
Philipp.2. Neq; vero hæc tm̃ diuina nomina theologi celebrãt,quæ à ꝓuidẽtijs vniuerſalibus, particula-
ribusve.Aut ab his quę ꝓuidentia diuina regunt̃,originem ducunt,ſed etiã à diuinis qbuſdã in
terdũ viſis,qbus ꝑceptores ſacroꝝ,vel ꝓphetæ in ſacris ædib⁹,aut alibi illuminati ſunt ex alijs
& alijs cauſis atq; viribus,nominare ſolent bonitatẽ omni nomine, omniq; luce prorſus excel-
ſiorẽ.Iã vero formas illi,figuraſq; hũanas,vel ignis,vel electri circũponunt,ipſiuſq; oculos,au E
reſq; & crines,facies,man⁹,ſcapulas,alas,brachia,humeros,pedes laudãt,coronas qnetiã ſedes
pocula,patheras,& alia quædã id genus myſtica circa deũ fingunt,de qbus in ſignificatiua the-
ologia ꝓ ingenij facultate dicemus. Nunc aũt quæcũq; ad ꝓſens opus ꝑtinent ex libris theolo-
gicis colligẽtes,atq; his quæ dicta ſunt tãq̃ regula q̃dã vtẽtes,ad quã aciẽ dirigamus ad explicã-
da intelligibilia dei nomina iã ꝑgamus.Iã vero q̃d nobis in vniuerſa theologia lex ſacra ſancit
intẽtiſſima in deũ mẽte diuinitus effulgentia(vt ꝓprie dixerim) ſpectacula ſpeculemur. Atq&
aures expiatas ſacroꝝ dei nominũ explanationibus adhibeamus,ſancta ſanctis ex traditiõe di-
uina dũtaxat inſinuantes:eaq; à riſu illuſioneq; prophanoꝝ interim vindicãtes,imó vero illos
ipſos ſi q oĩno ſunt tales,ab hoc errore(qui diuinis repugnãt)ꝓ viribus liberantes. Te quidem
iſta cõſeruare oportet optime Thimothee,iuxta ſacratiſſimã ſanctionẽ,neq; inter ꝓphanos elo
Pſal.118. qui,aut efferre diuina.Mihi aũt præſtet deus rite vt diuina decet laudare benefica & multipli-
cia noĩa deitatis,appellatiõe,nomineque carẽtis:nec ori meo verbum auferat veritatis.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS I.

POſt librũ de diuinis characteribus in q̃ tractaui de diſtinctione diuinaꝝ ꝑ-
ſonaꝝ,trãſibo ad tractãda diuina nomina,& ſcđm Apl'i ſententiã affirmo
veritatem de deo dictoꝝ,nõ in ꝑſuaſibilibus hũanæ ſapientiæ verbis. ſed F
1.Cor.1. in demonſtratione virtutis theologorum,quę à deo mouetur ſecundum
quam virtutem ipſi theologi qui ſcripſerunt ſacras ſcripturas,vt Moyſes,
Iob,Dauid,Eſaias,& alij ineffabilit̃ & ignote cõiũgũt̃ ineffabilibus& igno
tis theorijs ꝑ vnitionem quæ efficatior eſt in diuinis q̃ nr̃a v̉tus vel exerci
tatio rõnalis aut intellectualis.Nõ eſt aũt audendũ aliquid dicere vel co-
gitare de ſupſubſtãtiali & occulta diuinitate ꝑter ea quæ nobis ꝑ ſacras ſcripturas de deo diui-
nitus ſunt exꝑſſa.Oportet enim deo attribuere ſupſubſtãtialem ſcientiã,quæ eſt ꝑfecta ignorã-
tia ſuæ ſupſubſtãtialitatis & ſuperat omnem rõnem & intellectũ & ipſam ſubſtãtiã.Nos aũt tã
†inter vel intra. tũ ſurſum reſpiciemus,q̃tũ ſapientia quæ radiat in ſcripturis,ſeipſam immittit,& nos manudu
Matt.25. cit ad ſplendores diuinos.Simus aũt & docentes & diſcentes cõſtricti *infra terminos diuinæ
veritatis & nr̃æ poſſibilitatis,& hoc ſancte & tẽperate in tractãdis diuinis.Siquidem teſte ſcri-
ptura diuina bonitas reuelat myſteria ſua electis ſecundũ ꝓpriã vniuſcuiuſq; v̉tutem in iuſti-
tia ſalutari quæ diſtinguit infinitatem & incõꝑhenſibilitatem diuinã ab omni finito.Sicut enĩ
intelligibilia ſunt incõꝑhenſibilia ſenſib⁹ corporeis & cõpoſitis & figuratis ſimplicia & infigu-
rabilia,& intãgibilis & infigurabilis priuatio formæ corporalit̃ figuratis:ſic vnitas diuina quę
eſt ſup omnem mentem & ſubſtantiã ſeparat cognitionem & ſubſtãtiã & bonũ q̃d eſt ſup deli-
†bonum. *creatam. berationem & omnem mentis tractatũ:oĩbus deliberatiõibus eſt intractabile& idem bonũ q̃d
eſt ſup omne † v̉bũ,eſt ineffabile oĩ v̉bo,& hęc ẽſt vnitas cauſalit̃ vnificãs omnem † cauſatã vni-
tatem



A tatem,& ſubſtãtia ſup omnem ſubſtantiã & intellectus non intelligibilis. v̉bũ non dicibile, ni-
ſi ſoli æterno patri irrationalitas & non intelligibilitas & innominabilitas pex exceſſum ra-
tionis & intelligentiæ,& nominationis in nullius exiſtentis natura exiſtens,& eſt omnibus cau
ſa eſſendi.Ipſum vero,eſt non exiſtens per exceſſum exiſtentiæ.Qualiter autem ipſum bonum
ſit,ipſum tantum de ſeipſo poteſt proprie & ſcienter enunciare.De hac ergo occulta diuinita-
te non eſt audendum dicere aliquid aut cogitare,niſi quæ de illa in ſcriptura ſacra nobis diuini
tus exprimuntur.Omnis enim † vera eius ſcientia & contemplatio omnibus exiſtẽtibus eſt im †natura.
penetrabilis per hoc ꝙ ab oĩbus ſupſubſtantialiter ſegregatur, ſicut ipſa diuina ſapientia de ſe-
ipſa docet in varijs locis ſcripturarum.Et inueniuntur plures theologi vocaſſe eam inſcruta-
bilem,inuiſibilem,incomprehenſibilem, & non inueſtigabilem,eo quod nullum ſit manudu-
ctiuum & ſymbolicum veſtigium eorum qui tranſierunt omne incomprehenſibile vſq; ad cõ-
templationem ſuæ occultæ infinitatis.Verumtamen bonum non eſt omnino incommunica-
bile alicui exiſtentium,ſed in ſeipſo ita ſingulariter collocat ſapientiæ radium,vt tamen ipſe ra
dius benigne ſuperappareat intellectibus ſe illuminabilibus cuiuſlibet exiſtentium,ſecundum
ſingulorum proportionem & ſanctas mentes quæ ſe ipſi pro poſſe immittunt, eo moderami-
ne vt neq; ſupra q̃ ſibi,diuinitus conceſſum eſt præſumant,neq; inferius ſegniter torpeant, ſed
firmiter & aſſidue ad ſeipſam ſibi deſurſum irradiantem ſe extendunt,& iuxta acceptam grati-
am reuerenter & caſte ad ſupernorum contemplationem eleuantur.Has inquam ſanctas men
tes inſpirando extendit ad ſui contemplationem & communionem& aſſimilationem,dando
eis virtutem vt id poſſint.Nos ergo ſequentes leges hierarchicas, ſcilicet vt quilibet infra ter-
B minos proprios ſe exerceat ad diuina ſine præſumptiõe & negligentia qbus legibus gubernan
tur etiam omnes ordines angelici.Nos dico venerantes occultum diuini principatus inſcruta
bilibus & ſanctis reuerentijs mentis, & venerantes indicibilia caſto ſilentio extẽdimur ad ſplẽ-
dores æternæ ſapientiæ,illucentes nobis in ſacris ſcripturis,& ab illis ſplendoribus extendimur
& illuminamur,ad cognoſcẽdas & exercẽdas dei laudes illuminati ab ipſis ſplendoribus ſub-
limius,quam per viſibilium manuductionem,& per eoſdem ſplendores affectualiter diſpoſi-
ti,ad earundem laudum enunciationem,vt per ipſos cognoſcamus ſecundum ſingulorum ca-
pacitatem lumina diuina nobis data,& ſciamus laudare deum tanquam principium omnium
luminum nobis cœlitus apparentium,qui dat bonum ſicut ipſe teſtatur:Pater veſter qui in cœ Matt.7.
lis eſt ſpiritum bonum dabit petentibus ſe,ſicut ille qui eſt omnium cauſa & principium& ſub
ſtantia,vita & reformatio & reuocatio decidentium ab ipſo,& ſancta collocatio eorũ qui va-
cillant moti tentationibus & firmitas ſtantium, & † ſuſcitatiua manuductio ſurſum actorũ ad *ſuſcitatiua.
ipſum,& illuminatio eorum qui illuminantur,& principalis perfectio perfectorum,& deifica-
tio deificatorum,ſimplicitas ſimplificatorum,& vnitas vnitorum,& ſuperprincipale principi-
pium omnis principij,reuelatio occulti,ſecundum quod poſſibile eſt & conueniens. Et vt ge-
neraliter dicatur:ipſe eſt vita viuentium,ſubſtantia exiſtentium,principium & cauſa omnis vi
tæ & ſubſtantiæ,propter naturalem ipſius bonitatem,quæ omnia exiſtentia deducit ad eſſe &
C continet.Hæc de ſcripturis diuinis pauca commemorauimus, generaliter autem omnia ſcri- †diſtribuẽtia
pturæ teſtimonia ad laudes diuinas pertinentia ſunt varie † deſcribentia diuinas nominatiões,
ſiue declaraudo dei cognitionem,ſiue ad cultum eius exhortando.Pluribus autem modis lau-
datur deus in ſcripturis.Vno modo ſecundum eſſentialem vnitatem,propter eſſentiæ ſuæ ſup-
naturalem ſimplicitatem & impartibilitatem ex qua tãquam virtute vnifica vnimur,& varijs
curis & concupiſcentijs noſtris,ſupermundane concluſis,congregamur ad monaden nos deo
conformantem,& vnitionem dei imitatiuam.Alio modo ſicut trinitatem propter manifeſta- Ephe.3.
tionem superſubſtantialis fœcunditatis trium perſonarum,ex qua omnis paternitas in cœlo
& in terra nominatur.Laudat etiam ſcriptura hierarchiam ſicut cauſam exiſtẽtium, quoniam
omnia deduxit ad eſſe propter ſuam bonitatem ſubſtantificam.Item vt ſapiẽtem & pulchram,
quia omnia exiſtentia propriam naturam incorruptam ſeruãtia,plena ſunt omni diuina har-
monia & ſancto decore.Item benignam differenter à modis prędictis,ſcilicet,quia in perſona
filij integraliter & vere aſſumpſit naturam noſtram,reuocans eam ad ſe,& reſtituẽs humanam
extremitatem,ex qua dominus Ieſus ineffabiliter ſimplex,ſecũdum diuinitatem, compoſitus
eſt ſecundum humanitatem,& æternus accepit præſentatiõem temporalem,& intra naturam
noſtram factus eſt,qui omnem ordinem ſecundum omnem naturam ſuperſubſtantialiter ex-
cedit,intranſmutabiliter & inconfuſe retinens diuina. Benigna etiam dicitur thearchia pro-
pter quælibet alia deifica lumina,quæ apoſtolica doctrina iuxta atteſtationem ſacræ ſcripturę
nobis manifeſtauit verbis aut ſcriptis.Hęc myſteria docti ſumus iuxta capacitatem viatorum

 per ſa

per ſacras ſcripturas,in quibus iſta velãtur,& doctorum ſiue apoſtolorum,ſiue prophetarum, D
ſiue aliorum ſcribentium aut exponentium ſacras ſcripturas,benignitatem,qui nobis per col-
lationem ſenſibilium reuelant intelligibilia:& per collationem exiſtentium ſuperſubſtãtialia.
Et huiuſmodi reuelationis gratia attribuunt formas & figuras informibus & inſiguratis & ſu-
pernaturali & inſigurabili ſimplicitati,multiplicitatem & compoſitionem per ſymbola ſenſi-
Philip 3. bilium varia & diſſimilia.Quando autem erimus immortales,& incorruptibiles & per veram
1.Teſſa 4. Pſal.16. beatitudinem Chriſto conformabimur,ſemper cum deo erimus,ſatiati cum apparuerit gloria
ſua, quando caſtiſſimis contemplationibus & manifeſtiſſimis ſplendoribus propriæ ſuæ ſpeci
Matt.17. ei irradiauerit nos & circumfulſerit.Quorum ſplendorum fulgor deſignatur in lumine quo
Mar.9. Lucæ.9. perfuſi ſunt apoſtoli in domini transfiguratione.Et tunc participabimus intelligibili luminis
datione ipſius,mente iam impaſſibili per gloriam,& tam natura quam exercitio immateriali,
Lucæ.15. & etiam vnitione quæ eſt ſuper mentem in ignotis & beatis immiſſionibus ſuperclarorum ſa-
pientiæ radiorum,per quam vnitionem diuinius imitabimur cœleſtes angelos. Siquidem æqua-
les angelis erimus quando erimus filij dei & filij reſurrectionis.Interim autem vtimur ſenſibi-
lium ſignis,quantum poſſibile eſt proprijs ad inueſtiganda & cognoſcenda diuina,& ex illo-
* noſtram. rum collatione ſecundum* ſingulorum capacitatem extendimur ad contemplandam ſimpli-
cem & vnitam veritatem intelligibilium theoriarum,quæ cunctis contemplantibus ſunt ſem
per admirabiles.Et cum tota virtute nos vniuerimus theorijs,tunc reſecantes noſtras intelle-
ctuales operationes immittimus nos,quantum nobis diuinitus conceditur ad ſuperſubſtan-
tialem radium,in quo omnes conſummationes omnium cognitionum ſuperineffabiliter præ- E
exiterunt,quem neque cogitare poſſibile eſt neque dicere,neque omnino aliquo modo contẽ-
plari,eo quod ſit ab omnibus ſegregatus & ſuperignotus,& ſuperſubſtantialiter in ſeipſo præ-
accepit ſimul terminationes omnium ſubſtantialium cognitionum & virtutum,& collocatus
ſit incomprehenſibili virtute ſuper omnes mentes cœleſtes.Cum enim om̃es cognitiones ex-
iſtentium ſint,& omnia exiſtentia finem habeant ille qui eſt ſuper omnem ſubſtantiam, ſegre-
gatus eſt ab omni cognitione & qui melior eſt omni ſermone & cognitione vniuerſaliter ſu-
per mentem & ſubſtantiam collocatur.Ipſe enim cum ſit omnium apprehenſiuus & compre-
henſiuus,& præapprehenſiuus eſt vniuerſaliter incomprehenſibilis omnibus,& de ipſo neq;
eſt ſenſus,neque fantaſia,neque opinio,neque nomen,neque ſermo,neque tactus, neque ſcien-
tia.Cum ergo adeo ſit incõprehenſibilis & ignotus,quomodo potero tractare de diuinis no-
minibus,vt demonſtrem diuinitatem inuocabilem,& ſupernominabilem & ſuperſubſtantia-
lem?Sed ſicut diximus in libro de diuinis caracteribus,vnum eſt quod vere eſt,quod eſt ipſum
bonum ignotum & ſuperſubſtantiale,ſcilicet trina vnitas,ſiue ſcilicet trium perſonarum æter-
narum vna trinitas,quarum quælibet verus deus eſt,quælibet verum & ſummum bonum,nec
oſtendi,neque dici poteſt,neque cogitari ſecundum quod eſt.Sed & vnitiuæ cognitiones cœ-
leſtium animorum quas habent de ſuperignota dei bonitate, per hoc quod diuina bonitas ſe
ipſis copioſe immittit,& ipſi beatas immiſſiones potenter ſuſcipiunt, ſunt nobis ineffabiles &
ignotæ.Et tales vnitiuę cognitiones quamuis incomparabiliter angelis inferiores,illis ſolis di- F
uinitus conceduntur,qui omnem creaturam,etiam angelicam naturam contemplando exce-
dunt,& imitatione vnitionis angelicæ participant.Per tales igitur vnitiuas cognitiones men-
tes virorum ſpiritalium vnite deo angelica imitatione ſecundum ſingularum poſſibilitatem
docentur laudare deum,maxime per omnium exiſtentium ablationem, eo quod omnis talis
vnitio mentium ad lumen ſupremum,omnem operationem intellectualem interim ſuſpen-
dat.Docentur etiam ipſæ mentes ex vnitione ad lumen,quod ipſum ſupremum lumen cauſa
eſt om̃ium exiſtentiũ,& ipſum non eſt aliquid de nũero exiſtentiũ,cũ ſit ab om̃ibus exiſtenti-
bus ſuperſubſtantialiter ſegregatum.Nullas ergo veritatis amator quæ eſt ſuper omnem ve-
ritatem adeo efficax eſt,vt poſſit laudare ſuperſubſtantialem diuinitatem,ſecundum æternam
* qbuſcũq; & ſuperbonam ęſſentiam ſuam , * quibuſlibet vocabulis intelligibilibus,ſiue vt rationem, ſiue
vt virtutem,aut mentem,aut vitam,aut ſubſtantiam,aut alio vocabulo quantumcunque ſub-
limi,Sed oportet laudare eam ſicut excellentem,ſegregatam ab omni auditum & motu, vita,
phãtaſia,opiniõe,noĩe,v̾bo,deliberatiõe,intellectu,ſubſtantia,ſtatiõe,collocatiõe,fine,infinita-
te,& ab om̃i eo quod mente concipitur:& generaliter ab omnibus exiſtentibus. Ne tamen ab
eius laude ceſſetur,cum ipſa ſit eſſentia ipſius bonitatis,& cauſando ipſum eſſe,cauſa eſt omni-
um exiſtentium, conuenit laudare diuinam prouidentiam principaliter bonam, & ipſum
bonum creaturis communicãtem ex oĩbus effectibus ſuis,ſc3 omnibus cauſatis. Circa ipſam
enim omni-



A eñ omnibus intimam & per cauſam , quæ ipſa eſt omnia efficientem ,ſunt oĩa,& ipſa eſt æter-
naliter & cauſaliter añ omnia, & oĩa in ipſa conſiſtunt per conſeruationẽ & continentiam. Et
eius eſſentia eſt deductio oĩm ad eſſe,& ſubſtantia omniũ,& ipſam deſiderant oĩa intellectua-
lia quidem & rationalia,ſc3 angeli & hoĩes cognitiue,irrationalia ſenſibiliter,terræ viuentia p
motum viuificum,inanimata ſcd̃m aptitudinem ſubſtantialem & habitudinariã. Hoc igitur
attendentes ſcriptores ſacræ ſcripturæ,laudant deũ,& ſicut innoĩabilem, & ex oĩ noĩe: innoĩa-
bilem quidem,ſicut qñ quidam quæ ſunt nomen dei,angelus quaſi ex pſona dei rñdit: a Quid
quæris nomen meum,q̊d eſt mirabile: tanq̃ abigens interrogantem ab omni cognitione diui-
nitatis. Vere aũt eſt nomen mirabile,q̊d ſicut dicit Apl'ſ ad Philip. b eſt ſuper omne nomen,&
ſicut rurſus dicit ad Ephe. c eſt ſuper omne nomen q̊d noĩatur,nõ ſolum in hoc ſcl'o,ſed etiã in
futuro. Item laudant deũ ex multis noĩbus,vt cum inducunt eum de ſe dicentem : d Ego ſum
g ſum.Dicitur etiam e via,veritas & vita.f Lumen, g deus. Periti vero in diuinis qñq; cauſam
oĩm ex mulis ſuis effectibus laudant multis noĩbus,ſicut h bonum,ſicut i pulchrum,ſicut k ſa-
pientem,ſicut l diligibilem,ſicut m deũ deoꝝ. ſicut n dñm dñoꝝ,ſicut o ſanctũ ſanctoꝝ,ſicut p
æternum,ſicut q exiſtentem,ſicut r cauſam ſcl'oꝝ, ſicut s vitæ largitorem,ſicut t ſapiam , ſicut v
intellctuem,ſicut x rationẽ,ſc3 diſponentem,iudiſantem,diſputantẽ: ſicut y præbentẽ oẽs the-
ſauros ſapiæ qua omnia cognoſcuntur:ſicut a virtutem,ſicut b potentem,ſicut c regem regũ,ſi-
cut d antiquum dieꝝ,ſicut e ſine ſenectute. i. defectu,ſicut f inuariabilem,ſicut g ſaluationem,ſi-
cut h iuſtitiam,ſicut i ſctificationem,ſicut k liberationem vel redemptionem,ſicut l in magni-
tudine omnia excedeneem, ſicut m in aura ſubtili.Dicunt etiã ipſum eſſe n in mẽtibus,o in aĩa-
B bus,p in corporibus,q in cœlo,r in terra,s & ſimul etiam in eadem natura mundanũ.i. in mun-
do exiſtentem,t circa mundum,v ſupra mundũ, x ſupercœleſtem,y ſuperſubſtantialem, z ſup
oĩa. a Solem,b aſtrum,c ignem,d aquã,e ſpũm,f rorem, g nubem, h lapidem , i petram,k om̃ia
exiſtẽtia cauſaliter,nihil exiſtentium per ſubſtantiæ proprietatem. Sic igitur deo,qui eſt cauſa
omnium,& ſuper omnia conuenit innominabilitas, & cõueniunt ei omnium omnia nomina
cauſaliter,& ipſe generaliter gubernat omnia,& omnibus eſt interior,& omnibus communi-
cabilis,& tamen omnia ſunt congregata ab ipſo,inquantũ ipſe eſt cauſa & principium & finis
omnium, & l eſt oĩa in oĩbus.Et ad laudem ipſius vere dr̃ omnium ſubſtantia principalis & p-
fectiua & contentiua,& m cuſtos,& n cibus o & ad ſe conuertens . Et hoc operatur deus in re-
bus,manens nihilominus in ſua ſimplicitate,& reꝝ multitudinem in ſe vniens,cunctis tamen
per exceſſum incoĩcabilis,& à cunctis ſeparatus, quia non eſt ſolum cauſa continentiæ eorum
quæ ſunt,aut vitæ eoꝝ quæ viuunt & ſentiunt, aut perfactionis rationalium & intellectualiũ,
ita vt bonitas, quæ eſt ſuper omne nomen,noĩetur ab aliquibus prouiſis determinate,& nõ ab
alijs,ſed in ſua ſimplicitate præaccepit omnia,& ęternaliter pręaccepit exiſtentia p æternas v̾bi
p̃cõceptiones,q̃ ſunt vna pfectiſſima bonitas in rebus varie diſtributa, cuius participatiõe oĩa
bona ſunt,& propter quã diſtributionẽ conuenienter laudatur & noĩatur noĩbus oĩm creatu-
rarum.Theologi qui ſcripſerunt ſacras ſcripturas,non ſolum deo attribuunt prædicta nomi-
na impoſita à perfectioribus vel imperfectioribus ſuæ bonitatis participationibus aut partici
C pantibus,ſed nominat p ſuperſplendentem & ſupernominabilem à quibuſdã apparitionibus
in templo,aut illuminantibus myſterioꝝ reuelatiõe doctores ppl'i, vt q Ioſue & alios iudices:
& r Salomonẽ & s prophetas vt t Moſen & v Iſaiam, ſcd̃m varias viſionũ congruentias & in-
ſpirationum efficatias.Et circumponunt ipſi x formas & y figuras humanas z aut igneas a aut
electrinas. Et b laudant oculos ipſius & c aures d incinnos & e vultus & f manus & g poſte-
riora & h dorſa & i alas & k brachia & l pedes,& circũponunt ei m coronas & n thronos & o
calices & p chrateres,& q̃dã alia myſtica,de qbus tractabimus in lib.de Symbolica theologia
In hoc aũt libro tractabimus noĩa diuina,q̃ ad p̃ns ptinẽt negotiũ,& reſpicientes ad ea q̃ dicta
ſunt tãq̃ ad quendã canonẽ pcedamus in expoſitiõe diuinoꝝ noĩm,ſcd̃m q̄ anagogice intelli-
genda,& inſpiciem⁹ ſpectacula ſapię,q̃ ſignãt noĩb⁹ diuinis,p q̃ inuiſibilia dei cognoſcũt à ſuis
contẽplatorib⁹,& hoc faciemus modeſta & diſcreta inueſtigatiõe,pmouente nos ad dei cõtem
plationẽ,q̊d gñaliter docet & ſuadet ſacra ſcriptura,& apponemus tẽperatas intelligẽtiæ aures
reſeratiõibus noĩm diuinoꝝ,collocãtes ſacrã doctrinã in ſctis diſcipulis ſcd̃m diuinã illã tra-
ditionẽ:Nolite ſctm̃ dare canibus.Et ipſa ſctã ſubtrahẽtes irriſiõnibus indoctorum,& liberan
tes eoſdẽ ab occaſiõe impugnãdi deũ. Tibi aũt expedit hoc,vt dictũ eſt,cuſtodire,& nõ expor-
tare diuina ad aures indoctoꝝ.Mihi aũt det deus laudare multas noĩatiões deificas diuinita-
tis innoĩabilis ſcd̃m naturã,ſicut decet deũ,& nõ auferat v̾bũ v̾itatis ab ore meo.

a Gen. 32. a Iudicũ 3. b philip. 2. c Ephe. 1. d Exod. 3. e Iohan. 14. f Iohan 1. g Gene. 1. g Iſaiæ. 42. h Lucæ. 18. i Canti. 1. k Iob. 9. l Can. 5. m Pſal. 49. n Apoc. 17. o Dane. 9. p Baruc. 4. q Exod. 3. r Prouer. 3. s Actu. 17. t 1. Cor. 1. v Iob. 10. x Pſal. 44. y 3. Reg. 8. z Coloſ. 2. a 1. Cor. 1. b Iob. 11. 12. c Apoc. 19. d Dane. 7. e Eccle. 18. f Mala. 3. g Matt 1. h Iſaiæ 45. i 1. Cor. 1. k Iſaiæ. 35. l Pſal. 144. m 3. Reg. 19. n 1. Pet. 2. o Sapien. 7. p 1. Cor. 6. q Pſal. 10. r Iere. 23. s Iſaiæ. 55. t Sapien. 1. v Iſaiæ 66. x Pſal. 67. y Matt 6. z Danie. 3. a Mala 3. b Apo. 2. c Deute. 4. d Iohan. 4. e Thre. 4. f Oſeæ. 14. g Eccle. 43. h Pſal 117. i 1. Cor. 10. k 1. Co 15. l 1. Cor. 15. m Iſaiæ. 21. n Eccl. 24. o Thre. 5. p Iſaiæ. 6. p 3. Reg. 8. p 2 Para. 7. q Ioſue. 5. r Iud. 6. s Ezech. 1. t Exod. 6. v Iſaiæ. 6. x Canti. 1. y Canti. 5. z Deute. 4. a Eze. 1 8. b Hebræ. 4. c Iſaiæ. 5. d Can. 5. e Pſal. 33. f Pſal. 118. g Gene. 16. h Exodi 33. i Deut. 32. K Iſaiæ. 52. l Deu. 33. m Iſaiæ. 24. n Danie. 7. o Pſal. 115. p Canti. 7. q Matt. 7. Pſal. 118.

# DE VNITA ET DISCRETA THEOLOGIA,

D

## & quæ diuina vnitas atq; traditio. Cap. II.

DIuinam totam ſubſiſtentiam, quia eſt per ſeipſam bo-
nitas,ſegregans & exprimẽs,ab eloquijs laudatur. Et
Matt. 19 Lucæ 18. quid em̃ aliud diſcendum eſt ex ſacra theologia,cũ ait
diuinitatẽ ipſam ſubintroductam dicere:Quid me in-
terrogas de bono?Nemo bonus niſi ſolus deus. Hoc
S. Trinitati q̃nã coĩa. q̃dem & in alijs quæſitũ nobis oñdit om̃es diuinas ſp
nominationes non partim, ſed in tota & perfectiſſima
et integra & plena diuinitate ab eloquijs laudari,et oẽs
eas impartibiliter abſolute, inobſeruate, uniuerſaliter
om̃i uniuerſalitati in toto perfecte,et om̃is diuinitatis reponi. Etem̃ ſicut in theo
+diuinitate. logicis characteribus admonuimus, ſi non de tota † trinitate dixerit, qui hoc di-
xit,blaſphemat,& ſcindere iniuſte audet ſuperunitam unitatẽ. Dicendum igitur
quomodo in omni diuinitate hoc accipiẽdum. Etenim ipſum ex bono, natũ ait
Iohã. 10. ꝟbum:Ego bonus ſum. Et quidam deo acceptabilium prophetarꝝ, laudat ſpm̃ B
Matt. 20 bonum. Et iterꝝ hoc:Ego ſum qui ſum. Si nõ ſecundum totam, aiunt, diuinitatẽ
Pſal. 142. Exodi. 3 laudari, iuxta unam uero partem hoc deſcribitur, uim faciunt quomodo audiẽt
Apoca. 1 hoc, cum dicit:Qui eſt, & qui erat, & qui uenturus eſt omnipotẽs. Et: Tu uero
Pſal. 101 idem ipſe es. Et:Spiritus ueritatis eſt qui a patre procedit. Et ſi non totam eſſe
Iohã. 15. aiũt diuinam uitam, quomodo uerũ erit quod dixit diuinũ ꝟbum: Sicut pater
Iohan. 5. Iohan. 6 ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat? Et quia ſpũs eſt ui
2. Cor. 3. uificans? Quomodo uero & dominationem habeat omnium diuinitas tota, de
quidem deum gignente deitate, aut genita, nil dicendum eſt, ut æſtimo, q̃tiens
Diuinis perſonis q̃nq; q̃dã coĩa ſunt q̃nq; propria in theologia in patre & filio diuulgatur dñs, ſed & ſpiritus dominus eſt. Et pul
chrum aũt & ſapiens in tota diuinitate laudatur, & lumen, & deificum, & cauſa
le, & omnia quecunq; totius diuinitatis ſunt, in omnẽ reducũt eloq̃a diuinã hy
*deo mnodiam. Complexam quidem, ut cum dicunt omnia ex + ipſo. Diuiſam uero,
Rom. 11 ut cum quidam ait:Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & omnia in ipſo cõ
Pſal. 103 Iohã. 10. ſtituta ſunt. Et:Emittes ſpiritum tuum & creabuntur. Et ut breuiter dicam qd'
Iohã. 16. ipſum diuinũ ait uerbũ: Ego & pater unũ ſumus. Et:Oĩa quæcunq; habet pr̃
Iohã. 17. mea ſunt. Et:Omnia mea tua ſunt, tua mea ſunt. Et iterꝝ: Quæcunq; ſunt pr̃is
& ipſius, ſpiritui ſancto communiter & unitim reponunt diuinas operationes,
honorem, fontem, & non deficientem cauſam & diſtributionem optimarum do
nationum, & nullum in diuinis eloquijs incõuerſibilibus notionibus tritorum
æſtimo ad hoc contradicere; quia diuina omnia toti diuinitati aſſunt ſecundum
diuinam perfectam rationem. His igitur a nobis breuiter quidẽ in talibus et par
tim; in alijs uero ſufficienter ex eloquijs & oſtenſis & diffinitis, qualemcunq; re
plicate diuinã nominationẽ uniuerſalem conabimur in tota ipſa diuinitate acci-
piendam. Si autem quis dixerit confuſionem nos in hoc cõtra diuinã diſcretio-
nem introducere, talem rationẽ nos neq; ipſum ęſtimamus ſuadere ſufficientẽ,
q̃uo eſt uerax? Siquidẽ enim eſt quod omnino eloquijs ſubſiſtẽs, longe ibi uni-
uerſaliter erit, & a noſtra philoſophia. Et ſi non ex eloquiorũ ſibi diuina ſapĩa
curat, q̃uo etiam a nobis curabit in theologicã ſciam ſuę manuductiuis. Si aũt in
eloq̃orꝝ ueritatẽ reſpicit, hac & nos regula et lumine utẽtes ad apologiã q̃tũ, po



A tentes ſumus, recte gradiemur, dicentes q̃uo theologia quedam quidem unitim
tradit, quædam uero diſcrete. Et neq; unita ſeparare iuſtũ eſt, neq; diſcreta con-
fundere, ſed ſequentes iuxta uirtutem diuinos ſplendores reſpicientes, & in diui
nas manifeſtationes aſpicientes, ſicut quandam regulam formoſiſſimam uerita
tis, ubi poſita cuſtodire in ſemetipſis non multiplicata, & non minorata, & in-
conuerſibilia feſtinemus, in cuſtodia eloquiorꝝ cuſtoditi, & ab ipſis incuſtodiẽ-
tem ea cuſtodiendum potentes. Vnita quidem totius diuinitatis ſunt, ut in theo- Diuinitati quænã propria.
logicis characteribus per plura ex eloquijs oſtẽdimus ſuperbonũ, ſuperdeũ, ſu-
pereſſentiale, ſuperuiuens, ſuperſapiens, & quæcunq; ſupereminentis ſunt abla
tionis, cum quibus & cauſalia omnia optimum bonum ON, uiuentiũ parens
ſapiens, & quæcunq; ex optimis ſuis denominationibus omni bonorꝝ cauſa de
ñominantur. Diſcreta autẽ ſunt patris ſupeſſentiale nomen, & res, & filij, & ſpi- Diuinitati q̃ coĩa.
ritus ſancti, nulla in his reciprocatione, aut omnion communitate introducta.
Eſt autem tantum ab his diſcretum ipſa ſcd̃m nos Ieſu perfectiſſima & immu-
tabilis ſubſiſtentia, & quęcũq; ſcd̃m nos ipſam ſunt humanitatis eſſentialia my
ſteria. Oportet autem (ut arbitror) magis recipientes nos perfectiſſimum diui-
næ & unitatis & diſcretionis exponere modum, utrũq; nobis bene conſpiciens De diuĩa vnitate ac diſcretione
omni ingenita eſt ratio. Varium quidem omne, & non manifeſtum relinquens.
B +Diſcreto uero & manifeſte & bene ordinate propria ſecũdum uirtutem conſi +Bene diſcrete vẽro.
derans. Vocant em̃ quod quidem & in alijs * dexteram noſtræ theologicæ tra-
ditionis ſacri doctores † imitantes quidem diuinas ſuperarchanæ & ſuperinco- *dixerã.
gnitæ unitatis occultas & inremiabiles ſupercollocatiões. Diſcretiones uero o-
ptimas diuinitatis, & proceſſiones, et manifeſtationes, ut aiunt ſacra eloquia ſe-
ctantes, et dictæ unitatis propria. Et iterꝝ diſcretionis eſſe quaſdam ſpeciales, et
unitates et diſcretiones, ut in unitate diuina ſiue ſupereſſentialitate. Vnum qui-
dem eſt uni principali trinitati et coæternæ ſupereſſentialis ſubſiſtentia, ſuperde
us et deitas, ſuperbonus, bonitas omniũ, ſummitas, ſummitatum omniũ, totius
proprietatis immutabilitas, ſuperprincipalis unitas, ineffabile multiuocũ. Igno
rantia omne inuiſibile, omnium precium, poſitio omnium, ablatio omnium, ſu-
per omnem poſitionem et ablationem inter ſeinuicẽ (ſi ſic oportet dicere) prin-
cipalium ſubſtantiarꝝ manſio, & collocatio uniuerſaliter ſuperunita et nulla par
te confuſa; ſicut luminaria lampadum, ut ſenſibilibus et proprijs utar exemplis
dum ſunt in domo una et tota in ſeinuicem totis ſunt, et diligentem a ſeinuicem
C proprie ſubſtantem habent diſcretionem, et unita diſcretione et unitate diſcreta.
Etenim uidemus in domo multis unitatum lampadibus ad unũ aliquod lumẽ
unita omniũ lumina, et unam claritatem indiſcretam relucentem, et non etiam, De vnione diſcretioneque luminũ
quod (ut arbitror) poterit alicuius lampadis lumen ab alijs ex omnium lumina
continenti aere diſcernere, et uidere, ſi non altera parte, alteram partem totis in
totis inconfuſe contemperatis. Sed ſi etiã quis unã ardentiũ ſubduxerit domo,
coibit & propriũ totũ lumẽ nullũ quiddã aliorꝝ luminũ in ſemetipſa cõplectẽs
aut ſuimet alteris relinquens. Erat enim eorꝝ, quæ quidẽ dixi, oĩm ad oĩa perfe-
ctiſſima unitas incõmixta uniuerſaliter & nulla parte cõfuſa, & hoc exiſtẽte in
corpore aere, & ex materiali igne pendente lumine. Vbi uero ſupereſſentialem
unitatem ſupercollocari dicimus, non in corporalibus tantum unitatibus, ſed
ab his,

Ca. II. ab his quę ſunt in aĩabus ipſis, & ipſis intellectibus, quæ hñt incõmixtã & ſupmundane per tota deiformia & ſupercœleſtia lumina iuxta participationẽ corrationabilem participantibus oĩbus ſuper remota unitate. Eſt aũt & diſcretio in ſupereſſentialibus theologijs, quam dicebam, quia & hanc unitatem incommixtim collocat, & inconfuſe unaquæq; principaliũ ſubſtantiaꝝ. Sed & quia quæ ſunt ſupereſſentialis theogeniæ, nõ reciprocant̃ ad ſeinuicem. Solus autem fons ſupereſſẽtialis deitatis pater, cũ nõ ſit filius pater, neq; pater filius, cuſtodiẽtibus propria laudibus recte unicuiq; diuinaꝝ ſubſtantiaꝝ. Hoc quidem ſcdm ineffabilem unitatẽ, & * ſubſiſtentiã unitas & diſcretio. Si aũt & diuina diſcretio eſt optima ꝓceſſio unitatis diuinę ſuperunitæ, ſemetipſam bonitatẽ & multiplicantis & plurificantis. Vnitæ quidem ſunt ſcdm diuinam diſcretionẽ immenſurabiles traditiones, eſſentialitates, uitales ſapientificationes, aliæq; donationes, oĩm cauſæ bonitatis, iuxta quas ex participijs & participãtibus laudant̃ imparticipate participata. Et hoc etiam commune, & unitũ & unũ eſt toti deitati, oẽm ipſam totam ab unoquoq; participantiũ participari, & a nullo iteꝝ nulla parte: ſicut rota in medio circuli ab oĩbus in circulo circumpoſitis rectis lineis: & ſicut ſigno efformata multa participant principalis exempli ſigno, & in unoquoq; efformatoꝝ toto & eodem exiſtente, & in nullo ſcdm nullam partem. Superponit̃ aũt his cauſaliſſimę deitatis imparticipatio, q̃uo nec attactus eius ſit neq; alia quędam ad participata commixta ſocietas. Et q̃dem dixerit quis, non eſt ſignum in totis efformatis totũ & ipſum, ac per hoc nõ ſignum cauſa: omnẽ eñ ſeipſam illa, & eadem, & unicuiq; indit. Ipſam quoq; differentiam participantium diſſimilitudo facit decolorata uno, & toto, & eodem principali exemplo. Et ſiquidem mollia & formabilia, aut etiam plana & configurata: & neq; cõtra exemplata et dura, neq; diffuſa et inſtabilia, purã habebũt et claram et cõſequentẽ formã. Si ꝟo quid dictæ opportunitatis defecerit, hoc cauſa erit inparticipatiõis et obſcuritatis, et alioꝝ q̃cũq; ĩportunitati participatiõis fiũt. Diſcernitur aũt bñ decora in nos diuina operatiõe ſcdm nos ex nobis uniuerſalr̃ et uere ſubſtantificari ſuper eſſentiale ꝟbum, et operari et pati q̃cũq; humanationis eius diuina actione ſunt diſcreta et ſumme miranda. His eñ pr̃ et ſpũs ſctũs nihil coĩcare ꝟbo, niſi ibi quis dixerit ſcdm optimã et humanã uoluntatẽ, et ſcdm oẽm ſupereminẽtem, et archanã diuinã operationẽ, qua operatus eſt ſcdm nos ſctũs incõmutabilis deus et dei ꝟbum. Sic et nos diuina & intelligere ratione, & diſcernere feſtinamus, q̃uo ea diuina & uniũt̃ & diſcernũtur. Sed haꝝ quidẽ & unitatũ & diſcretionũ quaſcũq; in eloquijs diuinas cauſas inuenimus, in theologicis characteribus propria de uno quoq; percipiẽtes q̃tum poſſibile expoſuimus: ea quidẽ relegẽtes & ꝟa rõne replicãtes, et ſacrũ & reuelatũ intellectũ in manifeſta eloq̃oꝝ ſpectacula adducẽtes. His ꝟo et myſticis et ſcdm diuinã traditionẽ ſuperintellectualẽ opationẽ retruſi. Oĩa eñ diuina et q̃cũq; nobis manifeſtant̃ ſolis participijs cognoſcũt̃. Hæc aũt qualia ſunt, qm̃ ſcdm ꝓpriũ principium et fundamẽtũ ſuperintellectũ ſũt, et oẽm eſſentiã & ſciam, ut ſupereſſentiale occultũ deũ aut uitã aut eſſentiã aut lumẽ aut rõnem noĩare aut q̃d alteꝝ. Nihil in his intelligimus q̃ in nos ex ipſo productas uirtutes deificas, aut ſubſtãtificas aut uitæ genitrices, aut ſapiẽ donatrices. Ipſum ꝟo iuxta oĩm intellectualiũ opera-

Diuinarũ pſonarũ diſcretio duplex.

* ſubſtantia.

Diſcretio diuina in creaturarũ proceſſione.

Ob differẽtiã ſubiectorũ reſultant differentes imagies ſub idea eadẽ

D

E

F



A operationum per fructũ deſideramus, nullã uidentes deificationẽ, aut uitã, aut eſſentiã, q̃ diligenter ſit ſimul remote iuxta oẽm ſupeminentiã cauſæ. Iteꝝ q̃a q̃dem eſt fontalis deitas pater, filius aũt & ſpũs genitricis dei (ſi ſic oportet dicere) frutices deo germinati, & ueluti flores et ſupereſſentialia lumina ex mirabilibus eloquijs accepimus. Q̃uo autem hæc ſunt, neq; dicere, neq; intelligere poſſibile eſt. Sed uſq; ad hoc omnis noſtræ intellectualis actionis uirtus, quia omnis diuina paternitas et filiolitas ex omniũ remota paternitate principali, & filiolitati principali deriuata eſt & nobis & ſupercœleſtibus uirtutibus, ex qua dij et deorum filij, & deoꝝ pr̃es deiformes fiunt, & nominãtur † dij ſpiritualiter, ſcilicet tali paternitate & filiolitate perfecta, hoc eſt incorporaliter, immaterialiter, inuiſibiliter diuino principali ſpiritu ſuper omnem intellectũ immaterialem & deificationem ſuper collocatam, & patre & filio omni paternitate & filiolitate diuina ſupereminenter exaltatis. Neq; eñ eſt diligens ſimilitudo cauſatiuis & cauſalibus, ſed quidem hñt cauſatiua cauſalium receptas imagines. Ea uero cauſalia cauſatiuis remouent̃ & ſupercollocant̃ iuxta proprij principij rationem. Et

B ut ſcdm nos utar exemplis, deliciæ & triſtitiæ dicuntur effectiue delectandi & cõtriſtandi: ipſæ uero neq; delectantur neq; contriſtantur, & ignis calidus & urens non dicitur uri & calefieri. Et uiuere ſi quis dicat per ſe ipſam uitam, & illuminari per ſe ipſum lumen, non recte dicit ſcdm noſtram rationẽ, niſi ubi iuxta alteꝝ hoc modum dicit, quia abunde & eſſentialiter añ inſunt hæc cauſatiuorum cauſalibus. Sed & hoc totius theologiæ manifeſtiſſimum, quod ſcdm nos Ieſu diuina formatio & archana eſt rationi omni, et incognita intellectui oĩ, & ipſi præſtanti honorabiliſſimoꝝ angeloꝝ. Et quidem uiriliter eum ſubſtantificatum fuiſſe, myſtice accepimus. Ignoramus uero quomodo ex uirginalibus ſanguinibus altera ultra naturam lege formatus eſt, & q̃uo ſiccis pedibus corporalem molem habentibus, & materię grauitatem ſuperambulauit humidam & inſtabilem eſſentiã, & alia quæcũq; ſupnaturalis ſunt Ieſu phyſiologiæ. Hęc autem in alijs a nobis ſufficienter dicta ſunt, & glorioſo duce ſcdm theologica ſua obſcura commenta laudant̃ ualde ſupernaturaliter. Quæ quidem ille ſiue a

C ſacris theologis accepit, ſiue ex diſciplinata eloquiorum inuentione conſiderauit, ex multa circa hęc & exercitatione & peritia, ſiue etiam ex quadam eruditus ſit diuiniore inſpiratione, non ſolum diſcens, ſed & affectus diuina, & ex ipſa ad hæc coaffectione (ſi oportet dicere) ad indocibilem eoꝝ & myſticam perfectus unitatem & fidem: & ut multa et beata ſpectacula potentis illius intelligẽtiæ in minimis addamus, Hæc de IESV ait in collectis ab eo theologicis obſcuris commentis.

¶ Sanctiſſimi Hierothei ex libro elementorum de diuinitate & excellentia Chriſti.

OMNIVM cauſa et repletiua IESV deitas partes uniuerſatis conſonans ſaluans, et neque pars, neque totum eſt; et totum et pars, & omnem et partem, et totum in ſemetipſa coambiens et ſupereminens, et excellens. Perfecta quidem eſt in imperfectis, ut ꝑfectio principalis. Impfecta uero

Quæ nã unicuiq; diuiæ pſonę pro propria.

† animi

Hũanitatis Chriſti ratio.

Matt. 14. Mar. 6 Iohan. 6.

De Chriſti diuinitate ex libro Stechioſeon S. Hierothei.

Ca.II.

uero in pfectis tanq̃ ſuperfecta & an̄perfecta. Forma formificãs in informibus B tanq̃ forma principalis, informis in ipſis formis, tanq̃ ſuperformis eſſentia oĩs eſſentię in cõtaminatas ſupergradiens, & ſupereſſentialiter omni eſſentia remota, tota principia & ordines deſtinans, & omni principio & ordini ſupercollocata. Et menſura eſt eorꝝ quæ ſunt, & ſeculorũ & ſuper ſecula, & an̄ ſecula plena in indigentibus ſuperplena, in multitudinibus archana, ineffabilis ſuper animum, ſuper uitam, ſuper eſſentiam ſupernaturaliter habet & ſupermundane, ſupereſſentialiter ſupereſſentiale. Vnde quoniam quidem & uſq; naturam pro humanitate uenit, & uere eſſentia eſt, & uir ſuper deus creatus eſt. Propitiatio aũt ſit a nobis ſuper animum & ſuper rationem laudanda. Et ſi his habentur ſupernaturale, & ſupereſſentiale, non ſolum ipſa immutabiliter nobis & inconfuſe cõmunicauit, nihil perpeſſa: inſuper plenitudinem ſuã ab ineffabili nouitate. Sed quia & hoc omnium nouorꝝ maximũ nouum, in naturalibus noſtris ſupernatrualis erat, in quibus iuxta eſſentiam ſupereſſentialis oĩa noſtra ex nobis propter nos ſuperans. Hoc quidem ſufficienter in ratiõis aũt ſpeculationem proueniamus communia & unita diſcretionis diuinæ noĩa ſcd̃m quod nobis poſſibile replicantes, & ut aperte de omnibus deinceps diffiniamus, p̃diſcretionẽ diuinam dicimus (ut dictũ eſt) pulchras diuinitatis proceſſiões. Donãs enim oĩbus quę ſunt, & ſupereminens oĩm bonorꝝ participationes unite quidem diſcernit, plurificat̃ uero ſingulariter, & multiplicat̃ ex uno uninremeabilr̃. Vt qm̃ ON eſt deus ſupereſſentialiter, donat aũt eſſe his q̃ ſunt, & adducit † totas eſſentias, multiplicari dicitur unũ ON illud ex ſe adductione multorꝝ exiſtentiũ quidẽ ente nihil minus illo & uno multiplicato & adunato iuxta proceſſionem, & plenum in diſcretione, oĩbus eſſendo quæ ſũt ſupereſſentialr̃ remotũ, & potẽti totorum proceſſione, & nõ minorata fuſione in diminutorꝝ ſui traditione. Sed & unũ ON & oĩ parti, & toti, & uni, & multitudini ab uno tradens unũ eſt, eodẽ mõ ſupeſſentialiter, neq; pars ON multitudinis, neq; ex partibus totũ, & ſic neque unũ eſt, neq; unũ habet. Longe aũt his ineſt ſuper unũ, ab his quæ ſunt unũ & multitudo impertibilis ſine plenitudine ſuperplenitudo omne unũ & multitudinem adducens & pficiens & cõſtituens. Iterꝝ ex ſe deificatio ſcd̃m uirtutem F uniuſcuiuſq; deiformi deorꝝ multorꝝ factorꝝ, uidet̃ quidem eſſe & dicit̃ unius dei diſcretio & multiplicatio. Eſt v̾o nihil minus prĩcipalis deus, & ſuper deus ſuperſſentialr̃ unus, deus impartibilis impartibilibus unitus, ſibimetipſi & multis incõmixtus & nõ multiplicatus. Et hoc ſupernaturalr̃ intelligẽs coĩs noſter et magiſter, et in diuinam illuminationem manuductor, multus in diuina, lumẽ mundi, hæc ait diuinitus in ſacris ſuis literis. Nam etſi ſunt qui dicũtur dij, ſiue in cœlo, ſiue ĩ terra: (ſiqdẽ ſũt dij multi et dñi multi) ſed nobis unus deus pr̃, ex q̃ oĩa, & nos ĩ ipſum, & unus dñs Ieſus Chiſtus, p quẽ oĩa, & nos per ipm̃. Etem̃ in diuinis unitates diſcretionũ potentant̃ & an̄principantur, & nihilominus ſũt unitiua etiam poſt unius irremiabilem & ſingularẽ diſcretionẽ. Has nos ſocias & unitas totius deitatis diſcretiones, ſiue decoros proceſſiones ex manifeſtantibus eas ĩ eloquijs diuinis noĩbus laudare (ſcd̃m qd' poſſibile eſt) tẽtabimus. Hoc ut dictũ eſt præcognito, oẽm bñficã dei noĩationẽ in quacunq; ponit̃ diuinarũ † perſonarum in tota eam recipere uniuerſitatem in obſeruate.

† totis

† ſubſtantiarum

Elu-



A

## ELVCIDATIO HVIVS SECVNDI CAPITVLI, DE VNIta & diſcreta theologia, & quæ ſit diuina vnitas & traditio. ARTIC: II.

PRæcedenti capitulo tractatum eſt de diuerſis ac varijs dei nominibus in cõmuni & in generali, qualiter deus queat à viatorib⁹ cognoſci & nominari, & qualiter nõ, & quomodo diuerſa diuerſimode de ipſo dicantur. Hic docetur quid de deo enũcietur per huiuſmodi nomina, vel quid cõmune tribus perſonis, vel quid diſtinctum ſeu proprium. Sicq; capitulum iſtud intitulatur: [De vnita & diſcreta theologia, & quę ſit diuina vnitas & traditio] hoc eſt, de his quæ dicũtur de deo, in quibus tres ſupergloriosiſſimę perſonę vnum ſunt & aliquid indiſtinctum: & item de his in quibus diſtincte. Et primo loquitur de nomine quod eſt, Bonus ſeu bonitas, de quo infra quarto capitulo diffuſius ac ſpecialius tractat. Itaq; ait iam: [Diuinam totam ſubſtantiam, quia eſt per ſeipſam bonitas, ſegregans & exprimens ab eloquijs laudatur] id eſt, bonitas laudatur ab eloquijs, id eſt, in ſcripturis, quia per ſeipſam eſt ſegregans, id eſt diſtinguens, & exprimens, id eſt, ſignificans ſubſtantiam diuinam totam. i. diuinam eſſentiam, & quamlibet increatam, æternam, diuinam perſonam, ita q; bonus & bonitas conuenit deo abſolute, & in diuinis ſignificare poteſt tã ſubſtantiam ſeu eſſentiam, q̃ perſonam: imo vnamquanq; perſonam, quẽadmodum nomen hoc, Deus. [Et quid enim aliud diſcendum eſt]. i. nihil huic veritati contrarium poteſt addiſci [ex ſacra theologia]. i. ex ſancta ſcriptura [cum ait: diuinitatem ipſam ſubintroductam dicere]. i. dum ſcriptura recitat diuinitatem, id eſt Chriſtum verum deum, ſubintroductam dicere, id eſt interrogatam reſpondere: [Quid me interrogas de bono?] id eſt, cur interrogando me, vocas me bonũ? Sic etenim apud Lucã ſcriptum eſt: Interrogauit Ieſum quidam princeps: Magiſter bone, quid faciendo vitam ęternam poſſidebo? Dixit autem ei Ieſus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus deus. Porro in Matth. ita legitur: Quid me interrogas de bono? Vnus B eſt bonus deus. Hic autem in textu habetur: Nemo bonus niſi ſolus deus. [Hoc quidem & in alijs quæſitum] id eſt, iſtud alibi quoq; interrogatum eſt ſeu diſcuſſum, vel in conſimilibus ſciſcitatum [nobis oſtendit omnes diuinas ſemper nominationes, non partim, ſed in tota, & perfectiſſima & integra & plena diuinitate ab eloquijs laudari] id eſt, quod omnia nomina diuina abſoluta & eſſentialia, in ſcripturis laudantur & attribuuntur non partim. i. non ſolum vni perſonæ in diuinis, ſed in diuinitate toto & perfectiſſima & integra & plena; id eſt, in deo abſolute accepto laudari & affirmari, ita quod ſigillatim etiam cuilibet diuinæ perſonæ conueniunt, & in ea ac de ea laudantur & affirmantur. [& omnes eas impartibiliter, abſolute, in obſeruate, vniuerſaliter omni vniuerſalitati in toto perfecte & omnis diuinitatis reponi] hoc eſt omnes nominationes has dei, reponi. i. laudari & confiteri impartibiliter. i. indiuiſibiliter & abſolute, & inobſeruate. i. indiſtincte ac vniuerſaliter. i. communiter, quoad ſingulas diuinę naturæ perſonas, omni vniuerſalitati. i. toti communitati diuinorum & increatorum ſuppoſitorum in toto, id eſt, in tota trinitate, perfecte & omnis. i. totius diuinitatis, quæ deitas eſt perfecta & tota & vna ac indiuiſa in ſumma trinitate, & in qualibet eius perſona ¶ Atuero theologi modo accuratius magiſq; proprie in diuinis vtuntur his terminis: partim, vniuerſalitas, vniuerſaliter, integrò, &c̃. q̃ author hoc loco. [Etenim ſicut in theologicis characteribus] id ẽ, in libro de diuinis characteribus [admonuimus]. i. hoc hortati ſumus atq; probauimus [ſi nõ de tota * trinitate dixerit qui dixit]. i. ſi Chriſtus qui dixit: Nemo bonus niſi deus, nõ dixit hoc C de tota diuinitate, & de deo incontracte & abſolute accepto, ita vt de vnaquaq; etiã pſona accipi poſſit [blaſphemat]. i. ſcripturis contradicit & hæreſim ſapit [& ſcindere iniuſte audet]. i. præſumptuoſe & infideliter ſcindere. i. ſeparare ac diuidere [ſupunitã vnitatem]. i. ſimpliciſſimam deitatẽ, quæ in tribus ſuperreuerendiſſimis pſonis eſt ſuperunite, imo & vnũ & vnitas: tñ & ſupunite, qm̃ perſonę vniunt̃, coĩcant & identificãt̃, ſeu potius æternaliter vnum ſunt, & nũc cognoſcunt vnum eſſe in ea, qua vt ait Boethius, eſſentia in diuinis conſeruat vnitatẽ, relatio multiplicat pſonas. Talis igitur vnitatẽ hmõi vult ſcindere, non q; ipſe ſcindere queat, ſed qm̃ ſtolide dicit id, ex q̃ illius ſciſſio ſequeretur, ideo q̃tum in ſe eſt ſcindit illã. [Dicendũ ergo qũo in oĩ diuinitate hoc accipiendum]. i. qũo authoritas illa v̾ificetur de vnaquaq; diuina perſona, & item de deo eſſentialiter dicto [etem̃ ipſum ex bono ait natum v̾bum] hoc eſt v̾bum ipm̃ natũ ex bono. i. ex deo pr̃e, ait apud Iohan. [Ego bonus ſum]. i. ego ſum paſtor bonus [& qdã deo acceptabilium prophetarꝝ] vc; Dauid, q fuit acceptus deo itemq; hominibus [laudat ſpiritũ bonũ] i. ſpiritum ſanctum noĩat bonũ, dicẽs ad pr̃em in pſalmo: Spũs tuus bonus deducet me in terrã rectã [Et iterꝝ hoc: Ego ſum q ſum]. i. reſponſum illud diuinũ dictũ Moſi in Exo.

Sanctiſſimæ trinitati propriã.

Lucæ 18

Matth. 19

† diuinitate.

Lucæ. 18.

Marci 10.

Boethius.

Iohan. 10.

pſal. 142

Exo. 3

Ca.II. Ego ſum ꝗ ſum.[Si non ſcdm totam aiunt diuinitatẽ laudari] .i. ſi non fatent̃ hoc dictum per D
modum laudis de qualibet æterna hypoſtaſi[iuxta vnã ꝟo partem hoc deſcribit].i.ſcriptum
hoc eſſe de vna duntaxat ꝑſona[vim faciunt].i. violentiã inferunt ſcripturę,eam extorte inter
Apocry.1. pretando[qũo audient hoc cum dicit]in Apoca. ipſe Iohannes:[Qui eſt,ꝗ erat,& ꝗ venturus
pſalmo 101 eſt] oĩpotens.Et:Tu vero idẽ ipſe es[quod habetur in pſalmo 101 nec exponit̃ ꝑciſe de vna ꝑ
Iohan.15 ſona,ſcꝫ patre.[Et:Spũs ꝟitatis eſt qui à patre procedit[q̃d apud Iohan.dr̃ de ſpiritu ſctõ,cui
ibidem aſſcribitur.[&ſi non totam aiunt eſſe diuinam vitam].i.ſi iſti erronei nõ cõcedunt to
tam trinitatem eſſe vitam,ſeu vitã dici ſolum de vna perſona [qũo veꝝ erit q̃d dixit diuinum
1.Iohan.5. ꝟbum].i.qualiter eſt ꝟbum veꝝ dñi ex patre æternaliter natũ,ille qui dixit:[Sicut pr̃ ſuſcitat
2.Corin.3. mortuos & viuificat,ſic & filius q̃s vult viuificat.Et:Quia ſpũs eſt viuificans.Qũo vero & de
nominationem oĩm habeat diuinitas tota] .i.qualiter vnicuiqꝫ perſonæ diuinæ conueniat o
mnium dñm eſſe.[de ꝗdem deum gignente diuinitate vel genita nil dicendum eſt,vt ęſtimo]
.i.non oportet hoc loco probare, ꝙ patri & filio conueniat omnibus dñari,cũ hoc in ſcriptu
ris ſæpiſſime affirmetur.Hinc ſubditur:[quoties theologia in patre & filio diuulgatur dñs].i.
quoties,vtputa valde ſæpe dñs diuulgatur .i. palam inſinuatur & ꝓdicatur in theologia.i. in
pſalm.109 ſcriptura diuina in patre & filio.i.de patre ęterno & vnigenito eius,vt in pſalm. Dixit dñs dño
2.Cor.3 meo.[Sed & ſpũs dñs eſt]cũ dicat Apl's:Vbi ſpũs dñi,ibi libertas.[& pulchrũ autẽ & ſapiẽs in
tota diuinitate laudat̃].i. de q̃libet diuina ꝑſona enunciat̃ pulchritudo & ſapĩa,ſeu pulchrũ &
Hilarius ſapiẽs,q̃uis filio magis approprient̃,quia ſcꝫm Hilariũ,ſpecies ẽ in imagine.i.pulchritudo in fi
1.Corinth.1 lio,ꝗ teſte Apl'o eſt virtus & ſapĩa dei pr̃is. [& lumen & deificũ & cauſale[cõueniunt deo hoc E
Sanctiſſimæ trinitatis [& oĩa q̃cũqꝫ totius diuinitatis ſunt].i. q̃ deo abſolute cõueniũt[in oẽm reducũt eloꝗa diuinã
oĩa ſũma ſunt attri hymnodiã.].i.ſcripturæ cõuertũt in cõmunẽ diuinaꝝ ꝑſonaꝝ laudẽ & attributionẽ[cõplexã
laudemque deo. quidẽ].i.coniũctam,vt cum dicant omnia ex ipſo]q̃d veꝝ eſt de deo eſſentialiter ſumpto,&
de vnaquaqꝫ perſona diuina[diuiſam vero,vt cum quidã ait] ſcꝫ Apl's[ꝗa oĩa ꝑ ipꝫm & in ipſo
Roma.11 creata ſunt,& oĩa in ipſo cõſtituta ſunt] Alia litera habet:Ex ipſo,& per ipſum,& in ipſo ſunt.
Et hoc planius eſt,atqꝫ ad Roma.ſcriptum eſt. Porro quod hic dr̃, in epiſtolis pluribus Pauli
Epheſ.1 Coloſſen.1 inducitur,puta ad Ephe.ad Coloſſ.&c̃. Sunt autem omnia ex deo ſicut ex cauſa efficiente,& ꝑ
ipſum,ſicut per cauſam exemplarem,& in ipſo tanꝗ in cauſa finali:q̃ꝝ primum appropriat̃ pa
tri,ſcdm filio, tertium ſpiritui ſctõ: nihilominus de qualibet perſona poſſunt hæc tria exponi.
pſalm.103. [Et:Emitte ſpiritum tuum & creabuntur ] in q̃ pſalmi ꝟſiculo notat̃ diſtinctio perſonarum.
[Et vt breuiter dicã q̃d ipſum diuinum ait ꝟbum].i. quod vnigenitus ait in euange.ſcdm Io
Iohan.10. Iohan.16. han.[Ego et pater vnum ſumus.Et:Oĩa quæcunqꝫ pater habet,mea ſunt.Et:Oĩa mea tua ſunt
Iohan.17. & tua mea ſunt.]In quibus omnibus deſignatur diſtinctio perſonaꝝ. Et nihilominus earun
dem indiuiſio,vnitas & identitas in abſolutis & eſſentialibus, præſertim q̃tum ad patrem & fi
lium.Idem vero de ſpiritu ſctõ ſubiungitur & probatur. ]Et iteꝝ:Quæcunqꝫ ſunt patris & ipſi
us] vcꝫ filij[ſpiritui ſancto communiter & vnitum reponunt].i.vniuerſa quæ patri & filio ab
ſolute conueniunt,& effectus eorum ad extra, ſcripturæ reponunt ac tribuunt ſpiritui ſancto
coĩter.i.ſicut patri ac filio,& vnitim.i.diuiſim, q̃m ſuperbenedictæ trinitatis oꝑa ad extra ſunt F
indiuiſa,cũ in tribus ſuperfeliciſſimis perſonis ſit vna numero eſſentia & ptãs. Propter q̃d fili
us ait ad patrem:Omnia mea tua ſunt,& tua mea ſunt.Quod & quælibet diuina perſona dice
re põt ad alias ambas,quia in qualibet earum eſt vna numero plenitudo diuinitatis, quæ oẽm
imperfectionem excludit: ideo omnia attributa diuina ſunt eadem numero in ſuperdigniſſi
mis tribus perſonis.Quę aũt relatiue ibi dicuntur ad extra,etiam eadem ſunt, cum non ſit rela
tio illa realis in deo.Hinc ſequitur:[diuinas oꝑationes,honorem,fontem,& non deficientem
cauſam,& diſtributionem optimaꝝ donationum] .i.oẽs iſtos diuinos effectus & relatiões ad
extra,docet ſcriptura eſſe communes tribus perſonis ſuperaltiſſimis: iccirco ſunt vnus fons,
vnus creator,vna indeficiens omnium cauſa, omniũqꝫ optimaꝝ donationum naturæ & gr̃æ
ac glorię diſtributor.Idemqꝫ hoꝝ ſupremus,vcꝫ latriæ cultus ipſis debetur. [& nullum in di
uinis eloquijs inconuerſibilibus notionibus tritorum ęſtimo ad hoc contradicere] .i.neminẽ
in ſcripturis peritum æſtimo contradicturum his ꝟbis,cum ſint manifeſte conſona ſcripturis
canonicis,ita ꝙ his contradicere eſſet hæreticũ:propter q̃d notiões.i.notitię iſtę ſunt incõuerſi
biles.i.incõmutabiles,ꝗa inuariabilẽ cõtinent ꝟitatẽ,ſicut ait ſaluator:Cœlũ & terra tranſibũt,
ꝟba aũt mea nõ tranſibũt[ꝗa diuina oĩa toti diuinitati aſſunt ſcdm diuinã ꝑfectã rõnem. His
ergo à nobis breuiter ꝗdẽ in talibus & partim, in alijs ꝟo ſufficiẽter ex eloquijs & oñſis & diffi
nitis]hoc ẽ, ꝑtactis iã oñſis & determinatis breuiter,in talibus.i.in his q̃liſbucunqꝫ ſermonibꝰ,
& partim.i.ꝑ parte,nõ totalr̃.In alijs aũt libris ſufficiẽter & diffuſius.[q̃lecũqꝫ replicare diuinã
nomina



A nominationẽ vniuerſalem conabimur].i. quaſi ab exordio q̃dam tentabimus hic tractare de
diuinis noĩbus,intelligibilibus omnibus ſeu amplius conſuetis,ſeu vniuerſalr̃ [ in tota ipſa di
uinitate accipiendã].i.de noĩbus abſolute acceptis,q̃ toti ſuperſanctiſſimę trinitati,& vnicuiqꝫ
ſuperbñdictę perſonæ conueniunt. [Si aũt ꝗs dixerit nos in hoc confuſionem cõtra diuinam
diſcretionem introducere]ꝗa ex tali conuenientia perſonaꝝ,in abſolutis poſſet videri,ꝙ non ſcripturę ſacrę totius theologiæ ſunt principia
eſſent ſuppoſitalr̃ ab inuicem diſtinctæ,ꝙ eſſet inducere confuſionem perſonarũ contrariã di
uinæ diſcretioni.i.diſtinctioni perſonali in diuinis. [talem rõnem neqꝫ ipſi nos exiſtimamus
ſuadere ſufficientẽ].i.non putamus talẽ obiectionẽ ſufficientẽ ad probandũ ꝓpoſitũ.[qũo eſt
verax].i.q̃liter vere fidelis eſt qui tam imperite cõtra ea quæ fidei ſunt obijcit?[Siquidẽ enĩ eſt
q̃d omnino eloquijs ſubſiſtẽs].i.ſcripturis innitens,& ex illis ſtans ac pendens.[longe ibi vni
uerſaliter erit,& à nr̃a philoſophia].i.multum diſſentiet à vera intelligentia ſcripturaꝝ,prout
nos accipimus & intelligimus eã[& ſi non ex eloquioꝝ ſibi diuina ſapĩa curat] .i.ſi nõ eſt ſoli
citus ſuæ ſalutis,ac veritatẽ addiſcere ex ſapĩa diuina eloquiorũ.i.ex ſupnaturali doctrina ſcri
pturarum [qũo etiam à nobis curabit in theologicã ſciam ſuæ manuductionis] .i.q̃liter curã
habebit ſuæ manuductiõis ſeu introductionis in veꝝ intellectum theologicę ſapĩæ ꝑ nos?[Si
aũt in eloquioꝝ ꝟitatem reſpicit].i.ſcripturam veram recte conſiderat. [hac & nos regula &
lumine vtentes] .i. huiuſmõi conſiderationi nos etiã innitentes,ipſamqꝫ ſcripturã pro regula
nos dirigente ac luce docente hñtes [ad apologiã q̃tum potentes ſumus recte gradiemur.] .i.
ad diſputationem huius materiæ pro viribus procedemus [ dicentes qũo theologia quædam
quidem vnitim tradit.] .i. q̃liter ſcriptura docet aliqua de deo vnitim.i.indiſtincte [quædam
B vero diſcrete].i.differenter,ita ꝙ quædã ſpectãt ad eſſentię vnitatem, quędam ad perſonaꝝ di
ſtinctionem,originem,emanationem,relationem ad intra. [& neqꝫ vnita ſeparare.] id eſt,ab
ſoluta & coĩa,ſeu indiſtincta ab inuicẽ nõ diuidere attribuendo ea vni perſonæ,non alteri[iu
ſtum eſt]imo prorſus iniuſtum hoc eſſet.Iuſtitia quippe vnicuiqꝫ tribuit q̃d debetur aut cõue Iuſtitia q̃d.
nit ei[neqꝫ diſcreta confundere].i.ꝓpria vni nõ attribuere alteri,q̃d eſſet cõfundere.i.vnũ in al
terum fundere,& diſtincta inordinate miſcere,atqꝫ diſtinctionẽ ac ordinem violare[ſed ſequẽ
tes iuxta virtutem].i.ſcripturam toto poſſe ſequentes[diuinos ſplendores reſpicientes & in di
uinas manifeſtationes aſpicientes,ſicut quandã regulam formoſiſſimã veritatis].i.ſplendidiſſi
ma dogmata ſcripturarum diligentiſſime intuentes, & ſalubres earum declarationes penſan
tes ac imitãtes,tãꝗ regulam & menſurã veritatis pulcherrimam,cui nil erroris aut falſitatis ad
mixtum eſt,quemadmodũ dictis philoſophorũ & poetarum.Frequenter enĩ vnus paſſus ſcri
pturæ declaratur per aliũ, & ꝟba veteris teſtamenti ꝑ euangelicæ legis ſcripturam elucidant̃.
[vbi poſita cuſtodire in ſemetipſis non multiplicata & non minorata & inconuerſibilia feſtine
mus]hoc eſt,ea quę poſita ſunt in ſcripturis,feſtinemus in ſeipſis cuſtodire & conſeruare, non
multiplicata .i. ſine additione,nil apponendo aut inſerendo ad textum,& non minorata, nil
ſubtrahendo,& inconuerſibilia nihil mutando aut tranſponendo,prout de iſto ſuperius dictũ
eſt.Et Moſes in Deutero.iuſſit:Non addetis ad ꝟbũ q̃d loq̃r vobis,nec ſubtrahetis,&c. [in cu Deut.4.
C ſtodia eloꝗorũ cuſtoditi.] .i.cauti & circumſpecti in conſeruatiõe ſcripturæ,ne corrũpat̃. Q̃d
vtiqꝫ ſcti patres & veri Chriſtiani ab exordio diligentiſſime impleuerũt. Iccirco Sarraceni &
Teucri ſtolidiſſime nobis imponũt,ꝙ textũ euãgelij addẽdo multa corrupimus[& ab ipſis in
cuſtodientẽ ea cuſtodiendũ potẽtes] .i.ex eloquijs ſcripturarũ validi ac potẽtes in cuſtodiẽdũ
cuſtodientẽ ea.i.ad cuſtodiendũ, cõmendandũ & iuſtificandũ illũ,ꝗ ita fideliter cuſtodit ſcri
pturas & implet eas,iuxta q̃d ait ſaluator:Bt̃i ꝗ audiũt ꝟbũ dei,& cuſtodiũt illud. ¶ Conſequẽ Lucæ 11
ter Theologus tangit aliqua abſoluta & coĩa ſeu eſſentialia in diuinis[vnita quidẽ totius diui
nitatis ſunt].i.coĩa cũctis diuinis ꝑſonis[vt in theologicis characteribus,] .i. in lib. de diuinis Diuinitatis
characteribus[per plura ex eloquijs oſtendimus].i.ꝑ diuerſa teſtimonia ſcripturarũ ꝓbauimꝰ cõmunia
Quę diuina noĩa ſunt[ſupbonũ,ſupdeũ,ſupeſſentiale,ſupuiuẽs,ſupſapiẽs, & quæcũꝙ ſupemi
nentis ſunt ablationis] .i. q̃ deo attribuunt̃ ꝑ oĩm ablationẽ ſeu abnegationẽ ab eo, & tñ ſupe
minentiã in deo deſignãt,vt ineffabilis,incõprehẽſibilis,incircũſcriptibilis, & cõſimilia multa.
[cũ ꝗbus & cauſalia oĩa,optimũ,bonũ,ON,viuentiũ parẽs,ſapiẽs].i.cũ illis noĩbus ſupeminẽ
tis ablatiõis,cõputant̃ & iſta cauſalia.i. quę deo ꝑ cauſam ſeu rõne cauſalitatis & ꝓductiõis ad
extra attribuũt̃,vt bonũ,& optimũ,& principium cauſale viuentiũ,& ꝙ ſit oĩm parẽs & pr̃ per
creationẽ. Veruntñ qũo deo cõueniant iſta ꝑ cauſam, & an ſolũ ꝑ cauſam,infra tractabit̃.[& q̃
cunqꝫ ex optimis ſuis denoĩationibus oĩ bonorũ cã denoĩnant̃] .i. vniuerſa quæ noĩa ſortiũt̃
ex denoĩatiõibus ſuis optimis.i. à prę̃ſtãtioribus ꝓprietatibus,à ꝗbꝰ fieri ſolẽt denoĩatiões, &
noĩa ipſa imponi,& hoc in oĩ cã bonorũ,quę ꝓprie dicũt̃ cauſam habere. Mala namqꝫ potius
LL ij hñt

Ca. II.

hn̄t cauſam defectiuā q̄ effectiuā, vt infra 4. patebit capit. hoc eſt, q̊d quęcunq; dicunt perfectionem ſimpliciter, hoc eſt, abſolute, ſic ꝙ abſolute ſimpliciterq; loquēdo, melius eſt ea ineſſe & habere, q̄ deeſſe, vt q nec materiā nec imperfectionē includunt: hęc cōueniunt deo ſimpliciter cuilibet perſonę diuinæ, q̊d & Anſelmus teſtat. ¶ Deiñ ponunt q̄dā noīa reſpectiua & propria in diuinis. [Diſcreta aūt ſunt pr̄is, ſupereſſentiale nomē & res & filij & ſpūs ſcti]. i. nomē pr̄is ſupeſſentiale & ipſa paternitas, noīa q̊q; perſonalia filij ac ſpūs ſcti & relationes eoꝝ ſunt diſcreta. i. propria certis pſonis [nulla in his reciprocatione aut oīno coītate introducta] hoc eſt, ſcd̄m q̊d noīa iſta in diuinis ſumunt proprie, relatiue, ſine determinatione ſeu adiectione, p q̄s fiant coīa, vt cum dr̄: Pater nr̄ q es in cœlis, pōt hoc nomē pr̄, pro tota ſuſcipi trinitate, q eſt vnus creator, & rōne creationis ac alijs cauſis vnus oīm pater, iuxta illud Iſaiæ: Tu dn̄e pater nr̄, redemptor noſter, à ſclo nomen tuum. In Iob q̊q; dr̄: Pater mi, ne deſinas ab hoīe iniqtatis, q addit ſuper pctā ſua blaſphemiā. [Eſt aūt tm̄ ab his diſcretum ipſa ſcd̄m nos perfectiſſima & immutabilis ſubſiſtentia Ieſu, & q̄cunq; ſcd̄m nos ipſam ſunt humanitatis eſſentialia myſteria]. i. à pdictis excipit q̊d de pſona vnigeniti dei creditur, qm̄ rōne incarnationis quędā dicūt de filio tm̄. Itaq; ait: Eſt aūt tm̄ ab his diſcretū. i. ā pdictis ſolum excipit, & qd diſcretum eſt. i. diſtīctū ipſa ſubſiſtentia. i. perſona Ieſu ſcd̄m nos. i. ſcd̄m aſſumptā nr̄am naturā, rōne cuiualiſqua ſibi ſunt propria, q̊d nō fuit ab æterno, quę ſubſiſtentia Ieſu ſcd̄m propriā ſuā naturā perfectiſſ. immutabiliſq; conſiſtit. & quęcunq; myſteria humanitatis eſſentialia. i. naturā vtrāq; concernentia, q̄ in Chriſto immediate coniuncta eſt in vnitate perſonæ, & non immediate, ſcd̄m accidentalia, ſc; q̊ ad inhabitationē per gratiā, vt dixerunt quidā hęretici. Vel ideo dicit myſteria eſſentialia qa in eſſentialibus humanitatis fctā eſt incarnatio illa & vnio humanitatis cum v̄bo, q̊d ſimul in inſtanti aſſumpſit aīam & carnē counitas: nō ꝙ cōiunctio aīæ Chr̄i & corporis ſui ad inuicē pręceſſerit tpe aſſumptionē vtriuſq; à v̄bo æterno: imo eodē inſtanti creata eſt aīa Chr̄i eiuſq; caro formata & organizata, & ambæ ſimul immediate coniunctæ ſunt ad conſtitutionē veræ humanitatis, atq; humanitas illa à v̄bo aſſumpta. [Oportet aūt vt arbitror, magis recipientes nos perfectiſſimū diuinæ & vnitatis & diſcretionis exponere modum]. i. neceſſe eſt nos recipientes fidem hanc ſummę trinitatis incarnationiſq; v̄bi, magis & diffuſius ac pro poſſe clarius exponere modum perfectiſſimū vnitatis diuinę, q̄tum ad abſoluta & eſſentialia, ſcd̄m quę tres perſonæ ſunt vnū & vnus deus, imo & deitas vna, & ipſa ſumme ſimplex vna diuina eſſentia, prout primo lib. affirmat & probat Magiſter Senten. [vtrunq; nobis bn̄ conſpiciens omni ingenita eſt ratio] hoc eſt, ratio. i. intellectus bene conſpiciens nobis. i. ad noſtrā ſalutē recte conſiderans vtrunq;, vc; & vnitatem in eſſentia, & diſtinctionem in perſonis, eſſe in diuinis, ingenita eſt. i. innata omni homini. Veruntamen ratio naturalis iſtud non conſpicit lumine naturali duntaxat, ſed adiuta lumine fidei & informatione ſciripturæ. [varium quidem omne & non manifeſtum relinquens.]. i. rō relinquens omne iſtud varium. i. varijs modis intelligibile, & non manifeſtum cognitione euidentiæ, q̄uis certum ſit certitudine adherētię. [* Diſcreto viro & manifeſte & bn̄ ordinate propria ſcd̄m virtutē conſiderans.]. i. rō in viro fideli conſiderans manifeſte & bn̄ ordinate ſcd̄m virtutem. i. pro poſſe propria perſonaꝝ, q̄uis ea comprehendere nequeat. Alia autem q̄ñq; intelligi poſſunt tam de deo abſolute accepto, q̄ de eo perſonaliter ſumpto, vt cum dicitur: Deus pater vniuerſa creauit. [Vocant enim quod quidē & in alijs dexteram noſtræ theologicæ traditionis ſacri doctores imitantes certe diuinas ſuperarcane & & ſuperincognitę vnitates occultas & irremiabiles ſupercollocatiōes]. i. doctores ſacri vocāt vnitates diuinas. i. vniōes perſonaꝝ & cōuenientias eaꝝ in eſſentialib⁹ & abſolutis ſupcollocationes occultas & irremiabiles. i. excellētias ipſaꝝ altiſſimas, ſecretas, & incomprehenſibiles, atq; incommutabiles & inconfuſibiles, quæ excellētiæ ſunt cōmunes tribus ſuperadorādis & & ſuperuiuis perſonis, quæ per excellētias illas incomparabiles & immēſas ſuperlocātur in infinitum oībus rebus dignitate magis q̄ loco, quę vnitates diuinę ſunt ſuperarcanę & ſuperincognitæ. i. oīno ac infinite incōprehenſibiles. Iſtud q̊q; & ſimilia his faciūt ſancti doctores in alijs paſſibus atq; materijs, in quibus excellentiā dei in varijs attributis & perfectionibus eius commendāt, imitātes quidem]. i. certe dextrā. i. directiōem & oſtēſionem ac virtutem traditionis noſtræ theologicæ. i. infirmatiōis ſacræ ſcripturæ. [Diſcretiōes v̄o optimas diuinitatis & proceſſiōes & manifeſtatiōes, vt aiunt ſacra eloquia ſectātes]. i. theologi ſectātes diſcretiōes optimas diuinitatis. i. diuinaꝝ pſonaꝝ diſtinctiōes, put docēt ſcripturę & pceſſus eaꝝ ad intra vel ad extra, & manifeſtatiōes. i. apparitiōes, oñſiones ac opatiōes, p q̄s manifeſtata eſt mētib⁹ creatis perſonarum diſtinctio. [& dictæ vnitatis propria]. i. ſectātes etiā propria deitatis, quę ſunt indiuiſibilitas, imultiplicabilitas & cōmunicatio eius [& iteꝝ diſcretiōis eſſe quaſdā ſpeciales & vnitates

Perſōis in diuinis pro p̄ria.

Matth. 6

Iſaiæ 63.

Iob 34

Diuinitatis vnio atq; diſcretio

lib. 1. Sent. diſtin. 9 §. Nunc ad.

* Bn̄ diſcrete vero.



.i. velut ẽẽntia ſup omnẽ formã ſpeciẽq; decora,& cauſa oĩs ẽẽntiæ citra ſe[incõtaminatas ſupegrediẽs.].i.mẽtes puras & ſanctas in immẽſum traſcẽdẽs in oĩ puritate & ſctitate[& ſuperessentialiter omni eſſentia remota]ac ſuper omne genus & ordinem illuminate ab omni creata eſſẽtia ſeparatus,& per exceſſum perfectionis incomparabiliter diſtans[tota principia & ordines deſtinans]id eſt,in præordinatione ſapientiæ ſuæ vniuerſa rerum principia cauſalia, ſubſtantialia,integralia,intrinſeca & extrinſeca inſtituens,determinans & præfigens,quando & qbus & qualiter & vbi ſint tribuenda[& omni principio & ordini ſupercollocata]id eſt,omnibus illis ſublimior interminatæ.[Et menſura eſt eorum quæ ſunt]id eſt,metrum & regula vniuerſorum ſequentium,quomodo in omni genere primum,dicitur menſura ſecundorum:quoniam per acceſſum & receſſum ad ipſum & ab ipſo,attenditur & cognoſcitur ipſorũ perfectio & imperfectio,ſic & menſura[& ſeculorum & ſuper ſecula & ante ſecula] Nam eius æternitas cauſat,determinat, finit, certificat ſecula cuncta [plena indigentibus] quia ex indigentia,paupertate,anguſtia,coartatione creaturarum,eius plenitudo,opulentia, immenſitas & libertas nullã penitus ſuſtinet detrimentum[ſuper plena in multitudinibus]quæ eius plenitudinem exhaurire nullatenus queunt. Imó quo plura ſunt,eo plenitudinem opulentiæ ſuæ in ipſis euidentius manifeſtat,glorioſiusq; declarat cum vult:comparatione quoq; illorum clarius emicat, & euidentius innoteſcit[archana,ineffabilis,ſuper animum,ſuper vitam,ſuper eſſentiam]iſta iam ſæpe expoſita ſunt,& plixitas eſt vitẽda,faſtidiumq; ex nimia eorũ reiteratione,quamuis hi ſancti & feruidiſſimi patres Hierotheus ac Dionyſius,ex ſuperabũdanti affectu & admiratiõe ſint taliter locuti[ſupernaturaliter habet & ſupernaturale]Quid hoc mirũ,quod vniuerſitatis creator & omnium inſtitutor naturarum,ſupnaturaliter habet ſupnaturale. Etenim quicquid in ſe eſt & habet,eſt quid increatum & infinitum,incomparabiliter maius ac dignius omni ente creato. Et hoc habet ſupernaturaliter,id eſt,ſuper omnem modum ordinemq; naturæ creatæ:qa indepẽdẽter,æternaliter,infinite, ſimpliciſſime, ſic quod in ipſo penitus idem ſunt, habens,& id quod habet,ac ipſa habitio:agens,vis agendi,& actio:quod in nulla ita eſt creatura. Sic quoq; intelligendum quod ſequitur:[ſupereſſentialiter ſupereſſentiale]Deitas quippe & omne attributum ipſius,eſt quid ſupereſſentiale:& omne hoc ſupereſſentialiter eſt in deo, & ſupereſſentialiter habetur & poſſidetur ab eo,eſtq; ipſemet illa poſſeſſio. Iuxta quem modũ teſte Boethio æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul perfecta poſſeſſio.[Vnde quoniam quidem & vſq; naturam pro humanitate venit] id eſt,pro ſaluatione generis humani deſcendit per incarnationis myſterium vſq; ad naturæ humanæ aſſumptionem[& vere eſſentiata eſt]id eſt, humanitati vnita[& vir ſuper deus creatus eſt]id eſt,verus deus,qui eſt ſuper deus,id eſt, incomprehẽſibiliter excellentius deus quam intelligere poſſumus,creatus eſt vir,id eſt,naturam humanam aſſumpſit in ſexu virili. ¶ Iſte modus loquendi,modo reſolutus eſt ad terminos aptiores. Porro ſancti intenti excellentiæ rei,magis aſpexerunt ad rem quam ad proprietatem ſermonis:quod poſteriores theologi propter importunitates inſtantiarum hereticarum vitarunt. Itaq; quod hic dicitur deitas deſcendiſſe & eſſentiata ſeu incarnata,exponendum eſt per concreta:vt ſit ſenſus quod deus ſeu vnigenitus dei venit & incarnatus eſt,nec proprie dicitur quod deus creatus ſit homo aut vir,nec concedendum ſimpliciter quod Chriſtus ſit creatura,ne videamur Arrianis fauere. Sed in his conſimilibusq; ſermonibus addenda eſt determinatio aliqua,dicendo quod Chriſtus ſecundum quod homo,eſt creatus ſeu creatura,& ſic deus creatus eſt vir.[Propitiatio autem ſit à nobis ſuper animum & ſuper rationem laudanda]id eſt,ipſa dei infinita benignitas,& tanta miſeratio eius ſuper nos,ita à nobis laudanda eſt,quod ipſa excedit omnẽ animũ, id eſt,mentem & rationem:tum,quoniam in ſe eſt immenſa & incomprehẽſibilis:tum, quia in ſuo effectu omnem capacitatem noſtræ conſiderationis excedit[etſi his habentur ſupernaturale & ſupereſſentiale]id eſt,quamuis ex his pateat,quantum ad quia eſt,quod deus ſit ſupernaturalis & ſupereſſentialis. Non ſolum ipſa immutabiliter nobis & inconfuſe communicauit] id eſt,deus naturam aſſumendo noſtram,& inter homines cõuerſando, communicauit nobis ſine ſuæ deitatis mutatione & confuſione[nihil perpeſſa]quia deitas ſemper impaſſibilis manſit[inſuper plenitudinem ſuam ab ineffabili nouitate]id eſt, immenſitatem perfectiõis ac opulentiæ ſuæ,ab ineffabili nouitate,id eſt,ab exordio incarnationis ſuæ,nobis,ſupple, communicauit ad cognoſcendum per myſteria verbi & per beneficia gratiæ præ ſolito copioſa.[Sed quia & hoc oĩm nouorũ maximũ nouũ in naturalibus noſtris ſupernaturalis erat]hoc eſt iſtud fuit inter oĩa noua & añ inuiſa nec prius pacta maximũ excellẽtiſſimũ & incõprehẽſibiliſſimũ nouum, quod

Boethius. Aeternitas quid.

Baruch.3.



quod ſcilicet deus exiſtens in noſtris naturalibus,id eſt,corpore hũano,mortali,paſſibili & anima rationali,naturalibus paſſionibus ſeu potius propaſſionibus qualificata ac ſubdita & cæteris indetrahibilibus defectibus erat ſupernaturalis,id eſt,in ſeipſa mãſit in proprietatibus & attributis diuinis immutatus,& ſupernaturalia multa per Chriſti humanitatem exercẽs,quæ ad verbum æternum ſe habuit tanquam inſtrumẽtum animatum coniunctum ac proprium,quẽadmodum corpus noſtrum comparatur ad propriam animam. De quo maximo nouo Ieremias prædixit:Nouum faciet dominus ſuper terram,mulier circundabit virum [in quibus iuxta eſſentiam ſupereſſentialis]id eſt,in quibus naturalibus noſtris filius dei ſecundum eſſentiã ſuæ deitatis ſupereſſentialis conſiſtens[omnia noſtra ex nobis propter nos ſuperans]id ẽ,cunctas aduerſitates,tentationes,afflictiones,quæ nobis iuſte contingunt,& quæ ex nobis,id eſt,ex hominibus Chriſto illatæ ſunt,iuxta illud Iſaiæ:Nos reputauimus eum quaſi leproſum & percuſſum à deo,ſuperans,id eſt,per patientiam vincens,ſecũdum illud Ieremiæ:Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Et Iſaias:Quaſi ouis,inquit,ad occiſionem ductus eſt,& quaſi agnus coram tondẽte obmutuit. Propter nos,id eſt,ob noſtram ſalutem,ſicut in euangelio dixit:Animam meam pono pro ouibus meis. Itemq;:Venit hominis filius quærere & ſaluum facere quod perierat. Senſum huius difficilis intricatiq; loci alia tranſlatio recentior & clarior,imó & aliarum frequenter quaſi expoſitoria,euidentius ſic expreſſit:In his quoq; illius excellens & ſuperſubſtantiale eminet,non modo qua parte immutabiliter nobis atq; inconfuſe communicat,nihil in exhuberanti ſua plenitudine ex ineffabili perpeſſus:verum quod eſt nouitatum omnium ſupereminens nouitas,in naturalibus noſtris ſuper naturam erat in his, quę ſunt nr̃æ ſubſtãtiæ ſubſtãtialis,nr̃a oĩa ex nobis & ſupra nos excellẽter habẽs[Hoc quidẽ ſufficienter in rationis autẽ ſpeculationem proueniamus]id eſt,redeamus nunc in ſpeculatiõem ad conſiderationem rationis inceptam. Vnde alia habet tranſlatio:Iam vnde cœpit recurrat oratio, id eſt ſermo[communia & vnita diſcretionis diuinæ nomina ſecundum quod nobis poſſibile,replicãtes]id eſt,reuoluentes & denuo perpendentes,quantum nobis ẽ poſſibile, nomina communia,id eſt,abſoluta, cunctis perſonis ac deitati indifferenter conuenientia. Nomina quoq; vnita, id eſt, perſonis competentia,quo ad ea in quibus vniuntur & vnum ſunt. ¶ [Et vt aperte deinceps de omnibus prædiffiniamus]id eſt,vt cõſequenter de ſingulis his determinemus[diſcretionem diuinam dicimus,vt dictum eſt,pulchras diuinitatis proceſſiones]hoc eſt, principia emanationum dei ad extra,ſecundum quas dicitur deus quodammodo multiplicari,& à rebus diſcretus,id eſt,diſtinctus decernitur,illa quoq; principia quamuis realiter idem ſint, ratione tamen diſtincta cenſentur. De diſtinctione autem perſonarum penes emanationes ad intra & relatiuas proprietates,dictum eſt paulo ante. At vero proceſſiones dei ad extra,intelligi poſſunt vel ipſę bonitates creatæ, ſeu dona & beneficia à deo procedentia,quæ non ſunt idem in re cum diſcretione quæ eſt in deo:vel ipſæ collationes ſeu diſtributiones actiuæ & effluxiuę donorum illorum,quæ emanationes penes terminos ſuos atq; effectus ſecundum rationem tantum poſſunt diſtingui. Et iuxta hæc intelligenda ſunt,quæ hic & alibi ſcripta ſunt aliqualiter intricate.[Donans enim omnibus quæ ſunt & ſupereminens omnium bonorum participationes]id eſt,deus tribuens vniuerſis quæ ſunt,participationes bonorum omnium,& ſupereminens omnibus illis[vnite quidem diſcernitur]id eſt,cognoſcitur eſſe vnus & indiuiſus in ſe[plurificatur vero ſingulariter]id eſt,ſic in ſuis plurificatur effectibus, quod tamen in ſe vere & eſſentialiter permanet vnus & indiuiſus,& de ſe & ex ſe maxime hic, hoc eſt, indiuiduus & ſingularis,ſecundum quoſdam:imó ſecundum Henricum,deus in ſe eſt ſingularitas quædam. Aliis tamen apparet,etiam Magiſtro primo libro,quod ſingulare non competit proprie in diuinis,cum deitas ſeu diuina eſſentia communicabilis ſit,imó æternaliter communicatur patri, filio & ſpirituiſancto,& toti ſuperuiuentiſſimæ trinitati communis [& multiplicatur ex vno inremeabiliter]id eſt,ex ſua propria vnitate ac vnica poteſtate procedit in multos effectus inreceſſibiliter,ita quod à ſe & à ſua vnitate nuſquam & nunquam recedit nec deficit. Hinc alia litera cõtinet, Nuſquã decedẽdo:talia,irregreſſibiliter:talia,*inegreſſiue[vt *ON quoniam eſt deus ſupereſſentialiter]hoc eſt,vtputa quia ſibi competit ſupereſſentialiter,ſuperexcellentiſſime & prorſus incommiſcibiliter & multiplicaciter eſſe[donat autem eſſe his quæ ſunt & adducit totis eſſentias]vel vt alij habent,totas eſſentias,quia in creatione nihil ſupponitur,idcirco nõ formæ tantum,ſed & materiæ cauſa eſt[multiplicari dicitur vnum ON illud illud ex ſe] id eſt, propria cauſalitate & fœcunditate in ſuis effectibus. Ideo additur:[adductione multorum exiſtentiũ quidẽ ente nihil minus illo & vno].i.ipſo deo nihilominus exiſtẽte & remanẽte in ſe vno. Sicq; vno[multiplicato & adunato].i.in ſuis cauſatis plurificato & adunato,quia in oĩbus

Ieremiæ.31.

Iſaiæ.53.

Ieremię.11.

Iſaiæ.53.

Iohan.10.

Lucæ.19.

Hucuſq; ex ṽbis S. Hierothei.

Diuina diſcretio quid.

Deũ manere vnũ quis multa producat.

Hen. Gan. Fec. Luzo

*inegreſſe.

*quia ON eſt deus.

Ca. II vnum eſt,& ad vnum per rationem reducitur[iuxta proceſſionem]id eſt, ſecundum quod in- D
fluendo in plura procedit [& plenum in diſcretione].i.perfectum in rerum diſtinctione, &
plenus in quolibet ente[omnibus eſſendo quæ ſunt ] id eſt, exiſtendo in ſe ex infinita exhu-
berantia ſui,eſt cæteris omnibus cauſa ratioq; eſſendi, & ita eſt non ſolum ſibiipſi, & ad beati-
Eccleſia. 6. tudinem ſuam,ſed alijs quoq;,ſicut in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt:Fili,ſi ſapiens fueris tibi,& pro
ximis ſapiens eris[ſupereſſentialiter remotum]id eſt,ab omnibus ſeparatum[& potenti toto-
rũ proceſſione]id eſt,in vigoroſa emanatione entium totalium ſeu integrorum ab ipſo [& nõ
minorata fuſione] id eſt, non minus conferenti quam competit rebus pro tunc[in diminuto-
rum ſui traditione]id eſt,in communicatione donorum ſuorum minore. Nãq; quamuis ſint
in vno maiora,in alio minora,in vnoquoq; tamen largitur largiflue ſecundum gradum natu-
ræ illius. Vel in diminutorum, vna eſt dictio, & ſit ſenſus, fuſione non minorata traditionum
ſui,id eſt,donorum ſuorum,in quibus tribuit interdum ſeipſum,non diminutorum,qui dat o-
Iacobi. 1. mnibus affluenter.[Sed & vnum ON,& oĩni parti & toti& vni & multitudini ab vno tradẽs]
id eſt,deus tradens,id eſt,dona impendens ab vno,id eſt,à ſeipſo,ſeu propria pietate & amore
tam totis quam partibus,& vni,quod eſt principium multitudinis omni multitudini ipſi,cum
& ipſe ſit vnum[vnum eſt eodem modo ſupereſſentialiter]id eſt,inuariabiliter habens ſe[neq;
pars ON multitudinis,neq; ex partibus totum,&ſic neque vnum eſt,neque vnum habet]id eſt,
non eſt vnum contentum in aliquo genere,neq; per modum comprehenſibilem nobis,nec ha
bet vnum tanquam partem ſui.[Longe autem his ineſt ſuper vnum]id eſt,in rebus creatis val
de diſſimiliter eſt primum ens,quod non ſolum eſt vnum,ſed etiam ſuper vnum,id eſt,incom- E
prehenſibiliter & ſuperſimpliciſſime vnum,ſicut nõ ſolum eſt ens,ſed item ſuper ens[& ab his
quæ ſunt vnum]id eſt,à rebus creatis quæ ſunt vnum contentum in ordine vniuerſi,& per ſe
vel reductiue in genere[& multitudo impartibilis ſine plenitudine ſuperplenitudo]id eſt,ple-
nitudo impartibilis,quæ non poteſt diuidi in partes quantitatiuas aut integrales,nec conſtitu-
tiuas aut eſſentiales,quæ ſuperplenitudo,id eſt,incomparabiliter & ſupereſſentialiter plenitu-
do ſine plenitudine limitata menſurata[& omne vnum & multitudinem]eſt[adducẽs] id eſt,
cauſans[& perficiens & conſtituens. ¶Iterum ex ſe deificatio ſecundum virtutem vniuſcuiuſ-
que deiformi deorum multorum factorum videtur quidem eſſe,& dicitur dei vnius diſcretio
& multiplicatio]id eſt,diſcretio vnius dei,ſcilicet diſtinctio dei,qui in ſeipſo ẽ vnus & ſimplex
& multiplicatio eius in ſuis effectibus,videtur facta ſeu accepta , proportionabiliter deificatiõe
deiformi deorum multorum,ſecundum virtutem vniuſcuiuſq; illorum ex deo:quia ſecundũ
hoc dicuntur multi dij,ſecundum quod aſſimilationem veri dei participant. Hinc alia tranſla-
Deos multos dici participatione dei vnius. tio habet ſic:Rurſus,cum ex ipſius deificentia dum ſinguli imaginem dei in ſe nitũtur exprime
re,multi fiunt dij[eſt vero nihil minus principalis deus&ſuper deus ſupereſſentialiter vnus]id
eſt,nihilominus eſt verus vnus,ſummus principaliſq; deus,qui dicitur ſuperdeus,vt modo ex
poſitum eſt[deus impartibilis]id eſt,indiuiſibilis[impartibilibus vnus] id eſt, indiuiſibilibus
ac ſimplicibus vt angelis coniunctus gratioſe & glorioſe[ſibimetipſi & multis incommixtus] F
Cum enim in ſua natura ſit ſuperſimpliciſſimus,& omnino immaterialis inuariabiliſq; eſſen-
tia,& purus ac ſeparatiſſimus actus,nulli eſt commiſcibilis neq; permixtus. Idcirco in libro de
Lib. Cauſa. Cauſis dicitur ac probatur:Cauſa prima regit res oĩes præter quam quod commiſceatur eis
Hic liquet [& nõ multiplicatus]per plurificationem ſuæ veræ ac propriæ deitatis. [Et hoc ſupernatura-
hũc S. Dio. liter intelligens communis noſter Magiſter]videlicet Paulus,ſupernaturaliter à deo illumina
fuiſſe quẽ S. Paul⁹ cõ tus[& in diuinam illuminationem manuductor]id eſt, conuerſor noſter ad fidem,& deinde
uerterat vt dicũt Acta apoſtolo. nos inſtruens,diſponens & manuducens ad illuminationem præclaram & contemplationem
ſublimem[multus in diuina]id eſt,copioſus in ſcripturis & ad contemplandum ac penetran-
dum diuina præcipuus[lumen mũdi hoc ait diuinitus in ſacris ſuis literis]id eſt,in vna epiſto-
1. Cor. 8. larum ſuarum ad Corinthios,ſcilicet:[Nam &ſi ſunt qui dicãtur dij,ſiue in cœlo,ſiue in terra]
id eſt,quamuis ſint quidam qui dij vocãtur,tam in cœlo quam in terra,hoc eſt,à cœleſtibus ci-
Exod. 20. uibus ac terrenis. Aliqui quoq; habitantes in cœlo,dij appellantur,& quidam in terra degen-
Ibidem. tes. Nempe de hominibus præſidentibus atq; iudicibus in Exodo legitur:Dijs nõ detrahes. Et
Pſal. 81. Iohan. 10. rurſus:Seruus applicabitur ad deos. De hominib⁹ autem diuinis in Pſalmo:Ego dixi,dij eſtis.
Pſalmo. 81. Et,Deus ſtetit in ſynagoga deorum. [Siquidem ſunt dij multi & domini multi] per participa-
tionem & autoritatem commiſſam ac coartatam,gentiles quoq; colũt plures deos [ſed nobis
vnus deus pater,ex quo omnia,& nos in ipſum]id eſt,nos Chriſtiani & veri deicolæ,habemus
& colimus vnum verum deum patrẽ,cui quotidie dicimus:Pater noſter qui es in cœlis. Quod
Matt. 6. Lucæ. 11. etiam de perſona patris ſpecialiter accipi poteſt,ex quo tãquam ex cauſa efficiẽti ſunt cũcta cre-
ata,&



A ata,& nos in ipſum ordinamur ac tendimus,reductiq; ſumus[& vnus domin⁹ Ieſus Chriſtus]
qui etiam eſt deus,nec tamen pater & Chriſtus ſunt duo dij,duo ve domini, cum in vtroq; ſit
deitas vna ac indiuiſa poteſtas[per quem oĩa & nos per ipſum]quaſi per cauſam formalem, Iohan. 1.
formantem,exemplarem:Oĩa enim per ipſum facta ſunt. [Etenim in diuinis vnitates diſcre-
tionum potentantur]id eſt,vnitates ſeu vniones in diuinis,ſunt potẽtiores diſcretiõibus. Græ-
ci quippe genitiuo pro ablatiuo frequenter vtuntur. Vnitates autem dicuntur hic perfectiões
& bonitates ſeu attributa diuinæ naturæ,præſertim quæ per apparitiõem vocantur principia
emanationum ad extra:vt bonitas,ſapientia,potentia:quæ oĩa in deo ſunt vnũ,& in ipſo vni
ri dicuntur. Sed ꝙ ex diuerſis creatis cognoſcitur eſſe vnitim in deo hæ vnitates, potentiores
ſunt diſcretionibus,id eſt,participatiõibus & diſtinctis earum effectibus,per quos & ex quorũ
conſideratiõe illæ vnitates diſtingui dicũtur ſecũdum ratiõem,vnde per diſcretiões quidam in
telligũt ipſas diſtinctiões,quibus vnitates ſunt potiores,qa ſecũdum rem vnum,diſtinctio ve-
ro ſolũ eſt ſecundum ratiõem[& anteprincipãtur] qa priores atq; ex parte rei,diſcretiones aũt
ex parte ratiõis. Hinc alia trãſlatio planius habet,In diuinis cõiunctiões diſcretiõibus excellũt,
&c,[& nihilominus ſunt vnitiua].i.nõ obſtãte huiuſmodi diſtinctiõe,manet in deo ipſa vni-
tio,& attributa quæ idẽtificatur in re[etiam poſt vnius irremeabilem & ſingularem diſcretio-
nem].i.poſt diſcretiõem & multiplicationẽ increati vnius in ſuis effectibus,irremeabilẽ & ſin-
gularem,id eſt,inegreſſibilem ac ſimpliciſſimam,quoniam vnum illud primum altiſſimum,ſic
in effectibus ſuis ſic multiplicatur,ꝙ tamen in ſeipſo & in ſua eſſentia puriſſime & inuiolabili-
ter manet irreceſſibile à ſeipſo ac propria vnitate. [Has nos ſocias & vnitas totius diuinitatis
B diſcretiones ſiue decoras proceſſiones]& appellationes dei per earum reſpectum & compara-
tionem ad emanationes ad extra[ex manifeſtantibus eas in eloquijs diuinis nominibus lauda-
re ſecundum quod]nobis[poſſibile eſt,tẽtabimus]id eſt,conabimur laudare,id eſt,per modũ
laudis deſcribere iſtas dei nominatiões & proceſſus ad extra,imo deũ ſub eis,prout poterimus
ex nominibus diuinis manifeſtãtibus eas nobis in ſcripturis. Quæ proceſſiões ex parte cauſæ
ac fontis,ſunt ſociæ & vnitæ,qa ex vno principio fluũt,ſuntq; communes toti diuinitati,vt pu-
ta tribus perſonis ſuperdigniſſimis. [Hoc vt dictum eſt,præcognito,omnẽ beneficam dei no-
minationem]id eſt,omne nomen dei abſolutum,impoſitum ab emanatiõe dei ad extra,pia &
benefactiua,ſeu illam deſignans[in quacunq; ponitur diuinarum† perſonarum]id eſt,cuicũq; † ſubſtãtiarum.
diuinæ increatæ perſonæ aſſcribatur[in tota eam recipere *vniuerſitatem]id eſt,ipſum cõueni * diuia vniuerſitate.
re tam deo eſſentialiter ſumpto,& cuilibet adorãdæ perſonæ. Quod etiam verum eſt de nomi
nibus ſignificantibus relatiõem ad extra,quæ nõ ſunt reales,ſed tãtum ratiõis in deo, vt domi-
nus,rex,creator &c. [inobſeruate]id eſt,communiter ſeu indiſtincte.

¶Capituli huius ſecundi tranſlatio alia clarior.

IPſa per ſe bonitas à ſacris celebratur tãquam definiẽs atq; exprimẽs totam deitatis ſupre-
mæ ſubſtantiam,qcquid tandem exiſtit. Quid enim aliud ex ſacra theologia diſcere licet,
quãdo ſupernum ipſum deum ait exponẽdo dixiſſet Quid me interrogas de bono? Nul-
lus bonus niſi ſolus deus. Hoc igitur & alibi à nobis diſcuſſum eſt atq; demõſtratum. Oẽs
C ſemper denominatiões deo dignas nõ diuiſim per partes,ſed tota perfecta,integra,plena deita-
te à ſanctis eloquijs celebrari,ipſaſq; oĩes indiuidue abſolute præter oĩem diſcriminis ob-
ſeruãtiam,integra videlicet ratiõe vniuerſæ integritati perfectæ,totiuſq; deitatis attribui. Iam
vero(quemadmodum in theologicis inſtitutiõibus admonuimus) niſi qs hoc de tota deitate
dictum cõfiteatur, ſcindere audet temeritate nefanda vnitatem ipſam ſuperunitam. Dicẽdum Iohan. 10.
igitur de tota deitate hoc accipi oportere:Nempe verbum quoq; ipſum natura bonum:Ego,in Matt. 20.
qt bonus ſum. atq; alijs ex prophetis diuinitus occupatus canit ſpm̃ bonum. Huc tẽdit & illud: Pſal. 142.
Ego ſum q ſum. Niſi de tota dictum deitate conſentiãt,ſed per vnam dũtaxat partẽ circũſcribe Exod. 3.
re annitãtur,quonam modo illud accipiẽt. Hæc ait q eſt,q erat,q vẽturus eſt,q eſt oĩpotens? Itẽ Apoc. 1.
illud:Tu autem idem ipſe es. Nec nõ & illud:Spiritus veritatis q eſt,q̃ à patre procedit Atq ni- Pſal. 101.
ſi totam deitatem eſſe vitam dicãt & viuificam,quoniam modo verum eſt verbũ ſacrũ q̊d ait: Iohan. 15.
Queadmodũ pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ſic & filius quos vult viuificat? Et illud: Spiri- Iohan. 5.
tus eſt q viuificat. Iã vero ꝙ tota deitas habeat oĩm dominatum,perſpicue patet. Nempe de fœ Iohan. 6.
cũda patris deitate, vel deitate filij,nõ facile narratus eſt(vt arbitror) q̃ multis theologiæ locis 2. Cor. 3.
prædicetur dominus de filio pariter atq; patre,ſpiritus quin etiam dominus eſt. Ipſum quoq;
pulchrum atq; ſapiẽs in tota deitate laudatur. Lumẽ præterea, poteſtaſq; deifica ſimiliter atq;
cauſa. Cũcta ſummatim quæ totius deitatis ſupremæ ſunt,ſacræ literæ in vniuerſam deitatem Roma. 11.
referũt celebrãdam. Quæ perſonis diuinis communia ſunt literæ ſacræ aliquãdo ſummatim

Ca.II
Pſal.103. comprehẽdũt,velut quãdo dicitur:Oĩa ſunt ex deo. Aliquãdo diſcurſiõe & quaſi diſtinctiõe D
Iohan.10. quadã,vt qñ dixerit qſpiã:Oĩa per ipſum,atq; in ipſum creata ſunt,& in eo cũcta conſiſtunt.
Iohan.16. Rurſus illud:Emittes ſpiritũ tuũ & creabuntur. Atq; vt ſummatim dicatur. Verbũ ipſum ſup-
Iohan.17. me diuinũ inqt:Ego & pater vnũ ſumus. Et oĩa quæ habet pater mea ſunt. Et qñ ſic patrẽ allo-
quitur:Mea,oĩa tua ſunt,atq; tua ſunt & mea. Præterea quæcũq; patris ſunt,atq; filij, ſpiritui quoq;
ſupremæ diuino cõmunicabiliter vniteq; attribuuntur. Deificas operationes venerationẽ fon
tinã,indeficientẽq; cauſam,optimoꝝ nũerũ diſtributionẽ. Iã vero neminẽ arbitror ex his q in
diuinis eloquijs recta immutabiliq; intelligentia ſunt educati,huic ſententię contradicturũ. qd
videlicet quæcunq; deo digna cenſentur,toti diuinitati inſunt ratiõe diuinitatis abſolutiſſima.
Cũ igitur hæc in præſentia qdẽ breuiter atq; ex parte,alibi vero ſufficienter ſacroꝝ eloqorum
teſtimonio oſtenderimus,atq; diſtinxerimus,deinceps quamcunq; diuinam denominatiõem
integram explicare tentemus:hanc ad totã diuinitatem pertinere putãdum. Si quis autem ob-
iecerit cõfuſionẽ nos hac ratiõe contra diſtinctionẽ diuinitati cõueniẽtem introducere,nos hũc
arbitramur ſe vera dicere,nũquã ꝑſuaſuꝝ. Si eñ is eſt q omnino ſacris literis reſiſtat,à philoſo
phia quoq; noſtra procul admodum aberit. Atqui niſi curæ illi ſit diuina ſanctorum eloquioꝝ
ſapientia,quonam pacto nobis curæ erit ad theologicam ſcientiam hunc adducere? Sin autem
ſacrorum eloquiorum veritatem quaſi ſignum ſpectat,hac & nos regula luceq; freti,ad ratio-
nem noſtram pro viribus contra obiecta reddendam,indeclinabili ſentẽtia iã pergemus. Prin-
cipio dicentes theologiã alia qdẽ vnitæ,alia vero diſcrete nobis tradere. Quare neq; vnita di-
uidere fas eſt,neq; diſcreta confundere. ſed ipſam ſequendo quantum vires ſuppetunt,ad diui- E
nos ſplendores nos conferre expedit. Iã vero nos illinc diuinas explicationes ſuſcipientes,tãq̃
regulã quandã veritatis pulcherrimam, quæ ibi poſita ſunt nobiſipſis cõſeruare ſtudemus: nec
addentes qcquam,nec minuentes,nec etiã permutantes in ſeruandis diuinis eloquijs nos inte-
rim conſeruati,atq; ab ipſis ad conſeruandos eorum obſeruatores corroborati. Cõmunia q-
dẽ toti diuinitati ſunt,quẽadmodũ in theologicis inſtitutionibus latius ex ſacris literis demon
ſtrauimus,ipſum quod dicitur ſuperbonũ,ſuperdeitatẽ,ſupereſſentiã,ſuper vitã,ſuper ſapiẽtiã,
& quæcunq; in excellenti quadã negatiõe cõſiſtunt. Quoꝝ in ordine ſunt etiã quæ ad expreſſi
onẽ cauſæ ꝑtinẽt,ſcilicet bonũ,pulchrũ,ens,viuificũ,ſapiẽs,& quæcũq; nomina ex bñficis ipſius
donis,bonoꝝ oĩm cauſæ tribuũt. Diſcreta vero in diuinitate ſunt ſupeẽntiale patris nomẽ,res-
q; ipſa ꝓprie patris:itẽq; filij,ſpũſq; ſcti. Quippe cũ nulla in his cõuerſio,aut oĩno coĩtas inducat.
Diſcreta ꝓterea eſt ꝑfecta immutabiliſq; Ieſu ſubſtãtia,cũ noſtra natura cõmunicãs,& quęcũq;
ſubſtãtialia myſteria ſunt ad ipſam Ieſu ſubſtãtiã,hũanitatẽq; benigniſſimã ꝑtinẽtia. Operepci
um vero eſt(vt arbitror)vt planius reſumentes,ꝑfectũ diuinæ vnionis diſtinctiõiſq; modum
exponamus,quo ſermo nobis oĩs ſit conſpicuus,veritatẽ qdẽ om̃em obſcuritatẽq; deuitãs. Di-
ſtincte vero & manifeſte,& ordinate ꝓ viribus ꝓpria digerẽs. Theologiæ traditiõis noſtræ p-
ceptores appellãt(vt alibi dixi)vnitates qdẽ diuinas excellẽtes q̃ſdã ipſius plusq̃ ineffabilis &
ſupra modũ incognitæ ſingularitatis ſtabilitatiſve infirmitates,ſecretas penitus nuſq̃ve ꝓdeũ-
tes. Diſcretiões aũt vocãt beneficas ſupremæ diuinitatis ꝓgreſſiones atq; expreſſiones. Iã vero F
elogoꝝ ſacroꝝ obſeruatores tradunt vnionis modo dictæ ꝓpria q̃dã, rurſumq; diſcretiõis ꝓ-
prias q̃ſdã vniones atq; diſcretiões:velut in vniõe diuina,ſiue natura illa eſſentiã ſuperante,cõ-
mune qdẽ eſt vnicæ principaliq; trinitati exiſtentia eſſentiã ſuperans. Deitas diuinitate ſuperi-
or, Bonitas bonitate ꝓſtantior. Itẽ idẽtitas ipſa totius ꝓprietatis oĩa ſuperantis,oĩa ſuperans,v-
nitas quoq; principio ſeminentior. Præterea ineffabile,viciſſimq; multis vocibus prædicabile.
Ignoratio quin etiã,ac viciſſim per omnia intelligibile. Oĩm poſitio,oĩmve negatio. Excellen-
tia quoq; omnẽ poſitionẽ ablationẽq; excedens. Perſonaꝝ ꝓterea rõne principij dominãtium
(ſi dicere ita licet)mãſio in ſe inuicẽ, atq; ſedes integre ſupra modũ vnita,nullaq; ex parte con-
fuſa. Quẽadmodũ lumina lãpadũ,vt ſenſibilibus ꝓprijsq; vtamur exẽplis,in domo vna cũ ſint,
& tota in totis mutuo ſunt,& ſyncera interim exactaq; à ſe inuicẽ diſcretiõe ꝓpria ſecernuntdi
ſcretiõe qdẽ cõiuncta,& viciſſim vniõe inter ſe diſcreta. Qñ in aula eadẽ lãpades accẽſę ſunt plu
res,videmus oĩm lumina ad vnũ aliquod coniũcta lumẽ,vnũq; ſplendorẽ indiuiduũ ꝓferẽtia.
Neq; poſſet(vt arbitror)aliqs lãpadis huius lumẽ ab alijs ex aere cũcta lumina cõtinente ſecer-
nere,& alteꝝ abſq; altero cernere. Quippe cũ tota in totis ſine mixtione ſint inſerta. Iam vero ſi
quis lampadem vnam é medio tollat,lumen quoq; proprium eius totum abeuntem lampadẽ
comitabitur:neq; quicq̃ aliorum luminum ſecum trahens,neq; ex ſuo cæteris aliqd linquens.
Erat enim(vt diximus)illic totoꝝ ad tota exacta quidẽ vnio,nec vllo modo cõmixta,nec vlla
ex parte cõfuſa. Id qdẽ ita ſe habet,quamuis lumen ſit in corpore,aere atq; ex igne materiali de
pendeat.



A pendeat. Vnionem igitur illam eſſentia ſuperiorẽ tranſcendere dicimus,non vniones tñ quæ
fiunt in corpore,ſed eas etiã quę in animis ipſis conficiunt, imo & illas quæ efficiunt in menti
bus. Quas qdẽ tota illa diuina & ſupcœleſtia lumina,ꝓ tota rõne plus q̃ mũdana ſyncere admo
dum poſſident,participatione quadã vnitatis illius oĩbus eminentis,& vnicuiq; ꝓ cuiuſq; mõ
ſeipſam impartientis. Eſt aũt diſcretio apud ſupremã theologiã, nõ ſolum quã mõ dicebã,qa
vz iuxta ipſam vnitatẽ diuina quęlibet ſubſiſtẽtia puram & impermixtã ſuam ſibi ſeruat pro-
prietatem,ſed etiã qm̃ diuina illic gñatio inuicẽ non connectit. Nempe ſupereſſentialis deitatis
fons ſolus eſt pr̃,neq; pr̃ eſt filius,neq; filius eſt pr̃. Sacri igitur hymni ſua vnicuiq; diuinaꝝ ꝑ-
ſonarum pie planeq; conſeruant. Hæc quidẽ ineffabilem vnitatẽ atq; exiſtentiam vniones &
diſcretiones exiſtũt. Si aũt diuina q̃q; diſcretio eſt bñficus vnitatis diuinę progreſſus,ſeipſam
plus q̃ vnitæ bonitate ſua propagantis atq; multiplicantis: vnitæ quidẽ ſunt in diſcretiõe diui-
na traditiones ipſę donoꝝ à rebus penitus abſolute,ſiue eſſentia,ſiue vita,ſeu ſapiã iñ procedat
cęteraq; cauſæ oĩm bonitatis munera. Iuxta quę ex participatiõib' atq; participãtibus celebrãt
quæ participantur,interim nequaq̃ participata. Iã ſane commune vnitũq; eſt & vnum toti pe-
nitus deitati:ipſam vz oẽm totamq; ab vnoq̃q; participante ſumi,atq; à nullo interim vlla ex
parte ꝑcipi:quẽadmodũ circuli centrũ ab oĩbus circũfuſis rectis in circulo lineis, atq; veluti ſi-
gilli figuramenta plurima principalis figuræ participia ſunt, vbi & in ſingulis figurationibus
idẽ totũq; ſigillum eſt,& in nullo vlla ex parte rurſus exiſtit. Supereminet aũt hęc incõicabile
illud deitatis oĩm autoris,propterea ꝙ neq; tactus illius eſt vllus, nec alia q̃uis ad participãtia
ꝑmixta cõio. Obijciet forte quiſpiã ſigillũ, nec idẽ,nec totũ in totis formatiõibus eſſe. Sed ſigil
B lum nõ eſt in cã. Illud nãq; ſe totum idẽq; imprimit vnicuiq;. Differentia ṽo participantiũ diſ-
ſimiles vnius totiuſq; & eiuſdẽ exempalris primi reddit effigies. Si eñ ſubiecta ſint mollia for
matuq; facilia & leuia figuriſq; vacua,neq; reſiſtentia,duraq;,neq; fluxa,rurſus & inconſtãtia;
figuram certe puram & expreſſam ꝑmanſuramq; reportabunt. Si qd ṽo ex his q̃ diximus ꝓpa
ramentis defuerit,defectus eiuſmodi erit in cã,vt & figura minime congruat exemplari,& ob-
ſcura contingat:atq; vt cætera q̃q; accidãt,q̃dcunq; participetionis ineptitudine fiunt. In ipſa
qdẽ opatione diuina erga nos bñfica, munus hoc diſcretũ eſt, q̃d vz ſuperſubſtãtiale dei ṽbũ
ſcd̃m nos,& ex nobis integrã atq; verã aſſumpſit naturam. Item ꝙ geſſit & pertulit q̃tcũq; diui
nitatis ipſius factæ iam humanę,ꝓpria ſunt atq; ꝓcipua. In his eñ pater & ſpũs nullam habue-
re cõionem:niſi forte qs dixerit in bñfica clementiq; voluntate circa aſſumptionẽ eiuſmodi cõ
ſenſiſſe,rurſumq; conueniſſe ſimul in oĩ operatione diuina ineffabili penitus & excelſa, huma-
nam naturã exuperãte,quã geſſit dei ṽbum,ſcd̃m quidẽ nos factum hõ,ſed diuinitate penitus
immutabile. Hac igitur & nos rõne vnire & diſcernere diuina diſcerẽdo ſtudemus, quẽadmo
dum ipſa diuina coniunctaq; ſunt atq; diſcretę. Sed haꝝ vnionum atq; diſcretionũ rões deo
dignas quaſcunq; in diuinis eloquijs inuenimus, in theologicis inſtitutionibus propria ſeor-
ſum de ſingulis diſtinguentes,pro viribus expoſuimus. Alia quidem vera rõne euoluentes &
explicantes, atq; ita ſacrũ tranquillumq; intellectũ ad perſpicua ſacroꝝ eloquiorũ ſpectacula
ꝑducentes. Alijs aũt tanq̃ myſticis ex traditione diuina ſuperintellectualem actionem inten-
C dentes. Diuina eñ oĩa etiã quæ nobis patuerũt ſolis participatiõibus cognoſcunt. Hoc ipſum
ṽo q̃lia in ſeipſis exiſtant,ſcd̃m proprium principiũ atq; ſedẽ ſuper intelligentiã extat, oẽmq;
eſſentiam & notitiam ſupereminet. Veluti ſi ſupereſſentiale illud atq; ſecretũ appellamus deũ
aut vitã aut eſſentiã,velut lumen vel rationẽ atq; ṽbũ, nihil intelligimus aliud, q̃ aliq̃s in nos
ex eo profluentes participationes atq; virtutes,q̃ vz diuini nos aliqd faciãt, vel eſſentiã aut vi
tam aut ſapientiã largiant. Ipſi ṽo ſecretæ naturæ per quandã oĩm intellectualiũ actionũ vo-
cationem penitus abſolutã appropinquamus, nullã iã aſpiciẽtes deificentiã aut vitã aut eſſen-
tiam,q̃ oĩno ſilẽs ſit ipſi oĩm cauſę,cuncta prorſus per oẽm excellentiam ſuperanti. Accepimus
inſuper à ſctĩs eloquijs patrem qdẽ eſſe fontanã,vt ita dixerim,deitatẽ. Filium ṽo ſpiritũq; fœ-
cundę deitatis,ſi mõ ita licet loqui,germina diuinitus pullulantia, & q̃ſi flores & ſuperſubſtan
tialia lumina. Sed qua rõne hæc ſint,nec loqui nec intelligere poſſumus. Hactenus ṽo noſtra
oĩs intellectualis actio ſe extendit, vt vz excogitet omnem patris ipſius ac filij rõnem, ab ipſa
rõne patris filijq; prima oĩbus eminente,& nobis & virtutibus ſupercœleſtibus eſſe tributam.
Ex qua quidẽ intellectus diuinã imaginem præferentes, & dij & deoꝝ filij & deorũ pr̃es fiunt
atq; noĩantur,dum vz id patris filijq; munus ſpiritualiter vbiq; peragitur. i. incorporea, im-
materiali,intelligibili ratione: ipſo interim diuino ſpiritu quicquid intelligibile,immateriale,
diuinum fingitur excellentiſſime ſuperante, ſimiliterq; patre atq; filio ab omni diuino patris
filijque officio eminenter exceptis. Neque enim eſt effectibus ad cauſas ſimilitudo perfecta

Ca.II

ſed hn̄t quidem effectus quas præferre poſſunt imagines cauſarum. Ipſe vero cauſæ ſegregatę ab effectibus in ſe ſuperius extant, ipſa vero ſua rōne principij, atq; (vt exemplis noſtris vtamur) voluptates & dolores efficere quidē dicunt, vt oblectemur atq; doleamus. Ipſa vero neq; lętāt neq; mœrent. Atq; & ignis cū calefaceat, vtraq;, neq; vri tn̄ teq; calefieri dici ſolet. Tum vero ſi quis dixerit ipſam vitam viuere, vel lumen ipſum illuminari, meo qdē iudicio nō recte loquet, niſi forte alia quadam conditione hæc acceperit: qm̄ vero quæ pertinent ad effectus rōne quadā eſſentiali atq; exuberante in cauſis præexiſtunt. Præterea ꝙ inter omnia theologiæ myſteria apparet euidētiſſimum, ꝙ vero Ieſus formatus eſt in natura noſtra diuinitus, ineffabile prorſus eſt omni ſermoni, omniq; ignotum intelligentiæ, ipſi quoq; antiquiſſimorum angelorum primo. Iam vero ꝙ eſſentiā virilē aſſumpſerit, accepimus in myſterijs. Ignoramns aūt quo pacto ex virgineis ſanguinibus lęge quadam non naturali formatus fuerit, & quomodo ſiccis pedibus corporale pondus materięq; grauitatem habentibus, liquidam inſtabilemq; ſubſtantiam perambulauerit, aliaq; perfecerit quodcunq; ſupernaturalem Ieſu naturam rationemq; declarant. Hæc autem & nos alibi ſatis tractauimus. Et inclitus præceptor noſter in theologicis elementis ſupra naturæ modum mirabiliter celebrauit, quæ ipſe vel à theologis ſanctis accepit, vel artificioſa literarum ſacrarum indagatione perſpexit frequenti circa illas exercitatiōe ſtudioq; diuturno, aut etiam diuiniore quadam inſpiratione percepit, nō ſolum diſcens diuina, ſed patiēs, atq; ex quadam ad illa compaſſione (ſi mō ita loqui licet) ad indocibilem ſecretāq; eorum vnionem ac fidem deniq; conſummatus, ſed vt plurimas beataſq; contemplatiōes excellentis ipſius intelligentiæ pauciſſimis afferamus. Hęc de Ieſu in theologicis elementis ſummatim collectis inquit.

Matth. 14. Marci 6. Iohan. 6.

D

E

Ex ſanctiſſimi Hierothei libro elementorum de diuinitate & excellentia Chriſti.

IESV diuinitas, quę oīm cā eſt, & implet oīa, ac partes conſonas vniuerſitati cōſeruat, neq; pars, neq; totū eſt: rurſusq; & pars eſt & totū: vtpote quę partē oēm & omne totū in ſe ipſa cōprehenderit, & eminēter habeat atq; p̄habeat, pfecta qdē eſt in rebus imperfectis: vtpote pfectionis princeps. In rebus vero pfectis impfecta. Quippe tū pfectionē excellentia origineq; p̄cedat. Præterea in rebus carentibus ſpecie ſpecies eſt ſpecifica, tanq̄ principiū ſpeciei. In ſpeciebus aūt ſpecie carēs, vt ſpeciem ſuperās. Eſſentia, quin etiā totis procul à contagione eſſentijs inſidens, atq; ſup eſſentiam extās, ab oī eſſentia penitus abſoluta, vniuerſa principia ordineſq; determinās, & ſup omne principium ordinēq; locata. Menſura entiū eſt, & æuū, atq; ſuper ęuum & an̄ eum. Plena qdē in rebus egenis, in plenis aūt exuberans, ineffabilis, non pronūciabilis, ſup intellectū, ſup vitā, ſup eſſentiā, ſupnaturale munus, ſupernaturaliter habet, ſupeſſētiale ſupeſſentiali etiā rōne. Quā ob rem qn̄ vſq; ad naturā ob ſummā benignitatē venit vereq; ſubſtantiā nrę carnis accepit, ſummuſq; ille deus vir eſt appellatus: ppitia vero ſint quę in p̄ntia intellectū ſermonēq; ſupantia laudant à nobis, tunc q̄q; in his ſupnaturale & ſupeſſentiale munus emicuit: nō ſolū qa immutabilr & incōfuſe nobis coīcauit, nihil in exuberāte ſua plenitudine ab ineffabili exinanitione ppeſſus, ſed etiā qa q̄d nouitatū oīm eſt maxime nouū in naturalibus noſtris ſupnaturalis erat: in his quæ noſtrę ſunt eſſentię, ſup eſſentiā, oīa nr̄a ex nobis & ſup nos poſſidens excellenter. Sed de his ſatis. Ad ipſum ſermonis noſtri ſignū iā pergamus, coīa coniunctaq; diuinę diſcretionis noīa pro viribus tractaturi. ¶ Vt aūt perſpicue de oībus quæ ſequuntur an̄ definiamus, diſcretionem diuinā (vt dictum eſt) appellamus bn̄ficas deitatis proceſſiones. Cum em̄ oībus quæ ſunt, dum eminet bonorum cunctorum cōſortia largiat, vnite qdē diſcernitur, amplificatur aūt vnice, ac dum multiplicat non diſcedit ab vno: puta q̄niam deus eſt ens (vt ita dixerim) ſuperenter. Largit autē eſſe his quæ ſunt oībus, & oēs pducit eſſentias, vnum illud ens multiplicari dr̄ dum entia ex ſe multa producit. Manet ille nihilominus in multiplicatione vnus, & in proceſſione vnitus, & in deſcriptiōe plenus, propterea ꝙ ab oībus entibus ſuperenter ſit abſolutus, & vnico actu producat oīa, atq; indiminuta pfuſiōe indeficientia ipſius munera largiatur. Atqui cum ſit vnū, omniq; parti, toti & vni & multitudini participationem vnius impartiat, vnū pmanet eodem pacto ſupereſſentiali vero rōne. Nec pars eſt multitudinis alicuius, nec aliq̄d ex partibus totū. Sicq; nec vnū eſt, nec vnus particeps, neq; habet vnū, longeq; ab his exiſtit ſup vnū illud q̄d entibus ineſt. Multitudo quin etiā impartibilis, inexplebilis, ſuperplena, omne vnū multitudinēq; pducēs & pficiēs atq; continēs. ¶ Præterea ex deifico dei actu q̄ vnuſqſq; p facultate ſua deiformis euadit, dij plures efficiūt. Qua q̄dem in re videt & dr̄ deus ipſe vnus diſcerni q̄dammō atq; multiplicari. Eſt aūt nihilominus deus ipſe diuinitatis princeps, & diuinitate qualibet eſſentiaq; ſublimior, deus vnus in diſtributis in̄ dijs, nō diſtribut⁹: ſed vnit⁹ ipſe ſibi nec pmixtus mltis, nec in mltiplicatis multiplicat⁹.

Quare deus creādo multa, manet vnus.

Deū omni ente ſuperiorem.

Deos multos dici participatiōe vnius dei

Id ſane



Id ſane mirabiliter contemplatus communis ille noſter præceptoriſq; noſtri dux, q ad diuinā illuminationē nos prouexit, diuinis abundans, & mundi lumen. Hæc in ſanctis literis ſui diuinitus adflatus ait: Siquidē ſunt q dicunt dij vel in cœlo, vel in terra, quēadmodū profecto ſunt dij multi, & dn̄i multi: vnus tn̄ nobis eſt deus pater, ex q̄ omnia, & nos ad ipſum, & vnus dn̄s Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum. In rebus nempe diuinis vniones excedunt diſcretiones atq; ducunt. Nihiloq; minus diuina ſecum ſunt vnita poſt diſcretionē participē vnitatis, & ab ipſo vno minime diſcedentem. Has itaq; nos cōmunes vnitaſq; totius deitatis diſtinctiones, ſiue beneficas ex deo proceſſiones ex diuinis cognomentis declarātibus eas in ſanctis literis, pro viribus celebrare conabimur, qn̄ videlicet hoc (vt alibi dictū eſt) prius diffinierimus. Omnem beneficam appellationem dei de quacunq; diuinarum perſonarū dicatur abſq; vlla diſtinctionis obſeruatione in tota ſimul accipi deitate.

A

Hic ſatis ſi quet hūc librū autorē p ſe ferre Areopagytam.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI II.

PER ſe bonitas laudatur à ſacra ſcriptura, vt conueniens cuilibet diuinarum perſonarum, & eas ab omni exiſtente diſtinguens. Hoc aūt oſtenditur in Luca, vbi ipſe dn̄s ait cuidā: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus niſi ſolus deus. Alibi aūt oſtendimus omnia noīa diuina eſſentialia indifferenter attribui à ſcripturis omnibus perſonis diuinis. Et ſicut cōmemorauimus in lib. de Diuinis characteribus, ſi quis vellet dicere, ꝙ hoc non ſit dictum de tota trinitate, ſed particulariter de aliqua vel aliquibus perſonis. Reſpondemus ei, ꝙ ipſe filius naturaliter bonus dicitur, vt ibi: Ego ſum paſtor bonus. Et in pſalmo: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Similiter ſi quis dixerit q̄d in Exode vna ſola perſona dictum ſit: Ego ſum qui ſum, reuincetur ex hoc q̄d dicitur in Apocal. Qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. Et in Pſalmo: Tu autem idem ipſe es. Et in Iohanne: Spiritus veritatis qui à patre procedit. Item ſi dicatur ꝙ non quælibet perſona diuina eſt vita, quomodo verum erit q̄d dicitur: Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic etiam filius quos vult viuificat? Dominatio autem in multis locis ſcripturę attribuitur patri & filio, ſed & ſpūs ſanctus dominus dicitur. Attribuuntur etiam toti trinitati pulchritudo & ſapientia & lumen & deificatio & cauſalitas rerum. Et generaliter oīa vocabula pure eſſentialia deo conuenientia ſecundum diuinam naruram, attribuuntur omnibus perſonis, quandoq; coniunctim, quandoq; diuiſim. Coniunctim, vt cum dicūtur omnia ex deo eſſe: diuiſim, vt cum dicitur: Ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Et: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Et vt breuiter dicam, quoniam diuinum ait verbum: Ego & pater vnum ſumus. Et: Mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt. Quæcunq; opera ſunt patris & filij, etiam ſpiritui ſancto cōmunicabilr vniteque attribuuntur. Itaq; deificas operationes venerationēq; fontanam indeficientēq; cauſam nullus in ſcripturis excercitatus negabit eſſe trinitati toti communia, niſi habeat peruerſam intentionem. Quum ergo iſta hic quidem breuiter alias ſufficienter tractauerimus, quæcunque nomina diuina eſſentialia inferius tractaturi ſumus, toti trinitati ipſa attribuenda decreuimus Si autem aliquis nos putet per hoc inducere confuſionem in diſtinctione perſonali, reſpondemus ꝙ non poterit hoc oſtendere veraciter. Si autem ſacram ſcripturam nō recipit, valde contrarius eſt noſtræ intentioni. Et ſi ſapientiam diuinam non curat diſcere ex ſcripturis, nos quomodo curabimus ipſum? aut ad theologicā ſcientiam manuducemus? Si autem ſecundum aſſertionem ſcripturarum procedit, nos illis tanq̄ † canone & lumine vtentes, quanto rectius poſſimus iſta inconfuſe tractabimus. Deinde aggreditur principalem materiam huius capituli, oſtendens ꝙ in ſcriptura quædam atitribuuntur deo vnitiue, id eſt, ſecundum trium perſonarum vnitatem eſſentialem, quæ omnia, vt dictum eſt, omnibus perſonis ſunt communia. Quædam autem diſcretiue, id eſt cum ſignificatione vel cum † nominatiōe proprietatum ſingularum perſonarum, vt ſunt innaſcibilitas, paternitas, generatio, actio, filiatio, verbum, vl' generatio, paſſio, principium notionaliter ſumptum, vel ſpiratio, paſſio cum ſignificationibus ſincathegoreumatum † notionalium, vt ſunt: in, de, apud, ex, à, cum verbis & participijs & quibuſlibet alijs vocabulis quolibet modo perſonalem diſtinctionē notantibus. Dicit ergo diligenter cauendum, ne vel vnita. i. eſſentialia diuiſim dicantur, vel diſcreta, id eſt, perſonalia; cōfundant, quin potius ea quæ de his docet ſcriptura ſeruēt p̄ciſe ſine additamēto vl' diminutiōe ſeu corruptiōe puerſa: deīn enūerat vocabula aliq̄ eſſentialia & aliq̄ pſonalia tāq̄ exēplificās de qb⁹ dixerit, addēs etiā diſcretiuis ea q̄ denotāt incarnati verbi myſteria: deīn pcedit ad pleniorē dictorum vocabu-

Lucæ. 18.

Iohan. 10. pſalmo 142. Exodi. 3. Apocaly. 1. Pſalmo 101. Iohan. 15. Iohan. 5.

B

1. Cor. 3.

Exodi 3.

Iohan. 1. Roma. 11. pſalm. 103. Iohan. 17. 1. Corin. 18.

C

† regula.

† notatiōnem.

† notionalium.

Ca. II vocabulorum declarationem, aſſignans aliud genus vnitionis & diſcretionis in diuinis, ſc; ſe- D
cundum eſſentiam & proceſſum ad creata, oſtendens ꝙ ſcdm ſacras ſcripturas in vnitate diui-
næ eſſentiæ fit diſcretio perſonaꝝ, & in perſonis diſcretis fit ſpecialis vnitio & ſpecialis diſcre-
tio, vc; ꝙ trinitati toti vniformiter conueniunt eſſentialia, vt eſſentia, deitas, bonitas, identitas
& omnium exiſtentium ſimplicitatem excedens, & proprie deo congruens vnitas ineffabilis,
&c̃. Huius vnitionis diſcretionem & diſcretionis vnitionem declarat per elegans exemplum.
Verbi gratia: Eſto ꝙ in vna domo ſint plura luminaria, omnium ipſorum lumina in vno lumi-
ne vniuntur, & vnam claritatem efficiunt, nec poſſet aliquis luminarium illoꝝ lumina ab inui-
cem diſcernere, in aere omnia lumina continente, quod tamẽ luminaria in ipſa vnitione pro-
† totam prias retinent diſcretiones: inde patet quod ſi aliqd lumen illoꝝ de domo auferatur, * tantum
lumen ſuum ſecum abducit præciſe, nihil coauellens de lumine alioꝝ luminarium. Quod er-
go in aere corporali & igne corporeo apparet, ſecundum creaturæ corporeę poſſibilitatẽ, mul-
to fortius ſciendũ eſt de ſuperſubſtantiali deitate, quæ non ſolũ corporeas, ſed & mentales vni-
tiones incorporaliter excedit. Non ſolum aũt dicta diſcretio inconfuſa eſt in perſonis diuinis
in vnitione eſſentiali, ſed & perſonaꝝ nulla eſt alia. Neq; pater filius, neq; filius pater, neq; pa-
ter aut filius eſt ſpũs ſanctus, aut econuerſo: & ſingulę perſonæ habent propria diſtĩctiua, quæ
poſſumus breuiter colligere. Proprium eſt patri proprra authoritate æternaliter eſſe, & patrẽ
eſſe, & filium æternaliter generare, & ſpiritum ſanctum cum filio æternaliter ſpirare, & à nullo
eſſe, aut aliquid accipere. Proprium eſt filio à ſolo patre eſſe, & habere quicqd eſt vel habet, &
cum patre ſpiritum ſanctum ſpirare. Proprium eſt ſpiritui ſancto à patre ſimul & à filio eſſe, &
habere quicquid eſt vel habet, & nullum de ſe exiſtentem æternaliter habere, & hęc omnia nõ E
ex munere gratiæ, ſed ex proprietate diuinæ naturæ. Itẽ ſcdm qd dictũ eſt ſupra, ꝙ proceſſiões
thearchiæ ſiue diſcretiones, quibus diuina bonitas ſumme ſimplex in ſeipſa, quaſi ſeipſam mul-
tiplicat varie & multipliciter ſe communicando creaturis, ſiue per eſſentiam, ſiue per vitam, ſi-
ue per ſapientiam, aut iuſtitiam, aut alia ſua munera. Hæc tñ omnia in deitate vnita vniformi-
ter & communiter vniuntur in qualibet diuinarum perſonarum, & ſunt omnes ſingularum
perſonarum participationes, retentæ à ſingulis, & nullam retinentes, neq; ſingulis ſingulæ, ſed
ſingulis omnes attributæ, ſicut punctum quod eſt centrum circuli, ab omnibus lineis circumfe-
rentiæ integre & vniformiter participatur, & multę ſigilli impreſſiones, & vniformiter parti-
cipant exemplari vna forma ipſius ſigilli, & non vna impreſſio vna parte, & alia altera. Sed hęc
& huiuſmodi exempla incomparabiliter excedit diuiniuæ ſimplicitatis impartibilitas, cui nec
per contactum nec alio modo intelligibili coniunguntur participantia. Quod ſi quis contra
exemplum de ſigillo poſitum obijciat, ꝙ ſigillum quamuis vnum & idem, facit tamen ſæpe &
inæquales, & in aliquo diſſimiles impreſſiones. Reſpondeo ꝙ illa diſſimilitudo non prouenit
ex ſigillo, quod vnum & idem & vniformiter, quantum in ſe eſt, omnibus impreſſis ſe ingerit,
ſed ex aptitudine vel ineptitudine recipientium impreſſiones. Item ad diſcretionem diuinorũ
pertinent myſteria vbi incarnati, per quæ omnia verbũ incarnatũ à patre & ſpiritu ſancto di-
ſcretum eſt, excepto ꝙ tota trinitas incarnationem verbi operata eſt, & ipſe Ieſus homo ſecun- F
dum quod deus eſt. Secundum vero modos prædictos ſtudemus mentaliter diuina & vnire
& diſcernere. Harum autem & vnitionum & diſcretionum cauſas deo conuenientes, quaſcun-
que in ſacris ſcripturis inuenimus, in libro de Diuinis characteribus expoſuimus, tractãdo de
qualibet perſona ęterna proprie ſibi cõueniẽtia, vel de qualibet dictaꝝ vel vnitionũ vel diſcre-
tionum proprie ei cõpetentia. Et hoc fecimus itelligibilia qdẽ intelligibiliter declarando: ſup-
intellectualibus vero, nos vt poſſibile eſt vniendo ſuperintellectualiter. Diuina em̃ oĩa ꝑ ipſo-
rum ſolas participationes à nobis pręceptas cognoſcimus. Ipſa autem dei inuiſibilia, ſcdm ꝙ
in ſe ſunt, in naturę ſuę proprietate & plenitudine ſuper mentẽ ſunt, & ſuper oẽm ſubſtantiã &
cognitionẽ, ſicut ſuperſubſtantiale occultũ. Et cũ dicimus deũ eſſe aut vitam, aut ſubſtãtiã, aut
lumẽ, aut rõnẽ, nihil aliud his noĩbus intelligimus, niſi ꝓceſſus dei in nos, & participatiões ſuę
plenitudines, qb⁹ nos aut iuſtificat, aut ſubſtãtificat, aut viuificat, aut ſapiẽtificat. Nos aũt parti-
* ſubiecti. cipationibus * ſubuecti diuinę plenitudini nos ignotę & ſuperintellectualiter immittimus ab
oĩbus intellectualibus abſoluti, nullã vidẽtes deificationẽ, aut vitã, aut ſubſtantiã, q̃ aliqua ꝓ-
portione ſit cõparabilis cauſæ oĩm ab oĩbus per exceſſum ſegregatę. Rurſus ex ſcripturis colli-
gimus ꝙ pater eſt deus ſuperſubſtantialiter prębens filio originẽ per gñationẽ, ſpiritui ſctõ per
ſpirationẽ, & filius & ſpiritus ſctũs ſunt quaſi quædã pullulationes à patre naturalr̃ originẽ ha-
bentes, & quaſi qdã flores & lumina ſupſubſtantialia ab ipſo patre luminũ exiſtentia. Quomo-
do autẽ



A do autem hæc ſunt, neq; dicere, neq; cogitare poſſibile eſt, ſed omnis virtus noſtrę intellectua-
lis operationis ad hoc tantum prouenit, ꝙ omnis ſpiritalis paternitas vel filiatio quæ eſt in an-
gelis vel in hominibus, nobis & ipſis eſt à diuina paternitate ab omnibus ſegregata, & à diui-
na filiatione, ex qua & dij & deorum filij & patres † fiunt, & nominantur deiformes mentes. * fiunt
Et huiuſmodi paternitas & filiatio non carnaliter, ſed ſpiritaliter fieri intelligantur, & incor-
porabiliter & immaterialiter & intelligibiliter: ita tamen ꝙ ſpiritus diuinus hoc efficiens, in-
telligatur ſuper omnem intelligibilem immaterialitatem & deificationem collocari, & pater
ęternus & eius filius æternus ab omni paternitate ſpiritali per exceſſum ſegregari. Non diligẽs
autem proportionalis eſt comparatio cauſæ proprie ad cauſata, ſed cauſata ſunt qualeſcunq;
ipſius imagines contingentes, ipſæ autem cauſæ à cauſatis ſegregantur, & ſupercollocant̃ per
naturam ſuæ cauſalitatis. Verbi gratia: Delectationes & triſtitię faciunt delectari & triſtari, ipſę
tamen non delectant̃ neq; triſtantur. Et ignis calefaciens & vrens, non dicitur calefieri nec vri.
Iſta etſi quis dicat per ſe vitam viuere, per ſe lumen illuminari, videtur non recte & proprie di-
cere, niſi forte intendat dicere, ꝙ vita & lumen cauſatorum abundanter & ſuperſubſtantialiter
præinſunt per ſe vitę, & per ſe lumini. Sed compoſitio Ieſu ſecundum humanitatem, quam cõ-
poſitionem in eo operata eſt deitas, ineffabilis eſt omni verbo, & ignota omni menti, etiã ſum-
mo Seraphim. Siquidem ꝙ verbum dei verus homo ſubſtantialiter factus ſit, in myſterio do-
cti ſumus: ſed ignoramus quomodo pręter naturam, alia ignota lege compoſitum ſit ex ſemi- Matth. 14. Marci. 6.
nibus virginis, & quomodo pedibus ſiccis & naturaliter ponderoſis, ambulauit ſuper aquam Iohannis 6.
humidam & fluidam, & alia quæ ſupernaturaliter feciſſe legitur. De his autem alibi diligenter
B tractauimus, ſed & Hierotheus in theologicis obſcuris commentis de eis ſupernaturaliter tra-
ctauit, quæ ipſe didicit ſiue per aliorum doctrinam, ſiue per ſtudium ſcripturarum, ſiue per di-
uinam inſpirationem & diuinorum experientiam, ad indocibilem & myſticam ipſorum vni-
tionem & fidem, ex quibus iſta commemoro.

Sanctiſſimi Hierothei ex Stoyſioſibus Theologicis.

DEitas Ieſu eſt cauſa omnium vt ſint, & adimpletiua per collocatas ſpecies ſingulariũ re-
rum, quæ ſaluat partes vniuerſitatis harmoniace ordinatas, & ipſa deitas neque eſt pars
vniuerſitatis, neq; totum per eſſentiam, & eſt vtrumq; per cauſam ipſa in ſe præaccipiendo, ſu-
perhabendo, & præhabendo. Perfecta in imperfectis, vt perfectio principalis: imperfecta in per-
fectis, non per defectum perfectionis, vt ſunt creaturæ imperfectæ; ſed per exceſſum præperfe-
SEd neqꝫ in exiſtentibus eſt malum,. Si enim omnia exiſtentia ex bono, & in omnibus exiſtentibus bonũ, & omnia cõtinet bonũ, aut non erit malũ in exiſtẽtibus, aut in bono erit: aut in bono nõ erit. Etem̃ neqꝫ in igne frigus, neqꝫ ille uitiatur eo, & malũ bono inexiſtẽti. Si autem fuerit, quõ erit in bono malũ? Si quidẽ ex eo incõſequẽs & impoſſibile: Nõ poteſt em̃ (ut eloq̃orũ ueritas ait) arbor bona fructus malos facere, neqꝫ illud iterũ. Si autẽ non ex ipſo, ex alio clarũ, q̃a principio & cauſa. Etem̃ aut malũ ex bono erit, aut bonũ ex malo, aut ſi non hoc poſſibile, ex alio principio & cauſa erit & bonũ & malũ. Omnis em̃ dyas nõ principiũ, monas autẽ erit totius dyadis principiũ. Et quidẽ incõſequẽs ex uno & eodẽ duo omnimoda cõtraria prouenire, & eſſe, & ipſum principiũ nõ ſimplũ & ſingulare, ſed partitũ & biforme & cõtrariũ in ſeipſum & mutabile. ❡ Imo ỽo neqꝫ duo exiſtẽtiũ cõtraria principia poſſibile, & ea inter ſeinuicẽ & in uniuerſo pugnãtia. Si em̃ hoc daretur, erit & deus nõ innocẽs neqꝫ ſine rixa. Siquidem ſi ſit quid eũ perturbãs, ſequitur quod oĩa erũt inordinata et ſemꝑ pugnãtia. Et quidẽ amicitiã om̃ibus exiſtẽtibus bonũ tradit, et ꝑ ſe pax, et pacis donãs, laudatur a ſacris theologis. Proiñ et amica bona, et cõpacta omnia, et una uita egenita et ad unũ optimũ coordinata et adunata, & ſimilia et cõparata inter ſeinuicẽ. Itaqꝫ nõ diuinũ malũ et malũ nõ diuinũ. ❡ Sed neqꝫ ex deo malũ. *Si em̃ nõ bonus, aut benefacit, et bona adducit, et nõ aliq̃ñ q̃dẽ et quędã, aliq̃ñ nõ et nõ oĩa. Trãſmutationẽ q̃dẽ in hoc faciet et mutabilitatẽ, et circa ſe, hoc eſt circa oĩm diuiniſſimũ et cauſam. Si autẽ in deo bonũ ſubſiſtẽtia eſt, erit trãsferẽs ex bono deus aliq̃ñ qđ eſt aliq̃ñ aũt qđ nõ. Si ỽo participatiõe bonũ eſt et habet et ex altero habebit, et aliq̃ñ quidẽ habebit, aliquando aũt nõ habebit. Nõ igitur ex deo malum, neqꝫ in deo, neqꝫ ſimpliciter, neqꝫ ſecundum tẽpus,

Subſtãtiã non eſſe malam
Math. 7.
E
Principia duorũ rerum impoſſibile ſibi contrariari
1. Cor. 14
Epheſi. 2
†Aut
F
*ON Malũ nullum eſſe ex deo

Malum in creaturis nõ eſſe aliquid

Sed neqꝫ in angelis eſt malũ. Si em̃ annũciat bonitatẽ diuinã deiformis angelus illud, *exiſtẽs ſcđm participatiõem ſcđo, qđ quidẽ ſcđm cauſam enũciat primo. Imago dei eſt angelus, manifeſtatio occulti luminis, ſpeculũ purũ, ſplẽdidiſſimũ, immaculatũ, incõtaminatũ, incoinquinatũ, recipiẽs totã (ſi iuſtũ dicere) ſpecioſitatẽ bñformatę deiformitatis, et pure declarãs in ſeipſo (ſicut poſſibile eſt) bonitatẽ q̃ eſt in †abditis. Nõ igit̃ neqꝫ in angelis eſt malũ. Sed puniẽdo peccãtes ſunt mali, hac ergo rõne et cõpeſcẽtes delinquẽtes ſunt mali et ſacerdotũ diuinis myſterijs immũdũ prohibẽtes. Et quidẽ neqꝫ puniri malũ ſed dignũ fieri pęna. Neqꝫ ſcđm dignitatẽ ꝓhiberi ſacris, ſed nõ ſacrum et nõ ſanctum fieri, et in cõtaminatis inoportunum.

In angelis nõ eẽ malum.
*ON
Angelus quid
†adytis.
Punire nõ malũ ſed dignum fieri pœna.

Dæmoniacam turbam naturaliter nequaquam eſſe malam





SEd neqꝫ dæmones natura mali. Etenim ſi natura mali, neqꝫ ex bono, neqꝫ in exiſtentibus neqꝫ ex bonis conuerſi natura & ſemper mali ſunt. Sequitur: Sibimet ſunt mali an alijs? Siquidem ſibimet, an corrumpunt, aut qđ corrumpunt? eſſentiã an uirtutem, an actionem? Siquidem eſſentiã, primũ quidem nõ iuxta naturã. Natura enim incorruptibilia non corrũpunt, ſed acceptiua corruptiões. Sequitur, Neqꝫ hoc omnibus & omnino malum, ſed neqꝫ corrũpitur quid exiſtentium, ſecundum quod eſſentia & natura, ſed defectũ iuxta naturam ordinis harmonię & commenſuratiõis ratio infirmatur, manere ſimiliter habẽs. Infirmitas autem non perfecta. Si em̃ perfecta, & corruptionẽ & ſubiectũ interimeret, & erit ipſa corruptio: & ſuimet corruptio. Itaqꝫ huiuſmodi nõ malum, ſed deficiens bonũ. Quod em̃ omnino expers boni, neqꝫ in exiſtẽtibus erit, Et de uirtutis & actiõis corruptiõe eadem ratio. ❡ Deinde quomodo a deo facti dæmones, ſunt mali? Bonũ em̃ bona adducit & ſubſtituit, Et quidẽ dicuntur mali dixerit quis, ſed nõ ſecũdum quod ſunt (ex optimo em̃ ſunt, & optimã ſortiebãtur eſſentiã) ſed ſecũdũ quod nõ ſunt, infirmi, ut eloquia aiũt, ſeruare ſuũ principatũ. In quo em̃ dic mihi uitiari dicimus dæmones, ſi nõ inceſſatione diuinorũ bonorum habitudine & actione? Sed itaqꝫ ſi natura mali dæmones, ſemper mali. Et q̃dẽ malũ inſtabile eſt: ergo ſi ſemꝑ ſic habent nõ mali, quod em̃ ſemꝑ idipſum, optimi propriũ. Si autẽ nõ & ſemꝑ mali, nõ naturales, ſed indigẽtia angelicorũ bonorum. Sed nõ omnino expertes boni, ſecundum quod & ſunt, & uiuunt, & intelligunt: & omnino eſt quidã in eis concupiſcentiæ motus. Mali autẽ eſſe dicuntur, propter quod infirmãtur circa naturalẽ operatiõem. Falſa ergo cõuerſio eſt eis malũ, & a cognatis ſuis egreſſio, & informitas, & imperfectio, impotẽtia, & ſaluãte eis perfectiõem uirtute infirmitas, & fuga & caſus. ❡ Itaqꝫ quid in dęmonibus malũ? Furor irrõnabilis, amẽs cõcupiſcẽtia, phãtaſia proterua. Sed hæc & ſi ſunt in dęmõibus, nõ om̃ino neqꝫ in om̃ibus, neqꝫ hęc ſecũdũ ſe mala. Etem̃ in alijs animalibus nõ motus taliũ ſed interempti oeſt & corruptio animali, & malũ. Habitus em̃ ſaluat, & eſſe facit hæc habentẽ animabus naturã. Nõ igitur malũ dæmonũ gẽs, quantũ eſt iuxta naturã, ſed quãtũ nõ eſt. Et nõ mutatũ eſt datũ eis totũ bonũ, ſed ipſi dato ceciderunt toto bono: & datas eis angelicas donationes, nũquã ipſas cõmotas fuiſſe dicimus, ſed ſunt & integri & clariſſimi: & ſi ipſi nõ uidẽt participantes ſuas boni cõſpectiuas uirtutes. Itaqꝫ qđ ſunt, & ex optimo ſunt & optimi, & bonũ, & optimũ cõcupiſcunt eẽ, & uiuere, & intelligere exiſtẽtiũ appetẽtes & priuatiõi: & fuga, & caſu cõnaturalibus ſibi optimis dicũtur mali, & ſunt mali, ſcđm qđ nõ ſunt. & qđ nõ eſt appetẽtes malũ appetũt.

Malũ q̃mõ nõ inſit dæmonibus.
Corruptionẽ nõ fieri ab incorruptibili.
Infirmitas quid
B
Iudæ. 1
Malum ſemꝑ inſtabile
Dęmões quare dicãt̃ mali
In dęmonib⁹ qd ſit malũ.
C
Demões a bono creatos, ipſos bonos cõcupiſcere bonũ &c.

Malũ nõ ineſſe animabus tanquam quid exiſtens.

SEd animas quis eſſe dicit malas, ſiquidẽ quia cõtedũt malis, ꝓuide & ſalutifere, hoc nõ malũ ſed bonũ & ex bono. Et malũ bene faciẽte. Si autẽ uitiari animas dicimus in u uitiãtur, ſi nõ in bonarũ habitudinũ & operationũ defectu & ꝑ propriã infirmitatẽ impꝑfectiõe: et ꝑditiõe? Etem̃ et aerẽ hunc circa nos obſcurari, dicimus defectu et abſentia lucis, Ipſa autẽ lux ſemꝑ lux eſt, et tenebras illuminãs. Nõ igitur neqꝫ in dæmonibus, neqꝫ in nobis malũ ut † exiſtens malũ, ſed ut defectus et deſolatio propriorũ bonorũ perfectionis.

Malũ q̃modo in aĩabus
*ON

Malum naturaliter non ineſſe animantibus irrationabilibus. D

SEd neqꝫ in animalibus irrationabilibus eſt malum. Si enim interemas furorem & concupiſcētiam, & alia quæcunqꝫ dicuntur, & non ſunt ſimpliciter eorum naturæ mala: Grāde quidem & færox leo perdens, neqꝫ leo erit. Manſuetus autem omnibus factus canis, non erit canis. Siquidem canis quoddam cuſtoditiuum, & quoddam adueniendi domeſticum abigendi uero extraneum: Itaqꝫ quod non corrumpit naturam, non malum. Corruptio autem naturæ, infirmitas, et defectus naturalium habitudinum, & operationum, & uirtutum. Etſi omnia quę ſunt per generationem in tempore habent conſummationē neqꝫ imperfectū omnino contra omnē naturam.

*Malū q̄ modo in aīalibus. Infirmitas.*

Rebus naturalibus non ineſſę malum

SEd neque in tota natura malum. Si enim non omnes naturales rationes contra uniuerſalem naturam, nihil eſt ei contrarium, eius autem per ſingula, hoc quidem ſecundum naturam erit, hoc uero nō ſecundum naturam, Alij em̄ aliud eſt ſecundum naturā & hoc inde contra naturā, ut malitia, hoc contra naturam, priuatio eorum quæ ſunt naturæ. Itaqꝫ nō eſt mala natura, ſed hoc naturæ malū, non poſſe quæ ſunt propriæ naturæ perficere.

*Malū naturæ qd.*

Corporibus non ineſſe malum.

SEd neqꝫ in corporibus eſt malum, Inde enim & infirmum, defectus formę & priuatio ordinis: hoc autem non omnino malum, ſed minus bonum. Si E em̄ omnino fiat ſolutio boni, & formæ, & ordinis, peribit, & ipſum corpus. Quia uero neqꝫ malitiæ cauſa animæ corpus, clarum ex hoc poſſibile eſſe & ſine corpore extra ſubſiſtentē malitiā, ſicut & in dęmonibus. Hoc em̄ & intellectibus, & aīabus corporibus malum habitudinis propriorum bonorꝝ infirmitas & caſus.

*Malū in corporibus quod.*

Materiam inquantum materiam nō eſſe malū.

SEd neqꝫ multum murmurat in materia malum (ut aiunt) ſecundū quod materia. Etenim & ipſa ornatus, & formæ, & ſpeciei habet participationem. Si autē ſine his dum ſit materia ſecundū ſe, ſine delectatiōe eſt, & informis, quō facit quid materia, quæ neqꝫ pati poteſt ſecundū ſe haqens? Sed itaqꝫ quomodo materia malū? ſiquidē em̄ nihil: Non enim eſt neqꝫ bonum neqꝫ malū, Si autē eſt quomodo[†] exiſtentia oprotet omnia ex bono? & ipſa ex bono relinquitur, etſi bonū malifactiuum ſit, malū ut ex bono exiſtēs eſt bonū, aut malū bonifactiuū ſit F & bonū, ut ex malo malum. Aut duo iterum principia, & hæc alio uno iuncta uertice. Si autem neceſſarium dicunt materię ad plenitudinem totius mundi quō materia malū? Aliud enim bonū quod neceſſariū, Quomodo autem optimus ex malo adducit quędam ad generationē, aut quō malum optimo neceſſarium? Fugit enim optimi naturam malū. Quomodo autem gignit & nutrit naturā materia mala exiſtens? Malum em̄ ſecūdū quod malum, nullius eſt genitiuū aut nutritiuum: aut omnino factitiuum aut ſaluatiuū. ❡ Si autem dicerent ipſam quidē non facere malitiā in animabus attrahere uero eas, & quō erit hoc uerum? Multæ enim ſuum in bonum reſpiciunt. Et quidem quō fiat hoc materia omnino in eas in malū attrahente. Itaqꝫ non ex materia in animabus malū, ſed ex ipſo delicto. Si autē & hoc aiunt materiā omnimode ſequi & neceſſaria inſtabilis materia ex ſemetipſis collocari nō ualētibus, quō malū neceſſariū aut neceſſariū malū.

*Materiā nō eē bonum nec malum*
**ON*
*Malū ipſum nil efficere*
*Aīę malū vnde?*

Priuatio



Priuatio quō ſe habeat ad rationem mali

SEd neqꝫ hoc q̄ dicimus priuare, ſecundū uirtutē propriā, pugnat bono, uniuerſalis em̄ priuatio uniuerſaliter impotēs, Particularis vero non ſecundū q̊d priuatio habet uirtutem, ſed ſecundum quod non uniuerſalis eſt priuatio. Priuatione em̄ boni particulari exiſtēte, nōdū malū & facta & mali natura perijt.

*Priuatio duplex*

Boni vnā tantū cauſa, mali autem multi defectus

COlligēti autē dicēdum: Bonum ex una & tota cauſa eſt. Malum ex multis & particularibus defectibus.

Deum per bona cognoſcere mala

SCit deus malū aut bonū et apd' ipm cauſę malorꝝ uirtutes ſunt beneficæ.

Malū an æternum.

SI malum æternum, & creat, & poteſt, & eſt, & agit, unde ei hæc? Aut ex bono aut bono & malo, aut ambobus ex alia cauſa.

Malo nō eſſe naturam.

Om̄e qd' ſcd'm naturā ex cauſa diſtinita gignit' ſi malū in cauſale, & infinitū nō ſcd'm naturā. Neqꝫ em̄ in natura eius cōtra naturā, neqꝫ in artificialis arte rō,

Natura animæ an ſit principiū mali.

IGitur anima malorꝝ cauſa ſicut ignis calefaciendi & omnia quibuſcunqꝫ uicina fuerit malitia replet. Bona q̄dē animę natura operatiōibus aut aliq̄n q̄dē ſic habet, aliq̄n vero ſic. Siquidē ex natura, & eſſe eius malū, & unde ei eſſe? Ex creatrice oīm exiſtētiū optima cauſa. Sed ſi ex ea. quō ſcd'm eſſentiā malū? Bona em̄ oīa, eadē egenita. Si aūt opatiōibus, nec hoc ē incōmutabile. Si aūt nō ſic uñ uirtutes? Nō et deiformitate eius fctā? Relinq̄t ergo malū infirmitas & defectus boni eē.

B

*Aīæ eēntia vnde.*

Boni vna cauſa, mali multæ malū inſtabile, infinitum & indeterminatum.

OPtimorꝝ cauſa una, ſi optimo malū cōtrariū, mali cauſę multę. Nō q̄dē factiuę malorꝝ ratiōes & uirtutes, ſed impotentia & infirmitas, & mixtura diſſimilium immoderata neqꝫ immobilia, & ſemper ſic habentia mala, ſed multa & infinita & indiuerſa ferentia, & his multis.

Omnia fieri gratia boni.

OMnibus etiā malis principiū et finis, erit bonū. Propter bonū em̄ omnia, et quęcūqꝫ bona et q̄cūqꝫ cōtraria. Etem̄ et hoc agimus, bonū deſiderātes. Nemo em̄ malū reſpiciēs, facit q̄ facit. Proinde neqꝫ ſubſtātiam habet malum, ſed cōtra ſubſtantiam, propter bonū, et nō ex eo factum.

C

*Neminē ex certa ſcīa facere malū.*

Malum eſſe per accidens, nec proprium habere principiū nec finem

MAlo eē ponēdum ſecundū accidēs, et[†] per aliud, et nō ex principio proprio. Itaqꝫ qd' factū eſt, rectū quidē eē putādū, q̄a ex bono eē putandū, q̄a ꝓpter bonū fit. Veritate autē non rectū eē. quāobrē quod non bonū, bonū arbitramur.

*[†]ꝓpter.*

Malum eſſe præter intentionem.

OStēditur aliud concupiſcibile, et aliud factū. Nō igit' malū eſt ex uia, neqꝫ ex uiſiōe, neqꝫ ex natura, neqꝫ ex cauſa, neqꝫ ex principio, neqꝫ ex fine, neqꝫ ex termino, neqꝫ ex conſilio, neqꝫ ex ſubſtantia. Priuatio igit' eſt malum, et defectus, et infirmitas, et immoderantia, et peccatū, et incōſpicuū, et informe, et non uiuēs et non intelligēs & irrationale, et imperfectū, et incollocatū, et incauſale, et infinitū et infecūdum, et pigrū, et infirmum, et inordinatū, et diſſimile, et multum, et tenebroſum, et in eſſentiale, et hoc nunquam et nuſquā nullū ON.

*Mali deſcriptio egregia.*

Malum an aliquid poſſit ex admixtione boni

QVomō autē omnino poteſt malū ad bonū ex mixtione. Quod enim omni

PP bono

bono expers,necꝫ eſt qd necꝫ poteſt. Etem̄ ſi bonū & ens eſt,& conſultoriū,& bene potens,& actiuum quomodo poterit quid cōtrariū bono,& ſubſtantia,& ſapientia,& uirtute ,& operatione priuatum?

Malū quid dæmoni,animæ & corpori.

NON omnia omnibus,& oīno eadē ſecūdū idipſum mala: Dęmoni malū contra deiformem intellectū eē, animæ cōtra rationē,corpori cōtra naturā.

Bonū prouidere omnibus,maliſqꝫ bene vti.

QVomō aūt oīno mala,ꝓuidētia exiſtēte? Nō eſt malū,ſi malū,necꝫ exiſtēs, necꝫ in exiſtētibus,& nihil exiſtētiū inꝓuiſum. Necꝫ em̄ eſt malū ON,cōſpicuū ſubſiſtēs bono. Et ſi nullū exiſtētiū non particeps boni: malū aūt defectus boni. Nihil aūt exiſtētiū priuaꝛ uniuerſaliꝛ bono,in oībus exiſtētibus diuina ꝓuidētia ,& nihil exiſtētiū nō ꝓuiſum. Sed & factis malis optime & pulchre ꝓuidētia

rouidē uiāregere ſingula,ꝓ modulo cuiuſcꝫ.

uſa eſt,ad noſtrā aut alioꝝ formationē aut utilitatē. ¶ Et ꝓprie unicuicꝫ exiſtētiū ꝓuidet. Propꝛ qd & uanā,aut diſceptātē multoꝝ nō recipimus rōnē, q oportere aiūt ꝓuidētiā & inuitos nos in uirtutē ducere. Corrūpercem̄ naturā nō ē ꝓuidētię. Vn̄ ut ꝓuidētia uniuſcuiuſcꝫ naturæ ſaluatrix ꝑ ſeipos motoꝝ,ut ꝑ ſeipos motorū ꝓuidet,& oīa,& ea ꝑ ſingula,ſiliter uniuerſo: & unicuicꝫ q̄ntū ꝓuiſoꝝ natura ſuſcipit,recipit totius largiſſimę ꝓuidētię ęditas ꝓportiōaliꝛ unicuicꝫ ꝓuidas bonitates. E

Malū non eſſe habere aliquid ſed nō habere propriū bonū.

ſens vel ſubſtātie.

NOn igit† ON malū necꝫ in exiſtētibus malū. Nō oīno em̄ malū,ſi & malū et fieri malū,nō ſcd̄m uirtutē,ſed ꝑ infirmitatē. Et dęmōibus ꝙ quidē ſunt ex bono,& bonū. Malū aūt ipſis ex ꝓprijs bonis caſu,& mutabilitates,circacꝫ ſimilitudinē & habitū infirmitas cognate ipſis angelicæ perfectionis. Et appetunt bonum,ſcd̄m q̊d et eſſe & uiuere & intelligere ſubſtituuntur. Et ſi nō appetunt bonū,id q̊d non eſt appetunt,& nō erit hoc appetitus,ſed uere appetitus peccatum.

Dęmoni acū malū vnde

Peccatum ex certa malitia quantum malum

Iſaiæ. 47
Pſalm.35
Lucæ,12
Roma.2
Titum.1.
Iacob.4.

IN ſciētia aūt peccātes,uocāt eloqa circa nō latētē boni ſciam,aut actionē infirmos,& ſciētes uolūtatē,& nō faciētes auditores quidē,infirmos aut circa fidē, aut opationē boni,& imprudētiā quibuſdā cōuenire benefaciēdo ꝑ falſam cōuerſionē,aut infirmitatē uolūtatis. Et ſic oīno malū(ut ſępe diximus)infirmitas et impoſſibilitas,et defectus eſt,aut ſciæ,aut errātis ſcię,aut fidei,aut deſiderij,aut opationis boni. F ¶ Et quidē dixerit quis,nō uidicabile infirmitas ,ecōtrario uero cōceſſibile: ſiquidē non licitū erat poſſe,bene ſe haberet ratio,ſi aūt ex bono poſſe,dāte (iuxta eloquia ea q̄ ſunt oportunā oībus,ſimpliciter nō laudabile ex boni ꝓpriorū bonoꝝ habitu peccatū et irratiōabilis conuerſio,et fuga,et caſus. Sed hæc a nobis quidē in his quæ ſunt de iuſta,et diuina iuſtificationis obſeruantia,ſatis ſecundum uirtutē dicta ſunt,ſecundum quā ſacrā† actionē eloquiorū ueritas,ſophyſticas,† et ueritatē,et falſitatē contra deū loquētes infirmauit, tanquam peruerſe ſapientes rationes. ¶ Nunc autem quantum ſecundum nos ſufficiēter laudatur bonū,ut ꝟe mirabile,ut principium et finis omnium,ut cōtinētia exiſtentiū, ut formificū non exiſtentiū,ut omniū bonoꝝ cauſale,ut malorū nō cauſale,ut prouidētia et bonitas uniuerſalis,et ſuperans exiſtētia et nō exiſtētia,et mala et ſuam priuationem bonam facientem omnibus appetibile,et amabile,et delectabile, et quæcūcꝫ alia in his palā uera oſtendit ut arbitror ratio.

Delictū ex infirmitate q̄ re nō excuſabile Iacobi.1. Libro de diuino, iuſtocꝫ iudicio S. hui⁹ pris † rationē † & iuſtitiam, Boni munera quę † exiſtētē.

¶ Eluci



## ¶ ELVCIDATIO HVIVS CAPITIS QVARTI. DE optimo,lumine,pulchro,amore,ecſtaſi,zelo,& quia malum,necꝫ ON, necꝫ ex eo quod eſt,necꝫ in exiſtentibus.

Articulus V.

PRemittitur huic capitulo titulus iſte. De optimo,lumine,bono,amore,ecſtaſi,zelo,& quia malū nec eſt,necꝫ ex eo quod eſt,necꝫ in exiſtētibus. Ad materiā ergo in ſuperioribus inceptā rediēs autor ait: [Si cōmodū ergo ].i. qa cōmodoſum atcꝫ conueniens eſt proſeq inchoata[in eā iā ſermone diuinā noīationē redeam⁹ ].i.reuertamur iā loquēdo in noīationē illā diuinā.i. ad tractādum de noīe illo diuino[ q̄ remote theologi ſupdiuinę deitati & ab oīb⁹ ſegregāt.i.ꝙ nomē theologi ſegregāt.i.ſegregatim ſeu ualde ſpecialiter attribuūt deitati ſupdiuinę.i.diuini⁹ q̄ exprimi ualeat. Vel deitati ſupdiuinę.i.ſupexcellēter & ineffabiliter deę ac ꝑfectę & increatæ. Hinc alia litera habet. Ad ipſam boni apellationem explicandā ꝑgam⁹,q̄ theologi peculiariter ſummę deitati ex oīb⁹ applicāt [ipſam(ut arbritror)diuinā ſubſiſtētiā ].i.diuinā eēntiā[ bonitatē dicētes] De⁹ nācꝫ naturaliter inpendēter,ſubſtātialiter & infinite eſt bon⁹,ita ꝙ ſua eēntia ac natura eſt bonitas pura,perfectionaliter infinita. Qd' cōſequēter probaꝛ à poſteriori,utputa ab effectu ipſius,& qa exiſtēdo optimū ut eēntiale optimū ].i.nō accidētaliter nec participatiue,ſed ex propria natura[in omnia q̄ ſunt extēdit bonitatē].i.ꝓpriā bonitatem cōmunicat entib⁹ uniuerſis,imo ipſoꝝ eſſentia,ꝑfectio,ꝓprietas,& qcqd entitatis in ipſis eſt,participatio q̄dā eſt bonitatis primę & increatę[ ¶ Etenim ſicut qdē qui ſecūdū nos eſt ſol].i.queādmodū ſol iſte ſenſibilis,cui⁹ cotidię perfundimur uiſibili luce[non cogitās aut ꝑeligens].i. non ex prædeliberatione aut pręuio cogitatu[ ſed eo eſſe].i.ex ſui eē naturali proprietate & concreata ſibi luce,non tamē ex ſolo ſuo eſſe ſubſtantiali ſpecifico,qa nec lux illa ſenſibilis eſt ſubſtātialis aut ſpecifica forma ſolis, ſed forma accidentalis & q̄litas naturalis queādmodū calor eſt q̄litas ignis. Itacꝫ ſol ſuo eſſe ita[illuminat oīa quę participare lumē ei⁹ ſecundū propriā potētia ſunt rationē ].i.q̄ ex ſua natura apta ſunt participare ac ſuſcipere lumē ſolis. hoc eſt qd' ait,quæ ſecundū propriā rōnē.i.naturā & ſpeciē ſunt potētia.i.ualētia ac diſpoſita in ſe recipere lumē ſolare,quod ita eſt,quātū eſt ex parte ſolis. Denicꝫ lux ſolis ſuo effectu & uirtute ſeu influentia & uigore ad multa pertingit ac penetrat , ad quę ipſa lux eſſentialiter non pertingit:[ Sic & optimū ſuper ſolē ut ſup obſcurā imaginē ].i. ſic ſummū bonū qd eſt per infinitā eminentiā ſup ſolem materialē,tanq̄ ſuper imaginē ſeu potius ueſtigiū obſcuꝝ ſui creatoris,ꝑſertim ſi ſol atcꝫ cœleſtia corpora inanimata dicanꝛ, qd' uerius ſecuriuſcꝫ ęſtimari uidetur[excellenter principale exemplū].i.ſummū bonū exiſtēs excellētiſſime principale & ideale exēplar,ex quo exēplariter ac imitatiue deducta ac producta ſunt omnia. Hinc alia litera continet,ſegregate archetypū.i.ſingulari mō principale exēplar. Sicꝫ exēplū improprie ſumiꝛ hic pro exēplari,cū proprie nomineꝛ exēplū,q̊d ad alterius ſimilitudinē factū eſt ſeu productū: exēplar uero id ad cui⁹ imitationē aut ſimilitudinē aliqd fit[ Ipſa ſubſiſtentia].i.ex propria ſua natura[omnib⁹ exiſtentib⁹ proportiōaliter].i. ſecūdū uniuſcuiuſcꝫ capacitatem,menſurā & diſpoſitionem[ſupmittit totius bonitatis radios].i.deſup infundit luciformes & claras participatiōes cuiuſlibet ſeu cuiuſcūcꝫ bonitatis ſeu perfectionis creatæ,qa ab ipſo oībus deriuatū eſt eſſe,uiuere,agere,mouere & moueri. Vel toti⁹ bonitatis.i. dona & radios ſuæ bonitatis,& procedentes ab ea,quæ eſt bonitas tota perfecta & uniuerſalis oīa bona in ſe uirtualiter,exēplariter,cauſaliter,ſupereminēter,& ſupopulentiſſime cōprehendēs iuxta quem modū oē & totū ac perfectū coincidūt. ¶ [Per q̊s & ſubſiſtere].i.per radios iſtos ſubſiſtentiā ſortitę ſunt tanq̄ per cauſas formales intrinſecas[ Inuiſibiles & intellectuales oēs & eſſentiæ & uirtutes & operatiōes per eos ſunt]Intelligentiæ nancꝫ ſeu angeli ſunt qdā radij luminis increati,potentiæ quocꝫ ipſoꝝ & actus fluūt a radijs ipſis. Sic & omnis creatura diciꝛ qdā radius ſui creatoris. Porro ab eſſentia fluit uirtus ſeu potentia,atcꝫ ab eſſentia per potentiā cauſatur operatio rei ſimili modo,a radijs illis ſubſtantialibus. Ex quibus tanti theologi uerbis multum roboraꝛ poſitio dicentiū non eſſe materiā ullā in angelis[ Et uitā habent nō deficientem & non minoratā omni corruptione & morte].i. indeficientem perpetuā ,à ſua duratiōe imminorabilem q̄cūcꝫ corruptiōe naturali ſeu morte,quę ſit corruptio ipſius ſubſtantialis eē. Attamen mors culpæ & corruptio uitiorum ineſt dæmonibus,omnis quocꝫ creatura ,inquantum ex nihilo eſt,de ſe in nihil uertibilis eſt,& annihilaretur niſi a ſuo creatore manuteneretur in eſſe,ut non ſolum Philoſophi,Plato,Proclus, Auicenna: ſed theologi quocꝫ,Gregorius, Damaſcenus,Anſelmus,teſtantur [& materia & generatione purgatæ ]id eſt,puræ ac libere a ma

Bonitas diuinę exemplū ſolare

B

Exēplū qd. Exēplar qd.

C

Bonitatis diuinę diffuſi o in āgelos

Angeli immate rialitas.

Plato
Proclus
Auicenna:
Gregorius.
Ioh.Dama.
Anſelmus



tea ma

re a materia, quæ eſt pura paſſiua potẽtia, ſubiectum formæ ſubſtantialis ac intellectualis pfe
ctionis impeditiua [Et ab incõſtantia & fluxu & aliud aliter ferente mutabilitate, ſurſum po
ſitæ].i. collocatæ & exiſtentes ſuper inſtabilitatem & fluxum, ac mutabilitate ferente, id eſt in
ducentem aliud eſſe & aliter .i. facientẽ aliter & aliter ſe habere [Et incorporales & immateri
Liber cau. ales intelliguntur. ideo a philoſophis nũcupantur ſubſtantiæ ſeparatæ. De hoc in libro de cau
ſis multa dicunt, uidelicet: Intelligentia eſt ſubſtantia, q̃ non diuidit. Subſtantiæ unitæ intelli
gibiles, non ſunt generatę ex re alia. & omnis ſubſtantia per eſſentiam ſuam, non eſt generata
ex re alia: Itẽq; omnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam, eſt non cadens ſub corruptione. Omnis ſub
ſtantia ſtans per eſſentiam ſuam, eſt ſimplex & nõ diuidit. Omnis ſubſtantia ſimplex, eſt ſtans
per ſeipſam: hoc eſt, per eſſentiã ſuam. Et rurſus: Omnis ſubſtantia deſtructibilis non ſempiter
Proclus na, aut eſt cõpoſita, aut delata ſuper res alias. Hinc & Proclus probat ſubtiliter, quod omne cõ
uerſiuũ ad ſeipſum neceſſario eſt ſimplex, indiuiſibile, incorporeũ, immortale, quoad id q̃ eſt
taliter conuerſiuum & reditiuum ad ſe [& ut intellectus].i. tanquã mentes ſeparatæ, per ſe ſtan
tes ſine contagione materiæ [ſupermundane intelligunt].i. deiformiter noſcunt ſimplici intui
tu ſine cõpoſitione ac diuiſione, & ſine reflexione & cõuerſione ad rerũ phantaſmata [& exi
ſtentiũ proprie illuminant rationes].i. rerũ rationes ac formæ ſeu ſpecies, illuminantur ac deco
rant in eis ex irradiatione altiſſimi ſuper ipſas. Hinc alia litera cõtinet, & exiſtẽtiũ proprie ſplẽ
didantur ſermones. Porro aliæ tranſlationes euidentiores uidentur, quarũ eſt una. Rerum rõ
nes diuinis illuſtrationibus diſcunt. Alia uero, Exiſtentiũ propriæ illuminant rõnibus [& ite
rũ in cognata, quę propria ſunt deferunt].i. illuminationes & cognitiones ſibi deſuper factas
in angelos ſibi propinquores & inferiores transfundunt & conſtat ex dictis, ſuper angelicã hie
rarchiã. Vnde alia ait tranſlatio: Rurſus ad propinquiora & cognata q̃ didicerunt tranſmittũt E
[& habitationẽ ex bonitate habent].i. manſionẽ in deo ac cęlo empyreo, atq; in proprijs hie
rarchijs ac choris, & in pace interna habent efficienter ex bonitate increata quæ deus eſt. Ete
Philoſo. nim teſte Philoſopho, dans formã, dat conſequentia formã, quæ ſunt locus & motus. Ex boni
tate demũ ſua intrinſeca, quæ eſt eorũ formalis eſſentia, conuenit eis formaliter manſio eis con
naturalis in choro ac ordine ſuo ſaltem inchoatiue. Ex bonitate uero & excellẽtia meritorum
ſuorum ſortite ſunt completiue diſtinctas ac proprias manſiones. Vnde Saluator deprõpſit:
Iohan. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. hoc eſt, diuerſi gradus & collocationes præmio
rum, iuxta diuerſos gradus diſtinctioneſque meritorum. Alius textus habet, Habent item
ex bonitate conſtantiam, id eſt, permanentiam ſeu firmitatem in bono [& fundamentum eis
inde eſt] id eſt, ex bonitate habent radicationem ac ſtabilimentum in deo, in quo per bonita
tem uirtutũ & gratiæ ab exordio manſerunt fundatæ, & p conuerſionem ad ipſum ac beatificã
uiſionem, cõfirmatæ & immobilitatæ ſunt in creatore [& continentia].i. cõſeruatio [& cuſto
dia].i. tuitio ac ſecuritas ab omni nocumento [& refectio bonorum].i. epulatio felix, iuxta il
Pſal. m. 35. lud: Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ [& eius appetentes].i. eandẽ refectionẽ q̃ habẽt
1. Petri. 1. iugiter cupientes, q̃m nunq̃ faſtidiũt ipſam, imo ſatietas & appetitus ibi ſunt ſimul in eodẽ. Ete
nim teſte ſummo Apoſtolo in ipſum deſiderãt angeli proſpicere [& eſſe & bene eſſe habẽt] F
ex ſummo bono, utputa pfectionẽ primã & ſecundam.i. perfectionẽ ſubſtantialẽ & acciden
Proclus talẽ. Propſea aſſerit Procl⁹: Ab eodẽ habet res eſſe & bene eſſe. In libro quoq; de Cauſis, pro
Liber cau. poſitione 18. inducitur: Res omnes habent eſſentiam propter ens primũ & res oẽs uiuæ, ſunt
motæ per eſſentiam ſuã, propter uitam primã, & res omnes intelligentes, habent ſcientiã pro
pter intelligentiam primã.i. a primo intelligente atq; ſciente, ut ibidẽ in commentario exponit
[& ad eam, ut poſſibile reformatæ & bene ſpecificatæ ſunt].i. ad primã ac ſummã bonitatem
conuerſæ, reductæ & configuratæ ſunt quantũ per naturam ipſis poſſibile eſt. Sunt nanq; cõ
ſtitutæ in termino ſuæ perfectionis, & potentialitas in ipſis ad actũ perfecte redacta eſt, præ
ſertim quantum ad eſſentiale præmium earundem, felicitatemque principalem [ex his quæ
poſt ſe ſunt communicant] id eſt, mentes illæ angelicæ ſuperiores, ex donis & bonitatibus ſibi
diuinitus diſtributis diffundunt ac largiuntur inferioribus angelis [ut diuina lex ſuggeret] id
eſt, ſecundum quod ordinatio ac iuſſio dei ipſis præfigit, inſtigat, hortatur [in eas ex bono pro
deũtibus donis].i. muneribus diuinarũ influxiõum ac illuminatiõum procedẽtibus & deſcẽ
Ordines angelorũ eſſe ab ipſo bono tibus in mẽtes illas inferiores ex ſummo bono per mentes ſuperiores [¶ Inde eis ſuper ornati]
ſunt [ordines] id eſt, ex illa influxione & illuſtratiõe diuina, diuerſi ac decori & pulchræ orna
ti chori & ordines ſunt in angelis de quorum officijs, diſtinctionibus & diſpoſitionibus tracta
tum eſt libro de angelica hierarchia [ad ſeinuicem unitates] id eſt mutuæ uniones, ſeu aptæ
con



counitiones, ſecundum q̃d ſapientis eſt ordinare, [inter ſeinuicem locationes].i. conſtitutiones
omnium & ſingulorum in conuenientibus locis ad inuicem, ſecundum q̃d angeli dicuntur eſſe
in locis diffinitiue, [inconfuſæ diſcretiones].i. diſtinctiones & differentiæ ab inuicem ualde de
core, quoniam ſpecies rerum concatenatæ & counitæ ſunt, quemadmodum numeri, [ad me
liores reductiuæ minorum uirtutes].i. uires, idoneæ ad reducendum ac conuertendum mẽtes
inferiores ad ſuperiores pro illuminatione ſuſcipienda ab illis, [circa ſecunda prouidentiæ ma
iorum,].i. actiuæ prouiſiones ſuperiorum angelorũ circa inferiores & circa humana, [propri
arum uniuſcuiuſq; uirtutum cuſtodiæ].i. obſeruationes uirtutum propriarum uniuſcuiuſq; an
geli. Nam unuſquiſq; illorum incõfuſe cuſtodit & explet quod ſpectat ad ſe, nec terminos ſibi
præfixos tranſgreditur, ideo ſubditur: [& circa eas non labentes ambitus].i. circunſpectiones
& perambulationes in executione ſpectantium ad ſe nequaq̃ erroneæ, [circa appetitum opti
mi immutabilitates & ſublimitates].i. inuariabiles ac ſublimes appetitiones & affectiones ſum
mi boni, in quod indeuiabiliter feruntur, tendunt ac fixæ ſunt,] & quęcunq; alia dicta ſunt a no
bis in eo].i. de appetitu iſto ſeu in tractatu, [de angelicis proprietatibus & ordinationibus].i. in
libro de cœleſti Hierarchia, ſed quæcunq; ipſius cœleſtis [hierarchiæ ſunt angelicæ mundatio
nes].i. uniuerſæ purgationes actiuæ & paſſiuæ quæ ſunt in tribus angelicis hierarchijs. [Et ſu
per mundani luciducatus,].i. illuminationes ſupernæ ac directiuæ. [Et conſummationes toti⁹
B perfectiõis angelicæ [.i. perfectiuæ actiones, utputa tres actus hierarchici angelicorũ ſpirituũ.
[ex cauſaliſſima & fontali ſunt bonitate,] .i. a primo increatoq; bono, a quo eſt omnis cauſali
tas, fœcunditas influentia creaturarum, & bonum illud omnipotens eſt incomparabiliter cau Liber cau.
ſale: fœcundum, operatiuum, utputa infinitæ opulentiæ in ſeipſo, iuxta illud libri de Cauſis:
Primum eſt diues in ſe, & diues in alijs. [Ex qua & deiforme donatum eſt eis] id eſt, ex bonita
te illa præſtitum eſt angelis q; ſunt deiformes, hoc eſt, prę cęteris creaturis creatori ſimiliores, ut
puta ſolum intellectuales, immateriales ſimplici intuitu, & infallibiliter intelligentes: [& eluce
re in eis occultam bonitatẽ].i. q; incomp̃henſibilis bonitas, liberalitas, perfectio dei in ipſis prę
clarius fulget ac repræſentatur. [Et eſſe angelos tanq̃ enunciatores diuini ſilẽtij,].i. q; ſunt pri
mi præcones ac nuncij denunciantes eccleſiaſticæ hierarchię ea quæ deus in ſeipſo diſpoſuit,
concepit, decreuit, & inferioribus inſinuare propoſuit, prout ſuper angelicam hierarchiam ex
preſſum eſt. Nam & angelus interpretatur nuncius, eſtq; nomen officij, non naturę, ſecundũ
Gregorium. [Et ut luminaria clara].i. q; uere ſunt ſplẽdida luminaria, intellectualis luminis co Gre. ho. 34.
pioſe contentiua, ac alijs infuſiua [in abditis exiſtentis interpretatiua].i. expoſitiua ſecretarũ *alytis.
ueritatum in abſcondito ſapientiæ dei theſauro latentium, [præmiſſos].i. nuncios ad talia re
uelanda deſuper miſſos anteq̃ fiant. Conſequenter oſtenditur, qualiter animabus rationalibus
ſuo modo communicantur diuina chariſmata. [¶ Sed & poſt illos ſacros & ſanctos intellect⁹] Bonitatis diuinæ in rationales animas effuſio
id eſt, poſt mentes illas ſupernas immaculatas & uirtuoſas, in intellectu & affectu in ſe & in
ſuis operib⁹, [animæ & quæcunq; ſunt animarum bona per ſumme optimam ſunt bonitatẽ]
id eſt animæ & cuncta naturalia atq; gratuita bona earum, producta ſunt a ſuperoptima boni
tate, [amatrices eas eſſe habendi eſſentialem uitam].i. q; ipſe animæ amant & cupiunt habere
ac retinere uitam naturæ, & ipſum uiuere primum, q; ſecundum philoſophum eſt ipſis uiuenti philoſop.
bus eſſe, a quo uiuere intrinſeco, primo, eſſentiali, animabus communicato, deriuatur ac proflu
it uiuere ſecundum, id eſt, actio uitalis, [inſolubile ipſum eſſe & poſſe ad angelicas intentas ui
tas, eas ut optimas ductrices in omnium optimorum bonitatem principalẽ reduci, id eſt, incor
C ruptibile & immortale eſſe rationalium animarum, reduci ad ſummam bonitatem, a qua opti
ma quæq; fluxerunt, [& inde emanantium illuminationum in participatione fieri,] id eſt effi
ci & conſtitui in participatiõe illuminationẽ emanãtium a ſumma bonitate, [ſecũdũ ſummã
anologiã,].i. iuxta maximã proportionẽ, capacitatẽ & habitudinẽ ipſis poſſibilẽ. Et deiformi
tatis donationem ut virtus participare].i. partim ſuſcipere etiam diuinas ,pprietates, ut immor
talitatẽ, intellectualitatẽ, liberũq; arbitriũ, vt virtus.i. q̃tũ poſſibile eſt, & poteſtas aĩę ſe extẽdit,
q̃ facta eſt in vmbra intelligẽtię, & vim intellectiuã habet defectuoſam ac diſcurſiuã, [& quæ
cunq; alia a nobis in his q̃ ſunt de aĩa, enumerata ſunt].i. alia oĩa dona q̃ ſortita ẽ aĩa, q̃ enume
rauimus in tractatu quẽ de aĩa cõpilauim⁹, habet aĩa ipſa a bono illo ſup̃mo. Quo cõſtat q; bea
tiſſim⁹ Diony. librũ q̃q; de aĩa edidit, quẽ vtinã haberem⁹. [Sed & de ipſis, ſi oportet dicere, irra bonitatem diuinã in irrationabilibus effulgere
tionabilibus animabus aut animalibus,] id eſt, ſi oportet aut expedit loqui de irrationabilibus
animabus ac brutis, quæcunque aerem ſecant,] id eſt, volando aerem diuidunt, & percuſſio
ne alarum ſuarum efficiunt ſonum. Vnde in libro Sapientię dicitur: Commotis alis aerem ver Sapien. 5.
berant [& quæcunque in terra gradiuntur] ut greſſibilia ſeu progreſſiua [& quęcunque in ter
ra extendunt,] ſicut reptilia, [& in aquis vitam aut in mari & in terra ſortiẽtia].i. quæ gignũtur

& uiuunt, uel in terra, uel in aquis, aut in utroq;, ut piſces aliqui, & aues q̃ plurimæ, & de quo-
rum productione originali legitur in Geneſi. [& quæcunq; ſub terra cooperta uiuunt & obru-
ta] id eſt, in foſſa ſeu preſſa [& ſimpliciter, quæcunq; ſenſibilem] id eſt, ſenſitiuam, [habent ani-
mam aut uitam & hæc omnia per optimum animãtur] id eſt, omnia iſta uitam ſuam a ſummo
bono mediate aut immediate participant per generationem aut creationem, [& uiuificantur]
a fonte uitæ, nõ formaliter intrinſice, ſed effectiue [germina omnia,] ut plantę & gramina, ar-
bores, [nutritiuam & motiuam habent uitam ex optimo: & quæcunq; ſit inanimalis] id eſt, nõ
animali, [& non uitalis eſſentia] ut elementa & plurima mixta & mineralia, [per optimum
Roma. 11. eſt] id eſt ab optimo deo ſunt, ex quo, per quem, & in quo ſunt omnia, [& per ipſum eſſentialẽ
habitum ſortita] id eſt, a ſummo bono ſumpſerunt habitum eſſentialem, id eſt, formam ſubſtã-
Bonitas diuina quõ inueniatur in materia prima tialem, quæ eis eſt ueluti habitus quieſcens, inhærens, ſeu naturalem inclinationem. [¶ Si autẽ
& ſuper omnia exiſtentia eſt] id eſt, quoniam bonum increatum æternũ excellit & excedit cũ-
cta creata quæ ſunt [quomodo igitur eſt optimum? ] non utiq; quaſi inter illa contentum, aut
tanq̃ unum illorum [& informe formificat]. i. qualiter ipſum nõ formatum ab aliquo, alia for-
mat? [& in ſe ſolo & non eſſentiale] id eſt, in ſeipſo ſeparate exiſtens, nec alicui alteri eſſentiale?
[eſſentiæ excellẽtia eſt] id eſt, oĩs eſſentiæ creatæ eſſẽtia eſt, id eſt, cauſa ipſius eſſẽtialitatis &
excellentiſſima eſt eſſentia [& non uiuens] uita limitata, ſeu ita q̃ in ipſo ſit aliud uiuẽs, aliud ui-
ta [ſuperans uita] id eſt, uita omnem aliam uitam tranſcendens [& non intelligens] per intel-
lectionem a ſe diſtinctam. Eſt [ſuperans ſapientia] id eſt ſapientia tranſcendentiſſima [& quę-
cunq; in optimo informium ſunt] id eſt, in deo optimo fonte exemplarium rationum, a quib[us]
†ſuperemi nentis reliqua cuncta formantur, & ipſe a nullo formatur. Sic informia quædam cenſentur, ſunt [†ſu-
pereminentiſſimæ ſpecificationis] id eſt, diſtinctionis ſuperaltiſſimæ. Diſtinctis nanq; & pro- E
prijs & ſpecialibus rationibus ſeu exemplaribus ſimilitudinibus ac ideis, deus ęternus uniuerſa
Auguſt. cognoſcit & operatur, ut in libro lxxxiij. quæſtionum loquitur Auguſtinus. [Et ſi iuſtũ] eſt
[dicere optimum quod eſt ſuper omnia exiſtentia] .i. ſummum & incomparabile bonũ. [Et
id quod non ON appetit] .i. materia prima naturali inclinatione formam ſubſtantialem appe-
Philoſop. tendo, quæ eſt participatio quędam primi ac puri actus, videlicet dei, ſicut ait philoſophus: Ma-
teria appetit formam, quemadmodum turpe pulchrum, & fœmina maſculum. Deniq; mate-
ria prima ſecundum ſe conſiderata, dicitur non eſſe ſeu non ens: quoniam eſt pura potentia &
infinitum entium, ſicut deus dicitur purus actus & primum ens. Eſſe autem eſt a forma. Nam
forma eſt quę dat eſſe. Hinc Platonici poſuerunt bonum ante ens, & bonum latius participari
q̃ ens, atq; materiam primam eſſe bonum, quia ordinatur ad bonum, puta ad formam, non ta-
men eſſe ens. In quibus ſanctus Dionyſius videt[ur] ſequi Platonem. Nam in iſto volumine prius
Proclus tractat de bono, q̃ de ente. Hinc Proclus Platonic[us] ſecũdo theoremate elemẽtationis ſuæ theo-
Idem logicæ aſſerit: Materia quidem ex vno ſubſiſtens, entis ſecundũ ſe eſt expers ſpeciei. Et iterũ:
Ipſum quod non eſt, appetit bonum [& contẽdit quomodo in optimo eſſe] .i. materia quaſi co-
natur & certat naturali deſiderio eſſe in optimo. i. ſummũ bonum participare [& hoc eſſe ente
ſupereſſentiali iuxta omnium ablationem] .i. ſic exiſtendo in ente primo per participationem,
ut ſit etiam ipſa ens: quæ ſecundum ſe nec eſt quid, nec quale, nec quãtum, ſecundum philoſo- F
phum ſeptimo metaphyſices. Ente in quã ſupereſſentiali iuxta omnium ablationẽ. i. ente pri-
mo, puta in deo, qui eſt ens ſupereſſentiale, per abnegationem uniuerſorum ab ipſo: quoniam
non eſt ens nec aliquid omnium, prout res creatæ, & prout capere poſſumus, ſed modo in in-
finitum ſublimiori, nobis prorſus incomprehenſibili. [¶ Sed quod quidem nos in medio præ-
Bonitas diuina in corporib[us] cœleſtibus termiſſum effugit] .i. id quod iam ſupra omiſimus tangere. Vnde alia tranſlatio continet. Q[uo]d
nos in medio ferme fugerat [& cœleſtium principum & ſublimitatuũ cauſa optimũ] .i. ſum-
mum bonum eſt cauſa effectiua exemplaris ac finalis omnium ſupernorum principatũ & ſub-
Sapien. 11. limitatum & poteſtatum, imo & terminationum ac finium. Omnia quippe in numero, pon-
dere & menſura conſtituit, & intrinſecos rerum fines ſeu terminationes inſtituit ac effecit ter-
Iob. 14. minos quoq; extrinſecos, terminos item durationis, ſecundum illud: Conſtituiſti terminos eius
Iob 38. qui præteriri non poterunt. Vnde & in lib. Iob aſſeritur: Vniuerſorum finem ipſe conſiderat.
Iob 38. Et rurſus in eodem libro: Vbi, inquit, eras quando ponebam fundamenta terræ? Quis poſuit
†minuta, vel minorata menſuras eius? Circundedi terminis mare [non aucta & †nominatiua] .i. cauſa inaugmenta-
bilis nec nominabilis. Vel vt alij textus habent, non variata, id eſt, inuariabilis cauſa. Vnde ſub-
iungitur. & omnino immutabili eadem latitudine] .i. iugiter eſt exiſtens in amplitudine ſuæ
poteſtatis eadem & incommutabili [& conſonantium] id eſt, cauſa eſt conſonantiarũ & pro-
portionum cœleſtiũ motuum. Q[uo]d non eſt intelligendum, quod iuxta Pythagoricos ſit ſonus
realis,



realis, conſonantiaq; corporalis in cœleſtium motibus corporum. Propter quod alius habet te-
xtus, motuum quoq; quiete & ſine ſtrepitu vires ſuas agentium. Q[uo]d doctrinæ Ariſtotelis cõ- Philoſop.
ſonat [ſic oportet dicere] .i. quia ſic expedit loqui [maxima cœleſti via] .i. bonum illud ſupremũ
eſt cauſa in ampliſſimo cœlorum ſpatio ac itinere [motuum] cœleſtium [& ſideralium ordinũ] Iob 38.
.i. coordinationis ſtellarum. Vnde dominus ait ad Iob: Nunquid noſti ordinem cœli? aut po-
nes rationem eius in terra? [& decoroſitatum] id eſt, pulchritudinẽ. Nempe vt in primo Thi- Plato
mæi habetur, incomparabili pulchritudine mundus conſiſtit, [& luminum,] quibus cœleſtia
corpora radiant & ornantur [& collocationum,] .i. ſituum & poſitionum [& ſingularum ſtel-
larum permeabilis multimodæ motionis] id eſt bonum illud æternum eſt cauſa prima ac prin-
cipalis, q̃uis forſan non immediata multiplicium motuum ſiderum, qui motus ſunt permea-
biles, quia complentur quotidie in reuolutionibus ſuis, mouenturq; motu propriæ ſphæræ, ac
motu mobilis primi. [Et eius qui eſt duorum luminarium] id eſt, etiam cauſa eſt motuum ſolis
& lunæ [quæ eloquia uocant magna]. Vnde in Geneſi habetur: Dixit deus, Fiant luminaria Gene. 1.
in medio cœli. Et fecit deus duo magna luminaria, quorũ unũ ſecundũ apparentiã magnũ uo-
catur, q[uі]a propinquiſſimũ elemẽtis: aliud ſecundũ ueritatẽ, q[uo]d eſt in medio planetarũ, ſecundũ Ptolo-
mæum alioſq; cõmuniter, q̃uis Ariſtoteles putauerit ſolẽ proximũ lunæ, [ab eiſdẽ in eadẽ cir- Philoſo.
cũmeabilis reuolubilitatis], i. ſummũ bonũ eſt cauſa reuolutiõis luminariũ horũ ab oriẽte in oc-
cidentẽ, & ecõuerſo [ſecundũ q̃ apud nos dies & noctes terminatę] .i. ex curſu & motu ſolis & lu-
B nę, accipiunt[ur] & terminant[ur] in terra dies & noctes [& mẽſes & anni mẽſurati.] Nã ex cõpletiõe
motus lunę in ſphæra ſua ex motu primi mobilis, ſumit[ur] nomẽ & duratio mẽſis. Porro ex huiu-
ſcemodi cõpletiõe mot[us] ſolaris, ſumũt[ur] anni. Hinc legit[ur] in Geneſi: Sint in ſigna & tẽpora & mẽ- Gene. 1.
ſes & annos. Et in Ieremia: Hæc dicit d[omi]n[u]s, q[ui] dat ſolẽ in lumine diei, ordinẽ lunæ atq; ſtellarũ in Ieremię 31. Eccle. 43.
lumine noctis. Eccleſiaſticus quoq; ait: Luna oſtẽtio t[em]p[or]is & ſignũ ęui, menſis ſecundũ nomẽ eſt e-
ius. Hinc ſubdit[ur]: [Tẽporis & eorũ q̃ in t[em]p[or]e ſunt, circulares motus ſegregant & numerant & or-
dinant & continent] id eſt, luminaria iſta diſtinguunt, & numerabiles reddunt orbiculares re-
uolutiones quæ fiunt in tempore, ac tempore menſurant & ordinant eas cauſaliter, ac cauſant De luminis nomine
unam poſt aliam, ſicq; uirtualiter continẽt ipſas. [Quę ſi quis dixerit de ipſo per ſe ſolari radio]
id eſt quod inconueniens eſſet idẽ aſſerere de luce ſeu radio ſolis, quod ſcilicet ex primo ſit bo-
no, & cauſet diem diſtinguatq; tempora, imo & ualde diuerſos, miros & multos parat effectus
in terra, [Ex optimo enim lumen & imago bonitatis] id eſt, lumen hoc ſicut & cætera lumina
quæ originaliter a ſummo bono fluxerunt, ſunt euidentes imagines bonitatis increatæ, alia or-
nando, ſe undiq; diffundendo, omnia clarificando. Nam & ipſemet deus lux appellatur. Vñ 1. Iohan. 1.
Iohan. Deus ait lux eſt, & tenebrę in eo nõ ſunt ullę. Hinc addit[ur]. [Deinde & lucis uoce laudat[ur] Diuinitas quõ laudatur luminis nomine
optimum] id eſt, deus qui ſummum eſt bonum, laudatur & deſignatur nomine lucis ut apud Iohan. 1.
Iohannem: Erat lux uera, [uelut in imagine principalis forma manifeſtata,] id eſt, ſicut uere
ſumma & exemplaris forma, reſultans, reſplendens & notificata per ſuum effectum tanto eui-
dentius, quanto effectius ille clarior eſt ſimilitudo primi & ſummi opificis. [Sic enim omnium †ſummitatis
†ſummitas diuina bonitatis] id eſt, bonitas increata, apex & ſummitas omnium rerum, [a ſub-
limiſſimis & maximis eſſentijs uſq; ad nouiſſima peruenit] id eſt, a ſupremis ſuis effectibus ſu-
pernis ſpiritibus, operando & influendo, non locum mutando, deſcendit uſq; ad infimos ſuos
effectus [& adhuc ſuper omnes eſt] id eſt uniuerſis & ſingulis eminet, nullibi terminatus neq;
C incluſus [neq; his quæ ſurſum ſunt anticipantibus eius excellentiam] id eſt, ita quod nec ſup-
mæ illæ creaturæ creatoris ſui excellentiam, perfectionem, immenſitatem præpediant, attin-
gant aut conſequantur [neq; his quæ deorſum ſunt] id eſt, nec inferiora creata [ambitũ tranſ-
gredientibus] id eſt, infinitatem dei qua omnia intra ſe claudit & continet, exeant, effugiant
aut euadant. Iuxta illud Pſalmi: Quo ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero Pſalm. 138.
in cœlum tu illic es &c. In Iob quoq; legitur: Excelſior cœlo eſt, & q[ui]d facies? profundior infer- Iob. 11.
no, & unde cognoſces? lõgior terra mẽſura ei[us], & latior mari. Ad ipſum ergo humiliter cõfu-
giamus, cuius maieſtatem effugere nequaq̃ ualemus. Deniq; concordat p[rae]dictis quod theore-
mate xiiij. loquitur Proclus iuxta ſuum modum loquendi: Omnes deorum potẽtiæ deſurſum Proclus
inchoantes, & per proprias procedentes medietates, uſq; ad extrema deueniũt, & uſq; ad loca
circa terram. Additq; in cõmentario: Neq; enim illas impedit aliq[ui]d, nec prohibet præſentiam
ad oĩa. [Sed & illuminat potentia oĩa] .i. cuncta illuminabilia, q̃ ſcilicet illuminatiõis ſunt
protin[us] ſuſceptiua, deus illuminat, imo & ſępe illuminatiõis in capacitatẽ ac obicẽ tollit, ac gra-
tiæ impedimenta, ut patet in his quos gratioſiſſime præuenit. [Et quæ non ſunt, facit] per cre-
ationẽ p[rae]cipue, dicente apoſto: Vocat ea q̃ non ſunt, tanquam ſint [& uiuificat] quædam uita Roma. 4.

D naturæ, quædã uita gratiæ, quædam vita gloriæ, [& cõtinet] id eſt, conſeruat, [& perficit,]
mouendo & inclinando ad congruam operationem ac debitum finem, [& menſura eſt exi-
philoſop. ſtentium] Iuxta illud philoſophi: In omĩ genere primum eſt menſura poſteriorum. Verumtñ
deus ſupbñdictus, & ſupſublimus eſt mẽſura extrinſeca cõmunis excedens, cunctis finẽ impo
nens, vniuerſa determinans, notificans & coarctans. Hoc eſt, quod theoremate cxvii. aſſerit
proclus Proclus: Omnis deus menſura eſt entium. Multitudines enim entiũ determinat & menſurat
[& æternitas]. Deus quippe eſt ſua æternitas, nec æternitas eſt dei mẽſura, niſi ſecundũ ratio-
nis conſiderationẽ, [& numer⁹]. Deus eſt ſimpliſſima vnitas, nec eſt numer⁹ de gñe quãtitatis,
nec numer⁹ numerat⁹ prędicamẽtalis, quãuis ſit trinitas. Sed dicit numer⁹ numerãs, ſupexce-
dẽs, vt cauſa oĩs pluralitatis, [& ordo]. i. cauſa ordinis vniuerſi, [& ambit⁹]. i. cũcta circũiẽs &
intra ſe claudẽs: ſicq; dicit numer⁹, ordo & ambit⁹ pcauſã, [& cauſa & finis]. i. cauſa effectiua
atq; finalis. [Sic & diuinę bonitatis ſignificatiua, imago magn⁹ hic & plen⁹ luce & ſp lũie ſol]
Hic oſtẽdit p ſimile, qđ dixit de deo: magnus, inquiẽs, hic ſol. i. ſol viſibilis, planetas cæteros ac
ſidera vehemẽter excedẽs magnitudine corporali, virtute cauſali, luce, multeplicíq; effectu: E-
uidẽs dei imago, quantũ ad multa, plenus luce in ſe & lumine, qđ influit alijs, ideo ſubdit: [ſecũ
dum multã boni cõſonãtiã]. i. imitatiuã aſſimulationẽ, [& oĩa q̃cunq; eũ participare poſſunt
illuminat], ſicut expſſum ẽ, [& ſuperextẽtũ habet lumẽ in oĩa] q̃ſi parat⁹ illud imptiri ac ſup
fundere oĩbus ſuſceptiuis, [expãdẽs in viſibilẽ mundũ]. i. ſuper totũ corporale vniuerſum, ad
naturalẽ ordinẽ ac habitudinẽ ſpectãs. Nõ eñi illuminat cœlũ empyreũ, nec corpora glorifica
Iſaiæ 60. ta in ipſo. Vñ in Apoc. dr: Ciuitas nõ eget ſole neq; luna. Iſaias q̃q; ait: Nõ erit tibi ſol ampli⁹
Apoca. 21. ad lucẽdũ p diẽ, [ſurſumq; & deorſũ pprio radiorũ claritates] immittit. [Et ſi qđ eas nõ partici
E pat, hoc nõ infirmitatis aut breuitatis eſt illuminatiuæ ei⁹ diſtributiõis. i. nõ cõtingit ex defectu
aut puitate virtutis illuminatiuę ipſius ſolis, q̃ diſtributiu⁹ eſt luminis ſui cũctis capacib⁹, [ſed p
aſſumptiõis lũis importunitatẽ]. i. ex aliq̃ indiſpoſitiõe materiæ ad ſolaris lũis, aſſũptionẽ. i. pti
cipationẽ nõ repãſorũ lũis in pticipationẽ. [Itaq; multa ſic ſe habẽtiũ radi⁹ trãſiẽs]. i. lumẽ ſolis
multa in capaciũ ſuæ claritatis ptrãſit, [q̃ poſt illa illuminat]. i. etiã illa illuſtrat poſtq̃ facta fue-
rint apta illuminari, [& nihil ẽ viſibiliũ q̃ nõ recipiat]. i. in q̃ nõ recipiat lux ſolis, q̃tũ eſt ex parte
ipſius, [ſcdm̃ ppriæ claritatis ſupexcellentẽ magnitudinẽ]. i. iuxta exhuberãtiſſimã plenitudi-
nẽ lucis ſolis, q̃ tãta eſt, ꝙ cũctis capacib⁹ pſto ẽ. [Sed & ad gñationẽ ſenſibiliũ corporũ cõmit
titur]. i. ſimul cũ radijs & influẽtijs aliorũ cœleſtiũ corporũ deſcẽdit] cõfert ac mittit ad mixtorũ
Philoſop. pductionẽ, & ad vitã ea mouet] ppter qđ ait philoſoph⁹: Homo generat hoiem & ſol, [& nu
trit, & auget, & pficit, & purgat, & renouat.] Ad oĩa eñi iſta diſponit vt cauſa diſpoſitiua, vni
Philoſopi uerſalis, inſtrumẽtalis ac ſecũdaria, nõ vt de⁹, queadmodũ plurimi putauerũt. Nam vt Ariſto.
iij. de aia nominat ſolẽ deorũ virorũq; patrẽ, nutrimẽata etiã gñatorũ pducit, [& mẽſura ẽ &
numer⁹ horarũ, dierũ, & toti⁹ ſcdm̃ nos tpis lux, [. i. lux illa ſolis ſeu radius, eſt cauſalit mẽſura &
Iohan. Damaſcenus numerus tpis. Verũ his obijci poſſet, q̃d loqtur Damaſcenus li. ij. Græci p ſolis & lunæ ortũ &
occaſũ & cõcurſũ eorũ, aiũt oĩa diſpẽſari q̃ ſecũdũ nos ſũt. Nos aũt dicim⁹ ꝙ nõ ſũt cauſa alicui⁹
F eorũ q̃ ſiũt, nec gñatiõis neq; corruptiõis eorũ q̃ corrũpũt. Signa vero ſũt imbriũ trãſmutatiõiſq;
aeris. Et reſpõdẽdũ ꝙ Damaſcen⁹ efficaciter & catholice probat, ꝙ nõ ſũt cauſę directę aut co
actiuę actuũ humanorũ, pſertim q̃tũ ad partẽ hoĩs ſuperiorẽ, intellectualẽ ac liberã. Porro ꝙ ait
eos nõ eẽ cauſam gñatiõis & corruptiõis, nec gñabiliũ & corruptibiliũ, pie exponẽdũ ẽ, ꝙ ſc;
nõ ſũt cauſæ taliũ dñatiuæ & ptãtiuæ, vt poſuerũt idololatrę: nec ſũt p ſe, ſed q̃ſi p accidẽs cauſę
Philoſo. corruptiõis. Vñ ſecũdũ philoſophũ, ſol ſuo acceſſu ad nos in zodiaco, ẽ cauſa gñatiõis & reno
uationis in inferiorib⁹ iſtis: ſuo vero receſſu, cauſa ẽ corruptionis, queadmodũ ignis ſua elonga
Effectus ſolis qui tione fert cauſa infrigidatiõis, & nauta ſua abſentia cauſa naufragij. ¶ Inſuper effect⁹ ſolis & lu
minis eius, ſũt multi. Tẽpora nanq; diſtinguit, tẽporales anni vices, ac verſiones, puta ver, æſta
tem, autũnũ, hyemẽq; inducit, gelida reſoluit, mollia q̃dam conſolidat, & dura q̃dam reſoluit,
fructus maturat, aperit flores, terrã & arbores ornat folijs, graminib⁹, herbis, virgultis, ſicq; fu-
turę reſurrectionis & renouationis atq; in melius cõmutationis typũ pmonſtrat, vapores diuer
ſimode eleuat & diſponit, lętificat & decorat mundũ inferiorẽ, medicinalis eſt & ſuauis oculis
ſanis. ¶ Præterea de hac luce ſubiungit princeps iſte theologorũ vnũ profus notabile. [Illa eñi
Gene. 1. eſt lux, & ſi tũc imperfecta erat]. i. q̃uis informis fuerit qñ creata eſt, ſc; prima die. [Quã qdẽ
diuinus dixit Moyſes]. i. quam ſanctus Moyſes aſſeruit [& ipſam illã terminaſſe primam ſecũ
dum nos dierum trinitatem. i. feciſſe ac formaſſe trinitatẽ dierum, id eſt, primos tres dies ſecun-
Gene. 1. dum nos. i. dies ſucceſſiuos ac temporales, quibus homines aſſueti ſunt, antequam quarto die
factus eſt ſol, cuius motu cauſatus, inceptus & terminatus eſt quartus dies, vt patet in Geneſi.
Ex quis



A Ex quibus uerbis eſt euidẽs, ꝙ ſanctus Dionyſius in ſcripturis ſtudioſiſſim⁹, & in earũ intelligẽ
tia ab apoſtolis ac apoſtolicis uiris, præſertim a Paulo ac Hierotheo inſtructus (ut ipſemet fre
quenter teſtatur) dies illos primæ creationis rerũ de q̃bus locutus eſt Moſes, intellexit & intelli
gẽdos edocuit de temporalibus & ſucceſſiuis diebus, in quorũ q̃rto perhibuit ſolem factũ. Idẽ ibidem
Leo papa affirmat, & uniuerſi doctores catholici latini & Græci atq; Hebræi, qui ante Augu- Leo papa Auguſti.
ſtinũ fuerunt. Nec Auguſtinus expoſitionẽ ſuam nouã, antea inauditã poſuit aſſertiue ſed o-
pinatiue loquẽdo. Idcirco quod qdã doctores ſcholaſtici eam aſſertiue ſequũtur non cenſetur
laudabile, prout de hoc ſuper ſecũdũ Sentẽtiarũ diffuſius ſcripſi. Per hoc quoq; aſſerit ſolẽ factũ Diſt. 13. 14.
exiſtẽs & bonoꝝ factiuũ].i.malũ p ſuũ ſubiectũ accipiṫ tãq̃ ẽns & tãq̃ factiuũ bonoꝝ,realiũ ve
effectiuũ.[Magis autẽ]ſupple dicendũ eſt,ſicut ſubiungiṫ:[Neq; eñ erit idipſum ſecundũ ſei-
pſum].i.vnũ & idẽ ſcd̃m eandẽ rõnẽ ſeu ꝓprietatẽ vel actionẽ,nõ erit[bonũ & malũ neq; eiuſ-
dẽ corruptio & gñatio].i.nõ ſunt realiṫ idẽ corruptio & gñatio rei eiuſdẽ,cũ ſint à cauſis diuer-
ſis,& à diuerſis incipiant terminis,atq; ad terminos tẽdant ac finiaṫ diuerſos[ſecũdũ idipſum
eadẽ virtus].i.nõ ẽ hoꝝ eadẽ virtus cauſalis ſecũdũ idẽ[neq; hæc virtus aut hęc corruptio]ſup
ple idẽ ſunt,neq; ſecundũ idẽ,ſicut expoſitum eſt.[Ipſum qdẽ malũ]vt tale[neq; exiſtens,neq;
bonũ,neq; gignificum,neq; exiſtẽtium & bonoꝝ factiuũ].i.nõ eſt bonum neq; actu exiſtẽs,cũ
ipm eſſe ſit naturaliter bonum & appetibile,nec gñatiuum alicuius entis realis,neque alioꝝ o-
peratiuum. ¶[Bonum autẽ qbuſcunq; pfecte ineſt,pfecta facit & pura & integra optima[id ẽ,
Boni effectus. bonũ ac ea in qbus eſt pfecte ſecundũ naturã ſeu capacitatẽ eoꝝ,facit ea pfecta,pura & integra,
valdeq; bona in gñe & ordine ſuo,ſecũdum q̊d deus vidit cuncta quæ fecerat,& erãt valde bo
Gene.1. na.Deniq; bonũ increatum,facit hæc efficientiṫ:bonũ vero creatũ participatũ,hæc facit forma-
liṫ.[Minus vero ipm participãtia].i.quæ bonum ſummum minus plene participant[& imp-
fecta ſunt bona & mixta p defectum boni].i.aliq̊ mõ cõpoſita & potẽtialia,ita ꝙ in ipſis inueni E
unṫ q̊d eſt & q̊ eſt,actus & potẽtia,materiale & formale:q̃a ſunt defectiua,& à bono pfectibilia.
Proclus. Sic & Proclus affirmat:Om̃e q̊d ſit vnũ aut bonum,participatiõe vnius aut boni ſit vnum ſeu
bonum:ſcd̃m autẽ q̊d ſuſtinet & ſuſcipit participationẽ illius,eſt vnum aut bonum [& nõ ẽ vni
uerſaliṫ malũ,neq; bonũ,neq; bñficũ].i.in creaturis nihil ẽ q̊d ſit vniuerſaliṫ & oĩarie ſiue ſim-
pliciṫ malũ aut bonũ,aut alijs bñfactiuũ,ſed ſolũ in gñe & ordine ſuo.Nẽpe q̊d vni eſt malũ,eſt
Roma.8. alteri occaſionaliṫ ſeu aliq̊ mõ bonũ.Deus q̊q; multa bona ex nr̃is elicit malis,ſed & oĩa coo-
perãṫ electis in bonũ.Nec malum priuat ſeu deſtruit niſi bonum ſibi oppoſitum. Hinc ſcriptũ
Ecclesi.39. eſt in Eccle.Oĩa ſc̄tis in bona,impijs autẽ & pc̄tõribus in mala cõuertẽṫ.Solum q̊q; primum &
Philoſop. increatum ens eſt vniuerſaliṫ ſimpliciṫq; pfectum,vt qnto Metaphyſices Ariſto.& cõmẽtator
Lib.Cauſa eius teſtãṫ,& illd̃ ẽ oĩbus influẽs,ſicut in lib.de Cau.aſſeriṫ,ꝙ prima cauſa replet om̃e ſeculũ bo
nitate[ſed q̊d maius aut minus bonum,bono ꝓximum,ꝓportionaliṫ erit bonum].i.q̃to quid
magis ꝓpinquum ẽ ſummo bono,tãto ẽ melius,& primo bono ſimilius,q̊d idcirco vocaṫ mẽſu
ra oĩm ſcd̃oꝝ.[Qm̃ qdẽ ipſa p oĩa veniẽs pfectiſſima bonitas].i.increata bonitas p vniuerſa p-
cedẽs ſua dona cõmunicãdo[nõ vſq; ſolas implet circa ſe optimas ẽentias].i.coĩcationẽ & in-
fluẽtiã ſuã extẽdit ac diffundit nõ ſolũ vſq; ad ſupremas intellectuales deiformesq; creaturas.
[Extẽdiṫ autẽ vſq; ad nouiſſimas].i.vſq; ad infima,ad quæ diuina ꝓuidẽtia & efficiẽtia ſe extẽ-
dit[his qdẽ vniuerſaliṫ aduenĩẽs].i.copioſius ſe effundẽs,puta ſup̃mis[his autẽ minus] videli- F
cet medijs[alijs vero nouiſſime].i.infime,iuxta illud Philoſophi:Ab hoc ente oĩbus deriuatũ
Philoſop. eſt eſſe & viuere:his qdẽ clarius,his autẽ obſcurius[vt vnumq̊dq; eã participare põt exiſtẽtiũ]
Hebræ.5. Matth.25. .i.ꝓut quæuis creatura põt recipere,quẽadmodum S.Paulus lactaſſe vel potaſſe ſe phibet,q̃ ſo
lidum cibum capere neqbãt,atq; in euãgelio legiṫ dñs vnicuiq; dediſſe ſcd̃m ꝓpriã virtutẽ.[Et
quædã qdẽ oĩno bonũ participãt].i.in abundãtia & excellẽtia magna,vt mẽtes angelicæ[quæ-
dã vero magis & minus priuãṫ]qm̃ rõnales creaturę plus deſup ſortiunṫ q̃ irratiõales,iuxta il
Iob.35. lud in Iob:Qui docet nos ſup iumẽta terræ,& ſup volucres cœli erudit nos[quædã vero obſcu
riorẽ habẽt boni participationẽ]vt bruta[& alijs ſcd̃m nouiſſimã cõſonãtiã adeſt bonum]id ẽ,
inaĩata ſcd̃m infimum gradum participãt bonum ſcd̃m cõgruẽtiã & ꝓportionẽ ordinis vniuer
ſi.[Si enim nõ ꝓportionaliṫ vnicuiq; bonum adeſſet].i.ſi ſummum bonum ſe nõ cõmunicaret
vniuerſis & ſingulis ordinate,ſcd̃m mẽſurã,dignitatẽ ſeu capacitatẽ ipſoꝝ[eſſent diuiniſſima &
honorabiliſſima nouiſſimoꝝ habẽtia ordinẽ].i.ſup̃ma eſſent in loco ac ordine infimoꝝ,dum
ipſis infunderẽṫ dona inferiorib⁹ cõgruẽtia. ¶Porro ſupnaturalia & gratuita dona nõ dãṫ ſp ſe
Matthæi.2 cundum naturalium dignitatẽ,diſpoſitionẽ ac ordinẽ,ſed interdũ iuxta donãtis libertatẽ ac ſa-
piẽtiã.Ad q̊d deſignãdum Chr̃s apud Matt.Volo,inqt,huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.An nõ
licet mihi q̊d volo facere?[Quõ autẽ & eſſet poſſibile vniformiṫ oĩa participare bonum?Quaſi
dicat neq̃q̃.Nec enim lapis capax eſt ſapiẽtiæ,aut lignum virtutis. Cũq; intelligẽtiæ participẽt
bonitatẽ diuinã p modum ſignaculi,homines per modum imaginis,inferiora p modum veſti-

gij,ne-



A gij,nequeunt ſummum bonum vniformiter participare,repreſentare aut imitari.[Nunqd oĩa
exiſtentia ſimiliter in vniuerſalem eius participationem oportuna?]id ẽ,creata omnia nõ ſunt
æqualiter apta ad participationem ſummi boni perfectam ſeu generalem.[Nunt autẽ hoc eſt
boni,virtutis ſuperexcellens magnitudo]id eſt,iſtud eſt magnitudo permaxima virtutis,pote
ſtatis ſeu bonitatis diuinæ[quia & priuata & ſuimet priuationem]id eſt,ea quæ carent excellẽ
tioribus donis,& ipſam diſpoſitionem ad dona proportionata[poſt ſe facit, ſecundum quod
vniuerſaliter eſt ſui participare]id eſt,perducit ad participationem ſuæ bonitatis apta commẽ
ſuratione,ſecundum quod ipſe eſt vniuerſaliter ab omnibus participabilis.Nihil enim euadit Sapientię.6
neq; effugit prouidentiam & influentiam eius,cui eſt cura de omnibus.[Et ſi oportet fidum di 1.Petri.5.
cere verum]id eſt,etiam cum expediat me confidentem & ſecurum in ipſo dicere quæ ſunt ve-
ra[& pugnantia ei]id eſt,repugnantia & contrariantia deo[ſua virtute,& ſunt & pugnare poſ-
ſunt]id eſt,diuinæ virtutis participatione & conſeruatione ſubſiſtunt,perdurant,& poteſtatem Iohan.19.
repugnandi ſortiti ſunt.Ideo dixit Pilato:Non haberes poteſtatem aduerſum me vllã,niſi da- Roma.13.
tum tibi eſſet deſuper.Apoſtolus quoq;:Non eſt,ait,poteſtas niſi à deo.Verumtamen ipſa po
teſtas,abuſio atq; peruerſitas ac malitia ſeu deordinatio vſus huiuſmodi,non eſt à deo,ſed à de
fectuoſa voluntate creata.Propter quod dominus per Oſeæ:Ipſi,ait,regnauerunt,& non ex Oſeæ.8
me:principes extiterunt,& non cognoui. ¶[Magis autem,vt comprehẽdens dicam]id eſt,vt
plura compendioſe perſtringam[omnia exiſtentia quantum ſunt & bona ſunt & ex bono].i.
inquantũ ſunt,ſunt bona,bonitate naturæ & entitatis.Nam bonum cum ente conuertibile eſt
[quantum autem priuantur bono]id eſt,participatione boni deſtituta ſunt[neque exiſtentia
B ſunt,neq; bona]ſic enim labũtur & aliena ſunt ab illo.[In alijs quidem enim habitudinibus]
id eſt,in cæteris qualitatibus aut habitibus[qualis eſt caliditatis aut frigiditatis]id eſt, qualis ẽ
habitus ſeu qualitas caloris aut frigoris[ſunt calefacta]id eſt,tali aut tali qualitate informata
[& relinquente ea caliditate,& vitæ & mẽtis multa exiſtentium ſimul expertia ſunt]id eſt,dũ fu
erint calore priuata multa exiſtentium,quæ ſcilicet ſolum ſunt,nec viuunt,nec ratione vtũtur
[& eſſentia deus exaltatur]id eſt,adhuc manent in ſuo eſſe ac natura, quam habent à deo qui
tam ſuperexaltatus eſt[& eſt ſupereſſentialiter & ſimpliciter]ideo participatio,influentia & ef-
fectus eius remanet in re creata, dum poſteriores quædam qualitates & formæ tolluntur,vt in
commentario primæ propoſitionis libri de Cauſis habetur.Hinc alia tranſlatio clarius ait,Ca Lib.Cauſa
lefacta ſubſiſtunt etiã vbi defecerit calor &c.[Aliarum quidem ſimul omniũ abeunte ipſa,quę
non eſt,ingenita omnino habitudine ſunt exiſtentia]id eſt,recedente & deſtructa habitudine,
id eſt,qualitate omnium ſimul rerum aliarum,quibus habitudo talis non eſt omnino inna-
ta,ſed ſeparabiliter inhærens,ſubiecta illa adhuc manent in eſſe[& ſubſiſtunt]& ſubſiſtere poſ-
ſunt.[Quod vero per omnem modum bono priuatum eſt]id eſt,quod nullatenus fuit,nec ẽ,
nec erit participans bonum[nunquam neq; erat,neq; eſt,neq; erit,neq; eẽ poterit quale eſt in-
C continens]id eſt,ſimile huic eſt in homine incontinente.[Et ſi priuetur bono iuxta irrationa-
bilem concupiſcentiam]id eſt,quamuis bono rationis priuetur per ſuam carnalitatem,& pec-
cet mortaliter,ita quod ſpiritaliter nihil eſt neq; viuit.Propter quod ſubditur[in hoc quidem
non eſt]id eſt,ſpiritaliter non eſt inquantum huiuſmodi[neq; exiſtentia concupiſcit]id eſt,nõ
appetit ea quæ vere ſibi ſalubria ſunt,iuxta illud in Iohanne:Vſq; modo non petiſtis quicquã Iohan.16.
in nomine meo[participat tamen bonum ſecundum ipſam vnitatis & amicitiæ obſcuram cõ-
ſonantiam]id eſt,adhuc participat bonum naturæ & entis tenuem quandam vnionem,ac ada-
mationem in genere tenet:quæ corruptione inficitur,dum per ſpeciem inordinati amoris cõ-
trahitur.[Et furor participat bonum,per ſe mouendo & appetendo opinabilia mala ad opina
bile bonum erigere & conuertere]id eſt,vehemẽs ira participat aliquid boni in hoc,quod mo-
uet & appetit illa quæ ſibi bona videntur,quę tamen vere ſunt illicita,quamuis opinetur quod
bona ſint,& appetit ea erigere atq; adducere ad id,quod vere opinatur ac æſtimat eſſe bonum,
ſicq; in ira eſt quaſi aliquid apparentis iuſtitiæ,quod tamen per immoderatam commotionem
fuſcatur.[Et ipſe certantis vitæ appetens]id eſt,ille qui appetit vitam,virtuti ac rationi rebel-
lem,& contra honeſtatem certantem:iuxta illud in Iob:Ipſi fuerunt rebelles lumini.[Eamque Iob.24.
totus vitę appetens].i.viuere cupiens ſecundum concupiſcentiam ſuam[& egregiæ opiniõis
& hoc appetere & vitam appetere & ad egregiam vitam reſpicere].i.cupidus conuerſationis
quam ipſe reputat præoptandam,& putat reſpectum habere ad vitam præclarã[participat bo-
num]vtpote vitam,& eam ſub ratione boni,quæ tamen inquantum vitioſa,bona non eſt.[Et
ſi omnino bonum conſumpſeris].i.bonũ eſſe negaueris,& prorſus illud abſtuleris[neq; eſſen-
tia eſt]id eſt,ex tuis verbis illud ſequeretur,ꝙ nec eſſentia eſt[neq; vita,neq; concupiſcẽtia,neq;

RR iij motus

Ca.IIII

motus,neq; aliud aliquid. ¶[Itaq;& fieri ex corruptione generationem non eſt mali virtus].i. non procedit ex poteſtate aut influentia mali formaliter ſumpti[ſed minoris boni preſentia] id ē,ex virtute boni defectuoſi præſentia,in quo eſt aliquid boni & cauſalitatis,quod inchoatiue aut potentialiter in materia latuit[quantum & ægritudo defectus eſt ordinis]id eſt, conuenientis & contemperatæ ordinationis humorum ſeu complexionis in animali. Et in hac propoſitione prædicatio eſt cauſalis,qa ex illo defectu cauſatur infirmitas. Eſt aūt ægritudo defectus ordinis[non oīs]id eſt,non cuiuſlibet ordinis. [Si em̄ hoc fieret]id eſt,ſi in ægritudine nihil ordinatiōis maneret[neq; ægritudo ipſa ſubſiſteret[id eſt,nihil eſſet reale,ſicut nec cæcitas, nec mors,nec haberet realem effectū. [Manet aūt & eſt ægritudo].i.aliquid reale manet in ea, imó ipſa manet[*eſſentia,habens minimū ordinem]id eſt,modicū prioris ordinatiōis,cuius leſio eſt atq; corroſio[& in ſe ſubſiſtutum]id ē,in ordine illo fundatur & ſubiectatur infirmitas. Ideo alia litera habet,Et in ipſo ſubſiſtens. [Quod enim om̄ino expers boni]id eſt,nihil de bono participat[neq; ON]id eſt,nō eſt ens[neq; in exiſtentibus]eſt. [Quod autē mixtum per bonū in exiſtentibus]quod rebus ineſt ac miſcetur[per hoc]quod participat aliquid bonitatis in exiſtētibus[& ON,inquantū bonū participat]id ē,ens eſt,inquātū aliqd boni ſortitur. [Magis aūt exiſtentia oīa erunt magis aut minus]id eſt,potius dico ꝙ vniuerſa tanto amplius, tātove minus ſunt[quanto optimū participant]id eſt,quanto magis aut minus participant ſummum bonū. [Etem̄ in eēndo per ſelpſum nūquam,nuſquam ON,neq; erit,hoc aut ibi quidem ON, ibi vero non ON]id eſt,cum nunquam ſit ens per ſe ſeu ex ſe,id eſt,ens per eſſentiam ſeu ens impartic ipatum,nunquam erit ens iſtud vel illud,aut in loco iſto aut alio,cum non participet bonum. [Quantū quidem recidit ab eo quod ſemper eſt]id eſt,inquātum cadit ac deficit ab ente eterno[non eſt]id eſt,intm̄ deficit ab eſſe. [Quantum vero ex eē accepit]id eſt,inquātum participauit eſſe ab illo[tātum eſt & ei om̄ino eſſe]ſupple cōuenit ſecundum participatiōis ſuæ menſuram[& quod nō ON,ipſo continetur& ſaluatur]id eſt,eſſe virtualiter cōtinetur in eſſe à quo eſt,& ad eſſe perducitur ſecundum quod creatio & generatio dicuntur productiōes de nō eſſe. [Et malū quod quidem eſt om̄ino à bono receſſio]id eſt,quod nihil de bono participat[neq; in magis neq; in minꝰ bonis erit].i.nullibi inuenie,ſcū prorſus nō ſit. [Hoc aūt ibi quidē bonū, ibi vero nō bonū]id ē, quod ex vna parte eſt bonū,& ex alia nō,pugnat quidē bono cuidā].i. repugnat & cōtrariatur cuidam bono[nō omi autem bono]id eſt,nō repugnat bono ſimpliciter, nec om̄i bono,ſed bono ſibi oppoſito in gn̄e ſuo. [Tenet aūt & hoc boni participatiōe] id eſt,aliqlit manet p boni participationē,inquātū ex aliq̄ parte bonū ē[& ſubſtātificat ſuimet priuationē].i.ſuīpſius priuationē ſuſtentat,relinquēdo in ſuo ſubiecto aptitudinē ad id q̄d deeſt. [Bonū tota ſui participatiōe].i.bonū exiſtēs,p ut tota ſui boni participatiōe fulcit. Nā inde ſortit vt bonū ſuo mō dicat. [Oīno enim abeūte bono].i.bono totalit ſubtracto,†qd erit bonū].i.nullū erit bonū participatū[neq; mixtū]q̄d ſcilicet ex vna parte ſit bonū,ex alia malū[neq; p ſe malū].i.nō erit q̄d totalit aut p eſſentiā malū. [Si enim malū impfectū ē bonū,abſentia pfectiſſimi boni & impfectū].i.impfectū dicet p defectū & receſſum ſui à pfectiſſimo bono[& pfectū bonū aberit].i.rō & veritas boni pfecti longe erit ab eo. [Et tūc ſolū videbit& erit malū, qn̄ his qdē ē malū qbus opponit].i.dū ſuo oppoſito nocet[his aūt tāq̄ bonis auferi].i.ab alijs bonis ſegregat,tāq̄ nō exiſtēs eiuſdē generis aut cōtrarietatis cū illis. [Pugnare em̄ ſibijinuicē eadē p eadē in oībꝰ impoſſibile].i.fieri neqt ꝙ eadē entia p eaſdē q̄litates aut diſpoſitiōes ſibijnuicē aduerſentur ac noceāt. [Nō ergo ON malū].i.hoc cōcluditur ex inductis,ꝙ nihil eſt eſſentialiter malū,nec aliqua res poſitiua ex pura malitia,nec pura malitia eſt entitas.

*neq; tota liter qderit bonum.

¶Malum non eſſe in rebus procedentibus ex bono,nec in bono,nec à bono.

SEd neq; in exiſtētibus eſt malū,quaſi ſit aliqd poſitiuū & dū formalit ſumitur. Iſtud ſæpe mōſtratū eſt,tamen reſumit,vt clarius & multiplicius pbet,fortiusq; inculcet mētibus hominū. Diſputat qppe cōtra peſſimū errorē ac hæreſim pſidoꝝ,duo principia ac gn̄a rerū effectiua ponētiū,videlicet vnū per ſe bonū,aliud per ſe malū. Quæ hæreſis tēpore beatiſſimi Iohānis apoſtoli cœpit per Marcionē hæreſiarchā,quam poſt modum auxit & renouauit ſceleratiſſimus Manichæus. [Si enim omnia exiſtentia ex bono & in omnibus exiſtētibus bonū].i.quoniā oīa quæ realiter ſunt,fluxerūt ex primo & ſummo bono fontaliter, mediate vel immediate:& in oībus quæ ſunt,eſt aliqd boni[& oīa cōtinet bonū].i.bonū cōſeruat cūcta in eſſe, quēadmodū & malū eſt corruptiuū[aut nō erit malū in exiſtētibus]tāq̄ aliqd poſitiuū[aut in bono erit]ita ꝙ aliqd eēntiæ mali erit bono admixtū]& in bono nō erit].i.nō pōt ita eē in bono. [Etenim neq; in igne frigus,neq; ille vitiat eo].i.ignis nō vitiat frigore,tāq̄ q̄litate ſibi naturalit inhærēte,aut cōueniēte,& ipm̄ denominā te[&malū bono in exiſtēte].i.malū nō ſit bonum

Marciō hæreſiarcha. Manichæus hęreſiarcha

Malū non eē in ſubſtā tijs

per hoc,ꝙ



per hoc ꝙ ei bonum ineſt,qa ſcd̄m hanc hæreſim contrariantur omnino, nec vnum per aliud à ſua natura mutatur. [Si autem fuerit,qūo erit in bono malum?].i.dato ꝙ malum formaliter ſumptum,ſit aliquid poſitiuum, qūo erit ſubiectiue in bono? [Siquidē ex ipſo inconſequēs & impoſſibile].i.ineptum eſt dicere,& impoſſibile eſt,ꝙ malum ita acceptum ſit ex bono veluti quid reale,quod probat euangelica autoritate. [Non pōt enim,vt eloquiorum veritas ait,arbor bona malos fructus facere,neq; illud iterum].i.malum non pōt facere bonum, ſeu arbor mala non valet facere fructus bonos. Quod Chriſtus ad literam dixit non de duabus naturis contrarijs, vt Manichæi putabant,ſed de hominibus bonæ ac malæ voluntatis. Chriſtus tn̄ non vult,ꝙ bona voluntas nequeat fieri mala,neq; mala bona. Porro Theologus ad hoc iſtā allegat hic autoritatem,quod ex bono,vt tale,non queat procedere niſi bonum,q̄uis ex bona voluntate,ſcd̄m ꝙ libera & defectiua atq; errabilis,pōt oriri malum. [Si aūt non ex ipſo].i.ſi malum non eſt ex bono[ex alio claꝝ,quia principio & cā erit].i.certum ꝙ ſit ex alio principio & alia cā. [Etem̄ aut malum ex bono erit,aut bonum ex malo. Aut ſi non hoc poſſibile,].i.ſi poſſibile eſt iſtud ita non eſſe[ex alio principio & cā erit & bonū & malum].i.ex duobꝰ principijs erunt,& erunt duo prima effectiua rerum principia. Quod reprobat ſubdens: Omnis em̄ dyas non principium].i.nulla dualitas ſeu binarius eſt primum & rerum principium[monas autem erit totius dyadis principium].i.vnitas eſt principium dualitatis. [& quidem inconſequens ex vno & eodem duo omnimoda contrarie preuenire & eſſe] cum cā producat ſimile ſibi,iccirco effectus eiuſdem cauſæ ſunt ſimul in eodem aliquo ſimiles. [& ipſum principium nō ſimplum & ſingulare].i.inconueniens quoq; eſt dicere, primum principiū nō eſſe ſimplex ſingulare ac vnicum. [ſed partitum & biforme].i.diuiſum ſeu diuiſibile atq; compoſitum. [& cōtrarium in ſeipſum & mutabile].i.conſtare ex contrarijs,quorum vnum agat in aliud,vt ſunt mixta ex elementis,& ipſum eſſe mutabile. Hæc eadem Proclus ex documentis Platonis ſubtiliter probat in elementatione theologica dicens:Omnis multitudo ſcd̄a eſt ab vno. Quod in Commentario 5. Theorematis probat pulcherrime ac diffuſe. Hinc denuo proteſtatur:Om̄ia entia procedunt ab vna prima cauſa,& oīs ordo ac multitudo ad vnam primam reducitur vnitatem. Item:Omne inquit,primo & principaliter ens, ſcd̄m vnumquēq; ordinē vnum eſt neq; duo plura. Conſequenter demonſtrat ꝙ impoſſibile ſit eſſe duo reꝝ principia cōtraria [imo vero neq; duo exiſtentium plura principia contraria poſſibile].i. poſſibile non eſt,ꝙ ſint duo entium principia inuicē contraria, vt per ſe bonum,& per ſe malum, [& ea inter ſeinuicē & in vniuerſo pugnantia].i.ea contra ſeinuicē pliari,& in toto mundo bellum habere,vt pfacti finxerunt hæretici,q̄rum veſania ab Empedocle orta videt,ponēte quatuor materialia reꝝ principia q̄tuor,quatuor ſc; elementa:& duo formalia effectiua, litem uc; & amicitiā. [Si em̄ hoc daret,erit & deus nō innocens;neq; ſine rixa].i.deus nō eſſet immunis nec exors ab inqetudine atq; moleſtia. Siquidem ſi ſit quid eum perturbans,ſequit ꝙ oīa erūt inordinata].i. ſi ſit aliqd deum inquietans, impugnans,moleſtans, cętera om̄ia erunt confuſa[& ſemper pugnantia].i. ſeinuicē impugnantia. [& quidem amicitiā exiſtentibus oībus bonum tradit.].i.cuncta entia ordinis vniuerſi connexionē,concordiam, conſtabilitionē inter ſe hn̄t ac retinent ex bono eorum principio. [& per ſe pax & pacis donās,laudat à ſacris theologis].i.deus in ſcripturis laudatur,& eſſe deſcribitur per ſe ſumma & vera pax.i.tranquilliſſima quies & dator pacis. De q̄ dixit Apl̄s:Non eſt deus diſſenſionis,ſed pacis. Et:Ipſe eſt pax noſtra. Itemq;:Pax Chriſti,quæ exuperat oēm ſenſum. [Proīn & amica bona].i.inuicē ſunt amicabilia & inuicē conferentia & influentia,cœleſtia & terrena,ſuperiora & inferiora. [&compacta oīa.].i.mutuo conſolidata ac firmiter iuncta[&vna vita egenita].i.ab vno fonte vitę exorta[&ad vnū optimū coordinata].i.ad vnū bonū relata[& adunata & ſimilia] Quædā nāq; cōueniunt gn̄e,quædā ſpecie, q̄dā in accideutibus multis,quædam in paucioribus, vniuerſa q̄q; & ſingula aſſimilant ſuo creatori in aliquo[& comparata inter ſeinuicē.] .i. mutuo ſe adunantia,in nominibus quoq; multis communicātia,comparantur etiam mutuo, in q̄ vnū excedat aliud,aut ecōtra[Itaq; nō diuinū malum].i.malū ex deo nō eſt tanq̄ poſitiuus eius effectus[& malum nō diuinū].i.malū nō eſt diuinū,nec eſt deus tn̄braꝝ,q ſit eſſentialr malum aut malus. [¶Sed neq; ex deo malū].*Si em̄ nō bonus].i.ſi deus nō eſt bonus[aut bn̄facit,& bona adducit].i.pducit & cauſat[& non aliqn̄ quidem,& quædam aliqn̄ aūt non,& non omnia].i.non ſolum facit bene interdū,ac bona interdum,ſed ſemper & omnium bonorum cauſa eſt:vel facit interdum ſic,interdū & quædam talia,non omnia tamen, ſed aliqua mala,& aliquando male. [Tranſmutationem quidē in hoc faciet & mutabilitatem.]id eſt oſtendet ſe eſſe mutabilem, & in ſe variatum,ac diuerſimode diſpoſitum. [& circa ſe,hoc eſt,circa omnium diuiniſſimū & cauſam]id eſt circa primā

Matthei 7.

Proclus.

Idem.

Principia duo exiſtentiū eē impoſſibile ſibi cōtraria

Empedoclis veſania

1 Cor. 14. Ephe. 2 Philipp. 4.

Ex deo nō eē in deo eſſe quid mali.

†Aut



&ſum

&ſummam ac præſtantiſſimã cauſam[Si autem in deo bonũ ſubſiſtentia eſt].i.quia in deo eſ D
* ON † ON. ſe bonum ſeu bonitas ſua,eſt ſua ſubſtantia ſeu natura[erit trãsferens ex bono deus aliquãdo*
† quod eſt, aliquando autem † quod non.].i. deus ex ſua bonitate de nõ eſſe euocabit ad eſſe,
qñq; quæ nondũ fuerũt,qñq; vero ea q̃ ſunt,trãsfert ad melius & pfectius eſſe in accidentalib*,
i.Petri 5 iuxta illud Petri:Deus oĩs gratiæ qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam,ipſe pficiet,ſoli-
dabit,confirmabitq;.[Si vero participatione bonum eſt,& habet,& ex altero habebit].i.aliũ-
de recepit.Non enim poteſt quid ſeipſum producere[& aliquando quidem habebit,aliquãdo
autem non habebit].i.interdum erit & manebit in ſuo eſſe,aliquando illud amittet,quantum
eſt ex parte ſui,& niſi deſuper conſeruetur in eſſe:alioquin eſſet inſtantia de ſubſtantijs ſepara-
Nullo mõ deus ẽ mali author tis,corporibusq; cœleſtibus perpetuum eſſe habentibus. Ex prædictis concludit:[Non igitur
ex deo malum,neq; in deo,neq; ſimpliciter,neq; ſecundum tempus].i.malum culpæ ſecundũ
quod tale,nequaq̃ ex deo eſt,niſi permiſſiue:nec malum eſſentialiter,quia tale malum non eſt,
neq; in deo eſt malum pœnę,niſi cauſaliter & idealiter. Veruntamen cognoſcit mala culpę,ſic-
Oſee.4. que in eo ſunt cognitiue quaſi per accidens. Vnde ait per Oſee:Cognoui multa mala ſcelera ve-
ſtra. Præterea actiones vitioſæ quantum ad ſuum materiale, hoc eſt quantum ad id quod en-
titatis & realitatis in ipſis eſt,dicuntur eſſe à deo,non quoad ſuum formale:quia ſic ſunt defor-
Iſai.1,5,52 mitates & obliquitates ac caſus à recto & vero eſſe,ſuntq; à voluntate peruerſa:quæ vt ſic,eſt
potius cauſa defectiua q̃ effectiua. Poſtremo prædictis non obuiat,ꝙ deus aliquãdo in ſcriptu-
Iſaiæ 1. ris perhibet ſe eſſe ab impijs moleſtatum,laſſatum,violentatum,confixum. Loquitur nanque E
metaphorice & more humano,& q̃tum ad ſimilitudinem ſe habendi ac operãdi,quemadmo-
dum etiam fertur furere ac iraſci. Sic quippe ait p Iſaiam:Facta ſunt mihi moleſta. Et ruſus in
Malach.2 Malach.3. eodem Propheta: Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus,quia moleſti eſtis &
deo meo? Malachias quoq; ait:Laborare feciſtis dominum in ſermonibus veſtris. Et iterum
in eodem: Vos,inquit, configitis me gens tota. ¶ Deinde oſtendit quod in angelis non ſit
malum,& patet ſententia ex inductis.

¶ In creaturis malum non eſſe aliquid.

SED neq; in angelis eſt malum]quia nec malum culpæ, cum ſint confirmati in bono &
beati,in gloria conſummati,nec malum eſſentialiter dictum, nec obeſt illud Iob: Ec-
Iob 1. ce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis repperit prauitatem: quia hoc de
angelis dictum eſt,quoad naturalia ſua,& comparatione diuinę incommutabilitatis,
& iuxta ſtatum ruinæ.[Si enim enunciat bonitatem diuinã deiformis angelus].i.ex q̃ angelus
glorioſus repræſentat in ſe creatoris bonitatẽ præ alijs [illud]exiſtens[ſcd̃m participationem
ſcd̃o,q̊d q̃dem ſcd̃m cauſam enunciat primo].i.angelus eſt participatiue per dona naturę & grę
inchoantur,atq; per dona gloriæ cõpletius,q̊d eſt deus oĩpotens,quem repſentat.i.cuius perfe-
ctionem in ſe oñdit per naturam,& plene,independenter,ac infinite:cuius etiam bonitatem.i.
pietatem ac gratiã angeli ſancti enunciant viatoribus eccleſiaſticę hierarchiæ. Angeli q̊q; pri-
mo.i.añ alias creaturas ſaltem dignitate enunciant & pręſentant deum intuentibus eos. Cõ- F
ſequenter ponitur quaſi quædam deſcriptio angeli[Imago eſt dei angelus].i.angelus ſanctus
eſt dei imago,non naturalis,ſed imitatiua & repræſentatiua,eminentiori modo q̃ aĩa rõalis,q̃-
to altioris eſt naturæ,gratiæ & glorię,q̃ aĩa ſiue homo,exceptis præſtantiſſimis aĩabus Chriſti
& virginis glorioſæ,quæ tñ in naturalibus cum cæteris conueniunt aĩabus,& eiuſdem ſunt ſpe-
ciei.[manifeſtatio occulti luminis].i.eſſentia manifeſtiſſima luminis increati, incõprehenſibi-
bilis & immenſi,ſeu luminis gratiæ & glorię nobis occultæ & ignotæ:manifeſtator q̊q; & nun-
cius dei ac multiplicis luminis eius,de q̃ ſcriptum eſt:Nũquid eſt numerus militum eius? & ſu-
Sapient.7 per quem non ſplendet lumen ipſius?[ſpeculum purꝝ]vtpote ab omni culpa alienum, non tñ
plenarie repræſentatiuum diuinę perfectionis,ſcd̃m q̊d ſcriptum eſt de ſapĩa æternali:Candor
eſt lucis æternæ & ſpeculum ſine macula, dei maieſtatis. Deniq; etiã diuina eſſentia ſpeculũ eſt
ſuperlucidiſſimũ,in q̃ cuncta lucẽt,q̊d intuentur beati, ſpeculum vtiq; voluntariũ, q̊d ſe pñtat
q̃tum vult & q̃liter vult[ſplendidiſſimũ].i.valde ſplendidũ,pſertim q̃tum ad lumẽ glię & btĩ-
ficæ viſionis claritatẽ[immaculatũ]q̃tũ ad puritatẽ ſuę eſſentię,q̃ caret materię macula [incon-
taminatũ]q̊ad intellectiuã potentiã, in q̃ nullus eſt error,nec falſitas, neq; ignorantia, quæ ſit
culpa[incoingnatũ]q̊ad vim affectiuam,in q̃ nulla vnq̃ fuit puerſitas neq; pctm̃.[recipiẽs totã
(ſi iuſtũ dicere)ſpecioſitatẽ bñ formatę deiformitatis].i.pticipãs,recipiẽs,repſentãs,cõtemplãs
vniuerſã pulchritudinẽ deitatis incircũſcriptę,optĩe in ſeipſa diſpoſitę necq̃ aliũde formatę[&
*dytis. pure declarãs in ſeipo,ſicut poſſibile ẽ.[bonitatẽ q̃ ẽ in † abditis].i.ſine admixtiõe falſitatis in ſe-
elucidãs



elucidans,q̃tum ſibi poſſibile eſt,& attinens bonitatem,perfectionem ac ſapiẽtiam dei,exiſten-
A tem in ſecretiſſimis & incomprehenſibilibus theſauris diuitiarum illius,iuxta illud aplĩ: In q̊
ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ dei abſconditi. Hinc alia habet tranſlatio:In ſeipſo in-
ſinuans,vt poſſibile eſt,ſacratioris ſilentij bonitatem. Veruntamen angelus cum omni celſi- Coloſſen.2
tudine & excellentia ſua, deficit infinite ab infinita perfectione, gloria & eminentia dei,
atque à plenaria repreſentatione & comprehẽſione illius, ſcd̃m quod ex ſua actualitate & co-
gnoſcibilitate cognoſcibilis eſt,q̃uis iſta non excellenter dicantur de angelo & eminentia eius
in genere & ordine ſuo,& per comparationem ad intellectum humanum inferioresq; creatu-
ras.[Non igitur neq; in angelis eſt malum]ſicut iam patuit[ſed puniẽdo peccãtes ſunt mali?]
Hoc legendum videtur interrogatiue & negatiue. Quaſi dicat: An dicendi ſunt mali puniẽdo
iniquos? tanq̃ dicat, non: ſicut nec deus cum iniquos punire ab eo,ad quem iuriſdictionaliter
ſpectat,ſit actus iuſtitiæ. Propterea ſubditur: [Hac ergo ratione & compeſcentes delinquen-
tes].i.hi qui compeſcunt & domant per pœnas eos qui peccant,ſunt mali,quod nõ eſt verum,
niſi aliunde conſiſtant culpabiles. Hinc alia habet tranſlatio: An vero ideo ſunt mali ꝙ puni-
ant peccãtes? At uero punitio pctõꝝ in vita præſenti,aliquando fit per angelos bonos, vt pa- 4.Regũ 19
tet 4.lib.Reg.de centum octogintaq̃nq; milibus hoĩm,q̊s angelus dñi interfecit in caſtris Aſſy- 2.para.32
riorum,& de ſubuertiõe Sodomę in Gen. Interdum per angelos malos,vt in Actibus de Ana- Geneſis 19 Actuum 5
nia & eius vxore. [& ſacerdotum diuinis myſterijs immundum prohibentes].i.hi q prohibẽt
immũdos ac publice reos ab acceſſu ad diuina myſteria ſacerdotum,eſſent iniqui,quod repro-
batur & alia rõne.[Et quidem neq; puniri malum].i.reum puniri non eſt malum culpæ, ſed
opus iuſtitię,& malum pœnæ,ideo illud inferre non eſt culpabile[ſed dignum fieri pœna]q̊d
ſit per culpam,eſt malum iniquitatis.[neq; ſcd̃m dignitatem prohiberi à ſacris].i.propter de-
merita à diuinis arceri,eſt prauũ.[ſed non ſacrũ & non ſanctum fieri].i.effici vitioſum cenſet,
B & culpabile[& incontaminatis importunum].i.inepte ad ſacramenta & ſacra & ſacramenta-
lia ſeipſum ingerere, eſt iniquum.

¶ Dæmones natura non eſſe malos.

SED neq; dæmones natura mali].i.ex ſua eſſentia non ſunt mali nec vitioſi creati.[Et- Naturã dę monũ nõ ẽ malam
enim ſi natura mali,neq; ex bono].i.ſi eſſent ſubſtantialiter mali,non eſſent producti à
bono cauſali principio[neq; in exiſtentibus].i.non eſſent inter exiſtentia computandi
cum omne exiſtens vt tale,ſit bonum,cum bonum & ens conuertantur.[neq; ex bonis
conuerſi natura].i.non eſſent à bono tranſmutati in malum à ſua natura. Nempe quod natu-
raliter ineſt tanq̃ differẽtia aut propriũ,nõ aufertur re permanẽte[& ſemper mali ſunt].i.à pri-
mo inſtãti ſubſiſtẽtię ſuæ fuiſſent incluſiue iniqui[ſequitur].i.cõſequẽter eſt ſciſcitandum[ſibi-
met ſunt mali,an alijs?].i.an praui ac nociui ſunt ſibiipſis,an alijs?[Siquidẽ ſibimet].i.ſi certe & Philoſo.
vtiq; ſunt ſibimetipſis mali[an corrũpũt ſeipſos?]ſcd̃m q̊d Philoſo. probat,q̃a ſi aliqua res eẽt
ſubſtãtialiter mala,ſeipſam deſtrueret[ſi aũt alijs]ſunt mali,[q̃uo corrumpũt,aut quid corrũ-
punt[in illis[eſſentiam,an virtutem,an actiõem? Sĩqdem eſſentiam].i. ſi dicãtur in alijs corrũ-
pere illorum eſſentiam[primũ quidem non iuxta naturam].i.ſi hoc primum dicatur, hoc di-
ci nõ põt ſcd̃m naturalem entium curſum, nec naturaliter & vniuerſaliter põt hoc dici neq; de- Incorruptibilia nõ efficere corruptionẽ
fendi.[natura eñi incorruptibilia].i.ſubſtãtias ex ſua natura incorruptibiles,vt ſunt intelligẽ-
tiæ & orbes cœleſtes[nõ corrumpũt,ſed acceptiua corruptiõis].i.deſtructibilia ex ſua natura,
C de quibus 2.propoſitiõe lib.de Cauſis:Oĩs ſubſtãtia deſtructibilis nõ ſempiterna, aut eſt cõpo- Lib.Cauſa.
ſita,aut delata ſuper res alias. Sequit[Neq; hoc oĩbus & omnino malum eſt].i.corrumpi non
eſt vniuerſaliter malum, cum multa ſint ordinata in vſum & alimoniã alioꝝ: & aliquid ma-
lum eſt per reſpectum ad naturam particularẽ,q̊d expedit q̊ad naturã vniuerſalẽ[Sed neq; cor-
rumpitur quid exiſtentium,ſcd̃m q̊d eſſentia & natura].i.ſubſtãtia vt ſic,nõ eſt directe & per ſe
ac immediate terminus ſeu rõ corruptiõis:quia vt ſic, nõ habet cõtrarium. [ſed defectu iuxta
naturã ordinis harmoniæ,& cõmenſuratiõis].i.ex diſproportione & inualitudine ordinatiõis
naturalis ipſius complexionis[ratio infirmatur].i.vigor naturæ ac rõ permanẽdi deficiũt:q̃a
ſubſtãtia talium rerum mixtaꝝ, ad actualem ſua ſubſiſtentiã ac operationẽ naturalem, reqrit
complexionẽ & diſpoſitionẽ aptam in corpore:qbus deficiẽtibus, forma ſubſtãtialis de mate-
riæ potentialitate educta,quaſi per accidẽs deſinit eſſe. Materia vero prima,ingenita & incorru-
ptibilis perhibet.[manẽte ſimiliter habens].i.natura cui cõueniret adhuc vt añ manere & opa-
ri,ſi harmõia in ſuo maneret vigore,iuxta q̊d ait Philo. ꝙ ſi vis viſiua ſenis eſſet in organo ita
diſpoſito,ſicut diſpoſitũ eſt organũ viſus iunioris,tam clare videret in ſene,ſicut in iuniore[In-
firmitas autem nõ perfecta].i.infirmitas illa naturæ nõ eſt prorſus cõpleta atq; prædominãs
ſuo ſubie-

ſuo ſubiecto[Si eñ perfecta].i.ſi taliter eſſet completa ac prçualens. [& corruptionẽ & ſubie- D
ctum interimeret].i.illud oïno deſtrueret, imo & ſeipſam eo mõ, q̊ſibi cõuenit eſſe. Hinc ſub-
ditur:[&erit ipſa corruptio & ſuimet corruptio]manet ergo in infirmitate modicum q̃d vigo
ris.[Itaq; huiuſmodi non malum,ſed deficiens bonum].i.talis infirmitas non eſt purum ma-
lum,ſed bonum deficiens,diminutum.[Qď enim oïno expers boni].i.nihil boni participat.
[neq; erit in exiſtentibus]i.de numero exiſtentiũ nõ eſt[& de virtutis & actionis correptione
eadẽ rõ].i.idem dicendum de corruptione potentiæ & operationis, q̊d iam dictum eſt de cor-
reptione eſſentię, quam naturalr̃ & inſeparabilr̃ conſequuntur propria potentia & actio aliq̃.
❡Deinde redit ad tractandum q̃liter malum in dæmonibus ortum eſt &,inuentum, arguitq;
pro parte vtraq;,vt difficultas appareat quæſtionis. [❡Deinde q̃uo à deo facti dęmones ſunt
mali?].i.q̃liter ſpũs illi à deo boni creati,imo(vt multi dicunt)in gr̃a & charitate producti,q̃a

Auguſtin.

ſcd̃m Auguſt. deus fuit ſimul in eis condens naturam,& largiens gr̃am.[Bonum eñ bona ad-
ducit & ſubſtituit].i.ſub ſe conſtituit bona,cum agens producat ſimile ſibi. [& q̃dẽ mali dicũ
tur]imo & obſtinati in malo.[dixerit quis].i.reſpondere aliquis põt[ſed nõ ſcd̃m q̊d ſunt].i.
vitioſi non ſunt ſcd̃m q̊d ſunt,& vt bonam hñt naturã[ex optimo enim ſunt].i.ex ſummo bo
no p̱ creationẽ fluxerunt[& optimã ſortiebãtur eſſentiã].i.valde bonam à ſuperoptimo crea
tore acceperunt in ſua creatiõe naturã[ſed ſcd̃m q̊d nõ ſunt,infirmi]facti ſunt[vt eloquia aiũt,
non ſeruare ſuum principatum].i.ex hoc corruerunt,defecerunt & peccauerunt,ꝙ nõ adhæ-

Iudæ 1.

ſerunt firmiter ſuo creatori. Hoc ſumptum eſt ex Canonica S. Iudę apl̃i dicentis:Angelos qui
non ſeruauerunt ſuum principatum,ſed dereliquerũt ſuum domiciliũ,&c. Suum quippe prin
cipatum nõ ſeruauerunt.i.dignitatẽ & ordinẽ, imo à primo apoſtata cito ac facile p̱miſerũt ſe E
à creatore abduci.[In q̊ enim(dic mihi) vitiari dęmones dicimus,ſi nõ in ceſſatiõe diuinorum
bonorum habitudine & actione?].i.niſi in hoc ꝙ ceſſauerunt ab adhęſione æternaliũ bonoꝝ,
hoc eſt,à debita habitudine & actione circa illa. Vñ alia litera habet: niſi in definitione diui-
norum bonoꝝ,habitudine ſc; & actione. Porro alia clarius continet:niſi in carẽtia habitus &
operationis diuinoꝝ bonoꝝ? Sequit̃ ad idem probandũ rõ alia. [Sed itaq;] ſupple dico:[ſi
natura mali dęmones].i.ſi dęmones ex ſua natura ſunt impij[ſp̱ mali].i.ab exordio ſuo mali
fuarunt indeſinenter & incorrigibiliter[& q̃dẽ malum inſtabile eſt].i.inquietũ, ſeu frequẽter
delebile.[ergo ſi ſemper ſic hñt].i.immutabilr̃ in vna diſpoſitione p̱ſiſtunt[non mali].i.ſeq̃t

Qď eñ ſp̱ idip̄m opti mi, p̱priũ

ꝙ mali non ſint.[Si aũt non & ſemper mali].i.ſi non iugiter mali ſunt[non naturales].i.ma-
litię eorum non ſunt eis innatæ[ſed indigentiæ angelicoꝝ bonorum].i.priuationes & caren-
tiæ angelicaꝝ virtutum & p̱fectionum.[Sed non oïno expertes boni ſcd̃m q̊d & ſunt,& viuũt
& intelligunt].i.nõ ſunt penitus deſtituti naturalibus bonis ac donis,qm̃ ſunt, viuunt, intelli-
gunt.[& omnino eſt quidem in eis concupiſcentiæ motus].i.motio ſeu affectio circa bonum
priuatum:quæ tñ concupiſcentia non eſt inclinatio appetitus ſenſitiui, q̊ carent, ſed appetitus
deordinati,ad inferiora depreſſi,& q̃ſi aſſimilati appetitui ſenſitiuo: nam & terrenis honora-

Dæmones q̃re dicantur mali.

tionibus & ſacrificationibus delectant̃.[Mali aũt eſſe dicuntur, propter q̊d infirmantur circa F
naturalem operationẽ]Naturalia nãq; per vitia inficiũtur & indiſponũtur [Falſa ergo cõuer-
ſio eſt eis malum].i.pct̃m eoꝝ eſt praua cõuerſio ad ſeipſos, atq; à ſummo bono auerſio. [& à
cognatis ſuis egreſſio].i.receſſus ab angelis bonis, qui ſimul cum ipſis intellectualis cõſiſtunt
naturæ,& ſuo adhæſerunt factori[& informitas]quia naturalia nõ ſunt in eis,formata & deco
rata per dona gratuita[& imp̱fectio].i.carẽtia debitæ & ſup̱naturalis p̱fectiõis [& impotẽtia]

Iob 14.

per carẽtiam ſup̱naturalis cõfortatiõis. Veꝝ q̃tum ad naturalia,nõ eſt ptãs ſuper terrã quæ cõ-
paretur poteſtati illoꝝ.[& ſaluãte eis perfectiõem virtute,infirmitas & fuga & caſus].i.imbe
cillitas,derelictio ac ruina à diuina virtute cõſeruãte eos in ſua p̱fectiõe naturali,p̱ quã virtutẽ
diuinã cõſeruati fuiſſent in donis ſupernaturalibus,& ad beatitudinẽ plenam perducti,ſi man-
ſiſſent illi innitẽtes ac adhærẽtes. ❡[Itaq; quid in dæmonibus malũ?].i.quę mala in eis ſunt?
Et rñdet[Furor irratiõabilis,amẽs concupiſcẽtia,phantaſia proterua.]Iuxta præhabita huius
ſancti documẽta,dęmones ſicut & angeli ſancti, ſunt intellectuales & incorporales ſubſtãtiæ,
in quibus nõ eſt portio ſenſitiua,nec paſſiões eiuſdẽ proprie atq; vniuoce:ſed per ſimilitudinẽ
operis & effectus,iuxta quem modum etiã deo ſimpliciſſimo aſcribũtur. Veruntñ magis dæ-
monibus,quia in ipſis eſt vehemẽs cõturbatio mentis,ingẽs deſiderium vltiõis,grauiſſima in-
dignatio cordis,ferox cõceptio,intẽſiſſima q̊q; appetitio propriæ honoratiõis, imo & cultus
& adoratiõis,quæ ſoli deo debet̃. In tentatiõibus quoq; valde cupiũt præualere,animas ad da
mnationem pertrahere, & dei venerationem minuere,imo vniuerſos pro poſſe inducere ad
irre-



A irreuerẽtiam eius. Has vitioſiſſimas appetitiões,atrociſſimas intentiões, turbulẽtiſſimos animi
motus,q̃uis in dæmonibus nõ fiant cum corporali tranſmutatiõe,vocat theologus irrationa-
biles furores,amentes ſeu inſenſatas concupiſcentias & phantaſias proteruas,quas & in homi
nibus cauſant,propter quod & cauſaliter competunt ipſis. [Sed hæc etſi ſunt in dæmonibus
non omnino,neq; in omnibus,neq; hæc ſcd̃m ſe mala.].i.q̃uis hęc tria inſint dæmonibus, nõ
tñ ſunt mala omnimode,neq; in omnibus quibus ſunt, neq; ſunt mala ſecundum ſe, vbicunq;
inueniuntur,ſeu ſcd̃m rationes ſuas communes. [Etenim in alijs animalibus non motus ta-
lium,ſed interemptio eſt & corruptio animali & malum].i.in aliquibus brutis carẽtia talium
motuum, eſt quid malum & corruptio illorum.[habitus enim ſaluat].i.iſtoꝝ motuum habi
tio eſt conſeruatiua aïalium,quibus naturaliter inſunt[& eſſe facit hæc habentem animalis na
turam].i.ſubſtantiam quæ habet eos,facit conſeruari,vt cito dicetur.[Non ergo malũ dæmo
num gens,q̃tum eſt iuxta naturam].i.dæmonum vniuerſitas nõ eſt aliquid naturaliter malũ.
[ſed q̃tum non eſt]].i.ſcd̃m q̊d deficit à vero & perfecto eſſe,in tantum non eſt bonũ. [Et nõ
mutatum eſt datum eis totum bonum].i.naturalia dona magna & eminentia dęmonibus ab
exordio præſtita,non ſunt in eis omnino corrupta,aut in malum naturę variata.[ſed ipſi dato Iſaiæ 14.
ceciderunt toto bono].i.peccãdo corruerunt in ſtatum viliorem,& à perfectione ac excellẽtia
totius boni ipſis collati,prçſertim q̃tum ad vſum bonoꝝ illoꝝ.[& datas eis angelicas donatio
nes].i.naturales vires ſeu concreatas ſcientias. [nunq̃ ipſas commotas fuiſſe dicimus.].i.non
fuiſſe ipſis ablatas. Veruntñ ſi in aliquibus donis & habitibus atq; virtutibus gr̃æ gratumfaciẽ-
tis conditi erant,illas amiſiſſe credunt̃,qm̃ ſtare nequeunt cum pct̃õ mortali. Naturalia demũ
B in ipſis per peccata fuerũt obtẽebrata,nõ obſtante q̊d ſubditur:[ſed ſunt integri & clariſſimi]i.
q̊ad naturale acumen & intellectuale lumen ipſis innatũ,ſunt mirę ſubtilitatis, nec aliq̃d natu
ralium,q̃tum ad ſuam entitatem, ipſis ſubtractum eſt:ſed ſunt peruerſæ electionis, & circa fi-
nem corrupti,nec expediti ad aliq̃d bñ agendũ,ideo ſequit̃: [& ſi ipſi non vident participãtes
ſuas boni cõſpectiuos virtutes].i.q̃uis ipſi perſonalr̃ nõ aduertãt nec penſent vires intellecti-
uas,diſcernere inter bonũ & malum idoneas,ipſis conceſſas,ita vt conuertant eas ad inſpicien
dum vtiliter bona & vera,ſed abutantur eis ad peſſima.[Itaq; ꝙ ſunt ex optimo, ſunt & opti-
mi].i.à ſummo bono ſunt facti,& valde bonę & præclaræ ſunt ſpeciei[& bonum & optimum
concupiſcunt]naturali deſiderio,q̊d vel raro vel nunq̃ exit in actũ niſi peruerſe.[eſſe, viuere &
intelligere, exiſtentium appetẽtes.]verũtamen damnati ſcd̃m documẽta autentica cupiunt ab Dãnati aũ vellent ſe non eſſe.
ſolute nõ eſſe,& mallent nõ eſſe,q̃ in tantis calamitatibus detineri,q̃uis naturalem habeant in-
clinationem ad has naturales perfectiones,& appetunt eas vel habitu vel aptitudine,etſi actu,
hoc eſt nõ ſyncere,ſed deteſtabili intẽtione.[& priuatione & fuga & caſu cõnaturalibus ſibi o-
ptimis dicunt̃ mali].i.vitioſi cenſentur, quia priuati ſunt ſpiritalibus, diuinis & ſaluberrimis
bonis,à quibus prolapſi ſunt,& adhuc mente refugiunt ea,& mali vocantur[ſecundum quod
C non ſunt].i.prout à ſummo bono & actualiſſimo eſſe occumbunt[& quod nõ eſt appetentia,
malum appetunt].i.dæmones ipſi appetendo appetũt malum quod nõ eſt.i.quod ſpiritaliter
nihil eſt,& formaliter ſumptum,nõ eſt aliquid poſitiuum,ſed vanitas,falſitas & receſſus à recti
tudine ac oï bono ſalubri. Pręterea aduertẽdum,ꝙ beatiſſimus ac fideliſſimus doctor S. Dio-
nyſius loquitur hic aliqualiter extreme, tractãdo de bonitate & excellẽtia dæmonum in natu-
ralibus,quia intẽdit hic ſcribere cõtra hæreticos, qui vel duo rerum principia poſuerũt, vel
diabolum naturaliter malum aſſeruerunt, quorum inſanias penitus volens extirpare, loqui-
tur ſic extreme. Inſuper docet, qualiter in animabus humanis non ſit malum. iuxta intelle-
ctum præhabitum.

❡Animabus non ineſſe malum tanquam quid exiſtens,

SED animas quis dicit eſſe malas].i.forſitan aliquis dicet,animas rationales naturaliter
eſſe prauas,ita quod ipſa malitia ſit in eis quędam naturalis proprietas,& ipſis ingenita,
[Siquidem quia contendunt malis prouide & ſalutifere].i.quoniam animæ certant &
ſtudent prudenter atq; ſalubriter malis,ad quæ ex naturali diſpoſitione inclinantur,re-
ſiſtere ac præualere. Alia litera continet:At animas quiſpiam dixerit eſſe malas. Siquidem cũ
malis naſcuntur prouidentiæ ſalubritatis ratione[hoc nõ malum].i.nõ eſt malum ꝙ ita con
tra mala cõtendũt,imo ex hoc conſeq̃t, ꝙ nõ ſunt naturalr̃ nec incorrigibilr̃ malæ[ſed bonũ]
eſt hoc[& ex bono].i.à deo creatore,& ex inclinatiõe ad bonũ, q̃ ipſe originalr̃ indidit aïab⁹;
vtpote ex ſyntereſi,quæ ſemper remurmurat malo culpæ illicitq; ab bona. [& malum benefa
ciente].i.bonificãte per emendationẽ vitæ. Vñ alius habet textus,ꝙ & malum facit bonũ. Sed
obijci-

Ca.IIII Sapien.12

obijci poteſt illud libri Sapient. Iniqua eſt natio eorum, vz Chananæorum, & naturalis malitia illorum. Et reſpondendum, quod aliqui à natura non integra, ſed corrupta, dicuntur inclinati ad mala ex corporis diſpoſitione, aut imitatione quadam parentum: non quod vitia ipſa ſint eis innata, aut aliquid reale in ipſis, ideo corrigi poſſunt. Vnde præmittitur ibi verbis præallegatis: Dabas domine pœnitentiæ locum. [Si autem vitiari animas dicimus, in quo vitiantur, ſi non in bonarum habitudinum & operationum defectu?] id eſt, niſi in hoc quod defectuoſæ ac negligentes ſunt in executione & perſeuerantia actionum virtuoſorum habituum? [& per propriã infirmitatem imperfectione & perditione]. i. in imperfectione ſeu non profectu ſpiritali, & perditione. i. amiſſione propriæ ſalutis, quam amittunt peccando mortaliter. & ſuccumbẽdo tentationibus & peccatis, iuxta illud libri Sapientiæ: Iniuſtitia eſt mortis acquiſitio. Impij autem manibus & verbis accerſierunt illam. Et alibi: Homo per peccatum occidit animam ſuam. In libro Iob quoque: Quid perdis animam tuam in furore tuo? Iſtud ergo contingit iniquis per propriam infirmitatem, quia non ſunt contra tentamenta ac vitia armati virtutibus, & ex innata pronitate ad mala. Iuxta illud: Senſus & cogitatio cordis humani proni ſunt in malum ab adoleſcentia ſua. Iſtud conſequenter declaratur per ſimile in naturalibus & exterioribus rebus. [Etenim & aerem hunc circa nos]. i. aerem nobis circumfuſum & totum hemiſphęrium [obſcurari dicimus defectu & abſentia lucis]. i. carentia priuationeque lucis ſenſibilis, quę priuatio ſeu carentia non eſt aliquid reale ad extra. [Ipſa autem lux ſemper lux eſt]. i. lucens & clara dũ modo eius ſubiectum non immutetur. [& tenebras illuminans]. i. ſubiectum tenebroſum irradians, & illud illuſtrãdo tenebras fugans. i. ceſſare faciens, ſicut qui loquitur expellit ſilentiũ quod nihil reale eſt. [Non ergo neque in dęmonibus, neque in nobis malum vt exiſtens malum.]. i. nec in ſpiritibus illis malignis, nec in hominibus inuenitur malum culpæ tanquam res aliqua [ſed vt defectus & deſolatio propriorum bonorum perfectionis.]. i. tanquam priuatio, deornatio, ſeu carentia perfectionis propriorum bonorum. i. virtutum, gratiarum ac meritorum, quæ ſunt ſpiritalia, vera ac propria bona rationalium creaturarum, quæ nec inuito queunt auferri. Deinceps idem oſtendit in brutis.

Sapientię 1, Sapient. 16, Iohan. 18. Geneſis. 8. D E

¶Malum naturaliter non ineſſe animantibus.

SED neque in animalibus irrationabilibus eſt malum] culpæ, ſeu quid eſſentialiter malũ. [Si enim interimas furorem & concupiſcentiam, & alia quæcunque dicuntur, & nõ ſunt ſimpliciter eorum naturæ mala]. i. ſi imaginarie tollas à brutis quibuſdam eorum proprietates & paſſiones ac operationes, quæ forſan videntur alicui malæ ac vituperandæ in ipſis, quamuis ita non ſit, loquendo ſimpliciter & per reſpectum ad ordinem vniuerſi, licet interdum ſint nociuæ alicui particulari. Iſtud, ſupple, inconueniens eſſet, quod conſequenter probatur. [Grande quidem & ferox leo perdens]. i. leo deſinens eſſe (eſt enim animal naturaliter magnum, forte, audax, ſuperbum). [neque leo erit] id eſt, ceſſabit eſſe leo iuxta ſolitum curſum naturæ. [Manſuetus autem omnibus factus canis, non erit canis]. i. canis non exiſtendo naturaliter animal iracundum, deſineret eſſe canis ſecundum curſum communem, quamuis ſint aliqui canes quieti & quaſi mites. [Siquidem canis quoddam cuſtoditiuum,]. i. canis eſt animal factũ & ordinatum ad cuſtodiam domus domini ſui per latratum & inuaſionem. [& quoddam adueniendi quidem domeſticum]. i. animal præbens acceſſum habitatoribus propriæ domus. [abigendi vero extraneum.]. i. factum ad repellendum extraneos & ignotos, ſicque proprietates iſtæ ſunt bonæ in brutis huiuſmodi. [Itaque quod non corrumpit naturam, malum nõ eſt.] quum ſit non nociuum naturæ. [Corruptio autem naturæ, infirmitas & defectio naturalium habitudinum & operationum & virtutum]. i. paſſiua corruptio, læſio, ſeu deſtructio naturæ paſſibilis in ægroto, eſt debilitatio, deficientia diſpoſitionum ſeu proprietatum naturam directe conſequentium, & actionum ac virium: quibus deficientibus, ſequitur corruptio rei, cũ res ordinetur ad aliquem finem, quem per operationem ſuam conſequitur. Sumitur autem hic corruptio pro corruptione paſſiua, & non ſolum pro formę expulſione, ſed item pro præuia ad hoc diſpoſitione nociua. Et ſi omnia quę ſunt per generationem, in tempore habent cõſummationem]. i. cum cuncta generabilia ſucceſſiue per temporis fluxum ad ſuã naturalem pertingant perfectionem, dicente Philoſopho: Omnium natura conſtantium certa eſt menſura & ratio magnitudinis, certa quoque periodus. Iuxta illud Iob: Conſtituiſti terminos eius, qui præteriri non poterunt. [neque imperfectum omnino]. i. nihil eſt penitus incompletum. [cõtra omnem naturam] Nam ſi defectus & imperfectio accidat ex vna cauſa naturali, recompenſatur ex alia: & facit natura melius quod poteſt, ita quod effectus non eſt penitus imperfectus, ſed partim, vt patet in monſtris.

F Ariſtotel. Iob 14.

In tota



In tota natura non eſſe malum.

A SED neque in tota natura malum]. i. non ſolum à brutis, ſed à tota natura inferiori ac ſuperiori excluditur malum præfatum, quod ſcilicet eſſentialiter malum vocatur. [Si enim non omnes naturales rationes contra vniuerſalem naturam]. i. cum vniuerſæ particulares rationes ſeminales ſeu formarum præparationes, non ſint contra vniuerſalem naturã cœleſtibus corporibus, aut eorum motoribus inſitã, ſed potius eius ſuo modo effectus ſiue * ſtramentum [nihil eſt ei contrarium]. i. nil contrariatur naturæ vniuerſali in inferioribus iſtis naturalibus rebus. Hinc alia tranſlatio clarius continet: Si enim oẽs naturales rationes ab vniuerſali natura ducuntur, nihil eſt quod illi aduerſetur. [Eius autem per ſingula] i. naturæ particulari in inferioribus. [Hoc quidem ſecundum naturam erit, hoc vero non ſecundum naturam]. i. aliquid erit naturale atque conueniens, aliquid econuerſo, ſecundum quod vna cauſa particularis naturalis inferior alteri tali cauſæ aduerſatur, & impedit eius effectum. [Alij enim aliud ſecundum naturam]. i. aliquid eſt vni naturale, quod non alteri. [& hoc inde contra naturam, vt malitia] Peccatum enim eſt contra naturam bene diſpoſitam. Propterea iuxta Tullium: Virtus eſt habitus rationi conſentaneus, in modum naturæ agens [hoc cõtra naturam priuatio eorum quæ ſunt natuæ]. i. aliquid eſt innaturale contrariumque naturę, quia priuatio eſt boni nauralis, vt cęcitas. [Itaque nõ eſt mala natura] i. nulla natura ſubſtantialiter eſt mala. [ſed hoc naturæ malum, non poſſe quę ſunt naturæ perficere.]. i. hoc eſt nociuũ naturæ, non poſſe expedite peragere actus ſibi cõuenientes.

inſtrumentum. Virtus Ciceroni quid. Naturã nõ eſſe malã.

Malum non ineſſe corporibus.

SED neque in corporibus malum eſt] quod ſcilicet ſit totaliter & eſſentialiter malum. [Inde enim & infirmum] i. ex parte corporis eſt infirmitas, turpitudo, ſeu fœditas, quę eſt [defectus formę]. i. pulchritudinis ſeu decoris [& priuatio ordinis]. i. diſproportio coordinationis partium in toto. Ad pulchritudinem etenim corporalem tria exiguntur ſecundum Philoſophum: elegans ſtatura, cohabitudo partium proportionata, & ſuperfuſus viuidus color. [Hoc autem non omnino malum]. i. defectus huiuſmodi non eſt purum malum, neque totaliter auferens bonum [ſed minus bonum] vtpote imperfectum. [Si enim omnino fiat ſolutio boni & formæ & ordinis.] id eſt, ſi bonitas rei & formatio eius ac decor totaliter diſſoluantur & auferantur [peribit & ipſum corpus.] id eſt, deſtruetur. [Quia vero neque malitiæ cauſa animæ corpus] id eſt, quod corpus non ſit cauſa vitiorũ animę, qua informat. [clarum ex hoc, poſſibile eſſe & ſine corpore extra ſubſiſtentem malitiam.] conſtat ex hoc, quod poſſibile eſt, imo & realiter ſic eſt, quod peccatum eſt in ſubſtantijs incorporalibus [ſicut in dæmonibus. Hoc enim & intellectibus & animabus & corporibus malum]. i. hoc eſt commune malum intellectualibus ſubſtãtijs & animabus, tam rationalibus quam irrationalibus ac corporibus. [habitudinis propriorum bonorum infirmitas & caſus]. i. ruina, defectio, debilitas bonę habitudinis ſeu vigoroſæ & validæ poſſeſſionis bonorum ad perfectionem ſuam ſpectantium, quod malum vocatur priuatio.

B Philoſo. Pulcritudini corporeę tria neceſſaria

Materiam, vt materiam, non eſſe malum.

SED neque multum murmurat in materia malum, vt aiunt, ſecundum quod materia]. i. malum, prout dicitur eſſe in materia, nõ multum reclamat prædictis, quia materia participat bonum. Ideo ſubditur: [Etenim & ipſa ornatus & formæ & ſpeciei habet participationẽ]. i. quia materia participat formam ſubſtantialem, quæ eſt decor & actualitas atque perfectio eius. [ſiue autem ſiue his dum ſit materia ſecundum ſe]. i. ſi materia capiatur aut conſideretur nude ſecundum ſe ſine prętactis additamentis [ſine delectatione eſt]. i. non delectat quenquam, nec delectatur. [& informis]. i. indecora [quomodo facit quid materia, quę neque pati poteſt, ſecundum ſeipſam habens?] i. qualiter ſic accepta materia poteſt aliquid facere, quæ nec eſt habens ſecundum ſeipſam, vt poſſit pati? quia ſecundum ſe nude non eſt ſubiectum actionis paſſioniſve naturalis. Non enim eam poteſt attingere agens naturale, niſi vt informata, & vt qualem ac quantam, cum agens naturale agat per motum. [Sed itaque] dico [Quomodo materia malum?]. i. quod ſit eſſentialiter malum. [Siquidẽ enim nihil, non enim eſt neque bonum neque malum]. i. ſi materia eſt nõ ens, neque bonum, neque malum, i. tunc non eſt aliquid bonum nec malum, quod poſitiue ſit aliquid. Iſtud argumentatiue proponitur [Si autem eſt] i. ſi materia eſt ens [quomodo exiſtentia oportet omnia ex bono?]. i. qualiter verum eſt quod neceſſe ſit, omnia quæ ſunt, eſſe ex primo & ſummo bono? [Et ipſa ex bono relinquitur]. i. hoc tanquam verum relinquitur, quod materia ſit ex bono tanquam ex cauſali principio. [etſi bonum mali factiuum ſit, malum vt ex bono exiſtẽs, eſt bonũ: aut malũ boni factiuũ ſit, & bonum vt ex malo malũ.]. i. aliquid erit bonum ſecundum quod ex malo procedit, vel econuerſo, vt ſi progrediens, eſt malum. Arguendo iſta dicuntur. [Aut duo iterum principia]. i. aut rurſus ſequetur quod erunt duo effectiua principia rerum [& hæc alio vno iuncta vertice]. i. habebunt vnum

C

SS capuc

capiat,ex q̃ fluunt,& in q̃ tanq̃ in vno exordio vniuntur, qa oportet pluralitatem ad vnã redu- D
cere. Alia litera habet:Et ipſa ab alio vno v̄tice ſegregata.i. ex vna origine deriuata,& p ema-
nationem ab illo diuerſificata. [Si autem neceſſarium dicunt materię].i.ſi ipſam materiã vere
dicunt requiri & neceſſariã eſſe[ad plenitudinem totius mundi.].i.ad perfectionē & comple-
mentum vniuerſi[quõ materia malum?].i.ſic falſum eſt ꝙ ipſa ſit ſubſtantialr̃ mala. [Aliud
enim bonum q̃d neceſſarium].i.id q̃d ſic neceſſarium eſt,eſt bonum non qualecunqꝫ, ſed ma-
gnum.Sic & alia tranſlatio habet:Alterum enim bonum & neceſſarium.Porro aliæ duę tran-
ſlationes clariores ac magiſtrales ſic cõtinent:Aliud enim eſt malum,aliud neceſſarium.Quõ
autem optimus ex malo adducit quędam ad generationem?].i. dici non põt ꝙ deus eſſentia-
liter bonus,producat bona ex malo [aut quõ malum optimo neceſſarium?]q̃ſi dicat:Nullate-
nus.[fugit enim optimi naturã malum]tanq̃ ſibi cõtrariam[quõ autem gignit & nutrit na-
turam]gñabilium[materia mala exiſtens?].i.ſi materia eſſet eſſentialiter mala, non concurre-
Malum nil efficere ret ad gñationem & nutritionem naturalium reꝝ,cum ordo ſit optimum qd in rebus,nec con-
ſeruatur niſi per bona.[Malum enim ſcd̃m q̃d malum,nullius eſt genitiuum aut nutritiuũ aut
oĩno factiuum aut ſaluatiuũ].i.conſeruatiuũ:hæ nanqꝫ ſunt proprietates operationesqꝫ boni
vt patuit ſupra[Si aũt dicerent ipſam qdē non facere malitiã in aĩabus].i.ſi erronei illi rñdeãt
ꝙ materia nõ cauſat directe culpam in aĩabus humanis[attrahere v̄o eas].i.inclinare ad vitia
[& quõ erit hoc veꝝ? Multæ enim ſuum in bonũ aſpiciunt].i. plures aĩæ reſpiciunt ad ſalu-
taria bona.[Et quidem quõ fiat hoc materia eas omnino in malum attrahente?].i.iſtud fieri
Malũ ani- mæ vnde non valeret,ſi materia coactiue & non occaſionaliter tantum traheret aĩas ad pctã. [Itaqꝫ non E
materia in aĩabus malum].i. pctm̃ non eſt primo & principalr̃ in aĩabus ex corpore ſeu mate-
ria[ſed ex ipſo delicto].i.ex fomite aut concupiſcentia. [Si aũt & hoc aiũt materiam oĩmode
ſequi].i.ſi radicē illam mali dicunt ſequi materiam. [& neceſſariã inſtabilem materiam ex ſe-
metipſis collocari non valentibus].i. ꝙ materia ex ſe fluida neceſſaria ſit ad ſubſiſtendum, nõ
potentibus ſubſiſtere in ſe & ſine fulcimento materiæ.Hoc inq̃ dato,[quõ malum]puta mate-
ria,eſt [quid neceſſarium?].i.id q̃d neceſſarium eſt ad tot bona, quõ eſt malum ex ſua natura,
Sapient.9 [aut neceſſarium malum?]Veruntñ ſicut ait ſcriptura:Corpus q̃d corrumpitur aggrauat ani-
mam,& multa impedimenta bñ agendi,incitamenta q̃qꝫ peccandi,proueniunt nobis ex corpo-
Plato re,q̃ tñ non compellunt peccare.Propter quod Plato loquitur in Phædone:Quàmdiu corpus
habuerimus,& conglutinata fuerit aĩa nr̃a huic malo, nunq̃ plene adipiſcemur q̃d cupimus.
Decies enim millena nobis vacationum impedimenta inde proueniunt. De hoc beatiſſimus
S. Andreas Andreas apl̃s cruci affixus,ſupnaturaliter,plene,ſapientiſſimeqꝫ diſſeruit,vt lib. de Ciuitate re-
Auguſt. citat Auguſti.Præterea quæri põt,cum peccatum ſeu delictum aut concupiſcentia ſit malũ cul-
Delictum pæ,non põt eſſe radix prima peccandi.Rñdetur,ꝙ delictum aliqñ ſumitur pro q̃dã malo habi-
tuali,ſeu improbo ſui amore,vel voluntate fragili & caduca. Hinc ſcriptum eſt:Vnde bella &
Iaco.4 contentiones in vobis?nonne ex concupiſcentijs veſtris,que militãt in membris veſtris.

Priuatio quomodo ſe habeat ad rationem mali. F

Priuatio duplex SED neqꝫ hoc q̃d dicimus priuare].i.nec ipſa priuatio[ſcd̃m virtutē propriã pugnat bo-
no].i.propria vi bono repugnat[Vniuerſalis enim priuatio].i.cõis priuatio[oĩs boni
vniuerſalr̃ impotens].i.ad oēm actum eſt inualida,ſcd̃m q̃d talis,cum non ſit aliqd po-
ſitiuum.]Particularis vero non ſcd̃m q̃d priuatio,habet virtutem,].i. vim actiuã.[ſed
ſcd̃m q̃d non vniuerſalis,eſt priuatio].i.inq̃tum priuatio particularis:ſic quippe relinq̃t apti-
tudinem quandã ad aliquid.[priuatione enim boni particulari exiſtente nondũ malum]id ē,
malum necdum oĩno præualuit[& ſctã].i.ea recedente ac ſopita[& mali natura perijt].i.ma-
lum illud ſublatũ eſt,cuius carentia inerat ante priuationis illius ceſſationem.

Cauſa vna boni,mali defectus multi.

COlligenti aũt dicendum].i.ſummarie perſtrinigendo dico:[Bonum ex vna & tota
cauſa eſt].i.ex cã totali & integra concurrentibus circũſtantijs cunctis ad bonũ req-
ſitis,q̃d de bono morali potiſſime v̄ificat̃[malũ ex multis & particularibus defecti-
bus]circũſtantiaꝝ & formæ ſiue materiæ,prętertim ſi deſit recta intẽtio,q̃ ſcd̃m Am-
Ambroſius Philoſo. broſium imprimit opi ſpeciē.Idē in Eticis ait Philoſophus. Hinc pluribus modis cõtingit pec-
care,& vno modo facere bene,cuius ſimile ponit in ſagittantibus.

Deum per bona cognoſcere mala.

SCit deus malũ aut bonũ].i.intra ſe nouit de vnoq̃qꝫ,an ſit malũ aut bonũ,nec aliter poſſet
eſſe oĩm iuſtus iudex[& apud ipm̃ cauſę maloꝝ,v̄tutes ſunt bñficæ].i. potentię intellecti-
uæ ac liberę,q̃ ſunt ſubiecta virtutũ ac vitioꝝ:& meritorie agunt p gratiã, & virtutes,ſunt cau-
ſæ maloꝝ,



A ſæ maloꝝ.i.demeritoꝝ ac vitioꝝ,qñ à bono auertũt ſe.Sunt enim potentiæ ad vtrũlibet.Pec-
catũ q̃qꝫ in tantum eſt voluntariũ,q̃d ſi non eſſet voluntariũ, nõ eſſet pctm̃.Sicqꝫ prima radix Auguſtin.
peccandi dr̃ in voluntate conſiſtere. ¶Conſequenter arguit pertinenter contra hærecicos.

Malum an æternum.

SI malum æternũ].i.ſi eſt aliq̃d malum æternale,ſubſtantialr̃ malum,& cã productiua vni-
uerſorum maloꝝ,vñ ſubiungit[& creat,& põt,& eſt,& agit.Vñ ei hæc?].i. à q̃ habet hæc
oĩa.i.vel ex aliquo principio bono añ ſe[aut bono aut malo].i.vel hoc cõuenit principio bo-
no ex principio ſubſtantialiter malo [aut ambobus,] ſcꝫ tam bono q̃ malo exiſtentibus. [ex
alia cauſa] ipſis priori,niſi circulatio ponatur in cauſis.

¶Malum non eſſe naturam.

OMne q̃d ſcd̃m naturã].i. oē q̃d naturalr̃ eſt in ordine reꝝ[ex cã diffinita gignit̃] ex cã de-
terminata producitur,p̄ſertim q̃d ex intentiõe cauſat̃. Cauſalia aũt reducunt̃ ad cauſam
Digna Platone ſententia, per ſe,per reſpectũ q̃qꝫ ad prouidentiã creatoris,certus eſt ordo cauſaꝝ.Hinc Plato:Nihil(in-
Iob 5. quit)ſit cuius legitima cã non præceſſit.Et Iob:Nihil in terra ſine cã ſit.[ſi malum incauſale &
infinitum].i.ſi malum cauſam nõ habet,& infinitũ eſt.i. indeterminatũ ad genus & ſpeciē, &
infinitũ ex parte materię[nõ ſcd̃m naturã].i.naturale nõ eſt.Vñ alia habet tranſlatio:Si malũ
clauſa & diffinitione caret,ſcd̃m naturã non eſt. [neqꝫ enim in natura eius,contra naturam].i.
id q̃d eſt contra naturã,non eſt in rei natura.Hinc alius textus clarius continet:Neqꝫ enim na-
turæ ineſt,q̃d eſt præter naturã [neqꝫ inartificialis in arte rõ].i. conſideratio,rõ,ſeu deſcriptio
rei inartificiatę,non cadit ſub arte.Hinc & iuxta Philoſo.Infinitum nõ cadit ſub arte,imo intel-
lectus tale infinitum abhorret. ¶Natura animæ an ſit mali principium.

B IGitur aĩa maloꝝ cã] i.aĩa rõnalis per liberꝫ arbitriũ,inq̃tum facta ex nihilo,& defectiua ac
labilis ex ſe,eſt cã culpaꝝ ſuaꝝ in ſe,q̃uis interdũ à diabolo,carne & mundo tentata,inſtige-
tur ad vitia[ſicut ignis calefaciendi].i. quēadmodũ ignis eſt principium calefactionis in alijs,
ita ꝙ aĩæ ſit naturale eſſe malam atqꝫ peccare,ſicuti igni naturale eſt in ſe calidum eſſe & calefa-
cere alia[& oĩa quibuſcunqꝫ vicina fuerit malitia replet] ipſa aĩa talis,q̃tum ſibi poſſibile fue-
Philoſop. rit.Iſtum errorem excludit,ſubdendo:[Bona qdē aĩæ natura]bonitate entis & inclinatiõe na-
turali ad bona.Nã & rõ deprecatur ad optima. Synterefis q̃qꝫ,quę ponit̃ eſſe habitus primorũ
principioꝝ in opandis,& cõſcĩa trahunt ad v̄tuoſa.[opatiõibus aũt aliqñ ſic habet.].i.prudēt̃
& virtuoſe ſe habet[aliqñ ſic].i.opooſito mõ,qm̃ libere agit.[Siquidē ex natura & eſſe eius ma-
Eſſentia animæ vñ. lũ].i.ſi eſſentia & eē aĩæ naturalr̃ mala ſunt.[& vñ ei eſſe?].i.à q̃ eſſe accepit?[Ex creatrice oĩm
exiſtentiũ optima cã?Sed ſi ex ea quõ ſcd̃m eſſentiã malum?] i.ex ſummo bono eſſe ſortita eſt
q̃liter ipſa ſcd̃m eſſentiã ſuam iniqua & mala eſt,cũ illa eſſentia ſit quędã imago & effectus & ra-
dius proprij creatoris?[Bona enim oĩa eadem egenita].i.oĩa ex cã illa producta,ſunt bona bo-
nitate naturę.[Si aũt operationibus].i.ſi ex actibus ſuis facta eſt mala[nec hoc eſt incõmutabi-
le].i.hoc eſt accidentale,emendariqꝫ põt durante huius peregrinationis curriculo. [Si autem
C non ſic,vñ virtutes?].i.ſi mutari nequit in melius,vnde & qualiter præſtantur ei virtutes?[Nũ
Gene.1 quid & deiformis eſt facta?]quaſi dicat: Aliquo modo facta & condita eſt deiformis,tanq̃ ad
imaginem & ſimilitudinem dei creata,ſed in hoc multum proficere põt[Relinquit̃ ergo ꝙ ma-
lum,infirmitas & defectus boni ſit].i.ꝙ malum in veritate ſit defectus & priuatio boni.

Boni cauſa vna,mali cauſæ multæ.

OPtimorum cauſa vna] i.qm̃ vna eſt cauſa fontalis omnium optimoꝝ.i.reꝝ valde bona-
rum[Si optimo malum contrariũ,mali multę cauſę].i.diuerſę & plures ſunt cauſæ ma-
lorum,vt patuit[non qdē factiuæ maloꝝ rõnes & virtutes].i.cauſæ illę nõ ſunt rõnes ac vires
productiuæ maloꝝ,ita ꝙ mala formaliter ſumpta, ſint termini poſitiui ac reales effectus opa-
tionum,rõnum,viriũqꝫ illaꝝ, [ſed impotentia & infirmitas & mixtura diſſimiliũ immodera-
ta.i.cauſæ illę ſcd̃m q̃d mala deriuant̃ ab eis, habent ſe per modum impotentiaꝝ & debilitatũ
ac compoſitionũ ex diſſimilibus immoderate, ita ꝙ magis ſunt cauſæ defectiuæ q̃ effectiuæ.
[neqꝫ immobilia & ſemper ſic & ſic ſe hñtia mala]i.mala ſcd̃m q̃d talia,non ſunt fixa & vnifor-
mia ac quieta,cum maxime diſtent à ſummo atqꝫ immobili ente ac vltimo fine.[Sed multa &
infinita].i.indeterminata ac inordinata[& in diuerſa ferentia].i.mouentia nõ in fines certos,
ſed in terminos varios ac incertos[& his multis]& malis.i.hmõi finibus & terminis exiſtenti-
bus pluribus & iniquis:q̃uis etenim multi,potiſſime condemnati,ſint obſtinati & q̃ſi immobi-
litati in ſuis auerſiõibus finibusqꝫ puerſis, loquẽdo in gñali:in ſpeciali tñ nõ ſigunt̃ in vno, ſed
in aſſiduis ſunt cordiũ ſuoꝝ tumultibus ac perſtrepẽtiſſimis inquietudinibus, iuxta illud:Pec-
cator videbit & iraſcet̃,dentibus ſuis fremet & tabeſcet.Hinc in Apoca.legit̃:Cruciabitur ini- pſalm.111
quus igne & ſulphure,& fumus tormẽtorũ eius aſcendet in ſcl'a ſeculorũ,& requiē nõ habebit Apocal.14

die ac nocte. Damnati nanq; & impij in nullo ſalubri ſtabiliti, de vitijs ad vitia dilabunt, odiũt D deum, blaſphemant, maledicunt, turbantur & furiunt. Hinc ait Pſalmiſt. Deus meus, pone eos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti.

Omnia fieri gratia boni.

OMnibus etiã malis principiũ & finis erit bonũ] .i. oĩm actuũ origo & finis eſt bonũ aliq̃d vel verum vel apparens [propter em̃ bonũ oĩa, & quęcunq; bona & quęcunq; contraria] .i. propter bonũ opamur tã bona q̃ mala. [etenim & hoc agimus bonũ deſiderãtes] .i. q̃dcunq; etiã prauũ facimus, aliquod bonũ optãdo [Nemo em̃ malum reſpiciens facit quæ facit] .i. nullus agit q̃cq̃ cõſidrãdo illud vt malum, ſed ſub rõne alicuius boni. Nil enim appeti põt, niſi ſub colore, apparẽtia, rõneve boni, iccirco in Pro. aſſerit: Oĩs via viri recta ſibi videt. Hęc q̃q; & ethicus tangit Philoſ. [pinde neq; ſubſtantiã habet malum] .i. malũ ſcd̃m q̃d malũ, nõ dicit ens ratum [ſed cõtra ſubſtantiã] .i. aliq̃d ſignat q̃d eſt cõtra conſiſtentiã entis vel bonitatis ſeu v̾itatis [propter bonũ] .i. gr̃a ſeu intuitu boni ſaltẽ apparẽtis exhibitũ [& nõ ex eo factũ] .i. nõ factum v̾e ex bona radice ſeu habitu v̾tuoſo, imo interdũ ex paſſiõe, ignorãtia, aut certe ex mera malitia, q̃ tñ appeti neq̃t niſi vt bonũ apparẽs.

Nemin̄ ex certa ſcientia facere malum. Prou. 21. Philoſo.

Malũ eſſe accidẽs, nec p̃pPriũ haber principiũ nec finẽ.

MAlo eſſe ponendum] .i. in malo ſtatuẽdum eſſe deſiderium ſcd̃m prauo℞ & iniq̃℞ æſtimationẽ erroneã [ſcd̃m accidens & † per aliud] .i. nõ de p ſe, ſed p accidẽs, & p aliud cõtingit, puta ex p̃uia aliq̃ deceptiõe, obtenebratiõe, incõſideratiõe ſeu indauertẽtia [& nõ ex principio proprio] .i. recta rõne aut intellectu ſyncero, nec ex cognitione prio℞ principio℞ innata, ſed falſa ſubſumptione [Itaq; q̃d factum eſt] .i. id q̃d geſtum eſt aut prolatum [rectũ q̃dẽ eſſe E putandum, q̃a ex bono eſſe putandum] .i. iccirco putat rectum, q̃a putat ex bono veniſſe principio aut motiuo [q̃a ſit propter bonum] .i. faciẽs indicat ſe illud propter bonũ egiſſe [veritate autẽ nõ rectum eſſe] .i. cõtingere põt q̃ re v̾a nõ ſit rectum [quãobrẽ q̃d nõ bonum, bonum arbitramur] .i. ob hoc iudicamus eſſe bonum, licitum, virtuoſum, q̃d nõ eſt tale, & ita ex errore p̃cedimus. Hinc teſte Philoſ. imo & magno iſto Dionyſio, Oĩs peccãs eſt errãs, & q̃uis nõ erret in vniuerſali, errat tñ in particulari, cæcatus aliq̃ mõ in iudicãdo circa certũ eligẽdum & operandum, aut refutandum ac euitandum.

† propter

Malum eſſe præter intentionem.

OStenditur aliud concupiſcibile, aliud factum] .i. ſicut cõcupiſcentia ſeu deſideriũ & opus ſeu executio diuerſificant, ita concupiſcẽtia & factum interdum realiter ab inuicẽ differunt, q̃nq; v̾o materialr̃ idẽ ſunt, dum q̃d primo deſiderat, poſtmodum ope exercet. [nõ ergo malũ eſt ex via] .i. ex peregrinatione p̃ñti, tanq̃ ex cã neceſſaria, totali & directa, q̃uis peregrinatio iſta multis malis p̃miſceat, iuxta illud in Pſal. In via hac q̃ ambulabã abſconderunt laqueũ mihi. Et Iacob in Gen. Dies inquit peregrinationis meæ ſuper terrẽ parui & mali. [neq; eſt ex viſione] q̃q̃ in Ieremia legat: Mors ingreſſa eſt p feneſtras nr̃as. Si enim viſioni nõ aſſit conſenſus illicitus, non eſt ſcelus. [neq; ex natura quæ regitur ab agente infallibili, & non errante, nec directe eſt cauſa mali, ſed ex particulari defectu [neq; ex cauſa] efficiente, ſed deficiẽte. [neq; ex F principio] .i. ex agentis potentia [neq; ex fine] .i. cauſa finali [neq; ex termino] ad quem [neq; ex conſilio] tanq̃ realis effectus, q̃uis ſcriptum ſit: Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorũ. Et per Iſaiam dominus dicit: Væ filij deſertores, vt faceretis conſilium, & non ex me. [neq; ex ſubſtantia] Per hæc omnia non vult ſanctus pater hic affirmare niſi q̃ malum non ſit formaliter vllus poſitiuus effectus, vel entitas aliqua, & q̃ non ſit aliquod principium malorum effectiuum eſſentialiter malum. Hinc ſubditur [Priuatio ergo eſt malum & defectus] .i. caſus ab ente [& infirmitas] .i. carentia laboris [& immoderantia] .i. exceſſus legis & modi ac ordinis [& peccatum & inconſpicuum] .i. deordinatio quædam [& informe] .i. indecorum [& nõ viuens & non intelligens & irrationale] .i. malum non eſt res aliqua viuens, intellectualis, rationem habens, vt poſuerunt hæretici, aſſerentes omnia corporalia & obſcura à principio tenebrarum creata [& imperfectum] .i. ſine omni perfectione [& incollocatum] .i. illocale, nec habitans in regione infinitę tenebroſitatis [& incauſale] .i. nullius entitatis productiuum, quanq̃ vitia capitalia dicantur multos habere effectus diſpoſitiue ſeu concomitanter aut demeritorie [& infinitum,] non ſicut deus, ſed oppoſito modo per carentiam finientis perfectionis. [& infœcundum & pigrum] à diuinis retardando [& infirmum] per carentiam totius firmitatis, [& inordinatum] imo inordinatio ipſa, q̃uis deus ordinet illud per pœnam & ad multa vtilia [& diſſimile] virtuti, nihil aſſimilationis habens cum deo, quia nihil participat bonitatis diuinæ. [& multum,] quia multũ habundat, & vnum trahit ad aliud [& tenebroſum] imo caligo, [& ineſſentiale] nullam hñs eſſentiam [& hoc nunq̃ & nuſq̃] .i. in nullo tp̃e nulloq; loco, tãq̃ reale q̃d, [nullum ON] Toties iſta exaggerat & reſumit, vt ſtultiſſimũ ſceleratiſſimũq; errorẽ

Pſalm. 141. Gene. 47 Ieremiæ. 9 Pſalm. 1. Iſaiæ 30.

prorſus



prorſus eliminet. Deinde oñdit q̃ nec ex p̃mixtione ſui cũ bono, aliq̃d ſit, poſſit, aut operetur. A [Q̃uo aũt oĩno põt malum ad bonum ex mixtione?] .i. q̃liter malum formaliter ſumptũ, põt aliq̃d ex mixtione ſui cũ bono? vel q̃uo põt cooperari directe ad bonum ex adiunctione ſui cũ bono? quaſi dicat, nequaq̃ [q̃d cum oĩ bono expers] .i. nil boni participat, ſc; malum. [neq; eſt q̃d, neq; põt] .i. nil penitus eſt, neq; aliq̃d valet [etenim ſi bonũ & ens, eſt & conſulto℞] .i. ſi poterit eſſe aliquid ſapientialiũ [& bñ potens & actiuũ, q̃uo poterit q̃d contrariũ bono, & ſubſtantia, & ſapiã, & virtute & opatione priuatum?] .i. q̃uo malum aliq̃d põt, q̃d caret ſubſiſtentia, ſapientia, poteſtate & actione.

Malum quid dæmoni, animæ ac corpori.

NOn oĩa oĩbus, & oĩno eadẽ ſcd̃m idip̃m mala] .i. eadẽ mala non ſunt oĩbus mala, neque q̃d vni malum eſt aut vno reſpectu, eſt malum oĩno aut cunctis: ſed eadẽ mala ſunt oĩno in idip̃m .i. vnicuiq; in q̃ eſt eadẽ rõ, vt hoc aut illud ſit ei malum [Dæmoñi malum contra deiformẽ eſſe intellectũ] .i. defeciſſe à mente contẽplatiua conſimili menti diuinę, & à clara ac amoroſa cõtẽplatione diuino℞, & corruiſſe ad phantaſiã proteruã, amentẽ, furorẽ & irrõnabilem concupiſcentiã [aĩæ malum cõtra rationẽ, rõnem rectã reliq̃ſſe] p̃ſertim rõnem fide ornatã ac diuinæ legi ſubiectã [corpori contra naturã] .i. corporis malum eſt non eſſe animæ bñ obediens, ſed eã per gulam & luxũ fœdare, innaturaliterq; ignobilitare.

Bonum prouidere omnibus maliſq; bene vti.

QVomodo aũt oĩno ſunt mala, p̃uidẽtia exiſtente?] tanq̃ dicat: videt q̃ diuina prouidentia merito excluderet mala, ſi eſſet [Non eſt malum, ſi malũ neq; exiſtens, neq; in exiſtentibus] .i. cũ malum nõ ſit ens neq; q̃d poſitiuũ in entibus, nõ eſt vtiq; quid reale [& nihil exiſtentiũ improuiſum] à deo, cuius oculis oĩa nuda ſunt & apta. Hebræo. 4. [Neq; em̃ eſt malũ ON, cõſpicuũ ſubſiſtens bono] .i. ens patens & euidens, in bono cõſiſtens. [& ſi nullũ exiſtentiũ] .i. ſi nõ eſt de numero entiũ [nõ particeps boni, malũ aũt defectus boni] B .i. priuatio boni [Nihil aũt exiſtentiũ priuat vniuerſalr̃ bono] .i. totaliter ac gñaliter [in oĩbus exiſtentibus diuina prouidẽtia] .i. p̃uidẽtia dei poſita & dñante in cunctis q̃ ſunt & nihil exiſtẽtium nõ p̃uiſum] vt dictũ eſt. ¶ Deiñ oñdit cur p̃uidentia dei non excludit mala totalr̃ [ſed & ſctis malis optime & pulchre prouidentia vſa eſt] .i. iniquis opibus tranſgreſſorũ p̃uidẽtia dei ſapientiſſime vſa eſt [ad noſtrã vl̃ alio℞ formationẽ aut vtilitatẽ] .i. ad inſtructionẽ fideliũ ſeu aliã hoĩm cõmoditatẽ [nempe vt aſſerit Auguſti.] tã bonus & ſapiens eſt deus, q̃ nõ p̃mitteret Auguſt. fieri mala, niſi ſciret & poſſet iñ elicere bona. Ecce q̃ incõparabilr̃ enorme ſcelus fuit Chr̃i occiſio, & q̃ ineffabilr̃ magnũ bonum conſecutũ eſt iñ, puta totius mundi redẽptio. [¶ Et proprie vnicuiq; exiſtentiũ p̃uidet] q̃a nõ ſolum habet prouidentiã gñalem rerũ, q̃tum ad gñа & ſpecies, vl̃ q̃tum ad ſup̃iora & reſpectu rõnalium creaturarũ: ſed p̃uidẽtia & cognitio eius pertingit vſq; ad minima diſtinctiſſime & cõplete, iuxta illud Iob: Vniuerſorũ finẽ ipſe cõſiderat, & oĩa q̃ ſub cœlo ſunt reſpicit [Propter q̃d & vanã aut deceptantẽ multorũ nõ recipimus rõnem] .i. nõ approbamus argumentationẽ multorũ & contentioſam diſputationẽ [q̃ oportere aiunt p̃uidentiã & inuitos nos in virtutẽ ducere] .i. q̃ arguũt ſic: Si deus habet p̃uidentiã de q̃libet ſpecialem, & ipſe oĩpotens ſit, ergo vnũquẽq; ſaluaret etiã vel inuitũ. Etenim voluntati eius q̃s reſiſtet? qui per Ieremiã fatet: Quis ſilis mei, & quis ſuſtinebit me, & quis eſt iſte paſtor q̃ reſiſtat vultui meo? [Corripere em̃ naturã nõ eſt prouidentię] .i. nequaq̃ ſpectat ad p̃uidentiã ſup ſapientiſſimi creatoris, ſua p̃uiſione naturas rerũ corrũperet q̃d faceret, ſi creaturas liberi arbitrij C ſua motiõe & directione neceſſitaret ad bñ viuendũ, cum naturale ſit ipſis libere, nõ coacte moueri, nec eſſet ipſis meritoriũ ſic moueri & inuite impelli [vñ vt prouidẽtia vniuſcuiuſq; naturę ſaluatrix] .i. iccirco p̃uidentia dei tanq̃ actrix & cõſeruatrix cuiuſlibet naturę creatæ [p ſeipſos motorũ vt p ſeipſos motorũ p̃uidet] .i. p̃uidentialr̃ regit motos p ſe, vt congruit talibus. Hinc alia tranſlatio clarius ait: Eis quæ per ſe mouent, vt q̃ libero agunt arbitrio p̃uidet [& oĩa & ea per ſingula ſilr̃ vniuerſo.] .i. vniuerſa ac ſingula diſpenſat ſcd̃m q̃d cõgruit toti ordini rerũ ac mundo, in hoc ſimilr̃ oĩbus influens, q̃ ſingula moderat iuxta p̃priã naturã & diſpoſitionẽ q̃rumlibet. Hinc addit: [& vnicuiq; q̃tum prouiſorum natura ſuſcipit, recipit totius p̃uidẽtiæ largiſſimæ editas proportionaliter vnicuiq; prouidas bonitates] .i. prouidentia dei impartit & influit vnicuiq; creaturę bonitates p̃uidas .i. dona ſapienter pręuiſa prouidnetię ſuę largiſſimæ & totius .i. perfecte editas, proportionalr̃ .i. coĩcatas vnicuiq; iuxta ſuã analogiã & menſuram, q̃tum natura prouiſorũ .i. rerum p̃uidẽtię ſubiectarũ, recipit .i. capax eſt & admittit. Ideo in Sapię li. de ſumma ſapiã ſcribit: Attingit à fine vſq; ad finẽ fortiter, & diſponit oĩa ſuauiter. Hinc lib. de Cauſis aſſerit: Cauſa prima implet oĩa ſecula bonitatibus. Veruntñ omne ſeculũ nõ recipit iñ, niſi ſcd̃m modum virtutis ſuæ.

prouidẽtiã regere ſingula p modulo cuiuſque. Iob. 28. Roman. 9. Ierem. 49 Sapientię 8 Lib. Cauſ.

Malũ nõ eſſe habere aliq̃d, ſed nõ habere propriũ bonũ

NOn ergo O N malum].i.nulla res eſt ſubſtantialr̃ mala. [neq; in exiſtentibus malum,]
.i.malum nõ eſt in rebus tanq̃ q̃d poſitiuũ[nõ oĩno enĩ malũ[.i.malũ ſcd̃m q̃d tale, ne= D
quaq̃ eſt[ſi & malũ & fieri malũ nõ ſcd̃m virtutẽ,ſed ꝑ infirmitatẽ].i.fieri aut facere malũ, nõ ẽ
Dæmõi vñ malum virtutis,ſed infirmitatis,loquẽdo de malo formalr̃, & q põt q̃d ſibi non expedit, q̃to plus põt
hoc,tanto infirmior eſt. [Et dæmonibus ꝙ q̃dẽ ſunt,& ex bono & bonũ]i.bonũ eſt eſſe ipſoꝝ
& ex ſummo bono datum eſt ipſis[malum aũt ipſis ex ꝓprijs bonis caſu].i.malitia & miſeria
eoꝝ accidit ipſis ex ruina, qua corruerunt à donis eis deſuꝑ preſtitis [& mutabilitates circa q̃
ſil'itudinẽ & habitum infirmitas].i.inſtabilitates & imbecillitates adiunctæ naturali ſil'itudini
eoꝝ,q̃ ad dei ſil'itudinẽ conditi ſunt,atq; habitui ipſoꝝ ſciali eis concreato ſeu ꝑ experientiã ac
quiſito,q̃ infirmitas eſt impfectio & debilitatio.[connatę ipſius angelicę pfectiõis].i.naturalis
pfectiõis concreatę pſonis angelicis.[& appetunt bonũ ſcd̃m q̃d eſſe & viuere & intelligere ſub
ſtituunt].i.naturali appetitu cupiunt bonũ,inq̃tum ſunt ſubſtituti & collocati in reꝝ natura,
vt ſint,viuant & intelligãt[& ſi nõ appetunt bonum,id q̃d nõ eſt appetunt]vtpote malũ [& nõ
erit hoc appetitus,ſed ꝟe appetitus pctm̃].i.defectus & caſus potẽtię,q̃ ꝟe & merito appetitiua
vocat.

Peccatum ex certa malitia q̃ graue.

IN ſcia autẽ peccãtes vocant eloq̃a circa nõ latentẽ boni ſciam aut actionẽ infirmos.].i.ſcri
pturæ appellãt eos q peccãt ſcienter,infirmos circa ſciam & actionẽ boni nõ latentẽ.i.non
incognitã eis.Ipſoꝝ nanq; cognitio & actio bona tã imbecillis eſt, ꝙ tentatiõibus, paſſionib⁹,
Titum 1 Iſai. 47 vitijs ſuperat. De quibus ſcriptum eſt: Dicunt ſe noſſe deũ,factis aũt negant , cum ſint abomi E
nati & reprobi. Iſaias q̃q; ait: Sapĩa tua & ſcĩa tua decepit te[& ſcientes voluntatẽ,& nõ facien
tes].i.etiã eos qui ſciunt dei voluntatẽ atq; p̃cepta,nec implent. Hos inq̃, ſcriptura vocat infir
Lucæ. 12 mos circa notitiã dei. Vñ & dominus apud Lucã loquitur: Seruus qui cognouit voluntatem
dñi,& nõ facit,plagis vapulabit multis. Hoꝝ ſcĩa eſt informis ac debilis,& grauat pctm̃, iuxta
Iacobi. 4 illud Iacobi: Scienti bonum facere,& nõ facienti,pctm̃ eſt illi. Porro ſciens & implens,ſciam
Prouer. 24 habet formatã & fortẽ,ac fortis vocat,ſcd̃m illud Prouer. Vir ſapiens, fortis eſt: & vir doctus,
robuſtus ac validus. [Auditores quidẽ infirmos aut circa fidem,aut operationẽ boni]i.ſcriptu
Lucæ 8. ra auditores q̃dam ꝟbi cœleſtis noĩat ſpiritaliter infirmos ſeu impotentes circa fidẽ,qui vt in
in euange. legitur,ad tempus credunt,ſed tp̃e pſecutionis aut tentationis deficiunt & recedunt
Iacobi. 2 aut circa boni operationẽ,q̃ꝛ fides cum ſit ſine opibus,mortua eſt in ſeipſa. [& imprudentiam
quibuſdã cõuenire bñfaciendo per falſam conuerſionẽ,aut infirmitatẽ voluntatis].i.ſcriptura
q̃q; teſtatur quibuſdã ineſſe inſipientiã ob hoc & per hoc, ꝙ non conuertunt ſe ad deum,& ei
Ioelis 2 obſequiũ corde vero ac firmo,toto & integro,iuxta illud Iohelis: Conuertimini ad me in to
Ioſue 24. to corde veſtro. Ideo alibi ſcriptum eſt: Timete dñm,& ſeruite ei corde pfecto atq; veriſſimo.
Hebreo. 10 Et alibi: Accedamus ad deũ cũ corde vero in plnitudine fidei,aſpſi corda à cõſcĩa mala.[& ſic
oĩno, vt ſępe diximus,malum infirmitas,& impaſſibilitas,& defectus aut ſciæ,aut errãtis ſcien
tiæ,aut fidei,aut deſiderij boni[aut operationis boni]quod totum iam frequenter expoſitum F
Peccare ex infirmitate q̃re nõ excuſabile omnino. eſt. [¶ Et quidem dixerit quis,non vindicabile infirmitas,econtrario vero conceſſibile].i.
aliquis poſſet obijcere his dicendo, ꝙ infirmitas non eſt culpabilis , iccirco nec punienda , ſed
potius condonanda ſeu ignoſcenda: ergo malum non videtur eſſe infirmitas, cum malum ſit
puniendum ſeu vindicandum. [Siquidem non licitum erat poſſe,bñ ſe haberet ratio].i.argu
mentatio iſta bene procederet,ſi ipſum poſſe eſſet illicitum. [Si autem ex bono poſſe,].i.ſi il
lud poſſe eſt ex ſummo bono [ dante iuxta eloquia ea quæ ſunt opportuna omnibus ſimplici
Roman. 13. ter].i. ꝙ ſummum bonum iuxta ſcripturas dat cunctis creatis vires agẽdi,iuxta illud Apoſto
Deutero. 8 li: Non eſt poteſtas niſi à deo. Et illud Deuteronomij: Memento dei,quod ipſe tibi vires præ
buerit[non laudabile ex boni propriorum bonorum habitu peccatum & irrationabilis con
uerſio & fuga,& caſus].i.malum iſtud,quod eſt conuerſio ſeu potius auerſio inordinata & re
ceſſus ac lapſus à tali poſſe deſuper dato, ſecundum quod inde collatum eſt,& ab habitu boni,
Liber de diuino iuſtoq; iudicio id eſt,à poſſeſſione & habitione perfectionis bonorum propriorum naturalium, pręſertim na
turalis rationis ac legis & habituum ei innatorum . [Sed hæc quidẽ à nobis in his quæ ſunt de
iuſta & diuina iuſtificationis obſeruantia,ſatis ſcd̃m virtutem dicta ſunt].i.de his diximus ſa
tis in capit. ſeu tractatu de obſeruantia iuſtificationis diuina & iuſta,ſcd̃m virtutẽ.i.put nobis
✝rationem fuit poſſibile. Alia lr̃a habet: In his q̃ ſunt de iuſtitia & diuino iudicio [ſcd̃m quã ſacrã * actio
*iniuſtitiã nem]vel iuſtificatiõis obſeruantiã,eloquioꝝ ꝟitas, ſophiſticas & ✝ ꝟitatẽ & falſitatẽ cõtra deũ
loquentes infirmauit tanq̃ puerſæ ſapiẽtes rõnes].i.ſcriptura ꝟitatis infirmas & inanes oñdit
rõnes ſophiſticas , loquẽtes contra deum veritatẽ & falſitatẽ. Aliæ duæ tranſlationes habent:
Iniuſti



Iniuſtitiam & mendacium,& ſic litera eſt planior. Poteſt nihilominus ita exponi,quod illi qui
A alios nituntur decipere, atque ad perſuadendum ſuos errores,aſſumunt & applicant aliquas
autoritates & veritates philoſophicas aut theologicas,loquunt contra deum non ſolum falſita
tes,ſed etiam veritates,quibus male vtuntur. ¶ [Nunc autem quantum ſecundum nos, ſuffici Bonũ inuẽta.
enter laudatur bonum]id eſt,in iſto tractatu prout à nobis fieri poteſt,ſufficienter ſeu compe
tenter laudatur ſummum bonum[vt vere mirabile,vt principium & finis omnium]id eſt,tan
quam vere incomprehenſibile bonum,& cauſam ſui non habens , & vt vniuerſorum princi
pium atque finis[vt continentia]id eſt,virtus contentiua & conſeruatiua[exiſtentium]iuxta il
lud in hymno: Rerum deus tenax vigor[vt formificum non exiſtentium[id eſt, vt formatiuũ Ambroſius. Roma. 4.
& productiuum eorum quæ ante non erant: quippe qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ſint,
ita quod eſſe incipiunt & protinus ſunt. [vt bonorum omnium cauſale ] id eſt, vt cauſatiuum
omnium bonorum[vt malorum non cauſale]ſecundum quod mala ſunt,malorumq; culpæ.
Laudatur quoque[vt prouidentia & bonitas vniuerſalis]per efficientiam & influẽtiam[& ſu
perans exiſtentia & non exiſtentia]ſua dignitate[& mala & ſuam priuationem bonam* facien *exiſtentẽ.
tem]id eſt,carentiam ſuæ gratioſæ præſentiæ ſeu priuationẽ participationis ſuæ bonitatis, cõ
uertentem in ſuam gratioſam præſentiam,& in actualem ſui participationem,ita ꝙ tali priua
tioni gratiæ habitus talis ſeu bonum ſuccedit huiuſmodi. Iuxta quem modum loquendi, ſcri
ptum eſt in Amos: Dominus conuertens tenebras in mane,& diem nocte mutãs. Hinc alia ha
bet tranſlatio , Sui ipſius priuationem in bonum conuertens. Quod ſummum bonum eſt Amos. 5.
[omnibus appetibile & amabile & delectabile]incomparabiliter nimis. [ Et quæcunq; alia in
his palam vera oſtendit,vt arbitror,ratio]id eſt: conſimilia perfectionalia prædicata cõpetunt
deo,quæcunq; ratio naturalis aut ratiocinatio ex ſcripturis accepta oſtendit manifeſte de eo.

¶ De bono,lumine,pulchro,amore,ecſtaſi,zelo,quod malum neq; eſt,neq; ex eo quod eſt,neq; inter ſubſtantias eſt. Caput. IIII. Explanatio alia clarior.

B

AGe igitur ad ipſam appellationẽ boni explicãdã iam pergamus,quõ theologi deitati Bonum.
pluſquam diuinæ ex oĩbus excellenter attribuunt,ipſum diuinitatis principẽ(vt arbi
tror)exiſtẽtiã bonitatẽ appellantes. Quippe cũ eo ipſo q̃d eſt bonũ,vtpote q̃d ſubſtan Manuductio de ſolẽ.
tiale bonũ eſt,bonitatẽ in oĩa quæ ſunt diffundat. Nã queadmodũ hic ſol nobis cõſpi
cuus,nec cogitatiõe,nec electiõe: ſed eo ipſo q̃d eſt,illuminat oĩa quæ pro modo ſuo participa
tionẽ lucis admittũt. Sic & ipſum bonũ nõ aliter ſolẽ ſuperãs q̃ exẽplar primũ exulẽ excellẽter
antecellit imaginẽ,ipſa ſua exiſtentia per ea quæ ſunt oĩa,ꝓ ſua cuiuſq; capacitate bonitatis ſuę
radios abũde diffundit. ¶ Per ipſos bonitatis diuinæ radios ſubſiſtũt oẽs intelligibiles,intelle Subſtantiãs ſeparatas cõditas ab ipſo bono.
ctualeſq; eſſentiæ & virtutes,& actiones. Per eaſdẽ ſunt & viuũt,vitamq; indeficientem & indi
minutam habent,ab omni videlicet corruptione,& morte,ac materia,generationeq; ſegrega
tæ,& ab inſtabili fluxaq;,& alias aliter agitata tranſmutatione ſemotæ. Iam vero tanquam in
corporeæ,immaterialeſq; ſubſtantiæ munus id nactę ſunt,vt intelligibiles eſſent. Atq; inſuper
tanquam intellectus ſupra mundanam conditionem intelligunt. Rationes quin etiam rerum
ipſarum illuſtratione diuina tanquam peculiares reportauerunt,rurſumq; ad illa quæ ſibi co
gnata ſunt,ſua dona traijciunt. Ab ipſa quoq; bonitate perſeuerantiam habent & firmitatem
atq; inde continent,cuſtodiunturq;: domiciliumq; illinc habent,pabulumq; bonorum. Atqui
bonitatem ipſam amantes,vt & ſint,beneq; ſint inde ſibi vendicant. Atq; ad illam pro viribus
C conformatæ bonitatis ſpeciem præferunt,atq; vt diuina lex dictat,ſequentibus donoꝝ ex ipſo Ordines iã angelos eſſe ab ipſo bono.
bono prouenientium conſortium exhibent. ¶ Inde illis aſſunt: mundo ſuperiores ordines vni
ones ſuſceptioneſq; mutuæ. Inconfuſæ quoq; diſtinctiones,virtutes etiam inferiora reuocan Liber de proprietatibus ordinibuſq; angelorũ. patris
tes ad ſuperiora. Superiorum quin etiam ad inferiora prouidentia multiplex: propriarum cu
iuſq; virium conſeruatio. Immutabiles præterea in ſeipſas reuolutiones. Idẽ identitates, ſum
mitateſq; circa boni ipſius amorem,& quotcunq; alia dicta ſunt à nobis in libro de proprieta
tibus & ordinibus angeloꝝ. Deniq; quæcunq; cœleſtis hierarchiæ ꝓpria ſunt,ipſæ ſcilicet pur
gatiões angelicæ,illuſtratiões quoq; ſupermũdanæ,& perfectiõis cõſummationes angelicæ,id
ſane totũ ex ipſa omnium cauſa & principali bonitate procedit. Vnde & illis boni indoles eſt
indulta,munuſq; tributum quo occultam illam in ſeipſa bonitatem ipſæ in ſe patefacerent, an
geliq; exiſterẽt tãquã diuinũ ſilẽtiũ nũciantes,& quaſi cõſpicua quædam lumina,tanquã è ve Animas bonitatem ab ipſo eſſe bono.
ſtibulo bonũ ipſum in adijtis latẽs,ſequẽtibus declarãtia. ¶ Poſt ſacros illos ſanctoſq; intelle
ctus animæ,oĩaq; animaꝝ bona per ipſam cõſiſtunt bonitatẽ pluſquam bonã. Inde virtutẽ in
tellectualẽ habẽt,inde eſſentialem vitã & mortalẽ. Inde ꝙ ipſa eẽntia potẽtiaq; ad angelicas vi
tas aſpirãt. Inde q̃d ꝑ angelos tãq̃ bonos duces reuocãtur ad ipſam bonoꝝ oĩm principẽ boni

 tatẽ,

tatem,ſplendorumq; inde micantium pro modo ſuo cõpotes euadunt,atq; doni ipſius ad bo-
ni ſpeciẽ pertinentis pro viribus participes fiunt. Illinc deniq; quotcũq; alia in his quæ ſcripſi- D
mus de anima, numerauimus. ¶ Præterea ſi de animabus,animalibusve irrationalibus hic lo-
qui licet,quę vel aerem diuidunt,vel per terrã gradiuntur,vel ſerpunt humi,vel in aquis vitam
ſortita ſunt,aut in aqua viciſſim atq; terra,vel ſub terra inſita præſſaq; luto viuunt: & ſimplici-
ter quæcunq; ſenſualem animam aut vitam habent,hæc inquã oĩa inſuper per ipſum bonũ cõ-
ſequuta ſunt vt animarentur & viuerent. Plantæ item omnes vitam nutritiuam, motricẽq; ab
ipſo bono ſortitæ ſunt. Et quæcunq; eſſentia animæ vitæq; expers eſt per ipſum bonũ eſt, atq;
per idem eſſentialẽ habitum reportabit. ¶ Si autẽ ipſum bonum eſt ſuper oĩa quæ ſunt,vt certe
eſt,nimirũ ipſum q̃d illic eſt informe,format oĩa,& in ipſo ſolo,quod dicit expers eẽntiæ,& vi-
tæ & intelligentiæ eſt exceſſus eſſentiæ,& eminentiſſima vita,excellentiſſimaq; ſapientia. Et q̃t-
cunq; in ipſo bono modo quodã informiũ nominantur,ad poteſtatẽ pertinẽt ſublimiorẽ for-
mis formas excellẽter efficientẽ. Deniq;(ſi dictu fas eſt) ipſum quoq; nõ ens appetit ipſum bo-
nũ oĩbus quæ ſunt excelſius. cõtenditq; quodãmodo ipſum quoque in bono eſſe,eſſentia pror-
ſus ſuperiore per negationẽ quandam oĩa inde tollentẽ. ¶ Verũ quod in medio diſputatiõis cur-
ſu nos effugerat,bonũ ipſum cauſa eſt cœleſtiũ principiorũ atq; definitionũ,hui⁹ videlicet ſub-
ſtantiæ,quæ nec augeri, nec minui,nec oĩno variari poteſt. Cauſa rurſum,vt celerrimus motus
orbis immẽſi(vt ita dixerim)ſine ſtrepitu peragatur. Hinc præterea ſyderum ordines, decores,
lumina,firmitates. Hinc planetarũ permutatio multiplex. Hinc ſolis & lunę(quæ magna lumi-
naria ſacræ literæ nominãt)circuitus ab eiſdem ad eadem perpetuo reſtitutus. Quibus ſane re- E
ſtitutionibus apud nos dies & noctes,menſesq; & anni definiuntur: quæ quidem definitiones
reliquos orbiculares motus tam temporis quam temporalium determinant,numerantq; & or-
dinant,atque continent. ¶ Quid autem de ipſa dicam ſecundum ſe luce ſolari? Lumen ſane ex
ipſo bono eſt atque bonitatis imago. Quapropter ipſum bonum luminis cognomento lauda-
tur tanquam in imagine quadam exemplar expreſſum. Ipſa quidem tranſcendentis omnia dei-
tatis bonitas à ſupremis,antiquiſſimisq; ſubſtantijs,ad infimas vſq; pertingit,atque interim ex-
tat ſuper omnes: dum neque ſuperiores eſſentiæ eminentia eius ſupergrediuntur,neque inferi-
ores,quin ab ipſa contineãtur effugiunt. Sed & illuminat quæcunque lumẽ admittere poſſunt,
& fabricat,viuificatq;,atque continet & perficit omnia. Rerum quoque omnium menſura eſt
& æuum,& numerus atq; ordo,cuſtodia,cauſaq; & finis. Simili ferme ratione euidens diuinæ
bonitatis imago,magnus hic ſol omnino ſemperq; lucens,pro exigua boni ſimilitudine quæ-
cunque lumen accipere poſſunt illuminat,habetq; lumen per omnia eminenter explicitum, &
per om̃em hunc viſibilem mundum ſupra pariter atque infra radiorum ſuorum ſplẽdores ex-
pandit. Si quid vero relinquitur lumine deſtitutum, id ſane nec debilitati, nec paruitate lumi-
noſæ diſtributionis eſt imputandum,ſed his potius quæ inepta luci percipiendæ ad participa-
tionem luminis attollere ſe non valent. Iam vero radius multa ſic effecta pertranſiens,quæ po-
ſtea ſunt illuminat,nihilq; viſibile vſquam eſt quod ob excellentem lucis propriæ magnitudi- F
nem non attingat. Præterea ad ipſam quoq; ſenſibilium corporum generationem cõfert, eaq;
ad vitam mouet,nutritq; & auget,perficit,purgat,renouat. Menſura quoque & numerus hora-
rum atque dierum totiusq; noſtri temporis eſt ipſum lumen. Ipſum nanque lumen eſt(& ſi tũc
adhuc erat infiguratum)quod diuinus Moſes ait,primam illam dierum noſtrorum trinitatem
ad initio diſtinxiſſe. ¶ Bonitas ad ſe conuertit omnia,primaq; ipſa bonitas diſperſa omnia cõ-
gregat tanquam vnitatis principium,& vnifica deitas,atque hanc omnia tanquam principium
tanquam continentiam,tanquam finem appetunt. Bonumq; ipſum eſt (vt ſacra tradunt elo-
quia)ex quo ſubſiſtunt om̃ia,productaq; ſunt inde velut à cauſa omniũ perfectiſſima,& in quo
omnia conſtant tanquam in omnipotente fundamento penitus conſeruata. Ad quod omnia
conuertuntur tanquam ad ſuum quęque finem: quod videlicet cuncta deſiderant. Intellectua-
lia quidem ratiõaliaq; cognitrice quadam conditione: ſenſualia vero ſenſuali. Quę autem ſen-
ſu carent ingenito vitalis deſiderij motu,& quæ ſunt expertia vitæ,ſolaq; ſunt eſſętia prędita,
ſola quadam ad eſſentialem participantiam aptitudine,eadem & euidentis imaginis ratione lu-
men quoque congregat & conuertit ad ſeipſum omnia quæ vident,quæ mouẽtur,quæ illumi-
nãtur,quæ calefiũt,quæve oĩno ab eius radijs cõtinẽt. Quapropt̃ ſol græce heleos appellat,q̃d
cõgregabilia reddat oĩa,cõcilietq; diſperſa. Oĩa ſolẽ ſenſibilia cõcupiſcũt, videlicet videre, aut
moueri,& illuminari atque calefieri: & oĩno ab ipſo lumine cõtineri deſiderantia. Neque vero
hoc in præſentia dico,antiquorum ſequẽs opinionem,putãtiũ ſolẽ eſſe deũ & opificem vniuer-
ſi,& iccirco,patẽtẽ hũc oculis mũdũ rõne ꝓpria gubernare,verum hæc ideo dixi q̃m inuiſibilia
dei à cre-

Oĩa quõcũque aĩata, vel quomõlibet formata donũ ab ipſo bono reportauerunt.
Boni influxũ vſq; ad materiã extendi.
Ab ipſo bono ſunt dotes,ordines q̃; cœleſtes & moderatio, & dec⁹, & ſplẽdor.
Gene. I.
Similitudo luminis atque ſolis ad deum.
Gene. I.
Bonitat ẽ ad ſemetipſã omnia mutare.
Roma. II.



A atura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciũtur,ſempiterna quoq; virtus eius
atq; diuinitas. ¶ Sed hęc quidem ad theologiam ſymbolicam,id eſt, ſignificatiuam pertinent.
In præſentia vero intelligibilem ipſius boni appellatiõem à lumine ductã celebrare debemus.
Bonus quidem ipſe lumen intelligibile nuncupatur,quoniam intellectum omnem ſupercœle-
ſtem lumine implet intelligibili: atque ex oĩbus animabus,quibus ſeipſum infuderit,ignoran-
tiam omnem,erroremq; expellit,eaſq; ſacri luminis participes efficit. Intellectuales harũ ocu-
los purgat,obductamq; ex ignorãtia caligine diſcutit, atque profundo tenebrarum põdere ob-
tuſos ſuſcitat,explicatq; in lucem. Primum quidẽ his mediocre lumen impartit. Deinde poſtq̃
animæ guſtantes lumen ardentius ipſum amare cœperunt huberius affluit: ideoq; illuminat a-
bundãtius,quoniam plurimum dilexerunt,atque ita ſemper incendit vt gradatim vltra profi-
ciant,quatenus ſurſum pro viribus ſe attollere valẽt. ¶ Ipſum ergo bonum lumine quouis ex-
celſius lumen intelligibile nuncupatur,tanquam fontana lux,& exuberãs profuſio luminis, in-
tellectum om̃em ſupermũdanum,circamũdanum,intramũdanum,ſua illuminãs plenitudine,
totaſq; intellectuales horum vires renouãs: & oẽs deniq; intellectus comprehẽdens eo ipſo,q̃
ſe ſuper eos expãdit: atque om̃es excedẽs eo quod deſuper exiſtat. Et oĩno tãquam principium
luminis ſuper lumẽ autoritatem,dominationemq; om̃em poteſtatis illuminãtis in ſe comple-
ctens,& excedẽs, atque antecedẽs. Iam vero intellectualia rationaliaq; oĩa cõgregat atque con-
ciliat. Nam quemadmodum ignorãtia eos qui decepti ſunt,diuidit,ſic ipſa intelligibilis pręſen-
tia luminis eos qui illuminantur congregat,vnit,perficit. Cõuertit quoq; ad ipſum quod vere
eſt ex opinionum diuerſitate,variaſq; viſiões,ſiue(vt rectius loquamur)imaginatiões,in vnam
B veram,puram,vniformem cognitiõem cogit,ac vno tãdem & vnifico lumine cõplet. ¶ Hoc
ipſum bonum à ſanctis theologis vt pulchrum & pulchritudo: item vt dilectio diligen-
dum laudatur,& quæcunque aliæ appellatiões diuinæ pulchritudinem illam decent gratioſiſ-
ſimam,& oĩs pulchritudinis autorem. Pulchrum vero & pulchritudo in cauſa illa, quæ in vno
oĩa colligit,diſtinguẽda nõ ſunt. Hęc eñ in rebus quidem poſt deum om̃ibus etiam intelligibi-
libus,in participatiões participantiaq; diuidimus,pulchrumq; nominamus quod eſt particeps
pulchritudinis. Pulchritudinem vero participationem quãdam cauſæ primæ pulchra oĩa faci-
entis. Ipſum vero ſupereſſentiale pulchrum,pulchritudo quidem dicitur,propter illam quam
rebus om̃ibus pro ſuo cuiusq; modo pulchritudinem tradit. Atque vt oĩm cõcinnitatis, nito-
risq; cauſa luminis videlicet inſtar cunctis choruſcans,fontani radij ſui deriuatiões oĩa paſſim
pulchra reddentes,& tãquam ad ſe oĩa vocãs. Vnde & à vocando pulchritudo græce calos co-
gnominatur,ac deniq; tota in totis in vnum colligẽs. Appellatur & pulchrum, tanquã vniuer-
ſam comprehendẽs pulchritudinem atque ſuperpulchrũ,ſemperq; & ſecũdum eadem & eodẽ
modo pulchrũ. Nec vnquã ortum,neque caducum,nec adauctum. Neq; diminutiõi ſubiectũ:
nec partim quidem hac pulchrũ, illa vero turpe. Nec alias quidẽ pulchrum,alias vero nequaq̃:
C Nec ad hoc pulchrum,ad illud turpe. Nec hic quidem ita, ibi vero aliter: Nec his ſane formo-
ſum,illis autẽ deforme. Sed tanquã ipſum ſecundũ ſe ipſum ſecũ ipſo vniforme ſemper exiſtẽs
pulchrũ: atque vt vniuerſi pulchri fontanã pulchritudinẽ in ſeipſo eminẽter anticipans. In ipſa
eñ ſimplici & excelſa pulchrorũ vniuerſorũ natura,oĩs pulchritudo & om̃e pulchrũ vniformi-
ter ſecundũ cauſam præexiſtit. ¶ Ex hoc ipſo pulchro oĩbus quæ ſunt ineſt, vt pro modo ſuo
ſint pulchra,atq; propter ipſum pulchrũ,oĩm cõgruentiæ,amicitiæq; & cõmuniones,vniõesq;
proueniunt. Idq; oĩm eſt principium,vt cauſa efficiens & mouẽs,& continẽs vniuerſa,pulchri-
tudinis videlicet ſuijpſius amore. Eſt & finis omnium,cunctiſq; amabile tanquam finis: om̃ia
enim pulchri gratia fiunt. Exemplaris quoq; cauſa eſt: Oĩa eñ per pulchrũ definiũtur. Quam-
obrẽ idem eſt pulchrum ipſum atq; bonum: quoniam omnia pulchrum pariter atq; bonum ſe-
cundum omnem cauſam appetunt,nec quicquam eſt in rerum ordine quod non ſit pulchri bo-
niq; particeps. Audebimus quoque dicere,ipſum etiam non ens pulchri, boniq; compos exi-
ſtere. Nunc enim & ipſum eſt pulchrum atque bonum,quando in deo per omnium ablationẽ
ſupra modum eſſentiæ celebratur. ¶ Hoc ipſum bonum vnum atque pulchrum, vnice cauſa ẽ
multorũ omnium pulchrorum atque bonorum. Ex hoc oẽs rerum eſſentiales ſubſiſtentiæ,vni-
ones,diſcretiões,idẽtitates,alteritates,ſimilitudines,diſſimilitudines. Præterea diſcretorũ com-
muniões,vnitorũ incõfuſe proprietates,ſuperiorum prouidentiæ,rerũ eiuſdẽ ordinis cõſortia
mutua,cõuerſiões inferiorũ. Oĩm interea ſuimet cõſeruatrices, immutabilesq; manſiões atq; fir-
mitates. Rurſus oĩm in omnibus ꝓ ſua cuiuſque ꝓprietate cõmuniões: & cõgruẽtiæ, incõfuſeq;
amicitiæ,cõſonãtiæq; vniuerſi: Atque oẽs in vniuerſo: tũ eorũ quæ reuera ſunt cõtẽperãtiæ, in-
diſſolubileſq; cõnexus: tũ eorũ quæ fiũt perpetuæ ſucceſſiões. Denique ſtatus omnes,motuſq;
mẽtiũ

Bonũ quare lumẽ intelligibile.
Bonũ quare lumẽ intellectuale dicatur.
De pulchro diuino.
pulchritudinẽ diuinã cũcta ſuo lumine reddere pulchra. Calos quid.
Pulchritudinẽ primã omniũ eſſe principiũ, finẽ ac exẽplar.
Primũ bonũ atq; pulchrũ idem. Pulchrũ dĩ omnium cauſam eẽ omnium eſſentiarum.

Ca.IIII

Angelorũ motus triplex. Circularis, Rectus. Obliquus.

mentium animarum corporum. Status enim eſt omnibus atque motus, quod omni ſtatu motuq; ſuperius extans rẽ quãlibet in ratione propria firmat, & ad propriã dirigit motionẽ. D ¶ Si intellectus diuino circulo quidẽ moueri dicuntur, dum pulchri boniq; ſplendoribus principio & fine carentibus coniunguntur. Recta vero linea quando ad inferiorum prouidentiã prodeunt, recta omnia peragentes. Obliqua vero, quoniã dũ ſequentibus prouident, nunquã à propria identitate diſcedunt, videlicet circa pulchrũ atq; bonũ identitatis cauſam indeficientẽ choræã agentes.

Animarum motus triplex. Circularis.

Animæ vero motus circularis quidẽ eſt ingreſſus in ſeipſam ab externis, atq; intellectualiũ eius viriũ glomeratio vniformis, velut circulo quodã acta, munus nõ erraticũ ei largiens, eãq; à multis extrinſecus circũfuſus diuertens atq; colligens: primo quidẽ in ſeipſam, ſecundo tanquã vniformẽ iam effectam ſingulariter vnitis poteſtatibus copulans, tertio hinc ad pulchrũ bonũq; perducens, quod ſuper omnia quæ ſunt eſt vnum atq; idẽ, neque principiũ habens neq; finẽ.

Obliquus.

Oblique vero mouetur anima, quatenus diuinis ſubrutilat notionibus, pro ſua duntaxat proprietate ſuſceptis, non intellectuali quidem ſtabiliq; ſorte, ſed rationali diſcurrenteq; conditione tranſeuntibus ſcilicet actionibus, atque permixtis.

Rectus.

Linea vero recta mouetur quando non ingreditur in ſeipſam, nec intellectuali vniformiq; proprietate, mouetur, hoc eſt (vt dixi) circuitum agere: ſed ad externa procedens ab eis velut à ſignis quibuſdam varijs, multiplicibusq; ad ſimplices & vnitas contemplationes erigitur.

Pulchrũ primũ cauſam omniũ motuũ, ſtatuũ, & ordinum.

¶ Ipſum bonũ atq; pulchrũ omni ſtatu motuq; ſuperius autor eſt, & conſeruator, & finis harum trium in mundo motionum, atq; etiam ſenſibilium: multoq; prius vniuſcuiuſq; manſionum, & ſtatuum atq; firmitatum. E Per quod ſane bonum atq; pulchrum ſtatus omnis ac motus exiſtit, ex quo, & in quo, & ad quod, & cuius gratia hæc omnia fiunt. Iam vero ex ipſo, atq; per ipſum eſſentia, vitaq;, oĩs intellectus & aĩæ naturæq; exiſtit.

Pulchrũ primũ q̃rũ ſit cauſa.

Præterea paruitates, æqualitates, magnitudines, menſuræ oẽs, proportiones rex, congruentiæ, cõmixtiões, integritates, partes, quodlibet vnũ, quælibet multitudo, partium nexus, omnis multitudinis vniões, integritatum perfectiões, quale, quãtũ, quotum, eiuſmodi, infinitum, cõiunctiões, diſcretiões, oĩm infinitudo, oĩs terminus, fines oẽs, ordines, exceſſus, elementa, ſpecies, quælibet eſſentia, quæuis potentia, oĩs actio, habitus oĩs, ſenſus, ratio, intelligẽtia, tactus, ſciẽtia, vnio. Atq; ſimpliciter q̃cquid eſt, ex pulchro bonoq; exiſtit, & in pulchro bonoq; conſiſtit, & ad pulchrũ bonũq; cõuertitur. Nempe quæcunq; ſunt & viuunt propter pulchrum bonumq; ſunt & fiunt. Ad ipſum enim oĩa ſpectãt. Ab eodẽ mouẽtur & cõtinentur. Præterea ipſius gratia, & per ipſum met, & in eodem eſt omne principium exemplare, perficiens, efficiens, ſpeciale, elementale: & ſimpliciter omne principium, quælibet conſeruatio, vnuſquiſque terminus, ſiue (vt ſummatim dicam) quæcũque ſunt, ex pulchro ſunt atq; bono. Imó & quę nõ ſunt ratiõe quadã pluſquã eſſentiali, in pulchro bonoq; cõſiſtũt, ipſumq; eſt oĩm principiũ atq; finis, ſuper omnẽ principij finiſq; rationẽ: quoniã ex ipſo, atq; p ipſum, & in ipſo atq; ad ipſum oĩa pẽdent, queadmodũ ſacrũ teſtatur eloquiũ.

Roma. 11. Diuinũ pulchrũ omnibus eẽ appetibile ac diligibile.

¶ Ipſum ergo pulchrũ atq; bonũ F eſt omnibus appetibile, amabile, diligendum. Rurſus propter ipſum eiuſq; gratia inferiora q̃dem amant ſuperiora, ſe ad illa videlicet conuertendo. Quæ vero in eodem ordine ſunt communicando inuicem conſortia diligunt, ſed preſtantiora inferiora diligunt prouidendo: & ſingula ſemetipſa, ſe videlicet continendo. Cuncta denique quicquid agunt atque volunt, boni pulchriq; deſiderio faciunt atque volũt. Audebit & hoc vera ratio dicere, ipſam omnium cauſam propter bonitatis exuberantiam omnia amare, omnia facere, omnia perficere, continere, conuertere.

Amor diuinus

Eſt profecto diuinus amor bonus, boni propter bonum. Ipſe enim amor beneficus rerum autor, cum antea in bono prorſus exuberaret, non permiſit ipſum ſine germine in ſe manere, ſed ad agendum mouit per exceſſum omnium genitorem.

De nomine amoris. Et q̃ intentionẽ loquẽtis potius q̃ṽba debem̃ ppendere.

¶ Nemo vero nos arbitretur præter ſacrarum literarum autorem amoris nomen colere. Eſt enim irrationabile (vt reor) atque abſurdum non vim ipſam inſtituti expectare, ſed dictionibus inhærere. Nec vero hoc eſt hominum diuina volentium intelligere, ſed ſonos duntaxat nudos aucupãtium, eoſq; tantum ad aures obſeruantium, interiora nequaquam penetrature. Neque noſſe volẽtium, q̃d potiſſimum talis ſignificet dictio, & quemadmodum deceat eam per alia tantundem volentia & apertiora verba nonnunquam exponere. Curioſe nanque verſantur in elementis & lineis intellectu carentibus, & ſyllabis dictionibusq; cognitionis expertibus, neque ad intellectualem vim animæ penetrantibus, ſed extrinſecus circum labia aureſq; ſonantibus, perinde ac ſi non liceat quaternarium numerum exprimere per bis duo, figuramq; rectilineam per figuram lineas directas habentem interpretari, ſiue maternam humum per patriam declarare, vel aliud quoduis eorum quæ in pluribus orationis partibus tantundem ſignificant.

Verba inſtituta ꝑpter ſenſum.

¶ Decet autem recta ratione conſiderare nos elementis, ſyllabis, dictionibus, ſcripturis, ſermonibus, vti ſenſuum gratia. Quapropter vbi noſter animus intellectualibus actionibus ad intelligibilia ſe



iam confert, ſuperflui ſunt cum rebus ſenſibilibus ſenſus: quemadmodum & vires intellectuales ſuperuacuæ ſunt, cum animus diuinam indutus ſpeciem, per ignotam vnionem luminis A inacceſſibilis, radios iam attingit perceptionibus quibuſdam expertibus oculorum. Quando vero mens per ſenſibilia ſtudet ad contemplatiuas intelligentias prouocari, illi præ cæteris ſenſuum vſus eligendi ſunt, qui ad intelligenda planius introducunt, aptioreſq; ſermones, & quę inter viſibilia videntur expreſſiora. Niſi enim expreſſa fuerint quæ ſenſibus occurrunt, ne ipſi quidem ſenſus ſenſibilia mentiri rite porrigere poterunt.

Nõ eſt amoris vitandũ in diuinis cũ ſignificatius ſit diligere, tũ etiã vt vulgarẽ huius nominis abuſum auferamus. Prouer. 4. Ignat. mar. Sapien. 8.

¶ Cæterum ne hęc dicere videamur ſacra eloquia peruertentes, audiant illa qui in appellationem amoris calumniãtur: Ama illam inquit, & ſeruabit te: valla te illa, atq; extollet te, honora illam vt te complectatur. Et quotcunque alia à theologicis ratione quadam amatoria celebrantur. Iam vero quibuſdam ex noſtris ſacrorũ tractatoribus, viſum eſt amoris nomen, dilectionis, charitatiſve nomine diuinius eſſe. Scribit enim & diuinus Ignatius: Meus amor crucifixus eſt. Atq; in ipſis inſtructionibus à ſacra ducentibus, quendam, id eſt, Philonem, de diuina ſapientia dicentem audies. Amator equidem formæ illius ſum effectus. Quamobrem nomen hoc amoris minime formidemus, neque nos vlla perturbet oratio ab hac appellatione deterrens. Mihi ſane vidẽtur theologi commune quidem arbitrari dilectionis amoriſq; nomẽ, ſed propterea diuinis amorem ipſum verum potius aſſignare, vt iſtiuſmodi hominum abſurdam præſumptiõem feriant. Cum enim verus amor non ſolum à nobis, ſed etiam à diuinis eloquijs (quẽadmodum diuinitatem decet) celebretur, vulgus tamen vniforme illud appellationis amatoriæ capere minime potens, ſuo quodam amore ad particularem, corporeum, atq; diuiſum amorem eſt prolapſum: qui profecto non verus eſt amor, ſed imago quædam, vel potius ab amore vero ruina. Vnitas enim ipſa diuini vniuſq; amoris à vulgari multitudine comprehendi non poteſt: quamobrem quod multis nomen videtur ingratius, in diuina ſapientia ponitur, ad illos erigendos atque prouehẽdos B in amoris ipſius veri notitiam, atque vt inde minus amoris appellationi ſuccenſeant. Inter nos autem vbi abiectiores ingenio nonnihil obſcœnum ſuſpicari nonnunquam poſſint, vocabulo quod videatur honeſtius ſcriptura vtens inquit: Cecidit dilectio tua ſuper me, ſicut dilectio mulierum.

Effectus amoris.

¶ Apud illos autem qui diuina recte audiunt, nomen dilectiõis amoriſq; à ſacris theologis in eadem potentia ponitur, vbi exprimere diuina conantur. Eſt autem hæc ipſa virtus quædam vnifica, & connectens, mirificeq; commiſcens, in ipſo quidem pulchro bonoque propter pulchrum bonumq; primo conſiſtens, deinde vero ex pulchro bonoque propter pulchrum atque bonum foras emicans, vbi ſane quæ ſunt eiuſdem ordinis, alterna continet communione. Priora vero ad inferiorum prouidentiam mouet. Inferiora denique conuerſione q̃dam ſuperioribus alligat.

Amor verus quo amãs in amatum impellit.

¶ Præterea diuinus amor exceſſum efficit, dum amantes ſui iuris eſſe non ſinit, ſed amatorum iubet exiſtere, idq; declarant oĩa. Nempe ſuperiora inferiorum prouidentiæ ſeſe dedunt. Aequalia vero conſeruationi mutuę mancipare ſe ſolent. Inferiora denque diuinæ cuidam ad ſuprema conuerſioni ſeipſa deuouent. Quapropter & Paulus ille magnus diuino amore iam occupatus, traductoriaq; amoris huius virtute comprehenſus, ore diuinitus adflato proclamat: Viuo iam non ego, viuit aũt in me Chriſtus, tãquã verus amator, atque in deo (vt inquit) extra ſe poſitus, viuenſq; iam vitam non ſuam, ſed amatoriam, tanquã prorſus amabilem.

Gala. 2. Amor bonificus deñalliſcit vt p oĩa ſeſe diffundat

¶ Audendum quoque id inſuper pro veritate loqui, ipſum etiam omnium autorem pulchro bonoq; amore omnium propter bonitatis amatoriæ vehementiam ex C tra ſe prodire dum prouidet omnibus, atque bonitate & dilectione, & amore quaſi mulcetur, atq; ex illo ſtatu quo ſuper omnia extat ab omnibus ſegregatus, ad id profecto vt in oĩbus ſit, deducitur per ſuperſubſtantialem videlicet virtutem illam quæ traducit quidem ipſum interim à ſeipſo nuſquam degredientem.

Deus zelotes Exod. 20.

Quamobrem diuinarum rerum periti, zeloten illum appellauerunt, vt amore benigno erga omnia prorſus exuberantem excitantemq; ad amatorij deſiderij ſui zelum, deſideriumq;, ipſum declarantẽ zelo dignũ, quo etiã quæ deſiderabilia ipſi ſunt promerẽtur & zelũ, atq; ipſe ad illa quæ prouidet zelo quodã videt affectus. Deniq; ipſum quod eſt amabile, ipſeq; amor pulchri boniq; eſt, & in pulchro bonoq; priorẽ habet ſedẽ, exiſtit, efficiturq; propter pulchrũ atq; bonũ.

Deum dici amorẽ dilectioneẽ, amabilẽ & diligibilem. Deus amabilis. Deus amor.

¶ Quid vero theologi ſibi volunt, cũ aliquãdo q̃dẽ deũ amorẽ dilectionẽq; vocant, aliquando vero amabilẽ atq; diligibilẽ nominant? Sane alterius quidẽ cauſa eſt, ac veluti productor & genitor, alterũ vero ipſe deus exiſtit. Rurſus altero q̃dẽ mouetur, altero vero mouet: quippe cũ ipſe ſui ſibiq; ſit prouector & motor. Hac vtiq; rõne diligibilẽ ipſum nominãt, & amabilẽ tanquã pulchrũ atq; bonũ. Amorẽ rurſus dilectionẽq; cognominant propter virtutẽ eius mouentẽ, puehentemq; ad ſeipſum, quippe cũ ſolũ id ſit per ſeipſum pulchrũ atque bonum. Item propter quandam ſui ipſius per ſeipſum expreſſionẽ, eminẽtiſſimæq;

tiſſimæq; vnitatis benignam proceſſionem,motumq; amatorium ſimplicem ſe mouētem per ſe operantem.præcedentem quidē in ipſo bono,atq; ex ipſo per omnia procedētem, rurſumq; ad bonum ſe,reflectentem. In quo ſane munus ſuum ſine principioq; carens,præcipue diuinus amor oſtēdit tanquam circulus aliquis ſempiternus propter ipſum bonum,ex bono in bono, ad bonum reuolutione quadam nequaquam errante ſe glomerans. Et in eodem atq; ſecundũ idem progrediens ſemper,& manens,& deniq; reſtitutus. Hæc inclytus quoq; noſter in ſacris literis inſtitutor diuinæ admodum in amatorijs hymnis expoſuit:quos profecto commemorare fas eſt,& tanquam facit quoddam caput apponere noſtro de amore ſermoni, D

¶Hierothei ſanctiſſimi ex amatorijs hymnis

*De amore q̃ntuplici*

AMorem ſiue diuinum ſiue angelicum,ſiue intellectualem ſiue animalem, ſiue naturalem dixerimus,vim quandam intelligamus vnificam,atq; commiſcentem:ſuperiora quidem mouētem ad inferiorum prouidentiam. Rurſum quæ ſunt eiuſdem ordinis ad communionem mutuam adhortantem. Inferiora tādem reuocantem, vt ad ſublimia conuertantur.

¶Eiuſdem ex eiſdem amatorijs hymnis.

*Amores oēs referri ad duos, & duos ad vnũ.*

HActenus multos amores ex vno pendentes diſpoſuimus: diximusq; deinceps quales ſint notiones viresq; amorum,tum mundanorum,tum mundo ſuperiorum. Quibus ſane mundanis ſecundum deſignatam orationis intentionem præſunt ordines,ornatusq; intelligibilium intellectualiũq; amorum. Super eos autem extāt ipſi per ſe intelligibiles atq; diuini amorum ibi reuera pulchrorum à nobis pro viribus proprie ſunt celebrati. Nũc iterum reſumētes oēs in vnum & cōglobatum amorem,amorum oīum patrem colligamus ſimul atq; cōgregemus. Primo quidem ex multis in duas cogētes amatorias vires vniuerſales quas quidem omnes cōtinet regitq; abſoluta totius amoris cauſa penes principiũ oīa ſupereminens,ad quam cōtendit pro cuiuſq; natura vniuerſus rerum oīum amor. E

¶Eiuſdem ex eiſdem amatorijs hymnis.

*Amoris vis.*

AGe iam has iterum colligentes in vnum,dicamus vnam quandam eſſe,ſimplicēq; virtutem ſeipſam mouentem ad vnificam quandam commixtionem ex ipſo bono vſq; ad extremum vniuerſi:ab eoq; rurſum deinceps per omnia ad ipſum bonũ ex ſeipſa & per ſe,& in ſeipſa ſemet in circulum reflectentem , atque in ſeipſam ſemper eodem modo ſe glomerantem.

¶Cũ oīa apperant bonum,cur dæmones non diligant ipſum bonum,& vnde dæmones ſint mali.

*Hactenus ex diuino Hierotheo verba S. Dionyſii.*

DIxerit forte quiſpiam,ſi pulchrum bonumq; omnibus eſt amabile,deſiderabile,diligendum:appetit enim ipſum id quoq; quod non ens expellari ſolet ( vt eſt dictum) contenditq; quodammodo in ipſo eſſe,ipſum bonum eſt quod etiã in formibus formam facit,atq; in ipſo non ens ratione quadam ſupereſſentiali dicitur & exiſtit,quonam pacto turba dæmonum pulchrum bonumq; non deſiderat? Sed materiæ dedita,& ab angelica circa boni ipſius deſiderium identitate delapſa malorum omnium cauſa,& ſibijpſi,& alijs quæcunq; deprauata ſunt dicitur extitiſſe. Quo rurſus modo dæmoniaca gens ex bono perfecta ſpeciem boni nequaquam præfert? Aut quomodo bona ex bono facta mutari potuit? Et quid nam ipſam reddidit malam? Et omnino quid eſt malum? & ex quo initio ſubſtitit? & in qua rerum eſt? Item quomodo deus ipſe bonus, malũ facere voluit,aut volēs potuit? Atq; ſi ex alia cauſa malum trahitur,quæ nam alia rebus cauſa eſt præter ipſum bonum? Deniq; cum ſit prouidentia, quonam modo malum eſt,aut omnino fit,aut certe non tollitur? Et quo pacto aliquid ipſum dimiſſo bono deſiderat? F

¶Malum vnde,& quid malum.

*Natura boni quæ.*

HEC forſan dicat eiuſmodi diſputatio dubitans. Nos autem admonebimus dubitantē vt rerum aſpiciat veritatem. Atqui hoc primum audebimus dicere: Malũ ex ipſo bono nequaquam exiſtere,ac ſi ex bono fit nō eſſe malum. Non enim ignis eſt frigefacere,nec boni facere non bona. Præterea ſi quę ſunt omnia ex bono procedunt: Natura enim boni eſt producere atq; ſeruare, Mali vero perdere atq; diſſoluere, profecto nullum exiſtentium eſt ex malo,atqui nec ipſum malum erit ſiquidem ſeipſo ſit malum:atq; niſi ita ſit, nō omnino malum erit malum,ſed boni portionem quandam per quam ſit habebit. Item ſi quæcunq; ſunt pulchrum bonumq; petunt,& quicquid agunt,propter id quod videtur bonum faciunt,omniſq; rerum intentio bonum ſpectat vt principium atq; finem. Nihil enim mali naturam ſpectans facit quæ aggreditur faciēda. Quonam modo in ordine rerum erit malum? Aut quo pacto in rebus omnino eſt aliquid,cum huiuſmodi bono appetitu ſit deſtitutum? Rurſus

*Oīa fieri ꝓpter bonũ.*

quæcũq;



A quæcunq; ſunt ex ipſo bono dependent,ipſumq; bonum entibus eſt ſuperius:ſiquidem in bono etiam quod non ens dicitur,ens exiſtit:Malum vero,neque ens eſt,propterea nec eſt omnino malum,neque rurſus eſt omnino ens. Nihil enim erit ipſum quod dicitur omnino non ens, niſi per rationem quandam ente ſuperiorem in ipſo bono dicatur. Bonum itaquæ & ipſo ſimpliciter ente non ente multo prius in ſeipſo conſiſtit. Malum vero,neque in his quæ ſunt neq; in his quæ nō ſunt exiſtit:ſed & ab ipſo nō ente alienus eſt & diſtantius quam à bono, minusq; habet ſubſtantiæ rationē. Legitur aliter. Sed & magis quam non ens à bono & eſſentia diſſidet.

*Omnē eſſentiā eſſe ī bono. Bonũ omni ente ſuperius.*

¶Malum an eſſe concedendum.

*Malum duplex.*

DIxerit ergo aliquis. Vnde nam igitur erit malum? Niſi enim malum ſit, virtus ac vitium erit idem,vniuerſale videlicet vitium idem erit quod vniuerſa virtus: Particulare ſimiliter idem quod virtus particularis. Aut ſaltem quod virtuti aduerſatur, non erit malum. Contraria profecto temperantiæ intemperantia eſt, iuſtitiæque iniuſtitia. Neque tamen dico iuſtum hominem & iniuſtum,rurſumq; temperatum atq; intemperatum inuicem diſſidere:verum etiam ante foris apparentem probi viri ad improbum diſcrepātiam,in ipſo animo à virtutibus omnino vitia diſtant,& rationi motus diſſident perturbati. Propterea neceſſarium eſt concedere malum aliquid eſſe bono contrarium. Neque enim bonum ſibimet repugnat,ſed vniuerſum bonum velut ex vno principio ductum, vnaq; cauſa genitum communione quadam inuicem,& vnione,& amicitia gaudet. Neque rurſus quod minus bonum eſt,maiori bono contrarium eſt dicēdum:quia nec minus calidum aut frigidũ minus calido frigidove repugnat. Malum igitur eſt in rebus,atq; eſt aliquid:& ita duntaxat eſt
B oppoſitũ contrariumq; bono. Cæterum ſi quis dixerit malum eſſe ipſum rerum interitum, nō propterea conuincet malum in rebus omnino nihil eſſe:ſed ita erit malum quoq; ens aliquod tanquam conferens ad entia generanda. Nonne ſępe huius interitus generatio fit illius? Atqui malum ita conducet ad plenitudinem vniuerſi ipſi per ſe preſtans ne ſit imperfectum.

*Neceſſario cōcedendũ malũ bono repugnans*

¶Malum inquantum malum nihil producere nec fore exiſtens.

AD hæc autem vera ratio reſpondebit. Malum qua ratione malum eſt nullam eſſentiam vel generationem facere,ſolum vero deprauare atq; perdere(quantum in ipſo ē) rerũ ſubſtantiam. Si quis autem ipſum generationis dixerit autorem,propterea q; alterius pernicie,præſtet alteri genituram, Reſpondendum eſt reuera,non qua ratione perdit,generationem aliquam elargiri,ſed qua corruptio malumq; eſt violare ſolũ atq; deprauare:generationem vero eſſentiamq; effici propter bonum. Atq; malum per ſe quidem erit interitus. Autor vero generationis propter bonum. Et qua quidem ratione malum eſt, neq; eſt ens,neque entiũ effectiuum:at propter bonum & ens eſt,& bonum autorq; bonorum,imo vero neque eſt quicquã ſecundum idem bonum atque malũ: Neque rurſus eiuſdem eſt interitus & generatio idē. Neque qua conditione malũ eſt,eadem & potentia,neque quædã per ſe poten
C tia,aut quidam per ſe interitus. Ipſum nanque quod dicitur per ſe malũ,neque ens dicendũ eſt, neque bonũ,neque generationis effector,neque rerum autor vel bonorum. ¶Bonũ vero quibus perfecte ineſt,perfecta,pura,integra,bona facit:ſed quæ minus ipſum participant , imperfecta bona ſunt,ac propter defectum boni permixta. Oīno quidem malum non eſt ens,neque bonum,neque beneficũ,ſed quod magis aut minus propinquat bono, pro ipſa appropinquanti menſura fit bonum. Siquidem perfecta bonitas per omnia ſe diffundens,non ſolũ ad illas quę ſunt circa ipſam ſubſtantias optimas accedit,ſed ad extremas vſque procedit,alijs quidem ſummopere præſens,alijs autem inferiore quadam conditione,alijs tādem infimo quodam pacto, quatenus ſingula percipere poſſunt. Iam vero alia bonum prorſus participant,alia vero magis minusve inde degenerant. Sed alia tenuiorem boni præſentiam ſortiũtur:alijs denique veſtigium boni contingit extremum. Atqui niſi bonum vnicuique pro modo cuiusq; ſe præſtaret,diuiniſſimaq; & antiquiſſima infimorum ordinē obtinerēt. Quonam pacto fieri poterat, vt vnica ratione ſingula bono participarent,quippe cum non omnia ſint ad exactam participationē eius accōmodata. Nũc aũt & hæc penes bonũ ē magnitudo poteſtatis excedēs, q̃d ipſa etiã quæ priuata & ipſam priuationē ſui corroborat,ſcdm participationē ſui vbiq; ꝓductã. Deniq; ſi oportet vera audiētibus cōfiteri,illa etiã quæ repugnãt bono,ipſa boni ꝟtute & exiſtũt,& repugnare valent. ¶Cæterũ vt ſummatim dicam quæcunque ſunt,qua ratiōe ſunt,eadem ſunt & bona,exiſtũtq; à bono:qua vero deſtituta ſunt à bono,neque bona ſunt neque ſubſiſtũt. Nempe in cæteris qualitatibus velut in calore vel frigore ita ſe res habet,vt quæ calefacta fuerit etiam ſupereſſe poſſint poſtquam calor illa deſeruit. Pleraq; etiam ſunt quidem,tametſi vitæ & intelligentiæ ſunt expertia. Deus quoque ſemotus eſt ab ęſſentia & ſupereſſentiali(vt ita dixerim) ratiōe

*Malũ nō eē ens aliqd.*

*Bonũ qd efficiat.*

*Bonitatem omnibus eſſentijs illabi.*

*Oē ens inſitũ eius eſſe ab ipſo bono.*

*Deũ eē ſupra oē ens.*



cōſi

Ca.IIII.

conſiſtit. Iam vero in cæteris ſimpliciter omnibus tum habitu quouis amiſſo, tum etiam non D aſſumpto: ſunt tamen entia & ſubſiſtere valent. Quod autem à bono penitus deſtituitur, nimirum nec vſquam nec vllo pacto vel fuit vel eſt, vel erit, vel eſſe poteſt, velut intemperatus, & ſi bono caret per concupiſcentiam rationis expertem, atque per eandem neque eſt ipſe quidem, neque vlla quæ reuera ſint concupiſcit. Interea tamen eſt boni particeps per tenuem quandam amicitiæ & vnionis imaginem. Ira quin etiam eſt boni compos quatenus mouetur, appetitq; quæ mala videntur ad id quod videtur honeſtum dirigere atque conuertere. Atqui & ipſe qui deterrimam vitam eligit, propterea boni particeps iudicandus eſt, quod vitam deſiderat, & eam quidem quæ ſibi videtur optima, ac ſimpliciter quod appetit, vitamq; deſiderat, vitamq; optimam ſpectat vt finem. Iam vero ſi bonum omnino ſuſtuleris, nec erit eſſentia, neque vita, neq; appetitus, neque motus, neque aliud quicquam. ¶ Quod igitur corruptiõem generatio ſequatur, non eſt id quidem mali poteſtas, ſed minoris boni præſentia, quemadmodum & morbus defectus quidem eſt ordinis, ſed non vniuerſi. Si enim totus ordo deſit, neque morbus ipſe ſubſiſtet. Manet autem, eſtq; nõnihil morbus, quatenus eſſentiam habet, & minimum ordinem, in qua ſane velut fundamento ſubſiſtit. Quod enim vniuerſi boni expers excogitatur, neq; eſt aliquid, nec in exiſtentibus reperitur. Quod autem mixtum eſt, id propter bonum eſt in ordine rerum: atque ſecundum hoc ipſum reperitur in rebus, atque eſt ens, quãtum eſt boni particeps, imo vero quæ ſunt omnia eatenus magis minuſve ſunt, quatenus & boni participia ſunt. Iam vero & in eo quod eſſe ipſum dicitur quod nec vſquam, nec vllo modo ibi eſt, nec erit quidem E vſquam: quod autem quodammodo quidem eſt, quodammodo vero non, nimirum & quantum ab eo decidit quod ſemper eſt, ſane non exiſtit: quantum vero ipſius eſſe ſit compos, tantũ quoq; conſiſtit. Atqui & ſimpliciter eſſe quod nõ ens cenſetur, ab ipſo quod ſemper penitusq; eſt ens continetur atque ſeruatur. Ipſum quoque malum ita ſe habet, vt quod decidit prorſus à bono, id neque inter magis neque inter minus bona ſit futurum. Quod vero quodammodo quidem bonum eſt, quodammodo vero non bonum, aduerſatur ſane cuidam bono, non autem toti bono. Atqui & ipſum participatione quadam boni regitur atque continetur. Nempe bonum ipſum ſua quadam participatione ipſam quoque ſui priuationem quadã quaſi eentia donat. Profecto ſi bonum prorſus abierit, nec erit vniuerſaliter bonum aliquod, neque mixtum quicquam, neque malum ipſum. Si enim ipſum quod dicitur malum eſt imperfectũ bonum, nimirum per vniuerſam abſentiam boni, & imperfectum & perfectũ bonum aberit: tunc profecto dũtaxat erit apparebitq; malum, quando alijs quidem erit malum quibus eſt contrarium: ab alijs autẽ pendebit diſtinctũ tanquã bonis. Nequeunt enim eadẽ ſecundũ eadẽ inter ſe in oĩbus repugnare. Malũ igitur non poteſt exiſtens aliquod eſſe.

Manuductio de morbo.

¶ Malum non eſſe in ſubſtantijs vel exiſtentibus, nec in deo neq; à deo.

ATqui nec in exiſtẽtibus ineſt malũ. Si eñ hæc oĩa ſunt ex bono, oĩbusq; bonũ ineſt, F cõtinet oĩa: nimirũ in his malũ eſſe non poteſt. An forſan in bono malũ eſſe poteſt? Minime: Nã nec eſt in igne frigidũ, nec malũ in ſe vllũ admittere poteſt quod malũ etiam reddit bonum. Sin autem fingatur in bono malũ eſſe, quonam pacto inerit? Si enim ex ipſo concedatur exiſtere, abſurdum id quidem & impoſſibile: Nam (vt ſacrorum eloquiorum veritas inquit) nõ poteſt arbor bona fructus malos facere, vel mala bonos. Sin autem bono malum ex ſeipſo non ineſt, an ex alio forſan tanquam principio cauſaq; continget. Iamvero vel malum ex bono erit, vel ex malo bonum. Aut ſi hoc eſt impoſſibile, ex alio quodam principio cauſaq; erit bonum pariter atque malum. Nulla enim dualitas eſt principium, ſed vnitas ipſa eſt dualitatis omnis initium, tametſi abſurdum ẽ confiteri ex vno eodemq; duo quædã prorſus inter ſe contraria proficiſci, atque ita ipſum quoque principiũ non eſſe ſimplex penitusq; vnũ, ſed diuiſum atque biforme, contrariũq; ſibimet atque repugnans. ¶ Neque rurſum poſſibile eſt duo rerũ eſſe principia, & inuicẽ & in vniuerſo contraria atque repugnantia. Si eñ id concedatur, nec deus ipſe à detrimento moleſtiaq; procul aberit, ſiquidẽ nõ deſit quod ipſum quoq; perturbet. Prꝺterea cũcta erũt inordinata, ſpq; pugnãtia, atqui bonũ ipſum amicitia quadã cũcta cõciliat: à ſanctiſq; theologis & pax, & pacis autor appellatur. Quãobrẽ bona oĩa ſibi inuicẽ amica ſunt & conſona ex vna vita videlicet pullulantia, ad vnũq; ordine certo diſpoſita bonũ: atque ſicut eodẽ quaſi generis cognomento, ita conditionis ſimilitudine & affectione quadã manſueta coniuncta. Quapropter malũ neque eſt in deo, neque diuini cõmertij quicquã habet. ¶ Sed nec ex deo malũ eſt. Aut enim concedendũ erit deũ non eſſe bonũ, aut ſi proculdubio bonus eſt, bene facit efficitq; bona: neque tantum ita vt aliquando tantum vt aliqua bona faciat, aliquando vero non agat, vel non oĩa: alioquin permutationem cõditiõe eiuſmodi pa

Malum impoſſibile eẽ in bono. Matt. 7.

Principia duo rerum eſſe impoſſibile.

Malũ nullũ ex deo.



modi pateretur, diuerſitatemq; in ſeipſo circa id quod auguſtiſſimum eſt, videlicet cauſam. Iã A vero ſiquidem in deo bonum ipſa ſua ſubſtantia eſt ſi permutetur ex bono, deus aliquando quidem erit, aliquando vero non erit. Si autem participatione bonũ habeat, & habebit ab alio, & alias id habebit, alias non habebit: Malum igitur nec eſt ex deo, nec in deo, neque ſimpliciter, neque per tempus.

¶ Angelos expertes omnis mali.

NEc in angelis etiam malum eſt. Si enim angelus ſpeciem boni præferẽs, diuinam exprimit bonitatem, exiſtens videlicet per participationem id ipſum ſecundo gradu, quod ſecundum cauſam eſt in ſe primo illud quod exprimitur, certe imago dei eſt angelus, & occulti luminis declaratio, ac ſpeculum purum, nitidiſſimum, incoinquinatum, immaculatum, incontaminatum, totam in ſe ſuſcipiẽs (ſi fas eſt dicere) pulchritudinem ſpeciei ipſius, figuræq; diuinæ: atque in ſeipſo ſyncere (quantum fieri poteſt) ſplendore, declarans ſecretiſſimi illius ſilentij bonitatem. Itaq; nec angelis quidem ineſt malum, niſi forte quis dixerit propterea malos eſſe quod puniant peccatores. Sed eadem ratione caſtigatores errantium mali erunt. Similiter & ſacerdotes illi qui prophanos à diuinis myſterijs arcent. Sed profecto non malum eſt meritis affici pœnis: imó fieri pœnis dignum. Neq; rurſum malum pro merito à ſacris arceri, ſed contaminatum prophanumq; euadere: ideoq; nec aptum qui admittatur ad pura.

Angelica natura quæ.

Puniri non malum, ſed pœna fieri dignum.

¶ Naturam dæmonum non eſſe malam.

NEq; rurſus dæmones ſunt natura mali, alioquin nec eſſent ex bono, nec eſſent prorſus aliquid: Atqui nec ex bonis natura mutati ſunt in malos, neq; ſemp exiſtere mali. Præterea vtrum ſibimet an alijs mali ſint. Si forte ſibijpſis mali, ſeipſos perdent, ſin autem alijs, quonam modo interimentes iudicantur mali, aut quid potiſſimum in- B terimentes, eſſentiam ne vel potentiam, vel actionem? Siquidem eſſentiam, primo quidem nõ præter naturam id efficient. Quæ enim per naturam incorruptibilia ſunt, nõ corrumpunt, ſed quæ corruptioni ſunt obnoxia. Deinde ne id quidem omnibus & omnino malum eſt. Iam vero neque quicquam eorum quæ ſunt perimitur quantum eſt eſſentia & natura, ſed ipſa congruentiæ commenſurationiſq; proportio, propter ordinis naturalis defectum, iam ita debilitatur vt eodem modo permanere non poſſit. Infirmitas vero non eſt integra. Si enim integra foret, & corruptionem ipſam & ſubiectum eius é medio tolleret, eſſetq; corruptio huiuſmodi ſui ipſius interitus. Quamobrem quicquid malum dici ſolet, non eſt omnino malum, ſed deficiẽs bonum. Quod eñ expers oĩno boni fingitur, nec vſquam quidem aliquid erit. Eadẽ quoque de potentiæ actioniſq; corruptela ratio eſt. ¶ Proinde quonam pacto dæmones cum à deo facti ſint, mali ſunt. Nempe bonum bona producit & ſtatuit. Verumtamen malos appellari dicet aliquis, ſed non qua ratione ſunt aliquid, mali ſunt. Ex bono eñ exiſtunt, bonamq; eſſentiam nacti ſunt: imó qua ratione non ſunt, quippe cum ad ſeruandum principium ſuum infirmi fuerint, quemadmodum diuina teſtantur eloquia. Dic age in quonam dæmones deprauari dicamus, niſi in eo quod ab habitu actioneq; circa bona diuina vacant. Prꝺterea ſi natura mali ſunt dæmones, ſemper fuere mali, tametſi malum eſt inſtabile. Non igitur ſi ſemper eodem modo ſe habent, mali non ſunt: ſemper eñ idem eſſe, boni proprium eſt, ſin autem non ſemper extitere mali, non ſunt ipſa natura praui, ſed indigentia quadam bonorum angelicorum. Neq; boni C prorſus ſunt expertes, quatenus ſunt, viuunt, intelligunt, habentq; nonnullum deſiderij motũ. Praui vero cenſentur, quoniam circa naturalem operationem ſunt inualidi. His itaq; malum eſt auerſio quædam, exceſſusq; & diſceſſus, ob quem bonis ſibi conuenientibus potiti non fuerint, defectus, imbecillitas, infirmitasq; virtutis perfectionem ſuam conſeruaturæ, fugaq; & caſus. ¶ Quid præterea in dæmonibus malum eſt? Furor irrationalis, concupiſcẽtia demens, imaginatio præceps. Verum iſta quanquam dæmonibus inſunt, non tamen oĩbus, nec oĩno, neq; ipſa ſecundum ſe mala ſunt. Nam & in alijs animalibus non hæc quidẽ habere, ſed his carere pernities eſt animalium atq; malum. Horum vero habitus ſeruat eſſeq; efficit animalis naturam hæc habentem. Quamobrem dæmoniaca gens non qua ratiõe ſecundum naturam eſt, ſed qua nõ eſt exiſtit mala. Neque bonum illis traditum totum eſt permutatum, ſed ipſi à toto bono ſibi tradito exciderunt: Nec angelica munera his tribulata aliquando permutata, ſed integra ſunt, penitusq; cõſpicua, quamuis ipſi minime cernant: quippe cum vires eas quibus bona videri poſſent, iam occluſerint. Quapropter hoc ipſo quod ſunt, ex bono ſunt atq; boni, & pulchrum bonumq; deſiderãt, dum videlicet eſſe, viuere, intelligere, quæ quidẽ exiſtentia ſunt deſiderant, ſed priuatione quadam & fuga, caſuq; à cõuenientibus ſibi bonis mali cognominantur,

Incorruptibilia non poſſe corrũpere.

Nullũ eẽ ſere omnino expers boni.

Iudæ. 1.

Dæmones cur dicãtur mali.

Malum dæmonis qd.

tur,ſuntq; mali qua parte pulchri non ſunt,& quod minime eſt appetentes malum appetunt.

¶Malas non eſſe animas.

D

Animę quō dicãtur malæ.

AT animas quiſpiam dixerit eſſe malas. Si igitur quia coniunguntur malis, quodam prouidentiæ conſeruationiſq; officio,has aliquis ſuſpicetur malas. Obijciendum eſt hoc vtique non eſſe malum ſed bonum,atque ex ipſo bono proueniens:quod quidē vel quod alioquin malum eſt,reddit bonum. Sin autem animas quoquomodo depravari dicamus in quo nam deprauantur. Niſi in quodam affectionum actionumq; bonarum defectu,& quoniam aberrantes aberrantes à fine ob infirmitatem propriam dilabuntur. Iam vero circunfuſum quoque nobis aerē obtenebrari dicimus,defectu videlicet & abſentia luminis. Ipſum vero lumen ſemper eſt lumen,quod etiam illuminat tenebras:quamobrē nec in dæmonibus, nec in nobis ita malum eſt quaſi exiſtens aliquid,ſed tanquam defectus aliquis, per quem propriorum bonorum conſummatione caremus.

¶Brutis animantibus non ineſſe malum,vt quid naturale.

Leōis natura e quod. Caninatura le quod.

NEque rurſus in animalibus brutis eſt malum. Si enim iram concupiſcentiamq; ſuſtuleris,& cætera quæ in eis,& ſi mala dicuntur,non ſunt tamen ſimpliciter ſuapte natura mala. Leo quidem fortitudine ſuperbiaq; amiſſa,leo eſſe deſinet. Canis quoq; blandus effectus omnibus,non erit canis. Cuſtodire enim latratu ſua canis eſt proprium:atque domeſticos quidem admittere, alienos vero propellere. Quamobrem conſeruare naturam non eſt malum,imó vero malum eſt naturæ corruptio,debilitaſq;, & naturalium qualitatum,&actionum,viriumq; defectus. Proinde quæcunque generantur per quedam temporis interualla perficiuntur,ne imperfectum quidem præter omnem naturam eſt omnino. E

¶Malum non eſſe in tota rerum natura.

Vitium vel malū naturæ quid.

NEq; rurſus eſt in tota natura malum. Si enim naturales rationes omnes ab vniuerſali natura ducuntur,nihil eſt illi contrarium. Singulari vero naturæ,aliud quidem ſecundum naturam erit,aliud vero contra. Alijs nanque naturis præter naturam aliud accidit:quodve huic naturę conſentaneum eſt,illi accidit alienum. Vicium vero naturæ dicitur quod incidit præter naturam,priuatio videlicet naturaliū. Itaq; non eſt ipſa natura mala. Id autem dicitur ipſi naturæ malum,quod propria ſibi officia explere non poſſit.

Malum nequaquam ineſſe corporibus.

Accidentia corpori an mala. Corporis malū quod.

PRoinde in corporibus nec malum aliquid eſt. Deformitas enim atque morbus defectus quidam eſt ſpeciei,ordiniſq; priuatio. Id autem non omnino malum eſt,ſed minus bonum,alioquin ſi pulchritudinis ſpecieiq; & ordinis integra ſolutio fiat, ipſum quoque corpus abibit. ¶Præterea neque corpus eſſe vitiorum cauſa animo contingentium,inde patet quod etiam abſq; corpore prauitas poſſit oriri quemadmodum in dæmonibus. Hoc enim eſt mentibus & animabus corporibuſq; malum,infirmitas videlicet ad bonum proprium conſequendum impos atque caſus. F

¶Materia inquantum materia non eſt malum.

SEd neque verum eſt vulgatiſſimum illud,malū videlicet in materia eſſe,qua ratiōe materia. Hæc enim ornatus & pulchritudinis, ſpecieiq; fit particeps. Si autem ſeorſum ab his materia ſuapte natura qualitatem,ſpeciemq; nullam habet,quonam modo materia facit quicquam,quæ nec idipſum in ſe habet,vt pati poſſit? Præterea quonam pacto materia malum eſt? Si enim nec vſquam,nec vllo modo eſt,neque bonum eſt,neque malum. Sin autē quomodolibet eſt:quæ vero ſunt oīa,ſunt ex bono ipſa quoque exiſtet ex bono. Atque ita vel ipſum bonum effector eſt mali,aut malum,quatenus fit ex bono, bonum erit, vel forte malum effector erit boni,vel bonum quatenus eſt ex malo euadet malū:aut duo rurſum erunt principia,atque hæc ex alio rurſus vno quodam principio dependentia. Iam vero ſi materiam ad conſummationem vniuerſi fuiſſe neceſſariam confitentur,quo nāq; modo erit materia malū? Aliud nanque malū eſt,aliud neceſſarium. Quo autē pacto bonus ipſe deus ex malo ad generationem vlla perducit? aut quomodo malū eſt quod deſiderat bonū? Nēpe malū boni naturā fugit. Deniq; ſi materia naturaliter mala eſt,quō naturā generit atque nutrit? Malū enī qua ratiōe malū eſt,nihil generat aut nutrit,aut oīno quicquā facit aut ſeruat. ¶Si vero dixerim materiā quidē ipſam in animabus prauitatē nullā facere,ſed eas trahere,quonā modo id verū erit,cū aīæ multæ aciē ſuā ad bonū dirigant? Atqui quonā pacto id fieri potuiſſet,ſi eas ad malū materia prorſus attraheret? Quamobrem malum in animabus ex materia non contingit, ſed ex inordinato quodam & aberrante motu. Si autem & hoc affirment oīno materiam ſequi, atque eſt materia inſtabilis neceſſaria rebus in ſeipſis conſiſtere non valentibus, quonā pacto malū

Aliud eē malū,aliud neceſſarium.

Materiam nō efficere malū animę.



A malum eſt neceſſarium,aut quomodo quod eſt neceſſariū eſt & malū? ¶Sed neque hoc quod dicimus priuatio,per vim propriam aduerſatur bono. Vniuerſalis nanque priuatio vim prorſus nullam habet. Particularis vero non quatenus priuatio eſt,ſed qua ratione nō eſt priuatio vniuerſam vim aliquam habet. Quatenus enim particularis eſt defectus boni, nondum prorſus eſt malum. Quæ ſi non ſit vltra particularis,ſimul & ipſa mali natura diſceſſit.

Priuatio duplex.

¶Bono eſſe vnam cauſam,malo defectus multos.

CAEterum vt ſummatim dicam,bonum ex vna totaq; cauſa proficiſcitur. Malum autem ex multis particularibuſq; defectibus accidit.

¶Deum ſub ratione boni cognoſcere mala. A

COgnouit præterea deus malum ſub ratione boni, ac penes ipſum malorum cauſæ ſunt beneficæ vires.

¶Malum non eſſe æternum.

SI vero malum ſempiternum eſt,& fabricat,poteſtq; aliquid, ipſumq; exiſtit aliquid atque efficit,vnde nam ſibi iſta? an ex ipſo bono,an forte bono hæc inſunt ex malo,an potius ex alia cauſa ſunt ambobus?

¶Malum nullum habere cauſam vel rationem alicubi definitam.

OMne quod ſecundum naturam exiſtit,ex definita quadam cauſa naſcitur. At ſi malum nullam habet cauſam definitam,nimirum ſecundum naturam non exiſtit. Neque enim eſt in natura,quod præter naturam eſt. Neque in arte ratio illius quod accidit præter artem.

¶Naturam animæ nequaquam eſſe cauſam mali.

B

An anima p actus ſit mala.

AN igitur anima cauſa eſt malorum, quemadmodum ignis calefaciendi principium, & omnia quibus appropinquauerit,implet magnitudine,an potius bona quidem eſt animæ natura? Actionibus vero nunc quidem ita ſe habet,nunc vero non ita. Quod ſi per naturam mala eſt anima,eſſentiaq; illius mala eſt,vnde natura habet eſſentiam? Nunquid ex bona cauſa omnium conditrice? Verum ſi ex illa,quonam modo per eſſentiā mala eſt? Huius enī oēs genituræ ſunt bonæ. Sin autem per actiones eſt anima praua, nec hoc quidem eſt immutabile:alioquin vnde nam virtutes animæ prouenirent,niſi & ipſa boni ſpeciem acciperet? Reliquum eſt igitur,malum eſſe debilitatem quandam,defectionemq; à bono.

¶Bonorum cauſa vna,malorum multæ.

Malū ſp inſtabile.

BOnorum cauſa vna eſt. Si bono malum eſt contrarium,mali cauſæ multæ ſunt, non tamen mala faciunt rationes atque vires vllæ, ſed impotentia & infirmitas, atque incongrua quædam permixtio diſſimilium. Mala nec immobilia ſunt,neque ſemper eodem modo ſe habent, ſed infinita & indeterminata,& in alijs ſemper peruagantia: atque his inſuper infinitis.

¶Malo non eſſe proprium principium nec finem.

C

Oīa fierī boni gratia

MAlorum omnium principium atque finis eſt bonum. Boni nanque gratia omnia tum bona tum contraria fiunt. Nam & mala facimus,appetentes bonum. Nullus enim malum ſpectans,quæ facit aggreditur, quapropter neq; ſubſtātiam malum habet,ſed præter ſubſtantiam exiſtens,ſubſtantia nititur aliena, vtpote quod non ſui quidem ,ſed boni duntaxat gratia perpetratur.

¶Malum eſt per accidens.

Malū fieri pter intētionem.

MAlum eſſe dicendū ē per accidens,atque propter aliud,nec ex principio proprio. Itaque cum agitur forte rectum quidem eſſe videtur,quoniam boni gratia geritur: re autem vera non eſt rectum,quia quod bonum non eſt,opinamur bonum. ¶ Demonſtratum eſt quando malum agitur,aliud quidem eſſe quod optatur, aliud vero quod agitur. Nonne igitur malum eſt præter viam,præter intentionem,præter naturā,præter cauſam,præter principium,præter finem,extra terminum,extra voluntatem, extra ſubſtantiam? Itaq; malum eſt priuatio,defectus, infirmitas,incōcinnitas,error. Scopo,id eſt,ſigno,pulchritudine,vita,intellectu,ratione,perfectione,fundamentum,cauſa,deſtitutum, interminatū, ſterile,iners,imbecillum,confuſum,diſſimile,infinitum,tenebroſum,eſſentia carens, ipſumq; nullo modo ac nuſquam,& nil exiſtens.

Malum quid.

¶Malum nil poſſe per ſe.

QVonam pacto malum omnino quicquam valet, ſolet videlicet permixtione boni. Quod enim omnino bono vacuum eſt,neque eſt aliquid, neque poteſt quicquam. Etenim ſi bonum eſt & exiſtens,& appetendum,& validum atque efficax: quonam modo boni contrarium aliquid poterit,quippe cum eſſentia,voluntate, potentia, actione ſit captum.

¶Dæmonis malum quod.

*Malum animæ & corporis quod.*

D

NOn omnibus omnino eadem, vt ſecundum idem mala ſunt. Dæmoni quidem malum eſt quod intellectus eius amiſit ipſam boni formam. Animæ quod ratione deficit. Corpore quod à natura deſciuit. ¶Bonum omnibus prouidere, malis q̄ bene vti.

*Malum in quantũ malũ nihil eſſe.*

QVonam modo (cum ſit prouidentia) omnino mala ſunt? Malum quidem, qua ratione malum, nec exiſtens aliquid eſt, nec in exiſtentibus aliquid, nec quicquam extra prouidentiam eſt in rebus. Neque enim eſt malum exiſtens aliquid, permixtionem boni non habens. Iamvero ſi nihil in rebus boni participatione caret, malum vero eſt defectio quædã à bono, resq; nulla boni prorſus eſt expers, prouidentia diuina cuncta comprehendit: nihilq; prouidentiæ gubernatione deſeritur. Sed his quoque qui mali ſiunt prouidentia bene vtitur, ad aliquam videlicet vel ipſorum, vel aliorum, ſiue priuatam ſiue cõmunem vtilitatem. Vnicuique vero proprie prouidet, quapropter vanum multorum ſermonẽ nequaquam admittimus, qui aſſerunt diuinam prouidentiam oportere nos ad virtutem vel inuitos impellere. Non enim prouidentiæ eſt naturam peruertere. Imo vero qua ratione eſt prouidentia, eſt vniuſcuiuſq; naturæ ſeruatrix. Quapropter his quæ per ſe mouentur tanquam libero motu mobilibus prouidet, totisq; & ſingulis, quemadmodum illis atque his proprie cõuenit, q̄tenus eorũ natura q̃b' puidet capere poteſt totius vniuerſaliſq; puidẽtiæ bñfica munere prouidẽter, pro modo ſuo vnicuiq; diſtributa. ¶Malum non eſſe aliquid.

*Prouidẽtiã oĩa cõſeruare.*

E

MAlũ igit nec ẽ aliq̃d exiſtẽs, nec ẽ in reb' exiſtẽtibus aliq̃d. Malũ eñ nuſq̃ exiſtit, q̃rõne malũ. Atq; & fieri malũ nõ ẽ potẽtiæ, ſed impotẽtiæ poti'. Nẽpe dæmonib' hoc ipm q̃d ſunt, & ex bono ẽ, atq; bonũ. Malũ vero his ẽ q̃ à bonis pprijs ſint plapſi, atq; circa idẽtitatẽ habitũq; fuerint pmutati, pfectionẽq; angelicã ſibi cõuenientẽ ob infirmitatẽ ppriã nõ impleuerint. Appetũt illi q̃dẽ bonũ, dũ eẽ, viuere, intelligere diligũt. Rurſumq; nõ appetũt bonũ, dũ q̃d nõ ẽ deſiderãt. Neq; eſt iſtud appetere, ſed ab appetitione vera potius aberrare.

¶Malum eſſe in cognitione non cognoſcere bonum, quod cognoſci poteſt & debet.

*Titum. 1. Iacob 4. Luc. 12.*

EOS aũt in cognitiõe delinquẽtes ſacra vocãt eloq̃a, q̃ circa boni notionẽ haut latẽtẽ, vel circa effectionẽ ſe debilit habẽt. Et q volũtatẽ q̃dẽ nouerũt, neq; tñ faciũt. Qui audierũt q̃dẽ, infirmi vero ſunt circa fidẽ, aut opationẽ boni. Iã vero nolũt q̃dã intelligere vt bñ faciãt, ppter quãdã puerſionẽ, q̃d ſæpe iã diximus, infirmitas, & imbecillitas, & defect', vel ſimplicit cognitionis, vel cognitiõis coĩter notæ, vel fidei aut appetitiõis, aut actiõis boni. ¶Dixerit vero q̃ſpiã infirmitatẽ ſupplicium nõ mereri, ſed veniã. Si igit nõ licuiſſet poſſe, recte forſan eẽt obiectũ. Sin aũt, ex ipo bono vires ſuppeditãt. Q̃d (vt ſacra eloq̃a docẽt) oĩbus ſimplicit cõuenientia tribuit, nõ ẽ ignoſcẽdũ, ſi q̃s pignauiã ab ipo bonorũ pprioꝝ habitu diuini' pcedẽte aberrauerit, diuerteritq;, & effugerit, atq; ceciderit. Verũ hæc in libris de iuſto diuinoq; iuditio ſatis à nobis p viribus ſunt expoſita. In q̃ q̃dẽ ſacra diſputatiõe diuinorũ eloq̃orũ veritas ſermones ſophiſticos inique mẽdacitq; cõtra deũ loquẽtes, tãq̃ delirãtes cõfutauit & repulit. ¶Nũc aũt ſatis à nobis p virib' celebratũ ẽ ipm bonũ, vt reuera admirãdũ, vt principiũ oĩm atq; finis, vt rerũ oĩm cõphẽſio, vt ſpeciẽ nõ exiſtẽtib' afferẽs, vt bonorũ oĩm cauſa, vt mali nulli' cauſa, vt puidẽtia & bonitas vniuerſa: & quæ ſunt & quæ nõ ſunt oĩa ſupeminẽs. Mala q̃q; & ſuipſius priuationẽ quadã afficiẽs bonitate. Oĩb' deſiderãdũ & amãdũ ad ſufficiẽtiã diligẽdũ, & reliq̃ quæ in ſuperioribus verorũ (vt arbitror) rõ demõſtrauit. Appellatiões boni, entis, vitæ, ſapiæ, nõ ſignificãt ipam proprie in deo naturã, ſed munera quædam eiuſmodi rebus diuinitus diſtributa.

*Peccatũ ex infirmitate nõ eẽ prorſus excuſabile. Iaco. 4. Liber de iuſto diuinoq; iudicio. B. patris. Bonũ poĩmi munera.*

P

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS IIII.

IN hoc cap. principalẽ materiã libri tractare incipit, iuxta q̃d in titulo ipſi' pnotat cui' cõtinẽtiã hoc tenore decreui cõphẽdẽdã. Tractemus deinceps de hoc noĩe bonus, q̃d deitati videt in ſcripturis excellẽt attribuit & eã à cũctis diſtinguere ita vt ipſa diuina eẽntia bonitas dicat, eo q̃ deitas ſubſtãtialiter bona ſit, & bonitatẽ ſuã ad rerũ vniuerſitatẽ extẽdit. Cui' rei q̃lecũq; iudiciũ in ſole corporeo oſtenditur, qui non præmiſſa deliberatione vel electione, ſed ex principali naturæ ſuę proprietate per ſeipſum quantum in ſe eſt circũquaque cuncta illuminat luminis ſui capacia, & ſibi expoſita: & hoc ſecundum ſingulorum illuminandorum proportionem. Sic diuina bonitas incomparabiliter ſuper ſolem non minus q̃ ſuper obſcuram imaginem ex proprietate naturæ ſuæ per ipſam eſſentiam ſuam omnibus creaturis proportionaliter immittit radios ſuæ vniuerſalis bonitatis per quos ſubſiſtunt omnes intelligibiles ſubſtantiæ & earum virtutes & operationes, & ipſæ intelligibiles ſubſtantiæ per iſtos radios ſunt, & viuunt ſine defectu vitæ vel minoratione alicuius corruptionis,

& ſine



A & ſine morte & pure, & immaterialiter ſunt ſine generabilitate & corruptibilitate, & ſuperant omnem inſtabilem & fluxam ruariationem, & ſicut incorporales & immateriales intelliguntur, & ſicut mentes & puæ intelligentiæ ſupermundane intelligunt, & exemplaribus rationibus exiſtentium per ſpeciem verbi æterni illuminantur. & rurſus ipſarum rationum cognitiones ad imagines naturales propriaꝝ mentium intellectualiter cognitiuas deferunt, per quas imagines veritates verbi repręſentantur, ſcd̃m q̃ quęlibet mens ad imaginem ipſius verbi creata eſt, & ex bonitate habent firmam in deo manſionem & fundatam collocationem & continentiam & cuſtodiam & internam bonorum refectionem, & ipſam bonitatem deſiderantes habent ex ea eſſe, & bene eſſe, & ipſi quantum poſſunt ſe conformantes ab ea informantur, & perceptam ab ea conformitatem & dona ab ea ſibi diſtributa inferioribus ſuis communicant ſecundum legem diuinam, & ex ea ordines angelici habẽt vt ſibijnuicem vniantur & ab inuicem capiantur & inconfuſe diſcernantur. Inferiores virtutes inde hñt ſui ſurſum actiuas ad ſuperiores, & ſuperiores ad prouidentias inferiorũ, & quælibet propriæ virtutis cuſtodiam, & circa ſeinuicẽ intranſmutabilem conuolutionẽ, & circa deſiderium veri boni immutabilem identitatẽ & ſummum exceſſum, & quęcunq; alia de angelis tractauimus in angelica hierarchia, & quæcunq; ſunt angelicorũ ordinum purgationes, illuminationes, perfectiones ſunt ex fontana dei bonitate, ex qua ipſi hñt vt boniformes ſint & occultã dei bonitatem in ſe manifeſtent, & diuinum ſilentiũ enuncient, & ſicut clara luminaria ſecreta dei occulta interpretentur, ſed & ex ipſa bonitate animæ ſanctæ hñt, & quod mentes ſint, & q̃d intellectuales, & q̃d immortales, & q̃d omnino ſint & poſſint, & q̃d extendantur ad angelos, &

B q̃d p ipſos ad ſummũ bonum agantur ſurſum, & q̃d illuminationibus inde emanantibus proportionaliter participent, & diuinæ bonitati conforment, & q̃cunq; alia tractauimus de aĩab' in lib. Aĩa. Sed & oĩa aĩalia irrationalia ſiue aerea, ſiue terreſtria, ſiue aquatica, ſiue plurib' iſtorum vtentia, & eorũ aĩæ propter verum bonum aĩata ſunt & viuunt. Sed & plantæ iñ hñt vitã vegetabilem, & inaĩata inde hñt vt ſint q̃d ſunt. Cũ aũt bonitas ſit ſuper oĩa exiſtentia, q̃ño ergo eſt & carens forma format: q̃ño exceſſus ſubſtantiæ in ipſa ſola eſt non exiſtens: & excedẽs vita in ipſa eſt non viuens: & excellens ſapĩa ipſa eſt ſine mente. Et ita de q̃buſcunq; exceſſibus formationũ nõ hñtium formas, nec tñ exiſtẽtia diuina bonitate participãt, ſed & q̃d nondũ eſt tendẽdo in eſſe q̃dãmodo, & vt ita dicã, appetit bonũ q̃d eſt ſupſubſtantiale p ablationẽ ab oĩbus. Vel ſic: Q̃d oĩno nõ eſt, ſc; ente ſuperius, deo inferius, q̃dãmõ appetit eſſe in bono, inq̃tum ipm bonũ ſupſubſtantiale eſt, & ab oĩ ente remouet. Vel ſicut motus extremę ſphęrę, q partim eſt, partim nõ eſt, ita q̃ q̃ſi medius eſt inter ens & nõ ens, & cõtinuo motu nos ptercurrẽdo aſſidue effugit, dum inſtantia ſimul incipiũt & deſinunt. Et hoc mediũ bonũ appetit, & bonũ ẽ cã ipſius cœli, ſc; ſummę ſphęrę, q̃ vbiq; à ſe incipiens, vbiq; in ſe terminat, & neq; augmentũ ſuſcipit, neq; diminutionẽ, & habet ſubſtantiã inuarialilem, & bonũ eſt cã motuũ, maxime volu-

C tiõis cœli ſine ſono & ordinationũ ſtellarũ, & pulchritudinũ & luminũ & collocationũ ipſarũ ſtellarũ, & tranſituũ q̃rundã aſtrorũ multi motus, vt planetarũ erraticorũ & reſtitutionis circularis à puncto ad idẽ punctũ duorũ luminariũ, quæ ſpecialr ſcriptura magna vocat, ſc; ſolis & lunæ, q̃rũ motibus menſurant à nobis dies & noctes & menſes & anni, & circulares motiones tpis & eorũ quę ſunt in tpe diſcernunt, numerant, ordinant & continent. Sed & ſolaris radius ſcd̃m naturã ſuam ex bono eſt & eſt imago bonitatis. Vñ bonũ laudat noĩe luminis, ſicut ꝟitas in ſua imagine declarata. Sicut enim diuina bonitas oĩbus ſupeminens ptranſit à ſummis ſubſtantijs vſq; ad vltimas, & adhuc ſuper oẽs eſt ſuperioribus non ptingentibus ad ipſius exceſſum, & inferioribus nõ tranſeuntibus ipſius ambitum, ſed & illuminat oĩa luminis capacia, & creat, & viuificat, & continet, & menſurã dat rebus q̃titate continua ſucceſſiua, & q̃titate diſcreta, & ordinat res & circũdat, & cã initialis eſt oĩm & finalis: ita & magnus iſte ſol euidens diuinæ bonitatis imago ſcd̃m potentialitatẽ creaturæ corporeæ eminentius multis alijs totus ſplẽdens & ſuperlucẽs, & oĩa capacia luminis illuminat, q̃tum in ſe eſt, & ſuperextendit lumen ad oẽm mundũ ſenſibilem ſurſum & deorſum, & ſi aliq̃d ſplendoribus eius nõ participat, hoc nõ eſt ex defectu ſuæ illuminatiuæ virtutis, ſed q̃a radio non præſentant, vel quia non eſt capax illuminationis. Et talia multa tranſiens radius ſolis remotiora illuminat, & nihil eſt viſibiliũ, ad quod non pertingat, q̃tum eſt in efficacia ſui ſplendoris, ſed & generationẽ corporum viſibilium operatur, & ad vitam ea mouet vegetabilem, & operatur eorum nutrimentum & augmentum & conſummationem, & mundat & renouat & menſurat ſol motu ſuo tam continue, quàm diſcrete, horas, dies, & lumen totius noſtri temporis. Ipſe enim ſol formatus eſt quarta die, & de illa luce adhuc imperfecta, quæ ſecundum MOSEN diſtinxit

*Gene. 1.*

*Gene. 1.*



primum

Ca.IIII. primum triduum in initio mundi. Et ſicut diuina bonitas eſt principaliter congregatrix diſpe D
ſorum,omnia ad ſe conuertens,vt principaliter vnifica,& omnia ipſam vt principium,&con-
1.Corinh.8 tinentiam,& finem appetunt:& bonum eſt,vt dicit ſcriptura,ex quo omnia ſubſiſtunt, & ſunt
ex eo tanꝙ ex cauſa perfectiſſima adducta ad eſſe,& ꝗdlibet ad ſuum eſſe, & in quo omnia con
ſiſtunt, ſicut in omnipotenti plantatione cuſtodita & contenta, ad quod omnia perficienda
conuertuntur ſingula ſicut ad proprium finem,& quod omnia deſiderant,intellectualia quidẽ
& rationalia cognitiue & irrationalia ſenſitiue plantæ motu vitalis appetitus,inanimata apti-
tudine eſſendi. Ita ſecundum imaginariã imitationem lumen ſolis congregat,& ad ſe cõuertit
†heleos omnia videntia & quæ mouentur,illuminantur,vel caleſiũt,& quę omnino à fulgoribus eius
cõtinentur, propter quod * helios appellatur,quoniam omnia indeſtructibilia facit,& cõgre-
gat diſperſa,& omnia ſenſibilia ipſum deſiderãt tanꝙ appetentia,aut videri,aut moueri,aut ca-
leſieri,& omnino contineri à lumine. Nec hoc dico ſecundum errorem antiquæ idololatriæ,
Roman. 1. quaſi ſol ſit deus & creator huius vniuerſitatis,& procuret mundum,ſed ꝙ iuxta Aplm. inuiſi
bilia dei à creatura mundi per ea quę facta ſunt,intellecta conſpiciuntur,ſempiterna quoq; vir
tus eius & diuinitas. Sed hæc in ſymbolica theologia tractauimus. Nunc autem tractandum
eſt, quomodo bonitas diuina dicatur lumen intelligibile, ꝗd vtiq; ideo fit, quia implet omnẽ
ſupercœleſtem mentem intelligibili lumine, & omnẽ ignorantiam erroneã expellit ab oĩbus
†ingignit animabus,quibus † iungitur,&omnibus illis ſanctũ lumen tradit,&intellectuales eoꝝ oculos
mũdat à circũpoſita ipſis quaſi fece,quã ex ignorantia cõtraxerũt,& mouet & aperit ipſos ocu E
los multa tenebraꝝ caligine prius cõcluſos,& primo eis tradit claritatẽ ſuæ infirmitati com-
menſuratam:poſt illis lumen guſtantibus & magis deſiderantibus magis ſe infundit & abun-
Philip.3. danter ſuperfulget,qm̃ dilexerunt multum,&ſemper extendit ipſas aĩas ad anteriora,ſcdm va
letudinem ipſaꝝ ad reſpectũ diuini radij. Bonitas ergo diuina dicit̃ lumen intelligibile,ꝗd eſt
Iohan.1. ſuper omne lumen,tanꝙ radius fontanus & effuſio luminis ſupereffluẽs,illuminans oẽm ſup-
mundanam mentẽ ex propria plenitudine,& renouans oẽs intellectuales virtutes eaꝝ, & oẽs
incorporaliter excedens,eo ꝙ oĩbus ſuperextenditur,& oĩa cõprehendens ſuperincumbendo,
& gñaliter in ſeipſo coaſſumens & ſuperhabens & præhabens omnem donationẽ illuminati-
uæ virtutis,tanꝙ principaliter lucens,& oĩbus ſuperlucens intellectualia & rationalia,ſc; ange
pſalmo. ic los & homines,& ſuperfuſo radio cõgregans,ſcdm illud: Ortus eſt ſol & congregati ſunt. Et
facit ea indeſtructibilia oĩa per naturã,ꝗdã per gloriã impaſſibilia. Sicut eñ ignorantia eſt diui
ſiua ab inuicẽ eoꝝ q ducti ſunt in errorem,vt patet in hęreſum multitudine,ita præſentia lumi
nis intelligibilis eſt coadunatiua & illuminatiua eoꝝ q illuminant̃,& etiã eorundẽ perfectiua
& cõuerſiua à multis opinionibus ad vere exiſtens,& varias viſiones vel potius phantaſias cõ-
gregans ad vnam & veram & mundam & vniformem cognitiõem,& implet ſpeculatores ſu-
os vnitiuo lumine. Præterea hæc diuina bonitas laudatur in ſacra ſcriptura,ſicut pulchrum & F
ſicut pulchritudo,quæ effectiua eſt pulchri,& ſicut dilectio,& ſicut diligibile paſſiue,& alijs va
rijs vocabulis exprimentibus dona pulchrificę & gratificantis pulchritudinis. Pulchrum aũt
& pulchritudo non ſunt inter ſe differentia,ſicut cauſa & effectus,ſicut prius & poſterius,in dei
tate,quæ eſt cauſa comprehendens in ſumma ſua cauſali ſimplicitate omnia. Hanc enin diui-
ſionem pulchritudinis & pulchri facimus in creaturis, ſecundum participationes & participã
tia, dicentes eſſe pulchrum quod parcicipat pulchritudine,pulchritudinẽ autem participatiõe
cauſæ pulchrificantis omnia pulchra. Loquentes vero de ſummo bono,aliter vtimur,dicen-
tes ꝙ ſuperſubſtantiale pulchrum dicitur pulchritudo, eo ꝙ ipſum pulchrificat omnia exiſtẽ-
tia ſecundum propriam ipſoꝝ proportionem,& cauſat vniuerſalem omnium harmoniam &
claritatem,& iuxta ſignificationem ſolaris luminis cum fulgore immittit vniuerſitati rerum
pulchrificas diſtributiones ſui fontani radij,&quaſi omnia ad ſeipſam vocat &calos,id eſt,pul
chritudo dicitur ſicut omnia in omnibus ad idem congregans. Pnlchrum autem dicitur deus
ſicut pulcherrimum & ſuperpulchrum,&ſemper exiſtens ſecundũ eadem,& ſimul pulchrum,
& neq; factũ,neq; deſtructum,neq; auctum,neq; minoratũ,neq; vno reſpectu pulchrum, alio
reſpectu turpe,neq; hic pulchrũ,& illic nõ,neq; qbuſdã pulchrũ,& qbuſdam nõ pulchrũ: ſed
ſicut ipm ſcdm ſeipm cũ ſeipſo ſemper exiſtẽs vniforme pulchrũ, & ſicut p̃habẽs in ſemetipſo
excedẽter fontanã pulchritudinẽ oĩs pulchri. Oĩs eñ pulchritudo & oĩe pulchrum vniformi
ter & cauſaliter p̃exiſtunt in ſimplici & ſupernaturali natura oĩm pulchroꝝ,& ex ipſa p̃exiſtẽ-
te pulchra oĩa exiſtentia hñt eſſe pulchrũ,ſingula ſcdm proportionem ſuam, & propter pul-
chrum ſunt omnium concordiæ & amicitię & communiones & pulchro omnia vniuntur,&
pulchrũ



pulchrum eſt principium oĩm,ſicut effectiuũ oĩm, & mouens,& omnia continens amore prõ
A priæ pulchritudinis,& ipſum eſt finis omniũ ſicut cauſa finalis. Omnia enim ſiunt cauſa pul-
chri,& pulchrũ eſt cauſa exẽplaris oĩm in ỽbo, quia ſcdm ipſum oĩa determinant̃. Vñ colligit̃
ꝙ idẽ eſt pulchrũ ꝗd bonũ, qa oĩa ſcdm oẽm cauſam deſiderãt pulchrũ & bonũ, & nõ eſt aliꝗd
exiſtentiũ,ꝗd non participet pulchro & bono. Quando eñ laudatur deus vt ſuperſubſtantia-
liter pulchrum & bonum, per omnium exiſtentium ablationem, tunc ipſum non exiſtens in
pulchro comprehenditur. Et hoc vnum bonum & pulchrũ ſingulariter eſt cauſa omniũ pul-
chrorum & bonorum. Et ex hac cauſa ſunt omnes exiſtentium ſubſtantiales eſſentiæ & vnitio
nes & diſcretiones & identitates & alteritates tam ſubſtantiales ꝙ̃ accidentales, & ſimilitudi-
nes & communiones omniũ,etiam contrariorum ſibi. Nam etiam contraria ſunt ſub eodem
genere,& incommixtiones vnitorum,vt oſtenſum eſt ſupra:& prouidentiæ ſuperioꝝ ad infe
riores & alternę habitudines coordinatoꝝ in eadem hierarchia, vel ordine,vel gradu,& infe-
riorum conuerſiones ad ſuperiores ſuos & intranſmutabiles manſiones tam ſuperiorum ꝙ̃ in
feriorum conſeruatiue in ſemetipſis,& communiones,&coaptationes ſinguloꝝ ad ſingula iu
xta vniuſcuiuſq; proprietatẽ & proportionem,& inconfuſæ amicitiæ ad inuicem,& omnino
harmoniæ vniuerſitatis rerum & indiſſolubiles concretiones ipſius vniuerſitatis & indeficiẽ-
tes rerum continentiæ & ſucceſſiones creaturaꝝ,omnes ſtationes, omnes motus mentium &
animarum & corporum. Ille enim qui eſt ſuper ſtationem & motum,collocans vnumquod-
que in his quæ ſibi competunt † rationabiliter. Ipſe enim inquam eſt cauſaliter ſtatio omniũ
ſtantium,& mouens omnes motus ad deum. Dicuntur autẽ mentes angelicæ moueri circula- †rõnaliter
riter ſurſum extente,inquantũ vniuntur illuminationibus pulchri &boni,quę ſunt ſine princi
pio & fine,iuxta quod in circulo non inuenitur principium aut finis. Ipſæ autẽ dicuntur moue
ri recte,inquantũ ſuperiores procedunt ad inferioꝝ prouidentiam,cũctos rectificantes,& per
B medios ad infimos recte tranſeuntes. Oblique aũt dicuntur moueri,id eſt neq; circulariter,ne-
que recte,quando inferioribus(vt dictũ eſt)prouidentes nihilominus inegreſſibiliter à ſe ma-
nent vniformiter & indeficienter laudantes intra ſe pulchrum & bonũ,cauſam ſuę incõmuta
bilitatis. In anima autem motus circularis dicitur, quando ipſa inueſtigando, quaſi egrediens
ad ſe intellectualiter, quaſi ad punctum de quo exijt, circulariter reflectitur, à multitudinis
deuio reuocata,& primo ad ſeipſam coadunata & vniformis facta, & vnitis virtutibus vnita
manuducitur ad pulchrũ & bonum, quod eſt ſupet omnia exiſtentia, & quod vere eſt vnũ &
idem,ſine principio ſine fine,vt eſt circulus. Oblique aũt dicuntur moueri aĩę,quando nõ ſim-
plici & intellectuali extenſione in diuina,ſed ſcdm conditionẽ mortaliũ rationali & ſymboli-
ca inueſtigatione creaturarum manuducuntur ad illuminationes diuinæ cognitionis. Recte
autem moueri dicuntur, quando ad exteriora progredientes non inde in ſeipſas reflectuntur
quod eſſet motus circularis, ſed ex illis tanꝙ ſymbolis multiplicibus ad ſimplices & vnitas ſue
ſum aguntur contemplationes. Pulchrũ igitur & bonũ,quod eſt ſuper omnem ſtationẽ & mo
tum,cauſa eſt & continens & finis iſtarum motionum in mentibus & animabus, & triplicis
motus reꝝ ſenſibiliũ,ſcilicet recti,circularis & obliqui. In hac viſibilium vniuerſitate,& mul
to familiarius,& quaſi directius eſt cauſa manſionũ & ſtationũ & collocationũ omium dicto
rum,& propter pulchrum & bonũ,& ex illo & in illo & ad illud,& eius gratia eſt omnis ſtatio
& oĩs motus:ex ipſo eñ & per ipſum eſt omnis ſubſtantia & vita & mentis & animæ, & oĩs
C naturæ paruitates,æqualitates,magnitudines,menſuræ omnes, & exiſtentiũ proportiones,&
harmonię in ſitu congruo & vniuerſitatis † congruentia, concretiones diuerſoꝝ in vnũ * tota- † cõſecrãtia
liter partes,omne vnũ,oĩs multitudo,cõiunctiones partiũ oĩs multitudinis, vnitiões,conſum †totalitates
mationes vniuerſitatũ,quale,quantũ,infinitũ,cõparationes,diſcretiones,oĩs infinitas,oĩs finis
diffinitiones oẽs,ordines,conſenſus,elementa,formę,oĩs ſubſtantia,virtus, operatio,habitus,
ſenſus,omne verbũ, omne factũ, oĩs tactus, ſcientia,vnitio,& generaliter omne exiſtens ex
pulchro & bono,& in pulchro & bono eſt,& ad pulchrum & bonũ cõuertitur,& oĩa quęcũq;
ſunt & fiunt,& ad ipſum omnia inſpiciunt, & ab ipſo mouentur & continentur, & ipſius gra-
tia,& propter ipſum & in ipſo eſt omne principiũ exẽplare finale efficiens, formale elementa-
rium,& ſimpliciter omne principium,omnis continentia,omnis ſummitas, & vt cuncta com-
prehendam,omnia exiſtentia ex pulchro & bono ſunt,& omnia non exiſtentia ſuperſubſtan
tialr ſunt in bono & pulchro, & bonũ & pulchrũ eſt ipſoꝝ oĩm principiũ & finis ſupprincipã
le & ſuperperfectũ,qm̃ ex ipſo,& per ipſum & in ipſo & ad ipm oĩa ſunt, ſicut dicit Apoſtolus: Roman.11.
Omnibus ergo deſiderabile & amabile & delectabile pulchrum & bonum, & propter ipſum
& ipſius conſideratione inferiores amant ſuperiores, conuertendo ſe ad eos, & coordinati in
eadem

Ca IIII. eadem hierarchia, vel ordine, vel gradu amant inuicem coordinatos ſibi, & ſuperiores amāt
inferiores, eis influendo, & ſinguli ſingulos vniuerſaliter, & omnia quæ deſiderant pulchrum D
& bonum, ideo faciunt & volunt quæcunq; volunt. Poſſumus autem fiducialiter & veraciter
dicere, ꝙ deus qui eſt omnium cauſa, propter bonitatis ſuæ exceſſum amat omnia & facit oīa,
& omnia perficit & continet, & ad ſe conuertit, & eſt diuinus amor bonus, boni propter bonū
Ipſe enim amor qui operatur exiſtentia, præexiſtens in bono exceſſiue, non dimiſit ipſum bo-
† cauſandū num manere ſine germinis fœcunditate: ſed mouet ipſum ad * creandum, res ſecundum exceſ-
ſum bonitatis, qui eſt generatiuus omnium. Nemo autem putet nos deo attribuere nomen a-
moris ſine ſcripturę ſacræ atteſtatione, nec attendat ad vocum ſonos & dictiones & ſyllabas,
ſed ad eorundem ſignificata, ſine quibus voces vacuæ ſunt, & ad dicentis intentionem & ad vo
cum ſignificantium æquipollentias & circumlocutiones, & ad exprimendum cōceptum intel
lectum exquiſitas, vt ſi dicatur, bis duo, pro quatuor, aut maternum ſolum pro patria, aut ſimi
le aliquid. Attendendum eſt autem, ꝙ vtimur elementis, ſyllabis & dictionibus & orationib9,
non propter ipſas voces, ſed propter earum ſignificata, quibus conceptis quaſi ſuperflue ſunt
voces, ſicut quādo animę intellectualiter ſe exercent ſuperflui quaſi ſunt interim ſenſus corpo
rei, & eidem immittenti ſe ad vnitionem inacceſſibilis & ſuperintellectualis luminis, ſuꝑfluæ
ſunt intellectuales virtutes vel operationes. Sed quando mens per ſenſibilium collationem
ſtudet manuduci ad intelligibiles contemplationes, tunc eam magis iuuant & prouehunt pla
niores orationes & planiora ſenſibilium ſimbola, quæ clariores faciunt repræſentationes. Et E
hac de cauſa nomine amoris vtimur in diuinis, & hoc iuxta ſacræ ſcripturæ atteſtationem: Di
Prouer. 4. lige illam. i. ſapientiam: vel ama, ſecundum aliam tranſlationem, & ſeruabit te, & arripe illam
& exaltabit te, & glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Et multæ aliæ ſcripturę, ſiue
in Cantico amoris, ſiue in alijs libris, amoris nomine vtuntur in diuinis. Licet quibuſdam ca-
Can. 1 tholicis de deo loquentibus indiuinius vel indecentius videatur nomen amoris, quàm dile-
ctionis, id eſt, minus congruens diuinis, quāuis antiqua tranſlatio habeat diuinius, id eſt ma-
Ignatius. gis congruens. Veruntamen ſanctus Ignatius ſic ſcripſit: Amor meus crucifixus eſt in Chriſto
Sapientię 8 Et in libro Sapientiæ, qui continet multiplicem exhortationem & introductionem ad ſcien-
tiam dei, inuenis Philonem dicentem de diuina ſapientia: Hanc amaui, & exquiſiui eam à iu-
uentute mea, & quæſiui mihi ſponſam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Commu-
niter ergo & vniformiter vtendum eſt in diuinis nomine amoris & nomine dilectionis, niſiꝙ
videtur plus vtendum nomine amoris ad reprimendum temeritatem deprauantium nomen
illud. Qui quamuis ſacrę ſcripturæ amorem deo attribuant, quia multitudinis non capiūt ſim
plicitatem ſpiritualis amoris, iuxta conſuetudinem ſuæ carnalis cogitationis & affectionis ni-
tuntur trahere ad ſignificationem corporalis amoris, qui non eſt verus amor, ſed longinquū
idolum veri amoris, & eſt caſus à vero amore. Ad auferendum autem moleſtiam verbi à mul
titudine non valente intelligere vnitiuum dei amorem, propter ipſorum ſurſum actionem & F
ſuſcitationem & cognitionem veri amoris, cautum eſt à theologia, vt nomē amoris in diuinis
aſſumeretur, nec ſolum propter illos, ſed & propter nos, ne nomen amoris, ſecundum apparē
tem formam verboꝝ ſacræ ſcripturæ, poſſemus ſuſpicari in ſpiritualibus viris terrenum amo
2. Reg. 1 rem, ex eo quod dicit Dauid: Doleo ſuper te frater mi Ionatha, decore nimis & amabilis ſuper
amorem mulierum. Sicut mater amat vnicum filium ſuum, ita te diligebam. Qui aūt recte di-
uina intelligit, æquipollenter accipit in diuinis nomen amoris & nomen dilectionis, & indiffe
renter ſignificantur vtroq; nomine virtus vnifica & coniunctiua, & concretiua dilecti & dili-
gentis in bono & pulchro, præexiſtens in verbo, per bonū & pulchrū ex bono & pulchro di-
ſtributa continens coordinata in vna hierarchia, aut in vno ordine vel gradu ſecundum alter
nam & mutuam ipſorum habitudinem, mouens autē prima ad prouidendum ſubiectis, & col
locans inferiora in conuerſione ad ſuperiora. Eſt autem amor in deum tendens, faciens ecſta-
ſim, non permittens amatores eſſe ſuiipſorum per mentis ſobrietatem, ſed eorum qui aman-
tur per exceſſum mentis, & facit ſuperiora eſſe inferiorum per prouidentiam, & coordinata ſi-
biinuicem per mutuam continentiam, & inferiora ſuperiorum per amoris conuerſionem ad
Galat. 2. ipſa. Vnde & beatus Paulus in amore dei magnifice excellens, dicit: Viuo autem iam non ego
viuit vero in me Chriſtus. Hoc autem dicit ſicut verus amator, & ecſtaſim paſſus, viuens deo,
& non ſibi, ſed amati vita ſicut valde diligibili. Audendum autem eſt pro vero dicere, quod
ipſe deus omnium cauſa pulchro & bono amore omnium per abundantiam amatiuæ bonita-
tis extra ſeipſum fit, prouidendo omnibus exiſtentibus, & per bonitatem & amorem trahitur,
& ex



A & ex eo quod eſt ſuper omnia, & ab omnibus ſegregatim ad id quod eſt in omnibus deduci-
tur ſecundum virtutem ſuperſubſtantialem facientem ecſtaſim, ſed à ſeipſo ingreſſibilem.
Propter quod qui profunde diuina intelligunt, deum zelotem vocant, tanquam abundanter
amantem exiſtentia, & excitantem mentes ad feruens deſiderij ipſius, oſtendentes ipſum eſ- Exodi 20
ſe, per quem vere amabilia amantur ab exiſtentibus, & per quē omnia exiſtentia fiunt ama-
bilia, & omnino amabilitas eſt pulchri & boni, & amor in bono & pulchro præcollocatur, &
propter pulchrum & bonum, & eſt, & ingignitur quibus ineſt. Vocant autem theologi deū Deutero. 12
quandoque amorē & dilectionē, tanquam cauſam & procuratorem amoris, vocant & diligi- Cantico 4
bilem & amabilem, quod vere eſt, quia omnibus appetibilis, & inquantum amorem alijs in- Ioan 15. Coloſſen. 2
gignit ſua ſuperſubſtantiali & vniuerſali appetibilitate moueri dicitur. Inquantum vero eſt
ipſa appetibilitas per infinitatem pulchritudinis & bonitatis omnium attractiue, ſicut magnes
quieſcens facit ferrum moueri. Siue moueri dicitur, inquantum per bonitatem adductiuus eſt
ſuiipſius ad exiſtentia. Mouere vero inquamtum eſt motiuus & adductiuus exiſtentium ad ſe-
ipſum. Dicitur ergo amabilis & diligibilis, inquantum ipſe eſt plenitudo bonitatis & pul-
chritudinis cunctis appetibilis. Dicitur etiā amor & dilectio, inquantum ipſe virtus mouens,
& quaſi ſurſum agens omnia ad ſe omībus naturaliter apperendus, & bonus & proceſſus, ſum
me ſimplex, amatiuus motus ſuæ verę vnitatis ab omībus ſegregatæ, & ad omnia perueniens,
per ſe mobilis, per ſe operans, præexiſtens ſuperſubſtantialiter in bono, ex bono, & ad exiſten-
tia emanat, & rurſus ad bonum conuertitur, in quo diuinus amor monſtratur: ſicut quidam
B ęternus circulus habens ſui interminabilitatem, & principij carentiā circūambulantis propter
bonum, ex bono, in bono, & in bonū, per quandam circulationē non errantem, & ipſe amor
in eodem, & ſecundum idem procedens, ſemper in ſe manet, & ad ſe reſtituitur. Hæc tra-
ctauit beatus Hierotheus à deo motus, in laudibus diuini amoris, quas hic partim cōmemora
bimus, quaſi caput imponendo noſtro tractatui.

¶ Ex amatorijs hymnis S. Hierothei.

QVando amorē nominamus, ſiue diuinū ſiue angelicū, ſiue intellectualē, ſiue anima
lem, ſiue naturalē, deſignamus nomine amoris quandā virtutē vnitiuā & concre-
tiuam, mouentē ſuperiora ad prouidentiā inferioꝝ, & coordinata ad communica
tiuam & vnitiuā habitudinē, & inferiora ad conuerſionē ad ſuperiora.

¶ Quoniam enumerauimus plures amores ex vno originē habentes, conſequenter dice-
mus quales ſunt mundanoꝝ & ſupermundanorum amorum cognitiones & virtutes, inter
quas excedunt ordines & ornatus amoꝝ intellectualiū & intelligibilium, id eſt, mentiū, quæ
intelligunt, & * bonoꝝ, quæ intelliguntur. Poſt quos ordines viri ſpirituales, qui vel proprij † horum.
C ſtudij exercitatione, vel diuina reuelatione diuina intelligunt, præeminent exiſtentibus alijs
per vere pulchros amores: & iſtos amores proprie laudauimus. Iterum vero reſumentes oēs
amores dictos conuoluamus & refundamus eos ad vnū & concluſum amorem, qui omnes
dictos amores ingignit, & congregemus eum à multis. Primū colligentes ipſum ad binarium
amorem, ſcilicet boni & pulchri, vel intellectualium & rationalium, vel proceſſiui & recolle-
ctiui, poſt quos ſuperprincipatur omnino incomprehenſibilis cauſa omnis amoris, ex eo qui
eſt ſuper omnia, & ad quam vniuerſalis amor omniū exiſtentium ſecundū vniuſcuiuſque na-
turam intendit. ¶ Iterum ergo iſtos duos amores ad vnum congregantes, dicimus quod
vna eſt ſimplex virtus ex ſe, & per ſe motiua ad vnitiuam omnium concretionem ex bono
ad extrema exiſtentium procedens, & iterum ſeriatim per omnia reflectens ſeipſum ad bonū
ex ſe, & per ſe, & ad ſe ſemper vniformiter & eodem modo reuolutat. Huc vſq; Hierotheus.

¶ Obiecerit autem aliquis ſic prædictis: Dictum eſt ſupra, quod pulchrum & bonū omī-
bus eſt deſiderabile & amabile: & dictum eſt, quod ipſum non exiſtens deſiderat bonum, &
certat aliquo modo in bono eſſe. Et ibidem pauló ante præmittitur, quód format carens for-
ma. Et rurſus dicitur, quod omnia non exiſtentia ſunt ſuperſubſtantialiter in pulchro & bo-
no: ſi ergo ita eſt, quomodo fit, vt quum tanta ſit multitudo dæmonum, nullus eorum deſide-
ret pulchrū & bonū, ſed inclinetur & inclinat ad appetitū materialium, & prolapſa ab vnifor
mi angelico deſiderio boni, & ſibi & oībus cauſa eſt oīm maloꝝ quæ fiunt? Quō aūt fit, vt dæ-
monū tribus ex bono oīno producta, nō ſit bono cōformis? & quō bonus ipſam ꝓducere vo-
luit, aut volēs potuit? Quod ſi ex aliqua cauſa alia q̄ ex bono eſt malū, quę eſt illa cauſa? Quō
autē exiſtente diuina prouidentia, poteſt fieri malū, aut mouere non deſtructū, & quō aliquid
exiſtentiū

Ca.IIII exiſtentium deſiderat vel malum,aut aliquid præter bonum? Reſpondemus:Malum nõ eſt ex D
bono,etſi aliquid eſt ex bono,ipſum non eſt malum: quia ſicut contra ignis naturam eſt vt in-
frigidet, ſic contra naturam boni eſt vt producat aliquid non bonum: & cum omnia exiſten-
tia ſint ex bono,nihil exiſtentium ex malo eſt. Siquidem naturaliter bonum producit ad eſſe,
& ſaluat in eſſe,vel bene aut beate eſſe:malum vero corrũpit & deſtruit, & res mala oĩno non
erit,ſi ſecundum quod eſt,mala eſt. Si vero nõ ſecundum quod eſt mala eſt,nõ eſt omnino ma-
la,ſed habet aliquam boni participationem,ſecũdum quod omnino eſt. Item ſi exiſtentia pul-
chrum & bonum deſiderant & omnia quæcunq; faciunt, propter hoc ꝙ ſibi videtur bonum
faciunt(nihil enim facit aliquis reſpiciẽs ad naturam mali)quõ ergo erit malum in exiſtentib⁹
aut omnino exiſtens deſiderio boni priuabitur? Etſi omnia exiſtentia ex bono ſunt,& bonum
eſt ſummitas eorum,ergo & nõ exiſtens eſt in bono,malum autem neq; eſt ens,neq; eſt omni-
no nõ ens, niſi ſecundum q̃d nõ ens ſubſtantialiter eſt in bono, vt dictum eſt ſupra. Bonum er-
go eſt ſuperſimpliciter exiſtens,& multo ſuperius,q̃ exiſtens in bono collocatum. Malum aũt
neq; in exiſtentibus, neq; in nõ exiſtẽtibus, ſed ab ipſo nõ exiſtente magis abſiſtẽs,q̃ bonum,&
magis ſine ſubſtantia. Malum eñ erit extra ens,& nõ ens per defectum:bonũ vero extra vtrũ-
que eſt per exceſſum. Vnde ergo eſt malum? Si enim malum omnino nõ eſt, nõ eſt aliud q̃ vir-
tus,neq; in generali neq; in particulari,neq; malitia in aliquo repugnat virtuti,q̃d ſtare nõ po-
teſt,quia caſtitas cõtraria eſt impudicitiæ,& generaliter iuſtitia iniuſtitiæ,& hoc dico ſecundũ
iuſtum & iniuſtum,pudicum & impudicum,& etiam anteq̃ appareat exterius diſtantia virtuo- E
ſi ad vitioſum multo prius in ipſa anima deſtiterunt vniuerſaliter malitię à virtutibus, & paſ-
ſiones vitiorum repupnant rationi. Vnde ſequitur ꝙ aliquod malum eſt cõtrarium bono, cũ
bonum nõ ſit ſibiipſi cõtrarium, ſed ab vno principio & vna cauſa procedens gaudeat cõmu-
nione & vnitate & amicitia. Sed neq; minus bonum cõtrarium eſt magis bono,ſicut minus ca-
lidum nõ eſt contrarium magis calido,neq; minus frigidum magis frigido. Videtur ergo ex
prædictis ꝙ malum ſit in exiſtẽtibus & exiſtens, & aduerſetur bono:& ſi malum eſt corruptio
exiſtentium,per hoc non videtur excludi ab eſſentia:ſed eſſe generatiuum exiſtentium,cum vi-
deamus multoties quod vnius rei corruptio ſit alterius generatio,& ita videtur ꝙ malum cõ-
ferat rebus,cõſummationem largiendo rerum vniuerſitati,vt nõ maneat imperfecta. Ad hoc
veraciter reſpondetur, ꝙ malum ſecundum ꝙ malum,nõ habet ſubſtantiam,neq; eſt genera-
tiuum alicuius rei,ſed tantum malum facit, & q̃tum in ipſo eſt corrumpit ſubſtantiam exiſtẽ-
tium,vt ita dicam. Item corruptio,inquantum corruptio,non dat alicui rei generationem, ſed
tantum malum facit & corrumpit:generatio autem & ſubſtantia à bono fit, eſt ergo malum
ſecundum ſeipſum corruptio. Dicitur autem generatiuum propter bonum,malum ſecũdum
ſe nec eſt exiſtens,nec effectiuum exiſtentium,ſed propter bonam naturam exiſtentem,dicitur
bonum & exiſtens & bonorum effectiuum. Propterea non eſt aliquid ſecundum idem bonũ F
& malum,neq; eadem virtus ſecundum idem eſt generatio & corruptio eiuſdem:neque per ſe
virtus eſt corruptio, generatio & corruptio alicuius, nec per ſe corruptia eſt generatio & cor-
ruptio alicuius. Malum ergo ſecundum ſe,neq; exiſtens eſt,neq; bonum,neq; operatiuum ge-
nerationis,neq; effectiuum exiſtentium & bonorum. Bonum autem ea quę ſe perfecte & inte-
gre participant facit perfecta & integra & immixta bona: quæ autem minus ipſa participant,
facit bona, imperfecta & mixta,propter ſuæ participationis diminutionem. Malum autem pe-
nitus neq; eſt bonum,neq; facit bonum: ſed ſecundum q̃d aliquid magis vel minus bono ap-
propinquat,vel magis aut minus illo participat,ſecundum hoc magis vel minus bonum erit.
Diuina enim bonitas in ſummas ſubſtantias ſe copioſe transfundens, & per media vſq; ad ex-
trema perueniens, cunctis ſe communicat:primis quidem plene,medijs minus,extremis extre-
me. Si enim extremis æque ſe communicaret vt primis,eſſent & illa prouectiſſima vt prima.
Non autem congruit omnia æque, & vniformiter participare bono, cum non omnia ſint ad
plenariam eius participationem pariter opportuna. Hæc autem eſt ſuperexcellẽs magnitudo
omnipotentis bonitatis, ꝙ priuata ſe & ſuipſius priuationem facit eſſe, ſecundum quod vni-
uerſaliter ab omnibus participatur,& omnia ſibi aduerſantia participatione virtutis ipſius,&
ſunt,& bona ſunt,& aduerſari poſſunt,& omnia exiſtentia generaliter,inquantum ſunt,& bo-
na ſunt,& ex bono:inquantum autem priuantur bono,nec bona ſunt,neq; exiſtunt. Nam in
particularibus habitibus accidit,vt eis recedentibus,ſubiectum tamen exiſtat, ſicut aliquod ca-
lidum eſt aut frigidum,& tamen recedente caliditate vel frigiditate,manet quod prius erat,&
multa etiam exiſtunt quæ nec mente nec vita participant etiam ab ipſa ſubſtantia per exceſ-
ſum ſegregantur,& tamen ſuperſubſtantialis eſt,& omnino quolibet habitu alio aut recedẽte
aut



aut non recedẽte exiſtentia aliq̃ ſunt uel eſſe poſſunt. Quod aũt penit⁹ priuaẽ bono, nullo mõ
fuit aut ẽ aut erit aut eſſe poteſt. Si aũt obijcis mihi ꝙ fornicari⁹ priuaẽ bono, & tñ eſt & amor
eius eſt, & priuaẽ omni bono. Reſpondeo ꝙ inq̃tũ concupiſcẽtia eius irrationabilis eſt, in tã-
tum priuaẽ bono, & nõ eſt nec concupiſcit exiſtẽs, inq̃tũ uero appetit unitiuũ amorẽ, in q̃dã
longinq̃ & obſcura reſonãtia ꝑticipat bono & appetit exiſtẽs. Sed & motus furibũdus ꝑtici-
pat bono, inq̃tũ motus & deſideriũ cõuertẽdi & redigẽdi ea q̃ apparẽt mala, ad id ꝙ apparet
bonũ q̃uis nõ ſit. Et aliqs appetẽs uitã q̃ eſt reuera peſſima, ſibi tñ uideẽ optima, ſecundũ hoc
ipſũ ꝙ deſiderat uitã optimã & ad illã reſpicit, participat bono. Si autẽ omnino bonũ auferas,
neq; relinquetur ſubſtãtia, neq; uita, neq; deſideriũ, neq; motus, neq; aliqd aliud. Quod ergo
unius rei corruptionẽ ſeqtur alterius gñatio, nõ eſt ex aliq̃ uirtute mali, ſed ex uirtute boni, li-
cet minorati inquantũ eſt. Et ægritudo eſt ex defectu ordinate proportiõis humorũ, nõ omĩ-
mõ, qa ſi prorſus deficeret, etiã ipſe morbus nõ ſubſiſteret, ſed manet morb⁹ per modicã ordi-
nationẽ quæ reſtat, ſic ꝙ omnina expers eſt boni, neq; exiſtẽs eſt, neq; in exiſtẽtib⁹. Q̃d autẽ
mixtũ eſt propter bonũ ꝙ habet exiſtit, & in exiſtẽte eſt, & etiã omoia exiſtẽtia inquantũ ma-
gis & minus bono participãt, intantũ magis & minus ſunt & nõ ſolũ exiſtẽtia, ſed etiã ꝙ nul-
lo mõ eſt aut erit, ſed excedit ipſum ens, in bono tñ exiſtit. Quod aũt mixtũ eſt, i. ſecundũ na-
turam bonũ, ſecundũ pctm̃ malũ, inquantũ participat bono exiſtente, in tantũ eſt, in quantũ
B uero ab eo decidit, in tãtũ nõ eſt, & omnino per eſſe ipſius q̃ſi tenetur & ſuſtẽtatur nõ exiſtẽs
eius, i. per bonũ malũ. Malum aũt quod omnino ab eo cecidit, nec minus bonũ erit, ſed peni-
tus nõ erit. Quod aũt partim bonũ, partim non bonũ eſt (ſecundũ ꝙ dictũ eſt) & particulariẽ
non uniuerſaliter bono aduerſatur & teneẽ, & q̃ſi ſuſtẽtatur boni priuatio, ipſius boni partici-
patione, qa ubi omnino bonũ ſubtrahiẽ uniuerſaliter, neq; bonũ, neq; malũ, neq; mixtũ erit.
Cum enim malũ ſit imꝑfectũ bonũ, ſicut malus homo, uel malus angelus, uel mala actio: ubi
ergo perfecte abeſt bonũ, ibi aberit & perfectũ & imperfectũ bonũ, & tunc tantũ erit aut eſſe
uidebitur aliquod malũ, qñ bono aduerſatur uel à bono ſegregaẽ. Impoſſibile eſt eñ eadẽ ſe-
cundũ idẽ, uel eadẽ ſibi in omnibus aduerſari, malũ ergo nõ eſt exiſtẽs. Sed nec in exiſtẽtibus
eſt ipſum malũ. Si enim omnia exiſtẽtia ſunt ex bono, & bonũ contineat omnia quę ſunt in
exiſtẽtibus, aut nõ erit malũ in exiſtẽtib⁹ aut malũ in bono erit. Sed in bono eſſe nõ poteſt ma-
lum, ſicut nec in igne frigidũ, nec bonũ facit malũ fieri in eo ꝙ eſt malũ. Si aũt detur ꝙ malũ
ſit in bono, ſeqtur inde inconueniẽs & impoſſibile. Non enim poteſt arbor bona fructus ma- Matt.7.
los facere, neq; econuerſo ut dicit ſcriptura. Si aũt malũ eſt ex aliquo & non eſt ex bono, ergo
eſt ex alio principio & ex alia cauſa, & ſequetur ut aut ſit malũ ex bono, aut bonum ex malo,
quod ſi eſt impoſſibile, ex uno principio & cauſa erit bonũ, & ex alio malũ. Sic ergo duo erũt
prima rerũ principia, quod eſſe nõ poteſt, qa omnis binarij principiũ unitas eſt, & omnino in-
cõueniẽs eſt ex uno & eodẽ ſimplici principio duo pfecte cõtraria procedere & eſſe, & ipſum
principiũ non eſſet uere ſimplex & ſingulare, ſed diuiſibile & biforme, & contrariũ ſibiipſi, &
mutabile. Sed nec poſſibile eſt eſſe duo principia rerũ ſibi contraria, inuicẽ ſibi uniuerſaliter
aduerſantia. Si enim hoc detur, ſeqtur ꝙ deus nõ ſit ſine lęſione & moleſtia rixe, ſed eſt aliqđ i.Cor.14.
ſemper deo aduerſans, unde ſeqtur ꝙ rerũ uniuerſitas ſit inordinata, & omnia ſemp pugnan- 2. Cor. 13. Ephe.2.
tia. Bonum aũt omnib⁹ exiſtẽtibus tribuit amicitiã, & laudatur à ſctis theologis, ut per ſe pax phil. 4.
& pacis donator propter quod oĩa bona amica ſunt & ſibi cõuenientia, & unius uitæ germi-
C na, & ad unũ bonũ coordinata, & manſueta, & ſimilia, & ſeinuicẽ adiuuãtia. Quare malũ nõ
eſt in deo, nec res mota à deo, ſed nec omnino à deo eſt malũ. Aut enim deus nõ eſt pure bo-
nus, aut ſola bona facit, aut producit, & nõ aliqñ facit bona, aliqñ non, ſed ſemper facit bona:
nec aliqua facit bona, & aliqua nõ bona, ſed omnia facit bona, alioquin pateretur tranſmuta-
tionẽ & uariationẽ circa ſeipſum ipſe, q eſt diuiniſſimus ſecundũ cauſam. Cum autẽ eſſentia
dei bonitas ſit, ſi ipſe tranſit de bono, tranſit & de eſſentia, & ita aliqñ erit exiſtẽs, & aliqñ non
exiſtens. Si aũt deus nõ propria eſſentia, ſed participatiõe habet bonitatẽ, ergo ab alio eã acci-
pit qui plenius habet, ergo quantũ in ſe eſt poteſt habere uel nõ habere, uel aliqñ habere, aliqñ
non habere. Propter hæc ergo incõuenientia directe cõuincitur ꝙ malũ nõ eſt ex deo, nec in
deo, nec ęternaliter nec tẽporaliter. ¶ Sed nec in angelis bonis eſt malũ. Quod enim angelus
boniformis enunciat diuinã bonitatẽ, hoc exiſtẽs eſt ſecundũ ꝙ angelus ipſe participat bono
quaſi ſecundario, ſcz poſt deũ & principaliter enunciat. Primũ qdẽ angelus imago dei, ma-
nifeſtatio occulti lũis, ſpeculũ purũ, clariſſimũ & incõtaminatũ, incoingnatũ, immaculatũ, ſu-
ſcipiens plenitudinẽ pulchritudinis quantum faș eſt, qua deo & bono cõformatur & facit in
ſe munde ſplendere quãtum poſſibile eſt incognitam bonitatem, quæ latet in occulto. Vnde
in angelis nõ eſt malũ, ſed neq; ideò malũ in eis eſt, qa puniũt delinquẽtes. Secũdũ hoc enim


facere

ſacerdotes mali eſſent,ideo ꝙ caſtigãt peccãtes & peruerſos & ſeparãt eos a ſacramẽtis. Puni D
ri ſiqdẽ nõ eſt malũ,ſed facere unde aliqs dign⁹ ſit pœna. Neq; malũ eſt propter merita ſepa
rari a ſacramẽtis, ſed malũ eſt inqnare ſe & recedere a ſanctitate & facere ſe indignum ſacra-
mẽtis. Sed neq; dęmones mali ſunt per naturã. Si enim natura mali eſſent, nõ eſſent ex bono,
neq; eſſent de numero exiſtentium, neq; eſſent tranſmutati ex bonis ad mala, ſi naturaliter &
ſemper mali fuiſſent. Item ſi natura mali ſunt aut ſibi aut alijs mali ſunt. Si ibi, corrumpunt ſe-
ipſos. Si alijs corrumpũt ergo in alijs aut ſubſtãtiã, aut uirtutẽ aut operationẽ. Si ſubſtãtiam,
inprimis hoc non eſt ſcdm̃ naturã, ſed & quędã ſunt naturaliter incorruptibilia, & illa nõ cor-
rumpũt. Dices forte ꝙ corrumpũt ſuſceptibilia corruptionis, ſed talium corruptio neq; om-
nibus eſt malum, neq; omnino eſt malum, ut in cibis hominum & animalium & alijs. Præ-
terea nihil exiſtẽtium corrumpit ſecũdum ꝙ eſt ſubſtãtia & natura, ſed ex defectu naturalis
ordinaiotnis infirmat ratione harmoniæ & cõmenſuratiõis quæ reqrit uniformem permanẽ
tiam. Infirmitas aũt iſta imperfecta eſt. Infirmitas enim perfecta ſubiectũ deſtrueret, & talis
corruptio ſeipſum corrũpit & deſtruit. Vnde hæc infirmitas imperfecta non eſt malum, ſed
bonum deficiens. Quicquid enim eſt omnino expers boni non eſt exiſtens. De corruptione
aũt uirtutis & operationis eadam eſt ratio, quę de corruptione ſubſtãtię. Pręterea ſi dęmones
ſecundũ naturã mali ſunt, a deo nõ ſunt, bonum enim ſola bona producit & ſubſiſtere facit.
Dicet fortaſſis aliqs ꝙ dæmones mali ſunt, nõ ſecundũ ꝙ ſunt (cum ex bono ſint) & bonam
ſubſtantiã obtinuerint, ſed mali ſunt ſecundũ ꝙ non ſunt, & ſecundum quod nõ ſeruauerunt
Iudæ.i. ſuum principatum & dereliquerũt ſuum domiciliũ ſicut dicit ſcriptura teſtãte. In quo enim
malos dicim⁹ fieri dęmones niſi in carẽtia habitus & operationis diuinoꝝ bonoꝝ. Item ſi dæ
mones per naturã mali ſunt, ergo ſemper mali ſunt, ſed malum inſtabile eſt, ergo ſecũdum ꝙ
ſemper & uniformiter & eodem mõ ſe habẽt mali non ſunt. Proprium enim boni eſt ſemper E
eſſe idem. Si aũt dęmones non ſunt ſemper mali, ergo non ſunt mali per naturã, ſed per defe-
ctũ angelicoꝝ bonoꝝ. Sed nec omnino dęmones expertes ſunt boni, ſed participãt bono in
q̃tum ſunt, & uiuunt, & intelligunt, & omnino in eis eſt qdam motus deſiderij. Mali aũt eſſe
dicunt qa infirmant circa operationẽ q̃ congruit naturę ipſoꝝ, ergo malum in ipſis eſt auerſio
ſua a bono & exceſſus congruentiũ ſibi & non conſecutio, & imperfectio & impotẽtia, & in
firmitas uirtutis ſaluãtis ipſoꝝ perfectionem, & fuga & caſus ab eadem uirtute. Præterea ꝙ
eſt malum in dæmonib⁹, ucʒ furor irrationabilis, amens cõcupiſcẽtia & fantaſia proterua, ſed
licet iſta mala ſint in dæmonib⁹, ipſa tñ quæ numerata ſunt, neq; omnino, neq; in omnib⁹ in
qbus ſunt ſecũdum ſeipſa mala ſunt. Etenim in animalib⁹ multis non taliũ habit⁹, ſed ablatio
ſeu carentia corruptio eſſet ipſis animalib⁹ & malũ. Habitus aũt eoꝝ ſaluat & eſſe facit naturã
ipſoꝝ animalium talia continentẽ. Colligit ergo ex p̃dictis q̃d trib⁹ dęmonum non eſt mala,
ſecundum ꝙ eſt per naturã, ſed ſecũdum quod nõ eſt, & totum bonum & perpetuum eſt, ꝙ
a bono acceperunt per naturã, ſed ipſi deciderunt ab integritate boni dati, & data ipſis a bono
naturalia angelica non dicim⁹ mutata, ſed ſunt integra & ſplendidiſſima, q̃uis ipſi non con-
templent æternã claritatẽ naturalibus ſuis uirtutib⁹, & intellectualib⁹ uiri boni inſpectiuis, ꝙ
ideo eſt qa ipſi peccãdo eas auerterunt & clauſerunt. Quod ergo ſunt, ex bono ſunt: & boni
ſunt, & in eo q̃d deſiderãt eſſe uiuere & intelligere, q̃ tria de numero exiſtentium ſũt pulchrũ,
& bonum deſiderãt. Per priuationẽ uero & receſſum & caſum a bonis ſibi cõpetentib⁹, mali
dicunt & ſunt, ſcdm̃ quod non ſunt, & dum nõ exiſtens deſiderãt, malum deſiderãt. Sed for-
te dicet aliqs animas eſſe malas, quæ qdẽ non ideo malæ ſunt, qa cum malis cohabitãt ut eos
amalis retrahãt, hoc em̃ & bonum eſt, & a bono, & malos qñq; facit bonos. In quo ergo ma
læ ſunt animæ niſi in defectu bonoꝝ habituum & operationum, & qa per propriã infirmi-
tatem non conſequunt uirtutẽ, ſed ab ea prolabunt. Sic dicim⁹ aerẽ propinquum nobis obte
nebrari propter defectum & abſentiã luminis. Ipſum aũt lumen eſt ſemper quod tenebras il
luminat. Sic igit nec in dæmonibus nec in nobis eſt aliq̃d malum, ſed eſt ſicut defect⁹ & deſer F
tum & deſolatio perfectionis proprioꝝ bonoꝝ, ſed cuiuſlibet naturæ competentiũ. Sed neq;
in animalib⁹ brutis eſt malum. Si enim auferas ab eis furorẽ, concupiſcentiã & ſimilia, natura
quæ reſtat non eſt in ſe mala, ſed neq; iſtę affectiones in eis malę ſunt, qa ſunt naturales eis. Si
enim auferat a leone animoſitas & ſuperbia, non leo erit. Et ſi canis fiat omnib⁹ manſuet⁹ nõ
erit canis. Natura enim canis eſt, familiarẽ ſibi cuſtodire, & ad eum accedere, alienos autẽ re
pellere. Hæc ergo quæ non corrumpunt naturã ſed ſaluant, nõ ſunt mala. Corruptio autem
naturæ eſt defectus & infirmitas naturalium uirtutum & operationum. Et cum omnia quæ
generantur in tempore habeant perfici eſſe imperfectum, non eſt contra aut præter ipſorum
naturam.



naturam. Sunt ergo quãuis imperfecta ſint. Sed neq; in tota natura eſt malum. Omnes enim na
A turæ & naturales rationes ſunt a diuina vniuerſali natura, cui nihil eſt contrarium. In particula
ribus autem naturis aliquid fit ſecundum naturam, aliquid contranaturam. Et iterum quod
vni eſt naturale, alteri eſt innaturale. Malum autem eſt quod eſt, præter & contra naturam ſci-
licet priuatio ordinis naturalium. Nulla ergo natura mala eſt, ſed naturæ malum eſt impotentẽ
eſſe ad perficiendum ea quæ ſunt propriæ naturæ. ¶Sed neq; in corpore eſt malum. Turpitudo
autem & infirmitas corporalis eſt defectus formæ, & priuatio naturalis ordinis. Hoc autem nõ
eſt omnino malum, ſed minus bonum. Si enim perfecte deſtruatur pulchritudo & forma & or-
do naturæ peribit ipſum corpus. Quod autem corpus non ſit propriæ cauſa malitiæ animæ, inde
patet quia ſine corpore eſt malitia, vt in dæmonibus. Siquidem & mentibus & animabus &
corporibus, hoc eſt malum, ſcilicet infirmitas virtutis quæ eſt habitus bonorum ſibi competẽ
tium & caſus ab illa virtute. ¶Sed neq; materiæ, etiam corporum quæ dicitur hyle multum im-
pingi poteſt malum, ſecundum quod eſt materia. Ipſa enim ſuſcipit participationem ornatus &
pulchritudinis. His autem excluſis materia ſecundum ſe ipſam ſine qualitate exiſtens & forma
quomodo eſt aut facit malum, quę ſecundum ſeipſam neq; agit neq; patitur? Item materia quę
ſine forma etiam non exiſtit quomodo facit aut eſt bonum aut eſt malum? Si autẽ des ꝙ materia
exiſtit, cum ergo omnia exiſtentia ex bono ſint, ſi materia malũ eſt, aut bonũ eſt, effectiuũ mali
aut malum eo quod exiſtit ex bono eſt bonum, aut iuxta quod dictum eſt ſupra duo erunt re-
rum principia, & ipſa ab vno alio principio ſegregatiue procedentia, quæ omnia ſunt inconue-
B nientia. Item ſi materia neceſſaria eſt ad vniuerſitatis viſibilis completionẽ, quomodo erit mate
ria malum. Malum em̃ nõ neceſſarium. Quomodo autem bonus de⁹ ex malo deducet res ad ge
nerationem? Aut quomodo eſt malum quod bono eſt neceſſarium? Malum enim fugit naturam
boni. Item ſi materia eſt malum, quomodo procreat aut nutrit naturam? Malum ſiquidem, ſecũ
dum quod eſt malum, neq; eſt generatiuum, neq; nutritiuum neq; effectiuum, neq; ſaluatiuũ,
alicuius rei. Siquis autẽ dicat q̃d materia non efficit malitiã in animabus, ſed trahit eas ad malitiã,
quomodo hoc ſuſtineri poteſt, cum multæ ex ipſis animabus ad bonum reſpiciant & conuer
tantur? Quomodo autem ad bonum conuerterentur, ſi materia eas ad malum traheret? Non eſt
ergo malum in animabus ex materia, ſed ex inordinato motu peccati, quod ſi materiæ impingi
tur, cum omne malum inſtabile ſit, ſequitur quod materia inſtabilis neceſſaria eſt ſtabilitati reꝝ,
quæ in ſeipſis ſtabiliri non poſſunt, quod eſt omnino inconueniens. Præterea quomodo poteſt
fieri vt malum ſit neceſſarium, vel neceſſarium ſit malum? Sed non in hoc aduerſatur materia
bono quod ſecundum ſe priuatur omni bono. Perfecta em̃ priuatio formæ eſt penitus impotens.
Particularis autem virtutem habet, non ſecundum quod eſt priuatio, ſed ſecundum quod non
eſt perfecta priuatio. Dum enim particularis eſt priuatio, nondum eſt malum, penitus vero rece
dente particulari boni participatione, quæ facit priuationem, imperfectam, etiam ipſum malũ
C deſtruitur. Vt autem breuiter colligamus determinationem huius tractatus de malo, dicimus, ꝙ
bonum eſt ex vna vniuerſali cauſa: malum autem ex multis & particularibus defectibus.
Deus videt & bonum & malum, & apud ipſum cauſæ malorum ſunt virtutes boni in-
quantum deficiunt: alioquin malum eſſet æternum. Quod ſi eſt, & creat, & poteſt, & eſt, &
facit. Sed hæc vnde habet? Aut enim ex bono, aut bonum hoc habet ex malo, aut ambo habẽt
ex alia cauſa. Quæ omnia deſtructa ſunt ſuperius. Quod autem diximus virtutes eſſe cauſas ma
lorum, non eſt hoc ſecundum naturam, ſed ſecundum defectum naturę. Omne enim quod eſt
ſecundum naturam, ex cauſa determinata eſt. Cum ergo malum nõ ſit ex cauſa determinata in-
definitum, eſt & non ſecũdum naturam nec habet rationem idealem in verbo dei, quod eſt ęter
na ars omnium. Nunquid ergo anima cauſa eſt malorum, ſicut ignis cauſa eſt caloris? vt ſicut i-
gnis ſibi appropinquantia replet calore, ſic anima ſibi appropinquantia repleat malitia? Abſit.
Sed natura animæ ſemper eſt bona. Operationes autem eius quandoq; bonæ, quandoq; malę.
Si enim natura eius vel eſſentia mala eſt, vnde eam habet niſi ex bona cauſa quæ creat omnia?
Et ſi ex iſta bona cauſa eſt, quomodo poteſt eſſe mala ſubſtantia? Omnia enim bona ſunt quę ex
hac cauſa creata ſunt. Si autem ſecundum operationes mala eſt anima illa malicia purgari & ceſ-
ſare poteſt, ſicut patet in multis qui poſt peccata replentur virtutibus & bonis operationibus.
Relinquitur ergo quod malum ſit infirmitas & defectus boni. Item bonorum cauſa vna eſt, &
malum eſt bono contrarium, mali autem multæ ſunt cauſæ, ſcilicet uirtutes naturales non ſecun-
dum naturalem effectum, ſed per impotentiam & infirmitatem & immoderatam diſſimilium
mixtionem, quando videlicet bona naturalia peruerſe & immoderate exercentur. Item mala nõ
ſunt ſtabilia neq; immobiliter eodem modo ſe habentia, ſed ſunt infinita & indeterminata & va

rie diſtrahētia,& hisin ſe infinitis.Principiū autem & finis omnium malorumaliquo modo eſt A
bonū,q̃a cōſideratiōe boni fiuntq̄cūq; fiūt,ſiue bona ſiue cōtraria.Facim⁹ eñ vtraq; deſidreātes
bonum.Nullus enim ad malum reſpiciens vel malū ſibi deſiderans facit quod facit,propter q̄d
neq; ſubſiſtentiam habet malum,ſed priuationem ſubſtantiæ fit enim non gratia ſuipſius,ſed
gratia boni.Malum ergo dicitur eſſe per accidēs &propter aliud &nō ex ꝓprio principio,quā
do enim fit malumputatur bonum eſſe,quia amabile eſt propterconcupiſcentiam.Reuera autē
malum &non rectum eſt propter deformitatem.Quod ergo peccans opinatnr eſſe bonum q̄d
non eſt bonum,oſtendit quod ipſe aliud deſiderat,& aliud facit.Malum ergo eſt præter intenti
onem,præter naturam,præter cauſam,principium,finem,diffinitum & uoluntatem & ſubſtanti
am.Priuatio ergo eſt malum & defectus & infirmitas,& incommenſuratio & peccatum & ſine
intentione & ſine pulchritudine,ſine vita ſine mente,ſine ratione,& eſt imperfectum,incollo
catum incauſale indefinilum infœcundum vacuum non operans,inordinatum diſſimile infini
tum obſcurum,inſubſtantiarum & penitus nihil exiſtens ,.& omnino quicquid poteſt malum,
hoc poteſt ex commixtione ad bonum.Quicquid enim omnino expers eſt boni nihil eſt & ni
hil poteſt.Cum enim bonum ſit exiſtens vere & voluntate appetitiuum,& potens & actiuum
quomodo aliquid poterit id quod eſt ipſi bono contrarium & eſt priuatum ſubſtantia &volun
tate & operatione:Item non omnia omnibus neq; eadem ſecundum idem mala ſunt.Dæmoni
eñ malū eſt agere cōtra boniformē ītellectūtaīq;ꝰomalū ē agerecōtrarōnē ,corpori cōtra natu
rā.Quęrit̃ etiā quō ꝑmittunt̃ eſſe mala exiſtēte diuina ꝓuidētia.Reſpōdet̃ malū ſcd'm q̄ eſt ma
lum,non eſt exiſtens,neq; in exiſtentibus,&nihil exiſtentium eſt improuiſum.Neq; enim malū
exiſtens incommixtum ſubſiſtens bono,& ſi nullum ſubſiſtentiū non particeps boni malum au B
tem defectus boni.Nihil autem exiſtentium priuatur totaliter bono in omnibus exiſtentibus
diuina prouidentia,& nihil exiſtentium eſt non prouiſum:Sed & factis malis benigne vtitur di
uina prouidentia ad vtilitatem facientium mala,aut aliorum aut communem omnium & vni-
cuiq; exiſtentium proprie prouidet.Vnde uarias &multorum rationes ſuper hoc non recipim⁹
qui dicunt quod diuina prouidentia debet nos etiam inuitos facere bonos & virtuoſos.Siqui
dem ad prouidentiam non pertinet corrumpere naturam.Vnde neq; cogere liberum arbitrium,
imo neq; auferre debet Prouidet ergo rationalibus vt proprio arbitrio et non coacto moueant̃,
volendo & nolendo,& per hoc ſaluat naturam ſingulorum & diſtribuit prouiſiuas bonitates
vniuerſalis & largiſſime prouidentiæ et proportionaliter ſingulis attributas.Vt habentia liberꝫ
arbitrium & omnia &ſingula iuxta omnium & ſingulorum proprietatem participent inquan
tum ſuſcipit natura vniuſcuiuſq; prouiſorū .Malū ergo non exiſtens neq; in exiſtentibus.Oñi
no enim non eſt malum,ſecundum quod eſt malum & facere malum non eſt uirtutis ſed infir
mitatis,& in dæmonibus.puod quidem ſunt,ex bono eſt,& bonum eſt ,Malum autem illis eſt
ex caſu a proprijs bonis,& exmutabilitate quæ eſt circa identitatem & ex infirmitate habituū
ſuorum & perfectionis conuenientis ipſis quę docet angelos,& dæmones deſiderant & eſſe&
viuere & intelligere,inquantum vero deſiderant non bonum in tantum deſiderant non exi-
ſtens,& hoc non eſt proprie deſiderium ,ſed pcecatum deſiderij exiſtentis.Scienter autem pec C
cantes,dicit ſcriptura,eos qui cognoſcunt ſine obliuione quid ſit bonū,ſed in operatione infir-
mantur ,&ſcientes uoluntatem domini non implent præcepta audita,ſiue circa fidem ſiue cir-
ca operationem ,Et qui nolunt intelligere vt bene agant per ſolam infirmitatē voluntatis &a-
uerſionem.Et vt dictum eſt,ſæpe malū omnino eſt infirmitas & impotentia& defectus aut co
gnitionis aut fidei aut operationis aut deſiderij boni.Obijcitur infirmitas condonanda eſt,nō
punienda.Reſpondetur,vtiq; condonanda eſt,vbi deeſt poſſe ſed ſi deus adminiſtrat ei poſſe
(iuxta quod dicit ſcripturadat omnibus affluenter.Et:Fidelis deus qui non patietur vos tenta-
Iaco.1 riſupra ad quod poteſtis,ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere excuſa
1.Cor.10 tionem ſibimet ſubtrahit deficiendo ab habitu propriorum bonorum et per voluntariam auer
ſionē et fugam et caſum,à vero bono.De his autem diligēter tractauimus in lib.de iuſtitia et de
obſeruantia iuſtitię diuinæ vbi per vera teſtimonia ſacræ ſcripturæ:contriuimus ſophiſticas et in
ſipientes eorum rationes,qui iniuſtitiā &mendatiū ideo pręſumunt impingere.Ecce in hoc capit
tulo ſecūdū noſtrā facultatē laudata eſt diuina bonitas,ſicut vere amabilis,ſicut principiū et finis
omnium,ſicut circumiens continentia exiſtentium,ſicut informans etiā nō exiſtētia,ſicut omniū
cauſa bonorū,ſicut nō cauſa maloꝝ,ſicut prouiēdtia,perfecta datrix boni et ſupergrediens exiſtē
tia,et non exiſtentia et redigens mala ad bonum per malitiæ priuationem ſicut omnibus deſide
rabilis,amabilis,diligibilis,et quæcunq; alia in hoc cap.veraciter demonſtrauimus

De



## DE ENTE: IN QVO ET DE PARADIGMATIBUS ſeu exemplaribus. Cap. V.

TRanſeundū aūt nūc ꝗ̄e,in uere exiſtentem uere entis the Quā ſit eſſentiā in hoc cap. celebraturus.
ologicā eſſentiæ nominationem.Tantū autem admone
bimus,quia rationi intentio eſt non ſupereſſentialē eſſen
tiam,quæ ſupereſſentialis eſt,manifeſtare.Ineffabile eñ
hoc & incognoſcibile eſt,&uniuerſaliter inexplanabile,
& ipſam ſuperexaltatam unitatem , ſed ſubſtantificam
in exiſtentia oīa diuinæ eſſentiæ principalis proceſſionē
laudare.Etenim optimi diuina nominatio totas omniū
cauſalis proceſſiones manifeſtans,& in exiſtentia eſt,&
in non exiſtentia,extenditur & ſuperexiſtentia & ſuper nō exiſtentia eſt.Hæc uero
entis in omnia exiſtentia extenditur & ſuper omnia eſt.Aſt ipſa uitæ in omnia ui
uentia extenditur & ſuper uiuentia eſt.Ipſa dein ſapientiæ in omnia intellectualia
& rationalia,& ſenſualia extenditur,& ſuper hęc omnia eſt.Has ergo ratio lauda Pſal. 17.
B re deſiderat prouidentię manifeſtatiuas diuinas nominationes.Non enim expone
re eius ſupereſſentialem bonitatem & eſſentiam,& uitam,& ſapientiam per ſe ſu-
pereſſentialis deitatis promittit,quæ eſt ſuper omnē bonitatē &deitatē,& eſſentiā
& ſapientiā,& uitā in occultis *(ut reliqua dicūt)ſupercollocata ,ſed exprimentē †vt eloqa dicunt
beneficam prouidentiā ſupereminēter bonitatē,& oīm optimoꝝ cauſam laudat
& ON,& uitā,& ſapientiā,ſubſtantificā & uiuificam,& ſapientiæ datricem,cau
ſam eſſentiæ,& uitæ & intellectus,& rationis,& ſenſus percipientiū.Nō aliud
autē eſſe optimū dicit,& aliud ON,et aliud uitā,aut ſapiētiā:neq; multa cauſalia, Vnā eſſe eſſentiā ac vitam.
et alioꝝ alias creatrices deitates ſupereminentes & ſubditas.Sed unius dei totas o-
ptimas proceſſiones,et a nobis laudatas diuinas nominationes & eſſe quidem u-
niuerſalis unius dei prouidentiæ manifeſtatiuam;quaſdā autē uniuerſalioꝝ eiuſ-
dem et particulariorum.Et q̄dē dixerit quis cōtra hoc ,eodē exiſtēte excedēte ui-
tā,et uita ſapientiā ſuperextēta:exiſtentia quidē uiuētia. Ea aūt quęcūq; uiuūt ſen
C ſualia,et eadē ratiōalia,et rationalia intellectus ſuꝑeminent,et circa deū ſunt,et ma
gis ei appropinquant.Et quidē oportebat maximarum ex deo donationū partici
pantia,et meliora eſſe,et ſuper eminere . Sed ſiquidē in eſſentialia et animalia quis
ſubſtituat intellectualia,bñ haberet rō.Si aūt et ſunt diuini animi ſuꝑ reliq̄ exiſtētia
et uiuūt ſub alia uiuētia,et intelligūt,et cognoſcunt ſuꝑ ſenſum et rōnē,et ultra oīa
exiſtētia bonū et optimū appetūt et participāt,ipſi magis ſunt circa optimū abūdā
tius ipſius participātes,et plures et maiores ex eo donatiōes accipiētes ſicut et cęte
ra ſenſualiū ſuꝑant ditia,et ſuꝑ abūdātia rōnis: et hęc ſenſu,et alia uita . Et(ut arbi
tror)hoc uerū,q̃a q̄ magis unius et eiusq̄ infiniti doni eſt dei participāt magis ſunt
ipſi ꝓximiora & diuiniora reliq̄s.Qm̄ q̄dē et de his diximus,age optimū ut ue Ens primū eſſe ipſum bonū ipſam que cauſam oīū aliorum entium
re eſt ut exiſtentiū omniū ſubſtantificū laudemus qui totius eſſe , ſecundū uirtutē
ſupereſſentialem,eſt ſubſtituens cauſa,et creator exiſtentis ſubſiſtentiæ, ſubſtantię
eſſentiæ, et naturæ principium,menſura ſeculorum,et tēporū eſſentialitas,et ęter
nitas exiſtentium,tempus factorum eſſe,utcunq; factorū ex ente,ęternū et eſſentia
et ens et tēpus ,et gñatio, et factū,in exiſtētibus exiſtētia ,et utcunq; ſubſiſtentia et
ſubſtantia.Etem̄ deus nondū eſt ens,ſed ſimpliciter & incircūfinite totum in ſeie

Cap V

Deũ eſſe ſeparatiſ ſimul ens

1. Tim. 1.

pſo eſſe coambiẽs. Proinde & rex dicitur ſeculorum tãquam in ſemetipſo, & cir
ca ſeipſum totius eẽ & entis ſubſtitutor. Et neq; erat, neq; erit, neq; factus eſt, neq; D
fit, neq; fiet. Magis autem neq; eſt, ſed ipſe eſt eſſe exiſtẽtibus, & non exiſtentia ſo
lum, ſed ipſum eſſe exiſtẽtiũ ex ante æternaliter ente. Ipſe eſt enim ſeculũ ſeculorũ,
ſubſiſtẽs ante ſecula. ¶ Reincipiẽtes igitur dicamus quia omnibus exiſtẽtibus &
ſeculis eſſe ex prouidente & omne quidem tempus & ſeculũ ex ipſo. Totius autẽ
& ſeculi & tẽporis, & omnis utcunq; entis quod eſt añ ens principiũ & cauſa, &
omnia ipſum participant, & a nullo exiſtẽtiũ recidit, & ipſe eſt ante omnia, & oĩa
in ſe conſtãt. Et ſimpliciter ſi quid utcunq; eſt, in ante ente, & eſt, & intelligitur, &
ſaluatur. ¶ Et añ alia ſui participãtia eſſe pręmittitur, & eſt ipſum per ſe maximũ
per ſe uitam eſſendo, per ſe ſapientiam eſſendo, & ꝑ ſe ſimilitudinẽ diuinam eſſen-
do, & alia quęcunq; participantia, ante omnia eſſe participãdo. Magis autẽ & hoc
ꝑ ſeipſum oĩa exiſtẽtia participãdo idipſum per ſe eẽ participant. Et nihil eſt eſſen
tias cuius non ſit eſſentia & ſeculum, idipſum per ſe eſſe. Merito igitur alijs prin-
cipalius ut ON deus, ex præſtantia aliorum ſui donorum laudatur. Etenim præ
eſſe, & ſupereſſe feſtinans & ſuperans eſſe, omne hoc dico per ſe eẽ quod ante ſub E
ſtitit, & ex ipſo eẽ omnis, quõ ergo ens ſubſtitit? ¶ Et quidẽ principia exiſtẽtiũ o-
mnia ipſius eẽ participantia & ſunt & principia ſunt, & primo ſunt, deiñ principia
ſunt. Et ſi uelis uiuẽtium, ut principium uiuẽtium, dicere per ſeipſam uitam, & ſi-
milium, ut ſimiliũ, per ſeipſam ſimilitudinẽ, & unitorum, ut unitorum, ꝑ ſeipſam
unitatẽ, & ordinatorum, ut ordinatorum, ꝑ ſeipſam ordinationẽ, & aliorum quę
cunq; huius, ſiue huius, ſiue amborum, aut multorum participantia hoc aut hoc,
aut ambo aut multa ſunt ꝑ ſeipſa participia, inuenies ipſius eẽ primum ea partici-
pantia, & eo eẽ primum quidẽ exiſtẽtia, deiñ huius aut huius principia exiſtẽtia &
participãdo eo eẽ, & exiſtẽtia & participata. Si autẽ hæc participatiõe eẽ ſunt mul
to magis eorum participãtia. Prima igitur ipſius ꝑ ſeipſum eſſe donationum per
ſeipſam ſumma bonitate præmiſſa, ex maxima prima participantiũ laudant ¶ Et
ſunt ex ipſa, & in ipſa, et ipſum eẽ et exiſtẽtium principia, et exiſtẽtia omnia, et quę
utcunq; ab eẽ continẽtur, et hoc immẽſurate, et cõuolute et unite. Etenim in mona F
de oĩs numerus uniformiť añ ſubſiſtit, et habet oẽm numerꝝ monas in ſemetipſo ſin
gulariter, et omnis numerus unitur quidẽ in monade, quantum autẽ a monade ꝓ-
uenit, tãtum diſcernitur et multiplicatur. Et in cẽtro oẽs circuli lineę, ſecũdum pri
mam unitatẽ et conſubſtitutæ ſunt: Et oẽs habet ſignum in ſemetipſo ſimplas uni
formiter unitas ad ſeinuicẽ, et ad unum principiũ, ex quo procedebant et in ipſo q
dem cẽtro uniuerſaliter adunantur. Breuiter autẽ eo diſtantes, breuiter et diſcernũ
tur: Magis autẽ recedẽtes magis. Et ſimpliciter quanto cẽtro proximiores ſunt,
tantum et ipſi et ſibiinuicẽ adunantur, et quantum eo, tantum et a ſe inuicẽ diſtãt.
Sed et in tota omnium natura oẽs, ſecundũ ſingula, naturæ rationes cõuolutę ſunt
per unam inconfuſam unitatẽ: et in anima uniformiter ſecundum partes omnium
prouide totius corporis uirtutes. Nihil ergo inconſequens ex obſcuris imagini-
bus in omnium cauſale aſcẽdẽtes ſupermundanis oculis cõtẽplari omnia in omni
um cauſali, et ſibiinuicẽ oppoſita uniformiter et unitę. ¶ Principium eñ eſt exiſtẽ
tium ex quo et ipſum eẽ, et omnia utcunq; exiſtẽtia omne principium, omnis fi-
nis, omnis uita, omnis immortalitas, omnis ſapiẽtia, omnis ordo, omnis harmõia,





omnis uirtus, omĩs cuſtodia, omnis collatio, omnis diſtributio, omnis intellectus,
oĩs rõ, omĩs ſenſus, omĩs habitus, omĩs ſtatus, omĩs motus, omĩs unitas, oẽ iudici
um, omĩs amicitia, oĩs cõpactio, omĩs diſcretio, omĩs terminus, & alia quæcunq;
ab eſſe exiſtẽtia, exiſtẽtia characterizãt. ¶ Et ex ipſa omniũ cauſa inuiſibiles & in
tellectuales deiformiũ angelorꝝ eſſentiæ & animarum & totius mundi natura, &
quæ utcũq;, aut in alijs ſubſiſtere, aut ſecũdũ excogitationẽ eẽ dicunť. Et quidẽ i-
gitur ſanctiſſimæ & pręſtãtiſſimę uirtutes uere exiſtẽtes, & uelut in ueſtibulis ſu
pereſſentialis trinitatis ſtabilitæ, ab ipſa, & in ipſa & eſſe, & deiformiter eſſe habẽt
& poſt illas ſubditæ, ſubiectũ & nouiſſime, extremum quantũ ad angelos, quantũ
uero ad nos ſupmundanũ. Et animæ, & alia omnia exiſtẽtia per eandẽ rationem
& eẽ, & bñ eſſe habent, & ſunt, & bene ſunt: ex ante ente, eſſe & bñ eſſe habentia, &
in ipſo ente & exiſtẽtia, & bñ exiſtẽtia, & ex ipſo inchoata, & in ipſo cuſtodita, &
in ipſum cõſummata ¶ Et quidẽ honorabiliſſima ipſius eſſe tribuunt melioribus
B eſſentijs, quas & æternas uocãt eloquia, eſſe aũt ipſum exiſtentibus omnibus nun
quã deſerit. Ipſum ꝟo eſſe ex ante ente, & ab ipſo eſt eſſe, & nõ ipſe eẽ, & in ipſo eſt
eẽ, & nõ ipſe eſt in eẽ: & eũ habet eſſe, & nõ ipſe habet eſſe, & ipſe eſt exiſtẽdi æuũ
& principiũ & mẽſura, ante eſſentias ens, & entis, & ſeculi, & oĩm ſubſtãtificũ prin
cipiũ, & medietas & cõſummatio. ¶ Et propter hoc ab eloquijs ipſe ꝟe añ ens &
iuxta oẽm exiſtẽtiũ intelligẽtiã multiplicatur, & q̊d erat in ipſo, & quod eſt, & q̊d
erit & quod factũ eſt, & fit, & fiet proprie laudatur. Hęc enim omnia diuina intel-
ligentibus ſecundũ omnẽ excogitationẽ ipſum ſupereſſentialiter eẽ ſignificant, &
ubiq; exiſtẽtiũ cauſalẽ. Etenim neq; quidẽ eſt hoc, hoc autẽ nõ eſt, neq; ibi q̄dẽ eſt
ibi autẽ non eſt, ſed omnia eſt, ut cauſalis oĩm, & in ipſo oĩa principia, oẽs confines
oẽs cõcluſiones oĩa exiſtẽtia coambiens et præhabẽs, et ſuper omnia eſt, ut ante o-
mnia ſupereſſentialiť ſuper ens. Proinde et omnia de eo et ſimul prædicãtur, et ni-
C hil eſt exiſtẽtiũ formoſiſſimũ et ſpecioſiſſimũ, ſine forma et ſine ſpecie prĩcipia, et
media, et fines exiſtẽtiũ immẽſurate et remote in ſemetipſo p̄ambiẽs et oĩbus eſſe
iuxta primã et ſuꝑ unitã cauſam incõtaminate declarãs. ¶ Si eñ iuxta nos ſol ſen-
ſibiliũ eẽntias et qualitates, et q̄dẽ multas et diſcretas exiſtẽtes, tamẽ ipſe unus ens
et uniformis illuminãs lux, renouat et nutrit, et cuſtodit, et ꝑficit, et diſcernit, et unit
pellatio boni cunctas ipſius omnium cauſę proceſſiones explicans per omnia, & quę ſunt & q̃ non ſunt extenditur, & ſuper ea quę ſunt, ac ſuper illa quæ non ſunt exiſtit. Ipſius vero entis appellatio per omnia quæ ſunt porrigitur, atq; ſuper omnia quæcunq; ſunt eminet. Cognomentum enim vitæ per viuentia cuncta diffunditur, ac ſuper viuentia viget. Sapientiæ tandem denominatio per omnia intellectualia rationaliaq; & ſenſualia propagatur, & hęc omnia ſupat. Has itaq; ſermo noſter diuinas appellationes diuinam prouidentiam explicantes, celebrare deſiderat. Non enim ſupereſſentialem ipſam profitetur exprimere bonitatem, eſſentiamq; & vitam atq; ſapientiam ſupereſſentialis deitatis ipſius, ſuper omnem bonitatem, deitatem, eſſentiam, vitam, ſapientiam in occultis (vt eloquia tradũt) eminentiſſimę conſiſtentis: ſed beneficã prouidentiam foras iam prodeuntem, eminentemq; bonitatem, omniumq; bonorum cauſam & ens, & vitam & ſapientiam celebrat, vc; tanq̃ eſſendi & viuendi ſapiendiq; cauſam omnibus, quæ eſſentię, vitæ, intelligentię, rationis, ſenſus, quoquo modo participãt. ¶ Non tamen aliud eſſe bonum ipſum aſſerimus, aliud ipſum ens, aliud vitam vel ſapientiam, neq; multas eſſe cauſas deitateſq;, alias opifiees aliorum, ſuperiores inter ſe atq; inferiores: ſed vnius dei bonos proceſſus omnes, diuinaſq; appellationes celebratas à nobis. Et alia quidem appellatione vniuerſam vnius dei prouidentiam explicari. Alijs vero vniuerſaliora deinceps, minusve vniuerſalia dei eiuſdem munera deſignari. Sed obiecerit forte quiſpiam hunc in modum: Cum ens quidem vita ſit amplius, vitaq; latior q̃ ſapientia, quidnam in cauſa eſt, vt viuentia rebus duntaxat exiſtentibus pręſtantiora ſint, ſenſualiaq; ſolum viuentibus, ſenſitiuis autẽ rationalia, rationalibus vero ipſi ſimiliter intellectus, qui & circa deum verſantur, propinquioreſq; exiſtunt, tametſi oportebat quæ bona maiora diuinitus acceperũt, pręſtantiora quoq; eſſe, cęteraq; ſupare. Verum ſi quis intellectualia fingeret eſſentia, vitaq; carere, recte forſan fuiſſet obiectum. Sin autẽ intellectus diuini & ſunt ſuper cætera quæcunq; ſunt, viuunt ſuper viuentia cætera, & intelligunt, cognoſcuntq; ſuper ſenſum atq; rationem: ac præ cęteris omnibus pulchrum bonumq; deſiderant atq; particicipant: nimirum ipſi magis verſantur circa ipſum bonũ, qui & hoc vberius pfruũt, ac plura inſuper & maiora illinc munera perceperunt, quẽadmodũ & rationalia ſolo ſenſu vtentibus eminent: quippe cum hęc illa munere rationis excedant. Senſualia ſimiliter facultate ſenſus excedunt viuentia, atq; hęc ſimiliter per vitam ſequentia ſuperant. Idq;, vt arbitror, verũ eſt, quæ vnius dei infinitis muneribus abundantis magis participant, propinquiora quæq; ſunt ipſi, diuinioraq; illis quæ minus talia perceperunt. ¶ Quoniam vero de his ſatis diximus, age bonum ipſum vt vere ens, atq; his quæ ſunt omnibus eſſentiam tribuens, iam laudemus. Ipſe qui eſt totius eſſe per potentiam eſſentia ſuperiorem cauſa ſubſtãtifica eſt, atq; opifex entis, exiſtẽtiæ, ſubſtantię, eſſentiæ, naturæ. Item principium & menſura ęternitatũ, atq; temporum entitas, & æternitas entiũ, tempus eorum quæ fiunt, ipſum eſſe his quæ quomodolibet ſunt, generatio his quæ quoquo modo gignuntur. Nempe ex ipſo qui eſt æternitas & eſſentia atq; ens, rurſuſq; tempus & generatio & quod gignitur. Item quæ ſunt in entibus, & quæ quomodolibet exiſtunt atq; ſubſiſtunt. Nam deus non quodam modo eſt ens, ſed ſimpliciter & incircũſcripte totum in ſe eſſe cõprehendens, graduq; ſuperiore cõplectens. Quapropter & rex dicitur ſclorum: quippe cũ in ipſo & circa ipſum eſſe atq; ens omne ſubſiſtat, neq; erat, neq; erit, neq; factus eſt, neq; fit, neq; fiet: imo vero neq; eſt quidẽ, ſed ipſe eſt ipſis entibus ipſum eſſe. Neq; vero entia ſolum, ſed ipſum etiam eſſe entium ex ipſo pendet, qui ante æternitatẽ extat. Ille enim eſt ſeculum ſeculorum, qui eſt ante ſecula. ¶ Reſumentes itaq; dicamus omnibus entibus ſeculiſq; vt ſint cõpetere, ab eo quod eſt ſuperius ente, atqui omne æuum tempuſq; pendet ex ipſo. Ipſum nanq; oĩs æui temporiſq;, & vniuerſi quomodolibet exiſtentis principium & cauſa eſt, quod excelſius ente. Omnia illius participia ſunt, ipſum à nullo exiſtentium abeſt, illud ſane ante oĩa extat. Cuncta in ipſo conſiſtũt, & omnino quicquid quomodolibet exiſtit, certe in illo quod eminẽtius ente cenſentur, & eſt, & excogitatur atq; ſeruatur. ¶ Ante oẽs ipſius dei participationes eſſe præfertur, ipſumq; per ſe eſſe antiquius eſt, q̃ ipſa per ſe vita, q̃ ipſa p ſe ſapiã, ipſa per ſe ſimilitudo diuina, cæteraq; quorum quæ ſunt participantia, aũ hęc oĩa ipſum eſſe participant: imo vere & oĩa, quę ipſa per ſe cenſentur, quorum quæ ſunt participant, ipſius p ſe eſſe participia ſunt, nullũq; eſt ens cuius non ſit eſſentia, atq; æuum ipm̃ per ſe eſſe. Merito igitur deus in primis tanq̃ ens ex antiquiore bonorum ſuorum munere celebratur. Qua enim ratione ante eſt atq; ſupeſt, eadẽ præhabens atq; ſuperhabens, quod ſimpliciter ens appellatur, nimirum vniuerſum ipſum per ſe eſſe primo quidem inſtituit, deinde vero hoc ipſo per ſe eſſe conſequẽter quicquid quomodolibet eſt produxit. ¶ Atqui & ipſa rerum principia omnia per communẽ ipſius eſſe participationẽ, & ſunt, & principia ſunt, atq; primo quidem ſunt, deinde vero principia ſunt. Iam vero ſi velis viuen

A

2. Reg. 22.

Eſſentiã ac vitã eẽ vnã

B

Ens primũ cauſam eſſe entiũ oĩm ſecundorũ.

Deũ eẽ ſe paratiſſimũ perfectiſſimumq; ens

C

Ens primũ omniũ rerũ fore principium

Ens diuinũ ipã p ſe ſapientia ac vita antiq.

Principia rerũ ratione entis primi & eẽ & principia eſſe.

Cap. V.

viuentium omnium qua ratione viuũt, dicere ipſam per ſe vitam principium eſſe & ſimilium, vt ſimilium ipſam per ſe ſimilitudinem, atq; vnitorum, quatenus ſunt vnita, ipſam per ſe vnitatem, D ordinatorum quoq; vt ordinatorum ipſum per ſe ordinem, aliorumq; ſimiliter quæ huius, vel illius, vel amborum, vel multorum participatione euadunt hoc aut illud, vel ambo, vel multa, inuenies profecto participationes ipſas, primo quidem ipſius communiter communiter eſſe participare, atq; ipſo ſimpliciter eſſe primum manere, deinde huius vel illius eſſe principia, & omnino per ipſam eſſentiæ participationem exiſtere atq; participari. Si igitur hæc eſſentiæ participatione exiſtent, multo magis & horum participia omnia participatione entis exiſtent. Quamobrem ſupereminens ipſa per ſe bonitas omnibus alijs muneribus ſuis præferẽs cõmune ipſius eſſentiæ donum, merito ex antiquiſſima ſuarum participationum ante omnia celebratur. ¶ Eſt autem ex ipſa bonitate atq; in ea ipſum ſimpliciter eſſe, entiumque principia, atq; entia omnia: & quæ quomodolibet paſſim ipſa eſſentia continentur. Sunt, inquam, ibi hæc abſolute, collectimq; & vnite. Nempe in vnitate numerus omnis præeſt vniformiter, habetq; vnitas omnem in ſe numerum ſingulariter, omniſque numerus vnitus quidem eſt in vnitate, quatenus vero inde progreditur, eatenus diſcernitur atq; multiplicatur. In centro ſimiliter omnes circuli lineæ ſimul coniunctæ conſiſtunt, ipſumq; punctum habet omnes in ſe rectas lineas ſimul vnitas, tam inuicem, quàm ad principium vnum, ex quo pariter proceſſerunt. Iam vero in ipſo centro penitus ſunt coniunctę, parum vero diſcedentes inde, parum quoq; inter ſe diſcernuntur: longius autem inde diſtantes, latius & inuicem diſtare coguntur: atq; ſimpliciter quantum centro viciniores ſunt, tantum & ipſi & inuicem ſunt coniunctæ. Quantum E rurſus ab ipſo diſcedunt, tantundem diſcedere inuicem compelluntur. Præterea in tota vniuerſorũ natura ſunt omnes particulares naturæ, vniuſcuiuſq; naturæ rationes, ſecundũ quandam vnionem non confuſam, collectæ ſunt. In anima quoque vires corporis totius ſingulatim gubernatorie vniformiter continentur. Non eſt igitur alienum, ſi per exiles imagines ad ipſam omnium cauſam aſcendentes oculis mundo ſublimioribus contemplemur omnia in ipſa omnium cauſa, etiam quæ alioquin inter ſe contraria ſunt, ſingulariter, penitusq; vnite.

Oïa eſſe in ente primo vt nũerus in vno.

¶ Eſt enim rerum principium à quo exiſtit & ipſum eſſe, & omnia quomodolibet exiſtentia, omne principium, omnis terminus, omnis vita, immortalitas omnis, omnis ſapientia, totus ordo, omnis harmonia, vniuerſa poteſtas, omnis cuſtodia & conſeruatio, firmitas omnis, vniuerſa diſtributio, omnis intelligentia, omnis ratio, ſenſus omnis, omnis habitus, totus ſtatus, vniuerſus motus, omnis vnio, temperies omnis, quælibet amicitia, quæuis conuenientia, cuncta diſcretio, quilibet terminus, vnaquæq; diffinitio, & reliqua quotcunq; eo ipſo quo ipſa ſunt entia, omnia entia ſuis quæq; characteribus imprimunt. ¶ Ex eadẽ quoq; omnium cã exiſtunt diuinorum angelorum intelligibiles & intellectuales eſſentiæ, animarum quoq; ſubſtantiæ, ac potius mundi naturæ, & quæcunq; quomodolibet eſſe dicuntur, ſiue tanq̃ alijs accidentia, ſiue tanq̃ excogitationes quædam intelligentiæ. Iam vero ſanctiſſimæ antiquiſſimæq; F poteſtates angelicæ, quæ & veriſſimæ ſunt & velut in veſtibulis ſupereſſentialis trinitatis collocatæ, ab ipſa ſimul atq; in ipſa, vt & ſint, & diuinæ ſint acceperunt. Præterea quæ poſt illas ſecundo loco inferiores ſunt, inferiore quoq; conditione idipſum habent. Extremę deniq; extrema quadam ſorte: extrema inquam, ſi cum angelis comparentur, comparatę vero ad nos ratione quadam id habent mundo ſuperiore. Proinde animæ & cętera omnia eadem conditione & eſſe & bene eſſe habent, ſuntq; & bene ſunt ex ipſo bono ens vniuerſum exuperãte. In ipſo q̃q; & ſunt, & bene ſunt. Ab ipſo quidem exoriuntur, in eodem & conſeruantur, in ipſum deniq; finiuntur. ¶ Pręcipua quidem ipſius eſſe munera excellentioribus eſſentijs ille diſtribuit, q̃s etiam ęternas ſacra eloquia vocant. Ipſum vero eſſe entium omnium nunq̃ omnino deſeritur. Iam vero ipſum eſſe ex deo, qui eſt excelſior ente creatur, illius quoq; eſt ipſum eſſe, neq; viciſſim. In illo rurſum eſt ipſum eſſe, neq; conuerſo. Item eſſe ipſum participat illum, neq; fit cõtra Ille quin etiam tanq̃ excelſior q̃ eſſentia eſt ipſius eſſe æternitas, & principiũ & menſura: imo entis & æternitas, omniumq; principium efficax, & medium atq; finis. Sacra igitur eloquia per omnem rerũ intelligentiam dei ſuperioris ente cognomenta multiplicabant. De illo nãq; dicitur: Et erat, & eſt, & erit. Item factum eſt, fitq;, & fiet. Hæc enim omnia apud eos, qui diuina, vt decet, intelligunt, deum ſignificant per omnem intelligentiam ſupereſſentialiter eſſe, & omnium quomodolibet ſint principium. Iam vero deus non hoc quidẽ eſt, illud vero non eſt, neq; hic quidẽ, & ita eſt, ibi vero, & aliter minime: ſed eſt ſimpliciter omnia, vt omnium cauſa, omnia rurſus in ſe principia, omnes concluſiones & terminos omniũ rerũ continens, & ante habens

Principiũ primũ dare omnibus vt nõ mõ ſint ſed vt hããt ſpeciales proprietates eſſendi

Subſtãtias oẽs ſcd'as eẽ a cã prĩ.

De ordinibus angelorum

Bonũ eminẽtius eẽ q̃ ipm eẽ vel eſſentia.

2. Cor. 4.

Omnia q̃ de deo ſimul affirmẽtur atq; negẽtur

Apocal. 1.

Iohan. 1.



habens, & ſuper omnia eſt: vt qui ante oïa præeſt mirabili ſupereſſentiam ratiõe. Quamobrem A de illo ſimul oïa prædicãtur, neq; eſt aliquid oïm, omnem figuram ſpeciemq; poſſidẽs, interim ab omni forma & pulchritudine ſegregatus, principia, media, & fines rerũ abſolute præcipueq; anticipans in ſeipſo, omnibus eſſendi munus per vnam ſupremeq; ſimplicem cauſam ſynceriſſime ſuperluſtrãs. ¶ Sol quidem hic noſter eſſentias qualitateſq; ſenſibilium, quamuis per multas atque differẽtes, ipſe tamẽ vnus cum ſit, lumẽq; vnicum ſuperluſtret, renouat, nutrit, ſeruat, perficit, diſtinguit, colligit, refouet, fœcũdat, auget, permutat, firmat, producit, excitat, viuificat omnia. Rurſuſq; vnumquodq; ex omnibus pro natura ſua vnius eiuſdemque ſolis eſt particeps: Atq; ipſe ſol vnus cauſas omnium ante hæc vniformiter in ſeipſo comprehẽdit. Multo ſane magis oportet in ipſa ſolis omniumq; cauſa prius extitiſſe rerum omnium exemplaria, ſecũdum ſingularem ſuperioremq; eſſentia vnitatem, quandoquidem & producit eſſentias per exceſſum eſſentias eminentem. ¶ Exemplaria vero dicimus rationes in deo ſubſtantificas rerũ ante hæc omnia ſingulariter exiſtentes, quas theologia prædefinitiones ſiue prædeſtinationes vocat. Et diuinas bonaſq; volũtates, rerum definitrices omnium atq; effectrices, per quas ipſe ſupereſſentiam deus, quæ ſunt omnia præſcripſit atque produxit. ¶ Sin autem (vt Clemẽs philoſophus cenſet) forte dicẽdum ſit, etiam ad aliquid exemplaria dici quæ in ordine rerum principaliora ſunt, procedit quidem eiuſmodi ſermo, nõ per propria & perfecta ſimpliciaq; nomina. Cæterum vt concedamus hoc etiam recte dici, interim meminiſſe debemus quod theologia moneat, videlicet non ea tibi oſtendit, vt poſt illa incederes, verum vt per cognitionem horum proportionalem ad ipſam omnium cauſam gradatim pro viribus prouehamur. Omnia B igitur ipſi omnium cauſæ attribuenda ſunt, ſecundum ſingularem vnitatem omnibus eminentem. Quandoquidem cauſa prima ab ipſo eſſendi munere proceſſum ſubſtantificum ac bonum inchoans, perq; omnia pergens, & vniuerſum per virtutem ſuam eſſentia complens, & in omnibus quæ ſunt exultans, omnia prorſus anticipat in ſeipſa, per vnũ ſimplicitatis exceſſum, omnem duplicitatem reſpuens. Cuncta vero eodem modo compellitur per infinitatem ſuam ſe ſuper omnia dilatantem, & vnice participatur ab omnibus, quemadmodum & vox cum vna eademq; fit, à multis interim tanquam vna ſentitur. ¶ Ipſe igitur qui eſt excelſior ente, entium omnium principium eſt & finis. Principium quidem tanquam autor. Finis autem, vt cuius gratia facta ſunt, omniumq; terminus. Infinitas quidem omnis infinitatis, & omnis termini terminus. Et id quidem eminenter tanquam oppoſitorum. In vno enim (vt ſæpe iam dictum eſt) res omnes anticipat atq; efficit. Præſens quidem omnibus, vbiq; per vnum atq; idem. Per idem inquam omne, & ad omnia prodiens: interea permanens in ſeipſo, & conſiſtens atque ſe mouens. Rurſus neq; ſtans, neq; motus, neq; principium habens neq; medium, neq; finem: neq; eſt in aliquo exiſtentium, neq; aliquid eſt eorum, nec omnino ſibi quicquam competit eorũ quæ æternę ſunt, vel eorum quæ temporaliter: ſed & tempore & æternitate, atq; his omnibus quæ in tempore æternitateve ſunt, excellenter abſoluitur. Quamobrem æternitas ipſa, reſq; omnes, rerumq; menſuræ, & quæ ſub mẽſuras cadunt, per ipſum ab ipſoq; ſunt. Sed de his quidem & in alijs diximus oportunius.

Solis effectus qui.

Exẽplariã in deo ſeu ideæ quid.

Rom. 8.

S. Clemẽtis papę apoſtoli philoſophi dictum.

Prouer. 24.

Oseæ, 13.

Deum oĩm entiũ eẽ principiũ, oĩmis infinitatis infinitatẽ.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS V.

IN hoc quinto capitulo oſtẽdit quare deus dicitur ens vel exiſtẽs, neq; intẽdit manifeſtare diuinam ſuperſubſtãtialitatẽ ſecũdũ quod eſt, ſup ſubſtãtialis. Hoc enim ineffabile eſt & ignotum & penitus nõ manifeſtabile, & excedẽs ipſam vnitionẽ quæ excedit intellectualẽ manifeſtationẽ & cognitionẽ, ſed intẽdit laudare proceſſum diuinæ eẽntiæ quę ſubſtãtiam dat rebus. Sicut enim diuina bonitas ad exiſtẽtia procedẽs & ſeipſam manifeſtãs & ad C exiſtẽtia, & ad nõ exiſtẽtia extẽditur, & etiã ſup exiſtẽtia & nõ exiſtẽtia ẽ: ſic & eẽntia diuina in oïa exiſtẽtia extẽdit, & ſuper oïa eſt, vita autẽ diuina ad oïa viuẽtia participatiõe ſui extẽditur, & ẽ ſuper viuẽtia. Sapiẽtia vero dei extẽditur ad oïa intellectualia rõnalia & ſenſibilia, & ẽ ſuper oïa illa. Huiuſmodi ergo proceſſus diuinæ prouidẽtiæ intẽdit Dionyſi⁹ tractare, nõ promittẽs enarrare per ſe ſuperſubſtãtialẽ bonitatẽ, & diuinam ſubſtãtiam, aut vitam, aut ſapiẽtiam dei per ſe, quæ de occultis trahitur, & eſt abſcõdita ab oculis oïm viuẽtium, nec eſt vt ait propheta, qui poſſit ſcire vias eius: ſed laudare manifeſtos proceſſus bonitatis, & prouidẽtiam quæ excedẽter eſt bonifica, & omnium bonorum cauſa, & eſſentiam diuinam, & vitã & ſapiẽtiam, ſecũdum quod facit ſubſtãtiam, viuificat & donat ſapiẽtiã cauſaliter his, quæ ſciẽtia, & vita, & ratiõe & ſenſu participãt. Nec propter has nominum diuerſitates credendum eſt quod ideo aliud ſit bonitas, & aliud eẽntia, & aliud vita, & aliud ſapiẽtia, aut quod ſint diuerſæ

Iob. 28.

Baruch. 3.

Cap.V. cauſalitates, aut diuinitates excedentes & exceſſæ,& aliæ alias producant,ſed vnius ſimplicis
eſſentiæ omnes proceſſus & dicta diuina nomina, et hanc eſſe manifeſtatiuam totius proui- D
dentiæ vnius dei. Sub hac vero quaſdam eſſe cauſas vniuerſaliores quaſdam inferiores. Sed
obijcitur,cum naturaliter & cauſaliter prius ſit eſſe quam viuere,& viuere prius quam ſapere,
quomodo fit vt viuentia ſint digniora exiſtentibus,& ſenſibilia digniora his quæ viuunt & nõ
ſentiũt,& ratiõalia ſublimiora ſenſibilibus,& intelligẽtię ſublimiores rõnalibꝰ,& deo magis ap
propinquãtes cũ ea quæ in melioribꝰ dei donis participãt meliora ſint? Rñdet q̃d obijcit locũ
habere ſi intellectualia non haberent eſſe & viuere,&c. ſed intelligẽtiæ habẽt eẽ melius & ſupe
rius quam cætera exiſtentia & vitam ſuperiorem quam cætera viuentia & intelligunt & co-
gnoſcunt ſuperiori cognitione quam ſit ſenſibilis vel rationalis et pluſquam cætera exiſtentia
pulchrum et bonum deſiderant et eo participant,et ideo plus cæteris ei appropinquant per a-
bundantiorem participationem,et quia plura et maiora dona ab ipſo percipiunt, ſicut ratio-
nalia excellunt ſenſibilibus,quia præter ſenſualitatem additur eis rationalitas. Item ſenſibilia
Cap.4. ſentiunt et viuunt,ſed plantę viuunt nec ſentiunt,ſic plantę ſunt et viuunt,inanimata uero ſunt
tantum & non viuunt. Et reuera quia intelligentiæ cœleſtes abũdantius participant, vno deo
qui in infinitum eſt munificꝰ,ideo ipſæ ſunt ei propinquiores & deo conformiores quam cæ-
tera inferiora. Et quoniam de hac præminẽtia angelorum tractauimus in angelica hierarchia.
Deinceps ad propoſitum redeamus,& laudemus diuinam bonitatem,ſicut exiſtentem & omĩ-
bus exiſtentibus prebentem ſubſtantiam. Ipſa ſiquidem eſt ſubſtantificatrix cauſa totius eſſe ſe
cundum ſuam virtutem ſuperſubſtantialem,& creatrix omnis exiſtentis ſubſtantiæ perſonæ, E
naturæ principium & menſura ſeculorum,& quæ facit eſſe tempora & æuum exiſtentium & tẽ
pus eorum quæ fiunt eſſe quocunque modo exiſtentibus ex exiſtente,generatio quocunq; mo
do generatis,& æuum, & ſubſtantia,& exiſtens,& tempus,& generatio,& generatum,& ea quę
ſunt in exiſtentibus,& ea quocunque modo inſunt vel ſubſtant. Deus enim non dicitur aliquo
1.Tim.1. particulari modo exiſtendi exiſtens, ſed ſimpliciter, generaliter, indefinite,incircunſcriptæ ex
iſtens eo quod eſſendi vel eſſentiæ plenitudinem in ſeipſo accepit & præaccepit: propter quod
& dicitur rex ſeculorum,tanquam ille qui in ſeipſo & circa ſeipſum factor eſt & ſubſtitutor cu-
iuſlibet particularis eſſe,& ipſius entis,& qui neque erat,neque erit,neque factus eſt , neque gi-
gnitur,neq; gignetur,imó neq; eſt,ſed ipſe eſt eſſe exiſtentibus,neq; ſolum cauſaliter eſt exiſtẽ-
tia omnia,ſed ipſum eſſe exiſtentium & exiſtens ante ſecula. Ipſe enim eſt æuum æuorum qui ẽ
ante ſecula. Aeuum dicitur quieta & tota ſimul vita. Reſumentes igitur dicimus quod omni-
bus exiſtentibus & ſeculis eſſe terminetur à deo,qui præexiſtit & omne æuum & tẽpus ex ipſo
eſt,& ipſe eſt præexiſtens principium omnis ſeculi & omnis temporis,& cuiuſlibet rei quocun
que modo exiſtentis. Et hæc quæ dicta ſunt & omnia deo participant,& ipſe à nullo exiſtenti
um recedit,& ipſe eſt ante omnia,& omnia in ipſo conſiſtunt,& vniuerſaliter ſi aliquid aliquo
modo eſt,ipſum in ipſo præexiſtente & eſt,& intelligitur et ſaluatur,et ante alias omẽs dei par
ticipationes eſſe propoſitum eſt,et ipſum eſſe ſecundũ ſe anterius eſt,eo quod eſt eſſe per ſe vi- F
tam,et eo quod eſt eſſe per ſe ſapientiam,et eo quod eſt eſſe per ſe diuinam ſimilitudinẽ,et quæ-
cunq; aliquo modo participant eſſentia particulariter,naturaliter prius participant ipſo eſſe v-
niuerſali. Prius eſt enim eſſe,quam eſſe vitam vel ſapientiam,et eſt ipſa ſecundum quæ omnia
participant exiſtentiam,vt vita,ſenſus,ratio,intelligentia,et ipſa omnia eadem ſecundũ ſe par-
ticipant ipſo eſſe,et nihil eſt exiſtens cuius non ſit deus ſubſtantia,et æuum et ipſum eſſe. Con-
uenienter ergo alijs principalius laudatur deus ſicut exiſtens,tanquam ex illo bono dei quod
eſt inter alia eius bona principalius et dignius,et ipſe in ſe ſuperſubſtantialiter præhabens,et p̃-
eſſe et ſupereſſe ex eo ipſo quod eſt fecit præexiſtere ipſum eſſe ſecũdum ſe,et deinde per ipſum
eſſe fecit ſubſiſtere eſſe omne quod aliquo modo exiſtit. Et quidem omnia principia exiſtenti
um participant eſſe,et per eſſe ſunt et principia ſunt,et prius naturaliter ſunt, poſtea principia,
ſunt et finis uiuentium,vt dicatur per ſe vita eſſe principium viuentium,et ſimilitudo per ſe di
catur principium ſimilium ſecundum quod ſunt ſimilia,et per ſe vnitio principium vnitorum
ſecundum quod ſunt vnita,et per ſe ordinatio principium ordinatorum,ſecũdum quod ſunt
ordinata. Et q̃d de his dixi,de alijs ideis ſiue archetypis,ſcilicet æternis rationibus verbi ſenti-
endum eſt. Verbi gratia,per ſe bonitas,per ſe veritas,per ſe æternitas,p̄ ſe ipſa virtus et ſimilia,
quæ ſimpliciter æternaliter conſiſtunt in verbo dei & primordialiter cauſant omnia exiſtentia
inter antiquas cauſas primordialior eſt ipſum eſſe per ſe. Quæcunq; ergo exiſtentium partici-
pant aut vna iſtarum cauſarum aut duabus,aut vita & ſenſu,aut pluribus vt vita,ſenſu,ratione,
& intellectu,bonitate gratuita, & cætera. Et inuenies ipſas participationes primordialius fun-
dari



A dari in ipſo eſſe. Prius enim eſt naturaliter eſſe,quam eſſe vitam vel eſſe ſenſum aut ſapientiam
&c. Vnde cæteræ cauſæ primordiales ſiue ideales,primo fundantur in ipſo eſſe, poſtea princi-
pia,& cauſæ ſunt particularium exiſtentium vel viuentium vel ſentientium &c. & ita tam exi-
ſtentia quam exiſtentium cauſæ primordiales participant eſſe. Cum ergo cauſæ exiſtentium
participent eſſe, multo magis oportet quod earum cauſata ad hoc quod ſint aut viuãt aut ſen-
tiant,aut intelligant,ipſo eſſe participent. Diuina ergo bonitas quæ eſt proprie & naturaliter
& per ſe bonitas,primum inter omnia dona ſua præponens eſſe,laudatur inde tanquam ex di-
gniore ſui participatione,& ex ipſa bonitate,& in ipſa eſt per ipſum eſſe,& ſunt exiſtentiũ prin
cipia,& omnia quæ ſunt exiſtentium & quocunque modo ab eſſe continentur. Et quamuis
hæc in ſeipſis ſint comprehenſibiliter,& diuiſim,& multipliciter, tamen omnia in ipſa bonita-
te ſunt incomprehenſibiliter & coniunctim & ſingulariter. Cuius qualecunque exemplum pa-
tet in creaturis. In vnitate ſiquidem omnis numerus præexiſtit ſimpliciter & inconfuſe, & vni-
tas cum ſit impartibilis,& ſimplex omnem numerum in ſeipſam ſingulariter continet,& omẽs
numeri in vnitate vniuntur, & inquantum ab vnitate procedendo recedunt, intantum diſcer-
nuntur & in multitudinem aguntur. Ita & in centro circuli omnes lineæ ipſius circuli ſecundũ
primam vnitionem coextiterunt,& ipſum centrum omnes lineas à ſe ad circunferentiam toti-
us circuli per totum circulum procedentes habet ſimpliciter in ſeipſo vnitas,& ſibijnuicem &
ipſi centro à quo tanquam principio ipſæ lineæ fluunt, & omnes illæ lineæ in ſimplici centro
perfecte vniuntur,& ipſæ lineæ quanto minus à centro diſtant,tanto minus à ſe inuicẽ diſtant,
& quanto magis , & generaliter quanto ſunt centro propinquiores , tanto ipſi centro &
B ſibijnuicem vniuntur. Quanto vero plus à centro diſtant,tanto & à ſe inuicem. Sed & in gene-
rali omnium natura,omnes rationes vniuſcuiuſq; particularis naturæ congregantur inconfu-
ſe ad vnum,quaſi ad omnium principium ſcilicet ens. Item in animæ ſimplici virtute congre-
gantur & vniuntur omnes virtutes,quibus corpus varie vegetatur,ſenſificatur,& vnificatur in
omnibus membris partibus. Non eſt ergo inconueniens vt ex collatione creaturarũ quæ ima-
gines ſunt inuiſibilium diuinorum,quamuis obſcuræ & remotæ ad deum omnẽ cauſam aſcen
dentes intellectualibus oculis & vniformiter & vnitiue contemplemur omnia in omnium cau-
ſa,etiam ea quæ ſibijnuicem ſunt contraria. Omnia ſiquidem exiſtẽtia ſignificant deum, qui eſt
principium exiſtentium à quo eſt & ipſum eſſe & omnia exiſtentia,omne principium, omnis
ſapientia,omĩs ordo,omĩs harmonia,omĩs virtus,omĩs cuſtodia,omĩs collocatio,omĩs diſtri
butio. Omĩs intellectus,omĩs ſermo,omĩs habitus,omĩs ſenſus,omnis ſtatio,omnis motus, o-
mnis vnitio,oĩs concretio,omnis amicitia,omnis concordia,omnis diſcretio,omnis definitio
& alia quæcunq; per eſſe exiſtẽtia,omnia figurans,& ex eadem omnium cauſa ſunt intelligibi-
les & intellectuales ſubſtantiæ deiformium angelorum & animarum & naturæ totius mundi,
quæ per ſe ſubſiſtunt aut quæ quocunque modo in alijs ſunt & ſubſiſtunt,ſiue dona naturæ,ſi-
C ue dona gratiæ,& quæcunque etiam per excogitationem attribuuntur,vt deificatio,& quæli-
bet ſublimis æternorum participatio. In hac autem omnium cauſa exiſtunt ſummæ & ſanctiſ-
ſimæ ſubſtantiæ ſummæ hierarchiæ,quæ collocantur in veſtibulis ſuperſubſtantialis trinita-
tis,vt dictum eſt in angelica hierarchia,& ab ipſo,& in ipſo habet eſſe & beate eſſe , & ſubſtan-
tiæ ſecundæ hierarchiæ minus excellenter quam illæ primæ,& ſubſtantiæ infimæ hierarchiæ,
ſcilicet principatus,archangeli,angeli minus excellenter quam medię ab eadem omnium cau-
ſa habent eſſe & beate eſſe. Iſtæ autem cœleſtes ſubſtantiæ quamuis quo ad angelos ſint extre-
mæ,tamen ſuperiores nobis ſunt & ſupermundane ab eadem omnium cauſa & animæ & o-
mnia exiſtentia ſimiliter & eſſe & beate eſſe habent,& ſunt & bene ſunt,& in ipſa præexiſtunt
habentia eſſe & bene eſſe,& exiſtentia & bene exiſtentia,& ex ipſa incipiunt,& in ipſa cuſtodi-
untur & in ipſa terminantur. Cum autem hæc omnium cauſa cunctis exiſtentibus eſſe confe-
rat,ſublimioribus tamen ſubſtantijs quas ſcriptura æternas vocat,quia indiſſolubiles ſunt vel
quia æternitati penitus inhærent & vniuntur. His inquam ſubſtantijs diſtribuit quaſdam ſpe- Psal.15.
tiales eſſendi dignitates,etiam in bonis naturalibus. Hoc autẽ ipſum eſſe generaliter omnibus
exiſtentibus diſtribuitur , & ipſum eſſe eſt ex præexiſtente cauſa omnium,& eſſe eſt ipſius,&
non ipſa eſſe & eſſe eſt in ipſa & ipſa non eſt in eo quod eſt eſſe, & habet ipſam , & partici-
pat ipſa , & non habet ipſa eſſe, neque participat: & ipſa eſt æuum & principium & men-
ſura eſſendi , & ipſa eſt exiſtens ante ſubſtantiam , & ante id quod exiſtit eſſe & ante æ-
uum: & ipſa eſt ſubſtantificatrix , & principium , & medietas & finis omnium , & ideo
ipſa ve-

ipſa vere exiſtens ſecundum omnium exiſtentium intelligentiam in ſcripturis multipliciter D
nominatur,& attribuitur ei recte & erat,& eſt,& erit,& factum eſt,& fit,& fiet. Hæc enim & hu-
iuſmodi vocabula de deo dicta his qui recte diuina intelligunt ſignificant ipſam omnium cau-
ſam ſecundum omnem intentionem exiſtentium ſuperſubſtantialiter ſit,& ſit omnium exiſtē-
um cauſa ſemper & vbiq;. Ipſa enim non eſt ita hoc vt non ſit illud,neque ita eſt alicubi vt nō
ſit alibi,ſed generaliter eſt omnia,vt omnium cauſa:& in ipſa ſunt omnia rerum principia & ter-
minationes,& ipſa omnia comprehendit,& præhabet,& ſuper omnia eſt, ſicut ſubſtantialiter
ſuperexiſtens ante omnia,propter quod & omnia de ipſa & ſimul prædicantur, & tamen nihil
eſt omnium,& eſt omnis figuræ & omnis formæ,& ſine forma & ſine pulchritudine,principia
& media & fines exiſtentium in ſeipſo incomprehenſibiliter & excellenter præaccipiens & im-
maculate lucendo omnibus ſuperfundens eſſe ſecundum vnam & ſuper vnitam cauſam. Cum
enim ſol iſte qui ſingulariter vnus eſt,lumen ſuum vniforme ſuperfundens ſenſibilium ſubſtā-
tias & qualitates tam multas,tam ab inuicem differentes ſua operatione & cooperatione reno-
uet & nutriat & cuſtodiat & perficiat & diſcernat & vniat & reflorere faciat & germinare,&
augeat,& commutet & collocet,& ex planta vel radice plantę prodire faciat,& ſurſum moue-
at,& viuificet omnia terre naſcentia,& vnum quodq; ſenſibilium omnium iuxta ſingulorum
proprietatem,vno & eodem ſole participantium,& ſingulariter vnus ſol omnium ſui partici-
*exēplaria pantium cauſas in ſeipſo ſimpliciter præacceperit,multomagis concedendum eſt,* exemplata
eſſe in cauſa ipſius ſolis & omnium exiſtentium ſecundum ſubſtantialem vnitionem,cum ipſa E
cauſa omnium perducat ſubſtantias ſecundum exceſſum à ſubſtantia. Exemplaria autem in
Rom.8. deo dicimus ſubſtantificas rationes exiſtentium ſimpliciter & ſingulariter,& in ſimplici verbo
dei æternaliter præexiſtentes,quas Apoſtolus innuit dici debere prædeſtinationes,vbi dicit:
Exo.25.26 Hebræ.8. Quos prædeſtinauit,hos & vocauit. Et voluntates diuinas,vt in Exodo,quæ diſtinguunt exi-
ſtentia & efficiunt,ſecundum quas diuina ſuperſubſtantialis eſſentia omnia prædefiniuit,& ad
eſſe deduxit & perduxit. Licet autem beatus Clemens inquantum fuit philoſophus, opinatus
fuerit quod principalis cauſæ quæ in ipſis rebus ſunt,& creatæ ſunt,aliqua ratione dicantur re-
rum exemplaria,illæ tamen cauſæ non proprie dicuntur exemplaria , neque per ſe, ſed & ipſe
cauſaliter ſunt ab æternis exemplaribus verbi,quæ proprie & perfecte cauſant omnia,vt meri-
Deute.4. to deus tanquam cauſa omnium adoretur,& non aliquod creatum, quod innuitur in Deute-
ronomio: Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem & cætera. Creaturæ ſiquidem dei quamuis ſint
nobis vtiles,non ſunt tamen adorandæ,& per eas manuducendi & prouocandi ſumus ad cau-
ſæ primæ cognitionem & venerationem. Omnium enim exiſtentium creatio,ipſi ſingulariter
eſt attribuenda. Proceſſus ſiquidem ſubſtantificans omnia exiſtentia,ab eſſentia bonitatis ori-
ginem habens & per omnia fluens,& ex ipſa bonitatis eſſentia omnia implens,& in omnibus
exiſtentibus exuberans,omnia quidem in ſeipſa prehabet ſecundum exceſſum diuinæ ſimpli- F
citatis omnem duplicitatem reſpuens,& eodem modo oīa continens ſecundū ſup ſimplicem
ſuam infinitatem,& ab omnibus ſingulariter participatur. Deus ergo omnium exiſtentiū pręe-
xiſtit principium & finis. Principium quidem,ſicut cauſa,finis vero vt cuius gratia ſunt & qui
eſt terminus omnium,& infinitas omnem infinitatem continens & excedens , per exceſſum,
extremitas etiam oppoſitorum vel quaſi oppoſitorum. Vt enim ſæpe prædictum eſt in ſimpli-
ci verbo omnia exiſtentia & præhabet & præexiſtere facit,præſens omnibus & vbiq;, & ſecun-
dum vnum & idem,& ſecundum idem eſſe & ad omnia procedens,& manens in ſeipſo & ſta-
tus & motus,& neque ſtans, neque motus, neque habet principium, neque medium, ne-
que finem,neque eſt in aliquo exiſtentium, neque eſt aliquod exiſtentium, neque
omnino ipſi conuenit aliquod æternaliter exiſtens aut temporaliter ſubſiſtēs,
ſed ſegregatur ab æterno & à tempore,& ab omnibus quæ ſunt in tem-
pore. Vnde & ipſum æuum et exiſtentia omnia & menſuræ ex-
iſtentium & menſurata per ipſum,& ab ipſo ſunt.

De vita cap.



# DE VITA CAPVT VI.

A SEd de his quidem in aliīs opportuniori tēpore dicet.
Nūc autē laudanda eſt laudabilis uita æterna, ex qua
per ſeipſam uita,& oīmis uita.& a qua in oīa utcunq;
uitam participantia uiuere proprie unicuiq; exſemi-
natur. Igitur & immortaliū angelorū uita & immor-
talitas,& imperdibile ipſum angelicæ ſemper motio-
nis ex ipſa & per ipſam eſt,& † ſubſtitit. Iccirco & ſem- *ſubſiſtit.
per uiuentes & immortales dicuntur,& non immor-
tales iterū,quia non a ſeipſis habent immortaliter eſſe,
& æternaliter uiuere: ſed ex uiuifica totius uitæ factrice & continuatrice cauſa.
Et ſicut in ente dicebamus quia & eiuſdem eſſe eſt cauſalis,ſic & ibi iterum,quia
& per ſeipſam uitæ eſt diuina uita cauſalis & ſubſtantialis,& omnis uita & uita-
lis motus ex uita ipſa quæ eſt ſuper omnem,& omne principium totius uitę. Ex
ipſa animæ imperdibile habent,& animalia omnia,& germina ſecundum nouiſ-
ſimā cōſonantiā * aīæ habent uiuere: qua ſublata (iuxta eloquiū) deficit uita oīmis * uitæ.
& ad terrā & deficientia ad participandū eam infirmitate iterū cōuerſa, iterū ani- Pſal.103.
malia fiunt. ¶ Et donatur quidē primo per ſeipſam uitæ eſſe uitā & omni uitæ, Deū dare & oīmem
B & ab equa per ſingula eſſe proprie qua ſingula æſtimatur natura ſubſiſtere. Et uitā oēſq;
quidē ſupcœleſtibus animis immaterialē & deiformē,& immutabilē immorta- modos ac ſpecies
litatē,& inflexibilē,& irreprehenſibilē ſemper motionē ſuper extēta per magni- uitæ.
tudinē bonitatis in dæmonū uitā. Neq; eīm illa eē ab alia cauſa,ſed ex ipſa & eſſe Mot? an-
& uitā & permanentiam habet. Donans aūt et uiris ut cōmixtis acceptabilē ſu- gelorū eē
beuntē angelicam uitā,et ſupermananti hūanitate,et redeūtes nos in ſeipſam cō- ſempiter-
uertens et reuocans. ¶ Et hoc aūt diuinius, quia et totos nos aīas dico et cōiuga- nos.
ta corpora ad perfectiſſimā uitā et immortalitatē,pmittit tranſmutaturā: Rē ue- De reſur-
tuſtati quidē æque contra naturā uiſam. Mihi aūt et tibi,et ueritati,et diuinam et rectione
ſupernaturā. Super naturā aūt ei,quæ ſecundum nos eſt dico uiſibilem,non for- glorifica-
tiſſimam diuinæ uitæ. Ipſi eīm uelut oīm exiſtenti uitarū naturæ,et maxime diui- tiōēq; cor-
norū,nulla uita contra naturam aut ſupernaturam. Itaq; ipſa de hoc inſaniæ Si- porum.
monis cōtradictoria uerba,longe diuino loco et tua ſacra aīa abigantur. Latuit
eīm eū (ut arbitror) hæc ſapientē æſtimatū eſſe,non oportere bene ſapientem præ-
C dicationi ſenſus ratione auxiliante uti contra omnium occultam cauſam. Et hoc Vitā diui-
ipſum eſt dicendum,hic contra naturam dicere. Ipſi enim nihil contrariū. ¶ Ex nā ſup o-
ipſa uiuificantur et circūfouentur animalia omnia. et germina,et ſiue intellectu- mnē fore
alem dixeris, ſiue rationalem, ſiue ſenſualem, ſiue nutritiuam et auctiuā, ſiue qua- uitā oīm
lemcunq; uitam aut uitæ principium,aut uitæ eſſentiam,ex ipſa uiuit et uiuunt q; uitarū
quę ſuper omnem uitam,et in ipſa ſecundum cauſam uniformiter ante ſubſtitit. cauſam.
Si enim pluſquam uita et uitarum principalis uita,et omnis uitæ eſt cauſa, et ui-
tæ genitrix,et repletiua,et diſcretiua uita ex omni uita laudatur ſecundum mul-
tiplicem generationem omnium uitarum ut largiſſima,et omnis uita contēpla-
tiua et laudata,et ut non indigens. Magis autem pluſquā plena uita per ſeipſam
uiuens,et ſuper oīmem uitam uiuificans,et pluſquam uiuens,aut quomodo qs
uitam ineſtabilem humanitus laudabit?

Elucida-

Ca.IIII.

# ELVCIDATIO CAPITVLI HVIVS SEXTI DE VITA. ART. VII

D

OStenſo qualiter cõpetat deo hoc nomen. Qui eſt ſeu Eſſe:nunc declaratur qualiter congruat deo quod dicitur,viuens ſeu vita & viuere. [Sed de his quidem in alijs opportuniori tẽpore dicetur]id eſt,de prædictis in quinto capitulo tractabo diffuſius loco ad hoc pertinentiori. [Nunc autẽ laudanda eſt laudabilis vita æterna]id eſt,vita æterna[ex qua per ſeipſam vita,& om̃is vita]id eſt,quæ ex propria plenitudine, exhuberantia & perfectione exerit,effluit & producit omnẽ vitã creatã[& à qua in om̃ia vtcunque vitã participantia,viuere proprie vnicuiq; exſeminatur]id eſt,à qua tanquã ex ſplẽdidiſſimo ac viuentiſſimo fonte,cæteris cunctis qualitercũq; viuentibus viuere profluit & cõmunicatur.[Igit & immortaliũ angelorũ vita & immortalitas & imperdibile ipſum angelicæ ſemper motiõis]

Angelorũ vitã, immortalitatẽ, motũ, totũq; eẽ eorũ ſore à vita æterna.

id eſt,inamiſſibilitas ſeu inceſſabilitas actionis angelicæ& eleuationis ac tendẽtiæ eorũ in deũ, de quorũ triplici motione ac triformi contẽplatione dictum eſt quarto capitulo[ex ipſa & per ipſam eſt]id eſt,ex vita illa,in qua realiter idẽ ſunt viuẽs & vita ac viuere,virtus vitalis & actio viua,quæ eſt vita mundiſſima,intellectualis,prorſus ac penitus,imo& infinite immaterialis[& *ſubſtitit,id eſt,ſubſiſtens fuit.[Idcirco & ſemper viuentes & immortales dicuntur]cũ ſint immateriales ſimplicesq; eſſentiæ,quarum actio intellectiua,liberum velle,ſancta dilectio,nõ interrumpitur nec laſſatur[& non immortales iterũ]id eſt,etiam dicuntur non immortales,ſed mortales[quia non à ſeipſis habẽt immortaliter eſſe ac æternaliter]id eſt,perpetue[viuere,ſed ex viuifica & totius vitæ factrice & continuatrice cauſa]id eſt,ex deo eſſentialiter viuente,conſeruante indeſinenter vitam ipſorum,ſine qua conſeruatione nec ad momentũ viuere poſſent.

*ſubſiſtit.

Angeli quõ mortales.

E

[Et ſicut in ente*dicimus,quia eiuſdem eſſe eſt cauſalis]id eſt,quod eſſe diuinum & increatum & cauſa om̃is eſſe & eius menſura[ſic & ibi iterum]id eſt,ſic denuo affirmamus in vita [quia & per ſeipſam vitæ eſt diuina vita cauſalis & ſubſtantialis]id eſt,quod vita dei eſt cauſatiua & ſubſtantificatiua vitæ ſecundæ [& omnis vita & vitalis motus ex vita ipſa, quæ eſt ſuper omnem vitam]aliam à ſe[& om̃e principium totius vitæ]id eſt,omnis cauſa creata exiſtens principiũ intrinſecum extrinſecumve viuendi in genere aut ambitu ſuo.[Ex ipſa]puta à prima vita,quę eſt viuere ſeparatum,plenum,exhuberantiſſimũ,in ſe ſubſiſtens[& animæ imperdibile habẽt] id eſt,animæ rationales habent eſſe immortale & inamiſſibile viuere ex superſynceriſſimo illo fonte vitæ[& animalia om̃ia & germina]quæ naſcũtur ex terra[ſcd͞m nouiſſimã conſonantiã animæ]id eſt,quantum ad vitam animæ vegetatiuæ. Vnde alia litera habet,iuxta extremũ genus vitæ[habent viuere]id eſt,ſortita ſunt viuere perobſcurum,defectuoſum, prorſus immerſum materię,& ſecundum vltimam reſonantiam vitæ,ſecundum alium textum[qua ſublata] id eſt,qua vita deſtructa in materialibus atq; mortalibus iſtis[iuxta eloquium [id eſt, ſecundũ ſcripturam[deficit vita om̃nis]in iſtiuſmodi rebus[& ad terram]id eſt,vſq; ad conuerſionem in puluerem terræ[& deficientia ad participandum eã]id eſt,viua talia,facta inualida ad participandum & permanendum in vita diutius[infirmitate iterum cõuerſa]id eſt,inſtaurata ſeu renouata[iterum animalia fiunt]id eſt,reiterantur ac renaſcuntur,& etiam terræ naſcentia,nõ eadem numero,ſed ſpecie. Hoc totũ ſumptum eſt ex pſalmo centeſimo tertio quo legitur:Dante te illis,colligent:aperiente te manum tuam,om̃ia implebuntur bonitate. Auertente autẽ te faciẽ tuam,turbabuntur,auferes ſpiritũ eorum,& deficient,& in puluerẽ ſuũ reuertentur. Emittes ſpiritum tuum,& creabuntur:& renouabis faciẽ terræ.

*dicebamus

Animarum immortalitatẽ eſſe ab ipſa æterna vita.

Animatorũ ſimul & inanimatorũ eẽntiã eſſe ab ipſa vita æterna.

Pſal.103.

F

Pſal.103.

¶ [Et donantur quidem primo per ſeipſam vitæ eſſe vitam]id eſt,prima illa vita primitus confert vitæ creatę,quęcunq; ſit illa,eſſe vitã per ſe in ſuo gradu ſeu ſpecie[& om̃i vitæ]hoc datur à ſumma vita mediatæ aut immediate[& ab ea per ſingula eſſe proprie,qua ſingula æſtimantur natura ſubſiſtere]id eſt,ab illa præſtatur cunctis & ſingulis eſſe aut vita,qua vna quæq; natura ſubſiſtit.[Et quidem ſupercœleſtibus animis]id eſt,angelicis ac ſupernis ſpiritibus influit vita illa increata vitam [immaterialẽ & deiformẽ & immutabilẽ,immortalitatẽ & inflexibilẽ & irreprehenſibilẽ ſemper motiõem] ſunt enĩ confirmati in bono inauertibilesq; à deo,in quẽ indeſinenter mouentur,tendunt, aſcẽdunt,non quaſi in nõdũ adeptũ habitũ ac pręſentẽ,ſed tanquam in eũ quẽ deſiderant indefeſſe proſpicere,& à cuius viſionis continuatione nunquam deſiſtunt:à quo itẽ nouas frequenter illuminationes,quantũ ad diuinorum cognitionem effectuũ,ſortiuntur[ſuperextenta]deſuper [p magnitudinẽ bonitatis & in dæmonũ vitã]id eſt,vita illa increata,quæ deus eſt per infinitã abundantiã ſuæ benignitatis deſuper ſe extẽdit ad bene agendũ dæmonibus, in quibus dona naturæ conſeruauit,& quos citra condignum eſt puniens.[Neq; enim illa eſſe ab alia cauſa,ſed ex ipſa & eſſe & vitam & permanentiam habet]id eſt, dæmonũ natura non aliunde quam à vita in-

Vitã primã om̃is ſecundæ vitæ eẽ creatricem

Angelicam omnẽ felicitatẽ eſſe ab illa ſempiterna vita.

Dæmonũ vitã eẽ ab æterna vita.



ta increata,ſortita eſt vitam,& conſeruatur ab illa.[Donans autem & viris vt commixtis acceptabilem ſubeuntem angelicam vitam]id eſt,viris ſpiritalibus, admixtis ac iunctis exercitijs virtuoſis ac diuinis ſubſtantijs,vitam angelicam ſibi acceptam,ſubeuntem libenter aduerſa propter ſummæ vitæ amorem,in quorum perſona dixit Apoſtolus:Noſtra cõuerſatio in cœlis ẽ. Itemq;,Vobis datum eſt pro Chriſto,non ſolum vt credatis in eum,ſed etiam vt patiamini pro illo. Vel,vitam ſubeuntem,id eſt,conuerſationem obedientem & humilem,iugo dei ſubiectã, iuxta illud:Tollite iugum meum ſuper vos[& ſupermananti humanitate] id eſt, ſuperfluenti pietate[& redeuntes nos in ſeipſam conuertens]id eſt,auerſos nos ac retro cedentes,ad ſe reducens,retrahens[& reuocans] per prophetam:Reuertere ad me,ait dominus,& non auertam faciem meam. Hinc dicit Apoſtolus:Obſecramus pro Chriſto,recõciliamini deo. ¶ [Et hoc autem diuinius]id eſt,iſtud diuiniſſimum benigniſſimumq; conſiſtit [quia & totos nos animas dico & corpora coniugata]id eſt,nos integros,quantum ad animam rationalem & corpus ei ſocialiter iunctum,ſicut cõiunx vnitur marito[ad perfectiſſimam vitam & immortalitatem,promittit tranſmutaturam]id eſt,ſpondet ſe perducturam ad vitam beatam & glorioſam,in qua animæ deo altiſſimo perfruentur,corpora quoq; electorum erunt impaſſibilia,clara,agilia atque ſubtilia,prout in prima ad Corinthios legitur,& ipſe ſaluator ait:In reſurrectione,inquit, non nubent neq; nubentur,ſed ſunt ſicut angeli dei. Et alibi,Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris ſui.[Rem vetuſtati quidem æque contra naturam viſam]id eſt,quæ vita immortalis beata eſt res viſa,id eſt,apparens vetuſtati,id eſt,veteri homini & carnali ac perfido, de quo hortatur Apoſtolus,Exuamus veterem hominem cum actibus ſuis,contra naturam,id eſt,impoſſibilis,nec credenda,quia carnalis homo non ſapit ea quæ dei ſunt. Deniq; verum eſt quod impoſſibilis ſit per naturam,non omnipotenti, cui non eſt impoſſibile omne verbum, vt cuius & teſtis ille cœleſtis ſanctus Gabriel deprompſit,atq; Ieremias aſſerit:Domine deus, non erit tibi difficile omne verbum. Infinitæ nanq; potentiæ omnia ſunt æque facilia,quæ nec poteſt in tot & tanta,quin poſſit in infinities plura & maiora Quod perfidus impijſſimusq; Auerrois non attendit.[Mihi autem & tibi & veritati & diuinam & ſupernaturam]id eſt,res illa tam mihi q̃ tibi, quam omni vere catholico,vereq; fidei videtur diuina& ſupernaturalis.[Supernaturam autem ei quæ ſecundum nos eſt,dico viſibilem]id eſt, vitam illam dico ſupernaturalem huic vitæ noſtræ corruptibili viſibili[non fortiſſimam diuinæ vitæ]id eſt,omnipotenti vitæ dei,nõ dico illam ſupernaturalem ſeu arduam.[Ipſi enim veluti omnium exiſtenti vitarum naturæ & maxime diuinorum,nulla vita contra naturam aut ſuper naturam]id eſt,vita nulla,quantũcunq; alta,eſt ſupernaturalis ipſi vitæ diuinæ & increatæ,vtpote exiſtenti cauſaliter vitæ omnium naturarum,& maxime diuinorum,id eſt,beatorum,qui ab illa vitam gloriæ ſortiuntur, vt Moſes ait:Ipſe eſt vita tua & longitudo dierum.[Itaq; ipſa de hoc inſaniæ Simonis contradictoria verba]id eſt,verba inſaniæ,id eſt,blaſphemiæ ac infidelitatis Simonis Magi,cõtradictoria de hoc,id eſt,contradicentia præfatæ veritati fidei[longe diuino loco & tua ſacra anima abigantur]id eſt,abijciantur procul à ſancta mente tua,& ab omni templo ac corde fideliũ.[Latuit enim eum(vt arbitror)hic ſapientem æſtimatum eſſe]id eſt,Simon ille æſtimatus hic, ſcilicet inter homines,ſapiens,ignoruuit,vt reor[non oportere bene ſapientem prædicationi ſenſus ratione auxiliante vti contra omnium occultam cauſam]id eſt,non conuenire nec licitum eſſe,quod veraciter ſapiens vtatur ratione auxiliante prædicationi,doctrinæ contra cauſam omnium occultam,id eſt,contra deum incomprehenſibilem,innitendo propriæ rationi magis quam diuinæ autoritati. Quæ ratio debet ſeruire ac ſubijci prædicationi verbi cœleſtis,iuxta illud Apoſtoli:In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Chriſti. Etenim fides non habet meritum,cui humana ratio præbet experimentum.[Et hoc ipſum eſt dicendum hic contra naturam dicere]id eſt,huic Simoni eſt reſpondendum,quod ipſe hic loquitur contra naturam,tam inſipienter loquendo de deo.[Ipſi enim nihil contrarium hinc dicitur,q̊d nihil opponitur deo,nec contrarie,nec cõtradictorie,nec priuatiue,nec negatiue, cum ſit ſupra & extra omne genus,& ſua æternitas omne eſſe & non eſſe præueniat, nec in eo poteſt aliquid eſſe quod actu in eo nõ eſt. Veruntamen vitia,vanitates, falſitates,ei contrariari dicũtur,id eſt, diſplicere,iuxta illud libri Sapientiæ:Odio ſunt deo impius & impietas eius. Et alibi, Auerſatur dominus omnem impietatem. Porro quod nihil poſitiuum ſit deo contrarium, conſequẽter probatur. ¶ [Ex ipſa videlicet vita increata[viuificantur & circunfouẽtur animalia om̃ia & germina]terræ[& ſiue intellectualem dixeris,ſiue rationalem,ſiue ſenſualem, ſiue nutritiuã & auctiuam,ſiue qualemcunque vitam aut vitæ principium,aut vitæ eſſentiam,ex ipſa viuit &

D

E

B

F

C

Vitã ſpiritiferi hominis eſſe ab æterna vita

Philip.3.

Philip.1.

Matt.11.

Iere.3.

2.Cor.4.

De reſurrectiõe glorificationeq; corporum.

1.Cor.15.

Matt.22.

Matt.13.

Ephe.4.

In hæreticas prauitates.

Coloſſ.3.

1.Cor.2.

Lucæ.1.

Iere.32.

Auerrois perfidia.

Deute.30

Simonis magi vefania.

2.Cor.10.

Gregorius.

Sapien.14.

Deute.25.

Vitã fontalem ſup omnem fore vitã om̃isq; vitæ cauſam primã.

viuunt quæ eſt ſuper omnem vitam,& in ipſa ſecundum cauſam vniformiter ante ſubſtitit]id eſt,vniuerſa iſta viuentia & vnumquodq; eorum,originaliter viuunt ſeu viuit ex vita iſta fontali,æternaliter quoque fuit in ea ſecundum proprietatem primę cauſæ,& vniformium,id eſt, exemplarium rationum ipſius,vel vniformiter,vt alia habet tranſlatio,id eſt,idealiter& immutabiliter.[Si enim plus quam vita & vitarum principalis vita]id eſt, cum vita increata ſit vita eminentius quam exprimi queat aut cõcipi,nec ſolum comprehendens in ſe perfectionem vitæ,imo etiam vniuerſaliter & interminabiliter omnem perfectionem, principaliſq; vita cunctarum vitarum[& omnis vitæ cauſa, ac genitrix vitæ & repletiua & diſcretiua vita]quia instituit & diſtinxit diuerſa genera vitæ[ex omni vita laudatur]tanquam ex ſuo effectu[ſecundum multiplicem generationem om̃ium vitavum,vt largiſſima & omnis vita cõtemplatiua] ipſa en̄i ſupeminẽtiſſime ẽ viuẽs vita ſapiẽtiali cõtẽplatiua] ſeipſam æternalit̃ ac delicioſiſſime intuendo[& laudata]ab oĩbus[& vt nõ indigens]laudibus creaturæ. [Magis autem pluſquã plena vita,per ſeipſam viuens & ſuper omnem vitam viuificans,& pluſquam viuens.]Iſta ex dictis ſuo modo luceſcunt. Nempe ex abundantia cordis loquens hic ſanctus,& neſciens qualiter dignius & plenius ſuperuiuentem deum laudaret, frequenter eundem ſenſum ſub aliјs & aliјs repetit verbis,ſciens ſe in infinitum deficere à completa laude illius,iuxta illud Eccleſiaſtici:Benedicentes dominum,exaltate eum quantum poteſtis,maior enim eſt omni laude.Et exaltantes illum,replemini virtute.Ne laboretis,non enim peruenietis.Quis vidit eum,& enarrabit,& magnificabit eum ſicuti eſt ab initio?Propterea ſubditur:[Aut quoquo modo quis vitam ineffabilem humanitus laudabit?]vtiq; non poteſt condigne nec plene,nihilominus agere debet quod poteſt,totis viribus reuerenter,ardenter,indeſinenter vitam illam laudando,quę vitã naturæ viuificat vita gratiæ atq; vtrãq; vita gloriæ. Præterea aduertendum quod interdũ diſtinguitur duplex vita,vtpote vita prima & vita ſecunda,ita quod vita prima vocatur eſſe vitale,iuxta quod ait Philoſophus:viuere viuentibus eſt eſſe,vita autem ſecũda,dicitur actio ipſa vitalis.Interdum etiam anima nuncupatur corporis vita,hoc eſt,vita ſubſtãtialis,formalis,intrinſeca.Inſuper vita in inferioribus primo patet ac patuit per motum. Vnde & anima fertur principium vitæ & motus.Attamen quo vita plus eleuatur ſuper corpus atq; materiam,eo liberior perfectiorq; conſiſtit.Hinc ſuperbeatiſſimi dei vita, qui manens immobilis dat cuncta moueri,eſt ſumme & incomparabiliſſime liberrima,nobiliſſima,perfectiſſima,actualiſſima,cũ ipſe ſit incircunſcriptibilis,ſuperpuriſſimus actus,in quo prorſus ſunt idem,eſſe,viuere,intelligere,velle,diligere.

D

Matt.12. Lucæ.6.

Eccle.43.

E

Duplex vita.

Philoſop.

¶ Capitis huius ſexti tranſlatio alia clarior.

NVNC autem vita æterna laudibus celebranda,ex qua ipſa vita, om̃iſq; vita, & ſubqua per om̃ia quomodolibet viuentia,viuere pro modo cuiuſq; diffunditur. Iã vero immortaliũ angelorũ vita,immortalitaſq; & perſeuerantia illa ſempiternæ motionis angelicæ ex ipſa,perq; ipſam ẽ,atq; ſubſiſtit.Quãobrẽ viuentes ſemper immortaleſq; dicuntur,ac rurſus non immortales:quoniã non ex ſeipſis habent vt ſint immortales,& æternæ viuãt,ſed ex cauſa illa viuifica,vniuerſam vitã efficiente atq; continente. Et queadmodũ in ente dicebamus,ipſum quod eſt ente ſuperius appellantes ipſius entis æternitatẽ, ita nũc iterũ ipſum quod eſt vita ſuperius,ipſam videlicet diuinã vitã eſſe ipſius vitæ cauſam viuificãtẽ atq; firmantẽ. Om̃is ſane vitæ motuſq; vitalis ex illa vita procedit,quæ ſuperat omnẽ vitã,& om̃e om̃is vitæ principiũ. Ex illa præterea immortalitatẽ habent aĩæ,ex illa aĩalia oĩa viuunt. Ex illa plantæ per extremũ veſtigiũ vitæ viuũt. Illius vitæ munere forte vitæ ſublato(iuxta diuinũ eloquiũ)deficit omnis vita. Sed quæ participande ipſius infirmitate iã defecerãt,illuc cõuerſa iterum reuiuiſcunt. ¶ Ipſa vita dat quidem primum vniuerſæ vitæ hoc ipſum vt ſit vita,ac rurſus vnicuique vitæ vt ſit proprie quælibet quod naturaliter eſſe debuit:atque ſupercœleſtibus vitis immaterialem & diuinam,immutabilemq; immortalitatem,ſempiternum quoque motum,nuſquam vergentem vel inclinantem. Præterea propter copiam bonitatis vſque ad dæmoniacam vitam ſua munera porrigens. Nec enim ab alia cauſa prouenit,ſed ex ipſa,& q̊d ſit vita, & quod permaneat habet. Nominibus inſuper velut cõpoſitis quantũ accipere licuit vitã condonauit angelicã,atque exceſſu clementiæ nos etiã illinc auerſos ad ſe conuertit & reuocat. ¶ Quod autem longe diuinius eſt,deus ipſe nos integros animas inquã & ſocia corpora ad perfectam immortalemq; vitam traducere pollicetur. Myſterium profecto quod veteribus quidem præter naturam forte videri poſſit,mihi autẽ & tibi ipſiq; veritati diuinũ atque ſupernaturã. Super naturã inquã apud nos viſibilem,non ſupra naturã illã om̃ipotentẽ vitæ diuinæ:

Angelorum vitam, immortalitatem,motũ, oẽq; ipſorũ eẽ fore ab ipſa ęterna vita.

Animarum immortalitatẽ eẽ à vita, æterna.

Quõ de⁹ der oibus vitã, oẽsq; modos ac ſpecies viuẽdi.

De reſurrectione,immortalitate glorificatione q; corporum.



apud quam ſane tanquam vitarum omnium naturam,præſertim diuinorum,nulla vita præter naturam eſt,aut ſupra naturam. Quamobrem dementis Simonis libri myſterio huic aduerſantes à choro diuino,tuaq; ſancta anima longius arceantur. Latuit enim illum (vt arbitror)quamuis ſe ſapientem exiſtimaret,non oportere ſanę mentis virum ratione quadam ex ſenſibus palam deducta niti contra occultam illam omnium cauſam. Et hoc ei dicendum eſt eſſe præter naturam dicere. Illi enim nihil eſt contrarium. ¶ Ex prima enim vita viuificantur atq; fouentur animalia omnia atq; plantæ. Iam vero ſiue intellectualem vitam dixeris, ſeu rationalem,ſiue ſenſualem,ſiue nutritoriam ſeu auctricem,ſiue qualemcunque vitã,vel vitæ principium,vel eſſentiam vitæ,ex ipſa viuit atq; viuificat,quæ omnem ſupereminet vitam. In ipſa quin etiam ſecundum cauſam ſingulariter ante ſubſiſtit. Vita enim illa omni vita ſuperior, omniſq; vitæ principium,non ſolum vitam vniuerſam procreat,ſed fœcundat etiam & implet, atq; diſtribuit:quamobrem ex omni vita celebranda eſt propter fœcunditatem ſuam vitas omnes mirifice propagantem. Vnde tanquam omniformis omniſq; vita cogitatur atq; laudatur,& tanquam nullius indiga:imó vero ſuperexuberans omni vita. Ipſa quidem vita dicitur & ſuper omnem vitam vitæ autor,excelſiorq; vita,ſiue quomodocunq; ineffabilem illam vitam humano quodam more laudare quis velit.

A

Simõis Magi veſania.

Vitã æternã eẽ ſug omnẽ vitã omĩſq; vitę cauſam.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI VI.

DEinde tractandum eſt quomodo deus dicitur eſſe vita ęterna,ex qua eſt per ſe vita & omnis vita,& à qua omnia quocunq; modo viuentia diſſeminantur iuxta proprietatem vniuſcuiuſq;. Ex ipſa ſiquidẽ & propter ipſam ſunt & ſubſiſtunt vita immortalium angelorum & immortalitas eorum,& indeſtructibilitas ſempiterni motus angelici,ꝑpter quod ipſi & viuentes ſunt & dicuntur immortales per naturam ſimpliciter,& iterum dicuntur nõ immortales,quia non à ſeipſis habent quod immortales ſunt & æternaliter viuunt,ſed ex deo qui eſt cauſa viuifica effectiua & cõtentiua omnis vitæ. Et ſicut diximus in exiſtente quod cauſale eſt ipſius eſſe per ſe,ita dicimus quod diuina vita ſuperuiuens viuificatiua eſt & ſubſtantificatiua ipſius per ſe vitæ & omnis vita & omnis viuificatiuus motus ex ipſo eſt, & cauſa eſt ſuper omnem vitam & omne principium cuiuſlibet vitæ,& ex ipſa habent animæ naturalem indeſtructibilitatem,& ex ipſa habent vitam omnia animalia & plantæ ſecundum vltimam vitæ reſonantiam,quæ ſublata deficit omnis vita,iuxta illud: Auferes ſpiritum eorũ & deficient &c. Et cum illa quæ defectu participationis ſuæ fuerint infirmata ad illam conuertuntur,iterum animant,vt patet in arboribus & plantis. Vnde ſequitur in Pſalmo:Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Et ipſa dat prius per ſe vitæ eſſe per ſe vitam,deinde omni vitæ particulari dat eſſe vitam ſecundum ſingularum naturam propriam. Animis quidem cœleſtibus dat deo cõformem & inuariabilem ſempiternum motum,vt ſupra in angelica hierarchia. Extenditur autem per bonitatis abundantiam ad dandum dæmonibus vitam. Vita enim illorum ab alia cauſa eſſe non habet,neq; eſſe vitam,neq; permanere,ſed ex illa ſola dat etiam hominibus qui compoſiti ſunt ex natura rationali & corpore vitam angelicæ vitæ conformem & ſuperabundantem bonitatem,nos à ſe recedentes ad ſeipſam conuertit & reuocat: & quod benignius eſt nos totos,id eſt,animas & corpora ſe promittit tranſlaturum ad vitam perfectam & immortalitatem, quod generaliter omnibus philoſophis gentium viſum eſt eſſe contra naturam. Mihi autem & tibi & ipſi veritati dinoſcitur eſſe diuinum & ſuper naturam. Super naturã autem dico,quantum ad nos,non quantum ad deum qui eſt vita omnipotens. Cum enim ipſe ſit natura omnium vitarum maxime diuinarum,ipſi nulla vita eſt,præter vel contra naturam, vel ſupra naturam, vnde longe expellantur à choro eccleſiæ,& ſpecialiter ab anima tua aſſertiones & ſtultitiæ Simonis de reſurrectione corporum,quibus contradicit reſurrectioni corporum,dicens quod ſit contra naturam. Contra quod multi ſancti patres ſcripſerunt. Et licet Simon ab aliquibus putatus fuerit in hoc ſapiens eſſe,ſed latuit eũ quod bene ſapientẽ non oportet propter iudicium ſenſuum exteriorum contradicere his quæ de occulta omnium cauſa recte ſentiuntur, dicendo quod & aliquid ſit præter naturam,cui ſcilicet nihil eſt contrarium. Ex ipſa autem omnium cauſa & viuificantur & florent omnia animalia & plantæ. Et ſiue dicas vitam intellectualem ſiue rationalem ſiue ſenſibilem,aut augmentabilem,aut qualemcunq; aliã, aut vitæ principium,aut ſubſtantiam,omnia ex ipſa & viuunt & viuificant,quæ eſt ſuper omnẽ vitam,& hæc omnia in ipſa ſecundum cauſam vniformiter præextiterunt. Ipſa ergo quæ eſt ſuper viuens & princeps vitæ & omnis vitæ cauſa,& generatiua,& impletiua,& diſcretiua om̃is

B

Pſal.103.

Ibidem.

Cap.2.7.

C

Cap. VII vitæ ex omni vita laudanda eſt ſecundum copioſam fœcunditatem om̃ium vitarum, ſicut lar-
giſſima & omnis vitæ contemplatione comprehenſa & laudata, & ſicut non indigens vita, ſed D
potius ſuper plena vita, per ſe viuens, & ſicut ſuper omnem vitam viuificans & ſuperuiuens, &
quomodo aliquis vitam ſuperuiuentem & ineffabilem humanis verbis laudare poterit.

## DE SAPIENTIA, INTELLECTV, RATIONE, VERITATE & FIDE. Cap. VII.

FER autem ſi uidetur optimam & æternam uitam, &
ut ſapientem, & ut per ſeipſam ſapientiam laudemus,
Pſal. 146. Magis autem iterum om̃is ſapientiæ ſubſtantialẽ, &
ſuper omnem ſapientiam & intellectum ſuperexiſten
tem. Non em̃ ſolummodo deus pluſquam plenitudo
eſt ſapientiæ, & intelligentię eius non eſt numerus, ſed
Paulus apoſtolus Hierothei & Dionyſii cõmunis magiſter. & om̃i rationi, & intellectui, & ſapientiæ ſupercollo-
catur. Et ex hoc excellenter intelligẽs diuinus uere uir
communis noſter, & magiſtri noſtri lætitia & ſol, ſtul
tum dei ſapientius eſt hominibus inquit. Non ſolum quia omnis humana deli-
beratio error quidem eſt iudicata ad pondus & manentiam diuinarum & perfe- E
1. Cor. 1. 1. Tim. 6. ctiſſimatum intelligentiarum, ſed quia & conſuetudo eſt theologis, cõtraria mẽ
tis affectu in deo quæ ſunt priuationis depellere, ſicut & inuiſibilẽ aiunt eloquia,
claram lucem, & multum laudabilem, & multiuocum, & ineffabilem, & inno-
minabilem, & omnibus præſentem, & ex omnibus inuentum, incomprehenſibi
lem, & non inueſtigabilem. Eodem modo & nunc diuinus Apoſtolus laudaſſe
1. Cor. 1. dicitur ſtultitiam dei, quod apparet in ea contra rationem & inconſequens, ineſ-
Deũ non virtute hũana ſed diuina pcipi. fabilem, & ante omnem rationem referens ueritatem. ¶ Sed quod quidem in
alijs diximus, proprie nobis quæ ſunt ſuper nos, accipientes, & cum nutrimento
ſenſuum adunati, & his quæ ſunt ſecundum nos diuina conferentes ſeducimur,
ſecundum quod uidere diuinam, & ineffabilem rationem perſequentes. Opor-
tet ſcire noſtrum animum habere quidem uirtutem ad intelligendum, per quam
cõuertit inuiſibilia uidet, unitatemq́ ſuperexaltatam naturamq́ per quam + connectitur
ad ſumma ſui. Iuxta hanc igitur diuina intelligendum, non ſecundum nos, ſed to- F
tos nos totis ipſis excedentes, & totos deo factos. Melius eſt enim eſſe dei, et mẽ
Sapientiã in cauſatã ſupoĩane gandã ac affirmandam. bra eorum. Sic enim erunt diuina data cum deo futuris. ¶ Hanc igitur irrationa
lem & mente carentem, & ſtultam ſapientiã ſupereminenter laudantes dicimus,
quia totius eſt animi & rationis, & totius ſapientiæ & intellectus cauſa, & ipſa
eſt omne conſilium, & ab ipſa omnis ſcientia & intelligentia, & in ipſa om̃es the
Col. 2. ſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſcõditi. Etem̃ cõſequẽter hic iã prædictis plus
quam ſapiens & ſapientiſſima cauſa, & per ſeipſam ſapientiæ totius, & eius quę
Beatificas angelorũ cõtẽplationes eſſe ab ęterna ſapientia per ſingula eſt ſubſtantia. ¶ Ex ipſa inuiſibiles & intellellectuales angelicorum
animorꝫ uirtutes, ſimplas & beatas habent intelligentias: nõ in partitis aut a par
titis, aut ſenſibus, aut rationibus artificialibus colligentes diuinam ſcientiã, neq́
a quodã communi ad hæc cõprehenſe. Om̃i autẽ materiali, & multitudine pur-
gate pure immaterialiter, uniformiter inuiſibilia diuinorum intelligunt, et eſt iñ
Aĩaꝝ eẽ ñtias eẽ ã diuina ſapiẽtia. eis intellectualis uirtus et operatio clara, et incontaminata puritate ſplendida, ſci
ens et conſpiciens diuinarum intelligentiarum. Impartibiles et immateriales, et
conformiter uni ad intellectualem ſuperſapientem et animum et rationem quã-

tum poſ



A tum poſſibile eſt, reformate per diuinam ſapientiam, & animæ rationale habent
late artificioſe quidem & circulariter circa exiſtentium ueritatem deambulãtes,
& partibili & copioſo uarietatis relictæ uniformibus animis. Multorum autẽ
in unum conuolutione & in angelorum intellectibus inquantum animabus a-
ptũ & poſſibile eſt, digne facte, ſed & ſenſus ipſos non fortaſſis quis peccat uiſio
nis ſapientiæ cõſonantiã dicẽs. At uero & dæmonius animus, ſi animus, ex ipſa Mẽtes dęmonũ eẽ ab increata ſapientia.
eſt, inquãtũ aũt animus eſt, ſi rõne quidẽ, ſic cõſequi nõ appetit, nõ uidẽs, neq́ uo
lẽs, caſum ſapiẽtia potius eũ aſſerendũ. ¶ Sed quia quidẽ ſapientiæ ipſius, & to
tius & oĩs animi & rõnis, & ſenſus oĩs, diuina ſapientia & principiũ, & cauſa & Negationes in diuinis non defectũ, ſed excelſum ſignificant.
ſubſtantia, & cõſummatio & cuſtodia, & finis dicitur, quõ ipſe deus, qui eſt plus
q̃ ſapiens, ſapiẽtia & animus, & ratio, & cognitor laudatur? Quõ em̃ intelliget
quid inuiſibiliũ nõ habens intellectuales operatiões? aut quõ agnoſcet ſenſibilia,
om̃i ſenſui ſupercollocatus? At qui oĩa eũ ſcire aiũt eloquia, & nihil effugere di-
uinã ſcientiã. Sed quod quidẽ diximus, ſæpe diuina diuinitus intelligendũ. Non Eccle. 23. Hebræ. 4. 1. Iohã. 3.
intellectuale em̃ & nõ ſenſuale per excellentiã, non per defectũ in deo ordinandũ,
B ſicut & irrationale repoſuimus ei qui eſt ſuper rõnẽ, & imperfectionẽ plus quã
ꝑfecto, & ante perfecto, & intactã & inuiſibilẽ caliginẽ, luci inacceſſibili per ex- Diuinam cognitionẽ oĩa creata antecedere.
cellentiã inuiſibilis luminis. ¶ Itaq́ diuinus animus oĩa continet, oĩbus remota
ſcientia, iuxta oĩm cauſam, in ſeipſo oĩm ſcientiã præambiẽs, prius quã angeli fi
erent, ſciens & adducens angelos, & oĩa illa ab intus: & ab eo (ut ſic dicã) princi-
pio ſciens & in eſſentiã ducens. Et hoc arbitror tradere eloquiũ, cũ ait: Sciẽs oĩa Danie. 13.
ante generationẽ eorꝫ. Non em̃ ex exiſtentibus exiſtentia diſcens nouit animus
diuinus, ſed ex ſe, & in ſe ſecundũ cauſam oĩm ſcientiã, & cognitionẽ, & eſſentiã
præfert, & ante coambiuit: non ſecundũ ſpeciẽ ſingula contẽplans, ſed ſecundũ
unã cauſæ circunſtantiã oĩa ſciens et continens. Sicut et lux ſecundum cauſam in
ſeipſa cognitionẽ tenebrarũ præambiuit, non aliunde uidens tenebras, quã a lu-
mine. ¶ Semet igitur diuina ſapientia cognoſcens, cognoſcit om̃ia immateriali- Deũ vnica ſui forma & actũ ſimplici oĩa facere & cognoſcere.
C ter materialia, et non partite partita, et multa uniuerſaliter, ipſo uno om̃ia et ad-
ducens et cognoſcens. Etem̃ ſi ſecundũ una cauſam deus oĩbus exiſtentibus eſſe
tradit ſecundũ eandẽ unicã cauſam, ſciuit om̃ia et ex ipſo exiſtẽtia, et in ipſo ante
ſubſtituta, et non exiſtẽtibus accipiet eorꝫ ſcientiã, ſed et ipſis ſingulis eorꝫ ſciẽtię
erit largitor. Non igitur * deus propriã habet ſui ſcientiã, alterã autẽ cõmunẽ ex Apoc. * videns deus.
iſtentia oĩa cõprehendens. Ipſa em̃ ſeipſam oĩm cauſa cognoſcens, collocatio ubi
eorꝫ quæ ab ipſa ſunt, et quorũ eſt cauſa ignorantiæ. Hac igitur deus exiſtentia
cognoſcit, non ſciẽtia exiſtẽtiũ, ſed ipſa ſua. Etem̃ et angelos ſcire aiunt eloquia,
quę ſunt ſuper terrã, nõ ſenſibus hęc cognoſcẽtes ſenſibilia et terrena, per propri- Ibidem
am uero deiformis animi uirtutẽ et naturã. ¶ In his autẽ quærere oportet, quõ Angelos cognoſcere etiã hęc inferiora.
nos deũ cognoſcimus, neq́ intelligibilẽ, neq́ ſenſibilẽ, neq́ quid uniuerſaliter ex
iſtẽtiũ exiſtẽtẽ. Nunquid aliquãdo igitur uerũ ẽ dicere quia deũ cognoſcimus? Affirmationes de deo partim ſunt affirmatiuæ partim negatiuæ.
Non ex natura ſua (incognoſcibile em̃ hoc et omnẽ rationẽ et intellectũ ſupans)
ſed ex oĩm exiſtẽtiũ ordinatiõe, ut ex ipſo ꝓlata, et imagines quaſdã et ſimilitudi
nes diuinorꝫ eius paradigmatũ, habẽte in ſummũ oĩm uia et ordine ſecũdũ ꝟtu-
tẽ redeũdũ, oĩm ablatione et eminẽtia, & cauſa oĩm. Proinde & in oĩbus deus a-
gnoſcitur, & ſine oĩbus, & ꝑ ſciẽtiã deus cognoſcitur et ꝑ + inſciẽtiã: et ẽ eius & + initiã



intel-

Ca.VII. intelligẽtia & ratio,& ſciẽtia & tactus,& ſenſus & opinio.& phantaſia, & no- D
mẽ,& alia om̃ia. Et neq; intelligitur,neq; dicitur,neq; nominatur,& nõ ẽ quid
Deũ potiexiſtẽtium,neq; in quodam exiſtentium cognoſcitur,& in om̃ibus om̃ia eſt, &
us amanin nullo nullũ,& ex om̃ibus in om̃ibus cognoſcitur,& ex nullo in nullo. ¶ Et
dũ quã cu-
rioſe in-hæc recte de deo dicimus;& ex exiſtentibus om̃ibus laudatur,ſecundum omni-
dagandũ um analogiam,quorum eſt cauſalis. Et eſt iterũ diuiniſſima dei ſciẽtia,per inco-
gnitionem cognoſcẽs,ſecũdũ ſuper animũ unitatẽ,cũ animus exiſtẽtibus oĩbus
†vnitur. recedẽs,& deinde in ſeipſum relinquẽs,†unitur ſuper apparẽtibus radijs;inde&
ibi inſcrutabilis profundo ſapiẽtiæ illuminatus & quidẽ & ex oĩbus quod qui
dem dixi ipſa cognoſcẽda.Ipſa eſt em̃ ſecundũ eloquium,oĩm ſatrix,& ſemper
omnia compaginãs,& inſolubilis oĩm congruẽtiæ & ordinatiõis cauſa,& ſem-
per fines priorum connectẽs principijs ſecundorum,& unã uniuerſitatis cõſpi-
Deus q̃re rantiã & harmoniam pulchram faciẽs. ¶ Ratio uero deus laudatur a ſacris elo
nominet quijs,non ſolũ quia & rationis & intellectus,& ſapiẽtiæ eſt largitor:ſed quia&
ratio.
Pſal.32. om̃ium cauſas in ſeipſo uniformiter præambiuit,& quia per omnia implẽs per
118. uenit(ut eloquia aiunt)uſq; ad omnium finẽ.Et ante quidẽ hæc in omni ſimpli- E
Eſaiæ.40. citate diuina ſuperſimplificatur ratio,&ab omnibus eſt ſuper omnia,ſecundum
Iohan.1.
Hier.23. ſupereſſentiale abſoluta.Ipſa ratio eſt ſimpla,et uere exiſtens ueritas,circa quam
Sapien.8.
Fidei diſ- ut puram,et non errantem omnium ſciẽtiam diuina fides eſt unicum credẽtium
finitio ſe- fundamentum,eos collocans ueritati,et eis ueritatem incredibili incommutabili
cũdum S.
Dionyſiũ tate ſimplam ueritatis ſcientiam habentibus credulis. ¶ Ipſa eſt enim ſcientia a-
De fidei
catholicæ dunatrix cognoſcẽtiam et cognitorum.Ignorantia uero tranſmutabilis ſemper
firmitate. et ex ſeipſo ignoranti ſeparationis cauſa,in ueritate credentem(iuxta ſacrum uer
Roma.8. bum)nihil remouebit eam quæ eſt ſecundum ueram fidem lætitia,in qua man-
ſionem habebit ſtabili et intranſmutabili uniformitate.Etenim ſcit ad ueritatem
unitus,ubi bene habet,et ſi multi corripiant eum tanquam mente excedentem.
Latet quidem uelut imago eos erroris a ueritate per ueram fidem mẽte excedẽs.
Ipſe autem uere ſcit ſeipſum,non quod aiunt illi inſanientem, ſed inſtabilitate et F
mutabilitate circa largiſſimum erroris uarium ambitum,per immobilẽ et ſem-
Teſtimo per ſecundum eadem,et ſicſic habentem ueritatem liberatum. Sic igitur ſecundũ
niũ mar- nos diuinæ ſapientiæ principales duces,pro ueritate moriuntur omni die, teſti-
tyrum.
Pſal.43 monium perhibentes(ut eſt conſequens)et uerbo om̃ino et opere,unice propter
Lucæ.22 Chriſtianos uere ſcientiæ,hoc eſt omnium ipſam eſſe et ſimpliciorem et diuini-
Roma.8. orem:Magis autem ipſam eſſe ſolam;ueram,et unam,et ſimplam diuinã ſciẽtiã.

## EXPOSITIO HVIVS SEPTIMI CAPITVLI DE SAPIENTIA, INtellectu,ratione,veritate,& fide. Articulus. VIII.

Sapiẽtiã in- P Aulatim deſcẽdit hic autor ad tractãdũ de particularioribꝰ,oñdẽdo q̃liter
creatã ſu- cõpetãt deo.[Fer aũt].i.nũc vero[ſi videt̃]imo qa merito bonũ videri ſic
per omnẽ ſcia debet[optimã & ęternã vitã,& vt ſapiẽtẽ,& vt p ſeipam ſapiẽtiã,laudemꝰ]
ſapiẽtiã cre- .i.deſcribam⁹ & cõmẽdemꝰ deũ,q ẽ vita æterna & optima,vt ẽ p ſeipſam,nõ
atam
Iohan.17. p participationẽ,videlicet vt ẽ ſubſtãtialit̃ ſapiẽs,&ipſa p ſe & in ſe ſubſiſtẽs
Rom.16. ſapiẽtia,iuxta illud ad Roma.Soli ſapiẽti deo honor & gloria,q tã ſapiens
Iere.10. ẽ,vt eiꝰ reſpectu ſapiẽtia hũana,inſipiẽtia reputet̃,iuxta illd̃ Iere.Stultꝰ factꝰ
1.Cor.1. ẽ oĩs hõ a ſcĩa ſua.Ap̃ls q̃q;:Stultã,inqt,fecit deꝰ ſapiẽtiã huius mũdi.[Magis aũt iterũ oĩs ſapiẽ
tiæ ſubſtãtialẽ].i.potiꝰ deũ laudemus,tãq̃ dãtẽ oĩ ſapiẽtiæ creatæ id q̃d ẽ de rõne & eẽntia eius,
quoniam ſapiẽtia & ſcĩa oĩs creata,nõ ẽ niſi radiolus ac riuulus illius ſapiẽtiæ infinitæ.Om̃is e-
Eccle.1. nim ſapientia à domino deo eſt[& ſuper omnem ſapientiam & intellectum ſuperexiſtentem]
id eſt,



A id eſt,incomparabiliter & infinite exiſtentem vltra & ſuper omnem intellectum ſapientiamq;
" cauſatam. [Non enim ſolummodo deus plus quàm plenitudo eſt ſapientiæ.]id eſt, magis q̃
" intelligere valeamus.[& intelligentiæ]id eſt,intellectionis ſuæ[non eſt numerus].i. menſu-
" ra,nec finis,iuxta illud pſalmi:Magnus dominus noſter,& magna virtus eius,& ſapientię eius pſalm.146
" non eſt numerus.Nam & infinita cognoſcit ſcientia ſimplicis intelligentię.[ſed & omni ratio
" ni& intellectui & ſapientiæ ſupercollocatur.]Ideo præſumptuoſi ac ſtulti ſunt, qui deum &
opera eius ſeu iudicia eius ac ſecreta humana ratione volunt metiri & capere, nec ea credere
acquieſcunt,quę ratione capere nequiunt.Ideo ſcriptum eſt in Iob:Memento ꝙ ignores opus
eius,de quo cecinere viri. Et alibi:Forſitan veſtigia dei cognoſces, & vſq; ad perfectum omni- Iob 36.
potentem intelliges? [Et hoc excellenter intelligens diuinus vere vir,communis noſter,& Iob.11.
magiſtri noſtri lætitia].i.Paulus apoſtolus,præceptor & gloria[& ſol].i.ſplendifluus doctor
tam mei q̃ Hierothei magiſtri mei. [ſtultum dei ſapientius eſt hominibus, inquit] in prima
ad Chorinthios,quod conſequenter exponitur[non ſolum quia omnis humana deliberatio]
" id eſt,prudentia ſeu auiſatio[error eſt iudicata ad pondus & manentiam diuinarum & perfe- 1.Cor.1.
" ctiſſimarum intelligentiarum.].i.comparatione immobilis & pręcioſiſſimæ ſapientię atq; ſci
" entię dei,quæ q̃uis ſit vna & ſimplex in ſe,tamen pluraliter deſignatur propter multitudinem
cognitorum,quemadmodum & multę ideę ac miſerationes ponuntur in deo.[Sed quia & cõ-
ſuetudo eſt theologis,contraria mentis affectu in deo quę ſunt priuatione depellere,].i.remo-
uere à deo per priuatiua affectu mentis.i.ex deuotione & gratia dei.Remouere inquam à deo
B contraria eorum quę ſunt in deo.i. illa quæ repugnant conuenientibus & inexiſtentibus ei[ſi-
cut & inuiſibilem aiunt eloquia claram lucem] id eſt,ſuperclariſſimum dei lumen increatum,
ſcripturæ vocant inuiſibile, quia nos illud nunc clare inſpicere non valemus, cum tamẽ ex
ſua natura ſit ſumme viſibile & intelligibile,tanq̃ actualiſſimum formaliſſimumq; conſiſtens,
in prima ad Timotheũ epiſtola:Beatus & ſolus potens rex regum,qui ſolus lucem habitat in 1.Timo.6.
acceſſibilem.[& multiuocum & ineffabilem & innominabilem] .i.ſcripturæ dicunt deũ mul-
tiuocum,id eſt,qui per diuerſas voces & nominationes ſignificatur,ineffabilem & innoĩabilẽ
quia condignis nominibus & ſicuti eſt, eumq; vt eſt in ſeipſo,exprimere & ſignificare non va-
" lent.[& omnibus præſentẽ & ex omnibus inuentum.].i. deum cunctis præſentem per eſſen-
tiam,potentiam atq; præſentiam ſui:ex omnibus quoq;,imo &ex quolibet ente aliqualiter in
" uentum.i.cognitum:vocant, [ incomprehenſibilem,& non inueſtigabilem.].i. imperſcruta-
" bilem.Vnde in libro Iob fertur:Digne eum inuenire non poſſumus, & enarrari non poteſt. Iob.37.
" [eodem modo & nunc].i.in præſenti iam allegata authoritate, [diuinus Apoſtolus laudaſ-
" ſe dicitur ſtultitiam dei.].i.ſapientiam eius immenſam,nobis incomprehenſibilem,& quę per 1.Corin.1.
fidis ac mundanis videtur eſſe ſtultitia.[quod apparet in ea contra rationem & inconſequẽs]
id eſt,id quod in ipſa & in myſterijs ac operibus eius, in fide & lege ipſius apparet proprij ſen-
C ſus hominibus,eſſe irrationabile & impertinens [ineffabilem &ante omnẽ rationem referens
veritatem].i.affirmans illud eſſe veritatem indicibilem ac diuinam,præuenientem & excedẽ-
tem vniuerſam rationem humanam,vt quod deus factus eſt homo,ſuſpenſus in ligno. Hinc
rurſus dixit Apoſtol.Quia in dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam deum, pla- ibidem
cuit deo per ſtultiam prædicationis ſaluos facere credentes. Hinc & Chriſtianam ſapientiam
ſanctus iſte theologus vocat inſenſatam,irrationabilem & amentem. [¶Sed quod quidem Deum non
in alijs diximus].i. in alijs libris ac locis[proprie nobis quæ ſunt ſuper nos accipientes.].i. al- poſſe hũanã
" tiora & incomprehenſibilia nobis, audientes & addiſcentes proportionaliter intellectui no- rõne ſed di-
ſtro ſcd̃m capacitatẽ ipſius[& cum nutrimento ſenſuũ adunari].i. cõiũcti informatiõe huma- uina ꝑcipi.
na[& his q̃ ſunt ſcd̃m nos diuina cõferentes].i.ſupnaturalia,& q̃ ſola fide tenent̃,cõparãtes na
" turalibus & humanis rebus ſeu rõnibus[ſeducunt] male iudicãdo de illis,vt in hęreticis patuit
Hinc ad Col.monet Ap̃ls:Videte ne qs vos ſeducat per philoſophiã & inanẽ fallaciã [ſcd̃m ꝙ Coloſſen.2.
videre diuinã & ineffabilẽ rõnem pſequẽtes].i. ſcd̃m ꝙ ſumus pſequẽtes ſeu pfecte ſequẽtes vi
dere.i.intelligere rõnem diuinã & ineffabilẽ.i.ſapĩam fidei Chr̃ianæ,nobis nũc incõprehẽſibi
lem,ſupple ex naturalibus traditiõibus & doctrinis humanis. [Oportet ſcire nr̃m aĩum habe-
re qdẽ virtutẽ ad intelligendũ].i. ſpũm noſtrũ ſeu aĩam rõnalem habere potentiã intellectiuã
inorganicã,à corpore liberã [per quã inuiſibilia videt].i.immaterialia & inſenſibilia apprehẽ
dit ac noſcit,iuxta illud ad Rom.Inuiſibilia dei intellecta conſpiciũtur [vnitatẽq; ſupexaltatã] Roman.1.
.i.ſupaltiſſimã ac ſimpliciſſimã deitatẽ,in qua nõ eſt diuerſitas vlla modorũ. De qua viſiõe Sal- Matthei 5.
uator:Beati,inquit,mundo corde,quoniam ipſi deũ videbunt[naturamq; p quã †conuertit ad †connectit
ſumma ſui,] id eſt, ſuprẽmus verticem mentalem ac apicem affectiuæ eleuatam ſuper tempus

& omne continuum, per quam eleuatur ſuper ſeipſam, ad ſpeculandum angelicos ſpiritus, B
ac triumphantem eccleſiam, ac attributa & proprietates diuinæ naturæ, iuxta illud Apoſtoli:
2.Cor.4. Contemplantibus nobis quæ non videntur, quæ ſunt ęterna. Intellectus quippe per hanc ſuã
portiõem ſupremam, eſt reflexiuus ſuper ſeipſum ac ſuper proprios actus, & diſcuſſiuus ac in-
tuitiuus ipſorum, & ad optima illa conuertitur, in quibus ſua conſiſtit ſalus. De quibus ſcri-
Iſaiæ 64. ptum eſt: Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Quod Paulus
1.Corint.2 plenius allegans & exprimens, ſicut id copioſius fuit expertus: Oculus, ait, non vidit, nec auris
audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentibus ſe. [Iuxta hanc
ergo diuina intelligendum] id eſt, ſupernaturalia & credenda, ac ea quæ dei ſunt, accipere de-
bemus & intelligere ſecundum ſupremum iſtud in mente noſtra & iuxta vnionem & illumi-
nationem eius ad deum. [non ſecundum nos] id eſt, non ſecundum ſenſum proprium ac car-
nalem, nec more humano. [ſed totos nos totis ipſis excedentes] id eſt, excedendo noſipſos to-
taliter [& totos deo factos] id eſt, ita nos tranſcendendo, ac hominem in homine exuendo, vt
Galat.2. prorſus transformemur in deum, & ſimus eius totaliter, iuxta illud: Viuo autem iam non ego,
viuit vero in me Chriſtus. Tales eſſe conuenit contemplatores credendorum, in quibus do-
num intellectus abundare oportet: per quod ea quæ fidei ſunt, lympide contemplentur per
credibilium rationes, præſertim ex illuſtratione ſuperna, iuxta illud ſancti Iohannis: Vnctio
1.Iohã.1. eius docet vos de omnibus. Vnde & ſanctus Paulus: Dabit tibi dominus de omnibus intelle-
2.Timo.2. ctum. [Melius enim eſt eſſe dei & membra eorum] id eſt, multo ſalubrius eſt vt ita pertinea-
mus ad deum, & ſimus commembra illorum. qui ita effecti ſunt miniſtri & membra illius, vt- E
1.Corin.3 pote vegetati ſpiritu eius. Hinc ad Corinthios dicitur: An neſcitis quoniam membra veſtra
templum ſunt ſpiritus ſancti, & non eſtis veſtri? Hinc continet tranſlatio alia: Sic oportet vt in-
telligamus diuina toti integre à nobiſipſis excedentes, & toti in deum tranſeuntes. Præſtanti-
us enim eſt dei eſſe, quàm proprij iuris. [Sic enim erunt diuina data cum deo futuris] id eſt, hoc
2.Cor.5. modo chariſmata gratiarum præſtantur electis, qui erunt cum Chriſto in gloria, qui iuxta A-
poſtolum pignus ſpiritus acceperunt. Quibus & ſcripſit: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſu-
Coloſſen.3 per terram. Cum enim Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in
Sapientiã increatã ſuper omnia laudãdã, negandã & affirmandam gloria. [¶ Hanc ergo irrationalem & mente carentem & ſtultam ſapientiam ſupereminen-
ter laudantes] id eſt, æternam & increatam dei ſapientiam præconizantes ſuperexcellenter, qã
vocamus eam irrationalem, amentem & ſtultam, non quod vere ſit brutalis, furioſa & fatua,
ſed quoniam omnem rationem & mentem creatam ſapientiamq; tranſcendit humanam, &
1.Corint.1. quia ſecundum prætacta verba Apoſtoli, quod ſtultum eſt dei, id eſt, quod de ſapientia dei cre-
dimus, ſtultum apparet obtenebratis hominibus, ſcilicet incarnari & crucifigi: ſapientius eſt
hominibus, id eſt, vere ſapientialius eſt, quàm quæcunq; humana ſapientia. Inſuper ea quæ ve-
ri & deuotiſſimi famuli dei docent, exercent & faciunt, videntur amatoribus huius ſeculi eſſe F
4.Regũ.9. inania & deliramenta, vt terrena cuncta deſpicere, aduerſis gaudere, ſeipſos aſpernabiles exhi-
bere. Vnde principes decem tribuum dixerunt ad Iehu de diſcipulis Helizei: Quid venit inſa-
Ezechi.12, nus iſte ad te? Ad Ezechielem quoq; dominus dixit: Portentum te dedi domui Iſrael. Atq; de
Hebreo.11 ſanctis veteris teſtamenti ſcriptum eſt ad Hebræos: Circumierunt in melotis, in pellibus ca-
prinis, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. [dicimus quia totius eſt ani-
mi & rationis & totius ſapientiæ & intellectus eſt cauſa, & ipſa eſt omne conſilium] id eſt, cau-
ſa vniuerſi ſani conſilij [& ab ipſa omnis ſcientia & intelligentia.] Nam & de philoſophis ait
Roman.1. Apoſtolus: Deus illis reuelauit. Etenim naturalis lumen ingenij à deo eſt. In Prouerbijs quo-
Proue.2. que aſſeritur: Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. [& in ipſa omnes
Coloſſen.2 theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt abſconditi.] Hoc in epiſtola ad Coloſſenſes ſcripſit Apo-
ſtolus, qui theſauri ſunt infinita plenitudo & opulentia ac perfectio ſapientiæ atque ſcientiæ
Roman.11 mentis diuinæ. De quibus exclamat Apoſtolus: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ
dei. [Deum conſequenter hic iam prædictis plus quàm ſapiens & ſapientiſſima cauſa.] id
eſt, ſicut in præinductis capitulis laudauimus dei bonitatem, & eſſe ipſius ac vitam & viuere,
ita iam in iſto capitulo correſpondenter conformiterq; ad illa, laudamus deum, vt ſapientem
ac ſapientiam eius, dicendo quod ipſe eſt plus quàm ſapiens, id eſt, ſuperſapiens, cuius ſapien-
tia in totius vniuerſi ordinatione & gubernatione reſplendet. [& per ſeipſam ſapientiæ to-
Intuitiões cõtẽplatorias angelorũ eſſe ab ipſa ſapiẽtia tius & eius quæ per ſingula eſt ſubſtantia] id eſt, cauſa eſſentiæ & exiſtentiæ totius ſapientiæ,
quæ in quibuſcunque creaturis conſiſtit. [Ex ipſa inuiſibiles & intellectuales angelicorum
animorum virtutes] id eſt, virtuoſę mentes [ſimplas & beatas hñt intelligentias]. i. ſimplices &
beatificas



beatificas intuitiones. [non in partitis aut à partitis, aut ſenſibus, aut rationibus artificiali-
A bus colligentes diuinam ſcientiam.] id eſt, angelici ſpiritus non inſtar hominum colligunt
aut acquirunt ſuam ſcientiam à rebus diuiſibilibus atq; corporeis, aut à ſenſitiuis potẽtijs, aut
artificialibus formis ſeu conſiderationibus. [neq; à quodam communi ad hæc comprehen-
ſæ] id eſt, non ab vniuerſali principio vel habitu, ſeu generali & confuſa notitia determinati ad
particularem notitiam. [Omni autẽ materiali & multitudine purgatæ] id eſt, mentes illæ ange-
licæ, carentes omni corporali natura ac proprietate [pure, immaterialiter, vniformiter inuiſi-
bilia diuinorum intelligunt]. i. ſine phantaſmatum inuolutione contemplantur inuiſibilia &
diuina, certo ac ſimplici mentis intuitu per concreatam eis ſcientiam, ſeu etiam per illumina-
tionem hierarchicã. [& eſt in eis intellectualis virtus & operatio clara & incontaminata puri-
tate ſplendida, ſciens & conſpiciens]. i. conſpectiua [diuinarum intelligentiarum] id eſt, cœle-
ſtium theoriarum. Non enim in illis eſt pars ſenſitiua, paſſiones, ſeu vitia. [Impartibiles & imma-
teriales, & conformiter vni ad intellectualem ſuperſapientem & animum & rationem, quantũ
poſſibile eſt, reformatæ per diuinam ſapientiam]. i. ab exordio ſuæ creationis mox ab increa-
ta ſapientia aſſimilatæ creatori, & conformiter illi reductæ ac ſuſpenſæ ſunt ad ſuper ſapien-
tiſſimam mentem diuinam, quantum ipſis poſſibile eſt, ſeu proportionatum & congruũ fuit.
[¶ Et animæ rationale habent late artificioſe quidem & circulariter circa exiſtentiũ verita- Animarum eẽ ... viſo ... rationalem facta
tem deambulantes] id eſt, animę humanę habent vim rationalem diſcurſiuã, deambulantes. i.
conſiderando procedentes late, id eſt, ex omni parte, & certe artificialiter, ſeu magiſtraliter &
circulariter, circa veritates rerum ſcrutandas, venandas ac cognoſcendas, interdũ quaſi à prio-
ri progrediendo à notitia cauſæ ad cognitionem effectus, quandoq; velut à poſteriori ecõtra
B ab effectu in cauſam. [& partibili & copioſo veritatis relictæ vniformibus animis] id eſt, dere-
lictæ ac deficientes à mentibus illis ſupernis, quæ vniformes ac ſimplices ſunt, per hoc ꝙ ipſæ
animæ circa diuiſibilia multa & diſtrahentia occupantur. [Multorum autem in vnum conuolu-
tione]. i. reductione ac ordinatione plurimorum ad vnum ſimpliciſſimum, q̃d ſumme neceſſa- Lucæ 10.
rium eſt. [& in angelorum intellectibus, inquantũ animabus aptum & poſſibile eſt dignæ factę]
. i. ipſę aiæ aſſurgunt & fiunt proficiſci in conſortiũ q̃ddam & conformitatẽ cum angelicis mẽ-
tibus, quorum perfectionẽ & ſimplificationem conantur ſic imitari, quantũ ipſis in mortali ac gra-
ui hoc corpore eſt poſſibile ac etiam aptum: quia ſi nimis vellent ſe abſtrahere, & ſpiritalibus
ſine diſcretionis moderamine mancipare, citius ſua deijcerent corpora, debilitarentq; capita,
iuxta illud Ieremiæ: Quia plus fecit q̃ potuit, iccirco perijt. [ſed & ſenſus ipſos non fortaſſis qs Ierem.48.
peccat, viſionis ſapientiæ conſonantiã dicens]. i. ſi quis dicat ſenſitiuã cognitionem eſſe aliqua-
lem imitationem & participationẽ intellectiuæ notitię, non errabit in hoc. Vnde in brutis qui- Senſus' oĩa eẽ a prima ſapientia
buſdam videmus grandem induſtriam & miras calliditates, vis q̃q; æſtimatiua, ſpecies inſen-
ſatas ex ſenſatis elicit ſpeciebus. Visq; cogitatiua in hoĩbus ratio particularis vocatur. [At ue-
ro & dęmonius animus, ſi animus ex ipſa eſt]. i. intellectus dæmoniacus, inq̃tũ eſt intellectus,
cauſatus eſt à mente diuina. [inq̃tum autem animus eſt, ſi ratione quidem ſic conſequi non ap-
C petit]. i. ſi non quærit nec cupit rationabiliter obtinere quod appetit [non videns neq; volẽs]
. i. nõ intuens ſapiẽter, nec volens rectitudinalr [caſum ſapĩa potius eum aſſerendũ.]. i. magis
dicendum eſt ꝙ ipſe ſit quidã lapſus & defectus à vera & ſumma ſapĩa, q̃ ꝙ ſit participator &
effectus ſapĩæ illius altiſſimæ: quia vt ſic, non participat nec ſequitur illam, ſed recedit ac deui-
at ab eadẽ. [¶ Sed quia quidem ſapĩæ ipſius, & totius & oĩs animi & rationis & ſenſus oĩs, Negatiõẽ in deo non defectũ ſed exceſſum ſignificant
diuina ſapientia & principium & cauſa & ſubſtantia & conſummatio & cuſtodia & finis dici-
tur]. i. ex quo increata dei ſapientia vere appellatur principium effectiuum & cauſa prima ex-
emplaris, & ſubſtantia. i. dator eſſentiæ, ac exiſtentiæ omnis ſapientiæ, & conſummatio, id eſt
cauſa perfectiua, & cuſtodia, id eſt, cauſa conſeruatiua, & finis ſapientiæ ipſius dæmonis, quo
ad id quod ſapientiæ eſt in illa, & omnis ſapientiæ, & omnis animi & rationis & ſenſus. [quo-
modo ipſe deus qui eſt plus q̃ ſapiens, ſapientia & animus & ratio & cognitor laudatur] id eſt
per modum præconij dicitur eſſe ſapientia & animus, id eſt, mens & ratio irreprehenſibiliter
operans, quod tamen de ipſo ſentire oportet, ſicut ſubiungitur: [Quomodo enim intelligit q̃d
inuiſibilium, non habens intellectuales operationes?] id eſt, qualiter dicimus deum intellige-
re inuiſibilia, ſi non habet in ſe actum intelligendi? qui tamen actus non eſt quid ab eſſentia ſua
realiter differens. [aut quomodo cognoſcet ſenſibilia omni ſenſui ſuperlocatus] id eſt, ſuper-
eminens ac ſuperior omni ſenſui. [Atqui]. i. pro certo [oĩa eũ ſcire aiunt eloq̃a, & nihil effugẽ-
re diuinã ſciam. In Eccle. eñ dr: Dño deo anteq̃ crearentur, oĩa ſunt cognita. Et ad Hebræos: Eccle.23.
Non eſt

Cap. VII Non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Omnia autē nuda & aperta ſunt oculis eius.
Hebræ. 4. [Sed quod quidem diximus ſæpe, diuina diuinitus intelligendum]. i. ea quę deo aſſcribuntur, D
& de ipſo in ſcripturis dicuntur, ſumenda & intelligenda ſunt reuerenter & condigne, ſecun-
dum quod decet maieſtatem illius. [Non intellectuale enim, & non ſenſuale per excellentiam
non per defectum in deo ordinandum] id eſt, in deo ponimus, & de ipſo interdum aſſerimus,
quod non ſit intellectiuus nec ſenſitiuus, non quod à perfectiōe intellectuali ac ſpiritaliter ſen
Gene. 8 ſitiua deficiat, cum & in Geneſi recitetur: Odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis [ſicut & ir
rōnale repoſuimus] i. aſſcripſimus [ei qui eſt ſuper rōnem] quia iam diximus ꝙ diuina ſapiā eſt
irrationalis. [& imperfectionē plus q̃ perfecto & anteperfecto.] .i. imperfectionem attribui-
mus ei qui eſt plus q̃ perfectus, prout nos intelligere poſſumus, & ab æterno perfectus, quem-
Lib. Cauſ. admodum 22. ꝑpoſitiōe libri de Cauſis inducit: Cauſa prima eſt ſuperior omni nomine, quo
nominatur., quoniam non pertinet ei diminutio, neq; complementum ſolum: quoniam ipſa
ſuper omne complementum & ſuper omnem perfectionem, quia ipſa eſt bonitas, cui non eſt
finis. [& intactam & inuiſibilem caliginem luci inacceſſibili per excellentiam inuiſibilis lumi-
nis]. i. deum claritatis immenſæ nominamus inuiſibilem caliginem propter infinitam ſuper-
abundantiam ſuæ lucis, ob quam inuiſibilis & incomprehenſibilis nobis eſt, vt infra libro de
cognitionē diuinā oēs res creatas ideaſq; ã cedere mystica theologia plenius exprimetur. [¶ Itaq; diuinus animus]. i. intellectus dei æternus,
[omnia continet]. i. in ſe comprehendit ac intuetur [omnibus remota ſcientia] .i. per ſcientiā
ſuam æternam, quę eſt ſua eſſentia, vniuerſis incomprehenſibilis, ſupereminens, & in infinitū
tranſcendens [iuxta omnem cauſam]. i. ſecundum quod decet cauſam vniuerſorum [in ſeipſo E
omnem ſcientiam præambiens]. i. vniuerſorum notitiam præcognitionēq; habens [priuſq̃ an
geli fuerunt, ſciens & adducens angelos & omnia alia ab intus & ab eo, vt ſic dicam principio]
id eſt, cuncta ex fonte ſapientiæ ac omnipotentię ſuæ idealibus formis producens, hoc eſt, à ſe-
ipſo cunctorum principio [ſciens & in eſſentiam ducens]. i. ad naturas quas habent cuncta per
ducens. [Et hoc arbitror tradere eloquium]. i. docere ſcripturam [cum ait] in Eccleſiaſtico, &
alibi ſæpe [ſciens omnia ante generatiōem eorum]. i. anteq̃ facta ſunt. Diuina nanq; ſcientia
non cauſatur à rebus, ſed eſt cauſa earum, ſicut ait per Iſaiam: Antequàm fierent eram, & futura
Eccle. 23. Iſaiæ 45 prædixit. Nempe in diuina eſſentia relucent cuncta & ſingula cauſaliter, virtualiter, exempla-
riter, etiam infinita, quæ nunq̃ fient. Hinc ſubditur: [Non enī ex exiſtentibus exiſtentia diſcēs
nouit diuinus animus]. i. mens diuina nil ſcit addiſcēdo quicquam ex rebus, cum ſit inuariabi
lis penituſq; perfecta. [Sed ex ſe, & in ſe ſecūdum cauſam omnium, ſciētiam & cognitionem
& eſſentiam præfert & ante coambiuit] id eſt, nullatenus aliunde, prout cōuenit diuinæ cauſa-
litati, habet, & præhabet, æternaliterq; in ſe comprehendit om̄ium notitiam & naturam cauſa
liter: cognoſcēdo quoque perfecte ſuam omnipotētiam, ſcit & inſpicit vniuerſa & ſingula,
quæ poteſtatiue continētur in ea, & in quę ipſa poteſt. [nō ſecundum ſpeciem ſingula contem-
plans] id eſt, vnumquodque cognoſcēs nō per ſimilitudinem à rebus acceptam. Vnde alia ha-
bet tranſlatio non ex his quæ ſunt ea percepta nouit. Alia vero: non ſecundum viſionem ſin- F
gulis ſe immittēs. [ſed ſecundum vnam cauſæ circumſtantiam] id eſt, ſecundum ſuæ cauſalita
tis diſpoſitionem & proprietatem. Vel vt aliæ tranſlatiōes clarius habēt: ſecundum vnam cau-
ſæ continētiam. [om̄ia ſciens & continens, ſicut & lux ſecundum cauſam in ſeipſa cognitio-
nem tenebrarum præambiuit.] id eſt, lux creata ſi eſſet eſſentialiter intellectiua, ſeipſam co-
gnoſcendo neſceret caliginem ſibi cōtrariam, tanquam ſuæ claritatis priuationem. Propter
quod dicitur eadem eſſe ſciētia cōtrariorum. [Non aliunde videns tenebras quàm à lumine.]
Deū vnica ſui forma actuq; ſimplici om̄ia facere atq; cognoſcere id eſt, ex cōſideratione luminis, quid ſit eius priuatio penſans. [¶ Semet ergo diuina ſapiē-
tia cognoſcēs, cognoſcit om̄ia immaterialiter materialia, & nō partite partita] id eſt, corpora-
lia, materialia, ſenſibilia, diuiſibilia & diuiſa cognoſcit mens diuina, intuēdo ſeipſam immate-
rialiter, inſenſibiliter, indiuiſibiliter. Cognitio namq; cum ſit actio cognoſcētis, eſt & ſit ſecū-
dum modum atq; naturam cognoſcētis, nō cogniti: ſicut eandem rem aliter apprehēdit ſen-
Proclus. Auicenna ſus exterior, aliter imaginatio, aliter intellectus. Nihilominus mens diuina ſcit materialia, &
alia talia eſſe qualia ſunt. Iſtud quoq; Proclus & author libri de Cauſis, Auicēna & alij probāt
[& multa vniuerſaliter] id eſt, vnitiue ac vnico medio, vt alij tranſtulerūt. [ipſo vno om̄ia &
adducēs & cognoſcēs]. i. per propriam eſſentiam, vt eſt omnipotēs & cūcta pſitans, cuncta in-
ſpiciens atq; efficiēs. [Etenī ſi ſecūdum vnam cauſam deus oībus exiſtētibus eſſe tradit]. i. ſicut
& qa deus largitur oībus eſſe per ſuam indepēdentem, fontalem & fœcūdiſſimam cauſalitatē.
[ſcd̄m eandem vnicam cauſam]. i. per eandem ſuam productiuā virtutem. [ſciuit om̄ia, vt ex
ipſo exiſtentia] præſertim qa producit res ex pręuia cognitiōe & libere [& in ipſo aſi ſubſtitu
ta] id eſt



A ta] id eſt, idealiter atq; cauſaliter pręexiſtētia. [& non exiſtentibus accipiet eorum.] id eſt, deus
non ſumet rerum ſcientiam ex rebus. [ſed & ipſis ſingulis eorum ſcientiæ erit largitor] id eſt,
conferet vnicuique eam quam habet ſciētiam, quibuſdam per infuſionem, alijs per ſtudium &
naturalis luminis inueſtigationē, alijs per angelorum vel hominum informationem. Verita-
tis quippe cognitio qualitercunq; habeatur, à deo primæuæ principaliterq; donatur ac deriuatur,
quamuis per media pauciora aut plura. [Non * videns deus propriam ſui habet ſcientiam, al- * igitur deus
teram autem communem, exiſtentia omnia cōprehendens,]. i. deus ſeipſum intelligēs, & cun-
cta quoq; exiſtentia comprehendens, nō habet in ſe diuerſam & diſtinctam ſcientiam ſui ipſi-
us ac aliorum, ſed vna & eadem ſcientia ſcit ſe & alia cuncta, quamuis ſcientia iſta diuerſas ha-
beat nominationes, & ſecūdum rationis variam conſideratione ſortiatur diſtinctionem mul-
tiplicem. [Ipſa enim ſeipſam omnium cauſa cognoſcēs collocatio, vbi eorum quę ab ipſa ſunt,
& quorum eſt cauſa ignorantiæ?]. i. cum cauſa prima ſeu ſapiētia eius ſeipſam ſciat eſſe omniū
cauſam, vbi vel quomodo poterit in ea collocari, aut eſſe ignorantia ſuorum effectuū? [Hac er
go deus exiſtentia cognoſcit]. i. deus cognoſcit ea quæ ſunt ſciētia æternali [nō ſcientia exiſtē-
tium]. i. nō ſcientia à rebus accepta [ſed ipſa ſua] id eſt ſua ſcientia ſeu cognitione increata, quę
eſt ſua ſubſtantia. [Etenim & angelos ſcire aiunt eloquia, quæ ſunt ſuper terram] id eſt ſcirptu Angelos terrena ſcire.
rę docent, ꝙ angeli noſcunt iſta inferiora, de quibus multoties inſtruūt homines, & futura prę
dicūt, vt in libris Moſi & prophetarum & euangelijs copioſe docetur [nō ſenſibus hoc cogno Exodi. 33 Iſaiæ 6.
ſcentes ſenſibilia & terrena] id eſt, nō per corporeos ſenſus, cū ſint incorporales ac ſimplices ſpi Ezech. 3
ritus: propter quod etiam dum in corporibus ſenſibiliter apparent, in quibus corporibus or- Apocal. 2
B gana ſenſuum foris monſtrantur, ipſi per organa illa nil apprehendunt nec ſentiūt, nec enim
ſunt ſubſtantiales illorum formæ, ſed motores. [Per propriam vero deiformis animi virtu-
tem & naturam]. i. per intellectualem ſuam potentiam & ſimplicem mentis ſuæ intuitum co-
gnoſcūt terrena ac cætera, & hoc ex concreatis ſibi ſcientijs vel ſuperiorum illuminationibus
ſeu alijs modis, prout ſuper ſecūdum Sententiarum diffuſe tractatum eſt. Illuc remitto lecto-
rem, hic dūtaxat ſimplici textus elucidationi inſiſtens, ac verborum inuolutionem reſoluens Affirmationes de deō
ac reſerans. [¶ In his autem quærere oportet, quomodo nos deum cognoſcimus neq; intel partim veræ
ligibilem] id eſt, non comprehenſibilem [neq; ſenſibilem, neq; quid vniuerſaliter exiſtentium partim falſæ.
exiſtentem] id eſt, non entem aliquid ex his quæ communiter eſſe dicuntur. [Nunquid ergo
aliquando verum eſt dicere, quia deum cognoſcimus?] id eſt, ꝙ eum aliquo modo ſcimus? &
vtiq; [non ex ſua natura]. i. non à priori, cum ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, & primę cau Scire quid
ſæ non eſt cauſa, nec eum in ſeipſo clare inſpiciendo. [Incognoſcibile enim hoc] ſcilicet quid
ſit deus [& omnem rationem & intellectum ſuperans] haud dubium quin infinite. [Sed ex o-
mnium exiſtentium ordinatione vt ex ipſo prætenta & imagines quaſdam & ſimilitudines di
uinorum eius paradigmatum habente in ſummum omnium via & ordine ſecundū virtutem
C redeundū] hoc eſt, redeundū nobis eſt in iſta peregrinatiōe ſcd̄m virtutem. i. ſcd̄m quod vale-
mus in ſummum oīm. i. in dei altiſſimi cognitionē, ex ordinatiōe. i. ex conſideratiōe ordinatiſ- Sapien. 11
ſimæ diſpoſitiōis rerum vniuerſarū, prætenta. i. cōſeruata in rebus ex deo, qui in numero, pon-
dere & menſura cōſtituit vniuerſa, & ipſa ordinatiōe habēte & repræſentāte imagines quaſdā
& ſimilitudines. i. imitatiōes, cōformatiōes, ſeu aſſimulatiōes paradigmatū diuinorū. i. exēpla-
rium rationū mentis diuinæ, iuxta quarū ꝑconceptionē facta & ordinata ſunt oīa: nam operi Plato
ſuo formam deus opifex indidit, iuxta Platonē, & ſicut in Exordio Geneſis S. edocuit Moſes, Gene. 1.
deus in exordio res ipſas creauit, deinde creatas diſtinxit, diſtinctas quoq; deinceps ornauit.
Iccirco ſcd̄m Platonem, incōparabili pulchritudine mundus eſt. Sic ergo redire debemus ex
effectibus in cauſam ſupremam, via. i. proceſſu conſideratiuo ac medio quodam, & ordine. i.
habitudine & cōnexiōe plurimorum ad inuicem. [omnium ablatione]. i. omnia abnegando
de deo, ſecundum quod nos ea capere poſſumus: quoniam in infinitum perfectius & excellen
tius competunt ei, q̃ intelligere valeamus: iccirco & cōueniunt ei excellentiſſime. Vnde ſubiū-
gitur: [& eminentia & omnium cauſa]. i. ſumma & vniuerſali cauſalitate, per quam ſcimus &
demonſtramus à poſteriori, ꝙ omnium rerum perfectiones in deo conſiſtant. Hinc in myſtica
fertur Theologia: Opportunum in eo omnium rerum perfectiones ſtatuere, tanq̃ in prima & via duplex aſcēdendi
ſumma omnium cauſa. In his verbis glorioſus Theologus triplicem tangit viam, modum ac ex creaturis ad cog
ordinem aſcendendi in dei cognitionem ex creaturis: videlicet viam ablationis & eminentiæ nitionē dei
atque cauſalitatis. Alibi vero ponit & viam poſitionis ſeu affirmationis, prout iſtud ſuper
Myſticam Theologiam potius habet locum. Inſuper Iohannes Damaſcenus in exor- Iohā. Da.
dio libri ſui teſtatur: Non reliquit nos deus in omnimoda ignorantia ſui. Omnibus
enim

Ca.VII. enim cognitio exiſtendi deum,ab ipſo naturaliter eſt incerta. Ipſa etiam creatio & permanen- D
tia ac gubernatio magnitudinem prædicat diuinæ naturæ. Quibus verbis addit tertio primi
Ibidē ca.3. libri capitulo:Qualiter cōtrariæ naturæ elementorum in vnius mundi conſiſtentiam ac con-
ſummationem conueniſſent,& indiſſolubiles permanſiſſent,niſi aliqua virtus omnipotens ea
congregaſſet,atq; indiſſolubiliter conſeruaret. Quid eſt,aut quis eſt qui ſtatuit cœleſtia pari-
ter & terrena,& omnia quæ commorantur,viuūt ac mouentur in elementis? Quid eſt q̊d ma-
net & regit prouidetq; hæc omnia inceſſabili motu,ordinate ac vniformiter, niſi creator & ar-
tifex horum,qui rationem ac legem impoſuit eis, ſecundum quam machina mundi ſubſiſtit,
fertur,durat,atq; deducitur? Nō enim fortunæ aut caſui attribui poteſt talis virtus. Et dato ꝙ
generari ſit caſus,cuius erit ordinare? ¶ Præterea quantitas creaturarum conſiſtit in multi-
tudine & magnitudine,multitudo in generibus, ſpeciebus ac indiuiduis, in ſimilibus quoq; &
diuerſis ac permixtis. Magnitudo in mole & ſpatio,moles in maſſa & pondere,ſpacium vero
conſiſtit in longo & lato ac profundo,decor creaturarum eſt in ſitu ac ſpecie, motu & qualita-
te. [Proinde & deus in omnibus agnoſcitur].i. in vniuerſis & ſingulis, ſicut cauſa in ſuis effe-
ctibus,imo quælibet creatura in aliqbus ſuum repræſentat factorē, & quo plura ſimul penſan-
tur cum ſua coordinatione,proprietate,decore & efficientia,eo pręclarius in illis poteſt cogno-
ſci,potentia,ſapientia bonitaſq; creatoris. [& ſine omnibus,] quoniam per ſe ſolum poteſt ſe
manifeſtare qbus vult,& ſup̃mæ hierarchię angelicę ſic aliqua pădit[& per ſciam deus cogno-
Oſee.6. ſcitur]qui loquitur per Oſee prophetam:Scientiam dei volo plus q̃ holocauſta. His conſonat E
Sapientię13 illud libri Sapient. Vani ſunt omnes homines,quibus non ſubeſt ſcientia dei. A magnitudine
enim ſpeciei creaturæ,poterit cognoſcibiliter horum creator videri. Vnde in Eccleſiaſtico ſcri-
Eccle. 43. ptum eſt:Vide arcum,& benedic qui fecit illum. Valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. [& per
† inſciētiā † iuſtitiam].i. per effectus & opera iuſtitiæ ſuę cognoſcitur deus, vt patuit in plagatione Aegy-
Exo.7.8. ptiorum,in generali diluuio,in deſtructione Chananæorum. Hinc dominus dixit per Moſen
9.10.11.12 Pharaoni:Iccirco poſui te,vt oſtenderem in te fortitudinem meam,& narretur nomen meum
Gene.6.7. Ioſue 12.13 in omni terra.[& eſt eius & intelligentia,& ratio,& ſcientia]id eſt,iſta conueniunt deo,& emi-
Exodi.9 nentiſſime ſunt in eo. Mentes item creatæ ſuo modo intelligunt deum,& ſciunt, & ratiocinan-
tur de ipſo,& ſic habent intelligentiam,rationem,ſcientiamq; de ipſo. [& tactus,& ſenſus,&
Deus quō tangibilis. opinio,& phantaſia.] Conſtat deum tangi non poſſe tactu corporeo,ſed ſpiritali,qui eſt reali-
Lucæ.24. ter intellectus,niſi ꝙ verbum incarnatum per aſſumptam naturam palpabile fuit: Palpate,in-
1.Iohan.1 quiens,& videte. Vnde in prima ſua Canonica S. dixit Iohan. Manus noſtræ contrectauerunt
de verbo vitæ. Veruntamen deus metaphorice & in ſuis effectibus dicitur aliquo modo attre-
Actuum.17 ctari ſeu palpari,iuxta quod loquitur Paulus:Deus diffiniuit ſtatuta tempora,& terminos ha-
bitationis hominum,quærere deum,ſi forte attrectent eum aut inueniant. Sic & ſenſus ſpiri-
1.Iohan.5 tualis eſt de deo,iuxta illud Iohan. Scimus quoniam filius dei venit,& dedit nobis ſenſum,vt F
cognoſcamus deum verum. Porro diuerſæ opiniones fuerunt & ſunt de deo & attributis ipſi-
us. Rurſus q̃uis ipſe non ſit directe aut proprie ſubiectum aut obiectum phantaſiæ ſeu imagi-
Proclus. natiuæ potentiæ,vt in libro Procli & de Cauſis oſtenditur, attamen ſenſitiuę potentiæ interio-
res & exteriores concurrunt & cooperant ad intellectuales actiones circa ipſum: ſed & aliqui
rudiores,qui ſe ſuper omnia materialia nequeunt faciliter eleuare, groſſe & indecenter phan-
taziari ſolent & imaginari de deo,inter quos fuerunt rudes & indoctiſſimi illi hęretici, qui di-
xerunt deum in deitatis natura eſſe corporeum, & humani corporis lineamenta habere,quod
hucuſq; putāt quidam perditiſſimi inſipientiſſimiq; Iudæi. [& nomen].i. appellatio etiam cō-
Exo.5 uenit deo,qui Moſi ſciſcitanti:Quod eſt nomen tuum,reſpondit:Ego ſum qui ſum. Hęc dices
Exo.3 filijs Iſrael:Qui eſt,miſit me ad vos. Et iterum:Ego dominus,qui apparui Abraam,Iſaac,& Ia-
cob in deo omnipotente,& nomen meum Adonai non indicaui eis. [& alia omnia]ſunt noīa
eius per cauſam,aut aliquo modo præfato. [& neq; intelligitur]in hac vita ſecuti eſt, & quan-
tum ad quid eſt[neq; dicitur].i. non exprimitur per verba ſignificantia plenarie quid ſit[neq;
Prouer.30. nominatur]nomine notificante eſſentiam eius,iuxta illud Prouerbiorum:Quod nomē eius?
& quod nomen filij eius,ſi noſti? [& non eſt quid exiſtentium].i. non eſt aliquid entium ordi-
nis vniuerſi [neq; in quodam exiſtentium cognoſcitur].i. in nullo entium agnoſcitur quid ſit
Coloſſen.3 [& in omnibus omnia eſt].i. ipſe eſt omnia in omnibus,non eſſentialiter,ſed cauſaliter. [& in
nullo nullum].i. non eſt in aliquo nihil aut non ens. [& ex omnibus & in omnibus cognoſci-
tur]In omnibus enim apparet & repræſentatur. [& ex nullo in nullo].i. ex nulla re creata co-
Deus ab oī laudať creatura. gnoſcitur in non vllo ſeu nemine. [¶ Et hæc recte de deo dicimus,& exiſtentibus omnibus
laudatur ſecundum omnium analogiam].i. ex cunctis rebus hymnizatur & celebratur, iuxta
earum



earum proportionem & menſurā, videlicet prout magis & minus in eis relucet perfectio dei,
quorum eſt cauſalis.i. cauſatiuus. [Et eſt iterum diuiniſſima dei ſcientia].i. eſt & alia cognitio
A ſeu contemplatio dei ſublimior [per incognitionem cognoſcens].i. per ignorantiam eum in-
tendens,hoc eſt,per oīm abnegationem ab eo. [ſecundum ſuper animum vnitatem]id eſt,per De vniōe
vnionem mentis cum eo,ſupermentalem,ſecretiſſimam,communi generi hominum prorſus mētis cum
ignotam.cum animus exiſtentibus omnibus reducens].i. cuncta creata tranſcendens ac deſe- deo
rens.[deinde & ſeipſum relinquens]id eſt,contemplando ac diligēdo deum, ſe prorſus tranſi-
liens,obliuiſcens,tranſgrediens, ita quod non attendit nec apprehendit ſeipſum, nec propriū
actum,nec aliquid ſui, transformatus & abſorptus in ſuperdilectiſſimum deum. [vtitur,] vel
potius vnitur[ſuperapparentibus radijs]id eſt,fulgoribus radioſis ac radiantibus ſplendori-
bus doni ſapientiæ ſalutaris,flammigeræ,amoroſæ, ac gratioſiſſimę illuminationis diuinæ.
[Inde ibi inſcrutabilis profundo ſapientiæ illuminatus] id eſt,repletus, vnctus & copioſe per-
fuſus altitudine incomprehenſibilis ſapientiæ increatę ac pelago deitatis. Iſta dei per ignoran-
tiam cognitio,hæcq; contemplatio myſticę theologiæ,quę eſt interniſſima & abditiſſima mē- Theologia mystica
tis cum deo locutio, eſt altiſſima deitatis notitia,quam de ea in hac vita habemus,qua deo cō-
iungimur prorſus ignoto, in qua contemplatione mens amoroſa & pura præ ingenti admira-
tione ac ardentiſſima dilectione,præcordialiſſima quoq; complacentia ſuperamabiliſſimi,ſu-
pergratioſiſſimi ac ſuperſereniſſimi dei,à ſeipſa deficit,alienatur,ac defluit,& abſorbetur in in-
finitas illas diuitias glorię ſui dilecti, obdormiens in eodem, iuxta quod ſcriptum eſt: In pa- pſalm.4.
ce in idipſum dormiam & requieſcam. De his in expoſitione myſticę theologię,prout ordina-
uerit & conceſſerit dominus,diffuſius eſt tractādum:tantiſper hic tactum ſit, vt ad illud mens
B magis anhelet. [Et quidem & ex omnibus,quod quidem dixi, ipſa cognoſcenda] id eſt,deitas
ex cunctis & ſingulis creaturis eſt aliquo modo prætacto conſideranda & agnoſcenda, vt ſæ-
pius eſt expreſſum. Quæ q̃uis magna & admiranda ſit,appareatq; in magnis,mirabiliora ta-
men frequenter glorioſius operatur in minimis. [Ipſa enim eſt ſecundum eloquium omnium
factrix].i. creatrix[& ſemper omnia compaginans].i. congruenter coaptans, [& inſolubilis
omnium congruentię & ordinationis cauſa.].i. effectrix indeficiens indeficientis conuenien-
tię coordinationiſq; omnium rerum,ſecundum exigentiam finis vniuerſi. Hinc teſte Apoſto-
lo, quæ à deo ſunt, ordinata ſunt. Qui etiam cohortatur: Omnia honeſte, & ſecundum
ordinem fiant in vobis. Ordo quippe eſt optimum quid in rebus. Hinc in lib. Sapientiæ legit Roma.13
Omnium artifex eſt ſapientia,& attingit vbiq; propter ſuam munditiam. [& ſemper fines prio- 1 Corin.14 Sapientię 7
rum].i. vltima ſuperiorum[connectens principijs ſecundorum].i. altioribus ſequentium,ita
ꝙ illa inter habeant conuenientiam magnam atq; pręcipuam, non tamen ſummum ordinis
inferioris æquale eſt in infimo ordinis ſuperioris in dignitate & perfectione. Sic infimum ani-
malium connexum eſt ſupremo tantum vegetatiuo. Eccleſiaſtica quoque hierarchia, quo
ad ordinem in ea ſupremum,connexa eſt, & multum aſſimilata infimo choro hierarchiæ an-
gelicæ,non tamen illi æqualis ſecundum hunc ſtatum. Propter quod de beatiſſimo Iohanne
C Baptiſta dicit Saluator:Qui minor eſt in regno cœlorum, id eſt, infimus angelorum, maior
eſt illo. Hinc in Elementatione ſua theologica theoremate 146. Proclus diſſeruit:Omniū diui- Matth.11 Proclus
norum proceſſuum fines & ſua principia aſſimilantur. Et theoremate ibi immediate ſequēte:
Omnium diuinorum ornatuum ſumma aſſimilantur vltimis ſuperpoſitorum. Et poſt pauca:
Omnis inquit diuinus ordo ſibiipſi coniunctus eſt tripliciter,hoc eſt,à ſummitate ſui & medie- Idem.
tate ac fine. Conſonat his illud libri Cauſarum: Creatā ſe adinuicem ſequuntur, & oportet ꝙ
continuatio & ligatio ſit in eis. [& vnam vniuerſitatis conſpirantian & harmoniam pulchram Lib. Cauſa.
faciens]id eſt,imprimens ſpeciebus & entibus vniuerſi naturalem conformitatem,& quaſi ęq-
ualenter quendam conſenſum vnanimem ac fixam concordiam, ita quod omnia tendunt ad
vnum,& inuicem ſibi bona communicant,ac mutuo ſe conſtipant, quemadmodum in exerc-
tu cernimus,atq; in cantibus & muſicis ſonis,in quibus ex triplicibꝰ ſonis ac vocibus,pulchra,
ſuauis,ac iucunda ſurgit & confluit melodia,prout de hoc Plato, & ante eum Pythagoras, & Pythagor. Plato.
poſt eos Cicero ſubtiliter conſcripſerūt,ſanctuſq; Auguſtinus libro de Ciuitate dei. Gregori- M. Cicero Auguſtin.
us quoque beatus hinc tangit ſuper illud Iob: Nunquid noſti ordinem cœli,aut pones rationē Gregorius.
eius in terra? Vnde & in libro Sapientię fertur, quod ſapientia illa omnium diſpoſitiua, attin- Iob.38
git à fine ad finem fortiter,& diſponit cuncta ſuauiter. Hinc habet tranſlatio alia: Vnam mun- Sapient. 8.
di conſpirationem & congruentiā decentiſſime faciens. ¶ [Ratio vero laudatur deus à ſacris
eloquijs.]id eſt, deus in ſcipturis laudať vt ratio,id eſt mens rōnabiliter & ſapientiſſime ope-
 rans

Ca.VII. rans,quamuis in noſtra tranſlatione raro aut nunquam ſub hoc nomine ita laudetur:non ſo
lum quia & rationis & intellectus & ſapiētiæ eſt largitor [ſed quia & omnium cauſas in ſeipſo D
vniformiter præambiuit] id eſt,vniuerſorum cauſas & rationes in ſeipſo immutabiliter,idea
liter,æternaliter comprehendit, prę̨uidit,diſpoſuit. [& quia per omnia implens peruenit,vt
eloquia aiunt,vſq; ad omnium finem.] .i. per bonitatis & lucis ſuæ influxum cuncta propor
Ierem.23. tionabiliter implens,ſicut ait per Ieremiā: Cœlum & terram ego impleo,per ſuas largitiones
Sapien.7 largiſſimas vndiq; ſe diffundit,& vbiq; pertingit,vt iam ex Sapientiæ libro eſt allegatum.[Et
ante quidem hæc] .i.ab æterno ante hæc omnia[in omni ſimplicitate diuina ſuperſimplifica
tur ratio.].i.ratio ſecundum quod conuenit deo,non eſt diſcurſiua & imperfecta, ſicut in no
bis,ſed eſt incomparabiliter ſimpliciſſima mens in omni,id eſt,perfecta ſimplicitate intuens ſi
mul vnico actu cuncta & ſingula. [& ab omnibus eſt ſuper omnia, ſecundum ſupereſſentiale
abſoluta.].i.eleuata & libera ſecundum ſuum ſuperſubſtantialem modū à nullo dependens,
cunctiſq; præminens infinite. Propter quod ſubditur:[Ipſa ratio eſt ſimpla & vere exiſtens ve
Vnitatē ac ritas].i.ratio dei,eſt ſua æterna, ſimpliciſſima[atq; per ſe ſubſiſtens inuariabilis veritas. ¶De
cipi bifar. niq; veritas duplex eſſe communiter dicitur,vtputa veritas rei,& veritas propoſitionis ſeu ve
ritas mentis:& ſicut deo excellentiſſime competit eſſe & ratio entis,eſſentia & natura:ita & ve
Veritas qd ritas rei,quæ eſt vera ſua deitas,conformiſſima intellectui ſuo & intellectioni ſuæ de ea. Præ
terea cum veritas appelletur adæquatio intellectus ad rem intellectā,ipſe deus digniſſime nū
cupatur verus,& veritas prima perfecta,quoniam ſuæ naturę ad ſuum intellectum eſt adęqua
Veritas in deo triplex tio plena & maxima. In ipſo eſt veritas vitæ, veritas ſapientiæ ſeu doctrinæ,veritaſq; iuſtitiæ. E
Ab ipſo omnis veritas rerū cauſatur,& triplex veritas in creaturis intellectualibus fluit ac deri
Veritas in creaturis triplex uatur:veritas vtiq; vitæ,veritaſq; doctrinæ, veritas quoq; iuſtitiæ. Hinc ſicut à facie vna in diuerſis
ſpeculis plures reſplendent imagines,ſic à veritate increata æterna,plures in creaturis originā
tur,imprimuntur,reſultantq; veritates. Rurſus quemadmodum vno in ſpeculo plurimorum
vultuum ſimilitudines quædam apparent,ita in ipſa vna ſimplici veritate diuina, omniū crea
Fides qd. turarum veritates exemplariter ſplendent[Circa quam vt puram & non errantem omnium
ſcientiam diuina fides eſt vnicū credentium fundamentum,eos collocans veritati & eis veri
Tho. Aq. tatem.]Iſta eſt diffinitio fidei, quæ eſt theologica virtus,quæ diffinitio,vt ſanctus Thomas di
Hebræ. 11. cit,in Secunda ſecundæ, tractatu de fide, eſt eadem cum diffinitione fidei, quam ad Hebræos
ponit Apoſt. Fides eſt,inquiens,ſubſtantia rerum ſperandarū,argumentum non apparentiū.
Quæ deſcriptio quamuis non ponatur ſub forma diffinitionis,omnia tamen includit, ex quibus fi
des poteſt congrue diffiniri,& poſſunt verba illa Apoſtoli ad formam diffinitionis ſic redigi:
Fides eſt habitus mentis ſeu intellectus, quo inchoatur in nobis vita æterna,id eſt beatifica vi
Fidei diffinitio alia ſio,faciens intellectum aſſentire non apparentibus. Porro diffinitiones fidei aſſignatæ ab aliis
Auguſt. ſunt quædam explicationes & declarationes diffinitionis Apoſtoli, vt cum aſſerit Auguſtin.
Fidei diff.3 Fides eſt virtus,qua creduntur quæ non videntur,& dum loquitur Damaſcenus:Fides eſt con F
Iohā. Da. Fidei dif.4 ſenſus non inquiſitus. Et rurſus lib.4. cap.2. Fides eſt eorū quæ ſperantur,hypoſtaſis.i.ſubſiſtē
Fidei dif.5 tia. Et cum Hugo affirmat: Fides eſt certitudo mentis de abſentibus, ſupra opinionem & in
fra ſcientiam. Itaq; fides diuina .i. fides catholica, quæ eſt virtus, præſertim fides formata,eſt
fundamentum vnicum.i. virtus cognitiua prima,& fundamentalis credentium deo,cuius au
thoritati credunt,& cuius veritati innituntur credendo. Ideo dicitur fides eſſe & verſari circa
ſcientiam omium,puram & non errantem,id eſt,circa increatam & infallibilem veritatem o
mnia cognoſcentem,quæ eſt fidei huius obiectum,collocans eos veritati .i. coaptans & appli
Bona fidei. cans ipſos veritati credendorū,& veritatem illam ipſis couniens. Etenim fides ſua luce intelle
ctum perfundit, & inclinat ad conſentiendum credendis. Hinc aliæ tranſlationes clarius ha
bent:Collocans eos in veritate,& veritatem in eis. Vna etiam dicit: Fides eſt ſtabilis creden
tium ſedes.[incredibili incommutabilitate ſimplam veritatis ſcientiam habentibus credulis]
.i.ipſis fidelibus habentibus ſcientiam ſimplam, id eſt ſimplicem, incompletam, ſeu inchoa
tam notitiam. Nam & ſcientia interdum accipitur pro fidei cognitione,vt in libro Iob: Scio
quod redemptor meus viuit,& in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſim. Apud Iohannem
quoque:Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die: incommutabilitate incredibili,
id eſt, firmiſſime,ita quod maluit mori,quàm à fide recedere,ſicq; ſtabilitate & firmitate incre
dibili adhærent fidei veritati. [¶Ipſa enī eſt ſcientia adunatrix cognoſcentium & cognito
rum]id eſt,fides eſt quædam notitia, coniungens ipſos qui credunt, veritatibus diuinorum
quas credunt.[ignorantia vero tranſmutabilis ſemper.]id cauſa & meritoria ratio ſeparatio
nis, qa



A nis,quia per eam meretur homo ſeparari à deo, & ſeparatur à veritate. Propter quod dixit 1.Cori.14.
Apoſtolus:Qui ignorat,ignorabitur:quod de ignorantia iuris, & neſcientia affectata potiſſi
me verum eſt.[& ex ſeipſo ignoranti ſeparationis cauſa]id eſt,ratio diuiſionis damnabilis ne
ſcienti,quod tenetur ſcire. Cauſa inquam ex ſeipſo,id eſt, ex ſuiipſius negligentia aut prauita
te, vel cauſa ſeparationis ex ſe, id eſt,à ſe,quia per ignorantiam huiuſmodi perdit ſeipſum,& re
cedit à ſe ad vana & ad inſanias falſas. Vnde dixit Apoſtolus:An nō cognoſcitis voſmetipſos 2.Cor. 13.
niſi forte reprobi ſitis. [in veritate credentem iuxta ſacrum verbum nihil remouebit eā, quæ
eſt ſecundum veram fidem lætitia.] id eſt,eum qui vere credit,vel qui credit in veritate in deū,
nulla proſperitas, nulla aduerſitas auertet à gaudio ſpiritali, quod habet credēdo per fidē for
matam. De quo ait Apoſtolus:Deus ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo. [In Roman 15.
qua manſionem habebit ſtabili & intranſmutabili vniformitate.] id eſt, in fide & eius cogni
tione ac conſolatione fixus immobiliſq; manebit, ſicut in electiſſimis innumerabilibuſque
martyribus vtriuſq; ſexus huberrime patuit, quorum fidem atq; conſtantiam deus per innu
mera & pręclara approbauit miracula. Vnde Corinthios hortatur Apoſtolus:Stabiles eſtote
& immobiles,abundantes in opere domini ſemper, ſcientes quod labor veſter non eſt inanis 1.Cor.15.
in domino. De hac fidei virtuoſitate,efficacia & conſolatione diffuſe ſcribit Apoſtolus ad He Hebræ. 11.
bræos.[Etenim ſcit ad veritatem vnitus]id eſt,deo ac fidei veritati coniunctus. [vbi bene ha
bet]id eſt,qualiter ſtet,& vbi ſit fixus. [& ſi multi corripiant eum tanquam mente excedentē]
id eſt,quamuis perfidi & inſenſati redarguāt, derideāt,perſequantur eum quaſi delirū & amen
B tem. [Latet quidem velut imago eos erroris à veritate per veram fidem mente excedens.] .i.
fidelis iſte mente excedens,id eſt,in diuina tranſcendens,& in deum per raptum & ecſtaſim p
ficiſcens per fidem ſanctam,latet illos iniquos & excæcatos,quantum ad ſua interiora, tanq̄
imago erroris,id eſt, ſicut falſitati & erroribus totaliter deditus; ſecundum eorum æſtimatio
nem,à veritate,id eſt per receſſum & alienationem à veritate. Hi tales in tormentis dicturi ſunt
illud libri Sapien. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam. De quibus Apoſt. Lu
dibria,inquit,& verbera experti.[Ipſe autē vere ſcit ſeipſum].i. vere & humiliter ſe cognoſcit Sapien.5
Chriſtianum & in ſtatu ſalutis, ſaltem ſcientia coniecturali atq; probabili. [non quod aiunt illi Hebræ. 11
inſanientem].i. non cognoſcit ſe eſſe amentem vel inſanum. [ſed inſtabilitate & mutabilitate
circa largiſſimum erroris variū ambitum per immobilem,& ſemper ſecundum eadem,& ſic ſic
habentem veritatem liberatum]hoc eſt,ipſe cognoſcet ſe liberatū à laqueis diaboli, ab inſta
bilitate & mutabilitate. i. à cordis fluctuatione & inconſtantia,circa ambitum,id eſt, per vaga
tionem erroris variam,largiſſimam. i. multiplicē copioſam, iuxta illud: In circuitu impij am
bulant,quia de vno errore labuntur in alium,per veritatem immobilem habentem ſe ſemper Pſalmo. 11.
ſic ſic. i. eodem modo,& ſecundum diſpoſitionem eandem,cui adhærendo ſtabilitur ac libera
C tur. Vnde ait Saluator: Si manſeritis in ſermone meo,vere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis Iohan. 8.
veritatem,& veritas liberabit vos. Hinc Epheſios monet Apoſtolus: Iam non ſimus par
uuli fluctuantes,nec circumferamur omni vento doctrinæ. Et alibi: Teneamus inquit,ſpei no Ephe. 4.
ſtri confeſſionem indeclinabilem. [Sic ergo ſecundum nos diuinæ ſapientiæ principales du
ces].i. maiores prælati,vt ſancti epiſcopi, & perfectiores doctioreſq; viri, Chriſtianæ theoriæ
magiſtri.[pro veritate moriuntur omni die.]quibus Chriſtus prędixit: Trademini à parenti
bus & cognatis & fratribus & amicis, & morte afficient ex vobis. [teſtimonium perhibentes, Lucæ 21.
vt eſt conſequens, & verbo omnino & opere vnicę propter Chriſtianos vere ſcientiæ], i. pro
teſtantes omnino. i. perfecte verbo prædicationis & opere conuerſationis atq; conſtantiæ, ac
proprij ſanguinis effuſione propter Chriſtianos. i. ad fidelium ædificationem, ſcientiæ vnicæ
veræ. i. doctrinæ fidei orthodoxę catholicæ, vt conſequens & decens eſt[hoc eſt omniū ipſam
eſſe & ſimpliciorem & diuiniorem, magis autem ipſam eſſe ſolam, veram & vnam & ſimplam
diuinam ſcientiam.].i. hanc doctrinam & fidem ac legem Chriſtianorum, inter omnes ſectas
eſſe nunc ſolam ſcientiam ſalutarem, vnam, veram ac ſimplicem, ſine omni plica falſitatis, dupli
citatis & ſimulationis. Hinc in Actis princeps ait apoſtolorum: Ieſus Chriſtus lapis eſt, qui fa
ctus eſt in caput anguli, & non eſt in aliquo alio ſalus. Nec enim nomen ſub cœlo datū eſt ho Actuum. 4. Pſalm. 117.
minibus, in quo oporteat vos ſaluos fieri. Qui & in epiſtola ſua fatetur: Prophetæ conteſtati
ſunt hanc eſſe veram gratiam, in qua ſtatis. Hoc eſt quod Chriſtus aſſeruit: Ego ſum via, veri 1.Petri 5. Iohan. 14.
tas & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Et rurſus: Qui non credit, iam iudicatus eſt, qa Iohannis 3.
non crdit in nomine vnigeniti filij dei.

Capitis huius VII. tranſlatio alia clarior.

D

Sapiētiā in creatā eē ſuper omnē creatā ſapientiam. pſalm.146 S.Paul. Hierothei et Dionyſij cōmunis magr. 1.Corint.1

AGE vero bonam illam æternamq; vitam, ſi placet, tanq̃ ſapientem, atq; vt ipſam ſapientiam celebremus: imo vero & omnem ſapientiam procreantem, & ſuper omnē ſapientiam intelligentiamq; eminentem. Deus enim non ſolum exhuberat ſapiētia, ſapientiæq; eius non eſt numerus: ſed omnē rationem & intellectum ſapientiāq; excedit. Itaq; mirabiliter intelligens vir ille reuera diuinus, communiſq; noſter noſtriq; præceptoris ſol ait: Quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus: non ſolum quia oīs humana cogitatio ad firmitatem ſtabilitatemq; diuinarū perfectiſſimarumq; intelligentiarum comparata, error quidam eſt, verum etiam quia theologorum mos eſt, quæ ad priuationem petrinēt de deo conditione quadam oppoſita prædicare. Sic igitur ſacrę literæ inuiſibile dicunt lumen omnium fulgentiſſimum, eumq; qui laudes omnes & nomina iure ſibi vendicat, ineffabilem, & abſq; nomine nuncupant. Præterea præſentem omnibus, ex omnibuſq; compertum, incōprehenſibilem & nuſq̃ inueſtigabilem aſſerunt. Hac vtiq; ratione diuinus Apoſtolus in præſentia ſtultitiam dei dicitur celebrare, quod videlicet in ea præter ratiōem modumq; apparet, ad ineffabilem omniq; ratione ſuperiorē referens veritatem.

Deū nō humana ſeddiuina ṽtute percipi.

¶ Verum quod alibi dixi, quādo more noſtro, quæ ſupra nos ſunt accipimus, atq; ea virtute confidimus, quę vna cum ſenſibus alitur diuina noſtris conferens, fallimur. Quippe cum diuinum illud archanum iuxta apparentem nobis ſpeciem perſequamur: operæpreciū fuerat animaduertere noſtrū intellectū, partim quidem habere intelligendi virtutem, per quā intelligibilia cernit, partim vero vnionem quandam excelſiorem intelligentia, per quam his quæ ſuper intellectum ſunt, coniungitur. Eiuſmodi igitur vnione cognoſcenda ſunt diuina, nō humano quodam more, ſed quatenus ipſi toti nos totos excedimus, noſq; integros deo dedimus. Præſtat enim eſſe dei, q̃ noſtri iuris. Ita demum diuina nobis tradi poterunt, ſi cum ipſo deo fuerimus.

E

Sapiētiā in cauſatā ſup oīa affirmādā atq; negandam.

¶ Hanc igitur irrationalem & amentem ſtultamque ſapientiam eminenter celebrantes, dicamus, omnis intellectus, rationis, omniſq; ſapientię & intelligentiæ cauſam eſſe, ipſamq; eſſe omne conſiliū ab ipſa cognitionem intelligentiamq; omnem exiſtere, in eo omnes cognitionis ſapientiæq; theſauros abſconditos eſſe, atq; vt conſequenter ex illis quæ iam diximus proſequamur, cauſa illa ſuper ſapientiam vniuerſam conſiſtens, omnemq; comprehendens ipſam ſapientiam, et totā vniuerſalr & q̃libet procreat ſingulatim.

Contēplatiōes brūtcas angł orgāc ab æterna ſapiētia

¶ Ex ipſa pfecto intelligibiles intellectualeſq; angelicarum mentium vires. ſimplices ac beatas intelligentias habent, nec in aliquibus diuiſibilibus, nec à diuiſibilibus, ſiue ſenſibus, ſiue rationibus diſcurrentibus, cognitionem diuinam colligunt, nec ab aliquo communi ad iſta ſimul comprehenduntur: ſed ab omni materiali conditione multitudineq; abſolute, intellectualiter, immaterialiter, vniformiter intelligibilia intelligunt diuinorum. Eſt ſane in ipſis intellectualis virtus & actio per impermixtam incōmutabilemq; puritatem deſuper illuſtrata. Propterea compos ad diuinas intelligentias contuendas, dum partim quidem per naturā impartibilem immaterialemq;, partim etiam per vnionē quandam, vt ita diximus, deiformem ad diuinam & pluſq̃ ſapientem mentem ratiōemq; pro viribus conformatur.

F

Animarum ſcientias eſſe a diuina ſapientia.

¶ Aīæ q̊q; facultatē rōnalem per diuinā ſapīam hñt, rex̄ veritatē circulari q̄dā diſcurſu quærentes. Atq; in eo q̄dē vnitis mentibus illis inferiores, ꝙ partibili variaq; cōditione ſpeculando pcedūt. In eo ṽo ꝙ multa in vnū colligūt, intelligētias angelicas, q̄tum aīabus cōueniūt, aſſequunf. Si qs p̄terea ſenſus etiā ipſos eſſe veſtigiū aliquod ſapię dixerit, nō aberrabit.

Mentes demonū eſſe ab incauſata ſapiētia

Daemoniaca quoq; mens, qua ratione mens eſt, ex illa dependet. Quatenus vero mens eſt q̊dammō demens, neq; ſciens, vc; neq; volens eo ipſo q̄d naturalr appetit pfrui, proprie vtiq; defectionē quandā à ſapīa noīare decet.

Negatiōes in diuinis nō defectū ſed exceſſū ſignificant.

¶ Diuinā q̄dē ſapīam eſſe ipſius vniuerſæq; ſapīæ & intelligentiæ oīs, rōniſq; & ſenſus cuiuſlibet principiū & cauſam, inſtitutorēq; & perfectionē, & conſeruationē atq; terminum, ſupra diximus. Ver̄ q̊nam pacto deus ipſa ſapīa vniuerſa ſuperior celebraf tanq̃ ſapīa & intellectus & ratio atq; cognitor. Quo eñ mō intelligibile q̊cq̃ intelliget, cū intellectuales nō habeat actiones? Aut q̃uo percipiet ſenſibilia, qui ſenſus vniuerſi fines excedit?

Hebræ.4. 1.Iohan.3.

Scire tamen illum oīa, nihilq; diuinā cognitionē effugere, ſacra teſtantur eloquia. Cæte[illegible] q̄d ſæpe iam monui, diuina myſteria, vt deū decet, accipienda ſunt. Sic itaq; intelligentię ſenſuſq; vacatio nō defectū in deo ſignificāt, ſed exceſſum, queādmodū & irrationale ipſi q̄d ſup rōnem eſt adhibemus, & impfectionē ei q̄d ſupra partes, & añ perfectionē extat, & intangibilem inuiſibilemq; caliginem inacceſſibili luci, qua vc; rationevifibile lumen exuperat.

Cognitiōe diuinā oēs res cāe oīm aſcēdeſ

¶ Diuinus igitur intellectus oīa cōtinet, cūctis eminēte cognitiōe p ipſam oīm cauſam in ſeipſo intelligentiā oīm anticipās. Priuſq̃ angeli fierēt cognoſcēs angelos atq; pducēs, cęteraq; oīa ex intimis ſuis, ab ipſo, vt ita loquar, exordio noſcens, ad eſſentiamq; perducens. Idq;



Eccle. 23. Daniel. 13.

Idq; arbitror ſacrum eloquium ſignificare dicens, qui omnia nouit anteq̃ fierent. Intellectus enim diuinus non res ipſas nouit ex ipſis: ſed ex ſeipſo, atq; in ſe per cauſam omnium notitiā, cognitionem eſſentiamq; anticipat, & excellenti ratione comprehendit, non diſtractus in ſingula, ſed per vnam cauſę comprehenſionē omnia ſciens atq; continens. Queādmodū & lumē per cauſam in ſeipſo notitiam tenebrarum anticipat, non aliunde tenebras pręter q̃ ex propria claritate cognoſcens.

A

Deū vnica ſui forma et actu ſimplici oīa facere & cognoſcere. Roman. 11

¶ Diuina igitur ſapientia ſeipſam cognoſcens, cuncta cognoſcit. Materialia quidē immaterialiter, impartibiliter partibilia, vnice multa, intuitu videlicet vno cuncta cognoſcens atq; producens. Nempe ſi per vnam cauſam deus eſſentiam omnibus impartit, per eandem quoq; cauſam vnicam. Scit inſuper omnia, quippe cum in ipſo ſint, & in ipſo ante ſubſiſtant. Neq; igitur ex rebus rerum accipiet notionem, ſed ipſe ſingulis id præſtabit, vt & ſe & alia noſcant. Deus igitur non aliam quidem ſui, aliam vero aliorum ſcientiam habet Ipſa nanq; omnium cauſa ſecernens, quonam pacto cogitari poteſt, quæ ab ipſa ſunt, quorū vel ipſa cā eſt ignorare? Hac igitur ratione deus cuncta cognoſcit, non quidem vlla rex̄, ſed ipſa ſui ipſius ſcientia noſcens.

Angeli q̃uō inferiora cognoſcunt. Exodi. 33.

Iam vero & angelos ſacra eloquia tradunt terrena cognoſcere, non quia per ſenſus ſenſibilia diſcant, ſed quoniam per propriam intellectus ſui quodammodo iā diuini virtutem naturamq; contemplentur.

Affirmatiōes de deo. ptim ṽę, ptim falſę ſūt

¶ Inter hęc quærendum eſt, quomodo nos cognoſcamus deum, cum neq; intelligibilis ſit neq; ſenſibilis, neq; omnino aliquid exiſtentium. Forte vero id reuera dicemus, nos deum nō ex ipſius natura cognoſcere (hoc eñ eſt ignotū, omnemq; rationē intelligentiāq; excedit) ſed ex ipſa rex̄ oīm ordinatiſſima diſpoſitione, vt ab ipſo producta, & imagines quaſdam ſimilitudineſq; diuinox̄ ipſius exemplarium præ ſe ferēte, ad illud quod omnia ſupereminet via ordineque pro viribus nos aſcendere, dum videlicet omnia de illo negamus, ſingulaq; tranſcendimus, cauſam duntaxat omnium aſſerentes. Quāobrem & in oībus deus agnoſcitur, ſeorſumq; ab omnibus, & per cognitionem, & per ignorationem deus ipſe percipitur, atque eſt ipſius intelligentia, ratio, ſcientia, tactus, ſenſus, opinio, imaginatio, nomen, cęteraq; oīa. Rurſus nec intelligitur, neq; dicitur, nec nominatur, nec eſt aliquid eorum quæ ſunt, neq; apprehenditur in aliquo exiſtentium. Item in omnibus omnia eſt, & in nullo nullum. Præterea ex omnibus cognoſcitur ab omnibus; & ex nullo nulli.

B

¶ Etenim iſta quoq; recte de deo dicimus, deuſq; rite ex omnibus celebratur per quandam omniū (quorum ipſe cauſa eſt) comparationem atq; proportionem. Eſt item diuiniſſima dei cognitio, quæ per ignorationē quandam prouenit ſecundum vnionem intellectu ſublimiorem, q̃n mens rebus omnibus poſthabitis ſeipſam quoq; dimittit, atq; ita radijs ſuperlucidis copulaf, & illinc & ibi inſcrutabili ſapientię profundo penitus illuſtratur. Iam vt ex omnibus etiam (ſicut dixi) deum inueſtigare fas eſt. Ipſe enim (iuxta ſacrum eloquium) efficit omnia, & harmonice cuncta componit, contextumq; & ordinem rerum inuicem indiſſolubilem vbiq; conſeruat, quatenus ſuperiorum fines ſequentium principijs vbiq; coarctat, atq; ita vnam harmonicamq; vniuerſi conſpirationem pulcherrime fabricat.

Prouer. 8

Deus quare nominaf rō

¶ Ratio vero deus à ſacris eloquijs nominatur, nō ſolum q̄a rōnis & mentis ſapīæq; author eſt, ſed etiam quia cauſas oīm vniformiter in ſe anticipat, & quoniā per ſingula diſcurrendo diſpenſat vſq; ad oīm finem, vt ſacra tradunt eloquia.

C

Iohān. 1. Hebreo. 4.

Atq; pręterea quoniam diuina ratio ſuper omnem ſimplicitatem ſe protēdit, & ab omibus ſecundum ſupereſſentiale munus eminenter abſoluitur. Hęc itaq; ratio eſt ſimplex vereq; exiſtens veritas, circa quam vt puram & nuſq̃ aberrantem vniuerſorum cognitionem fides diuina conſiſtit, ſtabile credentium firmamentum: quę q̄dem hos in veritate collocat, atque in ipſis collocat veritatem identitate quadam nunq̃ diſſuaſibili, ſimplicem veritatis cognitionem habentibus, qui iam crediderunt.

De veritate

De fide

De fidei firmitate, Roman. 8.

¶ Proinde ſi cognitio cognoſcentes inuicem cognitaq; coniungit, ignorantia vero permutat ſemper, ignorantemq; à ſeipſo ſeiungit: nimirū eum qui in veritate credit (vt ſacer tradit ſermo) nihil ab ipſo veræ fidei firmamento vel cauſa dimouet, in qua ſane conſtantiā immobilis immutabiliſq; identitatis habebit. Qui enim veritati coniunctus eſt, q̃ bene ſe habeat profecto nouit, etiam ſi multi eum corripiant velut àmentem. Latet enim eos, vt par eſt, hunc ipſum ex errore iam erutum per intemeratam fidem exceſdere, veritati coniunctum. Ipſe vero reuera ſeipſum nouit, non vt ferunt illi furentem: ſed ab inſtabili omnifariamq; variabili errore ſemotum, propter ipſam veritatem ſimplicem, ſemperq; ſecundum eadem & eodem modo ſeſe habentem. Hac itaq; ratione diuinæ ſapientię noſtræ præcipui duces pro veritate quotidie mortem obeunt, teſtificantes (vt decet) omni ſermone ſimul & opere, pro ſingulari Chriſtianorum veritatis cognitione, hanc videlicet eſſe oīum ſcientiarum ſimpliciſſimam atq; diuiniſſimam, imo hanc eſſe ſolam veram vnicamq; hāc ſimplicem diuinorum cognitionem.

Fides catholica teſtimonijs martyrū ſolida.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI VII

LAudemus deinde deum,ſicut ſapientem,& ſicut per ſe ſapientiā,vel potius D
Pſalm.146 ſicut omnis ſapientiæ ſubſtantificatorem & ſuperexiſtentẽ ſuper omnem
ſapientiam & prudentiam: quia deus non tantum eſt ſuperplenus ſapien-
tia & ſapientiæ eius non eſt numerus, ſed collocatur ſuper omnem ratio-
nem,& mentem,& ſapientiam. Et hoc ſupernaturaliter intendens beatus
1.Cori.1. Paulus,qui eſt ſol communis Hierotheo & mihi,dicit ſtultum dei ſapiẽtius
eſſe hominibus,quod non tantum ideo dicit,quia omnis humana delibera
tio error quidem eſſe inuenitur, ſi ſtabilitati diuinoꝝ & perfectiſſimorum intellectuum com-
paretur,ſed & quia conſuetum eſt profundioribus theologis attribuere deo congruentes ipſi
priuationes per poſitionem contrariorum, vt efficatior ſit priuatio & ſublimior inſinuatio.
Hebræ.12 Hac conſideratione dicunt ſcripturæ clariſſimum eſſe lumen inuiſibile, & multum laudabilẽ,
pſalm.105. & multipliciter noīabilem eſſe ineffabilem,& noīabilem & oībus præſentẽ,& ab oībus inuen-
Geneſis.3. Iudicum 13. Roman.11. tum, dicunt eſſe incomprehenſibilem & inueſtigabilem. Hoc ergo modo Apoſtolus ſapien-
Iſaiæ 40 Ephes.2 tiam dei vocat ſtultitiam,quia continet ea quæ præter rationem videntur, & ſecundum intel-
lectum humanum inconuenientia. Et hoc facit Apoſtolus vt mentes transferat ad cognitio-
nem ineffabilis veritatis, quæ eſt ante omnem rationem. Sed vt alibi diximus,nos accipientes
ea quæ ſupra nos ſunt,ſecundum naturæ noſtræ corruptæ proprietatem,& ſecundum æſtima-
tionem ſenſuum noſtrorum, quibus connutriti fallimur diuina comparãtes decipimur in eo,
quod ſcd̃m ſenſibilium apparentiam exequimur diuinam & ineffabilem rationẽ. Sciendum
eſt autem ꝙ mens noſtra habet virtutem ad intelligendum, quam dicere poſſumus theoricũ
intellectum,per quam mens intelligibilia inſpicit. Habet præterea mens vnitionem, quam in- E
telligimus ſummum affectionis apicem, quẽ proprie perficit dilectio dei,extendentẽ per exer-
citium naturam mentis per quam mens coniungitur theorijs,tam naturam ſuam, q̃ exercitia
ſua excedentibus. Per hanc ergo vnitionẽ oportet nos cognoſcere diuina, nõ ſecũdum ſobrie-
1.Cor.6. tatem intelligentiæ noſtræ,ſed ſtatuendo nos ſupra noſipos tota virtute deo vnitos, iuxta il-
Threno.3. lud Leuabit ſe ſupra ſe. Et: Qui adhęret deo,vnus ſpũs eſt cum eo. Melior ſiquidẽ ſtatus eſt eſſe
dei per hanc gratiæ vnitionem,q̃ eſſe noſtrijpſoꝝ per ſolam naturę conditionẽ: quia tunc tan-
dem diuinis muneribus copioſe ditamur,quando deo vnimur. Huius ſuperintellectualis vni-
tionis æternam ſapientiam, irrationalem & amentẽ & ſtultam excedenter laudantes dicimus,
quod ipſa eſt cauſa omnis mentis & rationis, & omnis ſapientiæ, & omnis prouidentiæ, &
ipſa eſt omne conſilium, & ab ipſo eſt omnis cognitio & prudentia, & in ipſa ſunt o-
Coloſſen.2 mnes theſauri ſapientiæ & cognitionis abſconditi. Etenim iuxta conſequentiam prædi-
ctorum ſuperſapiens & omniſapiens cauſa, ſcilicet diuina ſapientia, quæ omnem ſuperat &
continet ſapientiam, eſt ſubſtantificatrix & ipſius per ſe ſapientiæ & vniuerſalis & cuiuſli-
bet particularis & ex ipſa angelicæ mentes,quæ intelliguntur & intelligunt, habent ſimplices
& beatos intellectus non congregantes diuinam cognitionem in rebus diuiſibilibus, vel ab i-
pſis,aut à ſenſibus corporeis,aut à ſermonibus corporeis,neq; ab aliquo communi ex iſtis col
lecto,ſed exiſtentes munde ab omni materiali multitudine intellectualiter, immaterialiter, &
vniformiter intelligunt ea quæ in deo ſunt intelligibilia. Habent etiam virtutem intellectua-
lem & operationem reſplendentem puritate munda in ſe,neq; aliunde maculata, & conſpica- F
cem diuinorum intelligibilium ſimpliciter & immaterialiter. Et dictæ mentes ſunt diuini-
tus vnitæ,& iuxta angelicam poſſibilitatem conformiter reformatæ ad diuinam & reſplen-
dentem & mentem & rationem. Item propter diuinam ſapientiam habent & animæ rationa-
litatem, per quam diffuſe & circirculariter exiſtentium veritatem circumquaq; inquirunt,
& per diuiſibilem & largiſſimam varietatem inquiſitorum deficiunt ab vniformibus menti-
bus angelicis. Per multorum tamen ſenſibilium collationem ad ſimplicem contemplatio-
nem manuductæ intellectibus angelicis iuxta poſſibilitatem ſuam comparantur. Si autem
aliquis dixerit & ſenſitiuam cognitionem eſſe qualemcunq; reſonantiam & imaginem diuinę
ſapientiæ,in hoc non errat. Et quidem dæmonum mens,ſecundum quod eſt mens,eſt ab æter-
na ſapientia dei,tanq̃ à prima cauſa. In quantum autem eſt mens deprauata,nec deſiderans ve-
ram ſapientiam, neque ſciens,neque volens, intantum non eſt dicenda ſapientia, ſed caſus à
ſapientia. Quod autem diuina ſapientia principium eſt & cauſa ſubſtantificatrix & perfecta,
& cuſtodia & finis,dictum eſt. Quomodo ergo ipſe deus q̃ eſt ſuperſapiẽs ſapīa,excedẽs oẽm
ſapīam & mentẽ & rõnem & cognitionẽ,dicit eſſe mens aut ratio aut cognitor,aut qũo intelli
git deus aliquid intelligibilium,cum nõ habeat intellectuales operationes,aut qũo cognoſcet
ſenſibilia



ſenſibilia cũ ipſe ſit collocatus ſuper omnem ſenſum. Patet aũt ꝙ ſcripturę aſſerunt ipſum ſcire Hebræ 4.
A omnia & nihil effugere diuinam cognitionem,ſed vt ſæpe dixi diuina intelligi debent vt decet Iob 42.
deũ,ſcilicet non per defectum ſed per exceſſum,vt dicatur eſſe ſine mente & ſine ſenſu, quia ẽ &
cognoſcit ſuper omnem mentem & ſenſum,ſicut attribuimus irrationabilitatem ei qui eſt ſu-
per omnem rationem,& imperfectionem ei qui eſt ſuper & ante omnem perfectionem, & lu-
men inacceſſibile ſecundum exceſſum. Oĩs etiam inuiſibilis luminis dicimus eſſe caliginem 1.Timo.6.
impalpabilẽ rationi & inuiſibilem menti. Vnde diuina mens oīa continet & ab omnibus ſegre Myſt.theo. Cap.4.
gata cognitione præaccipiens ſeipſam ſcientiam omnium,ſecundum ꝙ ipſa eſt cauſa oīm,ſci-
ens & in eſſe producens angelos cauſaliter anteq̃ ipſi angeli fierent. Similiter & intra ſe præac-
cepit, antequã ipſa fierent,& à ſeipſo,tanquam principio,& ea ſciẽs & ad eſſe producens, quod
innuit ſcriptura dicens: Qui ſcit oīa antequam fiant. Diuina etenim mens non nouit exiſtentia
tanquam diſcens ea ex collatione exiſtentiũ,ſed in ſeipſa,& ex ſeipſa cauſaliter præhabet & pre 1.Iohan.3.
accepit omnium ſcientiam & cognitionem & ſubſtantiam,& ſingula ſingillatim inſpiciens q̃ſi
ex cauſis varijs ea cognoſcens,ſed ſecundum ſimplicis cauſæ continentiam in ſeipſa eſt omnia
ſciens & continens,ſicut lux viſionem tenebrarum in ſeipſam cauſaliter præaccepit, & videt te-
nebras non ex alia cauſa q̃ ex lumine. Diuina ergo ſapientia in quantum ſeipſam cognoſcit,co
gnoſcit omnia,materialia quidem immaterialiter,& diuiſibilia indiuiſibiliter,& multa vnitiue
& in propria ſimplicitate oīa æternaliter cognoſcit,& oīa ad eſſe perducit. Cum eñ deus ſecũ
B dum vnam ſimplicem cauſam oībus exiſtentibus eſſe tradidit,conſequitur vt ſecundum eandẽ
cauſam cauſaliter ſciat omnia,tan q̃ ex ipſa cauſa exiſtentia & in ipſa præexiſtentia, neq; perci-
pit exiſtentium cognitionem ex ipſis exiſtentibus,ſed ſingulis exiſtentibus ſe & alia cognoſcẽ-
tibus & ſui & aliorum cognitionem largitur. Non enim deus habet vnam propriam ſuijpſius
cognitionem & aliam communem exiſtentium omnia comprehendentem,ſed cognitione ſui
cognoſcit omnia. Ipſe enim cognoſcens ſeipſum cauſam omnium extra ſe non videtur alicui
intendere, nec ignorat ea quæ à ſe ſunt,& quorum ipſe eſt cauſa. Deus igitur cognoſcit exiſten
tia non ſcientia exiſtentium,ſed ſcientia ſuijpſius. Sed & angeli dicuntur ſcire omnia quæ ſunt
in terra,non quod cognoſcant ſenſibilia per ſenſus corporeos,ſed ſecundum propriam virtu-
tem & naturam mentis ſuæ deo conformis. Præterea inquirendum eſt quomodo nos cogno-
ſcimus deum,cum ipſe nec intelligibilis ſit neq; ſenſibilis, Neq; omnino ſit aliquid exiſtẽtium.
Cui veraciter reſpondetur quod nos deum cognoſcimus non ex natura ipſius, ſecundum na-
turam enim ſuam ipſe ignotus eſt,& omnem rationem & mentem excellit,ſed ex conſideratio
ne ordinationis vniuerſitatis rerum tanquam ab ipſo nobis propoſita,& habente in ſe quaſdã
imagines,& aſſimilatiões diuinorum exemplarium recte & gradatim iuxta noſtram virtutem
aſcendimus in deum,qui eſt ſuper omnia exiſtẽs,& ab eo,tanq̃ oīa excedente,oīa auferimus, &
ipſum omnium eſſe cauſam attendimus. Vnde & in oĩbus cognoſcitur deus,& ſine oībus: &
C per cognitionem deus cognoſcitur & per ignorantiam & de illo eſt & intellectus & ſermo, &
ſcientia,& tactus,& ſenſus,& opinio,& phantaſia,& nomen,& alia omnia: & iterum neq; intel-
ligitur,neq; dicitur,& ipſe non eſt aliquid exiſtentium,neq; in aliquo exiſtẽtium cognoſcitur,
& in omnibus omnia eſt & in nullo aliquid,& ex omnibus cunctis cognoſcitur,& ex nullo ali-
cui. Recte quidem deo omnium nomina attribuimus,& tanquam omnium cauſam ex omni- Rom.11.
bus exiſtentibus laudamus ſecundum ſingulorum proportionem. Et eſt iterũ diuiniſſima co-
gnitio dei qua ipſe cognoſcitur per ignorantiam ſecundum vnitionem ſuper mentem, quãdo
ſcilicet mens ab omnibus intellectualibus & intelligibilibus recedens,& tandem ſeipſam exce
dens vnitur radijs æternæ ſapientiæ ſuper capacitatem intellectuum ſplendẽtibus inde illumi-
nata inſcrutabili profunditate ſapientiæ. Deus ſiquidem recte laudatur ab oībus, qui teſte ſcri-
ptura,cauſa eſt effectiua oĩum ſemper omnia concordans,& eſt cauſa indiſſolubilis concor-
dationis & ordinis omnium & ſemper coniungens fines priorum principijs ſecundorũ,& pul Iſa.27.40. pſa.32.118.
chre operans vniuerſitatis conſpirationem & harmoniã. Laudatur etiam deus à ſacris ſcriptu
ris vt ratio.i.attribuitur ei rationis officium,& hoc non tantum ideo quia ipſe eſt largitor rati Sapiẽtię 8.
onis & mentis & ſapientiæ,ſed quoniam ipſe omniũ cauſas in ſeipſo vniformiter præaccepit,
& quia teſte ſcriptura: per omnia vadens pertingit à fine vſq; ad finem omniũ,& ante hæc,quo
niam diuina ratio ante omnem ſimplicitatem ſimplificatur,& ſecundum ſuam ſuperſubſtanti-
alitatem quæ omnibus ſupereminet,ab omnibus eſt abſoluta. Hæc eſt ratio exiſtens ſimplex,
& veritas exiſtentis,circa quam tanquam mundam & non erroneam omnium cognitionem
verſatur fides diuina, quæ eſt ſtabilis collocatio credentium, collocans illos in veritate, &
confirmans ſimplicem veritatem intranſmutabili identitate in ipſis credentibus habentibus

Ca.VIII Rom.8. cognitionem veritatis. Cum enim cognitio vnitiua ſit eorũ qui cognoſcũt ad cognitiua igno-
rantia autem ex ſeipſo ignoranti ſemper eſt cauſa tranſmutationis & diuiſionis. Sed credẽtem D
in veritate teſte ſcriptura, nihil mouebit à lætitia quæ ſecundum veram eſt fidem, ſed habebit
in ea permanentiam immobilis & intraſmutabilis identitatis. Qui enim veritati vnitus eſt, ex
ipſa vnitione bene nouit, quam bene ſentit, quamuis multi corripiant ipſum tanquam mentis
excessum paſſum: Qui enim ex veritate per veram fidem extaſim patitur, illos, vt dignum eſt,
latet ex ipſorum errore. Ipſe autem ſeipſum nouit non furentem, vt errantes ei imponunt, ſed
per ſimplicem veritatem ſemper ſecundum eadem & eodem modo ſe habentem, liberatum ab
inſtabili & variabili diuiſiõe circa largiſſimam varietatem erroris. Ita igitur principes & duces
noſtræ ſapientiæ, ſcilicet apoſtoli & eorum diſcipuli pro veritate quotidie moriuntur, teſtificã-
1.Cor.15 tes omnibus, ſicut conueniens eſt & verbo & opere & vnitiua Chriſtianorum vera dei cogni-
tione ipſam ſapientiam eſſe omnialia ſimpliciorem aut diuiniorem: imo ipſam eſſe ſolam &
veram & vnam & ſimplicem dei cognitionem.

## DE VIRTVTE, IVSTITIA, SALVATIONE, REdemptione: in quo & de inæqualitate. Caput. VIII.

SED quoniam diuinam ueritatem, & pluſquam ſapi-
entem ſapientiam & ut uirtutem laudant, & ut iuſtiti-
am theologi, & ſalutem ipſam uocant & redemptio-
nem: age & hæc, quantum poſſibile nobis, diuina uo-
†copia. cabula replicemus. Et quia quidem, †thearchia om̃em
excellit & ſuperat utrunqꝫ exiſtẽtem & excogitatam E
uirtutem, nõ arbitror quemquam in diuinis eloquijs
poſſidentium intellectum ignorare. Vbiqꝫ enim theo-
logia, & †dominã ipſam, & ipſis ſupercœleſtibus uir-
† diuinã. tutibus ſegregans tradit, quomodo ergo eam theologi ut uirtutem laudant om̃i
Deus q̃re dr̃ potentia. remotam uiriute, aut quomodo in ipſa uirtutis uocabulũ accipimus? Dicamus
igitur quia uirtus eſt deus, ut omnem uirtutem in ſeipſo præhabens, & ſuperha-
bens, & ut om̃is uirtutis cauſa. & ut omnia per uirtutem inflexibilem & incircũ-
finitam producens, & ut a ſe eſſendi uirtutem, ſiue totã, ſiue ſingulas quaſqꝫ cau-
ſalis. ¶ Et ens, & multipotens, non ſolum omnem uirtutem producendo, ſed &
ſuper omnem per ſeipſam uirtutem eſſendo & ſuperando, & multipliciter mul-
tis exiſtentibus uirtutibus alias adducendo, & non etiã aliquando ualendo mul-
tas & in multum productas uirtutes ſuper multam ſuæ potentificæ uirtutis in-
firmare facturam, & ineſtabilium & incognitorum, & ſuper inuiſibilium om̃ia
Potentiã increatã ſupomnẽ fore creatã potẽtiã. ſuperante eius uirtute. ¶ Infinita aũt eſſentia potẽtis, & infirmitatẽ uirtute & no- F
uiſſima conſonantiũ ſibi comprehẽdit & ſuperat: ſic & in his quæ ſecundũ ſen-
ſum potẽtia ſunt uidemus, qa ſuper lucẽtia lumina, & uſqꝫ infirmas uiſiões an-
ticipãt, & magnitudines dicunt ſonituũ in non ualde facile ſonorum recipientes
auditus ſubire. Om̃o em̃ non audiẽs non eſt auditus, & uniuerſaliter non uidẽs,
non uiſio. Ipſa igitur multipotens dei diſtributio om̃ia exiſtentia implet, & nihil
eſt exiſtentium quod oĩno priuetur habere quãdã uirtutẽ: ſed aut intellectualem
aut rõnalẽ, aut ſenſualẽ aut uitalẽ, aut eẽntialẽ uirtutẽ habet. Et ipſum, ſi iuſtũ di-
Potentiã diuinam cauſam eẽ angelicarũ virtutum. cere eſſe uirtutẽ, in eſſe habet a ſupereſſentiali uirtute. ¶ Ex qua ſunt deiformes
angelicarũ diſpoſitionũ uirtutes ex ipſa & eſſe incauſaliter habẽt, & oẽs ſuos in-
tellectuales & immortales ſemper motus & fortitudinẽ ipſam, & indiminutum
deſideriũ boni ex multũ optima uirtute acceperũt, ipſa ꝑmittẽte eis poſſe & eſſe
hæc, & appetere ſp̃ eẽ & poſſe hoc poſſe, appetere poſſe ſp̃. Proueniũt aũt hęc in
flexibili vir-



A flexibili uirtute & in hoĩes & animalia, & germina, & totam uniuerſitatis natu-
rã, & uirtute unita ſunt ad inter ſe inuicẽ amicitiã & ſocietatẽ, & diſcreta ad eſſe,
ſecundũ propriã ſingula quæqꝫ rõnẽ et terminũ inconfuſa et inꝑturbata, et uni-
uerſitatis ordines et cumulationes in ꝓprioꝝ optimũ perſaluat. ¶ Et immorta- Beatitudinẽ angeloꝝ eẽ a diuina potentia
les angelicaꝝ unitatũ uitas immaculatas cuſtodit, et cœleſtes, et illuminatrices,
et ſydereas eſſentias et ordinationes immutabiles, et ſeculũ poſt ſe eẽ facit: et tem-
poris ambitus diſcernit qdẽ proceſſionibus, colligit uero reuerſionibus, et ignis
uirtutes inextinguibiles facit, et aquæ fluẽta nõ deficiẽtia, et aereã effuſionẽ ter-
terminat, et terram in nihilo collocat, fœcũdos eius partus incorruptibiles cuſto-
dit, et in ſe inuicẽ elementoꝝ harmoniã et tẽperantiã inconfuſam et inſeparabilẽ
ſaluat, et animi et corporis copulã continet, et germinũ nutritiuas et auctiuas uir-
tutes mouet, et ſuperat eſſentiales oĩm uirtutes, et uniuerſitatis inſolubilẽ manſi-
onẽ munit, & deificationẽ ipſa donat, uitrutẽ in hoc deificandis præſtãs. Et oĩno
nullũ eſt uniuerſaliter exiſtentiũ oĩpotenti munimine & circũſtantia diuinæ uir-
tutis priuatũ. Quod enim uniuerſaliter nullã uirtutẽ habet, neqꝫ eſt, neqꝫ quid ẽ,
B neqꝫ aliqua eius omnimode poſitio. ¶ Et quidẽ ait Elymas magnus: Si om̃ipo- Elymę magi veſania
tens eſt deus, quomodo dicitur aliqd non poſſe? A q̃ noſtro theologo male dici-
tur diuino Paulo dicenti, Non poſſe deũ ſeipſum negare, addens aũt, hoc ualde 2.Tim. 2.
expaueſco. Nũqd & inſipientiæ debeo? Rideo puerorum ludentiũ ædificia ſu-
per harenã, & infirmũ ſoluere tentans, & ueluti quadã incomprehenſibili uiſiõe
conſiderare feſtinus de hoc theologicã uirtutẽ. Suimet em̃ negatio caſus ueritatis
eſt. Veritas aũt ens eſt, & ueritatis caſus ab exiſtente lapſus. Si igitur ueritas
ens eſt, negatio aũt ueritatis eſt caſus ab exiſtente, ex ente cadere deus non poteſt,
& non eẽ non eſt: tanq̃ ſi qs dixerit non poſſe non poteſt, & neſcire ſecũdũ priua-
tionem neſcit. Quod qdam ſophos nõ intelligẽs imitatur certantiũ imperitos lu-
ctatores, qui ſępe infirmos eẽ cõtra certãtes opinãdo, ſecũdũ q̊d ipſis uidetur, &
ad oẽs eos uiriliter umbratim pugnantes, & aera uanis ictibus fiducialiter per-
C cutiẽtes, ęſtimãt cõtra luctantiũ ſuoꝝ dñari: & ſeipſos prædicant, neſciẽtes illo-
rũ uirtutes. Nos aũt theologũ, ſecũdũ qd' poſſibile cõſiderantes, plus q̃ potẽtem
deũ laudamus, ut oĩpotentẽ, ut beatũ, ut ſolũ potentẽ, & dominantẽ in potentia
ſua ſeculi, ut ſecũdũ nullũ exiſtentiũ cadentẽ. Magis aũt & ſuperantẽ oĩa exiſtẽ-
tia per uirtutẽ ſupereſſentialẽ, & oĩbus exiſtentibus poſſe eſſe, & eſſe ſecũdũ ma-
gnitudinẽ ſuperãtis uirtutis copioſa effuſione donantẽ. ¶ Iuſtitia aũt iteꝝ deus Laus dei vt iuſtitia
uelut omibus quæ ſunt ſecũdũ dignitatẽ diſtribuens laudatur, & menſurationẽ
& formã, et ordinationẽ, et diſpoſitionẽ, & oẽs ꝟtutes & ordines, ſegregans uni-
cuiqꝫ iuxta uere exiſtẽtẽ iuſtiſſimũ terminũ, & oĩbus eoꝝ ſinguloꝝ ꝑ ſeipſam
actiõis cauſalis ens. Oĩa em̃ diuina iuſtitia ordinat et terminat, et aĩa ab oĩbus cla-
ra et incõfuſa ſaluãs, unicuiqꝫ cognata oĩbus exiſtẽtibus donat, ſcd'm unicuiqꝫ ex-
iſtẽtiũ inſitã dignitatẽ. ¶ Et ſi hęc recte dicimus, quicũqꝫ diuinis maledicũt, iuſti- In blaſphemantes ac caluniantes diuinã iuſtitiam.
tia eos latet, ſuã in inſtitiã in apto cõdẽnãtes. Aiũt em̃ debere inẽe mortalibus im-
mortalitatẽ, et imperfectis perfectũ, et per ſeipſos motis alterã mouentẽ neceſſi-
tatẽ, et mutabilibus immutabilitatẽ, et perfecte potentia infirmis, et æterna eẽ tẽ-
poralia, et intranſmutabilia, natura mobilia, et tẽporales delitias æternas, et oĩno
quæ ſunt aliorum alijs porrigũt. Oportet ſcire diuinam iuſtitiam, in hoc uere
exiſten-

existentem ueram iuſtitiam, quia omnibus retribuit propria, ſecundum uniuſ= D
cuiuſque exiſtentium dignitatem,& uniuſcuiuſq; naturam in propria ſaluat or

Diuina iuſtitia q̃re pmittat hoĩes pios ac innocentes q̃ſſari aduerſis

dinatione & uirtute. ❡Si quis dixerit:Non eſt iuſtitiæ forſan agentes ſanctos
inter non adiutos a deludentibus extorquendos. Ad quem dicẽdum ſic.Si qui=
dem diligunt quos dicis ſanctos in terra a materialibus zelando diuino penitus
ceciderunt amore,& neſcio quomodo ſancti uocarentur iniuſte agentes,uera a=
mabilia & diuina non zelantibus,& non amantibus ab ipſis non ſancte appro=
bata.Si autem uere exiſtentia amant,lætari oportet,quorum appetitores quan=
do appetita aſſequuntur,uel non tunc magis appropinquant angelicis uirtuti=
bus,cum ut poſſibile eſt deſiderio diuinorum redeunt materialium perpeſſione
exercitati,ad hoc ualde uiriliter pro bono inſtãt.Itaq; uerum eſt dicere,quia hoc
magis eſt diuinæ iuſtitiæ proprium,nolle perdere potenter agentium fortitudi=
nem materialium uinculis.Nunquid uero ſi quis conatus fuerit hoc facere inter
non adiuuantes relinquere & non potius collocare eos in bono & irreprehen=
ſibili ſtatione,& retribuere his talibus exiſtentibus quæ ſecundum dignitatem E

Salutẽ omniũ eẽ à diuina iuſtitia.

ſunt.❡Hæc igitur diuina iuſtitia,& ſalus omnium laudatur,propriam uniuſcu
iuſq; & puram ab alijs eſſentiam & ordinẽ ſaluans & cuſtodiens, & fœtida pur
gans in omnibus propriæ actionis.Si quis autem ſalutẽ laudauerit,& ſic ex ma
lis omnibus omnes uelut parturientem eripientem,omnino ibi & hunc laudabi
lem laudatorem largiſſimæ ſalutis recipiemus.Et hanc autem etiam primam ſa
lutem omnium dignum iudicabimus eum diffiniſſe om̃ia in ſeipſis in tranſmuta
bilia,& ſtabilia,& inflexibilia ad ſubiecta ſaluantem & omnia cuſtodientem nõ
pugnantia & non bellantia,ſuiſq; ſingula quæq; ratiõibus diſpoſita,& omnem
inæqualitatem & extraneam actionem ex omnibus exterminantem,& corratio
nalitate uniuſcuiuſq; conſtituentem,irrationalitates extra cadentes incontraria,

Laus diuinę ſalutis vt redẽptrix.

& non tranſgredientes.❡Deinde & ab hanc ſalutem non ab reſpectu quis lau=
darit ſacræ theologiæ uelut omnia exiſtentia ſalutari omnium bonitate propri=
orum optimorum caſu redimentem,quantum uniuſcuiuſq; ſaluandorum reci F
pit natura,Proinde & redemptionem ipſam nominant theologi,quantum nõ ſi=
nit uere exiſtentia ad non eſſe cadere,& quantum ſi quid ad delictum,aut inordi
natum deceptum ſit,& diminutionem quandam patiatur propriorum bonorũ
perfectionis:& hoc paſſione & inertia & priuatione redimit,implens indigenti
am,& paterne infirmitatem deſpiciens & reſtituens a malo.Magis autem ſtatu=
ens in bono ſuper timidum,bonum replens & ordinans,& ornãs: inordinatum

De inęq̃litate.

eius & inornatum,& integritatem perficiens,& omniũ ſoluens maculas.❡Sed
de his quidem & de iuſtitia dictum eſt,ſecundum quam omnium æquitas men
ſuratur & terminatur,& omnis iniquitas,quæ eſt per priuationẽ,in ipſis ſingu=

†Inęq̃litatẽ ſi qs auferret.

lis æquitatis exterminatur.†Æquitatem enim ſi quis auferet in toto,totorum ad
tota differentias,& eius quæ eſt iuſtitia cuſtodem,quæ non concedit commixta
tota in totis facta perturbari.Cuſtodiens uero omnia quę ſunt,omnia per ſpeci=
es ſingulas,in quibus & unumquodq; eſſe ſubſtituit.

❡ELVCIDATIO HVIVS CAPITVLI OCTAVI DE VIR=
tute,iuſtitia,ſalute, redemptione, in quo eſt & de inæqualitate.
Articulus. IX

Hic de



A HIc declarat theologus,qualiter deo conueniant nomina iam expreſſa.[Sed
quoniam diuinam veritatem & plus quam ſapientem ſapientiam,& vt vir
tutem laudant,& vt iuſtitiam theologi,& ſalutem ipſam vocant & redem=
ptionem]id eſt,quoniam autores ſcripturæ laudant ac nominant deũ veri
tatem diuinam,& ſapientiam ſuperſapientem,qui eſt eſſentialiter ſapientia
ipſa,& virtutem atq; iuſtitiam,ſalutem quoq; & redemptionem.[Age]ex=
hortatiuũ aduerbiũ[& hæc q̃tũ poſſibile nobis, diuina vocabula replice=
mus]id eſt,hæc dei nomina pro viribus referemus & exponamus.[Et quia quidem copia] id
eſt,certe quod diuina poteſtas ſeu deitas,vel thearchia]id eſt,principat⁹ diuinus,à theos quod
eſt deus,& archos,id eſt,principatus[omnem excellit & ſuperat vtcunq;]id eſt,qualitercunque
[exiſtentẽ & excogitatã virtutẽ non arbitror queq̃ in diuinis eloquijs poſſidentiũ].i.habentiũ
[intellectũ]ignorare.Nã & naturalis rõ dictat,ꝙ ſolus deus oĩpotẽs ſit,cui⁹ cõparatiõe oĩs cre
atura imbecillis eſt,& q̃ſi infirmitas quædã.[Vbiq; eñ & theologia & †diuinã ipſam & ipſis ſu

†dominã

percœleſtib⁹ virtutibus ſegregãs tradit].i.ſcriptura om̃i loco opportuno tradit.i.docet ipſam
eſſe diuinã,æternã & increatã ſegregans.i.diſcernens ac diuidẽs eã à virtutibus ſupcœleſtibus
.i.angelicis poteſtatibus,quæ oẽs ſunt creaturæ & miniſtri ipſius,in infinitũ illa inferiores,nec
per momentũ abſq; illius conſeruatione durare valentes,de quo in Iob:Columnæ cœli cõtre= Iob.26.
miſcunt & pauent ad nutum ipſius,quem teſte Porphyrio,Cœlum & tellus ac maria contre= Porphyri.
2.Mach.8.
munt,ipſaq; numina perhorreſcunt,de quo ſecundo Macha.lib.habet: Nos in oĩpotente deo
B cõfidimus,q poteſt nos & vniuerſum mundũ vno nutu delere.Quõ ergo eã theologi vt virtu=
tẽ laudant].i.q̃liter autores & tractatores ſcripturæ laudant veritatẽ ſapientiãq; diuinã, etiã vt
virtutẽ?[omni remotã virtute].i.ſupexaltatã & ſuperiorẽ omni virtute?[aut quõ in ipſa virtu
tis vocabulũ accipimus?].i.q̃ ſenſu & ſub q̃ ſignificatiõe debemus in ea accipere nomẽ virtutis?
[Dicamus ergo qa virtus ẽ deus].i.ſumma poteſtas,imó & charitas,iuxta illud:Deus charitas

Deus quare dicitur potentia.
1.Iohã.4.

ẽ,& ſcđo lib.Reg.Diligã te dñe virtus mea.Primo q̃q; lib.Paralip. Tua ẽ dñe magnificẽtia & po
teſtas & glĩa[vt omnẽ virtutẽ in ſe p̃habẽs & ſuphabẽs].i.tãq̃ æternalit̃ in ſeipſo ſimpliciſſime

2.Reg.22.
Pſal.17.
1.Para.29.
Sapiẽtię.12.
Ibidem.

cõp̃hẽdẽs vniuerſam ỽtutẽ ac poteſtatẽ cũ infinito exceſſu,vtputa vere oĩpotẽs,q ẽ id q̃d habet,
cui idẽ ẽ eẽ,& virtuoſum oĩpotẽtẽq; eẽ.De q̃ ſcriptũ ẽ in lib.Sapi.Subeſt tibi cũ volueris, poſſe.
Itẽq;,Virtus tua iuſtitiæ initiũ ẽ.Ideo ſubdit[& vt oĩs virtutis cauſa,& vt oĩa p virtutẽ inflexibi
lẽ & incircũfinitã,pducẽs].i.tãq̃ indeclinabili ſua potẽtia faciẽs om̃ia[& vt à ſe eẽndi virtutẽ,ſiue
totã,ſiue ſingulas q̃ſq; cauſalis].i.vt cauſa efficiẽs ex ſeipſo exiſtẽdi virtutẽ.i.ꝙ aliq̃ ſeu aliqd ſit
virtus tota.i.gñalis aut ſingula.i.particularis.❡[Et ens & multipotẽs nõ ſolũ omnẽ virtutẽ]

De⁹ quõ dicat ỽtus infinita,

citra ſe[pducẽdo,ſed & ſup omnẽ p ſeipam virtutẽ eẽndo & ſupando] Ipẽ nãq; ẽ virtus prima,
indepẽdẽs,imparticipata[& multiplicit̃ multis exiſtẽtibus virtutibus alias adducẽdo].i.virtu
tes à ſe pductas corroborãdo[& non etiã aliqñ valẽdo multas & in multũ pductas virtutes].i.
ipſe ſic virtus ẽ,nõ ꝙ aliqñ valeat pducere multas virtutes,& exire in eas p opationẽ,aliqñ vero
C nõ poſſit ſic[ſup multã ſuæ potẽtificæ virtutis infirmare facturã].i.ſup copioſam creaturã ſuæ
potẽtiæ quæ ẽ potẽt̃ factiua vniuerſorũ quæ vult[& ineffabiliũ & incognitorũ & ſupinuiſibili=
um].i.tã rerũ nobis indicibiliũ & penitus ignotarũ,q̃ incõp̃hẽſibiliũ:qa nõ poſſit in tot & tãta,
quin poſſit infinities in plura & grãdiora,q̃tũ ex parte ipſi⁹,q̃uis nõ ſubſit capacitas nec ad mul
titudinẽ penitus infinitã,neq; ad magnitudinẽ prorſus immẽſam.Ideo tale infinitũ ẽ partim in
potẽtia,nũq̃ ad actũ plenarie pducibile[Omnia ſupante eius virtute].i.omnipotẽtia dei om̃ia
excedẽte atq; vincẽte,quæ põt incõparabilit̃ plura & mirabiliora pagere, q̃ mẽs hũana aut etiã
angelica comprehendere,cum ſit penitus infinita. Incirco ſtultiſſimi fuerunt & ſunt, qui præ=
ſumpſerunt ſuo ingenio omnipotentiam dei includere,menſurare,arctare, quaſi determinata
ſit ad iſtum ordinem rerum. ❡[Infinita autem eſſentia potentis & infirmitatem virtute &

Potẽtiã diuinã ſuper omnẽ ſore potẽtiã cauſatam.

nouiſſima conſonantium ſibi comprehendit & ſuperat] id eſt, ſubſtantia omnipotentis im=
menſa omnem ſuperat, vincit, & ad placitum ſuum confortat imbecillitatem, iuxta id
Iſaiæ:Qui dat laſſo virtutem,& fortitudinem his qui non ſunt,multiplicat. Vltima quoque Iſaię.40.
& extrema entium vniuerſi ſibijnuicem correſpondentium & coordinatorum,cognoſcit non
ſolũ ſuperiora,vt quidam errantium putauerunt,ſecundum illud in Iob:An cogitas quod de=

Iob.22.
Virtutis dei infinitę ſymbola.

us excelſior cœlo ſit,nec noſtra conſiderat?[ſic & in his quæ ſecundum ſenſum potẽtia ſunt vi=
demus]id eſt,in his qui bene diſpoſiti ſunt & valentes in vſu & actu virium ſenſitiuarum[quia
ſuperlucentia lumina & vſq; infirmas viſiones anticipant]id eſt,quod hi qui ſunt acutiſſimi vi
ſus,lumina intuentur valde radioſa celerrime,& penetrant vſq; intuitum debilium obiectorũ
[& magnitudines dicunt ſonituum]id eſt,ingentes fragores ſonorum[in non valde facile ſo=
norũ

Ca.VIII norum recipientes auditus ſubire]id eſt,tales ſonos dicunt intrare aures difficulter atq; debili-
ter audientes,quo conſtat,quod potentiæ quanto in ſe validiores ſunt ad agendum, tanto ex- D
peditius operantur. [Omnino eṁ non audiens]id eſt,quod omnino caret facultate audiendi,
[non eſt auditus]id eſt,auditiua potentia[& vniuerſaliter non videns]id eſt omni videndi of-
ficio carens[non viſio]id eſt,non eſt vis viſiua nec viſio actualis. [Ipſa ergo multipotens dei
diſtributio]id eſt,actiua dei donatio multipliciter efficax[omnia exiſtentia implet,& nihil eſt
exiſtentium quod oṁino priuetur[habere quandam virtutem]id eſt, aliquam participationē
virtutis diuinæ. Nam in omnicreatura inueniuntur,eſſentia,potentia,actio. Nempe cū nihil ſit
fruſtra,oportet rem omnem per aliquam vim & operationem poſſe ſuo fini coniungi,ideo ni-
hil eſt expers naturali operatione[ſed aut intellectualem,aut rationalem,aut ſenſualem,aut vi
talē,aut eſſentialem]id eſt,naturalē[virtutē habet & ipſum(ſi iuſtū dicere)eſſe virtutē in eē ha-
bet]id eſt,ipſum eſſe habet virtutē ad hoc quod ſit[à ſupereſſentiali virtute]non eſt tamē in vi-
ribus iſtis proceſſus in infinitum,quia non oṁe tale poſſe eſt ſeu poteſt per virtutē à ſe diſtinctā,
ſicut nec omnis differentia differt ab alia per differentiā aliā. ¶[Ex qua ſunt deiformes an-

*Angelicas virtutes eē à potētia in cauſata.*

gelicarū diſpoſitionū virtutes,& ex ipſa eſſe incauſaliter]id eſt,indeſtructibiliter[habent]quia
non habent in ſe principium corruptionis,quod eſt materia priuationi annexa[& omnes ſuos
intellectuales & immortales ſemper motus]id eſt,vniuerſas ſuas actiones intellectiuas & ſan-
ctas affectiones ac tendentias in ſummū bonū[& fortitudinē ipſam & indiminutū boni deſide
riū]id eſt,indefeſſum & imminorabilem affectum ad deū[ex multū optima virtute acceperūt]
id eſt,ab oṁipotentia creatoris[ipſa permittente eis poſſe & eſſe hæc & appetere ſemper]Diui E
na quippe poteſtas conſeruat in ipſis eſſe,poſſe,agere,appetere,& vult quod libere agant ac ap-
petant,quamuis ſint confirmatę in bono,ſicut & ipſe immutabilis deus liberrime operatur. Sē-
per inquā[eſſe & poſſe hoc poſſe,appetere poſſe ſemper]id eſt,deus concedit & permittit illis
iugiter eſſe,& indeſinenter poſſe appetere hoc ipſum poſſe quod habent,quia reflexiuæ ſunt ſu
per ſeipſas,& ſuper proprias vires & actiones,eaſq; cupiunt inceſſabiliter retinere,& certę ſunt
quod retinebunt. Sumitur autē hic ſemper,pro æuo ſeu tempore diſcreto,quod ponunt quidā
in angelis. Proueniunt autē hæc inflexibili virtute & in homines & in animalia & germina in
totam vniuerſitatis naturā]id eſt,eſſe & poſſe ac agere,& ipſa appetere, proportionabiliter de-
riuantur ad ſphæram hāc actiuorum & paſſiuorū,& in cuncta creata ab inuariabili dei virtute
[& virtute vnita ſunt ad inter ſe inuicē amicitiā & ſocietatē],id eſt,ad conſeruandā mutuo na-
turalē colligationē ac coordinationis communionē[& diſcreta ad eſſe]id eſt,diſtincta ab inui-
cem in ſuis naturis[ſecundū propriā ſingula quæq; rationē & terminū inconfuſa & impertur-
bata]id eſt,quāuis ita ab inuicē ſunt diſtincta,nihilominus ſingula quæq; in ſuis ordinibus p-
manent indiſtorta,iuxta habitudinem & exigentiā ſuæ naturæ,& quātum ad ſpecies ſuas[&
vniuerſitates,ordines,& cumulationes]id eſt,incremēta[in propriorum optimum perſaluat]

*Vitā ac felicitatē angelorū eē à potētia diuina.*

id eſt,ordines rerum mundi conſeruat ac perducit ad optimum bonum finiū ſingulorū. ¶[Et F
immortales angelicarum vnitatum vitas]id eſt, conuerſationes angelicarum perſonarū[im-
maculatas cuſtodit]cum ſint immobiliter fixæ in ſummo bono[& cœleſtes illuminationes &
ſidereas eſſentias]id eſt,orbes cœlorum,planetas ac ſidera illuminātia[& ordinationes immu
tabiles]cauſarum eſſentialiter ſubordinatarum,quæ à cauſis ſecundis naturali virtute neque-
unt immutari[& ſeculum poſt ſe eſſe facit]id eſt,rerum periodos,durationes & tempora ſecū-
dum ſuā pręordinātiā eſſe diſponit[& temporis ambitus diſcernit quidem proceſſionibus]id
eſt,temporum vices,circuitiones,reuolutiones diſtinguit proceſſionibus horarum,dierum,he
bdomadarum,menſium & annorum,ſicut ex Geneſi aliiſq; ſcripturis eſt allegatū[colligit ve-

*Gene.1.*

ro reuerſionibus]id eſt,vnū ex eis tempus totale conſtituit per renouationes & reditus eorun-
dem in ſpecie[& ignis virtutes inextinguibiles facit]id eſt,calorem ignis elemētaris, quo ad ſe
totum fecit incorruptibilem,quamuis quo ad aliquas ſuas partes,poſſit extingui, ſecundū q̄d
elementa in ſe inuicem agunt[& aquæ fluēta indeficientia]id eſt,aquarum fluenta conformi-
ter ad ſe tota fecit incorruptibilia,quamuis in Apocalypſi dicatur,Mare iam non eſt,id eſt,poſt

*Apoc.21.*

diem iudicii innouationemq; mundi,non erit ſecundum ſtatum præſentis tranſmutationis &

*Ibidem.*

motus,quemadmodum in eodem legitur libro,Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primū
enim cœlum & prima terra abiit[& aeream effuſionem terminat]Aer enim quamuis ſit humi
diſſimus,tamen iuxta ordinationem ſapientię creatricis,ſuis terminatur limitibus inter ignem
elementarem & aquam oceani,ac partim ad terram & concaua eius[& terram in nihili collo-
cat]hoc fide beatiſſimus iſte theologus loquitur,non iuxta philoſophicam ſubtilitatem, quæ
ſciuit quod natura abhorret vacuum,& elementum terræ in medio mundi ſit cōſtitutum,ſed
confor-



A conformando ſe ſcripturæ,quæ in libro Iob ait de deo: Qui extendit aquilōem ſuper vacuum, *Iob.26*
& appendit terram ſuper nihil. Hinc in eodem libro dominus ait: Super quo baſes eius ſolidā *Iob.38.*
tæ ſunt? Porro de toto vniuerſo mirabilius ac verius dici poſſe videtur,quod ſit collocatum in
nihilo[fœcundos eius partus incorruptibiles cuſtodit]id eſt, terrænaſcentia & quæ generan-
tur in terra,quæ non corrumpuntur quantum ad totam ſpeciem,ſicut nunc indiuidua mixto-
rum ante ſeculi finem[& in ſeinuicem elementorum harmoniam & temperantiā inconfuſam
& inſeparabilem ſaluat]quemadmodum iam frequēter fuit expoſitum,eſtq; hocipſum euidēs
ſignum gubernationis ac prouidentiæ dei[& animi & corporis copulam continet] ſecundum
temporalem decurſum in omnibus animalibus mixtis[& germinum nutritiuas & actiuas vir
tutes mouet ac ſuperat]iſta facit per cauſas ſecundas,per motus ac lumina & influentias cœle-
ſtium corporum[eſſentiales omnium virtutes]id eſt,naturales rerum vires[& vniuerſitatis in-
ſolubilem manſionem munit]id eſt,tuetur ac manutenet,ne redigantur in priſtinum chaos[&
deificationem ipſa donat]id eſt,diuini eſſe participatam perpetuationem. Diuinę quoq; cau-
ſalitatis communicationem,& prouidentiæ diuinæ imitationem. Cauſare enim,gubernare,& *Cauſare, prouidere, gubernare, pria deo.*
prouidere,ſunt proprietates & actiones diuinæ,quas deus communicauit creaturis eminenti-
oribus. Vnde & philoſophi illas appellauerunt diuinas. Idcirco in libro de Cauſis inducitur:
Omnis anima nobilis habet tres operationes,vtpote animalem & intellectualem & diuinam.
Itemq; propoſitione 23. Omnis intelligētia ſcit res per hoc quod eſt intelligētia,& regit eas per *Ibidem.*
hoc quod eſt diuina. Quibus cauſis cœleſtibus Plato in Timeo introducit patrem loquentem: *Plato.*
B O dii deorum,horum ſementem ego faciam,vobiſq; tradam,veſtrum autem par exequi erit.
De his plenius ſcribit Proclus,& corpora cœleſtia vocat diuina & deificata, quia inferiorum *Proclus.*
ſunt cauſæ. Deniq; in ſcripturis homines ſancti & angeli prouiſores,dii dicuntur[virtutem in
hoc deificandis præſtans]id eſt, vim cauſalem & prouiſiuam ac gubernatiuam ipſis diſtribu-
ens. [Et oṁino nulla eſt vniuerſaliter exiſtentium]id eſt,generaliter verum eſt,quod nulla res
ſubſiſtens[oṁipotenti munimine & circūſtantia diuinæ virtutis priuatum] id eſt, nō totaliter *Nullum exiſtēs ē oīno priuatū participatione ſupmæ ſapientiæ.*
deſtituta eſt cuſtoditiōe & participatiōe poteſtatis ſupremæ. [Quod eṁ vniuerſaliter nullam
virtutem habet,neq; eſt,neq; quid eſt]id eſt,nec eſt,nec aliquid eſt[& neq; eſt aliqua eius oṁi-
mode poſitio]id eſt,nō eſt aliq̄d poſitiuum,ſed priuatiuum aut negatiuum. ¶[Et quidem ait
Elymas Magus]ad quem in Actis vas ait electionis: O plene oṁi dolo & oṁi fallacia, fili dia- *Elymæ magi veſania.*
boli, inimice oṁis iuſtitię, nō deſinis ſubuertere vias domini rectas? [ſi oṁipotēs deus eſt,quo *Actuum 13*
modo dicitur aliquid non poſſe,à quo noſtro theologo maledicitur]id eſt,Magus ille beatiſ-
ſimo Paulo noſtro theologo contradixit,ac maledixit[diuino Paulo dicenti,Non poſſe deum
ſeipſum negare]hoc quippe ad Timotheum ſcripſit Apoſtolus: Si,inquiens, negauerimus de-
um,ille fidelis permanet:negare ſeipſum non poteſt. [Addens autem hoc valde expaueſco]id *2.Timo 2.*
C eſt,huic ſtultæ & infirmiſſimæ obiectioni Magi illius iſta obiiciens,vereor multum. [Nūquid
& inſipientiæ debeo]id eſt,tam inſipienti inſtantiæ reſpondere non teneor. [Rideo puerorum
ludentium & ædificia ſuper arenam]id eſt,ſtructuras infantulorum in arena ædificantium de
rideo[& infirmum ſoluere tentans]id eſt,tam debile argumentum diſſoluere nitens [& velu-
ti quadam incomprehenſibili viſione]id eſt profundiſſima & difficilima ſpeculatione[cōſide-
rare feſtinus de hoc]id eſt,de huius obiectionis ſolutiōe[theologicam virtutem]id eſt, vim ac
intellectum ſcripturæ,loquitur autem ironice,cum argumentum iſtud nullius ſit apparentiæ,
& ſoluatur facilime. [Suimet enim negatio]id eſt,negare ſe eſſe id quod eſt[caſus veritatis ē] *Dionyſius ruet magiſtri ſui B. pauli ſententiam.*
id eſt,receſſus & lapſus à veritate,præſertim in deo,qui eſt eſſentialiter ipſum eē ac veritas. [Ve
ritas autem ens eſt,& veritatis caſus,ab exiſtente eſt lapſus]id eſt,à veritate deficere & abire,
eſt veritatem relinquere. [Si ergo veritas ens eſt,negatio autem veritatis eſt caſus ab exiſtēte,
ex ente deus cadere non poteſt,& non eſſe non eſt]id eſt,deus à ſeipſo nō poteſt deficere, ſicut
& non eſſe non eſt[tanquam ſi quis dixerit,non poſſe non poteſt,& neſcire ſecundum priuati
onem neſcit]id eſt,non nouit ignorare priuatiue,quoniam tale neſcire non eſt neſcire. [Quod
quidam ſophos]id eſt,Magus ille ſapientem ſe reputans[non intelligens,imitatur certātium
imperitos luctatores]id eſt,pugiles inexpertos[qui ſæpe infirmos eſſe contra certātes opinā-
do]id eſt,qui putando quod alii contra ſe præliaturi,ſint imbecilles[ſecundum quod ipſis vi-
detur,& ad oṁes eos viriliter vmbratim pugnantes]id eſt,contra illos imaginarie fortiter di
micantes[& aera vanis]id eſt,phantaſticis[ictibus fiducialiter]id eſt,audacter [percutientes]
in ſua imaginatione[æſtimant contra luctantium ſuorum dominari]id eſt,putant ſe domina-
ri luctantium contra ſe[& ſeipſos prædicant]id eſt,laudant ſeipſos quaſi victores [neſciētes il
A AA lorum:

Ca.VIII. lorum virtutes]id eſt,cum adhuc ignorẽt robur aduerſariorum ſuorum.[Nos autem theolo D
gum ſecundum quod poſſibile conſiderantes]id eſt,nos attendentes verba Pauli pro viribus
noſtris[pluſquam potentem deum laudamus vt omnipotentem,vt beatum, vt ſolum poten-
tem]ex ſeipſo[& dominantem in potentia ſua ſeculi]id eſt,principantem toti mundo propria
Pſalm. 67. poteſtate,iuxta illud Pſalmi:Qui dominatur in virtute ſua in æternum[vt ſecundum nullum
exiſtentium cadentem]id eſt,tanquam non corruentem ſub aliquo exiſtente[Magis autem &
ſuperantem omnia exiſtentia per virtutem ſupereſſentialem, & om̃ibus exiſtentibus poſſe,eſſe
& eſſe ſecundum magnitudinem ſuperantis virtutis copioſa effuſione donantem]id eſt,lauda-
mus deum potius,vt fortiorem & ſuperiorem entibus vniuerſis ſua ſupereſſentiali omnipotẽ-
tia,atq; donantem exiſtentibus omnibus poſſe eſſendi,& ipſum eſſe effuſione copioſa & libera-
Laus dei vt iuſtitia & iuſtus li,iuxta illud Iacobi:Qui dat omnibus affluenter. ¶ [Iuſtitia autem iterum deus velut om̃i-
bus quæ ſunt,ſecundum dignitatem diſtribuens laudatur]id eſt,deus omnipotens etiam com-
Pſal.10. mendatur vt iuſtus & vt ipſa iuſtitia,ſicut fertur in Pſalmo:Quoniam iuſtus dominus & iuſti-
Pſal.61. Ierei.25.50 tias dilexit,æquitatem vidit vultus eius,tanquam conferẽs cunctis quæ ſunt iuxta dignitatem
Ezechie.7. Math.16. corum,& merita ſeu diſpoſitionem & capacitatem,quemadmodum in ſcripturis ſæpiſſime pro-
Romano.2. Apoc.22. teſtatur ſe daturum cuilibet ſecundum opera ſua[& menſurationem,& formam,& ordinatio-
nem,& diſpoſitionem,& omnes virtutes,& ordines ſegregãs]id eſt,ſeorſum ſeu ſigillatim im-
Sapien.11. pendens[vnicuiq; iuxta vere exiſtentem iuſtiſſimum terminum]id eſt,ſecũdum decentiſſimũ
finem,propter quem condita ſunt.Omnia nanque in numero,pondere ac menſura conſtituit, E
ordinauit,decorauit,confortauit & ſtabiliuit,diffiniens ſtatuta tempora & terminos habitati-
Actuum.17. Anſelmus. onis eorum,vt in Actibus diſſeruit ſanctus Paulus.Denique in hoc quod deus dat vnicuique
Iuſtitia dei quæ. ſecundum merita ſua,ponitur in eo quaſi diſtributiua iuſtitia.Rurſus, quia retribuit ſicut præ-
dixit & promiſit,iuſtus & verus vocatur.Atque vt ait Anſelmus,Iuſtitia interdum in deo vo-
catur condecentia qua agit,prout ſuam maieſtatem,bonitatem,pietatemq; decet,& ita tam bo-
nus & pius eſt deus,vt iuſtum ſit eum aliquibus miſereri, imó & omnibus, ſaltem in hoc quod
reprobos citra condignum relinquit & punit,& electos vltra condignum remunerat[& omni-
bus eorum ſingulorum per ſeipſam actionis cauſalis ens]id eſt,exiſtens cauſa actionis omni-
Philip.2. Iſaiæ.26. bus illis ac ſingulis,ſicut ait Apoſtolus:Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere, & Iſa-
ias:Domine,dabis pacem nobis,omnia enim opera noſtra operatus es nobis.[Omnia enim di-
uina iuſtitia ordinat & terminat]ſic etiam dici poteſt,quod diuina ſapientia omnia ordinat &
terminat. Verum ſapiẽtia agit hoc quaſi prædiſponendo, iuſtitia veluti exequendo[& omnia
ab omnibus clara & inconfuſa ſaluans]id eſt,diſtinguens & diſcernens vnumquodq; ab alijs
clare & ordinate per formas & ſpecies ſingulorum.Nam forma eſt quæ diſtinguit & ſeparat
[vnicuique cognata omnibus exiſtentibus donat]id eſt,vniuerſis generaliter quędam genera- F
Actu.17. Ibidem. lia influit & largitur,donans omnibus motum,inſpirationem & vitam,ſecundum Paulum in
Actibus. Propter q̃d addit ibidẽ:Et in in ipſo viuimus,monemur & ſumus. Singulis vero ſeu
vnicuiq; confert cognata,id eſt,connaturalia & ſpecialia quædam dona,ſecundum exigẽtiam
1.Cor.7. propriæ ſpeciei aut conditionis,dicente Apoſtolo:Vnuſquiſq; donum ſuum habet à domino
[Secundum vnicuiq; exiſtentium inſitam dignitatem]id eſt,iuxta ſpeciem,naturam ſeu perfe-
ctionem rebus innatam aut conuenientem. Veruntamen etiam dignitas, natura & ſpecies re-
iſta,à deo eſt exemplariter præconcepta & efficiẽter collata. ¶[Et ſi hæc recte dicimus]id eſt,
In detractores diuinæ iuſtitiæ vtiq; recte[quicunq; diuinis maledicunt]id eſt,operibus dei iniuriantur,& ſapiẽtiam dei blaſ-
phemant,ac ordinem rerum peruertere moliuntur[iuſtitia eos latet]id eſt, diuinam iuſtitiam
non attendunt[ſuam iniuſtitiam in aperto condemnantes]id eſt,manifeſte oſtendentes,quam
irrationabilis condemnabiliſq; ſit ipſorum iniuſtitia,error,blaſphemia. [Aiunt enim debere
ineſſe mortalibus immortalitatẽ,& imperfectis perfectũ].i.perfectionẽ[& per ſeipſos motis]
.i.his quæ à ſeipſis mouẽtur[alterã mouẽtẽ neceſſitatẽ].i.neceſſitudinẽ mouẽdi ab alio[& mu-
tabilibus immutabilitatẽ,& pfecte potẽtia].i.vires cõpletas debere ineſſe[infirmis,& æterna eẽ
tẽporalia].i.tẽporalia debere eẽ æterna[& intrãſmutabilia natura mobilia].i.ea quæ ex ſua na-
tura ſunt mobilia,debere eẽ intrãſmutabilia[& tẽporales delicias ęternas].i.trãſitoria oblecta-
mẽta eẽ debere ppetua[Et oĩno quæ alioꝝ ſunt alijs porrigũt].i.pfectiões,pprietates,naturas,
quæ aliqbus ſpeciebus ac eminẽtioribus reb9 vere & ordinate cõueniũt alijs cõuenire affirmãt,
Pythagore error. quod eſt deſtruere ordinẽ rerũ,& confundere earum naturas.Præterea, in his partim deuiauit
Origenis error. Pythagoras,dicens om̃ium materialium formas ſubſtantiales,eſſe ſpeciei eiuſdem:nec eas dif-
ferre,niſi ſecundum maiorem aut minorem immerſionem in materia.Origenes quoq; in libris
periarchon,interdũ aliquid tale opinatus putatur,ꝙ ſcilicet creator iuſtus oĩpotẽs, in exordio
fecit o-



fecit omnes creaturas eiuſdem ſpeciei ac dignitatis, vtpote ſpiritus rationales: eo quod
A ſicut iniuſtum eſt æqualibus inæqualia dare,ita iniuſtum videtur,non inæqualibus inæqualia
dare,ſed ante primam rerum creationem non fuit ex parte rerum inæqualitas aliqua,ergó in-
iuſtum fuiſſet eis tunc inæqualia condonare.Verum iſta perſuaſió parui exiſtit vigoris,& quã-
uis teneat in donationibus debitis,quæ ex debito ſeu iuxta merita fiunt , non tamen in dati-
onibus mere liberalibus,quæ ex ſola dantis liberalitate procedunt,qualis fuit communicatió
diuinorum donorum in primęua rerum conditione. ¶[Si quis dixerit]obijciendo iam di- Iuſtitiã diuinã ꝑmittere pios terrenis expoliari atque cõteri aduerſis vt glorioſi9 poſteã coronẽtur.
ctis.[Non eſt iuſtitie forſan agentes ſanctos inter non adiutos à deludentibus extorquendos]
id eſt,quod non ſit bonum aut iuſtum,eos qui ſancte agunt & optime viuunt, relinquere nõ ad-
iutos,& inter nõ adiutos,extorquẽdos à deludentibus, id eſt,cruciandos ab illuſoribus,iuxta il-
lud in Iſaia:A facie iniquitatis ablatus eſt iuſtus,cum & in Prouerbijs dicatur,Erue nos qui du-
cuntur ad mortem.[Ad quem dicendum ſic]id eſt,ita reſpondendum eſt ſic obijcienti. [Siqui- Prouer.24.
dem diligũt quos ſanctos dicis in terra à materialibus zelando]id eſt,ſi iſti quos aſſeris ſanctos
diligunt carnalia & terrena,quæ à materialibus,id eſt,carnalibus zelantur, id eſt, immoderate
amantur[diuino penitus ceciderunt amore]id eſt,à ſpiritali dilectione penitus corruerunt,iu-
xta illud Apoſtoli:Qui in carne ſunt,deo placere non poſſunt[& neſcio quomodó ſancti voca- Roma.8.
rentur iniuſte agentes]niſi forſan ratione officij aut ſacramentorum,ſicut interdum etiam pon-
tifex ſummus iniuſte conuerſans,vocatur ſanctiſſimus[vere amabilia & diuina nõ zelantibus]
B id eſt,ipſis qui tales ſunt,non zelantibus,id eſt,non intenſe amantibus bona honeſta ac virtuo-
ſa[& non amantibus ab ipſis non ſancte approbata] id eſt,talibus non amantibus approbata
ab ipſis non ſancte & dona gratiæ ac virtutum & bona futura regni cœleſtis, quæ approbaue-
runt & laudauerunt ficte, non ſyncere.[Si autem vere exiſtentia amant] id eſt, deum & bona Pſal.26.
cœleſtia,de quibus ait vir vere fidelis:Credo videre bona domini in terra viuentium[lætari o-
portet horum appetitores quando appetita aſſequuntur]id eſt,dum ſuſtinendó perſecutiones
merentur protinus conſequi gaudia felicitatis pleniſſimæ ac æternæ,propter quod dixit Salua-
tor:Gaudete in illa hora & exultate,quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis,vnde & Iaco-
bus hortatur Apoſtolus:Omne gaudium exiſtimate fratres cum in varias tentatiões,id eſt,tri- Matt.5. Luca.6.
bulationes & perſecutiones inci deritis. &c. [vel non tunc magis propinquant angelicis vir- Iacob.1.
tutibus]id eſt,nonne tunc amplius appropinquant cœleſtibus ciuibus[cum vt poſſibile eſt,de-
ſiderio diuinorum redeunt]id eſt,ad deum conuertuntur ac reuertuntur , iuxta illud Eccleſia- Eccle.12.
ſtis:Reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad deum [ materialium perpeſſione
exercitati]id eſt,corporalium tormentorum & damnorum afflictione probati,iuxta illud libri
Sapientiæ:Tanquam aurum in fornace probauit illos.Et rurſus,Deus tẽtauit illos , & inuenit Sapien.3. Ibidem.
eos dignos ſe.Denique non ſolum angeli ſancti,ſed & ipſemet Chriſtus dominus plurimos v-
triuſq; ſexus ſacratiſſimos martyres in ipſorum martyrijs atque carceribus viſitauit,conforta-
C uit,exhilarauit ſuauiſſime ac gratioſiſſime valde. [Ad hoc valde viriliter pro bono inſtant]id
eſt,veraciter & perfecte catholici,ſtrenuiſſime inſiſtunt & conantur ad hoc obtinẽdum pro bo-
no eorum certamine,de quo deprompſit Apoſtolus:Bonum certamen certaui , ſupereſt mihi 2.Timo.4.
corona iuſtitiæ.[Itaq; verum dicere quia hoc magis eſt diuinæ iuſtitiæ proprium nolle perde-
re potenter agentium fortitudinem]id eſt,vere dicitur quod hoc potius competat diuinæ iu-
ſtitiæ,quod non vult neq; permittit efficacem laborem & conflictum militum martyrumq; ſu-
orum vinci aut fruſtrari præmio ſuo[materialium vinculis]id eſt,quibuſcunq; captiuitatibus
& preſſuris corporalium perſecutorum.[Nunquid vero ſi quis conatus fuerit hoc facere]id ẽ,
ſi quis conetur ipſos fideles per tormenta deijcere,nunquid conueniet deo ipſos[inter non ad-
iuuantes relinquere]id eſt,non adiutos deſerere[& nõ potius collocare eos in bono & irrepre-
henſibili ſtatione]id eſt,in ſtatu ſecuro[& retribuere his talibus exiſtentibus, quæ ſecũdum di-
gnitatem ſunt?]id eſt præmia glorioſa,iuxta id libri Sapientiæ:Bonorum laborum glorioſus Sapien.3.
eſt fructus,& ad Romanos:His qui ſecundum patientiam boni operis,gloriam & honorem & Rom.2.
incorruptionem? ¶De hac dignitate iudex in Apocalipſi pollicetur:Qui vicerit,dabo ei ſede- Apoca.3.
re mecum in throno meo ſicut & ego vici & ſedi cum patre meo in throno eius. ¶[Hæc ergo Diuina iuſtitia quõ omnibus pſtet ſalutẽ
diuina iuſtitia & ſalus omnium laudatur]id eſt,increata hæc æquitas,quæ vere eſt omnium ſa-
lus obiectiue & effectiue[propriam vniuſcuiuſq; & puram ab alijs eſſentiam & ordinẽ ſaluans
& cuſtodiens]id eſt,naturam & habitudinem cuiuſlibet rei conſeruans ſua ſpecie & collocati-
one alijs impermixtam[& fœtida purgans in omnibus propriç actionis] id eſt,mũdans ipſam
naturam ab impertinentijs & incongruentijs operum ſuorum,ſic quod vna non exercet actus

 alte-

Ca.VIII. alterius.[Si quis autem ſalutem laudauerit]id eſt,ſi aliquis deum commendet, vt ſaluē & oīm
ſaluatorem[& ſic ex malis omnibus omnes velut parturientem eripientem omino ibi] id eſt, D
vniuerſos eruentem ac producentem ex malis contrarijs ac corruptiuis omnino in ſua natura
& collocatione[& hunc laudabilem laudatorem largiſſimæ ſalutis recipiemus]id eſt,eum qui
ita laudat increatam ſalutem liberaliſſimam,approbabimus.Et [hanc autem etiam primā ſa-
lutem]id eſt,ſalutem iſtam primam fontalem[omnium dignum iudicabimus eum diffiniſſe]
id ē,fatebimur eum dignum fuiſſe præconio,ſic deſcribendo ſalutem hanc æternalem [omnia
in ſeipſis tranſmutabilia & ſtabilia,& inflexibilia ad ſubiecta ſaluantem]id ē, conſeruantem in
ſuis proprietatibus ac ſpeciebus ea,quæ ex proprijs naturis intranſmutabilia ſunt & fixa, & ad
inferiorum naturam ac proprietatem indeclinabilia[& omnia cuſtodientem non pugnātia &
non bellantia]id ē,nō corrumpentia ſe inuicem,quamuis quædam particularia inuicem cōtra
riētur,& corrumpāt ſe mutuo,elemēta tamē quo ad ſe,tota permanēt incorrupta[ſuiſq; ſingu
la quæq; rationibus diſpoſita]id ē,diſtincta,locata & ordinata ſecūdum exigētiam rationum
ſuarum[& omnem inæqualitatem]id ē,ſuperfluitatem diſtortiōem[& extraneam actiōem]
id ē,innaturalem ac nociuam impreſſionem[ex omnibus exterminantem]vnumquodq; enim
reſiſtit ſuo contrario[& corrationalitate vniuſcuiuſq; conſtituentem irrationalitates extra ca-
dentes in contraria & non tranſgredientes]id ē,dando vnicuiq; quod ei cōnaturale ac propri-
um ē,facit quod oppoſitæ proprietates ſunt cuiq; conueniētes & accidentales & extra ratiōem
ipſius,ita quod cadunt ſibi in cōtrarium,& nō tranſgredientes,id ē,trāſire nequeūtes in alias na

Laus diuinæ ſalutis vt redemptrix.

turas,quibus eſſent irratiōales & irrationabiliter inexiſtentes. ¶[Deinde & hanc ſalutem nō ab
reſpectu quis laudauerit ſacræ theologiæ]id ē,diuinam & increatam ſalutem,quicunq; volue
rit,laudabit nō abſq; intētione & ſpeculatione ſcripturæ[velut oīa exiſtentia ſalutari omni- E
um bonitate propriorum optimorum caſu redimentem]id ē,tanquam libertatem omnia exi-
ſtētia à defectu & caſu,à proprijs perfectionibus & finibus ſuis,dando ſingulis bonitates & per
fectiōes cōnaturales,quibus formaliter ſaluantur & cōſeruātur in ſuis ordinibus ac naturis[q-
tum vniuſcuiuſq; ſaluādorum recipit natura]id eſt,quantum capax eſt naturaliter natura cuiuſ
libet rei ſic cōſeruādæ.[Proinde & redemptiōem ipſam nominant theologi,quantum nō ſinit
vere exiſtentia ad nō eſſe cadere]id eſt,ſecūdum quod entia nō permittit labi in nō eſſe,in quod
protinus laberētur,niſi ab ipſo conſeruarētur:[Et quātum ſi quid ad delictum aut inordinatū
deceptum ſit,& diminutionem quandam patiatur propriorum bonorum perfectionis, & hoc
paſſione & inertia & priuatione redimit]id eſt,inquantum ſalus iſta quæ deus eſt,redimit,id ē,
eruit ab incommodis & nociuis,ſi quis ex deceptione quacunq; deuolutus ſit ad culpam & in-
ordinationem,& patiatur diminutionem ſeu minorationem aliquam perfectionis propriorū
bonorum,id eſt,naturalium ſuorum,quæ data ſunt ſibi:aut gratuitorum,ad quæ poteſt pertin-
gere:& hoc contigerit ex aliqua ſenſitiui appetitus paſſione aut afflictione, ſeu ex propria ſua
ignauia,vel priuatione gratiæ dei[Implens indigentiam]id eſt,deus releuans,ſupplenſq; penu
riam creaturæ[& paternæ infirmitatem deſpiciens]id eſt,oculo paternæ pietatis attendens cre
aturæ imbecillitatem,vel infirmitatem illam deſpiciens,id eſt,paruipendēs inquātum eſt quæ-
dam infirmitas,ſeu culpa ex infirmitate procedens,non ex malitia neq; propoſito[& reſtituens
à malo]id eſt,à peccato reducens ad gratiam.[Magis autem ſtatuens in bono ſupertimidum] F
id eſt,eum qui vehementer anxius eſt ac timidus,in gratia ac omni virtute ſtabiliens.Qui enim
ſolicitus eſt & timoratus ne deum offendat,meretur ſic roborari ac præſeruari à domino.Pro-

Prouer.28. Eccle.18. Hebræ.12. Philip.1.

pter quod ait ſcriptura:Beatus homo qui ſemper eſt pauidus.Et rurſus,Sapiens in oībus me
tuit.Paulus quoq;:Cum metu,inquit,& reuerentia ſeruiamus[bonum replens]id eſt, bonita
tem ipſius perficiens,iuxta illud Apoſtoli:Qui cœpit in vobis bonū,ipſe perficiet[& ordinans
& ornans inordinatum eius & inornatum]id eſt,ad deordinationem ipſius ac deiformitatem
peccati expellens,& ad ordinationem gratiæ ac decorem virtutum reformans, recuperans ac
reportans[& integritatem]id eſt,incorruptionem[perficiens & omnium ſoluens maculas]ni

De inæqualitate.

tore gratiæ ac ſplendore virtutum. ¶ [Sed de his quidem & de iuſtitia dictum eſt] id eſt,&
hic & alibi dictum eſt de iſtis,& de iuſtitia dei[ſecundum quam omnium æquitas menſuratur
& terminatur]Diuina nanq; iuſtitia veriſſime regula eſt & menſura,cauſa & iudex omnis crea

Pſal.56.

tæ iuſtitiæ.Propter quod ait:Dum accepero tempus,ego iuſtitias iudicabo.Hinc vere ſapien-

Iſaiæ.64. Aga.abbas Arſe.abbas

tes iugiter trepidant,pauentes ne eorum iuſtitia à ſumma iuſtitia diſſonet & reprobetur,præſer
tim quoniam teſtē Iſaia,quaſi pannus menſturatæ ſunt vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.Hinc abbas
Agathon:Alia inquit, ſunt iudicia dei, alia hominum. Abbas quoque Arſenius in extremis

valde



A valde formidans,diſſeruit:Timor qui nunc in me eſt,ſemper fuit in me.Idcirco teſtatus eſt ma- Iob.23.
gnus ille patriarcha atq; propheta Iob:Conſiderans deum,timore ſolicitor.Et item,Semper q- Iob.31.
ſi tumentes ſuper me fluctus timui eum,& pondus eius ferre non potui[& omnis iniquitas quæ
eſt per priuatiōem in ipſis ſingulis æquitatis,exterminatur]id eſt,omne peccatum quod in ho-
minibus eſt per æquitatis priuationem, extirpatur ab ipſis à deo & gratia eius,iuxta illud beati
Iob.Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine?nonne tu qui ſolus es? Vir- Iob.14.
tutes quippe naturales & acquiſitæ,non ſufficiunt ad ſalutem,nec abſolute iuſtificant,nec cun- † inæqualitatem.
cta mortalia expellunt peccata.[†Aequitatem enim ſi quis*auferret in toto]id eſt,ſi quis tollat
totaliter æquitatem ſeu æqualitatem & commenſurationem ſeu proportionem à rebus[toto * afferret.
rum ad tota differentias]id eſt,auferet etiam omnium ab inuicem ſeu ab omnibus differentias,
quæ ſemper præſupponunt conuenientiam eorum,quæ per differentias diſtinguūtur in gene-
re[& eius quæ eſt iuſtitia cuſtodem]id eſt,tolleret item cuſtodem rerum,quæ eſt iuſtitia [quæ
non concedit commixta tota in totis facta perturbari]id ē,non permittit ea quæ in totis & cō-
poſitis rebus commixta & coniuncta ſunt,totaliter eſſe aut fieri confuſa & perturbata,vt patet
in mixtis,in quibus elementa ad quandam contemperantiam & æqualitatem rediguntur.[Cu
ſtodiens vero omnia quæ ſunt omnia per ſpecies ſingulas]id ē,vnumquodq; ens conſeruans in
ſua ſpecie ac ſpecifica perfectione,quamdiu durat & permanet[in quibus & vnumquodq; eē
ſubſtituit]id ē,in qua ſpecie deus diſpoſuit vnumquodq; ſubſiſtere.Ex his error inſipientium
illorum,ordinem rerum confundentium,ſubtiliſſime ac euidentiſſime reprobatur.

B ¶ Capitis huius octaui tranſlatio alia clarior.

VErum quoniam diuinam veritatem,ipſamq; ſupra modum ſapientiæ ſapientiā,the
ologi etiam vt potentiam & iuſtitiā,ſalutemq; & redemptionem appellant:age iſta Rom.1.
quoq; cognomenta pro viribus explicemus.Summam quidem deitatem omnipo- Deus quare dicitur potens vel potentia.
tentia quomodolibet vel ſic,vel cogitetur eminentiſſime ſuperiorem eſſe,neminem
reor qui in diuinis literis verſatus fuerit ignorare.. Pluribus enim locis theologia diuinæ po-
tentiæ dominationem,poteſtatum quoq; ſupercœleſtium palā aſſignat.Quo igitur pacto the-
ologi illam celebrant vt potentiam,quæ vniuerſa potentia ē eminentior?aut qua ratiōe in ipſa
hoc ipſum potentiæ virtutiſve nomen accipimus?Dicamus igitur deum eſſe potentiam, quo-
niam omnem in ſeipſo potentiam anticipat & comprehendit,omniſq; virtutis ē cauſa:oīaq; per
virtutem nuſquam inclinātem incircunſcriptamq; producit,cauſaq; ē & ipſa virtus ſiue vniuer-
ſaliter ſiue particulariter exiſtat. ¶ Dei virtus dicitur infinita,non ſolum quoniam virtutes oēs Dei virtus quō dicatur infinita.
producit,ſed etiam quoniam ipſam virtutem vniuerſam eminēter excedit,poteſtq; ſuper ipm
potentiæ modum infinitæ infinitas,præter eas quæ ſunt alias proferre potentias. Ipſæq; vires
inde productæ etiam ſi in infinitum prodeant infinitæ nequeunt effectionem pluſquam infini
tam virtutis eius virtutem omnem efficientis obtundere.Deniq; quoniam virtus eius oīa ſu
C perans,nec exprimi,neq; cognoſci,neq; excogitari poteſt. ¶ Diuina virtus propter exhuberan
tiam poteſtatis,infirmitatem quoq; corroborat,extremaq; veſtigiorum ſuorum præpotēti cō Potētiā diuinam ſuper omnē ē fore potētiā cauſatam.
tinet poteſtate:quemadmodum cernimus,& in rebus quæ ad mouendum ſenſum valētiſſime
ſunt.Nempe ſplendidiſſima lumina ad hebetiores quoq; acies penetrant,fuerunt etiam ingen
tes ſonitus in aures quoq; ad audiendum minus idoneas peruenire.Quod enim audiendi mu-
nere penitus vacat,nec ē auditus:quodve nihil videnti non eſt viſus.Illa igitur infinitæ potens
diuina diſtributio per ſe omnia porrigit,neq; quicquam eſt in rebus quod non aliquam ſortiri
potentiam valeat,ſed vel intellectualem,vel rationalem aut ſenſualem,aut vitalem, aut eſſen-
tialem potentiam habet.Ipſum quoq; eſſe(ſi dictu fas eſt)potentiam ad eſſendum habet ab il
la,quæ ſuper eſſentiam eſt,poteſtate. ¶ Ex ipſa ſunt diuinæ angelicorum ordinum poteſtates. Virtutes angelicas eē à potentia increata.
Nam ex illa & eſſe habent procul à lapſu,omneſq; ſuas intellectuales & immortales ſempiter-
naſq; motiones,indeclinabilemq; conſtantiam,& incontaminabilem volūtatem boni ab ipſa
infinitæ bonitatis potentia ſuſceperunt.Ipſa videlicet illis largiēte vt & poſſint,& ſint hæc ipſa
& ſemper eſſe deſiderent:ipſumq; poſſe deſiderare ſemper poſſe.Munera præterea indeficien-
tis virtutis illius ad homines quoq; procedunt,animaliaq; & arbores,& totam vniuerſam na
turam.Quæ quidem munera quæcunq; in vnionem conueniunt,corroborant ad mutuam a-
micitiam,atq; ſocietatem.Rurſum quæ diſcreta ſunt virtute donant,per quam vt vnaquæq; ſe
cundum rationem propriam ſint,atq; terminum,neq; confuſa prorſus,neq; commixta.Deniq; Vitā felicitatēq; angelorū eē à diuina potentia.
mundi ordines,directioneſq; ad proprium bonū vbiq; conſeruant. ¶ Diuina poteſtas immor
tales angelicarum vnitatum vitas conſeruat inuiolabiles,cœlorumq; & luminum,& ſyderum
ſubſtantias & ordines efficit immutabiles,autor ē æternitatis & temporis. Temporales quoq;

Ca.VIII. circuitus progreſſionibus quidem diſtinguit,reſtitutionibus vero colligit,vires ignis reddit in D
extingui biles,& aquarum fluenta perennia,aeream quoq; fuſiõem terminat,ſuper nihil firmat
terram, viuificos terræ partus cuſtodit incorruptibiles:mutuam elementorum harmoniã mi
xturamq; inconfuſam atq; indiuiduam ſeruat. Animæ præterea corporiſq; nexum continet,
vires arborum quibus nu triuntur & creſcunt mouet & ſuſcitat. Eſſentiales deniq; vires omni
um roborat, vniuerſum conſeruat indiſſolutum,deificum largitur munus,dum his qui diui
ni redduntur,ad hoc ipſum ſuppeditat facultatem. Deniq; nulla res eſt vſquam quam omnipo
tens virtus & conſeruatio dei non vbiq; contineat. Quod eni m nullã prorſus potentiam ha
bet,neq; eſt quidem,neq; eſt aliquid,neq; prorſus eſt eius vlla poſitio. ¶ Atqui( inquit Elymas

Elymæ magi veſania. 2. Timo. 2

magus)ſi eſt omnium potens deus,quonam modo à theologo veſtro aliquid nõ poſſe dicitur:
diuinum hic inſimulat Paulum,dicentem:Deum negare ſeipſum nõ poſſe. Ego vero vehemẽ
ter timeo,ne vt amens ridear,qui puerorum ludentiũ ſtructuras in arena fabricatas,infirmaſq;
euertere moliar. Atque huius rei veram theologi mentem velut inperſcrutabile aliquid inten
tius coniectare ſtudeam. Nempe enim ſeipſum negare eſt à veritate decidere. Veritas autẽ ens
ipſum eſt,caſuſq; à veritate eſt ab ipſo ente ruina. Si igitur veritas ens eſt,veritatiſq; negatio eſt
ab ente prolapſio,certe deus ab ente cadere nequit. Neq; eſt in eo non eſſe,vt ita dixerim,& nõ
poſſe non poteſt,& non cognoſcere,ſecundum priuationem non nouit. Quod quidem ſapiẽs
ille non animaduertens,athletas imitatur imperitos,qui ſæpe aduerſarios ſuos imbecillos eſſe
ſibi perſuadentes,atq; contra abſentes ipſos fortiter velut adumbrata pugna dimicantes, & ae E
rem caſſis ictibus audacter ferientes,ſuperauiſſe aduerſarios opinantur,ſeq; victores iactãt, cũ
neq; illorum vires nouerint. Nos autem diuinum theologi ſenſum pro viribus coniectantes,
deum præpotentem celebramus tanquam omnipotentem,tanquam beatum, ſolumq; poten
tem,vt dominantem æuo in poteſtate ſua:vt qui nulla rerum eſſentia exciderit:imó vero exce
dat anticipatq; entia omnia per virtutem eſſentia longe ſuperiorem. Qui his quæ ſunt omĩbus

Laus dei vt iuſtitia.

vt eſſe poſſint,& vt ſint,propter excellentis virtutis copiam exuberãti profuſiõe largitur. ¶ De
us pterea iuſtitia nominat,vt ſua cuiq; p dignitate diſtribuẽs,m odũq; & pulchritudinem,& or
dinem,& ornatum:omnes præterea diſtributiones diſpoſitioneſq; definiens, vnicuiq; ſecũdũ
ipſum terminum reuera iuſtiſſimum,ſingulis quoq; vt ſuum quæq; opus agant,autor exiſtens.
Omnia enim diuina iuſtitia ordine certo diſponit atq; determinat. Cuſtodit præterea ſingula
ſeorſum à ſingulis non confuſa. Singulis deniq; quod cuiq; conuenit pro dignitate largitur.

In eos q diuinã calũniantur iuſtitiam

¶ Si hæc recte dicimus,quicunq; diuinam iuſtitiam incuſant,inſcij ſuam iniuſtitiam proculdu
bio damnant. Aiunt enim immortalitatem mortalibus adeſſe debere,imperfectis perfectionẽ,
rebus naturaliter ab alio mobilibus ſui ipſorum mouendi potentiam, mutabilibus identitatẽ,
debilibus vim adultam. Item quæ temporalia ſunt eſſe ſempiterna debere,quæ natura mouen
tur penitus immobilia,temporaneas voluptates æternas,& omnino attribuunt alijs quæ ſunt F
aliorum. Cum alioquin conſiderandum ſit,diuinam iuſtitiam ex hoc maxime veram eſſe iu
ſtitiam,quod omnibus quæ ſua ſunt pro dignitate cuiuſq; tribuit,ſingulorumq; naturam in or

Iuſtitiã diuinã pios p mittere aduerſis quaſſari' vt glorioſius poſtea coronẽtur.

dine proprio ſuaq; facultate conſeruat. ¶ At uero dixerit quiſpiam non eſſe iuſtitię permittere
viros ſanctos ab improbis ſine præſidio conteri. Huic igitur reſpondendum eſt,eos qui appel
lantur ſancti,ſi terrena diligunt,quibus homines terreni ſtudent,à diuino amore penitus exci
diſſe. Neſcio æquidem quo pacto ſancti appellari debeant: qui reuera amabilia diuinaq; iniu
rijs afficiunt,quatenus his illa quæ neq; amanda ſunt,neq; digna ſtudio indigne comparant:ſin
autem,quæ vere ſunt amant,gratulari oportet eos qui aliqua cupiunt quando potiuntur opta
tis. Nonne tunc magis virtutibus propinquant angelicis,quãdo diuinorum deſiderio pro vi
ribus ab omni terrenorum affectione diſcedunt: Iam vero ad hoc admodum viriliter exercen
tur,dum anguſtias honeſti gratia tolerant. quamobrem hoc dictu verius,hoc potius eſſe diui
næ iuſtitiæ proprium,nequaquam mulcere atq; eneruare virilem optimorum quorumq; ani
mum largitionibus terrenorum. Neq; ſi quis id tentet efficere,eos abſq; auxilio linquere,ſed il
los in ſtatu potius honeſto & inflexibili ſolidare,eiſq; cum ſint tales ſecundum merita redde

Iuſtitiã diuinã oĩbus pſtare ſalutem.

re. ¶ Hæc igitur diuina iuſtitia ſalus q̊q; oĩm prędicat,prropiã cuiuſq; ſegregatãq; ab alienis eſ
ſentiã & ordinẽ ſeruãs atq; cuſtodiẽs,cauſaq; pure exiſtẽs,vt actionẽ ppriã quælibet pſequant.
Si qs pterea ſalutẽ laudet,q̃tenus à deterioribus ſingula eripit cõſeruãdo,hũc ipſi laudatorẽ v

Salutẽ incrementã rite laudãdã vt rẽ dementem.

niuerſæ ſalutis libẽter recipiemus. Iã vero & hãc primã oĩm ſalutẽ ipm definitu⁊ exiſtimam⁹,
quæ oia in ſeipſis immutabilia,neq; diſſidentia,& nuſquã ad deterius deflectentia ſeruet, cuſto
diatq; omnia procul à pugna & bello,ſingula ſuis diſtinctam rationibus exornata, omnemq;
quoq; inæqualitatẽ & actionẽ ſe circa aliena verſantẽ ex cũctis eliminet:pportiõeſq; cui⁹q; ita
confir-



A confirmet,vt in cõtraria neq; ruant,neq; ptranſeant. ¶ Hanc q̊q; ſalutẽ nõ præter intentionẽ ſa
cræ theologię quiſpiam celebrabit, tanq̃ omnia redimentem, vtpote quæ res omnes bonitate
ſua omnium ſeruatrice à bonorum ſuorum caſu redimat, quatinus videlicet vniuſcuiuſq; rei
ſeruandæ natura capit: quamobrem theologi ipſam etiam redemptionem nominant, quo
niam non permittit,quę vere ſunt,ad id cadere vt vltra non ſint. Rurſus ex eo quod etiam ſi qd
deliquerit,atq; extra ordinem præuaricatum fuerit, perfectioniſq; proprio⁊ bonorũ paſſum
fuerit detrimentum, hoc inſuper à paſſione & imbecillitate priuationeq; redimit, indigentiã
implens,affectuq; paterno firmans infirmitatem,erigẽſq; à malo,imo vero in bono pulchro
ve ſiſtens. Et quod effluxerat boni , ſupplens,redigens in ordinem , dum quod præter ordinẽ
ibi eſt,exornat,perficitq; ad integrum, detrimentiſq; omnibus prorſus abſoluit. ¶ Cæte⁊

De inæqualitate

de his quidem & de iuſtitia dictum eſt,quæ omnium æqualitatem metitur & terminat, oẽmq;
inæqualitatem priuatione quadam oppoſitam ęqualitati ſingulis competenti foris expellit.
Si quis enim inęqualitatem illam conſideret , quæ ſignificat differentias in vniuerſo totius cu
iuſlibet ad totum quodlibet,hanc quoq; ipſa iuſtitia ſeruat, quatenus non permittit res totas
totis commixta turbari,ſed cuſtodit omnia ſecundum vnamquanq; ſpeciem , in qua eſſe pro
prium ſingula naturaliter ſuſceperunt.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI VIII.

psalm. 139. Roman. 1. psalmo. 23.

Q Voniam autem diuinam veritatem & ſuperſapientem ſapientiam theologi
B laudant ſicut virtutem,& ſicut iuſtitiam,& ſicut ſaluationem,& ſicut libera
tionem,referemus & ipſas dei nominationes,prout eſt poſſibile. Quod aũt
principalis deitas per exceſſum ſegregata ſit ab omni virtute quocunq; mo
do exiſtente aut cogitabili,non ignorãt exercitati in ſacris ſcripturis. Theo
logia enim ſępe attribuit deo dominationem cœleſtium etiam virtutum.
Cum ergo diuinitas ſegregata ſit ab omni virtute,quomodo ipſam laudãt
theologi tanq̃ virtutem,aut omnino quomodo accipiemus nominationem virtutis,ſecundũ
quod deo attribuitur. Dicamus ergo ꝙ deus ſit virtus , ſicut præhabens & ſuperhabens in ſe
omnem virtutem,& ſicut cauſa omnis virtutis,& producens omnia per virtutem ſuam , in ſe
tamen manentem,& inflexibilem,& immobilem,& omnino infinitam , & ſicut exiſtens cauſa
ipſius,quod eſt eſſe virtutem,ſiue vniuerſalem,ſiue particularem, & ſicut exiſtens infinitæ vir
tutis,non tantum ex eo ꝙ producit omnem virtutem, ſed ex eo ꝙ eſt ſuper omnem etiam per
ſeipſam virtutem eſſendo & ſuperando & multipliciter adducendo exiſtentibus virtutibus
alias virtutes multas,& quantumlibet prouectę virtutes,nunq̃ tamen poſſunt hebetare ſuper
infinitam actionem virtutis diuinæ, quæ eſt virtutifica. i. faciens virtutem. Dicitur etiam de
C us virtus,eo ꝙ virtus ipſius cuncta excedens , ineffabilis ſit ignota & incogitabilis, quæ pro
pter abundantiam potentiæ confirmat infirmitatem,& continet,& fortiter tenet infimas ipſi
us diuinæ virtutis reſonantias,quæ videlicet inter cætera exiſtentia minorem & minimam ha
bentia virtutem,ſecundum quod apparet in potentijs rerum ſenſibilium. Verbi gratia: Splen
didiſſimi radij ſolis perueniunt ad conſpectum oculorum pene excæcatorum, & ſonitus toni
trui percipitur auribus pene ſurdis. Oculus enim omnino cæcus neq; obſcurum lumen videt,
neq; clariſſimum: & auris omnino ſurda neq; leues ſonos audit,neq; maximos. Ipſa ſiquidem
diſtributio infinitæ virtutis dei ad oĩa exiſtentia peruenit,& nihil eſt exiſtentium quod per
fecte priuetur qualibet virtute,ſed omne exiſtens habet virtutem aut intellectualem pure , vt
angeli,aut rationalem,vt homines mortales, aut ſenſibilem,vt bruta animalia,aut vegetabilẽ
vt plantę,aut ſubſtantialem ſaltem,vt inanimata,& ſi licet dicere ; ipſum eſſe habet virtutem à
ſupſubſtantiali virtute ad hoc q̊d ſit,& ex ipſa diuina virtute ſunt deiformes virtutes ornatuũ
angelico⁊,qui ex ipſa habent ꝙ ſunt intranſmutabiliter, & ab ipſo acceperunt omnes mo
tus ſuos intellectuales & immortales,& ipſam ſuam fortitudinem & non minorabile deſide
rium boni ipſa virtute diuina immittente ipſis angelis poſſe quod poſſunt, & eſſe quod ſunt
ſecundũ prædicta,& deſiderare & ſemper eẽ, & ipſum poſſe quod poſſunt ſemper deſiderare.
Proceſſus aũt indeficientis virtutis poſt angelos perueniũt, & ad homines , & ad animalia,&
ad plantas , & ad nauram inanimatorum , & vnita confirmat ad mutuam amicitiam &
communionem. Diſcreta vero cõfirmat ad hoc ꝙ ſint ſingula ſecundum propriam rationem
& definitionẽ ſicut inconfuſa & incõmixta,& ſaluat ordines & directiões cuiuſlibet rei ad pro
prium bonũ & immortales vitas angelicarũ ſimplicitatum immaculatas cuſtodit,& cœleſtiũ

 luminariũ

Ca.VIII. luminarium ſubſtantias & ordines facit ſecundum naturam certos & inuariabiles: & æuum D poſſe eſſe facit. Dat enim temporis circumuolutionibus poſſe eſſe, & diſcernit eas per proceſſus & congregat per reſtitutiones ad puncta, ex quibus proceſſerunt. Ipſa etiam diuina virtus operatur inextinguibiles virtutes ignis, & indeficientes aquæ influxiones, & terminat auream fluiditatem, & terram firmiter ſtabilit ſine exteriore corporeo fulcimento & terrę naſcentium propagationes vniformes naturaliter cuſtodit, & ſaluat mutuam elementorum harmoniam, & inconfuſam & indiuiſibilem concretionem, & continet communionem animæ & corporis, & ſurſum mouet plantarꝫ virtutes nutritiuas & augmentatiuas, & inanimatorum & omnium ſubſtantiales virtutes ſua fortitudine retinet, & indiſſolubilem vniuerſitatis permanentiam firmat & naturę rationali ipſam deificationem donat, prębens virtutes his qui deificantur, & omnino nihil eſt exiſtentium ſegregatum à firmitate, aut excluſum ab ambitu diuinæ virtutis. Quod enim nullam penitus habet virtutem, nulla omnino eſt vel erit ipſius poſitio. Quod autem dicit Elymas magnus obijciens ſancto Paulo dicenti, quod deus negare

2. Timo. 2. ſeipſum non poteſt. Si deus omnipotens eſt, quomodo aliquid non poſſe dicitur? Si hãc eius obiectionem impugno, timeo ne ridear tanq̃ puer, in eo quod ſtudeam diſſoluere ędificia infirma ſuper arenam fundata, & per theologicam deliberationem impugnare intentionem oĩno impoſſibilem. Cum enim deus veritas ſit, negatio dei eſt caſus à veritate. Veritas autem exiſtens. Vnde caſus à veritate eſt caſus ab exiſtente. Si ergo deus exiſtens veritas negat ſeipſum cadit ab exiſtente, quod eſt manifeſte impoſſibile. Hoc eſt ergo dicere deum non poſſe ſe negare, quod eſt dicere, ipſum non poſſe cadere ab eſſe, vel à poſſe, vel à ſcire. Quod Elymas non E intelligins imitatur inexpertos certaminum, qui aduerſarios ſuos infirmos eſſe ſupponunt ſecundum ſuam opinionem, & quaſi contra illos adhuc abſentes pugnant audacter, ſimulant, & vanis plagis aerem percutientes, cõfidenter arbitrantur ſe iam ipſos aduerſarios expugnaſſe, & propriam virtutem iactant adhuc ignorantes virtutes aduerſariorꝫ. Nos aũt dicta verba beati Pauli ſcd̃m noſtram poſſibilitatem coniectantes, laudamus deum ſicut potentem, ſicut omnipotentem, ſicut beatũ & ſolum potentem, ſicut dominantem in ſua poteſtate ęterna, ſicut ab excedentibus excedentem, vel potius ſuperhabentem & pręhabentem omnia exiſtentia ſecundum ſuam virtutem ſuperſubſtantialem & copioſa effuſione largientem omnibus exiſtentibus poſſe eſſe & eſſe ſecundũ abundantiã ſuę virtutis omnia excedentis. Deus etiam dicitur iuſtitia tanq̃ diſtribuens oĩbus ſcd̃m ſingulorꝫ congruentiam & commenſurationem & pulchritudinem & bonam ordinationem & ſingulorꝫ ordinum ſpecialem ornatũ, & ſicut ſegregans vnicuiqꝫ diſtributiones gratiarꝫ cœleſtium & gradus ordinationis ſecundũ iuſtiſſimam dei definitionem vere exiſtentem, & ſicut exiſtens cauſa omnibus propriæ cooperationis, qua cooperatur deo ad propriam perfectionem. Iuſtitia ſiquidem diuina omnia ordinat & termi- F nat, & ſingula à ſingulis incommixta & inconfuſa, ſaluat etiam ominibus exiſtentibus ſingulis, quæ ſibi congruunt donat, ſecundum dignitatem à deo ſuperuenientem ſingulis exiſtentiũ Et cum iſta recte dicta ſint, quicunqꝫ diuinæ iuſtitiæ detrahunt, propriam inſipientiam ignorant, & propriam iuſtitiam manifeſte condemnant. Quales ſunt qui dicunt deum debuiſſe eos qui mortales ſunt feciſſe immortales, & eos qui imperfecti feciſſe perfectos, & his qui habent liberum arbitrium eligendi bonum & malum, ſic induxiſſe neceſſitatem faciendi bonum, ſicut lapis violenter ſurſum fertur, & variabilibus contuliſſe inuariabilitatem, & infirmis perfectã potentiam, & temporalibus æternitatem, & naturaliter mobilibus immobilitatem, & delicijs temporalibus delectationem æternam: & omnino qui ſic decipiuntur ſingulis attribuenda arbitrantur quę non ipſis, ſed alijs conueniunt. Iuſtitia autem diuina in hoc declaratur eſſe vera iuſtitia: quod ipſa ſingulis omnibus propria diſtribuit, nec cuiuſque rei naturam ſaluat in proprio ordine & virtute. Si quis autem dictis obijciat, quod iuſtitiæ non eſt homines ſanctos dimittere non adiutos, quando à prauis hominibus rruciantur. Reſpondemus, quod ſi illi qui dicuntur ſancti terrena diligunt, quæ ab hominibus carnalibus deſiderantur, omnino deciderunt à diuino amore, nec digne vocantur ſancti, qui diuinis bonis & vere amabilibus iniuriam facientes, eadem irreligioſe reprobant propter temporalia, quæ non vere amabilia in eo, quod nolunt ab iſtis ſeparari, vt illa æterna poſſideant. Quod ſi vera bona amant de iſta ſeparatione lætari debent, ſicut lætari ſolent qui conſequuntur ea quæ deſiderant. Electi ſiqdẽ tunc magis appropinquũt virtutibus, qñ ſcd̃m q̃d eis poſſibile eſt propter deſideriũ diuinorꝫ bonorꝫ recedũt à paſſibili affectiõe tpalium valde fortiter certãtes in aduerſitatibus tpalibꝰ p bono æterno conſequendo. Vnde diuinę iuſtitię proprie conuenit virorꝫ ſctõrꝫ conſtantiã nõ

enreua



& ſupra omnẽ magnitudinẽ eſt ſuperfuſa & ſuperextẽta,cõtinẽs omnẽ locũ & ſupergrediẽs o=
mnẽ numerum,trãſiens omnẽ infinitatẽ,& ſuperplenitudo ipſius & magnificẽtia & fontana do=
na inquantum ipſe ab omnibus participatur,ſecundum effuſionem omnino ſunt non minora
ta,& habent eandem ſuperplenitudinẽ & nõ minorãtur participationibus,ſed potius ſupereflu
unt. Hæc autem magnitudo infinita eſt,& ſine quantitate continua & diſcreta, & hic eſt exceſ=
ſus ſecundum abſolutam & ſuperextentam effuſionem infinitæ magnitudinis acceptæ. Parui=
tas autem,id eſt,ſubtilitas deo attribuitur,quia ipſe excedit omne pondus,& ſine prohibitione
C per omnia vadit,ſed & paruitas cauſa eſt omnium,quia nihil eſt quod ea nõ participet aliquo
modo. Ita ergo accipienda eſt in deo paruitas,vt ſignificetur deus per omnia ſine impedimen=
to vadens & operans & pertingens vſq; ad diuiſionem animæ & corporis compagumq; & me

Hebræ. 4.

dullarum,& intentionum cordis. Magis autem & inter omnia exiſtentia non eſt aliqua creatu
ra occulta in conſpectu eius. Hæc paruitas caret quantitate tam continua quam diſcreta,neque
valet teneri & eſt ſine termino & ſine definitione omnium comprehenſiua,& ipſa omnibus eſt
incomprehenſibilis. Deo autem attribuitur identitas ſuperſubſtantialis æterna & inconuerſibi
lis in ſeipſa manens,ſemper autem ſecundum eadem & eodem modo ſe habens,omnibus eo=
dem modo præſens,& ipſa ſecundum ſeipſam in ſeipſam firmiter incontaminate collocata in
optimis ſummitatibus abundantis identitatis intranſmutabilis,in oppoſitum non valens ca=
dere,fortis,inuariabilis,munda,immaterialis,ſimpliciſſima, nullius indigens, non augmenta=
bilis,non minorabilis,ingenita,non quaſi adhuc generanda vel perficienda,ſed ſimpliciter nõ
aliunde cauſata & abſoluta & ingenita,& ſuperexiſtens,& ſemper per ſe perfecta,& eadem exi=
ſtens ſecundum ſeipſam, & à ſeipſa vniformiter & intransformabiliter determinata , & ea=
dem ex eodem ſuperſplendens omnibus conuenientibus ad participandum ipſa , & eſt a=
bundantia à varijs coordinatis varie communicata ipſis omnibus tamen cauſa eſt identi=
tatis in ſeipſam , & contraria eodem modo præhabet ſecundum vnam & ſingularem toti=
us identitatis excedentẽ cauſam. Alteritas aũt deo attribuitur,quia ipſe per prouiſionem adeſt
omnibus,& eſt omnia in om̃ibus ꝑpter oĩm ſaluationem,manens tñ in ſeipſo propria identita

Ca.IX te & inegreſſibiliter ſtans ſcdm vnam & inceſſabilẽ opationẽ,& ſeipſum donans inflexibili virtute ad deificationẽ ad ſe cõuerſoꝝ. Alteritas aũt variaꝝ figuraꝝ,quæ ſecũdũ multiformes viſiones in ſcripturis deo attribuitur &alia ſignat q̃ literæ forma ꝑtendat. D Sicut ſi aliquis vellet attribuere aĩæ compoſitionẽ partiũ vel quaſi compoſitiõem ꝑ quã naturæ ſuæ ſimplicis proprietatem verbotenus declararet,longe aliter oporteret intelligere nomina partium aĩæ q̃ partiũ corporis. Verbi gratia. Caput animæ mentem,collum opinionem,quæ collocatur inter rationem & irrationabilitatem,pectus autem furorem,ventrem concupiſcentiam,crura & pedes quibus totum corpus innititur ipſam animæ naturam. Cum ergo per nomina partium corporis in anima deſignemus varias eſſe potentias multo magis conuenit purgare mentẽ à formis creatis & compoſitis in ſanctis & myſticis reſerationibus & deo conuenientibus,quãdo in ſcripturis attribuit alteritas formaꝝ&figuraꝝ deo q̃ eſt ſup oĩa. Ephefeo.3. Cũ aũt Apl's attribuit deo *impaſſibili & inſigurabili triplicẽ corporis dimenſionẽ,ſcilicet latitudinẽ,longitudinẽ&profunditatem. *inpalpabili. Latitudo diuina intelligenda eſt ſuper latus dei, proceſſus ad omnia lõgitudo vero virt⁹ ei⁹ extenta ſup oĩa. Profunditas autem incomprehenſibilitas eius omnibus exiſtentibus occulta & ignota. ſed vt clarius pateat reſeratio figuraꝝ & formaꝝ qñ in ſcripturis incorporales alteritates &dei nominationes deſignãtur ꝑ ſigna ſenſibilia,ideo de talibus latius tractauimus in libro de ſymbolica theologia. Nũc autẽ in diuina alteritate nemo ſuſpicet variationem aliquã ſuæ ſupincõuerſibilis indentitatis,ſed intelligat vnitiuam ipſius multiplicẽ formationẽ&multę diuinæ fœcũditatis vniformes ꝓceſſus ad oĩa. Si qs aũt attribuat deo ſimilitudinẽ in eo ꝙ ipſe idẽ ſecundum omnia ſua inuiſibilia ſibi ipſi ſingularit̃ & indiuiſibiliter ſimilis eſt. i. in eo ꝙ oĩa inviſibilia ſua ſimilia ſunt & conformia,imo vere & ſumme vnum & idẽ ſunt. Nos hanc rationẽ nõ reprobamus. E Theologi autem dicũt deũ q eſt ſuper oĩa nulli eſſe ſimilẽ,ſed dare ſimilitudinẽ ſuã his q ſecundum imitatiõem virtutis, pro poſſe cõuertuntur ad ipſum exiſtẽtẽ ſup omnẽ definitionẽ & rõnem. Virtus aũt diuinæ ſimilitudinis eſt quæ oĩa ad ipſum tendentia ad primã cauſam cõuertit. Talia ergo dicenda ſunt deo eſſe ſimilia ſecundũ diuinã imaginẽ &aſſimilationem. Neq; enĩ dicimus deũ ſuĳpſi⁹ eſſe ſimilẽ,ſicut neq; ꝑprie dicitur ꝙ hõ ſit ſimilis ſuæ imagini. Siquidem coordinata poſſunt eſſe & dici ſibi inuicem ſimilia,& conuertere ſe ad mutuam ſimilitudinem& eſſe vtcunq; ſibi inuicem ſimilia ſecundum ſpeciem procedentem. In cauſa autem & ſuis cauſatis non recipitur iſta conuerſio. Diuina enim ſimilitudo non tantum iſtis aut illis aut aliquibus perſonaliter vel preciſe conceditur,ſed omnibus diuinam ſimilitudinẽ participantibus deus cauſa eſt,vt ipſa ſint ei ſimilia,& eſt ſubſtantificator ipſius ſimilitudinis,& quicquid eſt alĳ ſimile,hoc eſt, ex quodam veſtigio ſimilitudinis diuinæ, & ipſa complet ipſorum coniunctionem. Et quid neceſſe eſt hæc omnia prædicta diſcutere? Ipſa enim theologia prædicat deum eſſe diſſimilem omnibus & nulli coordinatum,ſicut ab omnibus alterum:& quod inopinabilius videtur nihil deo eſſe ſimile dicit. Sed hoc non eſt contrarium ei quod diximus aliqua deo aſſimilari. Eadem enim vno modo deo ſunt ſimilia ſecundum qualemcunq; ipſius imitationem,& diſſimilia ſecundum quod ipſe cauſa eſt,& illa ſunt cauſata, & in infinitum & incomparabiliter ab eo differẽtia. Statio autem vel ſeſſio diuina ſignat quod deus in ſeipſo manet ſingulariter fixus immobili identitate & ſupercollocatur,& quod ſecundum eadem & circa idem & eodem modo operatur,& ſecundum quod ipſe omnino intranſmutabilis eſt ex ſeipſo,& quod non poteſt moueri in contrarium,& omnino eſt immobilis,& hoc totum ſuperſubſtantialiter hac prædicta ſtatione & ſeſſione deſignatur,quia ſtans vel ſedens in eodem loco vniformiter manet. F Deus etiam eſt cauſa ſtationis & ſeſſionis omnium, quæ eſt ſuper omnem ſtationem & ſeſſionem,& in ipſa cuncta conſiſtunt ex ſtatiõe & immota cuſtodia propriorum bonorum. Quod autem rurſus theologi deum immobilem dicunt ad omnia procedere & moueri,hoc vt deum decet intelligendum eſt. Non enim mouetur deus per portationem aut imitationem,aut alterationem formalem, aut localem motum rectum, vel circularem aut animalem aut naturalem, ſed moueri dicitur eo quod omnia ad eſſe deducat & contineat, & vniuerſaliter omnibus omnia prouideat, & eo quod abſit omnibus, omnia circumeundo,& ad omnia exiſtentia prouiſiuis operationibus procedendo. Motus etiam immobilis dei ſecundum quod deum decet ſermone laudari permittitur,& attribuitur ei motus rectus ſecundum indeclinabilem & inflexibilem proceſſum operationum eius & generationem omnium ex ipſo. Obliquus autem ſecundum ſtabilem proceſſum & generatiuum omnium. Circularis vero ſecundum identitatem media & extrema circundantia & circundata continentem & ſecundum conuerſionem ad ipſum eorum quæ ab ipſo proceſſerunt. Cum autem in ſcripturis deo vel iuſtitiæ attribuitur æqualitas,intelligendum eſt deum dici æqualem vel æquum, non

ſolum



A ſolũ ſicut ſimplicẽ & inflexibilẽ,ſed ſicut ad omnia & per oĩa ęqualiter procedentem, & ipſius per ſe ęqualitatis ſubſtantificatorem,ſecundum quam operatur per omnia ſimilem illorum ad inuicem promotionem,& ſuſcipientium æqualem participationem ſecundum ſingulorum opportunitatem,& ęqualem ſecundum quod dignum eſt omnibus diſtributam donationem. Dicitur etiam deus æqualis ſecundum quod ipſe omnem æqualitatem, intelligibilem & intellectualem & rationalem & ſenſibilem & ſubſtantialem & naturalem & voluntariam in ſeipſo præaccepit ſegregatiue & vnitiue,ſecundũ virtutem effectiuam omnis æqualitatis & ſuper omnia exiſtentem.

## DE OMNIPOTENTI, ANTIQVO DIERVM: IN quo & de æterno & tempore. Caput. X.

HORA autem eſt ſermone multiuocum deum ut omnipotentem,& ut antiquum dierum laudare. Hoc quidem enim dicitur,propter quod omnium ipſe ſit omnipotens ædificatio,continens & ambiens tota,& collocans,& †fundans,& conſtringens, & infirmum †fundens. in ſe omne perficiens,& ex ſe ipſo oĩa ſicut ex radice oĩa tenenti ducens,& in ſeipſam oĩa uelut incõ- B ſultum omnipotentiſſimum conuertens,& continens omnia ut omnium ædificatio omnipotens comprehenſa omnia ſecundum unam ſuperantem omnia continentiam muniens, & nõ ſinens ea cadentia ſeipſa ut ex perfectiſſima refectione mutata perire. Dicitur autem omnipotens thearchia,& ut omnium potens,& pure miniſtrantibus præſtans,& (ut omnibus præcepit)amabilis eſt,immittens omnibus uoluntarias copulationes,& dulces partus diuini & omnipotentis & *innumerabilis bonitatis ipſius amoris. Oĩpotentia diuina. *immaterialis

¶ Dierum autem antiquus laudat̃ deus propter hoc quod omnium ipſe ſit,& æternum,& tempus,& ante dies, & ante æternum, & ante tẽpus. Antiquus dierum. Danie. 7. Et quidem ante tempus,& diem,& ſpacium temporis,& æternum,diuinitus eum eſſe dicendum,ut exiſtentem,ſecundum omnem motum intranſmutabilem & immobilem,& in ſemper mouendo manentem ex ſeipſo,& ut æterni,& temporis, & dierum cauſalem. C Proinde & in ſacris myſticarum uiſionum theophanĳs,& uetus & nouus formatur. Seniore quidem antiquum exiſtentem a principio: Iuniorem uero, non ſeneſcentem ſignificante clariſſime a principio per omnia uſq; ad finem eum prouenire docente: aut(ut diuinus noſter ſacer perfector ait)utroq; antiquitatem diuinam declarante. Antiqtas diuina. Iuuentus diuina. Seniore quidem quod primũ in tempore, iuniore uero quod ſecundum numerum eſt antiquius habente. Quoniam unitas,& ea quæ ſunt circa unitatem in multum progredientium numerorum antiquior.

¶ Oportet autem(ut arbitror)& temporis,et ęterni naturam ex eloquĳs ſcire. Aeterna q̃ dicãtur. Etenim non quæ ſunt oĩno et abſolute ingẽita,et uere æterna,ubique aiunt æterna,et incorruptibilia,et immortalia, et immobilia, et exiſtentia ſimiliter et habentia ſe eodem modo: quomodo exiſtentia dicta ſunt: Eleuamini portæ æternales,et ſimilia. Sæpe autem et antiquiſſima æterni cognominatione, characterizant. Et totum iterum eſt quando ſecundum nos temporis ſtatum æternum appellant. Quantum proprietas æterni eſt antiquum et immutabile, et uniuerſale eſſe metiendo. Tempus autem uocant in generatiõe,et corruptiõe, et mutabilitate,& aliud aliter habens. Proinde & nos hic ſecundum tempus terminatos æterni participationem theologia dicit,cum incorruptibile & ſemper ſic

ſic ſe

Ca.X ſic ſe habens æternum intelligemus. Eloquijs uero eſt quando & in temporibus D
æternum glorificatur, & æternum tempus, & ſi magis in ipſis quidem & poten
*æterno. tius exiſtentia † æuo, & quæ in generatione ſunt, tempore dicta & declarata ſunt.
A eterna tẽporalia & media quæ. ¶ [Oportet itaq; non ſimpliciter coæterna deo, qui eſt ante æternũ ęſtimari quę
æterna dicta ſunt. Præcioſiſſima autẽ eloquia inconuerſibilia ſequentes, æterna
quidem et tẽporalia ſecundum cognitos ipſos ad obaudiẽdum modos. Media
uero exiſtentium et factorũ, quæcunq; alibi quidem æternum: alibi uero tẽpus
participant. Deum autẽ et ut ęternum, et ut tempus laudare, et ut temporis toti
Danie. 7. us et æterni cauſalem, et antiquum dierum, et ut ante tempus, et pluſquam tem-
Pſal. 144. pus, et mouẽtem ſpacia temporum et tempora: et iterum ante æterna ſubſiſtẽtẽ,
quantũ et ante æternũ eſt: et pluſquã æternũ: et regnũ eius regnũ oĩm ſeculorũ.

## ¶ EXPOSITIO CAPITVLI HVIVS DECIMI, DE OMNIPOTENTE & antiquo dierum, in quo & de æterno ac tempore. Articulus. XI.

HOra autem eſt, ſermone multiuocum deum vt omnipotẽtem & vt antiquũ
dierum laudare] id eſt, tempus iam eſt, poſt præinducta laudare deum mul-
tiuocum, id eſt, per multas & diuerſas voces ac nominationes deſignatum
ſermone præſentis capituli, vt omnipotentem & æternum. [Hoc quidẽ eñ E
De diuina oipotentia. dicitur, id eſt, deus certe vocatur omnipotens [propter quod] id eſt, ob hoc
Plato. quod [omnium ipſe ſit omnipotens ædificatio] id eſt, ędificator, quẽ & Pla-
Geneſis. 2 to mũdi fabricatorem appellat, de quo in Geneſi legitur, Aedificauit domi-
nus coſtam quam tulerat de Adam, in mulierem [continens & ambiens tota] id eſt, cuncta cõ-
† fundans. ſeruans & poteſtatiue circundans [& collocans & † fundens] id eſt, ex opulentiæ ſuæ theſauro
omne creatum effundens, ſicut fons riuulos [& conſtringens] id eſt, certis limitibus arctans ac
terminans [& infirmum in ſe omne perficiens] id eſt, debilia roborans [& ex ſe omnia ſicut ex
radice omnia tenenti ducens], i. ex propria poteſtate veluti ex radice omnia virtualiter conti
nenti, vniuerſa producens [& in ſeipſam omnia velut in conſultum omnipotentiſſimum con-
uertens] id eſt, in ſe cuncta cauſata reducens, ſicut in cauſale principium ac vltimum finẽ, ſum-
me omnipotentem, ſecurum, in quem redire, conſultiſſimum ſaluberrimumq; conſiſtit [& con
tinens omnia vt omnium ædificatio omnipotens] ſicut expoſitum eſt [comprehenſa omnia ſe
cundum vnam ſuperantem omnia continentiam muniens] id eſt, defendens & roborans com-
prehenſa & producta à ſe, conſeruatione vna actiua efficaciſſima, omnibus præminente ac do-
minante [& non ſinens ea cadentia ſeipſa, vt ex perfectiſſima refectiõe mutata perire] id eſt, nõ F
permittens illa perire, id eſt, annihilari cadentia, id eſt, deficientia à proprijs ſuis ſubſiſtentijs &
naturis, tanquam mutata, id eſt, veluti ſeu vtpote conuenienter immutata & roborata ex refe-
ctione perfectiſſima, quæ eſt conſeruatio, ſuſtentatio & viſitatio cõgrua creatoris. [Dicitur au-
tem omnipotens thearchia] id eſt, poteſtas principaliſſima & diuina vocatur omnipotens [&
vt omniũ potens & pure miniſtrantibus præbens] id eſt, tribuens ſeruientibus ſibi ſyncere oẽ
bonum quod habent, & hoc ipſum quod taliter ei obſequuntur, quia & noſtra merita eius ſunt
Philip. 2 effectus ac munera, qui operatur in nobis velle & perficere, idcirco orat eccleſia: Deus, de cuius
munere venit vt tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter ſeruiatur [& vt omnibus præcepit a-
mabilis eſt] id eſt, ſumme & incomparabiliter diligenda ſecundum quod iuſſit ſe à cunctis ſum
me amari [immittẽs oib⁹ volũtarias copulatiões]. i. ſpõtaneas vniões, leges, cõmuniões ac vin-
Oſeæ. 11. cula diuerſa dilectionũ, iuxta illd' in Oſeæ: In funiculis Adã trahã eos, in vinculis charitatis [&
† immateri alis dulces partus diuini & oĩpotẽtis & * innumerabilis bonitatis ipſius amoris]. i. fructus valde ſu
Pſal. 144. aues amoris diuini, bonitatis ſuæ oĩpotẽtis & innumerabilis. i. immẽſurabilis, quæ & in effecti
Iere. 31. bus ſuis innumerabilis ẽ, ſicut & ſapiẽtiæ ei⁹ nõ ẽ finis. De hoc amore ait p Iere. In charitate ppe
Galatas. 5. tua dilexi te, ideo attraxi te miſerãs. De cui⁹ fructibus ait Apl's ad Gala. Fruct⁹ ſpũs ẽ charitas,
gaudium, pax, &c. ¶ Deinceps tractat de æternitate. ¶ [Dierum autem antiquus laudatur de-
Danielis. 7 us. De antiquo dierum propter hoc quod omniũ ipſe ſit] Vnde Daniel narrat: Aſpiciebam do-
Pſal. 89. nec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Vel propter hoc φ omĩ tẽpore ſit [& æternũ &
tẽpus & ante dies & ante æternum. Aeternitas nãq; omẽ tẽpus includit & excedit. Deus quoq;
eſt ante æternũ participatũ. i. ante æuũ [& ante tẽpus: Et qdẽ añ tẽpus & diẽ & ſpaciũ tẽporis, &
æternum diuinitus eum eſſe dicendum] eſt iuxta illud Pſalmi, Priuſquam mõtes fierent & for
maretur



maretur terra & orbis, à ſeculo & in ſeculum tu es deus [vt exiſtentem ſecundum omnem mo-
A tum intrãſmutabilem & immobilẽ] ita quod nulla ſpecie mutationis ſeu motionis poſſit mo-
ueri, loquendo de mutatione & motu proprie ſumptis, vt ſæpe expreſſum eſt [& in ſemper mo
uendo manentem] in eadem & optima diſpoſitione [ex ſeipſo] id eſt, propria poteſtate [& vt * † æterni & temporis.
æternum & tempus dierum cauſalem] id eſt, cauſam. [Proinde & in ſacris myſticarum viſionũ
theophanijs] id eſt, diuinis apparitionibus [& vetus & nouus formatur] id eſt, interdum vt an
tiquus, iuxta illud in Daniele: Capilli eius vt lana alba: Nouus, vt cum in ſpecie angeli apparuit Danielis. 7 Gene. 15.
atq; locutus eſt Abraæ in Geneſi, Moſi quoq; in Exodo. [Seniore quidem antiquum & exiſten 17. 22 Exo. 3. 7. 8
tem à principio, iuniore vero non ſeneſcentẽ ſignificante] id eſt, forma illa ſenili ſignante, φ ipſe 9. 12. 19.
deus fuit & eſt ab exordio: iuuenili vero ſimilitudine deſignante, φ nonquam ſeneſcat [clariſ-
ſime à principio per omnia vſq; ad finem eum prouenire docẽte] id eſt, forma illa iuniore no-
tante luci diſſime, φ deus ab initio vſq; in finem per ſuos procedit effectus. [Aut vt diuinus no
ſter ſacer perfector ait] videlicet Paulus aut Hierotheus [vtroq; antiquitatẽ diuinam declaran-
te] id eſt, tam ſimilitudine illa ſenili, quam iuuenili figurante antiquitatem diuinam, puta ęter- Senect⁹ dei.
nitatem. [Seniore quidem, φ primum in tempore] id eſt, vetuſta forma inſinuante, quod deus Iuuẽt⁹ dei.
alia cuncta præceſſit [iuniore vero, quod ſecundum numerum eſt antiquus habente] id eſt, ap-
paratu illo iuuenili mõſtrante, quod deus habet principalitatẽ & perfectionis eminẽtiam [quo
niam vnitas & ea quę ſunt circa vnitatem, in multum progredientium numerum antiquior] id
eſt, principalior his quę progreſſa ſunt in numerum maiorem. Hinc alia litera habet, vnum &
quæ vni vicinius in locum progreſſis numeris, & principalius & vetuſtius eſt. ¶ [Oportet aũt Aeterna q dicantur.
B (vt arbitror) temporis & æterni naturam] id eſt, proprietatem & rationem [ex eloquijs ſcire] id
eſt, ex ſcripturis cognoſcere. [Etenim non quæ ſunt omnino & abſolute ingenita & vere æter
na, vbiq; aiunt æterna] id eſt, ſcripturæ multipliciter nominant aliqua æterna. Non eñ in oñi
loco dicunt & vocant illa eſſe æterna, quæ ſunt omni modo ingenita, id eſt, non facta & non p-
ducta, ac vere æterna, vtpote [& incorruptibilia & immortalia & immobilia, & exiſtentia ſimi
liter & habentia ſe indeſinenter [eodem modo quomodo exiſtẽtia dicta ſunt portæ æternales] Pſal. 23
id eſt, ſicut quædam res exiſtentes, vocatæ ſunt portæ æternales, quæ non ſunt incauſatæ [& ſi- 2. Regum.
milia] quædam vocantur æterna per participationem proprietatum æternitatis, quemadmo- Pſal. 75. Aeternũ q
dum ſecundo Regum fertur de Dauid: Erit mihi ſeruus in æternum, & in Pſalmo: Illuminans Deute. 33.
tu mirabiliter à montibus æternis. [Sæpe autem & antiquiſſima æterni cognominatione cha- Pſal. 76.
racterizant] id eſt, nomine æternitatis deſignant, ſicut in Deuteronomio de fructibus collium
æternorum, & in Pſalmo, Cogitaui dies antiquos, & annos ęternos in mente habui [& totum
iterum eſt, quando ſecundum nos temporis ſtatum ęternum appellant] id eſt, rurſus contingit,
quod vniuerſum temporis decurſum ac fluxum vocant quid ęternum, qui fluxus eſt ſecundũ
nos, id eſt, ſecundum ſucceſſionem vitę pręſentis [quantum proprietas ęterni eſt antiquũ & im-
mutabile & vniuerſale] eſſe [metiendo] id eſt, menſurando ac reputando ea quę ſunt valde an-
C tiqua aut diuturna, ſeu non aut difficulter mobilia, quaſi ęterna & vniuerſaliter eſſe, & ſemper
quantum proprietas vere ęternitatis permittit, id eſt, ſecundum quod magis aut minus ſorti-
ta ſunt proprietates verę ęternitatis, ad quam ſpectat ſine principio durationis & abſq; ſine e- Tempus.
iuſdem, ſtabiliter & immutabiliter eſſe. [Tempus autem vocant in generatione & corruptiõe
& mutabilitate] id eſt, tempus proprie ſumptum, dicunt locum habere in ſucceſſionibus & mo
tionibus generationis & corruptionis & alterationum. Attamẽ introductio atq; expulſio for-
mę ſubſtantialis inſtantaneæ aſſeruntur [& aliud aliter habens] id eſt, aliud quodcunq; nunc &
nunc aliter ſe habens, dicunt tempori eſſe ſubiectum. [Proinde & nos hic ſecundũ tempus ter-
minatos ęterni participationem theologia dicit] id eſt, ſcriptura dicit nos in hoc ſeculo breui tẽ
pore victuros, participationem ęternitatis habituros [cũ incorruptibile & ſemper ſic ſic habẽs
ſe ęternum intelligemus] id eſt, ad claram viſionem venerimus, ęternum & ſic ſic ſe habent, vi-
delicet deũ. [Eloquijs vero ẽ qñ & in tpib⁹ ęternũ glorificaꝛ]. i. in ſcripturis aliqñ fit, φ tẽpora-
le vocaꝛ ęternũ, ſicut iã patuit [&] ipm [tẽp⁹] noĩaꝛ ęternũ] dicẽte Bar: Qui fundauit terrã in ſẽpi- Baruch. 3. † æterno.
terno tpe [& ſi magis in ipſis qdẽ & potẽti⁹ exiſtẽtia † ęuo, & quę in gñatiõe ſunt, tpe dicta & decla
rata ſunt]. i. q̃uis potiora & potẽtiora entia quę pprie in ęuo ſunt, mẽſureꝛ æuo: & quæ gñatiõi
corruptiõiq; ſubiacẽt, magis pprie declareꝛ & mẽſureꝛ hoc ęuo, q̃d int ęternitatẽ & tẽp⁹ habet ſe Aeuum. Aeterna tẽporalia & media q dicantur.
medio mõ. ¶ [Oportet itaq; nõ ſimpliciꝛ coęterna deo, q ẽ añ ęternũ ęſtimari, quę æterna dicta
ſunt]. i. ea quę in ſcriptura vocãꝛ ęterna, participãdo aliq̃liꝛ pprietates verę ęternitatis, nõ expe-
dit reputare deo coæterna, q de⁹ ẽ añ ęternũ, put ęternũ p ęuo accipiꝛ. [Precioſiſſima aũt eloq̃a
incõuerſibilia]. i. ſcripturas digniſſimas, immutabilẽ veritatẽ continẽtes, ſequẽtes ęterna qdẽ &
tẽporalia ſcd'm cognitos ipſos ad obaudiẽdũ modos]. i. quędã ęterna, quędã temporalia nũcu-

Ca X pannus,ſecundum modos ipſos iam declaratos,& iuxta proprietates & rationes cognatas, id eſt,connaturales eiſdem[Media vero exiſtentium & factorum quæcunq;]id eſt,entia quæ inter D æternalia & temporalia medium locum tenent,& quæcunq; talia opera dei[quæ alibi quidem æternum,alibi vero tempus participant]id eſt,aliquid participant de proprietatibus æternorum, & aliquid de proprietatibus temporalium rerum.Iſta inquam inter æternitatē& tempus ſunt media[deum autem & vt æternum& vt tempus laudare]id eſt,ipſum vniuerſorum creatorem oportet laudare tam vt vere ac proprie ſolum æternum,ſecundum perfectam æternitatis rationem,tam vt tempus per cauſam[& vt temporis totius & æterni cauſalem & antiquum dierū] de quo in Pſalmo:Et anni tui non deficient[& vt ante tempus]iuxta illud:Priuſquam mōtes fierent,& formaretur terra & orbis,à ſeculo& in ſeculum tu es deus,atq; in libro Iob:Numerus annorum eius inæſtimabilis[& pluſquam tempus]id eſt,ſupra tempus [& mouentem ſpacia temporum& tempora]id eſt,diſtinguentem ac moderantem temporum vices, horas ac partes[& iterum ante æterna ſubſiſtentem]id eſt,ante æuum ac æuiternum[quantum & ante æternum eſt,& plus quam æternum,& regnum eius regnum omnium ſeculorum]Iſta expoſita ſunt de regno autem ipſius,infra duodecimo capitulo mentio erit.

Pſal.101. Pſal.89. Iob.36. Pſal.144.

¶Capitis huius decimi tranſlatio alia clarior.

Deus qu re dicatur oipotens.

TEmpus iam admonet,vt deum multis laudatum nominibus,vt omnipotentem,atq; vt antiquum dierum celebremus. Omnipotens quidem dicitur, quoniā ipſe ſit omnitenens omnium ſedes,omnia tota continens & complectens,& cuncta collocans & fundans atq; conſtringens,vniuerſumq; infractum in ſeipſa perficiēs. Hæc rurſus ex ſeipſa vniuerſa tanquam ex radice omnitenente producit,& in ſeipſam velut ad profundū omnitenens cuncta reflectit,continetq;,& tanquam omnium firmamentum omnitenens,quæ continentur omnia vna connexione interim omnia ſuperante communit:Neq; finit illa hęc ſeipſa cadere,ne forte tanquam perfectiſſimo firmamēto mota diſpereant. Appellatur quin etiā ſumma illa diuinitas omnipotens,tanquam omnibus imperans,& propria ſynceritate ſeruata dominans gubernatis. Rurſus tanquam deſiderabilis omnibus & amabilis,iugum annectēs omnibus voluntarium,ſtimulorq; dulces diuini & omnitenentis inſolubilisq; erga bonitatem ſuā amoris incutiens. ¶Antiquus vero dierum deus prædicatur:quoniam ipſe ſit æuum omnium atq; tempus,& ante dies,& æuum atq; tempus. Tametſi tempus quoq; & idem oportunitatēq; & æuum qua ratione deum decet,eum appellare licet,vt qui omni motu ſit immutabilis penitus & immobilis,atq; in eo ipſo quod eſt ſemper moueri,permaneat in ſeipſo:Rurſus tāquam æui & temporis dierum cauſa.quamobrem & in ſacris myſticarum viſionum apparitionibus, antiquus nouusq; effingitur. Vbi antiquior quidem priorem illum,& à principio exiſtētem ſignificat.Iunior autem inſenibilem præfert.Forte vero ambo nos docent, deum ab initio vſq; ad finem per cuncta procedere.Forte etiam(vt diuinus noſter in ſacris inſtitutor ait)ambo deſignant antiquitatem omnia præcedentem.Senior quidem priorem in tempore docet. Iunior autem principaliorem,prioremve in numero profert,quandoquidem vnitas ipſa,& quæ circa vnitatem ſunt,numeris longius progreſſus principaliora antiquiorave ſunt. ¶Operepretium aſt(vt arbitror)temporis quoq; & æui naturam ex ſacris literis diſcere.Non ſolum enim æterna dicuntur illa quæ omnino abſoluteq; incognita ſunt,reueraq; ſempiterna:ſed etiam quæ in corruptibilia immortaliaq; & immutabilia,eodemq; modo ſe ſemper habētia,vt cum dicitur: Eleuamini portæ æternales,atq; ſimilia.Sæpe etiā antiquiſſima æternitatis appellatione ſignātur:nonnunquam vero totum noſtri temporis ductum,ſacræ literæ vocant æuum:quatenus etiam proprietas æuui eſt anquum & immutabile,atq; ſecundum totum ipſum quod dicitur eſſe metiri. Tempus autem ſcriptura in generatione corruptioneq; & mutatione ponit,aliasq; ſe aliter habens.Quamobrem nos quoq; in hæc vita tempore definitos,æui quoq; fore participes theologia promittit,quando incorruptibile,eodemq; modo ſe ſemper habēs,attigerimus æuum.Interdum vero & temporale æuum ſcriptura prædicat,& æternum tēpus. Et ſi ſcimus apud eam magis accommodatiusq; illa quidem quæ vere ſunt æuo:illa vero quæ in generatione verſantur tempore deſignari atq; declarari. ¶Quamobrem non ſimpliciter coęterna deo, qui eſt ante æuum cenſenda ſunt,quæ nominatur æterna,ſed à ſacratiſſimis eloquijs nuſquam diſcedentes,æterna & tēporalia iuxta cognatos,ſuosq; modos debemus accipere.Media vero inter illa quæ veræ ſunt,& iſta quæ fluunt,quæcunq; partim quidem æternitatis, partim vero temporis participia ſunt.Deinde vero & tanquam æuum,& tanquam tempus laudare fas eſt, vt vniuerſi temporis æuiq; cauſam.Item antiquum dierum tanquam ante tempus,& ſuper tēpus,permutātemq; opportunitates tempeſtatesve & tēpora,Rurſusq; ante æternitates exiſtentem,quō

Antiquus di erũ quare dicatur deus. Dan.7. Antiquitas diuina. Iuuētus diuina. Aeterna q dicantur. Pſalm.23. Aeuum qd. Timo.1. Tempus. Quę ęterna tēporaliaq; media. Pſal.144. E F



A tem,quoniam & ante æuum eſt,& ſuper æuum:regnumq; eius eſt regnum omnium ſeculorum.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS X.

DEVS in ſcripturis dicitur antiquus dierum ſedens:Omnipotens autem dicitur,eo ꝙ ipſe ſit ſeſſio omnia continens & circumiens & collocans & fundans & circunſtringens omnia firma in ſeipſo tanquam in radice omnitenente,oīa producens,& oīa ad ſeipſeipſum tanq̄ plantationem omnitenentem conuertens,& continens omnia ſicut omnitenens oīm ſeſſio,& firmās omnia contenta ſecundum vnam continentiam oīa excedentem, & nō dimittens ipſe decidentia à ſeipſa ſicut ex eſſentia perfecta mota penitus cadere& deſtrui,.Dicitur autem diuinitas oīa tenens & ſola gubernatrix omnium, omnibus principans,& ſicut exiſtens omnibus media & deſiderabilis & omino interminabilis,& deſuper immittens omnibus voluntarias leges & dulces partus diuini & omnipotentis & indiſſolubilis amoris bonitatis ſuæ, Antiquus aūt dierū dicitur deus,eo ꝙ ipſe eſt æuū oīm & ante tempus & ante dies & ante æuū & tēpora. Dicitur etiā deus,prout hoc eum decet & tēpus & dies, & quarta pars anni & æuū,ſicut exiſtens per omnem motum intrāſmutabilis & immobilis,& in eo ꝙ ſemper mouetur,manens tamen in ſeipſo,& ſicut cauſa æui & temporis & dierū. Vnde in myſticis dei apparitionibus qn̄q; dicitur canus,quandoq; nouus. Canicies autem eius vel ſenectus ſignat ipſum à principio exiſtere. Nouitas autem vel iuuentus ſignat ipſum nō grauari vel deficere ſenectute. Senectutis vero vel iuuentutis coniunctio ſignat ipſum à principio vſq; ad finē per omnia procedere,iuxta illud:Attingens à fine vſq; ad finem fortiter,diſponit omnia ſuauiter. Vel ſecundum S. Hierotheum,vtrunq; dictorum ſignat diuinam principalitatem. Senectus quidem quaſi primum in tempore,iuuentus vero quaſi primum in numero,ſcilicet monadem, quia ſicut iuuentus eſt principium ætatis,ita vnitas eſt principium numeri,& numeri qui ſunt propinquiores vnitati,ſunt principaliores magis diſtantibus. Cōſideranda autem eſt natura tēporis & æui ex teſtimonijs ſacræ ſcripturæ,in quibus æterna dicuntur non ſolum illa quæ penitus & ſimpliciter & per naturam ingenita ſunt & æterna,ſed etiam incorruptibilia & immortalia & inuariabilia,& vniformiter exiſtentia,vt cum dicitur angelis:Eleuamini portæ ęternales:& alia ſimilia. Quandoq; etiam antiquiſſima æui nominatione deſignantur,vt eſt illud:Cogitaui dies antiquos,& annos æternos in mēte habui. Quandoq; etiam tota temporis continētia ſecundum nos,æuum appellatur,ſecundum ꝙ æuo propriū eſt antiquū eſſe vel inuariabile vel totum totaliter metiri. Tempus autem dicitur quod eſt in generatione & corruptione & variatione. Quandoq; tamen aliter accipitur. Vnde & ſcriptura nos in hoc ſeculo temporaliter terminatos dicit participaturos æuo,quando cōſequemur incorruptibilitatem ſemper eodem modo ſe habentem. Quandoq; etiam dicitur in ſcripturis & æuum eſſe temporale, & tempus eſſe æternum. Temporibus æternis tacite,quamuis in ſacra ſcriptura oſtendatur ea quæ magis proprie ſunt,vt mentes eſſe in æuo ea vero quæ in generatione,vt corpora magis proprie dicātur eſſe in tempore. Non ergo ſimpliciter dicenda ſunt eſſe coæterna deo,qui eſt ante æuū,quęcunq; in ſcriptura dicuntur eſſe æterna,ſed ſecundum prædictos modos intelligentiæ, quādo aliqua creata dicuntur æterna. Quaſi vero media ſunt,quæ ſecundum aliquid participant æuo ſecundum aliquid tempore. Deus autem laudandus eſt,& ſicut æuum & ſicut tempus,tāquam cauſa omnis temporis& ęui:& antiquus dierum tāquam qui eſt ante tempus & ſuper tempus, & varians quatuor partes anni & tempora,& rurſus exiſtens ante ſecula,inquantum ipſe eſt ante æuum & ſuper æuum,& regnum ipſius regnum omnium ſeculorum. Amen.

Danielis.7. Danielis.7. Iſa.62.66. Sapien.8. Pſal.23. Pſal.76. Roma.16. Pſal.144. D B E C

## DE PACE, ET QVID SIBI VVLT HOC, PER SE ipſum eſſe,per ſe ipſam vita,per ſe ipſam virtus,& quæ ſic dicta. Cap. XI.

AGe nunc diuinam & archiſynagogam pacem laudibus pacificis fauorabimus. Ipſa ē eñ oīm adunatrix, & oīm conſenſus,& connaturalitatis genitrix& operatrix. Proinde & oīa ipſam appetunt,partibilē eorū multitudinē conuertentē in totā unitatē,& ciuile uniuerſitatis bellū adunātē in æquiformē cohabitationē participatione diuinæ pacis,primores congregatarū uirtutū ipſe,et ad ſeipſas,et ad ſeinuicē uniuntur,et ad unā oīm pacē principem,et quæ ſibi ſubiecta uniunt,

Pacē oībus appetibilem.

Ca. IX.

ipſaq; ad ſeipſa, et ad ſe inuicem, et ad unum et perfectum omnium pacis principiũ q̃ et cauſam inpartibiliter ſuperfirmata, totis uelut quibuſdam clauſtris diuiſorum conuenientium omnia terminat, et conſummat, et tutificat, et non ſinit ſeparata fundi ad multum et infinitum inordinata, et incollocata, et deſerta deo facta, et ſua unitate executia, et inter ſeinuicem turbulẽtiſſime confuſa. D

Pax diuina quæ. Silẽtiũ diuinũ q̃d.

¶ De hac ergo quæ eſt diuina pace & ſilentio, quã ſacer Iuſtus ineloquibilem uocat, et in omnem cognitam proceſſionem immobilitatem, & ut ſilet, & ſilentium ducit, & ut in ſeipſa, & intra ſeipſam eſt, & ad ſeipſam totã tota ſupuniẽ: & neq; in ſeipſam intrans & multiplicans ſeipſam deſerit ſuam unitatem: ſed & prouenit in om̃ia, intus ibi manens per excellentiam omnia ſuperantis unitatis, neq; dicere, neq; intelligere cuidam exiſtẽtium fas eſt, neq; poſſibile, ſed ut ineffabile, & idipſum & incognoſcibile in ipſam reponentes, tanquam in omnium exiſtẽtem ſummitatẽ, intellectas eius & dictas participationes: & hoc ut poſſibile eſt, & nobis a multis uiris optimis relictis ſuperſpeculabimur.

Pax diuina q̃ ō ſine cõfuſione om̃ia cõuertat.

¶ Et primum quidem hoc dicendum, quia per ſeipſam pacis, & totius, & per unũ quodq; eſt ſubſtantia, & quia omnia ad ſe inuicem contemperat, per incõfuſam eorum unitatem per quam inſeparabiliter unita, & indiſtanter æque perfecta, ſecundũ propriam ſingula ſpeciem ſtatuit, non ſuperobſcurata per mixturam ad oppoſita quicquam obcęcat unitricis diligentiæ & puritatis. E Vnam igitur quandam & ſimplam pacificæ unitatis contemplabimur naturam, copulantem omnes ſibi, & ſibimetipſis & inuicem, & ſaluantem omnia in inconfuſa omnium continentia, & conſpicua, & cõtemperata.

Pax diuina quõ ſibi cõiungat diuinas mẽtes.

¶ Per quam diuini animi intellecti intellectibus ſuis uniuntur, & intelligentibus eas, & iterum in incognitum aſcendunt ſuper animum collocatorũ contactum, per quam animæ largiſſimas ſuas rationes intelligentes, & ad unam intellectualem congregate puritatem progrediuntur proprie ſibi uia & ordine per immaterialem & impartibilem intelligentiam in unitatem ſuper intellectam unionem, per quam una & inſolubilis omnium complicatio ſecũdum diuinam eius harmoniam ſubſtituitur, & compaginatur conſonantia perfecta & conſenſus, & congerminatio congregans inconfuſe inſeparabiliterq; confuſa. F

Pax diuina oĩa p̃luſtrat.

¶ Peruenit enim perfectiſſime pacis uniuerſitas in omnia exiſtentia, ſecundum ſimpliciſſimum eius & clarum unificæ uirtutis aduentum unificans omnia, & coniungens ſumma per media ſummis, per unam connaturalem coniugata †amicitiam pfrui ſe donãs etiam nouiſſimis uniuerſitatis extremitatibus, & oĩa cognata faciẽs unitatibus naturalibus immutabilibus ſocietatibus, adunatiõibus, cõgregatiõibus, inſeparabiliter diuina ſcilicet pace & ſtãte, et ab uno oĩa oñdẽte, et p oĩa ueniẽs, et ppria naturali et ĩmutabili ſocietate ueniẽs. Prouenit em̃ in oĩa, et tradit oĩbus ppriẽ ex ſeipſa ſupmanãs magnitudo pacificæ *cõgnatiõis: et manet p excellẽtiã unitatis tota ad totã, et p totã ſeipſam *ſuper unitã.

†amicitia *cõgnatiõi. *ſupunita.

Oĩa pacẽ deſiderãt. *ſimile.

¶ Quõ aũt dixerit quis, appetũt oĩa pacẽ? Multa em̃ alteritate et diſcretiõe gaudẽt, et nũq̃ aliq̃n habẽre† ſilere uoluerint. Et ſi quidẽ alteritatẽ et diſcretionẽ, qui hoc dicit ait uniuſcuiuſq; exiſtentiũ proprietatẽ. Et quia hanc exiſtẽtium nullũ ON, quod quidẽ eſt, uelit aliquando perdere. Non fortaſſis nos adhoc contradicemus, ſed hunc pacis appetitum manifeſtabimus. Omnia enim diligunt ad ſeipſa pacificare et uniri, et a ſeipſis, et a ſuis immutabilia, et incaſualia eẽ, et eſt per unumquodq; incõmixta pro-



prietate perfectiſſima pax cuſtoditiua, & pacem donantibus ſuis prouidentijs, A omnia imperturbata & inconfuſa, & ad ſeipſa, & ad ſeinuicem ſaluans, et omnia in fortitudine & inflexibili uirtute ad ſuam pacem & tranquillitatem ſtatuens.

Mouẽtia ipſa deſiderare q̃dã pacem

Deinde mota omnia non ſilere, ſed moueri ſemper eorum motu uult. Et hic appetitus eſt diuinæ omnium pacis omnia in ſeipſis incaſualia ſaluantis, et omnium motorum proprietatem, & motiuam uitam immutabilem, & incaſualẽ cuſtodiẽtis, in mota ad ſe pacificantia, & ſic ſic habentia agendo quæ ſua ſunt. Si autem ſecundum caſum pacis alteritatem dicens, confirmat non eſſe om̃ibus amabilem pacem, magis quidem nihil exiſtentium eſſe, quod ab omni penitus unitate cecidit. Quod enim omnino inſtabile & multum & incollocatum, & infinitum, neq; ON eſt, neq; in exiſtentibus.

Pacis inimicos deſiderare quãdã ſuã pacem

¶ Si autem talis ait paci & pacis bonis infeſtos eſſe contentionibus & furoribus, & alienationibus, & inſtabilitatibus gaudentes, & ipſi obſcuriſſimis umbris pacis concupiſcentiæ detinentur, ad quas paſſionibus turbati multum mobilibus, & eas ſiſtere indiſciplinate appetẽtes, & æſtimantes plenitudine ſemper refluentium pacificare ſeipſos inſtructiõe B tenentium uoluptatum perturbatos. Quid ſi quis dixerit de ipſa ſecundũ Chriſtum paciflua humanitate? ſecundum quam non diſcimus adhuc pugnare, neq; nobiſipſis, neq; inuicem, neq; angelis: ſed & ipſis diuinam per uirtutem cooperabimur ſecundum prouidentiam Ieſu, omnia in omnibus operantis, & faciẽtis pacem ineffabilem, & ex ſeculo prædeſtinatam, & reconciliantis nos ſibi ipſi in ſpiritu, & per ſeipſum, & in ſeipſo patri. De quibus ſupereminentibus donis in theologicis characteribus ſufficienter dictum eſt, atteſtantium nobis ſacra eloquorum intelligentia.

Ipm̃ p ſe eſſe, ipſam p ſe uitã, ipſam p ſe ſapientiã, quõ deo cõueniãt.

¶ Quoniam & aliud me per epiſtolam interrogabas, quid forſan quando dico per ſeipſum eſſe, per ſeipſam uitam, per ſeipſam ſapiẽtiam. Et ad teipſum dicebas dubitare quomodo deum aliquãdo quidem per ſeipſum uitam dico: aliquando uero per ſeipſam uitæ ſubſtitutorem neceſſarium ęſtimauimus ſancte dei homo, & hac te in nobis dubitatione ſoluere. Et primum quidẽ ut multotiens dicta, & nunc recipiamus, non eſt contrarium per ſeipſam uirtutem, aut per ſeipſam uitam dicere deum: & per ſeipſam uitæ, aut pacis, aut uirtu C tis ſubſtitutorem. Quędam quidem enim ex exiſtentibus, & maxime ex primũ exiſtentibus, ut cauſalis omnium exiſtentium dicitur, quædam uero ut ſuper omnia etiam primo exiſtentia ſuper ens ſupereſſentialiter. Quid autem omnino inquis quod per ſeipſum eſſe dictum eſt, aut per ſeipſam uitam, aut quæcunque abſolute & principaliter eſſe, ex deo primitus ſubſtitiſſe poſuimus? Hoc aũt dicimus, non eſt †prauum, ſed rectum & ſimplicem declarationem habet.

†paruum

Non em̃ eſſentiam quandam diuinam aut angelicam eſſe dicimus, per ſeipſam eſſendo eſſendi quæ ſunt omnia cauſam. Solummodo enim eſſendi omnia quę ſunt ipſum eſſe ſupereſſentialem principium, & eſſentia & cauſale. Neq; uitæ parentem aliam deitatem præter ſuperdiuinam omnium quæcũq; uiunt, æditæ uitæ cauſam uitam. Neq; colligendo dicendum principales exiſtentium, & creatrices eſſentias & ſubſtantias quas quidam & deos exiſtentiũ & creatores promptos confeſtim perfecerunt: quos uere & proprie dicendũ, neq; ipſi formauerunt non exiſtẽtes, neq; patres eorũ. Sed per ſeipſum eſſe, & per ſeipſam uitã, & per ſeipſam deitatẽ dicimus principaliter q̃dẽ & deiformiter, et cauſaliter unũ oĩm ſupprincipale

cipale & ſupereſſentiale principium & cauſam. Particulariter autē editas ex deo non participante prouidas uirtutes per ſeipſam † ſanctificationem, per ſeipſam D uiuificatiōem, per ſeipſam deificationē, quas exiſtentia proprie ſibimetipſis participant, & exiſtentia, & uiuentia, & diuina ſunt & dicuntur, et alia ſimiliter. Proinde et primarum ipſarum optimus ſubſtitutor dicitur eſſe: deinde totarum earum, deinde particularium ipſarum, deinde totarum ipſarum participantium, deinde particulariter earum participantium. ¶ Et quid oportet de his dicere? quando quidam diuinorum noſtrorum ſacrorum magiſtrorum, et per ipſam bonitatis et deitatis ſubſtitutricem aiunt pluſquam optimam, et pluſquam diuinam per ſeipſam bonitatem et diuinitatem dicentes eſſe beneficam, et deificam ex deo procedentem donationem: et per ſeipſam formam, per ſeipſam formificam fuſionem et totam formam, et particularem formam, et uniuerſaliter bona, et particulariter bona: et quæcunq; alia quæ ſecundum eundem dicta ſunt, et dicentur modum declarantia prouidentiam et bonitatem participatas ab exiſtentibus a deo, non participante prouenientes copioſa fuſione, et ſuperſcatentes, ut diligens omnium cauſalis ſummitas omnium, et ſupereſſentiale, et ſupernaturale omnino ſuperexcellit ea quæ ſunt ſecundum qualēcunq; eentiam et naturam.

†eēntificationem.

Bonitas diuina de īraſtq; qd ſint.

## ¶ ELVCIDATIO CAPITVLI HVIVS VNDECIMI DE PACE, ET quid ſibi vult hoc, per ſeipm eſſe, q̄ p ſeipſam vita, q̄ p ſeipſam virtus, & quę ſint dicta. Art. XI. E

DE increata iam pace hic agitur. [Age] id eſt, eia [nūc diuinam & archiſynagogam pacem laudibus pacificis fauorabimus] id eſt, pacem illam ſuperdulciſſimam & æternam, quæ eſt ipſamet quies, trāquillitas, gaudium prorſus immutabile mentis diuinæ, quæ vocatur pax archiſynagoga, ab archi, quod eſt princeps, & ſynagoga quod eſt congregatio, quaſi princeps congregationis ſeu principalis congregatrix. Itaq; pacem diuinam archiſynagogam, ideſt, principaliter congregatiuam omnium viuentium & complectentem, præſertim in patria & in omnibus, quorum corda ſunt charitate coniuncta, laudibus pacificis fauoremus, & amoroſe & fauorabiliter extollamus. [Ipſa enim eſt omnium adunatrix] id eſt, cauſa effectiua adunationis pacis, concordiæ rerum ac mentium creatarum [& omnium & conſenſus & connaturalitatis genitrix & operatrix. Proinde & omnia ipſam appetunt] ſicut & omnia dicuntur beatitudinem affectare deſiderio naturali, & ſub generali aliqua ratiōe, quamuis veram felicitatem & ſpiritalem ſanctamq; pacem nec omnes ſciant, nec cupiant [partibilem eorum multitudinem conuertentem in totam vnitatem] id eſt, quæ pax diuina & ſumma conuertit multitudinem rerum frequenter diſcordem, diuiſam, turbatam, ad vnionem pacificam, atq; ad vnitatem ordinis vniuerſi, qui ponit fines eccleſiæ potiſſime triumphantis, pacē [& ciuile vniuerſitatis bellum] in qua ſæpe vnum particulare ſuppoſitum ſeu agens vel elementum, alteri contrariatur [adunantem inæquiformem cohabitationem] id eſt, ad vnam cōmunem conſiſtentiam, manſionem, ſituationem [participatione pacis diuinæ, primores cōgregatarum virtutum ipſæ & ad ſeipſas & ad ſeinuicem vniuntur] id eſt, ipſæ ſuperiores eſſentiæ virtutum cœleſtium, charitatis vinculo vnitarum, participando pacem increatam, coniunguntur ſingulæ ad ſeipſas, non habendo intra ſe vllam diſſentionem, omnes quoq; mutuo pacem pleniſſimam & inuiolabilem habent ac ſeruant [& ad vnam omnium pacem principem] id eſt, principalem ac generalem, & quæ ſibi ſubiecta vniunt. [Ipſaq; ad ſeipſa & ad ſe inuicem] id eſt, vniunt & concordant illa ſubiecta, & inferiora ſingula ad ſeipſa, oīa quoq; ad inuicem [& ad vnum & perfectum oīum pacis principium]. i. ad deum, qui eſt primum cauſale principium pacis vniuerſorum, ad quem ſingula conuertuntur ſecundum modum ſuæ ſpeciei, quædam naturaliter, quædam ſenſitiue & cognitiue, quædam rationaliter, quædam intellectualiter [& cauſam quæ impartibiliter ſuperfirmata totis velut quibuſdam clauſtris diuiſorum conuenientiū omnia terminat]. i. quæ cauſa prima & pax increata indiuiſibiliter oībus ſuperfirmata ac feruidiſſime præſidens, terminat [& conſummat & tutificat] omnia illa, de numero diuiſorum inter ſe, & tamen conuenientium vno fine ſeu ordine, & perficit ea, & munit velut quibuſdam clauſuris clauibus ac vectibus, infra limites proprios detinens ea [& non ſinit ſeparata fundi ad multum

Archiſynagoga.

Omnia pacē deſiderāt.

F

pſal. 147.



A multum, & infinitum] id eſt, non permittit ea ab inuicem totaliter ſeparari, & ſeparata diffundi, effluere & diſpergi ad chaos quoddam magnum atq; congeriem infinitam [inordinata & incollocata & deſerta deo facta] id eſt, iam effecta deordinata, confuſa, & naturali loco priuata, vtpote derelicta à deo & conſeruatione ipſius [& ſua vnitate exeuntia] id eſt, recedētia à propria vnitate [& inter ſeinuicem turbulentiſſime confuſa. ¶ De hac ergo quæ eſt diuina pace] id eſt, de pace iſta quæ eſt diuina [& ſilentio] id eſt, quiete [quam ſacer Iuſtus] vtpote Paulus Apoſtolus [ineloquibilem] ineffabilem, & incomprehenſibilem [vocat] dicendo: Pax Chriſti quæ exhuberat omnem ſenſum [& in omnem cognitam proceſſionem, immobilitatem] id eſt, immobiliſſimam quietem in ſe tranquilliſſime quieſcentem, non exeuntem per aliquam ſui mutationem in quemcunq; effectum, cognitumve proceſſum, quamquam ſua vi influat vniuerſis, ſicq; participetur à creaturis, in quibus variam facit concordiam, nexum, conſenſionem. In rationalib⁹ demū creaturis efficiēs pacē tēporis, pacē pectoris, pacē æternitatis [& vt ſilet & ſilētiū ducit] id eſt, prout in ſeipſa & in mente diuina ab omni motu, ſtrepitu, inquietudine, ſono, turbatione ſuperquietiſſima atq; liberrima, æternaliter perſeuerat [& vt in ſeipſa, & intra ſeipſam eſt, & ad ſeipſam totam tota ſuperunitur.] Deitas ipſa eſſentialiter pax prima, ſimpliciſſima vnitas, inuariabiliter intuens diligensq; ſeipſam, & ſunt in ea penitus idem in re, intuens & intuitum, diligens & dilectum, atq; intuitio & dilectio ipſa: gaudium quoq;, pax & dulcedo. hinc ineffabiliter & ſuperſimpliciſſime in ſe, & intra ſe, & ad ſe vnitur. Imo potius incomprehenſibiliter nobis eſt vnio, vnitio, & vnitas ipſa: & omnia iſta in ſeipſo, ſunt vnum ſuperſimpliciſſimum & ſu-
B peropulentiſſimum & ſuperdelicioſiſſimum & ſuperpulcherrimum eſſe [& neq; in ſeipſam intrans] per ſuipſius & omnium aliorum in ſe contemplationem [& multiplicans ſeipſam] non per propriæ eſſentiæ plurificationem, propter quod ſubditur, [deſerit ſuam vnitatem, ſed & ꝓuenit in omnia] cuncta replendo, & ſuæ bonitatis dona communicando [intus ibi manens, per excellentiam omnia ſuperantis vnitatis] id eſt, per ſimpliciſſimam ſuam vnitatem, vniuerſis in infinitum perfectiorem, & prorſus inuariabilem, † quæ intra omnia eſt, non incluſus: & extra omnia, non excluſus: nec per vllam ſui in ſe mutatiōem accedit vel recedit, ſed quo ad ſuorum diuerſitatem effectuum. [Neq; dicere, neq; intelligere cuidam exiſtētium fas eſt, neq; poſſibile] id eſt, nulli exiſtentium eſt poſſibile aut licitum, iſtud plene effari, aut comprehēdere velle, præſertim in iſto exilio] ſed vt ineffabile & idipſum & incognoſcibile in ipſam reponentes] tanquam [omnium exiſtentem tanquam omnium exiſtentem ſummitatem] id eſt, indicibile iſtud ſecretum cōmittentes ipſi inuariabili deitati, quæ eſt vere idipſum & incognoſcibile ens, quantum ad quid ē, quæ ē vertex, ſummitas ac incomparabilis ſuperexaltata excellentia vniuerſorum [intellectas eius & dictas participatiōes & hoc vt poſſibile viris & nobis, à multis optimis relictis ſuperſpeculabimur] id eſt, deſuper adiuti contemplabimur, conſiderabimus & deſcribe-
C mus prætactas deitatis increatæq; pacis participationes, nobis aliqualiter cognitas, prout poſſibile eſt viris catholicis, viatoribus per fidem, nondum per ſpeciem ambulantibus, & prout nobis q̊q; poſſibile eſt relictis. i. ſuperatis & ſupgreſſis à multis optimis viris, q nobis meliores & illuminatiores fuerūt. ¶ [Et primū qdē hoc dicēdū, qa p ſeipſam pacis & toti⁹ & p vnūq̊dq; eſt ſubſtātia]. i. primo hoc dico, ꝙ de⁹ ē ſubſtātificator & cauſa p ſe oīs pacis, toti⁹ q; boni in vnoq̊q; ente [& qa oīa ad ſe inuicē cōtēperat]. i. ꝓportiōabilit̄ iūgit ac ſociat [p incōfuſā eoꝝ vnitatē]. i. p cōueniētē & impturbatā eoꝝ counionē [p quā inſeparabilit̄ vnita] q̄tū ad ſpecies ſuas in ordine vniuerſi [& indiſtāt̄ æque pfecta] q̄tū ad gen⁹, ſeu ea quæ eiuſdē ſunt ſpeciei & eque diſtāt q̄m inſtar nūeroꝝ habēt ſe ſpecies reꝝ, ideo q̄tū vna diſtat ab alia, tm̄ aliæ q̊q; ab inuicē [ſecūdū ꝓpriā ſingula ſpeciē ſtatuit] in ſua pfectiōe ſpecifica [nō ſupobſcurata p mixturam ad oppoſita q̄cq̄ obcæcat vnitricis diligētiæ & puritatis]. i. obnubilata, fœdata & maculata p admixtiōem naturę cōtrarię, nō obcęcāt nec inficiūt aliqd puritatis naturalis ſpecificę, introducte p diligētiā primæ cauſæ, quæ ſuoꝝ ē vnitiua effectuū. [Vnā ergo q̄dā & ſimplā cōtēplabimur pacificę vnitatis naturā]. i. ſimpliciſſimā deitatē, quæ cauſa ē toti⁹ pacificę vnitatis in cūctis [copulātē oēs ſibi & ſibimetipſis & inuicē]. i. cōiūgētē cūcta creata ſuo fini ſupmo, & q̊dlibet ſibiipſi, mutuo q̊q; vniuerſa [& ſaluātē oīa in incōfuſa oīm cōtinētia]. i. in cōſeruatiōe ordinata [& cōſpicua]. i. clara [& cōtēperata]. i. recte ꝓportiōata. ¶ [Per quā diuini animi intellecti, intellectib⁹ ſuis vniunt]. i. mētes angelicę à ſeipſis intellectæ, cōiūgunt, intellectib⁹ ſuis. i. ſuis potētiis intellectiuis, ſup q̄s reflectūt & rediūt ad ſeipas reditiōe cōpleta, & ipę, inq̄tū itelligūt, ſūt pſonę agētes, & ſunt intellectiōis ſuæ obiecta, inq̄tū à ſeipſis intelligūt [& intelligētib⁹ eas] iūgūt, ſicut obiecta agentibus & iteꝝ in incognitū aſcēdūt ſup aīam collocatoꝝ cōtactū]. i. cōtēplādo erigūt denuo ad abditā vnionē & viſionē diuinoꝝ & æternoꝝ, quæ ſupeminēt ipſis [p quā animę largiſſimas ſu

Pax diuinā quæ. Philip. 4.

Silētiū diuinum.

† quī. Boethius.

2. Cor. 5. Pax diuina omnia ſibi ſine cōfuſiōe cōiungit.

Pax diuina quō ſibi attrahat angelicas mētes.

as rationes intelligentes].i.per quam continentiam & vnionem animæ rationales cognoſcē- D
tes rationes ſuas largiſſimas.i.illuminationes multiplices eis largiflue communicatas[& ad v-
nam intellectualem congregatæ puritatem].i.reductæ ac perductæ ad mentis munditiam, q̄a
ſuperiores purgant & ſurſum agunt inferiores [progrediuntur propria ſibi via & ordine per
immaterialem & impartibilem intelligentiam in vnitatem ſuperintellectam vnionem] id eſt,
procedunt diſcurſu,perſcrutatione,profectu eis connaturali,ordinate per conſideratiōem ſpi-
ritalem, indiuiſam ac ſimplicem in vnitatem,id eſt,ad contemplationem primæ & ſummę vni-
tatis,quæ eſt ſuper omnem vnionem cognitam aut cognoſcibilem animabus [per quam vna
& inſolubilis omnium complicatio]id eſt,à qua vnitate altiſſima eſt complicatio,cōnexio, re-
ductio vna communis & inſeparabilis[ſecundum diuinam eius harmoniam]id eſt,iuxta con
temperationem diuinam,à prima vnitate præconceptam & impreſſam[ſubſtituitur &compa
ginatur]id eſt,redigitur & conſolidatur in creaturis præfatis,deſuper coordinatis & ſubordi-
natis[conſonantia perfecta]id eſt,proportione & conuenientia in genere & ordine ſuo com-
pleta[& conſenſus & congerminatio congregans inconfuſe inſeparabiliterq; confuſa]id eſt,
ab eadem ſumma vnitate procedit,ac rebus ingeritur cōſenſio quędam mutua,& velut cogna
tio atq; ꝓpinq̄tas quędā ex parte creatoris eiuſdem,ac mutuę conuenientiæ creaturarum in ge
Malach.2. nere aut ſpecie,ſecundum quod dicitur apud Malachiam: Nunquid non pater vnus omnium
S. Frācīſci benignitas noſtrum? Nonne vnus deus creauit nos? hinc ille admirabilis Seraphicus illuminoſiſſimusq;
Franciſcus,cuncta creata nominibus fratris & ſororis appellauit,congregans inconfuſe inſepa
rabiliterq; confuſa,id eſt,congerminātio,conſenſio & conſonantia illa eſt colligens & adunās E
pulchre & indiuiſibiliter ea,quæ ex ſeipſis eſſent confuſa & inordinata,quæ redigit in vnū ge-
neralem pulcherrimum ordinem vnius totiusq; vniuerſi, in quo omnipotentis ſapientia præ-
Pacē diuinā oīa perſtractare. ſertim repræſentatur ac ſplendet. ¶[Peruenit enim perfectiſſimæ pacis vniuerſitas in oīa ex
iſtentia]id eſt,generalis iſta pax,contemperantia ſeu conſonantia rerum,pertingit ad entia v-
niuerſa,præſertim ad illa in quibus ordo vniuerſi conſiſtit[ſecundum ſimpliciſſimū eius & cla-
rum vnificæ virtutis aduentum[id eſt,per impreſſionem eius in omnia valde ſimplam & ma-
nifeſtam à virtute diuina & pace increata,quæ omnia facit quodammodo vnum[vnificans o-
mnia & coniungens ſumma[vel infima[per media ſummis]id eſt,extrema extremis, ſeu ſum-
ma infimis per media,tanquam per nexum & ligamentum illorum ad inuicem[per vnam cō-
†amicitiā. naturalem coniugata †amicitia perfrui ſe donans etiā nouiſſimis vniuerſitatis extremitatibus]
id eſt,vltimis quoq; & infimis entibus mundi concedens vti & foueri quadam naturali amici-
tia ſeu conuenientia cum rebus ſuæ ſpeciei ac ordinis[& omnia cognata faciēs]id eſt,compro-
portionata & aliquo modo inuicem vtilia[vnitatibus naturalibus]id eſt,vnionibus ſeu com-
munionibus congruis,ſeu vnitate in ſpecie aut genere vel analogia [immutabilibus ſocietati-
bus,adunationibus,congregationibus]quibus in ordine vniuerſi connexa ſunt & comparti ci- F
pantia[inſeparabiliter diuina ſcilicet pace & ſtante,& ab vno omnia oſtēdente]id eſt,pace dei
æterna iugiter ſtante ac perdurante,& per hanc pacificam rerum coordinationem tanquam p
ſuum effectum monſtrante,quod omnia ſint ab vno fontali ſapientiſſimo effectiuo principio
[& propria naturali & immutabili ſocietate veniens]id eſt,ad res creatas procedens ac pertin-
gens ſua communicatione,quam habet cum ſuis effectibus,qui & ſocietatem habet cum intel-
lectualibus creaturis,vt patuit iam frequenter.[Prouenit enim in omnia,& tradit omnibus ꝓ-
*gñationis. prie]id eſt,vnicuiq; influit congruenter ſecundum ſuam capacitatem[ex ſeipſa ſupermanans
magnitudo pacificæ †generationi]id eſt,maieſtas ex propria exhuberantia ſupereffluens,ac af-
fluenter dans generationibus rerum pacificis,ac generatis prouidens dulciter vniuerſis[& ma
net per excellentiam vnitatis tota ad totam]id eſt,per eminentiam propriæ perfectiſſimæ vni-
†ſuꝑunitā. tatis iugiter perſeuerat tota,prouidentialiter intenta ad totam rerum pacificam connexionem
[& per totam ſeipſam *ſuperunitam].i.immediate per ſeipſam rebus deſuper prouiſiue & con
ſeruatiue coniunctam & omnia ſcientem,conſiderantem ac gubernantem,non tātum per cau-
ſas ſecundas,vt putabant quidam philoſophi,propter quod ſcriptum eſt: Quem conſtituit ali-
Iob.34. um ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? Conſequēter tāgitur quo
Pacē diuinam omia optant. rundam obiectio. ¶[Quomodo autem dixerit quis]id eſt,aliquis dicere poteſt,qualiter[appe
tunt omnia pacem? quaſi dicat,Videtur quod non. Multa enim alteritate & diſcretiōe gaudēt]
†ſilere; id eſt,magis inclinata ſunt ad diſtinctionem & ſeparationem ab alijs[& nunquam aliquando
habentem ſimile voluerunt] id eſt, abhorruerunt habere conſentientem & concordantem cū
ipſis,nec quieſcere volunt.[Et ſi quidem alteritatem & diſcretionem qui hoc dicit]id eſt,ſi is q̄
ſic obijcit [ait vniuſcuiuſque exiſtentium proprietatem] id eſt, ſi per alteritatem & ſepara-
tionem



Ationem illam intelligit proprietatem cuiuſlibet rei,quæ indiuiſa eſt à ſe,& diuiſa ab alijs. [&
q̄a hanc exiſtentium nullum ON,quod quidem eſt,velit aliquando perdere].i.ꝙ nulla res ex-
iſtens velit iſtam ſuam proprietatē amittere.[Non fortaſſis ad hoc contradicemus].i.non ne
gabimus hoc[ſed hunc pacis appetitum manifeſtabimus].i. oſtendemus ꝙ omnia ſic cupiūt
pacem.[Omnia enim diligunt ad ſeipſa pacificare].i. cuncta ad ſe & cum ſe & intra ſe optant
pacem habere,imo intuitu & deſiderio pacis prælia fiunt.[& vniri & à ſuis & à ſeipſis immuta
bilia & incaſualia eſſe].i.cupiunt coniungi conuenientibus & conſimilibus ſibi,nec poſſe ſepa-
rari ac cadere à ſeipſis.[& eſt per vnumquoq; commixta proprietate perfectiſſima pax cuſto-
ditiua.].id pax in qualibet re eſt ē,conſeruatiua ipſius rei, ex naturali proprietate rei innata ac
indita,valde perfecta in omni re.[pacem donantibus ſuis prouidentijs].i. actiuis rerum pro-
uidentijs ſeu prouiſionibus pacificis,quæ ſunt in mente diuina,donantibus pacem rebus.[oīa
imperturbata & inconfuſa ad cauſata,& ad ſeinuicem ſaluans].i.conſeruans omnia eſſe incō-
turbata,tam ad ſeinuicē q̄ ad cōcauſata. Hoc in ſuperioribus & cœleſtibus palam eſt, ſed in in-
ferioribus ita eſt,quoad curſum communē,& q̄tum ad exigentiā ordinis vniuerſi[& omnia in
fortitudine & inflexibili virtute ad ſuā pacem & tranquillitatem ſtatuens].i.naturalem & irre
mouibilem inclinationem & vim idoneā impartiens ad acquirendum & conſeruādum pacē,
quę conuenit eis,quemadmodum grauibus & leuibus dedit inclinationem ad motum ſurſum
& deorſum,calorem quoq; vel aliud quid ad reſiſtendum impedientibus huiuſmodi motus.
Sic & animalibus dedit appetitum concupiſcibilem ad proſequendum conuenientia,& iraſci-
B bilem ad repellendum contraria.[Deinde mota omnia nō ſilere,ſed moueri ſemper eorū mo
tu motu vult.].i.deus quædam mobilia vult ſemper moueri motu eis conueniente, & non ſi-
lere,id eſt non quieſcere ab huiuſmodi motu.[& hic appetitus eſt diuinę omnium pacis] id ē,
deſiderium illud eſt ex appetitu pacis omnium rerum,quia per huiuſmodi motum & ipſa &
alia conſequuntur ſuam perfectionem.[omnia in ſeipſis incaſualia ſaluantis].i.pacis diuinæ
præſeruātis omnia à caſu in non eſſe[& omnium motorum proprietatem & motiuam vitam
immutabilem & incaſualem cuſtodientis].i.pacis diuinę conſeruantis proprietatem & vitam
motiuam rerum viuaꝝ mobilium, ita ꝙ non mutantur per corruptionem,nec per ruinam ab
eſſe in non eſſe ante tempus opportunum.[in mota ad ſe pacificātia,& ſic ſic habentia agēdo
quæ ſua ſunt].i.pacis cuſtodientis in rebus prædictis,agendo.i. dum res quæ ſua ſunt in ope-
ra ſibi agunt,in mota pacificantia ad ſe.i. in res motas ſeu mobiles,pacem ſeu ordinationem
quietam ſecum habentes ſtabiliterq; diſpoſitas.[Si autem ſecundum caſum pacis alteritatem
dicens]Si talis alteritatem appellet defectum & ruinā à pace[confirmat non eſſe oīibus ama
bilem pacem]id eſt aſſerit quod pax non ſit cunctis amabilis.[Magis quidem nihil exiſtentiū
eſſe]id eſt,ego potius dico,ꝙ nulla res exiſtens eſt[quod ab omni penitus vnitate cecidit.] id
C eſt,quæ nequaquam ſit vna: nam ens & vnum conuertuntur.[Quod enim omnino inſtabile,
& multum & incollocatum,& infinitum]id eſt,quod per ſuam ſpeciem ſeu naturam nullam
participat fixionem,nec ad aliquam redigitur vnitatem, nec in aliquo rerum ordine colloca-
tur,neq; finitur per aliqam formam.neq; ON eſt,nec in exiſtentibus] id eſt, nec eſt res,neque
pars rei,nec accidens. Hinc & Philoſophus probat,ꝙ infinitum ex parte materię eſſe nō poteſt Philoſop.
Proclus quoq; demonſtrat, quod omnis multitudo participat aliqualiter vno, & quod non
participās vno,non ſit. ¶[Si autem talis ait] id eſt, ſi ita arguens affirmat[paci & pacis Pacis inimicos quandā etiā optare pacem.
bonis infeſtos,eſſe contentionibus & furoribus & alienationibus & inſtabilitatibus gauden-
tes.]id eſt,ſi obijciat quod quidā malitioſi aduerſentur paci,& moleſti ſunt pacificis,& glorian
tur in his quæ pacem extinguunt,puta in rixis,&c.[& ipſi obſcuriſſimis vmbris pacis concupi
ſcentiæ detinentur.] id eſt,ad hoc ego reſpondeo,quod iſti quoque detinentur, id eſt, alligati
ſunt vmbris obſcuriſſimis,id eſt defectuoſiſſimis imitationibus concupiſcentię pacis,ita quod
& ipſi etiam aliqualiter pacem deſiderant.[ad quas paſſionibus turbati multum mobilibus
& eas ſiſtere indiſciplinate appetentes.]id eſt,ad vmbras illas pacis afficiuntur & tendunt ipſi,
turbati adhuc paſſionibus multū mobilibus,id eſt,affectiōibus & motibus ſenſualitatis inor-
dinatis valde inquietis,& appetentes illas ſiſtere,id eſt,ſedare, indiſciplinate, id eſt, inſipienter
per ea quæ nec ſalubriter, nec efficaciter queunt illas ſedare, refrenare aut moderari.[& æſti-
mantes plenitudine ſemper refluentium pacificare ſe ſeipſos.] id eſt, putantes ad pacem ſe-
ipſos perducere per copiam & ſatisfactionem delectationum, quæ fluunt & refluunt, &
cito de nouo deſiderium ad eas accendunt. [inſtructione tenentium voluptatum per-
turbatos.] id eſt, ſeipſos interius deordinatos, inſtructione, id eſt, impulſione &

inclinatione voluptatum tenentium eos ſpiritaliter vinctos ac victos, iuxta illud Prouerbio, D
Prou.5. Iniquitates ſuæ capient impium,& funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Porro alia li
tera habet,deſtructione:talis nanq; inſtructio eſt deſtructio. Dicitur demum culpa hominis
Iob.15. inſtruere eum,vt eſt illud in Iob:Docuit iniquitas tua os tuũ. [Quid ſi quis dixerit de ipſa ſe
cundum Chriſtum paciflua humanitate?]id eſt quid conſequetur,ſi recitetur de Chriſti pieta
te,quæ pacem docuit & procurauit in omnibus? Vnde concluditur verum eſſe quod dixi, pa
cem omnibus appetendam[ſecundum quam non diſcimus adhuc pugnare neq; nobiſipſis,ne
Matth.11 que inuicem,neq; angelis.]id eſt,nec contra noſipſos,nec contra proximos praua, nec contra
angelos ſanctos ex aliqua diſſenſione aut diſcordia bonæ paci contraria:attamen contra ſen
ſualitatem,tentationes & vitia nos pugnare oportet, quia regnum cœlorũ vim patitur,& vio
lenti rapiunt illud.[ſed & ipſis diuinam per virtutem cooperabimur,]ſanctis,illorum inſpira
tionibus cooperando,& ſecundũ eas viuendo. [ſcdm ꝓuidentiã Ieſu omnia in omnibus ope
rantis]vt prima cauſa,quæ eſt cauſa cauſati omnis cauſæ ſecundæ, & plus influentis q̃ quæ
cunque cauſa ſecunda. [& facientis pacem ineffabilem.]id eſt,pacem æternitatis, quam per
Iſaiæ 64. fecte in hac vita cognoſcere & effari nequimus,quia in cor non aſcendunt quod ſuis dilectori
1.Cori.2. bus præparauit. [& ex ſeculo prædeſtinatum].i. à deo ab exordio præcognitam & paratam,
Matth.25 ſicut in fine dicturus eſt:Percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Ex ver
2.Cor.5. bis quoque Apoſtoli iſta accepta ſunt.[& reconciliantis nos ſibiipſi] quia ſecundum Apoſto
lum,deus erat in Chriſto,mundum reconcilians ſibi. Chriſtus quoq; per ſuam humanitatem
reconciliauit nos ſibiipſi ſecundum ſuam diuinitatem.[in ſpiritu] vtiq; ſancto, & ſecundum E
voluntatem,præordinationem ac cooperationem ſpiritus ſancti.[& per ſeipſum & in ipſo pa
tri].i.deo patri,in ſpiritui ſancto per ſeipſum,tanq̃ per mediatorem dei & hominum,iuxta il
Ephe.2 lud ad Epheſios:Nunc autem in Chriſto Ieſu,vos qui aliquando eratis longe,facti eſtis prope
in ſanguine eius. Ipſe eſt enim pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum, per crucem inimicitias inter
ficiens in ſemetipſo,& veniens euangelizauit pacem,& his qui longe, & his qui prope, quo
niam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem. [De quibus ſupereminen
tibus donis.]id eſt, ſupernaturalibus gratiis[in theologicis characteribus] id eſt, in libro de
diuinis characteribus & proprietatibus, puta de ſuperbeatiſſima trinitate. [ſufficenter dictũ
eſt.]id eſt competenter ſecundum quod nobis poſſibile fuit,quem librum non habemus tran
ſlatum. [atteſtantium nobis ſacra eloquiorum intelligentia.] id eſt, iuxta intellectum ſanctũ
eloquiorum,id eſt,ſcripturarum atteſtantium nobis. [¶ Quoniam & aliud me per epiſto
lam interrogabas,quid forſan,quando dico per ſeipſum eſſe, per ſe ipſam vitam.] id eſt, quo
modo intelligo, quod per ipſum dico eſſe, per ſeipſam vitam,per ſeipſam ſapientiam,& ad ſe
ipſam. Filius enim,qui eſt ſubſtantialiter vita,eſt per patrem,id eſt, à patre:ſimiliter filius, qui
eſt per ſe ſapientia,id eſt ſapientia æterna abſolute & eſſentialiter dicta,quæ eſt deitas ſumma, F
quam non habet ab aliquo eſſentialiter alio à ſe, eſtq; filius vita & ſapientia ad ſe ſubſtãtiali
ter.[dicebas te dubitare,quomodo deum aliquando quidem ipſam vitam dico,aliquando ve
ro per ſeipſam vitæ ſubſtitutorem.] Quod conſequenter exponit.[neceſſarium eſtimauimus
ſancte dei homo]id eſt,o Timothee ſancte dei[& hac te in nobis dubitatione ſoluere].i. libe
rare te ab hac dubitatione,quam habuiſti in nobis.i. verbis noſtris. [Et primum quidem vt
multoties dicta & nunc recipiamus.]id eſt, primo id hortor,vt ea quæ frequenter dixi & ſcri
pſi,modo pariter capiamus. [Non eſt contrarium per ſeipſam virtutem, aut per ſeipſam vi
tam dicere deum,& per ſeipſam vitæ aut pacis aut virtutis ſuſtitutorem.]Quod conſequenter
declarat. [Quędam quidem enim]id eſt,certe quoniam aliqua[ex exiſtentibus & maxime ex
primum exiſtentibus,vt cauſalis omnium exiſtentium dicitur.]id eſt,deus dicitur quædam ta
lium tanquam cauſa omnium talium,& quædam illorum dicuntur de ipſo tanquam de cau
ſa ipſorum,vt eſſe,bonitas,vnitas,vita,mens,intellectus.[Quædam vero vt ſuper omnia,etiã
primo exiſtentia ſuper ens ſupereſſentialiter]id eſt,aliqua talia de deo dicũtur per ſupeminẽ
tiam,vt de eo qui ſupereſſentialiter eſt,& ſupreme cuncta tranſcendit.[Quid autem omnino]
eſt[inquis,quod per ſeipſum eſſe dictum eſt?]id eſt quid ſignificat, ꝙ deus dicitur hoc aut il
lud eſſe per ſeipſum?[aut per ſeipſam vitam,aut quæcunq; abſolute & principaliter eſſe, & ex
deo primitus ſubſtituiſſe poſuimus].i.ſeu alia quæuis,quæ diximus ex deo originaliter fuiſſe
ſeu ſubſtitiſſe,vel deũ ea ſubſtituiſſe,quæ abſolute & principalr dicunt eſſe in gñe ſuo,& fluxiſ
ſe à deo.[Hoc aũt qđ dicimus,nõ eſt paruũ[.i. rñſio iſta nõ eſt qđ paruũ,nec ẽ curua aut praua,
vt aliæ hñt tranſlationes.[ſed rectũ].i. veꝝ [& ſimplicẽ declarationẽ habet.].i. explanationẽ
ſyncerã,



ſynceram,non fictam aut ſimulatam.[Non enim eſſentiam quandam diuinã aut angelicã eſſe
A dicimus per ſeipſam eſſendo eſſendi quę ſunt oĩa cauſam].i.non ponimus eſſentiã aliquã ſepa
ratam per ſe ſubſiſtentem, dicendo ꝙ aliquid ſit cauſa per ſe exiſtendi oĩbus id qđ ſunt,ita ꝙ
ſint plures tales eſſentiæ ſeparatæ,aut per ſe ſubſiſtentes ideæ, quaꝝ vnaquæq; ſit quidã deus,
& cauſa exemplaris communis oĩm, ordinis aut ambitus ſui:imo ponimus vnum ſolum eſſe
ſeparatum ſubſiſtens,vniuerſorum cauſale principium. Vnde ſubiungitur:[Solummodo eñi
eſſendi oĩa quæ ſunt ipſum eſſe ſupeſſentiale principium & eſſentia & cauſale].i.ipſum vnicũ
eſſe primũ & incauſatum, qđ eſt ſup omnem naturam,dicimus eſſe cauſale & exemplare prin
cipium vniuerſorum,& eſſe eſſentiam.i.cauſam eſſentię eorundem, non eiuſdem ordinis aut
naturæ,ſed ſupexaltatam.[neq; vitę parentem aliã deitatem].i.patrem cauſam ſeu fontẽ vitæ,
hoc eſt, ꝑ ſe vitam non dicimus eſſe aliam deitatem [præter ſupdiuinam omnium quæcunq;
viuunt].i.præter vitam primam ſupdiuinam, quæ eſt cauſa cunctis viuentibus ꝙ ſunt & vi
uunt.[& æditæ vitæ cauſam vitam].i.vitam illam dicimus cauſam oĩs vitæ particularis cau
ſatæ.[Neq; colligendo dicendum.] .i. breuiter ac ſummatim ꝑſtringendo non eſt dicendum,
[eſſe principales exiſtentium creatores promptos,confeſtim cauſatrices eſſentias,ſubſtantias:
quas quidam deos exiſtentium perfecerunt].i.cauſas principales & vniuerſales,vbiq; & ſem
per preſentes,& creatores particularium reꝝ,qui ſunt eſſentiæ creatrices,& cauſæ oĩno extrin
ſecæ præter & citra primam cauſam,quę ſunt ſubſtantiæ eminentes,quas quidem ꝑfecerunt.i.
ſua opinione eſſe dixerunt ac confinxerunt eſſe deos exiſtentiũ particularium reꝝ. [Quos ve
B re & proprie dicẽdo,neq; ipſi formauerunt non exiſtentes] .i. qs deos ſeu vniuerſales cauſas,
nec iſti falſe opinantes formauerunt.i.fecerunt,quia tales dii & cauſæ non ſunt in ꝟitate[neq;
patres eoꝝ].i.magiſtri ſeu parentes ita errantium fecerunt,nouerunt,aut formauerunt hmõi
deos.[ſed ꝑ ſeipſum eſſe,& ꝑ ſeipſam vitã,& ꝑ ſeipſam deitatem, dicimus principaliter quidẽ
& deiformiter,& cauſaliter vnum oĩm ſupprincipale & ſupeſſentiale principiũ & cauſam] .i.
affirmamus ꝙ vnum & idẽ ſit effectiuum vniuerſoꝝ principiũ, & cauſa oĩm exemplaris atq;
finalis,qđ eſt eſſe ꝑ ſeipm,non aliunde factum nec participatũ,& qđ eodẽ ſenſu eſt ꝑ ſe vita,per
ſe deitas,ꝑ ſe intellectus,ꝑ ſe ſapiã,ꝑ ſe ſumma & prima virtus,&c. [Participaliter aũt editas
ex deo,nõ partipãte ꝓuidas virtutes] .i. ꝟtutes particulares & participatas dicimus eẽ ex deo,
nil participãte ab aliq,nec ſuſcipiẽte ab alio ꝟtutes ꝓuidẽtiales,vtputa[ꝑ ſeipſam *ſctificationẽ
ꝑ ſeipſam viuificationẽ, ꝑ ſeipſam deificationẽ] i. primã & fontalẽ vim ſignificatiuã, primã & * eſſentifi cationem:
imparticipatam vim ſeu actionem viuificatiuam ac deificationem huiuſmodi. Hæc enim ha
bet in ſe,& ex ſe,& per ſe. [quas exiſtentia proprie ſibimetipſis participant,id eſt, cauſæ creatæ
ſuperiores ꝓuiſiuæ aliorum,participant iſtas ꝓuiſiuas virtutes,ꝑ quas gubernatiuæ & ꝓuiſiuæ
ſunt ſubditorum,à ſummo illo principio,non ab ideis ſeparatis,vt aliqui poſuerunt. Partici
pant autem eas ꝓprie,quælibet ſc3 ſcdm ſuam proportionem,gradum,poſſibilitatem & ordi
nem.[& exiſtentia & viuentia & diuina ſunt & dicuntur].i.ꝑ participationem bonitatũ & vir
tutum illaꝝ hñt eſſe viuere,& ſuo modo diuina cenſentur.[& alia ſimiliter].i.cuncta qq; infe
C riora ab illo ſummo fluxerunt principio. [Proinde & primaꝝ ipſarum optimus ſubſtitutor
dicitur eſſe.].i.deus vnus & ſummus, eſt optimus inſtitutor & conditor ſupiorum illarũ cau
ſarum vt ſint angeli ſpũs & cauſæ cœleſtes.[Deinde totarũ earũ,deinde particularium ipſarũ]
.i.cauſarũ ſecundarũ illis poſteriorũ[deinde totarũ ipſarum participantium].i.deus etiã cauſa
eſt oĩm participationũ illarũ, ſeu participatarũ bonitatum,ſimpliciũ & abſtracte ſignificatarũ
qñ cauſa eſt ipſius eſſe,viuere,intelligere,&c. [deinde particulariter earum participantiũ.].i.
infimorum qq;,qui particularius & obſcurius bonitates à deo recipiunt. ¶ [Et quid oportet
de his dicere?].i.qđ neceſſe eſt de his plura inducere? [qñquidem diuinorũ noſtrorũ ſacrorũ
magiſtrorum].i.cum aliqui ex noſtris magiſtri pręcipui ac diuini[ꝑ ſeipſam bonitatis & dei
tatis ſubſtitricẽ aiunt ſuperoptimam,& plusq̃ diuinam,ꝑ ſeipſam bonitatẽ & diuinitatẽ].i.bo
nitatem primã fontalẽ imparticipatã, quæ eſt ſupra genus & ordinẽ, & plusq̃ optima & diui
na,prout nos optimum ac ſuperdiuinum capere poſſumus:aſſerunt autem ſubſtitutricem bo
nitatis & deitatis per ſe,hoc eſt bonitatis & deitatis participatæ, vel abſtracte vniuerſaliterq;
acceptæ,quæ tamen improprie dicitur per ſeipſam bonitas ac deitas,[dicentes eſſe beneficam
& deificam ex deo procedentem donationem,& per ſeipſam formam.]id eſt,bonitatẽ partici
patam,& deificationem à deo creaturis communicatam, quæ formaliter dicitur per ſe bona,
ſeu bonitas,non efficiẽter:eſtque forma,quam etiam dicunt[per ſeipſam formificã ſuſionẽ].i.
bonitatẽ à deo effuſam,formatiuã illorum quibus coĩcat. [& totã formã] ſcdm quod per ſe
abſtra

Ca.XII abſtracte accipitur. [& particularem formam,] prout ab iſto aut illo participatur [& vniuer-
ſaliter bona & particulariter bona, & quæcunque alia, quæ ſecundum eundem dicta ſunt & D
dicentur modum.] id eſt, dona ſimplicia & eminentia, gn̄aliter & abſtracte conſiderata, à deo
procedentia [declarantia prouidentiam & bonitatē participatas ab exiſtentibus, à deo nō par
ticipante prouenientes]. i. clare monſtrantia prouidentiam & bonitatem, coīcatas ſuperiori-
bus cauſis à deo. [copioſa fuſione]. i. liberali donatione [& ſuperſcatentes]. i. ſupmanātes &
copioſe incidentes his quibus coīcant, quibus deus proprietates & virtutes ſuas prouiſiuas,
cauſales, diuinas coīcat & infundit. [vt diligens oīm cauſalis ſummitas, oīm & ſupereſſentiale
& ſupernaturaliter omnino ſuperexcellit ea quæ ſunt ſcd̄m qualemcunq; eſſentiam & naturā]
id eſt, deus vniuerſoꝝ prouiſor ſolicitus, oīm cauſatiuus, vertex cunctoꝝ altiſſimus, & ſuper-
eſſentiale principium, ſupernaturaleq; ens entiū, incomparabiliter & penitus infinite tranſcē-
dit omnia, quæ ſunt ſecundū qualemcunq; eſſentiam, ac naturā. i. cuiuſcunq; ſint gn̄is aut ſpe-
ciei vel ordinis. Ex quibus patet ſolutio queſtionis S. Timothei, quę rationabilis fuit, nec iſta
ſolutio difficultatem illius videtur plene auferre.

¶ Capitis huius XI. tranſlatio alia clarior.

Pacē oīa appetere

AGE iam diuinam conciliatiōiſq; principem pacem pacificis laudibus proſequamur.
Hæc enim eſt quæ oīa vnit, cunctorūq; concordiā conſpirationēq; gignit & efficit:
quamobrē hanc appetunt oīa, quippe cum hæc partibilem hoꝝ multitudinē ad to-
tam conuertat vnitatem, & inteſtinum vniuerſi bellum fœdere concordi deuincat.
Pręterea diuinæ pacis participatione conciliantiū poteſtatum antiquiores, tum ipſę ſingulę ad
ſeipſas & inuicem ad vnāq; vniuerſoꝝ principem pacē conueniunt, tum etiam quæ ſibi ſubie-
cta ſunt, ita congregant, vt & ad ſeipſa & inuicē, & ad vnum perfectum vniuerſalis oīm pacis E
conueniant autorem. Qui ſane vniuerſis indiuidue præſidens, veluti clauſtris quibuſdam di-
uiſa nectentibus, oīa definit & determinat, atq; communit. Neq; ſinit diuiſa ad infinitū inter-
minatumq; diffundi, alioquin ordine firmitateq; caritura, & tanq̄ deo deſtituta vnitatem pro-
priam amiſſura, & inuicē omnibus mixturę modis penitus confundenda. ¶ De ipſa igitur quę-
quid tandem illa eſt, diuina pace & quiete, quam S. Iuſtus ſilentium vocat, & ſcd̄m cogitabilem
proceſſum quemlibet immobilitatem, quo pacto quieſcat, & quaſi ſilentium agat, & q̄uo in ſe-
ipſa & intra ſeipſam ſit, & tota ad ſe totam eminenti ratione iungatur: ac neq; dum ſeipſam in-
greditur, ſeq; multiplicat, ſuam relinquet vnionē, ſed & procedit ad oīa, intus tota manens pro-
pter exceſſum vnionis omnia ſuperantis: neq; dicere, neq; cogitare alicui exiſtentium fas eſt,
aut poſſibile. Sed id quidem tanq̄ ineffabile ac prorſus ignotū, ipſemet tribuētes oīa tranſcēden-
ti: nos interim intelligibiles ipſius explicabileſq; participationes, idq; (vt viris poſſibile eſt, &
vt poſſibile nobis, qui multis bonis viris inferiores ſumus conſideremus. ¶ Primo quidē di-
cendum, ꝙ pax diuina ipſius per ſe pacis & vniuerſæ particularisve pacis eſt autor, & omnia
contemperat inuicē & commiſcet, vnione quadam eoꝝ inuicem non confuſa, per quā abſq;
diuiſione diſtantiaq; coniuncta ſimul tamen integra in ſua quęq; ſpecie permanent, per contra-
riorum admixtionē minime conturbata. Neq; quicq̄ obtundentia exacte ſummę illius ſynce-
ritatis omnia inuicem vnientis. Vnam igitur quandā ſimplicēq; naturā vnionis pacificæ con-
templemur, cuncta ſibiipſi & ſibiipſis & inuicē copulantem, & interim conſeruantem in com-
plexu oīm inconfuſo contemperata pariter & immixta. ¶ Per diuinā pacem intellectus diui- F
ni ſuiipſoꝝ intelligentiis vniti, rebus quoq; intellectis ſe coniungunt, rurſusq; ad incognitū
ſcandunt eorum quę ſuper mentem ſunt contactum. Per diuinā pacem aīę multiformes ratio-
nes ſuas cogentes, ad vnamq; puritatem intellectualem congregantes, procedunt proprio ſibi
modo, via, & ordine per immaterialem impartibilemq; intelligentiam ad ſuperiorē intelli-
gentiæ vnionem. Per diuinā pacē vnus indiſſolubiliſq; contextus oīm iuxta diuinam harmo-
niam ſuam exiſtit, concentuq; harmonico & integra conſonātia conſenſioneq; & cognatione
mutua coaptatur, dum & ſine confuſione colligitur, & abſq; diuiſione procul dubio continet.
Perfectæ pacis integritas, ſcd̄m ſimpliciſſimā ſynceramq; virtutis vnificę pręſentiam, oīa pene-
trat vniens atq; cōnectens per media, cum extremis extrema, per vnam cognatam amicitiam
coniugata, atq; vltimis quoq; vniuerſi determinationibus, vt ſe fruatur indulgens, oīaq; vnita-
tibus, identitatibus, vnionibus, congregationibus, cognata prorſus efficiens, dum vc; diuinā
pax nulli diuiſiōi perſtat obnoxia: & in vno oīa indicat, atq; per oīa procedēs, nuſq̄ à propria
identitate diſcedit: pergit eñ per oīa, ſingulaq; pro ſuo quoq; mō ſui muneris participia red-
dit, & copia quidē pacificę fœcunditatis exuberat, & permanet interim per vnitatis exceſſum
tota ad totā, ac per ſe totā ſibimet excellenter vnita. ¶ Interrogabit forte quiſpiā, q̄nam pacto
pacem

Pax diuina quę Philip. 4. Silentiū in deo

pax diuina q̄uo omnia ſine cōfuſione cōiūgat

pax diuina q̄uo ſibi res coniungat.

pax diuina omnia penetrat.

Pacem diuinam oīa deſiderant.



A pacem cuncta deſiderēt, cū multa alteritate diſcretiōeq; gaudeāt, neq; ſponte quieſcere velint.
Atqui ſi alteritatē diſcretionēq; q ſic obiicit, ſuā cuiuſq; rei proprietatē dicit, q̄d ve hāc nullum
eoꝝ quę ſunt, idipſum q̄d eſt exiſtens vnq̄ perire velit, ne nos q̄dē id refragabimur: ſed id q̄q;
eſſe pacis deſideriū cōfirmabimus, quippe cū oīa cupiant ſecū ipſis pacē vnionēq; habere, atq;
in eo habitu ꝑmanere, vt à ſeipſis atq; ſuis dimoueri decidereq; nō poſſint. Iam v̄o pax illa per-
fecta ſuā cuiusq; meram cuſtodit proprietatē, pacificis ꝓuidentiis ſuis oīa ſeorſum à ſeditione
cōfuſiōeq; tam ad ſeipſam q̄ ad alia ſeruās, nunctaq; ſtabili & nuſq̄ declinante potentia ad ipſo-
rum pacem immobilitatēq; ſtabibiliens. Quòd ſi quęcūq; mouent̄ nō quieſcere q̄dē, ſed ſuo ſp
motu moueri cupiunt, rurſus diuinę oīm pacis deſiderium eſt, quę q̄dē oīa in ſeipſis ſeruat, ne
forte labant, & oīm quęcunq; mouent̄ proprietatē motricēq; vitam, ne à ſeipſa dimoueat̄, deci-
datve cuſtodit, quatenus quę mouent̄ ſecū ipſis pacem ſeruātia, eodēq; ſe mō ſp h̄n̄tia, quę ſui
ſunt muneris pagūt. At uero ſi alteritatē illā quiſpiā ruinā ab oī pace prorſus accipiat, affirmet-
que pacē nō eſſe cunctis optabilē, potiſſimū hoc aſſerimus nihil vſq̄ eſſe q̄d ab oī prorſus vnio-
ne ceciderit. Qd' eñ penitus inſtabile infinitūq; & nulla ſede firmū, indefinitū fingit̄, neq; ſe-
ipm̄ quidē per ſe q̄cq̄ eſt, nec exiſtit in aliquo. ¶ Si q̄s aūt obiiciat illos paci paciſq; bonis ad-
uerſari, q litibus & furoribus mutationibuſq; & inſtabilitatibus delectant̄. Reſpondendū hos
q̄q; exilibus quibuſdā pacifici deſiderii imaginibus occupari, dum affectibus multifariā agitā-
tibus perturbant̄, q̄s imperite ſedare deſiderant, ſperātq; ſe habituros pacē expletiōe iugiter ef-
fluentium, ꝑturbantur v̄o ſp, ſiquidē voluptates à quibus occupati ſunt, minime conſequunt̄.
B Quid aūt de Chr̄i clementia pacē profundente dicemus: per quā dicimus non vltra pugnare,
neq; nobiſcū, neq; inuicē, neq; cum angelis, ſed vna cum ipſis potius diuina ꝓ virib' opamur,
iuxta Ieſu prouidentiā: q oīa in oībus operat̄, pacemq; cōficit ineffabilē ab æuo prædeſtinatā,
noſq; ſibi in ſpū reconciliat, ac per ſe & in ſeipſo pr̄i q̄q; conciliat: de q̄bus ſane mirabilibus do-
nis in theologicis informationibus ſatis à nobis eſt dictū, ſacroꝝ eloquioꝝ inſpiratiōe nobis
teſtificante. ¶ Sed q̄m alias q̄q; me per epiſtolā interrogaſti, quidnā eſſe dicerē, ipm̄ ꝑ ſe eſſe,
ipſam per ſe vitā, ipſam per ſe ſapiam, dixiſtiq; te multum moueri, ꝙ aliq̄n deū dixerim ipſam
vitā, aliq̄n vitæ ipſius autorē: operępreciū exiſtimaui ſancte vir dei, ab hac q̄q; de nobis conce-
pta dubitatione te ſoluere. Ac primū quidē, vt q̄ ſæpe iam diximus, nunc etiā repetamus. Non
eſt inter ſe contrariū dicere, deum ipſam ꝑ ſe virtutē, aut ipſam vitā, atq; eundē appellare ipſius
vitę vel pacis vel v̄tutis ꝓcreatorē. Illa quidē rōne ex his q̄ ſunt, ꝑcipue v̄o ex illis q̄ primo ſunt
tanq̄ oīm cā noīatur. Hac aūt vt ſuper oīa etiam quę primo ſunt, mō q̄dā ſup eſſentiā eminens.
Quæris inter hæc q̄d appellem ipm̄ per ſe eſſe, aut ipſam vitā, vel alia q̄tcūq; abſolute ac princi-
paliter eſſe, & ex deo primum exiſtere ponimus. Id v̄o non eſt obliquū, ſed rectū, ſimplicemq;
interpretationē habet. Non enim ſubſtantiā quandā diuinā vel angelicā eſſe volumus ipm̄ eē
C velut cauſam, vt ſint quę ſunt oīa. Solum nāq; vt ſint quęcunq; ſunt, itēq; vt ſit hoc ipm̄ ꝑ ſe eſſe
principiū eſt, eſſentiaq; & cā, illud q̄d eſſentiā ſupereminet. Neq; rurſus deitatē aliā viuentium
oīm viuificā aſſerimus, ꝑter vitā illam pluſq̄ diuinā, quæ & viuentiū oīm, & ipſius vitæ ſit au-
tor atq; (vt ſummatim dicā) nō eſſe putem' principales illas & cōditrices eoꝝ, quę ſunt eſſenti-
as atq; ſubſtantias, q̄s nōnulli reꝝ deos atq; cōditores ſibi pro arbitrio fingentes ꝑdicare non
dubitauerunt: q̄s, vt vere ꝓprieq; dixerim, neq; ipſi nouerunt (quippe q nō ſunt) neq; pr̄es eoꝝ.
Sed ipm̄ eſſe, & ipam vitā ipamq; deitatē aſſerimus principalr̄ quidē & diuine, & ſcd̄m cauſam
vnū illud principiū cauſāq; oīm ſup oēm principii & eſſentię rōnem. Participaliter aūt v̄tutes
illas ꝓuiſorias ex deo imparticipabili ꝓcedētes. Ipſam inq̄ ipſius eēntię vitę diuinitatis traditio-
nem, q̄ꝝ dum oīa ꝓ ſuo quęq; mō participia ſunt, nimiꝝ & entia & viuentia, & diuina ſunt atq;
dicunt̄, cęteraq; ſil̄r: quāobrē deus ipſe bonus, ipſoꝝ q̄q; primorū autor ꝑdicat̄, deiñ ipſorum
vniuerſorū, ſubiñ ipſorū particulariū, poſt hæc eorū q̄ vniuerſalr̄ illa participant, poſtremo il-
lorum etiā quæ particulari quadā conditiōe participant. ¶ Quid aūt de his plura dicere me
oportet: Quandoquidē nōnulli ex diuinis ꝑceptoribus noſtris ipſius q̄q; ꝑ ſe bonitatis deita-
tiſq; autorem deū, qui ſupra bonitatē deitatēq; exiſtit, dicentes bonitatē ipſam atq; deitatē eſſe
beneficū deificūq; donū ex deo profectū. Ipſam q̄q; pulchritudinē appellāt effuſionē, pulchri-
tudinis effectricē, quę q̄dē & pulchritudinē ipam efficiat, & vniuerſalē pulchritudinē particula-
remq;, vniuerſalr̄ q̄q; pulchra & pulchra particulariter, & quęcūq; alia eodē mō dicta ſunt atq;
dicent̄ declarātia vc; ꝓuidētias atq; bonitates reb' participatas ex imꝑticipabili deo abūdāti
ꝓfuſione ꝓcedētes ac largiter emanātes, vt q eſt oīm cā exactiſſima rōne ſit ſup oīa, & q̄d ſuper-
eſſentiā extat atq; naturam: quæcunq; in aliqua eſſentiarū nanq; ſunt, penitus antęcellat.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS XI.

Deinde

Pacē etiam deſiderare ipſa q̄ mouentur.

Pacis inimici quandā etiā optare pacem.

Ipm̄ ꝑ ſe eē, ipa ꝑ ſe vita, ipa ꝑ ſe ſapia q̄uo conueniunt creatori & creaturis

Bonitas diuina deitas que q̄d ſint

Ca.IX.

DEINde laudatda eſt pax diuina pacificis laudibus, quæ eſt princeps con- D gregationis. Ipſa eſt enim eſt vnitiua omnium & generatiua conſenſus & connaturalitatis vniuerſorum. Vnde & omnia eam deſiderant conuertentem diuiſibilem ipſorum multitudinem ad vniuerſalem vnitatem, & vnientem naturale bellum omnis rei ſiue vniuerſitatis ad conformẽ cohabitationem huius pacis participatione illæ virtutes, quæ ſunt inter cõgregatiuas angelicę virtutis digniores, & ipſæ ad ſeipſas & ad alias inuicẽ vniuntur, & ſubiectas ſibi virtutes vniũt ad vnũ & perfectum pacis omnium principiũ & cauſam quę ſimpliciter ſuperueniens omnibus oĩa definit, & terminat & firmat, quaſi quibuſdam vectibus concluſiuis diuiſorum, & non ſint diuiſiua effundi ad interminationem & infinitatẽ inordinata & collocata & deſerta, à deo quidem bene facta, ſed à propria vnitione exeuntia in ſe inuicem facit oĩm harmonia coniungi. Hanc diuinam pacem & ſilentium ſanctus Iuſtus, de

Actuum. 1. quo in Actibus, vocat ineffabilitatem & immobilitatẽ ad omnem cognitum proceſſum. Scripta huius apud nos non extant. Quomodo autem deus quieſcit & ſilentium agit, quomodo etiam in ſeipſo & intra ſeipſum eſt, & ad ſeipſum totum totus ſuperunitus eſt, & ad ſeipſum ingrediens multipliciter ſe exiſtentibus communicans, nõ derelinquit ſuiipſius vnitionem, ſed procedit ad omnia, intus manens per exceſſum vnitionis omnia ſuperantis, neq; phas neque poſſibile eſt alicui exiſtentium dicere aut cogitare: ſed hoc habetur ineffabile & ignotum in ipſo tanq̃ exiſtente ſuper omnes intelligibiles & dictas ipſius participationes, quibus ſolis ab exiſtentibus cognoſcitur. Et hanc eius cognitionem inſpiciemus, prout poſſibile eſt viris, imo E nobis, qui à multorum virorum ſapientia deficimus. Primo quidem dicimus, ꝙ deus ipſam per ſe pacem, tam vniuerſalem q̃ particularem, facit ſubſiſtere, & facit omnia ad ſeinuicem concreta ſecundum inconfuſam ipſorum vnitionem, ſecundum quam oĩa indiuiſibiliter & indiſtãter vnita, ſingula tamen pura ſecundum propriã ſpeciem ſubſiſtunt, non obfuſcata ꝑ cõcretionẽ ad ſibi oppoſita, neq; habentia diligentem vnitionem aut ſimplificationem cum oppoſitis. Vnã igitur quandam & ſimplicem pacificę vnitionis contemplemur naturam, vniuerſa vnientem ſibiipſi & ſingula ſibiipſis, & oĩa ſibiinuicem, & ſaluantem omnia in continentia omnium inconfuſa & immixta & concreta. Propter quam diuinę mentes vnitę proprijs intellectibus vniuntur, & alijs vnitis & ſurſum aſcendunt ad ignotam communiõem collocatorum ſuper mentẽ. Propter hanc etiam animæ vnientes rationes ſuas largiſſime diſperſas, & congregantes eas ad vnam intellectualem puritatem, per immaterialem & ſimplicẽ intellectum perueniunt via & ordine iuxta ſuam conditionem, ad eam etiã vnitionẽ, quæ eſt ſuper intellectum, propter quã etiam vnitionẽ pacificam ſubſiſtit vna & indiſſolubilis oĩm complexio, ſecundum diuinam ſuiipſius harmoniam, & concordatur perfecta conſonanti & conſenſu & cõnaturalitate, & eſt congregata inconfuſe, & contenta indiuiſibiliter. Perfecta enim vniuerſitatis pax tranſit ad oĩa F exiſtentia, ſecundum ſimpliciſſimã ipſius & immixtam vnificæ virtutis præſentiam vniens omnia, & coniungens extrema extremis per media, ſecundum vnam connaturalem & coniunctam amicitiã, & extendens munera ſua vſq; ad extremas creaturas, oĩa conſentiẽtia facit vnitatibus identitatibus & congregationibus pace diuina indiuiſibiliter ſtante, & in vno omnia monſtrante, & per oĩa proficiente, & à propria identitate non recedente. Procedit enim ad omnia, & tradit ſeipſam oĩbus, iuxta ſingulorum proprietatem, & ſupermanat omnibus abundãtia pacificæ fœcunditatis, & manet in ſe propter exceſſum vnitionis tota ad ſe totam, & ſecundum ſeipſam totam ſuperunita. Obijcitur autem, quomodo dicis omnia deſiderare pacem. Multa enim gaudent alteritate & diuiſione, & nunq̃ vellent ſponte quieſcere. Solutio: Alteritas vel diſcretio dici poteſt cuiuſlibet rei proprietas, & ſecundum hoc cõcedimus, ꝙ nulla res velit eam aliquando amittere. Et hoc ipſum pertinet ad deſiderium pacis. Omnia enim appetunt ad ſeinuicem pacem habere & vniri, & tam ſua propria q̃ quæ ſunt ſuorum eſſe immobilia, & non valentia deficere. Perfecta autem pax eſt ſeruatiua puræ proprietatis ſingulorum per prouidentias ipſius pacem donantes, ſaluans omnia vt ſint non bellantia & inconfuſa, tam ſingula ad ſeipſam, q̃ omnia adinuicem, & omnia ſtabili & inflexibili virtute ſtatuens ad ſuiipſorum pacem & immobilitatem, & ſi omnia mota non quieſcere, ſed moueri ſemper motu ſuo appetunt, hoc ipſum pertinet ad deſiderium diuinę pacis omnium ſaluantis omnia in eo, ꝙ nõ valeant cadere à ſeipſis & cuſtodientis immobilem & non valentem deficere, omnium motorum proprietatem & vitam motiuam in eo ꝙ mota & ad ſeipſa pacem habẽtia, & eodem modo habentia operantur ea quæ ſibi ſunt naturalia. Si autem dicatur alteritas eſſe caſus à pace & conetur aliquis probare ꝙ non appetũt omnia pacem, quia multa appetũt talem alteritatẽ,

Responde-



Reſpondemus ꝙ nihil eſt exiſtẽtium, quod ab omni vnitione ꝑfecte ceciderit. Quod eñ oĩno A eſt inſtabile & interminatum & incollocabile & indefinitum, non exiſtens eſt neq; in exiſtentibus. Si quis autem dicat illos inimicari paci & bonis pacis, qui litibus & furoribus & variationibus & inſtabilitatibus gaudent. Reſpondemus, ꝙ etiam tales afficiuntur quibuſdam obſcuris imaginibus pacifici deſiderij, eo ꝙ ipſi à paſſionibus proprię concupiſcentiæ multum impugnati, & illas ſedare deſiderantes, ſed ſtulte arbitrantur ſe pacem habere apud ſemetipſos ꝑ adimpletionem deſideriorum ſuorum ſemper fluentium, eo ꝙ perturbantur non conſequendo delectationes quas appetunt. Magnifice autem laudanda eſt pax, quam diuina benignitas effudit per dominum Ieſum, per quem non ſolum conſopita eſt diſcordia hominis ad ſeipm, & hominis ad alium hominem, & hominis ad angelos, ſed vt nos ſimul cum angelis ſecundũ noſtram poſſibilitatem diuina operemur ſecundum prouidentiã Ieſu, oĩa in omnibus cooperantis, & facientis pacem ineffabilem à ſeculo prædiffinitam, & reconciliantis nos ſibiipſi in ſpiritu, & per ipſum & in ipſo patri. De quibus ſupernaturalibus donis, in libro de diuinis characteribus ſufficienter dictum eſt accedente ſcripturarum atteſtatione. Quoniam autem alias me per epiſtolam interrogaſti quomodo intelligam, per ſe eſſe, per ſe vita, per ſe ſapientiam, & te ſuper hoc dubitaſſe dixiſti, quomodo aliquando dicam deum eſſe per ſe vitam, aliquando autem per ſe vitæ ſubſtantificatorem, dignum duxi nunc te ab hac dubitatione abſoluere. Et ne ſæpe dicta nunc iterem, non ſunt contraria deum eſſe per ſe vitam, & ipſum eſſe per ſe vitæ & per ſe pacis, & per ſe virtutis ſubſtantificatorem. Dicitur enim ꝑ ſe vita, &c̃. ſicut cauſa exiſtẽ B di omnibus exiſtentibus, & maxime primo exiſtentibus ſanctificator, aut ꝑ ſe vitæ, &c̃. ſicut per omnia, & etiam ſuper ea quæ prius ſunt ſuperexiſtens ſupſubſtantialiter. Quæris autem quid omnino diximus per ſe eſſe, aut per ſe vitam, aut quæcunque huiuſmodi quæ abſolute & principaliter ponimus in deo ſubſiſtere. Dicimus autem ꝙ hoc à veritate non deuiat, ſed habet ſimplicis veritatis manifeſtationem. Non enim aliquam dicimus ſubſtantiam vel diuinam iuxta idololatriæ errorem, vel angelicam per ſe eſſe, ꝙ ſit cauſa eſſentiæ omnium, & ipſum eſſe ſubſtantiale & principium rerum & ſubſtantiæ cauſa. Neq; dicimus aliam eſſe diuinitatẽ generatiuam vitę, pręter ſuperdeam vitam omnium viuentium & cauſam ipſius per ſe vitę. Et vt compendioſe dicamus, non dicimus aliquas ſubſtantias aut perſonas eſſe principales exiſtentium & creatiuas, quas idololatræ dixerunt eſſe deos exiſtentium & creatores per ſe facientes. Quos vere & proprie non exiſtentes, nec ipſi ſciuerunt neque patres eorum, ſed dicimus vnum omnium ſuperprincipale & ſupſubſtantiale principium, & cauſam omnium diuinæ & cauſaliter ꝑ ſe eſſe, & ꝑ ſe vitam, & per ſe deitatẽ. Et dicimus ipſam tamen eſſe per ſe ſubſtantificantem, ꝑ ſe viuificantem prouiſiuas virtutes participaliter datas, & per ſe deificantem deificatos ex deo, qui ſecundum ſuum ſuperſimplex eſſe eſt imparticipabilis. Iſtis autem virtutibus exiſtentia omnia iuxta ſingulorum proprietatem participant, & ex hac participatione ſunt & dicuntur & viuificantia, & exiſtentia & diuina, & cætera huiuſmodi. Propter quod diuina bonitas primo dicitur eſſe ſubſtantificatrix ſuorum inuiſibilium quaſi radiorum ſuperC unitæ bonitatis, vt ſunt ꝑ ſe eſſe, per ſe vita, &c̃. Secundo, primitiuarum naturarum quæ his omĩbus perfectiſſime omnium creaturarum participant, vt eſt natura rationalis, poſtea particularium ipſius naturę, vt angelorum & hominum & graduum & ordinum ſiue angelicorum, ſiue humanorum. Poſtea inferiorum creaturarum, quæ dictis dei donis non integre, neq; omĩbus participant, ſed particulariter, vt inanimata, quæ tantum ſunt, neq; viuunt, vel animata quæ ſunt, viunt & ſentiunt, &c̃. Dignum eſt etiam recitare ſuper his ſententiam quorundam ſanctorum magiſtrorum noſtrorum, inter quos ſpecialiter intelligitur deſignari ſanctus Hierotheus cum alijs apoſtolorum diſcipulis, qui dixerunt ſuperbonam ꝑ ſe bonitatem, & ſuperdeam ꝑ ſe deitatem eſſe ſubſtantificatricem, per ſe bonitatis, & per ſe deitatis. Dicentis etiam bonificationem & deificationem eſſe donum ex deo proueniens. Et idem dicunt de per ſe pulchritudine, ſecundum quod eſt in deo per ſe pulchrifica effuſione, ſecundum quam diuina inuiſibilia creaturę ſe infundunt, & communicant, quibus tamen quaſi profundius eſt in deo omnium inuiſibilium ſuorum ſuperunita & imparticipabilis ſimplicitas, ſecundum quam neque eſſentia neq; ratione ideali, nec aliquo modo cogitabili vel in intellectuali diſtinguitur eſſentia à vita vel ſapientia vel bonitate, &c̃. Ex eodem etiam dono ducunt eſſe totales & particulares pulchritudines influitiones, quæ conferuntur cœlitus angelis & hominibus & inferioribus creaturis, & ipſa & pulchra, & vitam, & viuentia, & ſapientiam, & ſapientia, & ita de alijs quibuſcunque prouidentijs & bonitatibus participatis ab exiſtentibus & procedentibus

Deuter. 32.

 ex deõ

Ca.XI ex deo, qui ſecundum ſe eſt imparticipabilis copioſa effuſione, & etiam ſupermanantibus, &
quod omnino omnium cauſa ſit ſuper omnia & ſuper ſubſtantialitas & ſupernaturalitas o- D
mnino excedens exiſtentia ſecundum quamcunq; ſubſtantiam & naturam.

## DE SANCTO SANCTORVM, REGE REgum, domino dominorum, deo deorum. CAP. XII.

SED quoniã quidẽ de his quæcũq; dicere oportebat,
Danie.9. competentem acceperunt (ut arbitror) finem, laudan-
Apoc 19 dus eſt nobis magniuocus ut Sanctus ſanctorum, &
Danie.4. Rex regnantiũ, & Regnans in ſecula, et ſuper ſecula, et
Iſaiæ.9. Mich.5 adhuc, & ut Dominus dominorum, & deus deorum.
Zach.9. Apo.17 Et primum quidem dicendum quid per ſeipſam ſan-
Apo.19 ctitatem eſſe arbitramur, quid regnũ, quid dñationẽ,
Ioſue.2 quid diuinitatem, & quid uolunt declarare eloquia du
plicatione nominum. Sanctitas igitur eſt quantum ſe-
cundum nos dicendum, omni inquinatione libera & perfectiſſima & inconta-
minatiſſima puritas. Regnum autem eſt omnis finis, & ornatus, & legis, & ordi
nis diſtributio. Dominatus uero non ſubditorum excellentia tantum, ſed & oĩs E
& bonorum & optimorum perfectiſſima & omnimoda poſſeſſio, & uera &
immutabilis firmitas: propter quod & dominatus, & dominale, & dominari.
Deitas uero omnia conſiderans, prouidentia & bonitate perfecta, & omnia cir
cumſpiciens & continens, & a ſeipſa replens & ſuperans omnia prouidẽtia ſua
fruentia. Hæc igitur in ſupereminẽte omnibus cauſa abſolute laudãda ſunt.
Et addendum, ipſa ſupereminens eſt ſanctitas & dominatus, & regnum, & ſu-
perincumbens ſimpliciſſima deitas. Etenim ex ipſa in uno & cumulate naſcitur
& diſtribuitur, omnis clara diligentia totius ſynceræ puritatis, omnis exiſtentiũ
ordinatio & diſpoſitio incõuenientiã & inæqualitatem & immenſurabilitatem
exterminans, & in bene ordinatã ſimilitudinem & rectitudinem reſplendens, et
circumducens participare ſe digne facta. Omnis perfectio & omnium bonorũ
omnimoda poſſeſſio, omnis optima contemplatio & continuatio eorꝫ quę pro
uiſa ſunt, ſeipſam diuinitus addens, ad deificationem deſiderantium. Quo
niam uero ſuperplenitudo omnium eſt, omnium cauſalis, ſecundum unum oĩa
ſuperantem excellentiam ſanctus ſanctorum laudatur, &c̃. ſecundum ſuperma F
nantem cauſam et exaltatam ſupereminentiam, tanquam ſi quis dixerit, quantũ
†ſuperat. † ſuperant non exiſtentibus exiſtentia, ſancta, diuina, dominantia regalia, et ipſa
participantia, ipſe per ſe participationes, tantum ſupercollocatur omnibus ex-
iſtentibus qui eſt ſuper omnia exiſtentia, omnium participantium, et participa-
tionum non participans cauſalis. Sanctos autem et reges et dominos et deos uo
cant eloquia, ipſas in ſingulis principaliores diſpoſitiones, per quas ſecundæ
ex dei donis accipientes illarum diſtributionis ſimplicitatem circa ſuas differen
tias multiplicant, quarum præſtantes uarietatem prouide et deiformiter ad uni
tatem ipſam quæ eſt earum congregant.

## ELVCIDATIO CAPITVLI XII. DE SANCTO SANctorum, Rege regum, Domino dominorum, Deo deorum. CAP. XII

Hic ad


HIC ad particulariora quædam nomina dei deſcenditur. [Sed quoniam qui
A dem de his quęcunq; dicere oportebat, competentẽ acceperũt (vt arbitror)
finem.] id eſt, ex quo de præinductis dei nominibus congruenter ſatis tra-
ctatum eſt, ita ꝙ ea quæ oportuit in hoc libro ſecundo de eis dici, iam ex-
pedita ſunt. [Laudãdus eſt nobis magniuocus] id eſt, deus magnorum no
minum, à nobis modo laudandus eſt [vt Sanctus ſanctorum] qui ita voca
tur apud Danielem, quo ſcriptum eſt: Vngatur ſanctus ſanctorum. [& Rex Daniel. 9
regnantium, & regnans in ſecula & ſuper ſecula] id eſt, in perpetuum. Vnde in Iſaia, Michea, Iſaiæ. 9. Michæ 5.
Zacharia, & alibi multa leguntur. [& adhuc vt Dominus dominorum, & deus deorum.] De Zachar. 9
quo in Apocalypſi dicitur: Agnus dominus dominorum eſt & rex regum. Et: Habet in veſti- Apocal. 17 Apoca. 19.
mento & in fœmore ſuo ſcriptum: Rex regum & dominus dominantium. Et Ioſue ait: Deus Ioſue. 2.
veſter deus deorum eſt. [Et primum quidem dicendum, quid per ſeipſam ſanctitatem eſſe ar-
bitramur, quid regnum, quid dominationem, quid diuinitatem, & quid volunt declarare elo-
quia duplicatione exiſtentium] id eſt, geminatione [nominum] horum. [Sanctitas ergo eſt q̃- ſanctitas
tum ſecundum nos dicendum] id eſt, ſecundum quod à nobis dicendum videtur [omni inqui
natione libera & perfectiſſima & incontaminatiſſima puritas.] Iſtud increatæ ſanctitati conue
uit abſolute, quæ ſola eſt perfectiſſima, loquendo ſimpliciter. Deinde per imitationem conue-
nit ſanctitati beatorum, qui comparatiõe viatorum ſunt ſanctitatis multum perfectæ in gene
re ſuo, & nuſquam vlla culpa reſperſa eſt, imo nec veniali. Poteſt quoq; aliqualiter ſanctitati
B viatorum competere, in quibus ſanctitas eſt virtutum perfectio, immunitas ab omni morta-
li, actio virtuoſa vndiquaq;. i. ex omni parte perfecta [Regnum autem eſt omnis finis & orna Regnum.
tus & legis & ordinis diſtributio.] Hoc de regnatione actiua regis ſummi, qui deus eſt potiſſi-
me verificatur. Eius enim regnatio eſt diſtributio omnis & perfecti finis atq; ſalutis, ad quem
finem ordinatur ſeu tendit regnatio eius & ornatus, id eſt, decoris, præſertim interioris ac ho-
neſtatis & legis. i. congeriei pręceptorum, & ordinis. i. decentis ac debitæ ordinationis. Cæte-
ris autem regnantibus per analogiam aliquam congruere poteſt iſta deſcriptio, ita ꝙ cuiuſli-
bet regnantis eſt, collectioni toti ſibi commiſſæ præfigere finem, ad decorem virtutum in-
ducere, iuſſionem proponere, ad ordinatam conuerſationem hortari, extirpareq; vitia & ex-
ceſſus corrigere. [Dominatus vero non ſubditorum excellentia tantum]. i. dominatio actiua Dñatus.
non ſolum eſt præminentia præſidentis ſuper ſubiectos [ſed & omnis bonorum & optimorũ
perfectiſſima & omnimoda poſſeſſio, & vera & immutabilis firmitas.] Hoc ſoli increato do-
minio cõuenire cenſetur, in quo duntaxat conſiſtit omnimoda bonorum & optimorum poſ-
ſeſſio & immutabilis firmitas. Hinc deo proprium eſt dominari, & dominum appellari, iux-
ta illud pſalmi: Dominus nomẽ illi. Dominus ergo quo maior, eo melior eſſe debet, & firmus pſalmo 76.
C ac ſtabilis in omni prudentia & virtute, quemadmodũ & de iudice Philoſophus ait, ꝙ debet Philoſop.
eſſe quaſi lex viua & animata iuſtitia, vt nunquam declinet à veritate & æquitate. [Propter
quod & dominatus à domino, & dominare & dominari.] Hoc aliæ tranſlationes clarius ex-
preſſerunt, dicendo: Iccirco Græco vocabulo ab autoritate & proprietate & denominatione
deducitur. Et alia: Vnde ab eo quod eſt, diuinum facere, dicitur dominatio, & dominus & do-
minans [Deitas vero omnia conſiderãs prouidentia & bonitate perfecta.] id eſt, deitas dicitur Deitas.
quaſi intuens vniuerſa prouiſione & virtute completa. Hinc prouidere & cauſare ſunt pro- Prouidẽtia & cãſtas
prietates diuinæ. Vnde ſubiungitur: [& omnia circumſpiciens & continens, & à ſeipſa rep- ꝓprietates
lens & ſuperans omnia prouidentia ſua fruentia.] id eſt, omnia corda quæ fruuntur ſeu diuinæ.
ſuſtentantur prouiſione dei, excedentis in opulentia, poteſtate ac magnificentia. Hinc Dama- Iohã. Da.
ſcenus duodecimo primi libri ait capitulo: Nomen theos, id eſt, deus, dicitur vel ab eo q̃d eſt
thein, id eſt, currere, vel curare aut fouere vniuerſa, vel ab ethin, quod eſt ardens, quoniã ipſe Sanctitatis,
conſumit malitiam, vel à theaſtai, quoniam omnia contemplatur & inſpicit. Hæc ergo regni, dña
in ſupereminente omnibus cauſa abſolute laudanda] ſunt [Et addendum ipſa ſupereminens tiõis, deita
ſanctitas]. i. hoc eſt adijciendum ꝙ ipſa eſt ſanctitas ſuperexcellens [& dominatus & regnum] tis propria munera oĩ
ſicut expoſitum eſt. [& ſuperincumbens ſimpliciſſima deitas]. i. deitas vera, quæ eſt vnitas ſim busq̃ oĩns
pliciſſima, omnibus eſt intenta. [Etenim ex ipſa in vno & cumulate naſcitur] id eſt, ipſa in vno infuſa diui nitus.
ſuo ſimpliciſſimo eſſe bonum includit, & quaſi collectiue complectitur, atq; ab ea oritur. [& di
ſtribuitur omnis clara diligentia totius ſynceræ puritatis] id eſt, ſerioſitas vera circa habendã
ſeu conſeruandam vel perficiendam mentis munditiam. Etenim: Beati mundo corde, quoniã
ipſi deum videbunt. In Prouerbijs quoq; dicitur: Qui diligit cordis munditiam, amicum ha- Matth. 5
 bebit Prou. 22.

Ca. XII Hebreo.14 bebit regem. Apoſtolus item ad Hebrę. Pacem (inquit) ſequimini cum omnibus & ſanctimo- D
niam, ſine qua nemo videbit deum. [oĩm exiſtentium ordinatio & diſpoſitio.] Ab ipſo enim
eſt omne bonum, præcipue in rationali creatura, in qua potiſſime dei donum eſt, ꝙ omnia per
1. Cor. 14. agat ordinate, dicente Apoſtolo: Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis. [incō-
uenientiam & inæqualitatem & immenſurabilitatem exterminans.] i. ab electis extirpans in-
æqualitatem iuſtitiæ contrariantem, incongruentiam morum, & immenſurabilitatem. i. im-
proportionem vnius ad alterum, vt vnuſquiſq; ſtudeat ſe alteri conformare in bonis, nec ſin-
gularis exiſtat, iuxta illud Apoſtoli: Ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum. Et rurſus
Roman. 14 Roman. 15 Vnuſquiſq;, inquit, proximo ſuo placeat in bonum ad ædificationem. [& in bene ordinatam
ſimilitudinem & rectitudinem reſplendens & circumducens participare ſe, digne facta] eſt. i.
corda digne parata ipſe & circumducens in ſimilitudinem. i. conformitatem bene ordinatam,
pſalmo 67. & in rectitudinem æquitatis, qui habitare facit vnius moris in domo. Contra quod dicitur de
Iudæ 1. quibuſdam à Iuda Apoſtolo: Hi ſunt qui ſegregant ſeipſos, animales, ſpiritum non habentes.
[Omnis perfectio, omnium bonorum omnimoda poſſeſſio, omnis optima contemplatio, &
continuatio eorum quæ prouiſa ſunt, ſeipſam diuinitus addens ad deificationem deſideran-
tium.] id eſt, is qui ſuperexcellenter & eſſentialiter ac ſimpliciſſime eſt omnis & tota perfectio,
omniumq; bonorum poſſeſſor, & poſſeſſio ipſa omni modo pleniſſima, contemplator ſum-
mus, & contemplatio optima, continuator, & cauſa continuationis & connexionis eorū, quæ
prouidit & præordinauit, ſeipſam eſt addens. i. gratioſe præbens & exhibens præſentem & ſuc-
currentem ad deificationem deſiderantium. i. ad aſſimilandum eos deo pijſſime, qui ipſi vni- E
re, placere, reuerenterq; obſequi ex corde affectant. Vnde in libro Iob aſſeritur: Si direxerit ho-
Iob. 34. mo cor ſuum ad deum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet. [¶ Quoniam vero ſuperple-
nitudo omnium eſt omnium cauſalis]. i. cum cauſa vniuerſorum ſit ſuperplenitudo. i. pleniſ-
ſime comprehendens in ſe perfectiones rerum cunctarum [ſecundum vnam omnium omnia
ſuperantem excellentiam]. i. per vnam ſuam ſimpliciſſimam perfectionem, qua omnia in in-
finitum excellit. [Sanctus ſanctorum laudatur, & cętera.] vtpote Rex regum, Deus deorum,
&c̄. [ſecundum ſupermanantem cauſam.] id eſt, per ſuam excedentiſſimam cauſalitatem
*ſuperant. exaltatam ſupereminētiam, tanq̄ ſi quis dixerit: Quantum * ſuperat non exiſtentibus exiſten-
tia ſancta, diuina dominantia regalia.] id eſt, quàm incomparabiliter exiſtentia ſancta di-
uina & regia non exiſtentibus ſeu non exiſtentijs præeminet. [& ipſa participantia, ipſę
per ſe participationes.] id eſt, q̄tum ſimplices bonitates diuinæ excedunt in dignitate infe-
riora, quæ illas participant. [tantum ſupercollocatur omnibus exiſtentibus, qui eſt ſuper oīa
exiſtentia,] vtpote deus [oīm participantium & participationū non participans cauſalis] id ē,
cā à nullo qcq̄ participans, cā inq̄tum oīm participantium. i. creaturaꝝ, quæ à deo omne qd'
ſunt & hn̄t, participant, & participationum. i. actionū ſeu paſſionū, p q̄s participare dicunt. Vel F
participationum. i. bonitatū participataꝝ. [Sanctos aūt & reges & dn̄os & deos vocant eloq̃a
ipſas in ſingulis principaliores diſpoſitiones]. i. ſcripturæ illas diſpoſitiões. i. ornatas ac deco-
ras eſſentias ſeu pſonas inter creata principaliores, vocāt ſc̄tōs & reges ac dn̄os atq; deos. [per
q̄s ſc̄dę]. i. inferiores [ex dei donis accipientes, illaꝝ diſtributionis ſimplicitatē circa ſuas diffe-
rentias multiplicant.] i. diuidunt & plurificant ſimplicitatē diſtributionis illaꝝ. i. ſimplicia
dona diſtributa ipſis à ſupioribus illis circa differentias illas. i. circa diuerſa & varia q̄bus influ-
unt, vel iuxta propriā ſuā varietatē & diſtinctionē. Nempe q̄ magis dona illa à ſuo primo fon-
Lib. Cauſ. Proclus. te recedūt, eo plus diuerſificant, ſicut in lib. de Cau. & Proclo oñdit. Porro prima illa & ſplēdi-
diora creata, q̄ p̄ cęteris abūdantius ſortiunt diuinas pprietates, tā in ſcripturis, q̄ apd philoſo-
phos merito nūcupant rectores & reges, dij & dn̄i, ac etiā ſc̄ti, rōne ſaltē officij, put hoc ſupra va-
rijs autoritatibꝫ eſt oñſum [Quaꝝ p̄ſtātes varietatē, puide & deiformiter ad vnitatē ipſam quę
eſt eaꝝ, congregāt,] q̄ꝝ eſſentiaꝝ pręſtantes. i. digniores, congregant. i. reducunt, ſimplificant
& conuertūt varietatē. i. multiplicia dona illa ab inferioribꝫ participata, reducūt, inq̄, puide &
deiformiter. i. ſapienter ad dei imitationē, oīa ad ſe reducētis tanq̄ ad vltimū finē [ad vnitatem
ipſam eoꝝ] i. ad propriā vnitatē, ſicut ad cauſam illoꝝ. Finalr̄ tn̄ ad deū & eiꝫ gloriā ac hono-
rē, ac veluti ad cauſam primā ac finē vltimū & ſupremū. Cap. huiꝫ XII. alia trāſlatio clarior.
Daniel. 9 Apoca. 19. pſal. 144. Apocal. 9. QVoniā ꝟo q̄ de his dicēda erāt, finē vt videt cōgruū acceperūt, laudare iā decet deū
infinitis noībus p̄ditū, vt Sanctū ſanctoꝝ, vt Regem regū, vt regnantē, ęternū, & in-
æternū, & vltra, vt Dn̄m dn̄orū, Deū deoꝝ. Ac primo qdē dicendū eſt, qd ipam ſc̄ti-
tatem eſſe putemus, qd regnū, qd dn̄ationē, qd deitatē, qd rurſus ſacra eloq̃a ſibi ve-
lint dū hęc noīa gemināt. Sc̄titas qdē eſt (vt ſc̄dm nr̄a loquamur) puritas quędā ab oī ſcelere li-
bera



A bera atq; pfecta & prorſus incōtaminata mūditia. Regnū ꝟo eſt oīs termini ornatuſq; & iuris
& ordinis diſtributio. Dominatio autem non modo aduerſum deteriora eminentia quędam,
ſed omnis quoq; honeſtorum atq; bonorum perfecta poſſeſſio, veraq; & immutabilis firmi-
tas: quapropter kyriotes. i. dominatio ab authoritate & proprietate & imperio ducitur. Theio-
tes autem. i. deitas, eſt omnia proſpiciens, prouidentia perfecta prouidens bonitate, & circum
omnia currens & continens, ſeq; omnia replens, omnia deniq; ſupereminens quæ illius proui-
dentia perfruuntur. ¶ Hæc igitur in cauſa omnibus eminente abſolute laudanda ſunt, ap-
pellandumq; illam ſupereminentem ſanctitatem dominationem, regnūq; præcellens, & ſim-
pliciſſimam deitatem: ex ſeipſa enim in vno ſimulq; exorta eſt & diſtributa, omnis abſolutiō
mera totius ſyncera munditiæ. Item omnis rerum ordo ornatuſq; diſtinctus, inconcinnitatē
& inæqualitatem incongruentiamq; eliminans, & ad ordinatiſſimam identitatem rectitudi-
nemq; geſtiens, & quæ participationem illius promeruerunt circumagens. Rurſus omnis pul-
chrorum bonorumve omnium perfecta poſſeſſio. Omnis deniq; diuina prouidentia proſpici-
ens & continens quæ prouidentur, ſe (vt de diuinitate dignum eſt) ad eos exhibens, qui con- Sanctitatis,
uertuntur diuinitate formandos. ¶ Quoniam vero deus ille omnium procreator, emi- regni, dn̄a
nenter omnium plenus eſt, per vnum eminentem cunctis exceſſus ſanctus ſanctorum prædi- tiōis, deita
catur, & reliqua per exhuberantiſſimam cauſam eminentiamq; ſupremā, ac ſi dicamus: Quan- tis propria
tum ea quæ talia ſunt, ſcilicet ſancta, diuina, dominantia, regnantia antecellunt illa quæ non munera oī-
B ſunt talia: itemq; participationes ipſæ participantia vincunt, tantum quæ ſunt omnia & ſupe- busq; nō ſint
rantur ab illo qui omnia entia ſupereminet, atq; participantium participationumq; omnium infuſa diuī-
eſt imparticipabilis author. Sanctos autem & reges, & dominos atq; deos ſacræ literæ nomi- nitus.
nant gradus eos, qui in ſingulis ordinibus principaliores exiſtunt, per quos deinde ſequentes
diuina percipientes munera, traditionis illorum ſimplicitatem iuxta ſuas multiplicant diffe-
rentias, quorū varietatem illi ſupremi prouide atq; diuinę ad ſuam colligunt vnitatem.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS XII

REſtat laudare deum ſecundum ꝙ dicitur ſanctus ſanctorum, rex regum, &
regnator ſeculorum, & in ſeculum dominus dominorum & deus deorum.
Primo autem videndum eſt quid ſit ſanctitas in ſe, quid regnum, & quid do-
minatio, & quid deitas. Deinde quid ſibi velit talis nominum reduplicatio,
vt dicatur ſanctus ſanctorum, &c̄. Sanctitas ergo, vt nobis videtur, ſic recte
deſcribitur: Sanctitas eſt munditia libera ab omni immunditia, & perfecta,
& omnino immaculata. Dominatio autem eſt non tantum exceſſus inferio-
rum, ſed vniuerſalis perfecta & omnimoda poſſeſſio pulchrorum & bonorum, & fortitudō ve-
ra, & non valens decidere. Vnde à domino tali dicitur & dominatio, & dominus & dominās.
Deitas autem dicitur prouidentia, quæ videt omnia perfecta, bonitate omnia circumſpiciens
& continens, & ſe ipſam implens, & excedens omnia quæ participant prouidentia. Hæc
autem, ſcilicet ſanctitatem, dominationem, deitatem, & ſimilia conuenit laudare in deo, qui
C eſt cauſa omnium tanq̄ abſoluta & ſimpliciſſima, & ab omnibus ſegregata. Et addendum eſt,
ipſam cauſam eſſe excedentem ſanctitatem & dominationem & regnum ſuperpoſitum, & ſim-
pliciſſimam deitatem, & ex ipſa ſimplici vnitate collectiue ſubſiſtit, & diſtribuitur omnis mū-
da diligentia oīs clarę munditię, oīs exiſtentiū ordinatio & ornatus inconuenientiā & inæqua-
litatem exterminans, & delectabiliter producēs ad bn̄ ordinatā & identitatem & directionē ea
quæ apud ip̄m digna habentur ipſius participatione, & ex ipſa eſt oīs oīm pulchoꝝ perfecta
poſſeſſio oīs bona prouidentia contemplatiua & contentiua electoꝝ, benigne tribuēs ſeipſam
ad deificationē ad ſe conuerſoꝝ. Quoniā ergo deus, q ſc̄dm vnū exceſſum oīa excedentē, cauſa
eſt oīm ſuperplenus eſt oībus bonis & pulchris, ideo dicit ſc̄tūs ſc̄tōꝝ, rex regum & dn̄s dn̄an-
tium, &c̄. ſc̄dm cauſam ſupermanentē, & ſegregatū ab oībus exceſſum, ac ſi diceret, inq̄tum ſan-
ctiſſima & diuiniſſima & digniſſima exiſtentia excellunt infimis, & participata participanti-
bus, in tm̄ collocat ſuper oīa, etiam ſanctiſſima & digniſſima deus, qui eſt ſuper oīa exiſtentia,
& qui eſt imparticipabilis in ſe cauſa oīm participantiū. Sanctos aūt reges & dn̄os & deos vo-
cant ſacrę ſcripturę principaliores in ſingulis ordinibus, p q̄s ſui inferiores accipientes diuina
munera multiplicāt ſimplicitatē diſtributionis illoꝝ muneꝝ, circa differentias ſuipſoꝝ vnitę
ſimplicitatis, participationes varijs varie diſtribuendo & in ſe retinendo pleniores, q & varias
inferioꝝ pprias participatiões cōgregāt prouiſiue & deiformiter ad propriam vnitatem.

## ¶DE PERFECTO ET VNO CAPVT XIII.

Ca. XIII

Perfectũ diuinum.

TAnta & de his. In hoc autem reſiduum ſi uidetur ſer- D
monem fortiſſimum collocemus. Etenim theologia
de omnium cauſa & omnia, & ſimul omnia prædicat,
& ut perfectum ſolum, et ut unum laudat. Perfectum
quidem ergo non ſolum ut per ſeipſum perfectũ, ſecũ
dum ſeipſum a ſeipſo uniformiter ſegregatum, & totũ
per totũ perfectiſſimum: ſed & ut plus q̄ perfectum ſe
cundũ omniũ excellentiã & oẽm quidẽ multitudinẽ.
terminãs. Om̃i u̸o ſummitati ſuperexpãſum, & a nul
lo locatum aut comprehenſum, ſed extentũ in oĩa ſimul & ſuper oĩa, non defici
entibus augmentis & infinitis operationibus. Perfectũ iterum dicitur, & uelut
non auctum, & ſemper ꝑfectum & ut indiminutũ, & oĩa in ſeipſo ſuperans &
ſupermanans, ſcdm̃ unam & inceſſabilem & eandem per ſe ſuperplenã, & non
minoratã largitatẽ, per quam perfecta oĩa ꝑficit, & propria replet perfectione.

Vnum diuinum

¶ Vnum uero, quia oĩa uniuerſaliter eſt per unius unitatis excellẽtiam, & oĩm
eſt unius irreuerſibiliter cauſalis: nullum em̃ exiſtẽtium eſt non participans uni E
us. Sed ſicut ſimul oĩs numerus monadæ participat, & unum duo & decẽ dicit̃
& ſemis unũ, & tertiũ & decimum unũ: ſic oĩa et oĩm pars unum participãt, et
eſſendo unũ, oĩa ſunt exiſtentia. Et nõ eſt oĩm cauſa unum, multis unum: ſed añ
omne unum et multitudinẽ, & omne unũ et multitudiem terminat. Necꝫ em̃ eſt
multitudo non participans quid unius, ſed hoc quidẽ multa partibus unũ toto,
& hoc multa accidentibus unum ſubiecto: et hoc multa numero aut uirtutibus
unũ ſpecie, et hoc multa ſpeciebus, unum genere, et hoc multa proceſſibus, unũ
principio, & nihil eſt exiſtentium quod non participat quid unius, deorſum o-
mnia ſingulariter omnia, et tota omñia, et oppoſita uniuerſaliter comprehendẽ
tis. Et quidem ſine uno non erit multitudo, ſine aũt multitudine erit unũ. ſicut et
monas añ om̃em numerũ multiplicatũ. Et ſi in oĩbus oĩa unita q̄s poſuerit, oĩa
erunt toto unũ. Sed itacꝫ et hoc cognoſcendũ, quia ſcdm̃ ꝙ uniuſcuiuſcꝫ præco F
gitata eſt ſpecies, unire dicit̃ unita, & oĩm eſt unũ exemplar. Et ſi interimas unũ
necꝫ uniuerſitas, necꝫ pars, necꝫ aliquid aliud exiſtentium erit. Oĩa em̃ in ſeipſo
unum uniformiter præambit et comprehendit

De unitate naturæ diuinæ.

¶ Ipſa igitur theologia totam
thearchiã ut oĩm cauſam laudat unius uocabulo, et unus deus pater, et unus dñs
Ieſus Chiſtus. Vnus aũt et ipſe ſpũs per ſuperexcellentẽ totius diuinæ unitatis
impartibilitatẽ, in qua oĩa † unitiue connectuntur et ſuperuniunt̃, et adeſt ſuper-
eſſentialiter. Proin̄ & oĩa in ipſam iuſte remittunt̃ et referunt̃, ſub qua, et ex q̄,
et per quam, et in qua, et in quã oĩa ſunt et coordinant̃, et manent & continent̃ et
replentur, et conuertuntur: et non inuenies quid exiſtentiũ, quod non in uno, ſe-
cundum qđ oĩs deitas ſupereſſentialiter noĩatur, et eſt hoc qđ quidẽ eſt, et ꝑficit
et ſaluat.

† ſingulariter.

De diuinę unitatis potentia

¶ Et oportet nos ex multis in unũ uirtute diuinæ unitatis conuerſos
unitim laudare totã & unã deitatẽ oĩm cauſam, unũ qđ eſt añ omne unũ, et mul
titudinem et partẽ et totũ et diffinitionẽ et infinitum, & ſummitatẽ, terminũ, et
magnitudinẽ, oĩa exiſtentia, et ipſum eſſe terminans, et omnium, et uniuerſorũ
oĩm, et ſimul et ante oĩa, et ſuper omnia, et ſingulariter cauſa, et ſuꝑ unũ ipm̃ ens
et ipſum



A & ipſum unum terminans, quoniam ON unum in exiſtentibus numerabile eſt.
Numerus autem eſſentiam participat. Supereſſentiale autem unum, & ens
unum & omnem numerum terminat & ipſum eſt ab uno numeri omnis
exiſtentis principium & cauſa, & numerus & ordo.

De trinitate unitateq́ diuina

¶ Iccirco & unitas lauda-
tur, & trinitas ſuper omnia deitas, non eſt necꝫ unitas, necꝫ trinitas, aut a nobis,
aut alio quodam exiſtentium cognita. Sed & ſi ſuper adunatum eius diuinamcꝫ
fœcunditatem uere laudemus triadica & monadica diuina nominatiõe pluſquã
nominabilem nominamus in eſſentijs ſupereſſentialem. Necꝫ una monas, aut tri
nitas, necꝫ numerus, necꝫ unitas, aut fœcunditas, necꝫ aliud quid exiſtẽtium, aut
cuidam exiſtentium cognitum educit, ſuper omnia & uerbum, & intellectum in
obſcuritatem, ſuper omne & uerbum, & intellectum ſupereſſentialiter ſupereſ-
ſentialis diuinitatis, necꝫ nomen eius, necꝫ uerbum, ſed in inuijs exaltatur.

Bonũ prę cæteris diuinis nominibus fortiꝰ laudandum.

¶ Et
necꝫ ipſum quod eſt bonitatis nomen, tanquã adunantes ei proferimus: ſed deſi
derio intelligendi quid, & dicendi de ineffabili natura illa nominum pręcioſiſſi
mum ei primo deuouemus. Et conſonabimus forſan in hoc theologis, rerum
B autem ueritate relinquemur. Idcirco & ipſi per depulſiones in unum præhonori
ficauerunt, ſic excedente anima ſuis cognationibus, & per omnes diuinas intelli-
gentias proficiſcente, quibus remouetur quod eſt ſuper omne nomen, & omne
uerbum, & ſcientiam, nouiſſimorumcꝫ omnium ipſum contingente, quantum
& nobis illud contingere poſſibile eſt.

Negationes in diuinis uer iores eẽ affirmationibus.

¶ Has nos intellectuales diuinas nomina-
tiones concordantes, quantum licet replicauimus, non ſolum eorum diligentia
deficientes. Hoc enim & uere angeli dixerint, necꝫ iuxta angelos ex eorũ hymno
dia. Et nouiſſimis enim relinquantur potẽtiſſimi apud nos theologorum. Necꝫ
quidem eorum theologorum, necꝫ eorum philoſophantium aut conſequẽtium,
ſed & ipſa ſimiliter laude nobis ordinatorum nouiſſimæ et ſubiectæ. Itacꝫ ſi re-
cte quidem ſe habẽt quæ dicta ſunt, et quantum iuxta nos eſt uere tetigimus uir
C tutem dei uocæ replicationis in omnium bonorum cauſalem actus referẽdus do
nante primo ſe dicere, deinde bene dicere. Et ſi quid ſimilium uirtutum prætere-
miſſum eſt, et illud nos ſecundum eaſdem artes ad obaudiendum deprecamur.
Si autem hæc aut non recte, aut imperfecte habent ſe, et ueritate aut uniuerſaliter
aut particulariter aberrauimus, tuæ ſit humanitatis corrigere nõ uolũtarie igno
rantem, et tradere uerbo deprecanti diſcere, et ſuffragari non ſufficiẽtem uirtutẽ
habẽti, et ſanare nolẽtem ægrotare: et quædam quidem a † ſeipſo, quædam ue-
ro ab alijs inueniẽtẽ, omnia autẽ ex deo accipiẽtẽ, et in * uos transferre. Nunquid
affliges amicum uirum bñfaciẽdo? Vides enim, quia et nos nihil traditorum no
bis hierarchicorum uerborũ in noſmetipſos cõtraximus, ſed ſollicitos nos
& uobis & alijs diuinis uiris tradidimus & trademus: ſi ſic nos dice-
re idonei. & quibus dicuntur audire: in nulla traditione iniuriã
facientes, ſi non forſitan ad intelligentiam aut expoſitiõem
eorum nifirmemur. Sed hæc quidem peto deo amicũ
habeat et dicat. Et ſit nunc hic intellectis diuinis
uocabulis ſecundum nos finis, quoniã ſym
bolicam theologiam duce deo traſcen
demus.

Humilitas ac pietas doctiſſimi Dio. Areopagitæ. Peroratio

† teipſo. * nos.

## Ca.XIII. ¶ELVCIDATIO CAPITVLI HVIVS DECIMITERTII, DE PERFECTO ET VNO. Art. XIII.

D

MOdo edocet ſanctus iſte Theologus, qualiter deo conueniant nomina iſta, Vnus & perfectus. [Tanta & de his] id eſt, de nominibus quatuor, de quibus in præcedēti capitulo eſt tractatum, dicta ſint tāta. [In hoc autē reſiduū ſi videtur, ſermonē fortiſſimū collocemus]. i. in iſto capitulo introducamus ſermonē reſiduū huius libri fortiſſimū. i. de profunda materia pertractantem. Alia litera habet, breuiſſimū. [Etenī theologia de oīm cauſa & oīa & ſimul oīa p̄dicat]. i. ſcriptura affirmat de deo oīa, imó & omnia ſimul, ſicut expoſitū eſt, per cauſam, ita ꝙ ipſe dicitur oīa cauſaliter ſeu p̄ ſupeminētiā, vñ dicit Apl's, Vt ſit ipſe deus omnia in omnibus (1. Cor. 15.) [& vt perfectum ſolū & vt vnū laudat]. i. ſcriptura laudat deū vt perfectū, imó vt ſolū perfectum, quia docet eū ſimpliciter eſſe perfectū. Laudat quoq; eū, vt vnum. [Perfectū qdē ergo]. i. deus eſt ens certe perfectum [nō ſolum vt per ſeipſum perfectū]. i. non tantum vt ex ſe, & propria ſua natura perfectum (Perfectio quomō deo conueniat.) [ſecūdum ſeipſum] hoc eſt, ſine reſpectu ad aliud, ſeu vt ſpectat ad eminētiam eius [à ſeipſo]. i. nō per receptionē ab alio [vniformiter ſegregatum]. i. ſeparatū ab omnibus vno ſimplici mō per infinitā excellētiā ſuā, nō per localē diſtantiam [& totū per totū]. i. in cūctis omnino & in omni attributo ſuo. In eſſe quoq; ac poſſe & agere [perfectiſſimū. Sed & vt plus q̄ perfectū]. i. magis perfectum, q̄ intelligere valeamus aut dicere [ſecūdum omniū excellentiā]. i. per exceſſum prorſus immenſum vniuerſarū perfectionum ac nobilitatū in ipſo. [Et omnem quidē multitudinē terminās]. i. omni multitudine finē numerūq; imponēs, nec vult aliquid in creaturis eſſe infinitum multitudine aut magnitudine, q in nūero & pōdere & mēſura cōſtituit vniuerſa (Sapien. 11.) [Omni vero ſummitati ſupexpāſum]. i. omni E altitudini ac vertici rerū ſupereleuatum & quaſi omnia operientem [& à nullo locatū aut comprehēſum] cum ipſe ſit incircūſcriptus [ſed extētum in omnia ſimul, & ſuper omnia] nō quantitate, ſed virtute & influentia [nō deficiētibus augmētis]. i. indeficiētibus ſuæ maieſtatis porrectionibus [& infinitis operationibus]. i. inceſſabilibus influxibus. [Perfectū itēr dicitur & velut nō factum] (Perfectum.). i. nō factum à quoq̄ [& ſemper perfectum & vt indiminutum]. i. à nullo minoratū [& oīa in ſeipſo ſuperans]. i. tranſcēdens [& ſupermanās]. i. copioſiſſime deſuper fluēs, ſeq; communicās [ſecūdum vnam & inceſſabilem & eandem per ſe ſuperplenam & nō minoratam largitatem]. i. per ſuam infinitam liberalitatem, à cuius tñ plena receptiōe cuncta deficiunt infinite [per quā perfecta omnia perficit]. i. perfecta creata quæ nō ſunt ſimpliciter & abſolute perfecta: ideo perfici queunt, & quo ad hoc, etiam perfici aliqñ aſſerūtur, ꝙ in cōceſſa eis perfectiōe cōſeruantur [& propria replet perfectiōe]. i. participatiōe ſuæ ꝑpriç perfectiōis, vel perfectiōe illis propria. i. proprie cōueniēte, quæ repletio fit in aliqbus ſucceſſiue ac tēpore opportuno. ¶ [Vnum vero, quia omnia vniuerſaliter eſt per vnius vnitatis excellentiā]. i. deus dicitur vnū, quia ipſe eſt omnia, cōmuniter per excellētiam ſuæ ſimpliciſſimæ vnitatis, quæ in ſe omnem includit perfectionē, & cauſa eſt omniū cæterorū, ideo ſequitur: (Vnū in deo quid.) [& omniū eſt vnius irreuerſibilit cauſalis]. i. inſeparabiliter cauſa, ita ꝙ eo ſe abſtrahēte, nihil poſſet fieri aut durare. [Nullū enim exiſtētium eſt nō participans vnius] hoc iā frequēter expoſitū eſt, & ꝓbatū ex Proclo. [Sed ſicut ſimul omnis nūerus monade participat]. i. vnitate quæ eſt principiū numerorū [& vnū duo]. i. vnus binarius [& decē dicitur & ſemis vnū, & tertiū & decimū vnū]. i. dicitur F vna decas & vnū dimidium & tertiū ac decimū vnum, ita ꝙ vnū applicatur & ſociatur cunctis numerorum ſpeciebus [ſic omnia & omnium pars vnum participant]. i. omnia ſimul & quælibet pars, participāt vnum, queādmodū Proclus probat (Proclus.): Omnis, inquiens, multitudo participat aliqualiter vno [& eſſendo vnū, omnia ſunt exiſtētia]. i. cūcta quæ ſunt, exiſtūt ſeu ſunt vnum eſſendo. Vñ ait Boethius (Boethius.): Omne quod eſt, ideo eſt, quia vnū numero ē. Itēq;: Omnia, inquit, quę à primæua rerū origine proceſſerunt, ratiōe numerorū creata ſunt (Idem.). [& nō omnium cauſa vnū, multis vnū]. i. vnum iam pluribus communicatum & inexiſtens, non eſt omnium cauſa [ſed ante omne vnum & multitudinem & omne vnum & multitudinē terminat] id eſt, vnum primum & increatum, quod eſt ante omne vnum cauſatum, omni quoq; multitudini mēſurā terminumq; præfixit. Hinc alia habet tranſlatio, neq; enim eſt vnum illud omnium cauſa, vnum ex pluribus: ſed ante vnum omne, omnemq; multitudinem, vniusq; omnis ac multitudinis diffinitum. [Neq; enim eſt multitudo nō participās quid vnius]. i. aliquid vniꝰ. [Sed hoc quidem multa partibus, vnū toto]. i. aliq̄d poteſt dici quodāmodo multa propter multitudinē vel diuerſitatē partium eius, quod tamē eſt vnum ſuppoſito ſeu toto compoſito [& hoc multa accidētibus, vnum ſubiecto] vt album & muſicum. [Et hæc multa numero aut virtutibꝰ, vnū ſpecie] vt indiui-



A dua ſpeciei eiuſdem. [Et hæc multa ſpeciebus, vnū genere] vt homo, leo, rhinoceros. [Et hæc multa proceſſibus, vnum principio] vt creaturæ quæcunq; diſtinctæ abinuicem per emanationes diuerſas, vnificantur in vno creatore. [Et nihil eſt exiſtentium quod non participat quid vnius] id eſt, nullum eſt ens quod nō participet vnū quo ad aliquid [deorſum omnia ſingulariter omnia & tota omnia & oppoſita vniuerſaliter comprehendentis]. i. hoc quod vnū increatum virtualiter ac idealiter complectitur, habet & continet in ſe ſingulariter & diſtincte vniuerſa & ſingula quæ ſunt ſub ipſo, omnia ſcilicet tota compoſita & ſuppoſita, atq; eorū oppoſita. Deinde probat quod vnum eſt ante multa. [Et quidem ſine vno non erit multitudo, ſine autem multitudine erit vnum, ſicut & monas ante omnem numerum multiplicatum] Vnitas nanq; reſpectu multitudinis ſeu multorum, habet ſe in ratione cauſæ atq; principij, quod ſecundum id quod eſt, vtputa naturaliter ſumptum, poteſt eſſe ac remanere, cauſato ac poſteriori ſubtracto. Et ſi in omnibus omnia vnita quis poſuerit] id eſt, ſi omnia ponantur coniuncta in omnibus, ſicut Anaxagoras (Anaxago.) dixit quodlibet eſſe in quolibet. [omnia erunt toto vnum] id eſt, adhuc nihilominus omnia ſimul ſumpta, erunt vnum in huiuſmodi toto reſultante ex omnibus illis. [Sed itaq; & hoc cognoſcendum, quia ſecundum quod vniuſcuiuſq; præcogitata eſt ſpecies, vnire dicitur vnita] id eſt, prout natura, forma ſeu ratio quarumlibet rerum præconcepta eſt ab agente, præſertim à primo opifice, ſecundum hoc connectit ea quæ illam participāt, & in ipſa conueniunt atq; communicant [& omnium eſt vnum exemplar] id eſt, talium omnium eſt vna ratio exēplaris in mente potiſſime ſummi artificis, ſicut & Auicenna (Auicenna.) teſtatur, & Ariſtoteles (Ariſtoteles.) B ſeptimo primæ philoſophiæ, affirmans donum & ſanitatē quæ ſunt in rebus adextra, eſſe ex domo & ſanitate quæ ſunt in mente, id eſt, ex formis & ſimilitudinibus intelligibilibus, quæ ſunt in præconceptione & animo artificis. Hinc aliæ tranſlationes euidentius habēt, Iuxta vniuſcuiuſq; ſpeciem ante conceptam in animo, coniuncta eſſe dicuntur quæ coniuncta ſunt, eſtq; vnum omnium, veluti elementum, id eſt, primordiale exordium, iuxta quem ſenſum dixit Boethius (Boethius.), ꝙ formæ quæ ſunt in materia, fluunt ex formis quæ ſunt in mente ac lumine primæ cauſæ & intelligētiæ. [Et ſi interimas vnum] id eſt, ſi dicas vnum nō eſſe [neq; vniuerſitas, neq; pars, neq; aliud aliquid exiſtentium erit] id eſt, ſequetur & cōcludetur ex verbis tuis, ꝙ nō erit aliquid vnitum, neq; compoſitum, nec vniuerſum: & per conſequens, nihil, hoc Proclus (Proclus.) diffuſe ac ſubtiliſſime probat, dicendo: Si multitudo nullatenus participaret vno, neq; totū eēt vnum: neq; vnumquodq; multorum, ex quibꝰ eſt multitudo, eſſet vnum: ſed eſſet ex aliquibus, quorum quodlibet eſſet multitudo, & hoc in infinitum, & vnum quodq; horum infinitorum, eſſet iterum multitudo infinita, vno enim nequaquam participans, neq; ſecundum ſeipſum totum, neq; ſecundum vnumquodq; eorum quæ ſunt in ipſo, ſed omniquaq; infinitum erit & ſecundum omne (Idem.). Hinc præterea ait: Omne quod participat vno, vnum eſt, & non vnum. Itemq;: (Idem.) C Omne, inquit, quod fit vnum, participatione vnius fit vnum: & omne vnitum, alterum eſt à per ſe vno. Vnitum enim participat vno. Quod autem primo & per ſe vnum eſt, nullatenus vnum eſt, & non vnum: neq; participat vno, cum ſit per ſe vnum. Nempe ſi hoc eſt vnum & non vnū, rurſus vnum quod in ipſo eſt, ſimul vtrunq; habebit, ita quod erit vnum & non vnum: & hoc in infinitum, non exiſtente vno ad quod ſtandum ſit, propterea omnis multitudo ſecunda, eſt ab vno: & illud à nullo, quia ſimpliciter primum. Hæc Proclus Platonicus in elementatiōe ſua theologica. [Omnia enim ſeipſo vnum vniformiter præambit & comprehendit] id eſt, vnum illud æternale, ſimpliciſſimum, ac ſimpliciter primum, includit in ſe perfectiones, vires, ratiōes, exemplaresq; formas omnium cæterorum. ¶ [Ipſa ergo theologia] id eſt, ſacra ſcriptua (De vnitate naturę diuinæ.) [totam thearchiam] id eſt perfectam & ſuperperfectam deitatem ac trinitatem ſeu perſonarum pluralitatem. [Vt omnium cauſam laudat Vnius vocabulo] id eſt hoc nomine Vnus, dicēdo: [Et vnus deus pater & vnus dominus Ieſus Chriſtus. Vnus autem & ipſe ſpiritus per ſuperexcellētē totius diuinæ vnitatis impartibilitatē] (1. Cor. 8.) id eſt, ſpirituſſanctus patri filioq; æq̄lis, cōſubſtātialis & coæternus, eſt etiā vnus, habēdo in ſe ſupereminētē indiuiſibilitatē diuinę vnitatis, quæ eſt ipſa ſuperbenedicta diuina eſſentia, prorſus immultiplicabilis, in tribus ſupergloriofiſſimis adorandis perſonis vna & eadem numero [in qua omnia *ſingulariter connectuntur] (*vnitiuē.). i. in qua vnitate eſſentiæ, omnia in diuinis tam abſoluta q̄ relatiua, pleniſſime vniuntur, & vnum ſunt ſingulariter. i. ſimpliciſſime ac eminētiſſime [& ſupuniūtur]. i. vnū ſunt ſimplicius q̄ valeat cōprehendi [& adeſt ſupereſſentialiter]. i. in omnibus eſt per eſſentiam ſuam, præſentiam atque potentiam, incomprehenſibili modo & ſuper omnem naturam, ac ordinem rerum. [Proinde

& oñia

dd

Ca.XIII. & omnia in ipſam iuſte remittuntur]id eſt,in vnitatem diuinam cuncta creata merito redigun D
tur[& referuntur,ſub qua,& ex qua,& per quam,& in qua,& in quam omnia ſunt& coordinā-
tur,& manent,& cōtinentur,& replētur,& cōuertuntur].i.ſub qua diuina increata vnitate,tāq̄
ſub ſuperiori ac dirigente,& ex qua,tanquam ex cauſa efficiente:& per quam,ſicut per cauſam
exemplarem:& in qua,vt in cauſa finali:& inquam,inquātum tendūt in ipſum omnia,ſunt ſub
inferiori, & coordinātur in eam tanquam ad finem ſupremum ac generalem:& manēt in ea,tā-
quam in effectiuo principio& cōtinentur ac conſeruantur in illo,tanquam in cauſa prouiſiua:
Lib. Cauſ. & replentur ex ea neceſſarijs ſibi,iuxta illud libri Cauſarum:Cauſa prima replet omnia ſecula
bonitatibus,& cōuertūtur in ipſam velut in fontē ſuæ perfectiōis.[Et nō inuenies quid] id eſt,
aliquid[exiſtētium,quod nō in vno]id eſt,quod nō præexiſtat in vno illo ſupræmo,iuxta mo-
dum prætactum[ſecundum quod om̄is deitas ſupereſſentialiter nominatur]id eſt, prout ipſa
vnitas ſumma nominatur ſupereſſentialiter deitas om̄is,id eſt,pfecta diuinitas,iuxta illud phi-
Philoſo. loſophi:Totum & om̄e & perfectum ſunt idem.[Et eſt hoc quod quidem eſt & perficit & ſal-
uat]id eſt,vnitas illa eſt ens illud,quod vere & perfectiſſime( id eſt,om̄ino incommutabiliter)
eſt,& om̄ia perficit ſecūdum capacitatem ſeu conatum illorum,& ſaluat,id eſt,cōſeruat.Perfe-
ctio enim rei conſiſtit in vnione & vnitate:deſtructio vero , in diuiſione & diſperſione à ſuo
principio & à fine. ¶[Et oportet nos ex multis in vnum virtute diuinæ vnitatis cōuerſos]id
De diuinæ vnitatis potentia. eſt,ex rebus vanis,mutabilibus,caducis,carnalibus,erroribus,paſſionibus & peccatis reductos
ad vnum illud altiſſimum,quod ſolum neceſſarium eſt,quod eſt veritas& ſanctitas ſumma,ac
Lucæ.10. noſtræ felicitatis obiectum.Conuerſos inquam,non proprijs viribus,ſed virtute diuinæ vnita E
tis,id eſt,poteſtate & gratia ſimpliciſſimæ deitatis,ſine cuius inſpiratione,motione,dilectiōe &
gratia nihil eſt meritorium,nihil deo acceptum[vnitim laudare]id eſt , vnitiue & charitatiue
verbo& actibus honorare[totam]id eſt,perfectam[& vnam deitatem om̄ium cauſam,vnum
quod eſt ante om̄e vnum]id eſt,vnum increatum,quod eſt ante omne vnum creatum [& mul
titudinem,& partem,& totum,& definitiōem,& infinitum,& ſummitatem,& terminū & ma-
gnitudinem,& om̄ia exiſtētia]id eſt,quod vnum eſt ante om̄em multitudinem,& ante om̄em
partem,& ante infinitum ex parte materiæ ſeu quātitatis,& prout cōuenit creaturis, eſtq; ante
om̄em ſummitatem,id eſt,ſupremas dignitates creaturarum,& ante om̄em magnitudinem ea
rundem,& ante om̄ia exiſtētia in genere ac ordine rerum. Sic demum laudare oportet [& ipſm
eſſe terminās]id eſt,primum principium quod determinat, limitatq; exemplariter & efficien-
ter eſſe[tam oīm quam vniuerſorum & ſimul & ante oīa & ſuper oīa]id eſt, quod eſſe ſimul &
ſemel eſt ante oīa & ſuper oīa[& ſingulariter]id eſt eminētiſſime[cauſa& ſuper ipſum vnū ens]
id eſt,excellētius quocunq; vno ſecūdo[& ipſum vnum terminās]id ē,ſub certis limitibus po-
nēs[quoniam vnum ON in exiſtētibus numerabile eſt]id eſt,vnum,prout in rebus eſt partici-
patum,numerari poteſt,deſcribi & certificari[Numerus autem eſſentiā participat]à ſuis prin- F
cipijs,præſertim à primo vno de quo eſt. [ Supereſſentiale autem vnum,& ens vnum & omnē
numerum terminat]id eſt,vnum increatum,finit ac limitat omnem vnum exiſtēs poſt ſe, & o-
mnem numerum terminat,quia nō poteſt eſſe multitudo ſimpliciter & actualiter infinita [&
ipſum eſt ab vno,numeri oīs exiſtētis principium & cauſa,& numerus & ordo] id eſt, hoc vnū
æternum, eſt principium effectuum extrinſecum,& cauſa exēplaris atq; finalis, & numerus nu
De trinitate ac vnitate diuina. merans & ordo,id eſt,ordinator cauſaq; ordinis oīs numeri exiſtētis ab vno illo extrinſeco,&
incipiētis ab vno intrinſeco numerorum principio. ¶[Idcirco & vnitas laudatur & trinitas ſu
per oīa deitas]id eſt,ſuperdigniſſima deitas laudatur,honoratur,& eſſe aſſeritur vnitas per ſe
ſubſiſtēs,& trinitas perſonarum. Pater enim & filius & ſpirituſſanctus,ſunt vnus deus,vna dei-
tas,vna eēntia,imo & ſimpliciſſima vnitas. Quę nāq; in deo abſolute dicūtur,de qualibet dicun
tur perſona diuina,& de duabus ac itē de tribus ſimul,ſecūdū noſtrū modū loquēdi,verūtamē
in infinitum ſublimius,q̄ nūc capere valeamus,propterea ſubditur:[Nō eſt neq; vnitas,neq; tri
nitas ,aut à nobis,aut alio quodā exiſtētiū cognita]id eſt ab aliquo viatore agnita clare per ſpe
ciē ſecūdū legē cōmunē,imó nec à beatis cognitiōe pfectæ cōphēſiōis,q̄ res cognoſcit tā pfecte,
ſicut ex ſua natura cognoſcibilis ē.[Sed & ſi ſupadunatū ei⁹].i.diuinā ſimpliciſſimā vnitatē[di-
uināq; fœcūditatē].i.emanationē ad intra[vere laudem⁹ triadica& monadica diuina noīatiōe]
.i.appellatiōe trinitatis ac vnitatis[plus q̄ noīabilē noīam⁹ in eēntijs ſupeēntialē].i.deū inſ eēn
tias ſupſubſtātialē,oī noīe ſublimiorē,nominib⁹ deſignam⁹.[Neq; vna monas aut trinitas,neq;
nūer⁹,neq; vnitas aut fœcūditas,neq; aliud qd exiſtētiū,aut cuidā exiſtētiū cognitū].i.nullū ho
rū oīm[educit].i.clare deſignat, ſeu ex occulto incōphēſibilitatis in lucē plenę cognitiōis dedu
cit[ſup oīa& v̄bū& intellectū in obſcuritatē].i.diuinā ſuperſplendiſſimam caliginē,quę eſt ſup
omnia



omnia,ſuper omne verbum,omnemq; intellectum[ſuper omne & verbum & intellectum ſu-
A pereſſentialiter ſupereſſentialis ſuperdiuinitatis]id eſt,nullum illorum plene deſignat ens illud
ſuperdiuinitatis ſupereſſentialis,hoc eſt,rem illam,imo ſuper rem illam , quæ eſt ſuperdiuini-
tas,id eſt,diuinitas in infinitū verius & eminentius,quam capere iam poſſimus , eſtq; diuinitas
ſupereſſentialis,id eſt,omnem eſſentiam nobis modo comprehenſibilem, infinite traſcendens,
ſupereſſentialiter,id eſt,incomprehenſibili modo & ſuper omnem entitatem atq; maneriem
ac incomparabiliter[neq; nomen eius]eſt[neq; verbum]id eſt, nullo nomine, nulloq; verbo
exprimi poteſt,intelligi & ſignari nude,clare & plene,ſicuti eſt in ſe. [Sed inuijs exaltatur]id ē,
irreperibilibus vijs ad eius notitiam aſcenditur,atq; in hoc ſublimitas eius monſtratur, quod Bonū quo modo deo conueniat.
nulla eſt via perueniendi ad eius plenam & comprehenſiuam cognitionem. ¶[Et neq; ipſum
quod eſt bonitatis nomen tanquam adunantes ei proferimus]id eſt,nō exprimimus neq; lau-
damus eum nomine bonitatis,tanquam hoc ei proprie congruat eo modo,quo nos illud cape
re in præſenti valemus:vel quaſi per hoc ei vniamur,vt cognito in ſeipſo[ſed deſiderio intelli-
gendi quid & dicēdi de ineffabili natura illa nominum,precioſiſſimum ei primo deuouemus]
id eſt,omnium diuinorum nominum digniſſimum deo aſcribimus, deuote & ſanctificatiue
deſiderio cognoſcendi ac ſermocināndi aliquid,ſaltem à poſteriori,de indicibili illa deitatis na-
tura.[Et conſonabimus forſan in hoc theologis]id eſt,iſtud dicendo,concordamus ſcripturis
& earum autoribus,cum ipſemet dicat Saluator:Nemo bonus niſi ſolus deus[rerum autē ve-
ritate relinquemur]id eſt,à condigna expreſſione deitatis,prout ipſa in ſe eſt,deficimus. [Idcir Mar.10.
B co & ipſi per depulſiōes in v num præhonorificauerunt]id eſt,hinc theologi deum per abne-
gationes docuerunt honorabilius ac conuenientius deſignari[ſic excedente anima ſuis cogna-
tionibus]id eſt,anima rationali per hunc loquendi modum abſtracta à conſueto modo loquē
di ac ſentiendi de deo,vnde alia litera habet,animam à cognatis & connaturalibus ſibi auerten-
tes[& per omnes in diuinas intelligentias proficiſcente]id eſt,anima pergente in diuina vtcū-
que cognoſcenda per omnes notitias etiam negatiuas,ex rebus & ſcripturis [ quibus remoue-
tur]id eſt,negatiue ſignatur,& ab affirmatiua ſpeculatur & aufertur [quod eſt ſuper omne no-
men & omne verbum & ſcientiam]id eſt,deus immenſus,incauſatus,æternus,qui omnem no-
minationem atque ſcientiam viatorum,imó & comprehenſorum tranſcendit per modum prę
tactum,pleniuſq;(ipſo præſtante)tangendum paulopoſt ſuper myſticam theologiam[nouiſſi
morumq; omnium ipſum contingente,quantum & nobis illud contingere poſſibile eſt] id eſt,
me quoque omnium infimorum infimo,contingente ipſum,id eſt,ad aliqualem ipſius notiti-
am pertingente,quantum nobis poſſibile fuit. ¶[Has nos diuinas intellectuales nominatiōes Peroratio dictorum.
concordantes,quantum licet,replicauimus]id eſt,intelligibilia hæc nomina deo proprie & po
ſitiue conuenientia,repetiuimus ex ſcripturis ac declarauimus cum humilitate ac reuerentia,
prout licuit nobis,concordando ſcripturis. [Non ſolum eorum diligentia deficientes ] id eſt,
à condigna vigilantia cordis in horum deſcriptione habenda ſe ſuccumbentes.[Hoc enim ve
re & angeli dixerint]id eſt,angeli poſſent hoc vere fateri,quod inſufficientes ſint ad plenā ho-
C norificentiam atque præconium dei[neque iuxta angelos ex eorum hymnodia ] id eſt, lauda-
tio angelorum iuxta eorum facultatem,non eſſet idonea ad hoc ipſum.[Et nouiſſimis enim re
linquūtur potentiſſimi apud nos theologorum]id eſt,maximi theologorum noſtrorum defi-
ciunt à nouiſſimis angelorum pro ſtatu vitæ præſentis,ſecundum quod Chriſtus de beatiſſi-
mo dixit baptiſta:Qui minor eſt in regno cœlorum,maior eſt illo. [Neq; quidem eorum the- Mat.11.
ologorum,neque eorum philoſophantium aut conſequentium,ſed & ipſa ſimiliter laude no-
bis ordinatorum nouiſſime & ſubiecte]id eſt,non ſolum deficimus à laude, id eſt, condigna
laudatione theologorum illorum potentiſſimorum,puta apoſtolorum , neque ſolum laude
philoſophantium eorum,id eſt,diſcipulorum eorundem,qui erant apoſtolici veri,& circa phi
loſophiam,id eſt,ſapientiam ac ſcripturas apoſtolorum verſabantur intente:ſed etiam defici-
mus à laude condiſcipulorum noſtrorum,quibus ſumus coordinati,quantum ad eccleſiaſtica
officia pontificalia. Nouiſſime & ſubiecte, quia impares ſumus illis quātum ad merita & ſpiri
tuſſancti dona. Ex quibus verbis patet huius magni ac diuini Dionyſii pfunda humilitas,quæ
& ex verbis innoteſcit ſequētibus.[Itaq; ſi recte qdē ſe habēt quæ dicta ſunt,& quātū iuxta nos Pia humilitaſq; B. patris cōfeſſio atq; dictorum epilogus.
ē].i.iuxta vires nr̄as]vere tetigimus virtutē dei].i.oīpotētiā & virtuoſa nomina eius. [Voce
replicationis]id eſt,reſumendo & elucidando dicta ab alijs [in omnium bonorum cauſalem
actus referendus]i deo omnium cauſę bonorum aſcribendum eſt opus hoc. Cauſam inquam
[donante primo ſe dicere]qui gratiam dedit ipſum in primis nominare[deinde benedicere]id
eſt,laudare & grates ei referre,aſcribendo ei hoc donum,imó & omne bonum. [Et ſi quid ſi-
milium

Ca.XIII milium virtutum prætermiſſum eſt]id eſt,ſi quas laudes & virtutes dei prætactis æquipollen-
tes omiſimus hic[& illud nos ſecundum eaſdem artes ad obaudiēdum depræcamur]id eſt,pe- D
timus id ſuppleri à te & laudes eius deſcribi ſecundum artem & formam, ſecundum quas de-
ſcriptæ ſunt laudes diuinorum nominum præfatorum. [Si autem hæc non recte aut imperfe-
cte habent ſe]id eſt,ſi prolata ſunt nō vere neq; perfecte,à veritate aut vniuerſaliter aut particu
lariter aberrauimus]id eſt, ſi in toto aut parte à veritate receſſimus[tuæ ſit hūanitatis corrige-
re ignorantem non voluntarie]id eſt,non craſſe vel ex contemptu[aut ſcribere verbo]id eſt
ſcribere mihi[ediſcere deprecanti]id eſt,oranti informatiōem accipere[& ſuffragari non ſuffi
cientem virtutem habenti]id eſt,auxiliari mihi non habenti virtutem mihi ſufficientem[& ſa
nare nolentem ægrotare]id eſt,curare me non volentem errore aut vitio infirmari [& quædā
*ſeipſo. quidem à *ſeipſo,quædam vero ab alijs inuenientem]id eſt,me qui aliqua præhabitorum repe
ri ex me,quædam autem ab alijs cepi,veruntamen non ex me quicquam inueni,quaſi ex prima
1.Cor.4. & principali virtute aut cauſa,ſed principaliter adiutorio dei,propter quod ſubditur:[Omnia
*nos. vero ex deo accipiētem]dicēte Apoſtolo:Quid habes quod nō accepiſti? [& in †vos transfer-
1.Petri.4. re]id eſt,ad hoc vt transfundam ea in confratres & proximos,iuxta illud Archiapoſtoli:Vnuſ
quiſq; ſicut accepit gratiam in alterutrum illam adminiſtrantes. [Nunquid affliges amicum vi
rum benefaciendo?]id eſt,noli affligere me tuum amicum,beneficia ſubtrahendo, differendo,
aut minuendo. Hinc alia habet tranſlatio,ne pigriteris amico benefaciēs. Alia quoq;,neq; pige-
prouer.3. at amicum fouere beneficio. Vnde in Prouerbijs legitur:Ne dicas amico tuo, Vade & reuerte-
ibidem. re,cras bene dabo tibi,cum ſtatim poſſis dare. Itemq;,Noli prohibere benefacere eū qui poteſt,
ſi vales,& ipſe fac. [Vides enim quia& nos nihil traditorum nobis hierarchicorum verborum
in noſipſos contraximus]id eſt,nihil ex ſcientia & inſtructiōibus ad hierarchias ac hierarchas E
pertinentibus,nobis collatis,reſeruauimus cupide nobiſipſis[ſed ſolicitos nos & nobis & alijs
diuinis viris tradidimus & trademus]id eſt,ſolicitos cernis nos ad communicandum hæcpro
Danie.12. ximis & nobis & vobis iſta tradidimus & trademus,tam ſcriptis quam verbis,cum ſanctusGa
Prouer.5. briel dixerit Danieli:Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti:& qui ad iuſtitiā
erudiunt multos,quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Salomon etiam:Deriuentur,inquit,fon
Eccl.51. tes tui foras,& in plateis aquas tuas diuide. Ad quam eruditionem feruide ſuſcipiēdam monet
Sapiens in Eccleſiaſtico:Congregate vos in domum diſciplinæ indocti,comparate vobis ſine
2.Timo.2. argento ſapientiam,& collum veſtrum ſubijcite iugo eius[ſi ſic nos dicere idonei]id eſt, dum-
modo nos ſimus idonei ſic doctrinaliter alijs loqui,iuxta illud Apoſtoli:hæc commenda fide
libus fratribus,qui idonei erunt& alios docere[& quibus dicūtur audire]id eſt,ſi illi quibus lo-
Prouer.1. Eccl.32. quimur,idonei ſint audire & intelligere verba noſtra. Sapientiam nanq; & doctrinam ſtulti de
Hebræ.7. ſpiciunt,vt in Prouerbijs habetur,propterea in Eccleſiaſtico dicitur:vbi non eſt auditus, nō ef-
fundas ſermonem. Et ad Hebræos:Grandis nobis ſermo & interpretabilis ad loquēdum, quia
imbecilles facti eſtis ad audiendum[in nulla traditione iniuriam facientes] id eſt, tam fideliter
hæc docebimus alios,quod in ipſa doctrinali traditione nulli iniuriabimur,ſubtrahendo bene
3.Iohan.1. ficium inſtructionis,ſicut in tertia ſua epiſtola ait ſanctus Iohannes:fideliter agis quicquid ope
raris in proximos[ſi non forſitan ad intelligentiam aut expoſitionem eorum informemur]id
eſt,dummodo etiam nos ipſi non efficiamur tardi & ſegnes ad intelligentiam diuinorum, &
ad explicandum & explanandum hæc alijs. [Sed hæc quidem peto deo amicum habeat & di- F
cat]hoc alia litera clarius& quaſi expoſitorie exprimit,dicens:Sed hæc quidem qualiter deo e-
Plato. Coloſſ.7. rit amicum,id eſt,acceptum & habeantur & dicantur. Sic & Plato in primo ait Timæi: Sit me-
is precibus comprehenſum,vt ea dicantur potiſſime quæ placent deo. Et vas electionis ad Co-
loſſenſes. Sermo,ait,veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus,vt ſtetis perfecti&pleni in omni vo
luntate dei. [Et ſit nunc hic intellectis diuinis vocabulis ſecundum nos finis]id eſt, hic termi-
netur iſte tractatus de vocabulis diuinis,id eſt,de diuinis nominibus,intellectis ſecundum nos
id eſt,expoſitis & elucidatis à nobis[quoniam ſymbolicam theologiam duce deo tranſcende-
mus]id eſt,ad illam pertractandam his tranſcenſis & expeditis procedemus: quem librum,vt
dictum eſt ſæpius,non habemus,ideo nunc ad expoſitionem quarti libri beatiſſimi Principis
theologorum,ſacratiſſimi & feruentiſſimi Dionyſii proficiſcor,inter nomina electorum cupi
ens contineri in libro vitæ ab eo,cuius ſancta ac præclariſſima nomina in hoc libro, prout ipſe
donauit,expoſita ſunt. Ad laudem & gloriam ipſius plane omnipotentis,qui eſt ſuper omnia
deus ſublimis & benedictus. Amen.

¶ Capitis huius tertijdecimi tranſlatio alia clarior.

Hæc de



A HAEc de his dicta ſufficiant. Reliquum eſt(ſi videtur)vt ad illud tractandum quod eſt
validiſſimum,accedamus. Iam vero theologia de illo omnium principio omnia,& ſi
mul omnia prædicat,ipſumq; vt perfectum celebrat atq; vnum. Perfectum quidem
non modo vt in ſeipſo perfectum,& per ſeipſum ex ſeipſo vniformiter,vniceq; ab o- Perfectio q̄ mō cōperat deo
mnibus ſegregatum,totumq; per totum abſolutiſſimum:verum etiam tanquam pluſquam p-
fectum ex eo quod omnia ſuperat,omnemq; definit infinitatem,ac ſuper omnem expandit fi-
nem,à nullo capitur vel comprehenditur,ſed pertingit ad omnia ſimul,atq; ſuper omnia indefi
cientibus actionibus atq; donis. Dicitur quoq; perfectum, tanquam nullum ſuſcipiens incre-
mentum,ſemperq; perfectum,vt neſciens decrementum. Quippe cū in ſeipſo anticipet omnia
prorſus exuberans per vnam indefinentem,eandemq; & ſuperplenam largitionem diminutio Vnū in deo quid.
nis expertem,per quam perfecta omnia perficit,ac perfectione propria complet. ¶ Dicitur aūt
deus vnum,quoniam eſt vnice cūcta per ſingularis vnitatis exceſſum,omniūq; cauſa eſt,nuſq̄
interim à propria vnitate diſcedens. Nihil enim eſt in rebus vnius expers. Sed quemadmodū
numerus omnis vnitatis eſt particeps. Nam binarius dicitur vnus,vnus quoq; denarius,& di-
midium vnum & tertium,& decimum vnum,ſic omnia omniumq; partes participationem v-
nius habent,atq; ex eo quod vnum extat,ſunt omnia. Ipſum vero vnum quod omnium cauſa
iudicatur,nō eſt aliquid é pluribus vnum,ſed ante omne vnum,omnemq; multitudinem. Qd'
& quodlibet vnum multitudinemq; definit:Nulla enim multitudo eſt quæ non particeps ſit
B vnius. Sed id quidem quod ſecundum partes eſt plura,eſt totum vnum. Quod plura eſt accidē
tibus,vnum ſubiecto,quod plura eſt numero aut viribus,eſt vnum ſpecie,quod ſpeciebus plu-
ra,vnum genere,quod multa proceſſibus,vnum eſt principio. Deniq; nuſquam exiſtit qcquā,
vnius omnino expers. Quippe cum ipſum vnum natura ſua penitus vnica,omnia atq; tota eti
am inter ſe oppoſita ſingulariter ante comprehēdat. Preterea abſq; vno quidem multitudo nō
eſt,erit autem ſublata multitudine vnum:quemadmodum & vnitas ante omnem numerū mul
tiplicatum extat,ac ſi omnibus omnia coniuncta quis ſupponat,erunt omnia toto vnum. Ani-
maduertendum id interea,quæ vnita dicuntur,certe ſecundum vniuſcuiuſq; ſpeciem prius ex-
cogitatam vnita cenſeri,præterea vnum elementi rationem habet ad omnia. Iccirco ſi ſuſtule-
ris vnum,neq; forma totius erit,neq; pars vlla,neq; quicquam erit in rebus,vnum nāq; omnia
in ſeipſo vniformiter anticipat atq; comprehendit. ¶ Hac igitur ratiōe theologia totā ipſam De vnitate diuinæ naturæ.
deitatem omnis principem deitatis tanquam omnium cauſam vnius appellatiōe concelebrat. Ephe.4.
Vnus itaq; deus & pater,& vnus dominus Ieſus Chriſtus,& vnus atq; idem ſpiritus propter ex
cellens totius diuinæ vnitatis indiuiduum,eminentemq; ſimplicitatem,in qua quidem omnia
vnice collecta ſunt,excellenterq; vnita,& ſuperſubſtantialiter ante comprehenſa. Quapropter
& omnia ad iſtam iuſte & vnice admodū referūtur atq; rediguntur,à qua,& ex qua,& per quā,
& in qua,& ad quam omnia ſunt,& conſtituta ſunt,& permanent atq; continentur, & replent
atq; conuertuntur. Nihil deniq; in rebus inuenies quod non ipſo vno(ſecundum quod deitas
oīs ſupereſſentialiter nominatur)& ſit hoc ipſum quod eſt,& perficiatur atq; ſeruetur. ¶ Ope- De potētia diuinæ vnitatis.
C repretium eſt nos quoq; à multis ad vnum diuinæ vnitatis virtute conuerſos, totam vnamq;
deitatem vnice collaudare,ipſum videlicet vnum omnium cauſam:quod quidem ante omne
vnum,omnemq; multitudinem,& partem,atq; totum,& terminum,& indeterminationē,& fi
nem atq; infinitatem extat. Quod rurſus omnia entia & ipſum eſſe definit, Quod item omniū
atq; totorum,& omnium ſimul & ante omnia,& ſuper omnia vnice cauſa eſt. Quod præterea
ſuper ipſum vnum ens exiſtit,ipſumq; vnum ens definit. Siquidem hoc ipſum ens vnū quod
eſt in entibus,connumerabile eſt vel numerale. Numerus autem eſt eſſentiæ particeps. Ipſum
vero ſupereſſentiale vnum,& hoc quod dicitur ens vnum,& numerū omnē terminat,ipſumq;
eſt,& vnus,& numeri omniſq; entis principium & cauſa,& numerus atq; ordo. ¶ Quamobrē
ipſa ſuper omnia deitas,quæ quidem & vnitas,& vt trinitas celebratur, nec vnitas nec trinitas De diuina trinitate & vnitate. Philip.2.
eſt à nobis vel ab vllo cognita. verum vt ipſum vnione ſuperius vnum fœcunditatemq; deifi-
cam reuera laudemus,profecto trinitatis vnitatiſq; appellatione diuina deitatem ipſam,quæ ē
ſuper omne nomen,cognominamus, atq; in ipſis entibus ſupereſſentialem celebrare ſolemus.
Nulla vero monas,nulla trinitas,nullus numerus,nulla vnitas,vel fœcunditas,vel aliud quic-
quam exiſtentiū,vel alicui exiſtentiū cognoſcibile,arcanū illud aperit,quod ſuper omnē ratio
nem intellectumq; exiſtit. Archanū inquā ſuper deitatis ipſius omnia ſupereſſentialiter exce-
dentis. Iā vero neq; nomē eſt ipſius vllū,neq; ſermo vel ratio,ſed in ipſo potius in acceſſibili ſu- Bonū cæteris diuinis nominibus excellentius laudādū
pereminet. ¶ Sed neq; bonitatis quidē ipſius nomen illi quaſi congruū adhibemus,verū deſide-
rio quodā intelligēdi aliquid & dicēdi de ineffabili illi natura nomen illud ſcilicet bonū,nomi

EEE nū

Negatiões in diuinis tutiores quã affirmationibus. Philip. 2. Pia humilisq; beatiſſimi patris cõclusio ac libri peroratio.

num omnium maxime venerandum præcipue illi dedicamus. In quo quidem à theologis mi
nime diſſentimus, ab ipſa tamen rerum veritate deficimus. Quamobrem ipſi quoq; aſcenſum D
illum qui per negationes efficitur prætulerunt, vtpote qui animam à rebus ſibi cognatis auer
tat, ac per diuinas omnes perducat intelligentias, à quibus longe ſecretum eſt, quod ſuper oĩe
nomen & ſermonem cognitionemq; exiſtit. In extremo deniq; vniuerſorum ipſi quantum &
nobis illi coniungi fas eſt, coniungat. ¶ Has itaq; nos intelligibiles appellationes dei colligen
tes pro viribus expoſuimus, non ſolum ſumma illoꝝ dignitate inferiores. (Id enim vere ange
li quoq; confitẽtur) neq; ſolum angelicis laudibus impares, ſiquidem & ſummi apud nos theo
logi ab extremis angelis ſeparantur, neq; ſolum theologis ipſis aut ipſorum ſectatoribus vel
auditoribus inferiores fuimus, verum ipſis quoq; ordinis noſtri cõſortibus inæquales. Quam
obrẽ ſi recte dicta ſunt à nobis, proq; noſtro ordine reuera ſenſum explicandoꝝ attigimus no
minum diuinorum, id ſi bonorum omnium autori tãta res accepta referatur, qui nobis primo
quidem vt diceremus, deinde vt & bene diceremus benigne conceſſit. Præterea ſi quid horum
quæ tantundem valent, omiſimus illud quoque eiſdem rationibus atque diſciplinis, ſupplere
vos oportebit. At vero ſi hæc vel minus recte, aut minus ſufficienter ſe habent, & ab ipſa verita
te vel oĩno, vel ex parte defecimus, erit profecto humanitatis tuæ corrigere, non ſponte igno
rantem, rationesq; tradere diſcere cupienti, opemq; ferre non ſatis per ſe valenti, & curare ho
minem ægrotare nolentem, & alia quidem ex teipſo inuenta, alia vero ab alijs percepta: cuncta
deniq; ex ipſo bono ſuſcepta, in nos quoq; transfundere. Ne pigeat obſecro amicum afficere
beneficio. Cernis enim quemadmodum nos quoq; nihil ex traditis nobis rationibus ſacris in
tra noſipſos continuerimus, ſed illas nullo modo cõtaminatas tam vobis quam cæteris ſacris
hominibus tradiderimus. Trademus quoq; quantum & nos dicere ſufficiemus, & idonei fue
rint auditores, nuſquam traditiones maiorum contaminãtes, niſi forte ad intelligẽtiam expli E
cationemq; ipſorum infirmiores erimus. Sed hæc tandem vt deo placet ita prorſus ſe habeant
atq; dicantur. Hic vero ſit intelligibilium appellationum dei pro inſtituto modoq; noſtro fi
nis. Deinceps autem ad ſignificatiuam theologiam deo duce me conferam.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITVLI XIII.

LAudat etiam ſacra ſcriptura deum tãquam perfectum & vnum. Perfectum
autem non ſolum ſicut per ſe perfectum & ſecundum ſeipſum in ſeipſo vni
formiter ab oĩbus ſegregatum, & totum per omnia inuiſibilia ſua perfe
ctiſſimum, ſed & ſicut ſuperperfectum, ſecundum exceſſum omnium & ter
minantem oĩem infinitatem & extentum ſuper omnem terminũ, & à nul
lo captum aut comprehenſum, ſed extendentem ſe ſimul ad oĩa ſuper o
mnia immiſſionibus indeficientibus & operationibus conſummatiuis. Di
citur etiã deus perfectus ſicut inaugmẽtabilis & ſemper perfectus, & ſicut nõ minorabilis, & ſic
ut oĩa in ſeipſo præhabens, & ſupermanans ſecũdũ vnã inceſſabilẽ & ſuperplenã & imminora
bilẽ largitionẽ ſecundum quam perficit oĩa perfecta, & adimplet ea propria perfectione. Vnus
autem dicitur deus qui vnitiue eſt oĩa ſecundum vnum vnitatis exceſſum & vnũ eſt inegreſſi
bilis cauſa oĩum. Nihil eſt enim exiſtentiũ quod non participet vno, ſed ſicut omnis nume
rus participat vnitate vt dicatur vnus binarius & vnus ternarius, & vnus denarius, & vnum
dimidiũ & vnum tertium & vnum decimum, & ſic de alijs: ita oĩa & quælibet oĩum pars v F
no participant, & per illud quod eſt vnum oĩa exiſtentia ſunt, & non ſolum vnum eſt cauſa
cuiuſlibet rei ſimul, ſed & multorum, ſed vere vnum verbum eſt ante omne vnum, & omnem
multitudinem. Non enim eſt aliqua multitudo quæ nõ participet vno, ſed omnia ea quæ ſunt
multa partibus ſunt vnum ipſarum partium toto, & quæ ſunt multa accidentibus ſunt vnum
ſubiecto, & quæ ſunt multa numero & virtutibus, ſunt vnum ſpecie, & quæ ſunt multa ſpecie
bus, ſunt vnum genere, & quæ ſunt multa proceſſibus ſunt vnum principio, & nihil eſt exiſten
tium quod non participet vno ſecundum aliquid: quod vnum ſecũdum ꝓpriam ſingularitatẽ
omnia ſecũdum omnia, & omnia tota & omnia etiam oppoſita ſingulatiter coaccepit. Et qui
dem ſine vno non erit multitudo, ſed ſine multitudine poteſt eſſe vnum, & vnitas quæ eſt ſim
plex, eſt ante omnem numerum multiplicatum, & ſi quis cuilibet omniũ, vt enti vel vni ſuppo
nat oĩa etiã oĩa tota in ipſo erãt vnũ. Alia etiã ratiõe attẽdẽdũ ẽ ꝙ vnũ ſit ante oĩa, quoniã ſecũ
dũ ꝓcogitatã vniuſcuiuſq; ſpeciẽ naturalẽ vel idealẽ vniri dicũtur oĩa quæ vniũtur, & vnũ ẽ o
mniũ elemẽtatiuũ, & ſi auferas vnũ, neq; totũ neq; totalitas, neq; pars neq; partialitas, neq; ali
quid exiſtentium erit. Vnum ſiquidem verbum omnia in ſeipſo vniformiter præaccepit, & cir
cũaccepit. Vnde ſacra ſcriptura & diuinitatem & quamlibet diuinã perſonam vnam dicit ſicut
vnam



vnã omniũ cauſam, vt dicatur, vnus deus, vnus pater, vnus dominus Ieſus Chriſtus, & vnus &
A idem ſpiritus propter excedentem diuinæ vnitatis ſimplicitatem, in qua omnia ſingulariter cõ
gregata ſunt & ſuperunita & præſunt ſuperſubſtantialiter. Propter quod ad ipſam diuinam v
nitatem omnia refunduntur & reponuntur tanquam ad fontalem cauſam, à qua per originalẽ
autoritatem, & ex qua per effectiuam cauſalitatem, & per quam procedendo & influendo pro
cedentem, in qua conſeruante & continente ad quam conuerſiue ad perfectionem oĩa ſunt
& in ipſa coordinata ſunt & manent & continentur & adimplentur & conuertuntur. Et nõ in
uenies aliquid aliud exiſtentium quod non in vnitate, quæ ſuperſubſtantialiter attribuitur to
ti ſanctæ trinitati, ſit hoc quod eſt & perficiatur & ſaluetur. Et nos à multitudine ad vnitatem
diuinæ vnitatis virtutis conuerſos oportet laudare ſanctæ trinitatis perſonarum & eſſentiæ v
nitatem, ſcilicet omnium cauſam tanquam vnum quod eſt omne vnum, & tanquam multitu
dinem & partem & totum & definitionem & infinitatem & terminum & interminabilitatem,
quia vnum omnia exiſtentia & ipſum eſſe definit, & ſingulariter eſt cauſa omnium & partium
totorum & ſimul & ante omnia & ſuper omnia. Et eſt vnum ſuper ipſum exiſtens & ipſum v
num terminat exiſtens, quoniam exiſtenti accidit multitudo, & numerus participat eſſentia.
Vnum vero ſuperſubſtantiale & exiſtens vnum, & omnem numerum terminat, & ipſum ſuper
ſubſtantiale vnum eſt principium & cauſa & numerus & ordo vnius & numeri & omnis exiſtẽ
tis propter quod diuinitas in qua laudatur ſuper oĩa vnitas & trinitas, non eſt aliqua vnitas
aut trinitas, quæ à nobis aut ab aliquo exiſtentium ſit cognita. Sed vt ſuper vnitam vnitatem ſi
B mul & fœcunditatem ſuperſubſtantialem diuinitatis ſecundum noſtram poſſibilitatem laude
mus, ideo ſupernominabilẽ & ſuperſubſtantialẽ nominamus nominatiõe trinitatis & vnitatis.
Nulla autem nominatio aut vnitatis aut trinitatis aut numeri ſiue fœcunditatis, aut alterius cu
iuſlibet quod ſit alicui exiſtentium cognitum ad cognitionem educere poteſt occultum ſuper
deitatis quod eſt ſuper oĩa, & rationem & mentem, & ſuper oĩa ſuperſubſtantialiter ſuper
exiſtens, neq; eſt ipſius nomen vel ſermo, ſed eſt ab oĩbus ſegregatum, vbi nulli menti patet
via vel veſtigiũ, neq; ei attribuimus nomẽ bonitatis quaſi proprie ipſi conueniat, ſed cum deſi
deremus aliquid intelligere vel dicere de illa ineffabili natura digniſſimum nominum primũ
ei cum reuerentia attribuimus. In hoc etiã cum theologis concordantes qui in ſcripturis ſimi
liter ipſum nominant. Scimus tamen quod à rerum veritate deficimus, vnde & theologi præci
pue in vocabula negatiua ipſi attribuenda conſenſerunt, ex quibus anima ſuſcitatur ab his quę
ſibi ſunt connaturalia, & per omnes diuinos intellectus pergens à quibus ſegregatum diuinũ
occultum, quod eſt ſuper oĩe nomen, & rationem & cognitionem tandem, ſcilicet anima exce
dens ſe & oĩa ipſi occulto coniungitur, prout poſſibile eſt nobis ipſi coniungi. Dictas ergo di
uinorum nominum intelligibiles ſignificationes prout potuimus reſerauimus, non ſolum ab
C eorum diligenti reſeratione deficientes, à qua & angeli deficerent, ſed neque ſolum ab ange
lica laude deficimus eo quod potentiſſimi theologi mortales minus poſſunt in diuinis quam
illorum extremi. Sed deficimus etiam à laude apoſtolorum & diſcipulorum apoſtolicorum,
& etiam nobis extreme & ſubiecte coordinatorũ. Vnde ſi ea quæ diximus recte ſe habent, ſicut
ſupra tetigimus, hoc bonorum oĩum cauſę eſt aſcribendum, quæ dat primum dicere, poſtea
bene dicere. Et ſi quid æquipollens dictis prætermiſſum eſt, id ſubaudiatur ſecundum eaſdem
aut conſimiles rationes & regulas. Si autem ea quæ diximus aut non recte aut imperfecte dicta
ſunt, & à veritate aut in toto aut in parte errauimus tuæ ſit benignitatis dirigere, me ignorãtem
non voluntarie, & tradere meliores rationes mihi indigenti diſcere, & ſubuenire mihi non ha
benti ſufficientem virtutem, & ſanare me nolentem ægrotare. Et hoc ſiue per tuum ſtudium ſi
ue per alienum inueniens omnia ex bono deo recipiens ad nos transferre. Ne autem pigriteris
amico bene facere. Vides enim quod nos nullum de hierarchicis ſermonibus nobis tra
ditis ad noſipſos auare contraximus, ſed nos ſurſum currentes tradimus & trade
mus ipſos tibi & alijs viris quantum nos ſufficimus docere, & illi quos doce
mus ſufficiant intelligere in nullo per noſtram traditionem offenden
tes, niſi forte ad intelligentiam aut expoſitionem eorum in
firmemur. Sed hæc vt deo placuerit ita habean
tur & dicantur. Et hic ſit finis ſecundũ
nos de intelligilibus dei no
minatiõibus. Ad
ſymbolicã
aũt theologiã duce deo
tranſibimus.

Ca.I

# D. DIONYSII CARTHVSIANI, COMMENTARIORVM SVORVM IN LIBRVM SANCTI DIONYSII AREOPAGITE MARTYRIS DE MYSTICA THEOLOGIA.

## PRAEFATIO.

DOMINVS dixit vt habitaret in caligine. Deum incomprehēſibilem eſſe, vniuerſitas ſanctorum theologorum ac meliorum philoſophorum teſtatur. Ait quippe Apoſtolus: Lucem habitat inacceſſibilem. Veruntamen beatiſſimi illi cœleſtis regni cōciues, comprehenſores vocantur, quoniam vident deum ſicuti eſt. De quibus in Apocalypſi fertur: Videbunt faciem eius. Viatoribus ergo incomprehenſibilis eſt, beatis autem aliquo modo incomprehenſibilis, & quodammodo comprehēſibilis perhibetur. Etenim vident eius eſſentiam in ſeipſa clare & immediate, attamen non tam plene, lucide ac perfecte, vt ipſa ex ſua natura, actualitate & infinite cognoſcibilis viſibiliſq; conſiſtit: imo inde deficiunt in immenſum. Hinc deus oīpotens in caligine dicitur habitare, quæ caligo aliud prorſus non eſt, niſi incircunſcripta & penitus interminata atq; impenetrabilis exhuberantia, & ſupereffluentiſſima plenitudo, ac ſuperſplendidiſſima copia, pulchritudo, ſerenitas & dulcedo lucis æternæ, quo ad ſuam immenſitatem inuiſibilis omni menti creatæ. Ad cuius beatificam intuitionem, incomparabiliter deſiderabilem ac ſuauem, iugiter aſpirare, inceſſabiliter, feſtinare, feruentiſſime nos præparare debemus: quatenus futuram illam ſuperdigniſſimam felicitatem in præſenti quoque, prout fieri valet, prægustemus, inchoemus ac contemplemur, quemadmodum à ſanctis veteris teſtamenti ad Hebræos legitur: Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini ſunt & aduenæ ſuper terram. Qui enim hęc dicunt, ſignificant patriā ſe inquirere. Deniq; de hac ſupergorioſiſſimi dei contemplatione, non vtique naturali, informi, inſipida, philoſophica, intellectuali tantum, ſpeculatiua atque ſcholaſtica: ſed ſupernaturali, formata, ſuaui, theologica, affectiua, infuſa, in hoc libro taractat theologus: ad quam mentis puritate ac feruentiſſima pertingitur charitate: imó actualiſſimæ charitatis ardore, cooperantibus humilitatis profundo, omniumq; virtutum profectu ſeu potius perfectione.

2. Para. 7. 3. Reg. 8.

1. Timo. 6. 1. Iohan 3. Apoca. 22.

2. Para. 2.

Hebræ. 11.

Sancti



A

# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, DE MYSTICA THEOLOGIA LIBER AD TIMOTHEVM EPISCOPVM EPHESINVM.

### Quæ diuina ſit caligo. Caput. .I.

COnpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter S. ¶ Trinitas ſupereſſentialis & ſuper deus, & ſuper optime Chriſtianorum inſpector theoſophiæ, dirige nos in myſticorum eloquiorum ſuperincognitū, & ſuperlucentem, & ſublimiſſimum uerticem, ubi noua & abſoluta, & inconuerſibilia theologiæ myſteria, ſecundum ſuperlucētem abſconduntur occulte docentis ſilentij caliginem, in obſcuriſſimo quod eſt ſupermanifeſtiſſimum ſuperſplendentē, & in qua omne relucet, & inuiſibilium ſuperbonorum ſplendoribus ſuperimplentem inuiſibiles intellectus. ¶ Mihi quidem hæc opto. Tu autem o amice Timotheæ circa myſticas ſpeculationes corroborato itinere, & ſenſus deſere, & intellectuales operationes, & ſenſibilia, & inuiſibilia, & omne non ens, & ens: & ad unitatem ut poſſibile *iuſtius reſtituere ipſius, qui eſt ſuper omnem eſſentiam & ſcientiam Ea enim teipſo & omnibus immenſurabili & abſoluto purę mentis exceſſu, ad ſupereſſentialem diuinarum tenebrarum radium omnia deſerens, & ab omnibus abſolutus aſcendes. ¶ His autem uide, quomodo nemo indoctorū auſcultet. Indoctos autem dico, in his quæ ſunt conformatos, & nihil ſuperexiſtentia ſupereſſentialiter eſſe imaginantes. Sed his quidem ij quos uidere ea, quæ ſecundum ſeipſos eſt ſcientia, oportet tenebras latibulum eius. Si autem ſuper hos ſunt diuinæ in myſteria introductiones, quid quis dixerit de alijs ardētibus, quęcunq; omnibus ſuperpoſitam cauſam ex ipſis, in his quæ ſunt nouiſſimis, characterizant, et nihil eum ſuperare aiunt ab ipſis fictarum impietatum, et multiformium formationū. ¶ In ipſa †etiā oportet oēs exiſtentiū ponere et affirmare poſitiones, ueluti omnium cauſa, et omnes eas potentius negare, tanquam ſuper omnia ſuperexiſtente, et non æſtimare depulſiones oppoſitas eſſe intentionibus: ſed multo prius ipſam ſuper priuationes eſſe, quæ eſt ſuper omnem ablationem et poſitionē. ¶ Si igitur diuinus Bartholomæus ait, et multam theologiam eſſe et minimam, et euangelium latum, et magnum, et iterum correptum. Mihi quidē uidetur ſupernaturaliter intelligens: quia et multiloqua eſt optima omniū cauſa: et breuiloqua ſimul et ſine uerbo, quomodo neq; uerbum, neq; intelligētiam, habet, eo quod omnibus ipſa ſupereſſentialiter ſuperpoſita eſt, et ſolis incircunuelate, et uere manifeſta, polluta omnia, et munda tranſgredientibus, & omnem omnium ſanctarum ſummitatum aſcenſionem ſuperaſcendentibus, & omnia diuina lumina, & ſonos & uerba cœleſtia ſuperantibus, & in caliginem occidētibus, ubi uere eſt (ut eloquia aiunt) omnium ſummitas. ¶ Etenim non ſimpliciter diuinus ipſe Moſes primum mundari iubetur, & iterum ab his qui tales nō

S. authoris humilis ad pſtātiſſimam Trinitatē p auxilio pcatio.

B

Senſibilia oīa deſerēda myſtico theologo.

*inſcius.

Myſticas res nō cōcādas carnalibus ac indoctis

C

Pſal. 17. 2. Reg. 22.

Mod9 intelligēdi oīm cauſam

† eīm oportet omnium

B. Bartholomęus

Theologiā myſticā fore & magnā & paruā.

Aſcenſus ad deū p purgationē animi trāſitūq; ſpecierū intelligibilium



ſunt

Ca.I ſunt ſegregari,& poſt omnem purgationem audit multiuocas tubas,& uidet lu D
minaria multa aperte fulgurantia,& multum fuſos radios. Deinde multis ſegre
gatur,& cum electis ſacerdotibus in ſummitatem diuinarum aſcenſionum præ
currit,& eis ſic manentibus,fit deo. Contemplatur uero nō ipſum(inuiſibilis eſt
enim)ſed locum ubi ſtetit. Hoc autem arbitror ſignificare diuiniſſima & ſubli
†viſorum miſſima †uiſibilium & intelligibilium,hypoteticos quoſdam eſſe ſermones, ſub
De æter- iectorum omnia ſuperanti,per quæ ſuper omnem intelligentiam ipſius præſen
nis rōni- tia oſtenditur intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum eius locorum ſuper
bus qbus grediens,& quod ipſis abſoluitur uiſibilibus & uidētibus,& in caliginem igno
res co- rantiæ occidit,uere myſticam,per quam docet omnes gnoſticas receptiones, &
goſcūtur in qua omne relucet,& inuiſibili innaſcitur omni quod eſt in omnium ſummita
te;& a nullo,neq; a ſeipſo,neq; ab altero. Omnino autem ignoto omni ſcientia
in otio ſecundum id quod melius eſt intellectus,& nihil cognoſcendū ſuper ani
mum ſic cognoſcentium.

## ¶ ELVCIDATIO HVIVS PRIMI CAPITVLI, QVAE SIT DIVINA caligo. Art. I. E

Quoniam myſtica theologia eſt vnitiua ſapiētia,flāmigera,theoria, donūq;
ſapientię ſecundum gradum ſuum ſupremum in hac vita,eſt vere ſuperna
turalis perfectio hominis,ac diuina poſſeſſio eius,arduiſſimum donum,ad
q̄d nemo proprijs ac naturalibus poteſt pertingere viribus, ſed præcipuo
adiutorio gratiæ dei,quod feruenti oratione acquiritur:recte autor ab ora
S. autoris tione hunc incipit librum,dicendo:[Trinitas ſupereſſentialis & ſuper de
oratio ad B. us & ſuperoptime Chriſtianorum inſpector theoſophiæ] id eſt, ó tu deus
Trinitatem & auxilio. vnus ac trinus,qui es ſuper omnem creatam eſſentiam,& infinite perfectionis eſſentiæ, quam
capere aut eloqui valeamus & ſuper deus,id eſt,incomprehenſibiliter excellentius deus ac dei
tas,quam intelligere quiſpiam queat,inſpector,id eſt,approbator & cognitor, dator & confir
mator ſapientiæ Chriſtianorum,quorum ſapiētia doctrina eſt euangelica, notitia credendoꝝ,
ſapientia ſalutaris,quæ donum ſpiritusſancti eſt & myſtica theologia,ſecundum tertium & e
Iſaiæ.11. minentiorem gradum ſuum[dirige nos in myſticorum eloquiorum ſuperincognitum & ſu
perlucentem & ſublimiſſimum verticem]id eſt,ad profundiſſimum intellectum ſuperincogni F
tum,id eſt,valde ignotum,quoad plenam intelligētiam,attamē in ſeipſo valde radioſum ac lu
cidum. Vertex quoq; eloquiorum iſtorum,id eſt,ſecretorum ſermonum ſcripturæ, myſterio
rumq; Chriſti,& eorum quæ de occultis dei iudicijs in ſcripturis dicuntur,eſt ipſemet ſuperſa
pientiſſimus deus,atq; clariſſima hoꝝ notitia,quæ habetur perfecte in cœlis,& partim in viſio
ne myſticæ theologiæ[vbi noua & abſoluta & inconuerſibilia theologiæ myſteria ſecundū ſu
perlucētē abſcōduntur occulte docētis ſilentij caliginē].i.in quo vertice myſteria theologiæ,id
eſt,ſacra ſecreta ſcripturæ noua quantū ad tēpus euangelicæ legis,quod eſt tēpus gratiæ. Vnde
Roma.13. dixit Apoſtolus:Nox præceſſit,dies autē appropinquauit. Et abſoluta.i.libera ab onere legali
Iohan.8. um obſeruantiarum veteris teſtamēti,iuxta illud:Si filius vos liberauerit,vere liberi eritis. Iſta
ſunt verbi incarnati myſteria,ab omni labe peccati liberrima,& incōuerſibilia. i.immutabilia,
quo ad p̄ordinationē infinitæ ſapiētiæ dei,prout ad Ephe. ac alibi frequēter tangit Apoſtolus.
Ephe.3. Abſcōduntur.i.æternaliter p̄noſcūtur & cōtinētur in imperſcrutabilibꝰ theſauris ſapiētiæ atq;
Roma.11. ſciētię dei,ſecundū ſup̄lucētē caliginē.i.iuxta tenorem ſuperſplendidiſſimæ ac infinitæ & imp
ſcrutabilis notitiæ,ſilētij;id eſt,quietiſſimæ præcognitionis & contēplationis mētis diuinæ do
Iob.4. cētis occulte.i.inſtruētis corda fideliū ſine ſono ſtrepituq; forinſeco,iuxta illud in Iob:Ad me
Iere.31. dictum eſt verbum abſconditum,& quaſi furtiue ſuſcepit auris mea venas ſuſurrij eius. Apud
Matt.11. Luca.10. Ieremiam quoque dominus eſt locutus:Clama ad me,& annūciabo tibi grandia & firma quæ
neſcis. Hinc in Mattheo fatetur ſaluator: Confiteor tibi pater,domine cœli & terræ,quia
abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. De cuius occulte docen
tis ſi



tis ſilentij informatione ait ſcriptura:Vnctio eius docet vos de omnibus. Et rurſus: Audiam 1. Iohan.2
A quid loquatur in me dominus deus. Itemq;.Beatus homo quem tu erudieris domine. Silen Pſalmo 84 Pſalmo 93
tij inquam docentis[in obſcuriſſimo quod eſt ſupermanifeſtiſſimū ſuperſplendētem] hoc eſt,
docentis,ſuperſplendentem,id eſt,radiantiſſimam lucem increatam, in obſcuriſſimo in ipſo
incomprehenſibili & ignotiſſimo vertice iam præfato,in quo inſtruitur mens de deo, prout
infra tangetur,quod obſcuriſſimum eſt & ignotiſſimum nobis,quantum ad quid eſt:ſuperma
nifeſtiſſimum, id eſt, clariſſimum & cognoſcibiliſſimū ex ſua natura, entitate & actualitate, Philoſop.
iuxta quem modum dixit etiam Philoſophus,quod intellectus noſter ſe habet ad ſpeculatio
nem manifeſtiſſimorum naturę,quemadmodum viſus noctuæ ad inſpectionem radij ſolis.
[& in qua omne relucet.]id eſt,in qua caligine, id eſt, ſuperſplendiſſima deitatis luce, cuncta
idealiter virtualiterq; reſplendent,tanquam in ſuperſapientiſſimo fonte & ſuperpulcherrimo
ſpeculo,iuxta illud Iohannis: Omnia per ipſum facta ſunt;quod factum eſt in ipſo, vita erat. Iohan. 1.
Apoſtolus quoq;:Ex ipſo,inquit,& per ipſum,& in ipſo ſunt omnia. [& inuiſibilium ſuper Roman.11.
bonorum ſplendoribus ſuperimplentem inuiſibiles intellectus.] hoc eſt, ſuperſplendentem
caliginem ſuperimplentem,id eſt,deſuper ac copioſe implentem intellectus inuiſibiles, id eſt,
mentes angelicas, ſplendoribus,id eſt fulgentiſſimis contemplationibus,ſuperbonorum inui
ſibilium,id eſt, incomprehenſibilium attributorum & æternalium perfectionum altiſſimi, de Roman.1.
quibus ad Roman. habetur: Inuiſibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta
conſpiciuntur,ſempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Et ad Hebræos:Fide intelligimus Hebreo.11.
eſſe aptata ſecula,vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. De huiuſcemodi ſplendoribus fertur in
pſalmo:Tecum principium in die virtutis tuæ,in ſplendoribus ſanctorum. Iſaias etiam ait: pſalm.109
Requiem tibi dabit dominus, & replebit ſplendoribus animam tuam. [Mihi quidem hæc Iſaiæ.58
opto.]id eſt,perfectionem iſtam mihi deſuper dari deſidero. [Tu autem o amice Timothee,
circa myſticas ſpeculationes corroborato itinere.]id eſt,proceſſu conſiderationis tuæ confor Senſibilia, intelligibi
tato per fidei lumen,virtutum mundiciam,& per ſapientię donum,circa adipiſcēdas contem liaq; deſe
plationes myſticæ ſapientiæ. [& ſenſus deſere & intellectuales operationes, & ſenſibilia,& rēda myſti
inuiſibilia,& omne non ens & ens.]id eſt,cuncta creata tranſcendas,hoc eſt,vires ſenſitiuas & cæ ſtiibun
intellectiuas,operationes quoq; earum atq; obiecta,ita vt illis non ſis intentus, nec detinearis do theolo
in ipſis:ſed tam amoroſe & clare ac valide infigaris & intentus ſis increato obiecto, vt aliorū gię
nihil actualiter apprehendas & penſes,ſed totus ac totaliter in deum demerſus ſis,ſecundum 2. Corin.3.
illud Apoſtoli:Nos reuelata facie gloriam domini ſpeculantes, in eandem imaginem tranſ
formamur à claritate in claritatem,tanquam à domini ſpiritu. Et denuo:Mente excedimus 2. Cor.5.
deo.[& ad vnitatem,vt poſſibile]eſt[* iuſtius reſtituere ipſius,qui eſt ſuper omnem eſſentiam * inſciās
& ſcientiam.]id eſt, ad vnionem feruentem ac claram eius ac cum eo ,videlicet dei & cum
deo,qui omnem eſſentiam ſcientiamque creatam tranſcendit,reſtituere,id eſt,reducaris, & cō
C uertaris à deo,& pro poſſe reduc & præpara temetipſum. Iuxta illud: Conuertere anima mea pſalm.114
in requiem tuam. Et:Conuertere ad dominum deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate Oſee.14.
tua. Iuſtius,id eſt,integrius ac purius. [Ea enim teipſo & omnibus immenſurabili & abſoluto
puræ mentis exceſſu] id eſt,ſupergreſſione mentis depuratæ,libera ac ſimplici à teipſo & cun
ctis creatis,hoc eſt,eleuando te ſuper te,& vniuerſa quæ facta ſunt,ea,id eſt,per vnionem præ
tactam.[ad ſupereſſentialem diuinarum tenebrarum radium omnia deſerens,& ab omnibus Threno.3.
abſolutus aſcendes,]id eſt,contemplando te eriges ad radium ſupereſſentialem, id eſt, ad lu
men increatum ac ſplendifluum eius intuitum, tenebrarum diuinarum, id eſt, incompre
henſibilium claritatum & illuſtrationum ipſius actiuarum,derelinquendo & ſupergrediendo
hæc omnia,& abſolutus,id eſt,ab omni inſpectione, affectione & occupatione ad ea. Nem
pe cum dicat Philoſophus: Contingit plura ſcire,ſed vnum intelligere:non poteſt mens
actualiter lympide ac perfecte vni ſimpliciſſimo deo eſſe intenta, niſi prætacto modo abſtra
cta ab alijs. Nam & vis vnita fortior eſt quàm diſperſa,& ad vnionem perfectam cum deo re
quiritur ſimplificatio maxima. [¶ His autem vide quomodo nemo indoctorum auſcul
tet.] id eſt, attende in his, & caue ne quis inſipientium atque carnalium hominum videat
aut audiat iſta. [Indoctos autem dico in his quæ ſunt conformatos.] id eſt, illos certe vo Indoctus dicitur qs
co indoctos ac dono ſapientiæ deſtitutos, & omni ſalutari ſapientia carentes, con ſit.
formatos, id eſt, qui per affectum aſſimilati ſunt his, quæ ſunt,id eſt, rebus ſenſibili
bus & mundanis, quas ipſi præcipue appreciantur, & quibus intenti ſunt. [& nihil

 ſuper

Ca.XI ſuper exiſtentia ſupereſſentialiter eſſe imaginantes,] .i. non reputantes eſſe aliqua ſupereſſen= D
tialiter ſpiritalia ac diuina ſuper exiſtentia iſta inferiora. [Sed his quidem hi, quos videre, ea
pſalmo. 17 quæ ſecundum ſeipſos eſt ſcientia, oportet tenebras latibulum eius.] Hoc aliæ tranſlationes
euidentius exprimunt. Vna ſic: Putant ſcientia ſua aſſequi eum, qui poſuit tenebras latibulū
ſuum, id eſt, per ſcientiam propriam præſumunt ſe ſatis cognoſcere deum, qui poſuit tene=
bras, id eſt, incompræhenſibilitatem ſuæ ſup præclariſſimæ lucis, latibulum ſuum .i. ſuiipſius
Iſaiæ 45 ſpiritalem abſcōſionem, ſeu occultationem, iuxta illud Iſaię: Vere tu es deus abſconditus, deus
pſalmo 17. Iſrael. Deniq; verbum hoc ſumptum eſt ex pſalmo, in quo legitur: Qui poſuit tenebras latibu=
lum ſuum. Porro alia tranſlatio continet: Putantes ſcire ea, quæ ſecundum ſeipſos eſt, cogni=
tione eum, qui poſuit tenebras latibulum ſum, & eſt idem ſenſus. [Si autem ſuper hos diuinæ
ſunt in myſteria introductiones] id eſt, cum introductiones, notiones, ſeu doctrinæ diuinæ, du
centes nos ad ſacra & arcana noſcenda, vtputa ad deum & diuina ſint altiores quàm imagina
tiones hominum præfatorum carnaliū. [quid quis dixerit de aliis ardentibus?] id eſt, mente
furentibs & inſanientibus. [quicunq; omnibus ſuperpoſitam cauſam] id eſt, deum excellentiſ=
ſimum vniuerſorum cauſale principium [ex ipſis in his quæ ſunt nouiſſimis characterizant.]
id eſt, figurant ex ipſis nouiſſimis, id eſt, infimis & viliſſimis rebus, quæ ſunt in his ſenſibilibus
rebus ac entibus. [& nihil ſeparare eum aiunt ab ipſas fictarum impietatum & multiformium
formationum.] id eſt, dicunt cauſam illam altiſſimam excedere nihil, id eſt, per nullam realita
tem, ſeu nil penitus impietatum, id eſt, vanitatum & falſarum deitatum, quas miſerrimi illi fin
xerunt, & formationum multiformium, id eſt, figurationum variarum formationum, de qui E
Roman. 1 bus ad Romanos ſcripſit Apoſtolus: Qui mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in ſimi=
Iſaiæ. 65 litudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & ſerpentium & quadrupedum, &c.
Iere. 19. 32. De qua impiiſſima idololatria in Iſaia, Ieremia, atq; Ezechiele multa leguntur. ¶Conſequē=
Eze. 16. 20 ter ponit modum cognoſcendi deum ex ſuis effectibus per viā poſitionis, hoc eſt, affirmatiue.
Modus in [In ipſa enim oportet omnium exiſtentium ponere & affirmare poſitiones.] id eſt, perfectio=
telligendi nes omnium creaturarum neceſſe eſt deo aſſcribere [veluti omnium cauſa,] tanquam fontali
oīm cauſas oīm principio [& omnes potentius eas negare, tanquam ſuper omnia ſuperexiſtente]. i. eaſdē
perfectiones oportet principalius auferre & negare de deo, tanquam de ente oīa incompara
biliter tranſcendente. In hoc inſinuatur alius modus cognoſcendi deum ex creaturis, per
omnium ablationem ab eo. [& non æſtimare depulſiones] id eſt negationes ſeu ablatiōes [op
poſitas eſſe intentionibus]. i. affirmationibus in diuinis. Iccirco cum dicimus: Deus eſt bonus
& deus non eſt bonus, non eſt contradictio: quia extrema iſtarum propoſitionum difformiter
capiuntur, non tamen æquiuoce. [ſed multo prius ipſam ſuper priuationes eſſe] id eſt, cauſam
primam oēm priuatiōem & negationem præcedere [quæ eſt ſuper oēm ablationem & poſitio
Theologia nem] quoniam eſſe increatum & independens, eſt ante omne aliud eſſe & non eſſe æternitate, F
myſt. ſimul cauſalitate, infinitaq; dignitate. [¶Sic ergo diuinus Bartholomęus ait & multam theologiā
& fore ma eſſe & minimam] id eſt, S. Bartholomęus apoſtolus aſſeruit ſcripturam ſeu locutiōem de deo
gnā & ſmi tractantem, eſſe multam. i. copioſam in verbis: quoniam omnia affirmantur de ea ſecundum
nimam expoſitiones præhabitas, & etiam ab eadem negantur, quod fit per plurima verba: & minimā
quoniam nihil conuenit deo per modum, quo nos intelligere poſſumus. [& euangelium latū
& magnum] id eſt, ſimili ſenſu perhibuit, ꝙ ſermo euangelicus ſit extenſus & grandis [& iterū
correptum] id eſt, breue, q̊d conſequenter exponitur. [Mihi quidem videtur ſupernaturaliter
intelligens] id eſt, mihi apparet ꝙ beatiſſimus Bartholomęus iſtud ſupernaturaliter intellexit
iuxta reuelationem diuinam, non ſecundum rationem humanam ac naturalem, quæ nō attin
git ad hāc veritatem, ſaltem tam perfecte & clare, vt ſupernaturalis illuminatio fideiq; doctri
na. [quia & multiloqua eſt omnium optima cauſa] id eſt, per multa verba & nomina deſigna
tur. [& breuiloqua ſimul.] id eſt, pauciſſimorum nominum, quæ eam proprie & complete no
tificent. [& ſine verbo, quomodo neq; verbum, neq; intelligentiam habet.] id eſt, nec verbo
Diuinitas plene & proprie nominatur, neq; intellectu comprehenditur ſicuti eſt, & quid eſt in ſeipſa [eo
quibus ſe quod omnibus ipſa ſupereſſentialiter ſuperpoſita eſt.] id eſt, incomparabiliter & incomprehē
ipſam oſtēdat ſibiliter eminet vniuerſis. [& ſolis incircumuelate & vere manifeſta polluta omnia & munda
tranſgredientibus] id eſt, innoteſcit duntaxat vere & clare eis, qui per intellectum ſe eleuant
vltra cuncta ſenſibilia, & terrena, vana, vitioſa, erronea. [& omnem omnium ſancta=
rum ſummitatum aſcenſionem ſuperaſcendentibus.] id eſt, qui non ſolum hęc inferiora, va=
na, fœda tranſcendunt, imo etiam mente tranſuolant oēm ſpeculationē & apicē nobiliſſimarū
creatura



A creaturarum, ſupermundanorum videlicet animoꝝ [& oīa diuina lumina] id eſt, chariſmata
gratię & glorię, virtutes, dona, fructus, beatitudines & conſimilia, ſplēdida dei dona [& ſonos
& vba cœleſtia] intus ſeu foris formata [ſuperantibus]. i. ſupergredientibus [& in caliginē oc
cidentibus]. i. in ſupſplendidiſſimā ac incomprehenſibilē nobis ignotā claritatem intrantib⁹,
& quaſi abſorptis foriſq; perditis & ſibimet mortuis. [vbi vere eſt, vt aiunt eloquia, oīm ſum=
mitas]. i. in qua caligine veraciter eſt, manet ac habitat deus incomparabiliter ſummus, q nul
libi verius eſt, q̄ in ſeipſo, & inacceſſibilem lucem inhabitat, eſtq; in regione lucis immenſa. 1. Timo. 6
Conſequenter gradum & modum ſeu formā huius contemplatiui aſcenſus declarat per ſimi
le corporale, vtpote per proceſſum quo Moſes aſcendit ad deum in vertice montis Sinai, pro= Exod. 19.
ut in Exodo recitatur. [¶Etenim non ſimpliciter]. i. non ſine ſpiritali ſignificatione ac certo Aſcēſus ad
myſterio. [Diuinus ipſe Moſes primum mundari iubetur.] Iuſſit etenim dn̄s populo Iſrael, vt deū p pur
veſtimenta ſua lauarent, neq; vxoribus ſuis approximarent, ſicq; ſanctificarent ſe & prępara= gationem animi
rent in occurſum dn̄i, deſcendentis de cœlo in Sinai montem, & Moſes iuſſus eſt ſeipſum pri= Ibidem
mo mundare & ſanctificare. [& iteꝝ ab his qui tales non ſunt, ſegregari.] .i. à non ſanctifica=
tis ſe elongare. [& poſt omnem purgationem] ſuiipſius ac plebis [audit multiuocas tubas] id
eſt, buccinas diuerſorum ſonorum [& videt luminaria multa aperte fulgurantia, & multum
fuſos radios] id eſt, claritates copioſe diffuſas. Hinc in Exodo legitur: Iam aduenerat dies ter=
tius, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem,
clangorq; buccinæ vehementius perſtrepebat. De quibus ad Hebrę. ſcribit Apoſtolus. [Dein= Hebræ. 12
B de multis ſegregatur]. i. à communi populo Moſes deo iubente ſeceſſit. [& cum electis ſacer=
dotibus in ſummitatem diuinarum aſcenſionum præcurrit] id eſt, cum Aaron & filiis eius ſa
cerdotibus aliiſq; nonnullis, præceſſit ad quædam altiora loca montis Sinai, in cuius ſuperio=
ribus fuit acceſſus ad aſcenſiones, eleuationes & reuelationes diuinas. [& eis ſic manentibus,]
in loco medio montis. [fit deo] id eſt, Moſes ſpecialiter coniungitur deo, accedendo ad ipſum
in ſupremo vertice montis illius, vt ſcriptum eſt in Exodo. [Contemplatur vero nō ipſum,] Exod. 24.
id eſt, Moſes protunc non vidit deum in propria eſſentia aut perſona, ſed in creatura ſubiecta.
[Inuiſibilis eſt enim] id eſt, deus ſic ab homine viatore nequit videri de lege communi, ipſo=
que homine viuente vita ſenſitiua humana. Vnde in Exodo legitur: Cum Moſes dominum
exoraſſet, Si inueni gratiam in conſpęctu tuo, oſtende mihi faciem tuam. Dominus maieſtatis
reſpondit: Faciem meam videre non poteris, non enim videbit me homo & viuet. [ſed locū Exod. 33.
vbi ſtetit] id eſt, non ipſe dominus in propria perſona, ſed angelus in perſona dei apparens &
loquens, quem Moſes videndo & alloquendo dominum, vidiſſe facie ad faciem, familiariter Numer. 12.
allocutus frequenter narratur. Pręterea in Exodo dn̄s ait ad Moſen: Eſt locus apud me, & ſta= Exod. 33.
bis in foramine petrę [Hoc aūt arbitror ſignificare diuiniſſima & ſublimiſſima * viſorum & in * viſibiliū.
telligibilium hypotheticos quoſdam eſſe ſermones ſubiectoꝝ omnia ſuperanti]. i. ꝙ Moſes De æternis
vidit non ipſum deum, ſed locum in quo ſtetit, reor figurare, ꝙ diuiniſſima atq; altiſſima crea= rōnibus, q
ta, inſpecta & intellectualiter cognita, ſunt æquiualenter quaſi ſermones & verba. i. ſigna & bus res cō
C repręſentatiua hypothetica. id eſt ſuppoſitiua & ſignificatiua ſubiectorum. i. rerum quæ ſubie gnoſcūtur in deo
ctæ ſunt & inferiores ſuperanti omnia, id eſt deo altiſſimo, qui vniuerſa excedit. [per quæ ſu=
per omnem intelligentiam ipſius præſentia oſtenditur] id eſt, per quæ creata monſtratur præ=
ſentia dei, ſeu deus vbiq; præſens, ſicut cauſa oſtenditur per effectum, quæ pręſentia, ſeu q præ
ſens excedit omnem intellectum mentis creatę. [intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimoꝝ
eius locorū ſupergrediens] id eſt, ſupereminens omni ſpiritali altitudidini ac ſupremitati mē=
tium angelicarum, quę ſunt veluti ſedes & loca & receptacula omnipotentis, reſidentis ac ſtan
tis in eis, iuxta illud: Deus ſtetit in ſynagoga deorum. Propter quod ipſius impreſſiones pſalmo 81
& efficientiæ, tanquam quædam veſtigia in illis apparent ac lucent, ipſumq; repræſentant.
[& quod ipſis abſoluitur viſibilibus & videntibus] id eſt, quod Moſes tandem ſegregatur, &
abit à ſacerdotibus ac cæteris quos viderat, & à quibus videbatur. Spiritaliter vero abtrahitur
à cunctis ſenſibilibus & intelligibilibus, & actibus quibus circa illa verſabatur. [& in caliginē
ignorantiæ occidit.] id eſt, intrat & abſorbetur, ſicut expoſitum eſt. [vere myſticam,] id eſt, ſe=
cretam, imo abditiſſimam, quia caligo illa inuiſibilis eſt & ignota. [per quam docet oīes gno
ſticas receptiones]. i. per illam caliginem & in ea deus inſtruit mentem cunctas rōnes ſapiētia=
les & ſpirttales ſignificationes atq; inflexiones [& in qua oīno relucet]. i. in illa caligine ſeu in
incomprehenſibili ac ſuperſplendidiſſima luce æterna, omne ens creatū idealiter cauſaliterq;
relucet [& inuiſibili innaſcitur] id eſt, incomprehenſibili deo immergitur, cū q̊ per charitatē
& myſticam

Ca. I.

& myſticam viſionem vnum efficitur[oĩ q̃d eſt in oĩm ſummitate.].i. in ente illo perfecto,q̃d D eſt in oĩm vertice ſupremo aliqualiter cernitur,tanq̃ cauſa oĩbus ſuperexaltata & oĩm conſeruatiua[& à nullo, neq; à ſeipſo,neq; ab altero].i.ſummũ illud incomprehenſibile à nullo clare conſpicitur,neq; ab ipſo caliginem introeunte,neq; ab alio [Omnino aũt ignoto oĩ ſcia].i. ente illo incomprehenſibili permanente prorſus ignoto,quo ad quidt omni ſcia .i. ita ꝙ nulla ſcientia comprehenditur.[in ocio ſecundum id quod melius eſt intellectus.]id eſt,in vacatione,ceſſatione,ſeu ocio,ab omni actione & operatione circa creata obiecta verſante, cognoſcitur,ſupple id increatum , ſecundum id q̃d eſt melius in intellectu.i.per apicem intellectiuę potentiæ,prout potentia illa eleuata eſt ſuper tempus & omne corporeum,hñs reſpectum & ordinem ad increatum illud lumen æternum,cuius ipſa eſt quoddam ſignaculum & imago,hñs ſibi impreſſum & inſignitum lumen vultus diuini,& habitum rectitudinemq; ſynderefis,malo iugiter remurmurantis.]& nihil cognoſcendum ſuper aĩm ſic cognoſcentium.].i.ab hoĩe nĩl altius aut clarius põt cognoſci de deo, quoniam de eo cognoſcitur ab intellectu deũ ſic cognoſcente . Altiſſima nanq; contemplatio quę habetur à mente humana in hac vita, eſt hæc viſio ſeu contemplatio myſticæ theologiæ,vt patuit, pleniuſq; patebit.

¶ Capitis huius primi tranſlatio alia clarior.

Orõ Dionyſij ad Trinitatem.

TRInitas eſſentia,deitate,bonitate,ſuperior diuinæ Chriſtianoꝝ ſapientiæ dux, dirige nos in ipſum ſuperignotum & pręfulgens excelſumq; myſticoꝝ eloquiorum culmen. Vbi ſimplicia & abſoluta immutabiliaq; theologiæ myſteria latent adoperta, præfulgente quadam ſilentij(clam ſacra docentis)caligine : quæ quidem vbi maxie E videtur obſcura, ibi ſupra modum lucem profert exuberantem. Illic ſane quod tangi videriq; nullo modo poteſt,ſplendoribus plusq̃ pulchris ad exuberãtiam implet omnes, quaſi captos oculis intellectus. ¶ Hæc equidem orauerim,tu vero amice Timothee intentiſſimo circa myſtica ſpectacula ſtudio linque ſenſus intellectualeſq; actiones,& ſenſibilia & intelligibilia oĩa, & quæ ſunt & quæ non ſunt,atq; vt ipſi iungaris , q̃d omni eſſentia & cognitione ſuperius eſt, teipſum intende pro viribus quaſi cognitione vacantem. Sola enim extenſione quadam tum à teipſo,tum ab omnibus expedita,ad ipſum diuinę caliginis radium eſſentia ſublimiorem,ſublatis omnibus,& abſolutus ex omnibus euolabis. ¶ Hæc autem caue, ne quis prophanus audiat. Eos autem ſic appello,qui occupati duntaxat in his quæ ſunt, atq; entia nominantur: nihil excelſius entibus,vt ita dixerim,ſupereſſentialiter eſſe putant, ſed arbitrantur cognitiõe ſibi propria illum apprehendere,qui tenebras poſuit latibulum ſuum. Iam vero ſi nos diuina myſteria ſupereminent, quidnam de illis quiſpiam dixerit,qui longe prophaniores ſupremã illam omnium cauſam ex infimis quoq; rebus effingunt, nihilq; hãc antecellere putant impia ſymulachra,vel imaginamenta varijs formis à ſe conficta? ¶ Debemus ſane omnes rerum poſitiones affirmare de deo,tanq̃ de omnium cauſa,viciſſimq; potiori quadam ratione eaſdẽ F omnes de deo negare,tanq̃ cunctis excelſiore. Neq; vero putandum eſt negationes huiuſmodi affirmationibus repugnare,ſed ipſam vniuerſi cauſam,quæ omni non ſolum ablatione,ſed etiam poſitione altior eſt,longe prius priuationes omnes exuperare. ¶ Hac igitur ratione diuinus Bartholomeus ait theologiam eſſe plurimam atq; pauciſſimam , ipſumq; euangeliũ eſſe tum latum magnumq;,tum conciſum. Mihi quidem mirifice intellexiſſe videtur eum, q̃ circa bonã oĩm cauſam verſatur, rite poſſe tũ multis verbis vti, tũ etiã paucis,tũ deniq; nullis quippe cum penes eam & verbũ , & intelligentia,ſed etiam pura eſſet, propterea ꝙ quadã ſuper eſſentiam ratione omnia ſupereminet, ſoliſq; illis ſublato velamine reueraq; fulget,quicunq; omnia non ſolum impura tranſilierunt,omnemq; omnium ſanctorum culminũ aſcenſum iam tranſcenderunt,& cuncta diuina lumina & ſonos ſermoneſq; cœleſtes deſeruerunt, atq; eam protinus caliginem ſubiere, vbi ille reuera eſt, vt ſacra tradunt eloquia,qui omnibus eſt excelſior. ¶ Iure igitur diuinus Moſes diuinitus admonetur, primo quidem vt mundet ipſe,rurſumq; vt ſe ſeparet ab immundis,atq; poſt omnem expiationem buccinarum varios clangores audit,cernitq; lumina multa,puroſq; multiplices radios diffundentia. Poſt hæc à turbis vulgaribus ſegregatur, atq; cum electis ſacerdotibus ad diuinarum aſcenſionũ faſtigia ſeſe confert,ibiq; non cum ipſo quidem deo commertium habet,nec ipſum cernit(Non enim eſt viſibilis) ſed locum potius vbi ſtetit. Hoc autem,vt reor,ſignificat diuiniſſima & ſuprema quæq; viſibilium atq; intelligibilium eſſe rationes quaſdam ſuppoſitorias,ſignificaſq; eorum quæ ſubiecta ſunt omnia tranſcendenti deo, per quæ dei præſentia omnem intelligentiam ſuperans ſuper intelligibiles ſanctiſſimorum ipſius locorum ſummitates incedens. Tunc igitur

Senſibilia oĩa myſticę theologiæ ſitibundo deſerenda.

Myſticas res carnalibus nõ cõiſandas.

Modus intelligendi omniũ cauſam.

S. Bartholeus apoſto. Theologiã myſticã, & multã eẽ & minimam.

Aſcẽſus ad deũ per aĩ purgatione tranſitũ que ſpecierum intelligibilium.



A igitur quoq; ipſa viſibilia & videntia intelligibilia ve dimittens, ipſam ingreditur ignorationis myſticam reuera caliginem. Vbi omnes cognitorias perceptiones excutit, atq; in eo qui tactum penitus,viſumq; refugit,iam conſiſtit totuſq; euadit ipſius , qui omnia ſupereminet. Tunc ſane nec ſui iuris eſt,nec eſt alterius,ſed ipſi qui penitus eſt incognitus, cognitionis oĩs vacatione per aliquid cognitione præſtanius eſt vnitus. Ex eo enim ꝙ cognoſcit nihil,intelligentiam tranſcendendo cognoſcit.

## PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS I.

TRInitas ſuperſubſtantialis, ſuperdea & ſuperbona inſpectrix,& approbationem diuinæ ſapientię Chriſtianorum, quæ eſt optima portio Mariæ, Lucæ 10. cui ancillatur ſapiẽtia Gentilium philoſophorum. Dirige nos ad contemplationem æterni verbi,quod eſt ſummus vertex fontalis ſacrarum ſcripturarum,ſuperignotus & ſuperſplendẽs in quo verbo profunda myſteria ſcripturarum ęternaliter & incomprehenſibiliter ſunt clauſa & abſcondita,& in arce ſimpliciſſima coarctata , & à verborum ſiue ſymbolorum inuolucris abſoluta,& omnino inuariabilia. Sunt autem cooperta per caliginem,id eſt, inacceſſibilem lucem verbi,quod pater inaudibiliter loquitur,ſuperſplendentem & facientem deũ ſuperclariſſimũ & ſuperſplendere in ſumma inuiſibilitate & incomprehenſibilitate, & deſurB ſum ſuperinfluentem mentibus ſuper intellectualiter vnitis ſuperpulchras claritates,vbi neq; ratio inueſtigando palpat, neq; intelligentia contemplando conſiderat. Hæc igitur oratione poſtulo,pro mea & lectorum illuminatione. Tu autem amice Timothee,ad hoc ꝙ capax fias myſticarum contemplationum,quas in hoc libro docere intendo,ſic cooperare radio diuino: Derelinque ſenſus & ſenſibilia exercitia,& etiam intellectuales operationes, & omnia ſenſibilia & intelligibilia,& oĩa exiſtentia & nõ exiſtentia, forti conatu mentis hęc cõprimente. Et ſicut eſt tibi poſſibile cõſurge ignote & ſupintellectualiter ſupſubſtantialr ad vnitionẽ dei,q̃ eſt ſuper omnem ſubſtantiam & cognitionem. Cum enim teipſum & omnia per mentis exceſſum nullo inferiori retinaculo pręceditus,tranſcenderis ab omni concupiſcentia & cura abſolutus & purgatus,tunc tandem ſic cuncta auferens,& ab omnibus expeditus ſurſum ageris,ad ſuperſubſtantialem radium diuinæ incomprehenſibilitatis. Caue autem ne quis indoctorum iſta audiat. Indoctos autem dico eos,qui ſecundum philoſophiam mundanam cognitionem exiſtentium ad obtinendam dei cognitionem & veram ſapientiam firmiter innituntur , exiſtimantes nihil eſſe ſubſtantialiter ſuperexiſtentia omnia & ſuper ipſum ens. Vnde putant ſe per inueſtigationem exiſtentium creaturarum ſibi connaturalem comprehẽdere deum,qui ponit Pſalmo. 17. tenebras latibulum ſuum, id eſt, ſuperſubſtantialem incomprehẽſibilitatem ſuam omni co- Iob. 28. gnitioni ſubtrahit . Et volucres quoque cœli latet . Si autem doctrinæ diuinarum profunditatum tantorum philoſophorum ſcientiam incomprehenſibiliter excedunt, quanto maC gis ſcientiam aliorum minus intelligentium,qui per idololatrię errorem figurant deum,qui eſt ſuperpoſita omnium cauſa ex extremis materijs,ſcilicet lapidibus & metallis, quæ inferiora ſunt animatis & animalibus per naturam,neq; putant deum aliquid in ſe habere ſublimius figuris & formis,quas ipſi impie compoſuerunt. Qui autem de deo recta ſentiunt, omnem Ezechiel. formam & figuram & exiſtentiam & omnino omnem creaturam deo attribuunt,tanq̃ omniũ cauſæ,& eadem omnia ab ipſo magis proprie remouent,tanq̃ ſuper omnia ſuperexiſtenti. Neque illæ negationes ſunt illis affirmationibus contrariæ. Cauſa enim omnium incomparabiliter excedit omnem negationem & affirmationem. Vnde ipſa ſecundum ſe nulla affirmatione ponitur,nulla negatione aufertur. Quoniam ergo recte omnia deo attribuuntur ſecundũ vnum modum,& ſecundum alium modum eadem omnia recte ab eo remouentur. Ideo dicit B. Bartholomeus apſ̃s theologiam & prolixam eſſe & coarctatam, & euangelium latum eſſe & magnum,& iterũ arctum eſſe & paruum: in quibus verbis vt mihi videtur idem Apſ̃s ſupernaturaliter intendit, quod cauſa bona omnium & multis ſermonibus deſignatur & tractat, & iterum pauciſſimis,inq̃tũ neq; rõne capitur neq; intellectu,eò ꝙ ipſa ſuperſubſtantialiter ſit omnibus ſuperpoſita,& illis ſolis reuelate & vere apparet,qui per mentis exceſſum, non ſolũ tranſcendunt ſenſibilia & imaginabilia , ſed pure quoque intelligibilia , & ſuperant omnem aſcenſum ſummorum ſpectaculorum intelligibilium, & omnia diuina lumina & derelinquunt etiam inſpiratione reuelatorias intellectuales ambiguas vel certas , & intrant in caliginem

Ca. II

caliginem,id eſt,vniuntur incomprehenſibilitati diuinæ,in qua vere & proprie eſt deus,vt dicit ſcriptura,quia eſt ſuper omnia. Quod innuitur in eo,ꝙ Moſes non ſolum iubetur in ſeipſo mundari ad hoc,vt præ cæteris deum contempletur, ſed etiam ab immundis ſeparari, & poſt omnem mundationem audit ſonitum buccinę & tonitrua,& videt fulgura micantia & emittẽtia multos & multum effuſos radios. Tandem ſegregatus à multitudine populari cū Aaron & Nadab & Abiud & lxx. ſenioribus Iſrael,aſcendit ad videndum deum,q̃uis per hæc Moſes nondum ſit cum deo, ſed videt nō ipſam dei ſubſtantiam,quę inuiſibilis eſt,ſed locū vbi deus eſt. Cuius loci nomine arbitror deſignari ſummas & æternas archetypias ſiue rationes,ſiue exemplaria omnium creaturarum,quæ ſunt in verbo æterno,quorum intellectuali ſpeculatione deum cognoſcimus. Vnde dicuntur eius loca diuiniſſima, quibus nihil diuinius oculis intellectualibus intuemur. Iſtæ autem ſunt rationes omnium ſubiectorum deo, qui cuncta excedit,& per has cognitiue præſens fit nobis deus, nobis ſe ſuperinfundens, & manifeſtans principaliores & ſuperiores earundem rationum,quæ tamen nobis ſunt ſpeculatiue intelligibiles. Sed adhuc reſtat principalior eius cognitio,quæ figuratur in eo,ꝙ Moſes poſt prędicta ſeparatur ab his,qui dei locum ſecum viderant,& ſubtrahitur ipſis viſis,& intrat ad caliginem ignorantiæ,id eſt,vnitur incomprehenſibilitati diuinæ,quam non penetrat intelligentia, quæ vere eſt omnium clauſiua,& in ſe claudit & ſecretiſſime cælat omnes comprehenſiuas cognitiones, tanq̃ in prima omnium cauſa,& per eam omnis vnitus deo, qui eſt ſuper omnia, conſtituitur in excellentia,quā neq; ratio inueſtigat,neq; intellectus ſpeculatur,& ab omnibus & quaſi à ſeipſa ſegregatur, & per vnitionē dilectiōis, quæ effectiua eſt veræ cognitionis vnit deo intellectualiter ignoto cognitiōe multo meliori,q̃ ſit cognitio intellectualis,& in eo ꝙ intellectualem cognitionem derelinquit,ſuper intellectum & mentem deum cognoſcit.

Exo. 20. pſal 87. 97. Ephe. Exodi. 19. Exod. 24. & 25.

D E

## QVOMODO OPORTET VNIRI ET HYMNOS REFERRE OMNIUM CAUSÆ & exiſtenti ſuper omnia. Cap. II.

Deū videre & cognoſcere quid ſit

IVxta hāc nos fieri ſuperlucentem oramus caliginem, & per inuiſibilitatē & ignorantiam uidere & cognoſcere ipſum ſuper deum,et ſcientiam. Hoc non uidere et ſcire,idipſum eſt uere uidere et cognoſcere,et ſuperessentialem ſupereſſentialiter laudare,per omnium exiſtentium ablationem,ſicut per ſeipſum naturale agalma facientes, auferunt ea quæ ſuperadiecta ſunt pura occulti uiſionę uetantia,et ipſam in ſeipſa ablatione ſola occultant manifeſtam formam. Oportet autē,ut arbitror,ablationes in contrarium poſitiōibus laudare. Etenim illas quidā a præſtantiſſimis inchoantes,et per media in nouiſſima deſcēdentes apponimus. Hinc uero a nouiſſimis ad principaliſſima aſcēſiones facientes, omnia auferimus, ut incircumuelate cognoſcamus illam ignorantiā ab omnibus ignorantibus in oībus exiſtentibus circumuelatam et ſupereſſentialem illam uideamns caliginē ab omni in exiſtentibus luce occultatam.

Qūo affirmatiue & negatiue ꝓcedēdū in dei cognitione

F

## ELVCIDATIO CAPITIS HVIVS SECVNDI, QVOMOdo oportet & vniri,& hymnos referre omnium cauſæ, & ſuper omnia exiſtenti.

Articulus Secundus.

EX profunda conſideratiōe contēplationis myſticę theologię,author rurſus q̃ſi recenter deſiderio eius ſuccenſus, denuo deprecat̃ ad ipām gratioſe perduci[Iuxta hāc]ingens[nos fieri ſuplucentē oramus caliginē] .i. petimus,vt deus dignet̃ nos ad prętactā ſecū vnionē ſuſtollere,& ſuę ſupclariſſimę & incōprehenſibili luci ſic applicare[& p inuiſibilitatē & ignorantiā videre & cognoſcere ipm ſuperdeū & ſciam.] .i. cognoſcēdo lympide inuiſibilitatē & incomprehenſibilitatē ipſius,cognoſcendo quoq; ignorantiā eiuſdem,id ē, ignorātiā nr̄am,q̃ ab ipſius clare in ſeipſo cognitiōe deficimus: videre nūc p ſpeculū in ęnigmate,& cognoſcere per fidem ac donū ſapię,ipm q eſt ſupdeus.i. infinite excellentius omnium

1. Corin. 13. Actuum. 10

dn̄s &



dominus & prouiſor, quam quis capere queat, qui item eſt ſuper omnem creaturæ ſcientiā. Cum enim in libro Iob ſcriptum ſit, Memēto quod ignores opus eius de quo cecinere uiri, quantomagis ipſum immēſæ poteſtatis factorem neſcimus? Hæc ſcientia dei confortata eſt, id eſt,firmiſſima, & nō poterimus ad eam. [Hoc non uidere & ſcire] id eſt,deum intueri & apprehendere ut tam inuiſibilem,quoad quid eſt,eſt non uidere & non ſcire,non quod ſit pura negatio,nec pura priuatio uiſionis cognitioniſq; dei. De quo in Iob aſſeritur: Omnes homines uident deum,unuſquiſq; intuetur procul. Cognitio quoq; exiſtēdi deum,omnibus naturaliter eſt inſerta[idipſum eſt uere uidere & cognoſcere, & ſuper eſſentialem ſupereſſentialiter laudare per omnium exiſtentium ablationem] ita ut ſupereſſentialitas laudationis huius perpendatur ex laudati, non ex laudantis parte: quoniam creatura laudans cum ſit in genere certo, determinataq; ſpecie,nequit habere actum tranſcendentem limites ſuæ naturæ ac creatæ eſſentiæ. Itaq; ſupereſſentialiter deum laudare, eſt reuerētialiter recognoſcere ac fateri,qđ ipſe incomparabiliter eminet ſuper cuncta creata, & ſuper omne genus ac ordinem rerum. Et quanto quis clarius cernit hoc,quo reuerentialiter id fatetur mente,ore ac opere,tanto deū perfectius honorat, atq; limpidius contemplatur. Deniq; quanto quis abundantius deſuper illuſtratur,tanto ſyncerius ſpeculatur & clarius inſpicit quod deus prorſus incomprehenſibilis ſit. Hinc Eunomius & Photinus præſumptuoſiſſimi hæreſiarchæ,aſſeruerunt ſe deum in præſenti plene comprehendere,& quid ſit cognoſcere: quoniam ab omni illuminatione piiſſima ſpiritus ſancti fuerunt penitus alieni, & miſerabiliter excęcati, cum(etiam teſte philoſopho)intellectus noſter ita ſe habeat ad cognitionem ſubſtātiarum immaterialium, ut oculus ueſpertiliōis ad intuitum luminis ſolis. [Sicut per ſeipſum naturale agalma] id eſt, imaginē ſeu ſtatuam [faciētes,auferūt quæ ſuperadiecta ſunt,pura occulti uiſione uetātia] id eſt,quēadmodum artifices abſcindūt a lignis partes exteriores prohibentes ſeu impediētes uiſum a pura & clara inſpectione latentis agalmatis, quod præerat potentialiter in interioribus partibus ligni, non actu, [& ipſam in ſeipſa ablatione] id eſt amputatione [ſola occultam manifeſtant formam] ſupple artificialem. Deinde circa hæc introducit congruū documētum. Oportet autem(ut arbitror)ablationes in contrarium poſitionibus laudare] id eſt,prædicata affirmatiua & negatiua,attribuenda ſunt deo oppoſito ordine, non quod unum tale ſit contrarium alteri, cum ſimul conueniant deo. [Etenim illas quidem a præſtātiſſimis inchoātes, & per media in nouiſſima deſcendentes apponimus] id eſt,affirmatiua deo aſcribimus,incipiendo eius præconia a communiſſimis aut principaliſſimis prædicatis: ſicut cum dicimus, Deus eſt ens,deus eſt bonus,deus eſt unus,deus eſt uerus: ſeu iſta in abſtracto ei attribuēdo. Et item dum dicimus, Deus eſt intellectus,deus eſt ſapientia, deus eſt beatitudo & ſanctitas. Nempe iſta & conſimilia magis ſunt a materia elongata,ſeu magis inde terminata,ideo ſimpliciſſimo & illimitatiſſimo deo amplius competunt. [Hinc uero a nouiſſimis ad principaliſſima aſcenſiones facientes,omnia auferimus,] id eſt, aſcendendo ab indignioribus attributis ſeu prædicatis ad præclariora,auferimus hinc,id eſt,negamus de deo hęc inferiora & uiliora, dicendo: deus non eſt corpus, deus non eſt brutum aut lapis [ut incircumuelate] id eſt, ſine phantaſmatum inuolutione & ſenſibilium uelatione [cognoſcamus illam ignorantiam] .i. deum ignotum [ab omnibus ignorantibus in omnibus exiſtētibus circumuolutum] id eſt, in cunctis entibus uelatum & occultatum: quia q̃uis in omnibus ſit per eſſentiam ſuam, præſentiam atq; potentiam,propria tamen ſuperſubſtantialitate & incomprehenſibilitate omnibus intellectibus occultatur & manet abſconditus,quantum ad quid eſt, tamen per ſuos effectus pateſcit [& ſupereſſentialem illam uideamus caliginem] id eſt, ſuper candidiſſimam & nobis incomprehēſibilem lucem [ab omni in exiſtentibus luce occultam] id eſt, obſcure notam,ab omni luce,id eſt,intellectuali mente in uniuerſis quæ ſunt. Itaq; ex incomprehenſibili infinitaq; plenitudine & claritate luminis increati & imbecillitate mētis creatæ, caligo iſta nomen ſuum ſortitur, & quaſi reſultat ac integratur, prę ſertim primo, quamuis utrunq; iſtorum interdum ſeparatim caligo uocetur. Ad horum demum intelligentiam clariorem ualebunt, quæ infra dicentur.

Iob. 6. Pſalm. 138. Iob 36. Deum videre & cognoſcere quid ſit. Eunomij & phōtoni ac eeſiarcharum ꝑſumptione ſua Philoſop. Agalmata B Quō negatiue & affirmatiue ꝓcedendū in cognitiōe dei † circumuelatam. † occultatā.

### Capitis huius ſecundi tranſlatio alia clarior

HAnc nos per lucidam caliginem ingredi præcamur,atq; per uiſus cognitioniſq; uacationem uidere, & noſce quod eſt uiſione notitiaq; ſuperius. Ex hoc ipſo uidelicet ꝙ nec uideamus,nec aliquid cognoſcamus. Hoc enim eſt reuera uidere ac noſce, & eum qui eſſentia eminētior eſt, modo quodam ſupereſſentiam ex omnium uidelicet quæ ſunt ablatione laudare, quemadmodum qui ſtatuam indigenam fabricant, auferētes

Deū videre ac cognoſcere qđ ſit

 omnia

D

Quō negatiue & affirmatiue ꝓcedendū in cognitiōe dei

omnia quæ circū apposita impediūt perſpicuū formę latētis intuitū ſolaqꝫ ablatione pulcritudinem ipſam in ſe pādentes occultā. Oportet aūt ablationes (ut arbitror) cōtra ac poſitiōes celebrare. Poſitiōes em̄ inchoātes a primis, ac per media ad ultima deſcēdentes adhibeam⁹. At in auferēdo uiciſſim a poſtremis ad prima diſpoſitis gradibus aſcēdentes oīa tollimus, ut ſubmoto uelamine ignorationē illā cognoſcamus, q̄ ſub omnibus cognoſcibilib⁹ in entibus omnibus deliteſcit, illamqꝫ caliginem eſſentia ſuperiorem perſpiciamus, quę ab uniuerſo lumine in his quæ ſunt emicāte nobis occulitur.

PARAPHRASIS HVIVS CAPITIS II.

Inſuper quidam (ut Rabbi Moſes & Auicenna) dixerunt, quod perfectiones creatutarum non conueniunt deo niſi dupliciter, utputa negatiue & cauſaliter. Negatiue, dupliciter: primo, ad remouendum priuationem ſeu defectum oppoſitum, ut cum dicimus deum ſapientem, ad innuendum quod in eo non eſt inſipientiæ malum. Secundo, prout ex negatione relinquitur ſeu conſequitur aliquid ut ex hoc quod quis dicitur immaterialis, relinquitur quod ſit intelligens, ſicq́ ſecundum iſtos huiuſmodi nomina deo attribuntur magis ad remouendum quam ad ponendum quicquam in eo. Per modum quoq́ cauſalitatis, dupliciter: Primo, ſecundum quod cauſat perfectiones in creaturis, ut dicatur bonus & ſapiens, quia ſapientiam & bonitatem influit rebus. Secundo, quia ad modum creaturæ ſe habet, ita quod dicitur uolens & pius, quoniam in cauſando inſtar uolẽtis & pij ſe habet, ſicut dicimus eum iratum. Et iuxta iſtam poſitionem omnia quæ dicuntur de deo & creaturis, dicuntur de eis pure æquiuoce, & nulla ſimilitudo eſt creaturæ ad cteatorem, ex hoc quod creatura uocatur ſapiẽs, iuſta ſeu pia &c. quod & expreſſe aſſerit Auicenna. Quibus obijcitur, quod ſimile modo deus poſſet dici lapis & lignum, quia eſt cauſa horum. Nec ſic ex cognitione creaturarum duceremur in ueram dei cognitionem, nec uerum uideretur quod dominus dixit: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Quod item in Ezechiele habetur: Tu Cherub ſignaculum ſimilitudinis dei. Omnis quoq́ effectus dicitur participata ſuæ cauſæ ſimilitudo. Veruntamen huic opinioni concordare uidetur, quod ſuper myſticam theologiam ſcribit Albertus: Deus nõ habet aliquod commune quod ſit in ipſo & creaturis, neq́ ut ſpecies, neq́ ut genus, neq́ ut analogiæ principium, ſed eſt ibi tantum imitationis communitas, qua creata imitantur creatorem ut queunt, & hæc non eſt uera communitas. Propter quod etiam non eſt aliqua apud nos prædicatio uera de deo. Quæ uerba inepte ſonare cenſentur, niſi forſitan ſumat prædicationẽ ueram pro prædicatione proprie dicta.

Auicenna. Obiectio. Gene. 1. Ezech. 28. Albertus.

E

Eſt ergo alia poſitio quod perfectiones creaturarum ſunt in deo præeminenter, & hoc quantum ad tria. Primo quantũ ad uniuerſalitatem, quia in deo ſunt omnes perfectiones adunatæ. Secundo, quantum ad plenitudinem, quia in deo ſunt cum infinita perfectione. Tertio, quo ad ſimplicitatem & unitatem. Quæ enim in creaturis ſunt diuerſa ac multa, in deo ſunt unum. Hæc eſt doctrina ſanctorum Dionyſij & Anſelmi, ac plurium aliorum, quam doctores præcipui, Thomas, Alexander, Bonauẽtura, Richardus, Petrus, Aegydi9 & alij multi ſequũtur, rationabilior quoque uidetur.

Perfectiões creaturarũ quõ ſint in deo. I II III. Anſelmus. Iohan. Sco.

Veruntamen Scotus in ſcripto ſuo ſuper primum Sententiarum tenet quod cõceptus aliquis ſit uniuocus & cõmunis deo & creaturis, atq́ uel ens uniuoce prædicetur de eis, negat tamen deum eſſe in aliquo prædicamento. Aliqui uero dicunt quod in prædicamento exiſtat, ut Frciſãcus de Maronis, & qui Nominatiſtæ dicuntur, quod ſuper primum Sententiarum improbatum eſt ſatis. Deniq́ Guilielmus Parrhiſiẽſis in Diuinali ſuo de Trinitate, & dominus Antiſiodoren. in Summa ſua. Henricus etiã de Gandauo in Summa ſua & quodlibetis, tuentur deum in prædicamento non eſſe, nec aliquid de ipſo & creaturis dici uniuoce, ſed analogice tantum. Quæ poſitio non ſolum eſt uerior, ſed item ſubtilior, reuerentialior & congruentior infinitæ ſuper incomparabili & ſuper eſſentiali maieſtati diuinæ, ac conſonantior beatiſſimi Dyonyſij documentis: qui deum in libris ſuis tam frequenter ſuperſubſtantialem, ſupereſſentiãlem, ſupermagnum, ſuperſapientem, & prorſus ineffabilẽ, incognoſcibilem, indiffinibilem, illimitabilem nominat. Si autem eſſet in prædicamento, haberet genus & differentiam, ex quibus poſſet cognoſci, deſcribi ſeu diffiniri & notificari.

Fran. mar. Guil. par. Guil. Anti. Hen. Gan.

Ad iſtud Thomas in pluribus locis reſpõdet, & etiã ſuper Boethium de Trinitate. Et uis omniũ reſpõſionum ſuorum in hoc conſiſtit, quod cognitio fit per formam ſeu ſpeciem & ſimilitudinem cogniti, idq́ dupliciter: primo, per propriam formam ſeu ſpeciem, iuxta illud Philoſophi: Lapis nõ eſt in anima, ſed ſpecies eius. Secundo per formam alterius ſimilis ſibi, ut cauſa per ſimilitudinem ſui effectus, & homo per formam ſuæ imaginis. Porro per propriam formam aliquid uidetur dupliciter: Primo, per formam quæ eſt ipſamet res, quemadmodum deus cognoſcit ſe per ſuã eſſentiã, ſimiliter angelus per propriã eſſentiam cognoſcit ſeipſum. Secundum, per formam quæ eſt ab ipſa re, ſiue ſit abſtracta ab ipſa re, ut quando forma ſeu intelligibile ſpecies eſt immaterialior quam res, ut ſpecies lapidis abſtracta a lapide: ſiue ſit impreſſa intelligenti ab intellecto, ut dum res intellecta ſimplicior eſt quam ſpecies eius, ſicut ſecundum Auicennam, Intellectus humanus cognoſcit ſubſtantias ſeparatas per impreſſionem earum in ipſum. Cumq́ deum in hac uita non cognoſcamus niſi per ſuos effectus, quia plena repreſentatione diuinæ eſſentiæ deficiunt infinita, neq́ adæquæunt potentiam creatoris, imo ab adæquatione ac perfecta repreſentatione omnipotentiæ eius diſtãt atq́ occumbunt

Thomas Aqui. Cognitio cogniti ſit per formã bifariam. Philoſo. II. Auicenna.

F



A

bunt penitus in immenſum: non poſſumus deũ in via cognoſcere clare in ſe & immediate, ſeu q̃tum ad quid eſt, ſed ſolum à poſteriori, & quia eſt. Verũtñ in hac cognitione dei q̃a eſt, eſt gradus & ordo, ita ꝙ vnus ita cognoſcentiũ deum, cognoſcit eum multo pfectius & clarius, q̃ alius. Cauſa nanq́ ex ſuo effectu tanto pfectius cognoſcitur, q̃to per effectum plenius apprehẽditur habitudo cauſæ ad ſuum effectum, quę habitudo in effectu non pertingente, ad adęquationem ſuæ cauſę, attenditur penes tria, vc3 q̃d ad progreſſum effectus à cã, & ſcd̃m hoc ꝙ effect9 cõſequitur plus de ſimilitudine ſuæ cauſæ, atq́ ſcd̃m hoc ꝙ deficit à perfecta eius conſecutiõe. Sicq́ mens humana tripliciter proficit in cognitione dei ex ſuis effectibus. Primo ſcd̃m q̃d pfectius cognoſcitur efficacia dei ad producendum. Scd̃o, prout nobilioꝝ effectuum noſcitur eſſe cã. Cum enim cauſata aliquã dei ſimilitudinẽ gerãt, eminentiora quę illi ſimiliora ſunt, excellentiam eius magis cõmendant. Tertio, prout cognoſcitur magis elongatus ac eminens à cunctis creatis & ab oĩbus quę reſplendent & ſunt in illis. Vnde de diuinis noĩbus Dionyſius loquitur, ꝙ cognoſcitur deus ex omniũ cauſalitate & exceſſu & elongatione. In hoc demum cognitionis profectu maxime iuuat̃ mens humana, dum naturale lumen ipſius confortat̃ ſupernaturali lumine, fidei ac doni ſapientiæ & intellectus ac noua illuſtratione ſupna, quę p mẽtis puritatem & virtuoſam cõuerſationẽ adipiſcuntur: per quę oĩa mens in contemplatione ſupra ſe eleuatur, inq̃tum cognoſcit deum eſſe ſupra omne q̃d apprehendit. Veruntñ quia ad ei9 eſſentiam videndã nequit ptingere, dicitur in ſeipſa quaſi reflecti ab illius lumine ſuperexcellẽti, iuxta illud Gene. Vidi dñm facie ad faciẽ. Quocirca ſcribit Gregorius: Viſus aĩæ dum in deũ intenditur, immenſitatis illius coruſcatione reuerberat̃. Ex his certum cenſet̃, ꝙ in cognitione

Mens hõis in agnitiõe dei ex ſuis effectibus pficit trifariam. Gene. 32. Gregorius.

B

dei per ppriam ſpeciem atq́ eſſentiã, ipſe ſuperpręſtantiſſimus deus clare & obiectiue, q̃dditatiue & intuitiue cognoſcitur: non tñ ſimpliciter comprehenſiue. i. non tam clare & plene ſicut ex natura cognoſcibilis eſt. Etenim ſicut infinitę eſt actualitatis, entitatis & pfectionis: ita & infinitæ eſt cognoſcibilitatis, ſicq́ ſibi ſolus cõprehenſibilis & cognitus eſt, à qua cõprehenſione oẽs beati infinite deficiunt, attñ plenarie contentant̃ & quietant̃, qm̃ vident illũ ſicuti eſt, & tota ipſoꝝ naturalis capacitas impleta eſt & ſuperimpleta. Hinc & cõprehenſores vocant̃. At uero in contemplatione dei in vita pñti per affirmatiua de ipſo proprie, non metaphorice dicta, (de q̃bus in lib. de Diui. noĩbus agit̃) cognoſcitur deus mõ ptacto q̃a eſt: attñ obiectiue & immediate, ita ꝙ non eſt mediũ per q̃d in rõne obiecti, eſt tñ medium per q̃d in rõne ſpeciei intelligibilis, quia per formas ſimilitudineſq́ creatas & non clare in ſeipſo cognoſcitur, ita ꝙ ſua eſſentia ſit q̃d & q̃, ſeu obiectũ & ſpecies per quam. In contemplatione aũt ſeu viſione myſticæ theol. q̃ deus per oĩm ablationẽ & abnegationẽ cognoſcitur, clarius & ſublimius noſcit̃ & videtur, q̃ in contemplatione pdicta per affirmationes, ideo & obiectiue, non tñ q̃d eſt, ſed q̃a eſt, ſed per appropinquationẽ grandem ad notitiam q̃dditatis. Veruntñ in hac contemplatiõe fertur apex mentis & intelligentiæ vertex deo vniri tanq̃ oĩno ignoto, in oĩmodaq́ caligine fieri,

1 Iohan. 3.

C

nihilq́ penitus de illo cognoſcere, non ꝙ ab illius inſpectione oĩfarie vacet, pſertim cum iſta ſit altiſſima, clariſſima, pfectiſſima ac profundiſſima deitatis contemplatio, cognitio, viſio huic vitæ poſſibilis, vt ipſemet magnus Dionyſius & expoſitores ipſius teſtantur: ſed q̃a in hac contemplatiua & ſapientialiſſima ac feruẽtiſſima vnione cũ deo, mens acutiſſime & lympidiſſime conſpicit, q̃ ſupincõprehẽſibilis & ſupſplendiſſimus & ſupluminoſiſſi. & ſuperpulcherrimus & ſupamabiliſſimus & ſupgaudioſiſſimus ſit ipſe dñs deus oĩpotens & immenſus, atq́ q̃ infinite & indicibilr̃ à plena illius cognitione & btĩfica eius fruitione viſione faciali, immediate & clare intuitiua diſtet, deficiat & occumbat. Ideo præ admiratione & amore deficit & defluit à ſeipſa, gaudioſe q̃q́ ac dulciter abſorbetur, obdormit, & quieſcit in ſupdilectiſſimo deo, creatore, ſaluatore ac miſeratore: imo & ſupgratioſiſſimo ſuo ſponſo totius beatitudinis ſuę ſuper piiſſimo fonte, oĩpotẽtiſſima & liberaliſſima cauſa. Præterea aduertendum, ꝙ S. Thomas in huius quæſtionis determinatione, ſicut & alibi ſæpe, imo ſępiſſime multum affirmat & fortiter tenet, ꝙ intellectus noſter intelligere nequit niſi ſpeculando phantaſmata. Qd' q̃uis hubertim & euidenter ac copioſe improbatum ſit, pſertim ſuper ſcd̃m Senten. & in Elementatione philoſophica ſeu Compendio philoſophię, hic tñ aliqua ſunt addenda vel potius repetẽda. Itaq́ ſuper Boethium & alibi ait multoties: Intellectus noſter ſcd̃m ſtatum viæ habet habitudinẽ determinatam ad phantaſmata, qm̃ comparatur ad ea ſicut viſus ad colores: phantaſmata autem ab exterioribus formis abſtrahuntur, iccirco non põt deum in hoc ſtatu p eſſentiã ipſius cognoſcere, nec p aliquã ſpeciẽ ſpiritalem, quę ſit dei ſimilitudo, propter ipſius intellectus connaturalitarẽ ad phantaſmata. Quibus obijcit̃, q̃a vt ipſemet Doctor ſctũs affirmat, ac bñ idonee probat in Summa contra Gentiles: Anima rõnalis adhuc manẽs in corpore, q̃tũ ad vires

Tho. Aq. phantaſmata Thomiſtica. Propoſitione 45.

ſuas inorganicas,immateriales,intellectiuas,ſupremas,ſuper corpus eſt eleuata & per ſe ſubſi- E
ſtens: nec q̃ ad totum ſuum eſſe,cõprehenſa à corpore,nec enim potentię eius ſunt nobiliores
aut eleuatiores,q̃ ſua eſſentia, vt Proclus inſolubiliter probat: ergo vires illæ ſuperiores iam
Proclus.
actuatæ ſcia competenti & intelligibili forma,agere queunt ex ſua natura ſine cōone & con-
uerſione ad corporale phantaſma,& abſq; adminiculo viriũ ſenſitiuarum,cum modus agendi ſe
quatur modum eſſendi, & ꝓprietas actionis naturã agentis. Præterea ſi iſtud negeť nõ poterit
naturali rõne oſndi im mortalitas aĩæ,cuius oppoſitum S. Thomas ſępius ſcripſit. Nempe vt li
Tho. Aq. Philoſo.
bro de Aĩa ait Philoſo. Si aĩa rõnalis in vita hac non habet aliquã opationem liberã, propriã,
ac ſeparatã à corpore,non põt extra corpus ſubſiſtere:ſi aũt habet actionem hmõi, põt à cor-
pore ſeparari. Quòd ſi dixeris,ꝙ ſeparata habet alium modum eſſendi,ergo & operãdi, iã prę
ſupponis q̃d reſtat probãdum. Amplius,in ipſa ſcĩa rei & intelligibili ſpecie eius ſufficiẽter re-
lucet natura obiecti,etiã purius & illimitatius,q̃ ſi ſpecies illa ad phantaſma retorqueať: ergo
per ſpeciem illã purius cernit,q̃d & experimento docetur in his,q interdum oĩno abſtrahunť à
corpore. Verum qm̃ Thomas pro ſe q̃nq; allegat & beatiſſimi Dionyſij ꝟba,potiſſime illud: Nõ
eſt poſſibile aliter nobis lucere radium diuinum,niſi circũ tectum varijs tegumentis ſenſibiliũ
formarum,q̃d ſupra expoſitum eſt atq; ſolutum, quia intelligendum eſt q̃tum ad primã intelle-
ctus informationẽ,ſicut & illud Philoſophi: Intelligẽtem oportet phantaſmata ſpeculari,nũc
tñ ex dictis in myſtica theologia oñdendum eſt iſtud de mente Dionyſij non fuiſſe, ſicut hoc
ſupra oſtenſum eſt ex alijs eius libiris. Ait quippe 1. Myſticæ theolo. capľo: Tu circa myſticas
viſiones forti attritiõe & ſenſus derelinque, & intellectuales operationes,& oĩa ſenſibilia & in- E
telligibia & oĩa exiſtentia, eo enim tuipſius & oĩm irretentibili & abſoluto exceſſu ad ſuper-
ſubſtãtialis caliginis radiũ cuncta auferens, & ab oĩbus abſolutus,munde & pure ſurſum age-
ris. Quid fortius,quid ſententioſius dicere potuit ſanctus ille? Certe qui phantaſmata ſpecula
tur,non deſerit nec tranſcendit pure ac penitus omnem ſenſum & ſenſibilia vniuerſa. Nec tñ
in iſta myſtica contemplatione ſufficit iſta relinquere,niſi & intelligibilia omnia deſerantur,&
cuncta creata operationesq; propriæ,& ipſe qui contemplatur,nec ſeipſum intueatur. Quid
in iſta contemplatione conferrent phantaſmata, q̃n iam ap ex mentis ſoli increatæ luci inten-
tus eſt & vnitus per theorica lumina,per ſapĩæ radium,per impreſſiões deificas? Rurſus eodẽ
dixit capľo: Omnium cauſa ſolis incircumuelate & vere apparet tranſcendentibus oĩa immun
da & materialia,& omnes animos ſupercœleſtes. Audis ꝙ ait incircumuelate,i. ſine ſenſibiliũ
formarum velamine? Et ſi oportet in hac intuitione etiã angelicas puriſſimas mentes tranſcen-
dere,quomodo non magis vilia & materialia iſta phantaſmata? Adhuc autem,ſi ſine phanta-
ſmate nequit mens humana quicq̃ cognoſcere, quomodo vera ſunt quæ de anagogica ac pu-
re mentali contemplatione & ſuperna illuſtratione ſancti locuti ſunt & ſcripſerunt? Cur bea-
tiſſimus Dauid cæteris præfertur prophetis qui imaginarias viſiones ſortiti ſunt, cum ipſe a- F
nagogice & pure immaterialr̃ ſine phantaſmatũ velamẽto diuinę ꝓuidit myſteria,& ſacra co-
Pſalmo 50 2. Reg. 23
gnouit abſcondita: Incerta,inquiens,& occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi? Aduerte,&
ꝓſpice quod ſecundo Regum libro loquitur de ſeipſo: Spiritus domini locutus eſt per me,&
ſermo eius per linguam meã,ſicut lux aurorę oriente ſole mane abſq; nubibus rutilat, & ſicut
pluuijs germinat herba de terra. Atuero dicunt illi,ꝙ mens humana non illuminať immedia
te à mente angelica luce immateriali,ſed lux illa vnitur phãtaſmati,& prout relucet in illo, à
mente hũana conſpiciť. Et nonne mens humana ſimplex,immaterialis deiformis capacior eſt
directe & immediate illũinationis ac lucis angelicę,q̃ materiale phantaſma? Hęc alibi plenius
introducta ptrãſeo. Q̃d aũt ex B. Dionyſio Damaſceno obijciť, ꝙ ea q̃ de deo & creaturis ꝑdi-
cantur,nõ ipm̃ deũ deſignãt,ſed aliq̃d eorũ q̃ ſunt circa ipm̃,& q̃d nõ eſt,ita videť intelligendũ
ꝙ nõ ſignificãt deum pure & plene,prout eſt in ſeipſo,ſed prout in ſuis relucet effectibus, ſeu
ſecundum quod cognoſcitur ex eiſdem,non quod ſignificent quid creatum in recto, quamuis
denotent tale quid in obliquo,& quod aptius negentur de deo,ſecundum quod nos ea conci-
pere poſſumus. Attamen magna eſt differentia nominum diuinorum, & quamuis quædam
deſignent deum ſecundum modum proprium ſibi, non tamen talia intelligimus quoad ſi-
gnificata, niſi quantum ad quia, non quo ad quid. Ex quibus rite penſatis & intel-
lectis,ſoluuntur omnia obiecta præhabita. ¶ Denique, ſi cognitio intuitiua dicatur, qua
res in ſeipſa, & quo ad ſuam quidditatem cognoſcitur, mentaliterque videtur, dicen-
dum eſt quod deum in hoc ſeculo non valemus intuitiue cognoſcere. Si autem loquendo
extẽtius,



A extenſius,dicatur intuitiua cognitio, dum quid obiectiue agnoſcitur, & quo ad eſſentialia ſua
ſeu propria ſibi,q̃uis non clare ac diſtincte,ſecundum quod in ſeipſo eſt: poteſt dici quod in vi
ta hac cognoſcimus deum etiam intuitiue,& quo ad quia eſt,non autem quo ad quid eſt, niſi
valde obſcure & imperfecte. Nihilominus diſtictam de deo habemus, ita ꝙ multa de ipſo co-
gnoſcimus quæ ei ſoli conueniunt: vt ꝙ eſt eſſe increatum,independens,purum,perfectum,&
penitus ſeparatum,q̃uis ignoremus q̃d hoc ſit. Hinc ſuper librũ Boethij de trinitate Thomas
Tho. Aq.
fatetur: De nulla re poteſt ſciri an eſt,niſi aliquo modo ſciatur de ea quid eſt,aut perfcte,aut cõ
fuſe,ſecundum Philoſophum in principio Phiſicorum. Ex his quoq; apparet dicendum,ꝙ vltra
Philoſop.
& præter notitiam dei experimentalem,affectiuã & myſticam,haberi etiam poteſt iam de deo
notititia intellectualis,myſtica,abſtractiua & abſoluta,iuxta modum prætactum, abſtrahen-
do ipſum eſſe ab omni prorſus imperfectione, accipiẽdoq; illud cum omnimoda excellentia,
nobilitate & perfectione ac perfectionali infininitate, quemadmodum etiam Alphorabius &
Alphorab. Auempot.
Auempothe dixerunt,ꝙ intellectus noſter cognoſcendo quidditates ſenſibilium ac materia-
lium ſubſtantiarum, abſtractiſſime cognoſceret quidditatem ſubſtantiæ ſeparatæ: quorum
tamen opinio fuit non vera,quia ex tali ſenſibilium abſtractiſſima cognitione nõ ſciretur pro
pria & vltima differentia cuiuſcunq; ſeparatæ ſubſtantiæ, quemadmodum etiam ex prætacta
deitatis abſtractiua contemplatione non agnoſceretur quidditas eſſe diuini. Poſtremo pa-
tere videtur ex dictis,quomodo deus dicatur innominabilis,ineffabilis, indeſignabilis: quia
videlicet nullo nomine exprimi poteſt,quo clare & plene inſinuari atq; intelligi poſſit,quid ſit,
B & qualiter in ſeipſo ſit ens. Nihilominus numerabilia nomina ſunt ipſius, quæ ipſum aliquo
modo,imo & varijs modis deſignant,quædam perfectius,quædam minus perfecte. Quod ve-
Lib. Cauſ.
ro in libro de Cauſis aſſeritur,ꝙ prima cauſa non narratur niſi per cauſas ſecundas,non eſt in-
telligendum ꝙ nomina ſecundarum cauſarum proprie & vniuoce conueniunt cauſæ primæ,
ſed ꝙ ſicut cognoſcitur per cauſas ſecundas,omni illarum imperfectioni tandem excluſa, ſic
nominatur per eas,veruntamen per excellentiam infinitã.

QVAESTIO.

CONſequenter quærendum,quid ſit myſtica theologia, & de eius ſubiecto atq; obiecto,
& an ſit ſcientia: & ſi ſic,an ſpeculatiua,an practica. Multi itaq; eam definiunt, dicentes:
Theologiæ myſticę diffinitiones
Myſtica theologia eſt ſecretiſſima mentis cum deo locutio. Alij,ꝙ ſit ardentiſſima diuinæ ca-
liginis intuitio. Quæ deſcriptio aptior videtur quàm prima. Non enim in myſtica theologia
dirigitur iugiter ſermo mentis ad deum, ſed ipſa mentis in deum defixio, admiratio maie-
ſtatis,ſuſpenſio animi in lumen immenſum ac æternale fruentiſſima ac quietiſſima,& transfor
matiua,ſeu abſorptiua inſpectio deitatis,eſt myſtica iſta theologia,præſertim ſi accipiatur pro
actu. Si autem ſumatur pro habitu, realiter idem eſt quod præſtantiſſimum donum ſpiritus
ſancti,quod ſapientia nuncupatur, ſumendo ſapientiam non vt eſt donum gratię gratis datæ
1. Cori. 12.
C de qua ait Apoſtolus: Alij per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ. Sed vt eſt donum gratiæ gratũ
facientis ſupernaturale infuſum, charitati inſeparabiliter iunctum, de quo loquitur Iſaias:
Iſaiæ 11.
Requieſcat ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus. Quemadmodum etiam triplex eſt gra
dus charitatis,ita & ſapientiæ huius, quæ ſecundum gradum ſuum tertium ac ſupremum
Theologia myſt. an ſit ſcientia.
eſt ipſa myſtica theologia: quæ non eſt proprie ſcientia, prout ſcientia eſt habitus acquiſitus,
aut etiam infuſus informis,qui in ſpeculatiuum practicumq; diuiditur: imo ſapientia iſta nũ-
quam informis eſt,ſicut nec charitas. Hinc ſicut donum ſapientiæ realiter ac ſubiectiue eſt in
intellectu,quamuis quantum ad ſuum extrinſecum complementum, quod eſt feruentiſſimus
amor,in voluntate ponatur,ita & myſtica theologia, quod etiam conſtat ex hoc,ꝙ vocatur vi
ſio,contemplatio,intuitio, interiorq; locutio: quæ omnia ſpectant ad intellectum, & in ipſo
Iohannes Gerſon.
realiter eſſe cenſentur,quamuis aliqui videantur aliter æſtimaſſe. Nam & Iohannes de Gerſon
in lib. ſuo de myſtica theologia ait, ꝙ theologia ſpeculatiua eſt in intellectu, myſtica in affe-
ctu ſeu voluntate,cum tamen ipſemet dicat,ꝙ theologia myſtica eſt experimentalis cognitio
de deo per amoris vnitiui complexum. Et rurſus: Theologia myſtica eſt ſapiẽtia, i. ſapida de
Theo. my. q̃bus cõpetat.
deo notitia,&c̃. Pręterea cum myſtica theologia ſit donũ ſapĩæ ſcd̃m gradum ſuum ſupremũ,
nõ inueniť proprie niſi in perſonis perfectis,quę ꝑ exercitia vitę purgatiuæ & illuminatiuæ ad
viã ꝑfectiuã ac vnitiuã perducti ſunt. Hinc cõiter fertur,ꝙ myſt. theologia conſiſtit in vnione
cũ deo ꝑ ardentiſſimũ charitatis ardorẽ, in tm̃ ꝙ Henricus de Balma in lib. ſuo de triplici via,
Volũtatis obiectũ q̃d
aſſeruit ꝙ vnio illa amoris intuitionẽ ſeu cognitionem intellectus ꝑcedit. Cuius oppoſitũ in
lib. de contemplatione probatum eſt,cum & voluntatis obiectum ſit bonum intellectum, id
eſt,intellectualiter apprehenſum ſeu cognitum.

MOdo quæritur,an ad myſticā theologiam peruenerunt philoſophi,& apparet ꝙ non, D
quia philoſophoꝝ ſapia fuit inſipida & informis,nec em̄ charitatem habebāt.S.quoq;
Dionyſius myſticam theolog.appellat Chriſtianoꝝ ſapiam,quia fidelibus,nō infideli
bus condonat.Et reſpondendū,ꝙ meliores philoſophi ꝑſertim Plato & Socrates,& eoꝝ ſe
*Plato Socrates August.* quaces,erant virtutibus politicis,naturalibus,moralibus,acquiſitis valde intenti,naturali q̄q;
dei amori,ad quē cęteras ordinauerunt virtutes & actus illaꝝ.Q̄d Auguſtinus in lib.de Ciui
tate dei ꝑ diuerſa cap.ex ꝟbis Platonis probat,quę alibi frequenter ſunt allegata.Porro ad ſu
*Malæ 11.* pernaturalē dei amorē,q̄ charitas noīatur,ſapiamq; infuſam, quę donū eſt ſpūs ſcti,nō puene
runt:ideo nec ad myſticā theolo.ſed ad aliquid ſimile,hoc eſt ad ſapiam ſeu diuinoꝝ notitiā,
quæ ex conſideratione reꝝ creatarum ac ordinis vniuerſi pōt acquiri,quę naturalis & philoſo
*Philoſo.* phica nuncupat,in qua felicitatē hoīs ſpeculatiuam cōſtituerunt.Vn̄ & Ariſtoteles aſſeruit eā
dem ſpeculationē optimi ſpeculabilis,q̄ etiam faſſus eſt & exptus,ꝙ philoſophia admirabiles
habet delectationes in actibus ſuis.Denuo q̄q; acutius dixit,ꝙ vita nr̄a interdum ad modicū
*Augustinus. Apuleius Plato* talis eſt,qualis eſt vita primi entis inuariabiliter.Hinc xv.de Ciuitate dei S.recitat Auguſti.
Summus deus(teſte Apuleio)ſic à Platone laudatur,ꝙ imbecillitate atq; penuria humani ſer
monis exprimi nequit,& humano intellectu attingi vix pōt,& hoc à ſapientibus,dum ſe toto
ad hoc conatu ꝓcinxerint:quibus nonnunq̄ velut in altiſſimis montibus rapidiſſimo coruſca
*Homines ſpūales bifariā rapiūtur in theologiā myſt.* mine intermicans ſupcandidiſſimū lumen raptim apparet.Porro viri fideles,heroici & pfecti
longe ſublimius myſticā theolo.ſortiuntur,experiuntur,venantur per ſupnaturalia chariſma
ta ſpūs ſcti:q̄d & dupliciter accidere ſolet.Primo,per eoꝝ ꝓparitionē,cooperationem & cona
tum,ad hoc dando ſeipſos ad abſtractiōem à cunctis creatis & ad feruidā vnionem cum deo,
per recollocationē mentis ſuæ ad intra,& per affectuoſiſſimā diuini inuocationem auxilij,&
conſiderando inflammatiua diuini amoris.Scdo fit iſtud modo mirabiliori & eminentiori,q̄
uis forſan non magis meritorio ſemper,vc; dum feruens amator abſq; conamine proprio prę]
parationeq; pręuia repente pręuenit,pręſtringitur,inflammatur,& ſuper ſe tollitur,cōtempla
tioniſq; luce exuberanter pfunditur,præoccupatur ac vincit,in tm̄ vt etiam ſi velit reſiſtere,ne
queat,neq; euadere poſſit ſupergratioſiſſimi ſpirituum ſponſi amplexum,à quo in regione lu
minis infiniti transfertur,in quo vere idem ſunt regio ipſa & habitator.De his lib.de Conſide
*Bernard. Cantico.1. Cantico.2. Lucæ 11. Pſalmo 53.* ratione,hoꝝ expertus deprompſit Bernardus:Quidam trahuntur,qui dicere poſſunt:Trahe
me pōſt te,nonnulli ducuntur,qui dicunt:Introduxit me rex in cellam vinariam.Alij rapiun
tur.Et primi quidem felices,qui in patientia ſua poſſident animas ſuas. Secundi feliciores,
qui ex voluntate ſua confitentur domino. Tertij feliciſſimi,qui in profundiſſima dei miſe
ricordia,quaſi ſepulta arbitrij libertate,in diuitias gloriæ in ſpiritu ardoris rapiuntur,q̄ ſpre
to ac ſupergreſſo adminiculo rerum ac ſenſuum vſu,non aſſenſorijs gradibus,ſed inopinatis E
inſtantaneiſq; exceſſibus feruntur in patrem ac dominum luminum,in quo & aliquādo non
ad momentum tantum,ſed & diutius detinentur in eleuatione tam ſupernaturali,mira,deifi
ca,quouſq; ſibimetipſis reſtituantur. Deniq; quidam his raptibus anagogicis & amoroſis ex
ceſſibus aſſueti,de contemplatiuis exercitijs ſcriptitando,ſcd̄m ſpūs ſui feruorē interdū ſcripſe
runt ſatis extenſe:q̄d alij q̄dam non aduertētes,illos immoderate & indiſcrete reprehenderūt:
*Gerſōis temerariū q̄dā iudiciū. Climachus īcōſiderate a Gerſōe notatus* quēadmodū & Iohan.ꝑtactus in tractatu ſuo de myſt.tholo.redarguit acriter nimis,& nō ꝟe
deuotiſſ.viꝝ innocētēq; Iohannē Ruysbroick,ꝙ voluerit q̄rundā hæreticoꝝ renouare erro
rem in lib.ſuo de ſpūalibus nuptijs.Sic & redarguit inconſiderate quædā ꝟba Iohānis Clima
chi.Et in opuſculo de abſtinētia ab eſu carniū,pſuadere conatus eſt,ꝙ Carthuſien.nō peccaret
mortalr̄ carnibus veſcēdo,q̄d in tractatulo de laude & approbatione ordinis Carthuſien.euis
denter à me eſt reprobatum,niſi in caſu neceſſitatis extremæ.

*PERORATIO.* QValiter ad adipiſcendū myſticę theologię culmē ordinatius ac cōpēdioſius ſit tendendū,
nunc prout dn̄s dederit,breuiter tāgam:nempe de his in opuſculis alijs ac pluribus locis
multa cōſcripſi.Summatim igitur pſtringēdo,nil nos à deo rephenſibilr̄ ſeparat & elōgat,niſi
*Theologus verus q̄s cēſ. probetur* ꝓpria culpa.Qui igit̄ cupit deo approximare,ad amicitiā ei⁹ ptingere,diuino amore ſuccendi
ad diuinaꝝ illuminationū fulgores ptingere,myſticā theolo.guſtare & expiri,deo familiaris
ac intimus fieri,& tanq̄ ſecretarius & cōſiliarius ei⁹ cōſtitui,ſtudeat inceſſanter in pn̄tia ſummi
ac metuēdiſſimi iudicis ſui,oīpotentis,cunctaq; inſpicientis,conſiderantis ac iudicantis dei,ſo
licite ambulare,timorate incedere,reuerentialr̄ ſe habere,hoc ē,oēm ignauiā,acediā & torporē
tanq̄ infernalia mala vitare,& ne deum ſuum offendat in aliquo iugiter cum inceſſabili dili
gentia præcauere,præſentiā omnipotentis aſſidue intueri ac ponderare,& coram illo ſei
pſum ſepiſſime increpare dicendo:O tu miſer & negligens,quomodo tam irreuerenter & in
timorate,tam diſſolute & infructuoſe habes te coram deo,cui exercitus cœli aſtat,pſallit,



A atq; obſequeretur cum tremore.Vbi eſt quod ſanctus deprompſit Apl's:Cum metu,timore,&
tremore veſtrā ſalutē opamini?Itēq;:Seruiamus deo cū metu & reuerētia.Cui cōcordans Pſal
mograph.Seruite,ait,dn̄o in timore,& exultate ei cum tremore. Nonne dn̄s in ſuo obſequio *pſalmo 2.*
deſpicit indeuotum,euomit tepidum,deteſtatur ſomnolentum & pigrum? Aſpiremus cū ge
mitu omni hora ad dominum,vehementer dolēteſq; maieſtati ſuæ immenſæ tam imperfecte
ſeruimus,tam inſtabiliter adhæremus,tam parum afficimur,ſicq; imperfectum noſtrum vi
deant ac deplorent oculi noſtri.Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum.Certe talis cō *pſalm. 138 Ieremiæ 6*
punctio huiuſmodi ſpiritus noſtri quotidiana ſcopatio,hęc aſpiratio iugis ad dominum plus
confert ad cordis munditiam,ad omnem gratiam impetrandam,ad myſticam theologiā de
guſtandam,q̄ mille libros percurrere & ſtudere.Quàm multę & magnæ vniuerſitates in Chri
ſtianitate fuerunt & ſunt? quàm multa ſtudentium milia fuerunt & ſunt in illis? & tamen ſo
lus Thomas de Aquino ex illis canonizatus videtur,pauciſſimi alij. Cur hoc? niſi quoniā al
tiora ſe quæſierūt,& fortiora ſe ſcrutati ſunt.Quæ autem deus præcepit ipſis,nō debite ſeu nō *Eccle. 3.*
tam perfecte aduerterunt.Veruntamen oculi noſtri ſint ſemper ad dominum,ipſum toto cor *Matth. 22*
de feruentiſſime diligamus:ad quod certiſſime cito perueniemus,ſi iuxta modum prætactum
coram ipſo timorati,ſoliciti,cuſtoditi fuerimus,atq; noſipſos non niſi in deo ſapienter dilexe
rimus ac ſyncere,omnia æquanimiter tolerantes,hilariter patientes:per quæ à vitijs noſtris
purgari,deo placere,in ſancta religiōe proficere poſſumus:hoc eſt,priuatum amorem,qui ve
re ſuſpſius eſt odium penitus extirpare,ſubiectione & abiectione gaudere:non ſequi Diotre *3. Iohā. 1.*
B phen,qui amauit gerere primatū inter fratres,nec primū illū apoſtatam,qui traxit poſt ſe ter *Apocal. 12 Matth. 11*
tiam partem ſtellarum,ſed vnicum illum magiſtrum qui dixit:Diſcite à me,quia mitis ſum & *Iohan. 6*
humilis corde,qui quæſitus vt promoueretur in regem,fugit:quæſitus vt ignominioſiſſimam *Iohan. 18.*
& acerbiſſimam mortem ſubiret,ſponte occurrit. Heu,heu,q̄ multi in ſancta religione per
dunt animas ſuas,ac pereunt in æternum:hi plane,qui in ſubiectionis ſtatu locati,non ſatagūt
iuxta ſuæ vocationis ſeu profeſſionis exigentiam digne deo conuerſari,proficere,reformari: *Coloſſen. 1*
& pro eo ꝙ deberent de die in diem humiliores magiſq; cuſtoditi ac pauidi fieri,non verent̄
nec erubeſcunt quotidie diſſolutiores & ſeculariores animo effici.Porro his grauius dilabun
tur & horribilius damnabuntur,qui in gradu præſidentiæ conſtituti,non audent præceptū pa
ternæ correctionis ac fraternæ correptiōis intrepide adimplere,nec ſine perſonarum acceptio
ne delinquentes,negligentes,pigros,ſomnolentos,verboſos & garrulos,impatientes ac duros
debite increpare,hortari,diſciplinare:& hoc timore carnali mundano,ne à ſtatione ſua expel
lātur,ne à ſuo miniſterio deponātur.Siquidem proprijs commodis,ſolita libertate,conſueto
honore priuari verētur.Hi cum morte fœdus percuſſerunt,malentes dei iniurias,animarum *Iſaiæ 28.*
pericula,ac proprię ſalutis grauiſſima diſpendia diſſimulare,ſufferre ac pertranſire,quoniam
in valle hac lachrymarum,in loco huius exilij humiliari ac ſubijci,& coram deo vere diſcute
re,recognoſcere & emendare ſeipſos.Heu quàm infeliciſſima & immenſa eſt horum ambitio, *Iſaiæ 64.*
inſipientia,excæcatio?Redite pręuaricatores ad cor,& penſate quod ſanctus dixit Gregorius:
C Vnuſquiſque præſidens toties ad apoſtaſiæ crimen collabitur,quoties præeſſe hominibus de
lectatur.Nunquid tales ſunt myſticæ theologiæ capaces? Nos igitur horum abhorrentes
conſortia,deteſtantes exempla,fugientes veſtigia,in omnibus veriſſime cognoſcamus propri
as noſtras miſerias,pefectuoſitates,irrationabiles motus,quotidianos defectus,multiplices
quoq; exceſſus,& reuera innumerabiles culpas:ex quorum diligentiſſima conſideratione,
profundiſſime humiliemus,cordialiſſime contemnamus,aſſidue deploremus noſipſos,operi
bus pœnitētiæ ſtrenue inſiſtamus,carnem cum vitijs & concupiſcentijs crucifigamus,virtu
tum profectui infatigabiliter inſudemus:in indefeſſa recordatiōe,exercitatiōe,cōpaſſione,imi
tatione dominicę paſſionis,ſit noſtra præcipua philoſophia:zelo diuini honoris,deſiderio bo
ni communis,generalis reformationis,ſaluatiōiſq; omnium inextinguibiliter ardeamus.

Ad laudem & gloriam omnipotentis,qui eſt ſuper omnia deus ſublimis
& benedictus. A M E N.

## ❡CONCLVSIO PARAPHRASTICA DIVINORVM nominum ac myſticæ theologię.

D

O TITE tot à me didicit Timotheus, quod neſcio ſi qua nouerim theolo
gica myſteria quæ ipſe ignoret. Et inter cętera in ſymbolica theologia, quā
eidem ſcripſi, diligenter & diſtincte ei expoſui omnes illas ſcripturas, quæ
videntur aliquid deo attribuere prodigialiter. Tales ſiquidem attributio-
nes, niſi ſpiritualiter intelligantur, imprimunt duram incongruentiam im-
perfectis animabus, quando ſcilicet ſancti patres ſapientiam æternam ſe-
cretius concipientes per quædam ænigmata occulta, & iuxta aliquas ſenſi-
biles proprietates tranſumpta manifeſtant diuinam veritatem, quæ in ſe clauſa eſt, & animis
aut non, aut minus purgatis inuia. Vnde fit vt multi increduli ſint his, quę tali modo dicuntur
de diuinis myſterijs, quia intelligunt illa tanquam adiuncta ſenſibilibus ſignis, quibus deſcri-
buntur. Ideo oportet ipſa myſteria ita declarare, vt in ſeipſis nuda & munda intelligantur.
Quod faciendo fontem vitæ honoramus deum, oſtendendo ipſum ad omnia ſenſibilia proce
dentē, dumper eadē cognoſcitur quaſi in ſeipſum refuſum, vt in ſe fixę ſtantem, necper proceſ-
ſus ſeipſum relinquentem, & exiſtentem veram & ſummam cognitionem omnium cognitio
num, & ſemper per ſe operantem, & per opera ſua etiam extremas mentes in ſe contemplan-
dum & deſiderandum reducentem. Tibi ergo & TIMOTHEO & alijs, prout poſſu
mus exponemus qualiter intelligendæ ſint formæ & paſſibilitates, quæ ſignificatiue attri-
buuntur deo: cum increduli ex talibus ſignis ad irriſionem inducantur, vt cum dicitur de ſu-
perſubſtantiali dei fœcunditate ſub figura corporalis gñationis vel ſpirationis, vt ibi: a Nun-
a Iſaiæ 66. quid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit dominus? Et in pſalmo: b Eructauit cor
b pſal. 44. c pſalm. 103 meum verbum bonum. Et c: Emittes ſpiritum tuum & creabuntur. Et d: Spiritu oris eius oīs
d pſalm. 32 e Iohan. 3. virtus eorum. Et apud Iohannem e: Spiritus vbi vult ſpirat. Et f: Vnigenitus qui eſt in ſinu pa
f Iohann. 1 g Iſaiæ 46 tris, ipſe enarrauit. Et in Iſaia g: Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua. Aut
ſub figura plantaꝝ pullulātium, vt in Eccleſiaſtico h: Quaſi plantatio roſæ in Iericho. Aut ar-
h Eccle. 24 i Eccle. 24 borum, vt ibidem i: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Aut ſurculorum, vt ibidem
K Eccl. 24. k: Et inebriabo partus mei fructum. Aut florum, vt ibidem l: Et flores mei fructus honoris &
l Eccle. 24. m Cantic. 2. honeſtatis. Et in Canticis m: Ego flos campi. Et in Iſaia n: Et flos de radice eius aſcendet. Aut
n Iſaiæ 11 radicum, vt ibidem o: Radix Ieſſe qui ſtat in ſignum populorum. Aut fontium, vt in Eccleſia-
o Iſaiæ 11. p Eccle. 1. ſtico p: Fons ſapientię verbum dei in excelſis. Et in pſalmo q: Apud te eſt fons vite. Et apud Io
q pſalm. 35 r Iohan. 4. hannem r: Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Aut ſplendorem, vt ad Hebręos s: Qui cum
s Hebræ. 1. t palm. 109 ſit ſplendor gloriæ. Et in Pſalmo t: In ſplendoribus ſanctorum. Et ſimiliter de alijs figurati-
uis locutionibus ſcripturarum, quæ ſignificant ſupſubſtantialia dei inuiſibilia, vel cum per fi- F
guras & formas ſenſibiles deſignantur prouidentiæ diuinæ prædeſtinationis, vt cum dicitur
v Deute. 32 in Deuteronomio v: Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos. Aut earundem exe-
x pſal. 103. quutiones per munera gratiarum, vt eſt illud in pſal. x: Aperiente te manū tuā oīa implebū-
tur bonitate. Et y: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Aut manife-
y pſal. 144. z Lucæ 3. ſtationes, vt apud Lucam z: Pater in voce, ſpiritus ſanctus in columba, filius in homine mani
a Exod. 3 feſtatur. Aut eſſentię ſimplicitas in igne ſimpliciſſimo elementorum, vt in Exodo a: Apparuit
dominus in flamma ignis de medio rubi. Ignis enim eſt potenter actiuus, clare illuminatiuus
& calefactiuus, iuxta trinam perſonarum æternarum attributionem. Aut virtutes, vt in pſal-
b pſal. 24. mo b: Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. Et c: Deus iudex iuſtus, fortis & patiens.
c pſalm. 7. d Iob 12. Et in libro Iob d: Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, & ipſe habet conſilium & intelligen-
e Oſee 13 tiam. Aut proprietates ſęuorum animalium, vt in Oſee e: Ego ero eis quaſi leæna, & vt pardus
f pſalm. 71 in via Aſſyriorum. Aut termini loci, vt in pſalmo f: Et dominabitur à mari vſq; ad mare. Aut
g pſal. 89. temporis, vt rurſus in pſalmo g: A ſeculo & vſq; in ſeculum tu es deus. Aut manſiones, vt in
h Iſaiæ 56 Iſaia h: Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Et in Iohanne i: Ad eum ve-
i Iohan. 14. niemus, & manſionem apud eum faciemus. Et ibidem: In domo patris mei manſiones multæ
k pſalm. 18 ſunt. Aut proceſſus, vt in pſalmo k: Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Aut
l 1. Cori. 12 diſcretiones, vt eſt illud l: Diuiſiones gratiarum ſunt. Et m: Vnicuiq; ſicut deus diuiſit. Aut vni
m Rom. 12 n Iohan. 10 tiones, vt apud Iohannem n, Ego & pater vnum ſumus. Vel diſcretio pertinet ad diſtinctio-
nem perſonalem, & vnitio ad vnitatem eſſentialem, ſicut tractatur in libro de Diuinis
o pſalm. 32 nominibus. De hac diſcretione dicitur in pſalmo o, Verbo domini cœli confirmati ſunt. De
p Deut. 6 vnitione in Deuter. dicit, Deus tuus, deus vnus eſt. Aut coaptationem humanę figurę ad deū,
vt eſt



D

A Vt eſt illud in Canticis q: Lectulū Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Et r: q Can. 3.
r Egrediemini filiæ Sion, & videte regē Salomonē. Et s: Caput eius aurum optimū. Et Iſa. ait: r Ibidem. s Ibidem.
t Gaudebit ſpōſus ſup ſpōſam, & gaudebit ſup te deus tuus. Aut feraꝝ, vt in Prouer. v Sicut ru- t Iſaiæ. 62.
gitus leonis, ita & tremor regis. Et Ioel ait: x Dñs de Siō rugiet. Aut alioꝝ aīaliū, vt ē apud Iere v Pro. 20. x Ioelis. 3.
miā: y Ego q̄ſi agnus māſuetus, q portatur ad victimā. Aut plantaꝝ, vt in Canticis: z Ego flos y Iere. 11. z Can. 2.
campi, & liliū coualliū. Aut lapidū, vt in Apoc.: a Et q ſedebat ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpi- a Apoca. 4.
dis & ſardij. Aut ornatus muliebres, vt in Iſaia: b Quaſi ſponſum decoratū corona. Et in Pſal. b Iſaiæ. 61. c Pſal. 103.
c Amictus lumine ſicut veſtimēto. Aut b. bariras armaturas, vt in Apoca. d Hæc dicit qui ha- d Apoc. 2
bet rhumphæā ex vtraq; parte acutā. Et in lib. Sapiētiæ: e Accipiet armaturā zelus illius, & ar- e Sapien. 5. f Pſal. 34.
mabit creaturā ad vltionē inimicoꝝ. Et in Pſal. f Apphende arma & ſcutū. Aut artificiū formā- g Oſeæ. 6. h Iere. 18.
di quaſlibet figuras, vt apud Oſee: g Propter hoc dolaui in prophetis. Et in Iere. dr̄. h Nūquid i Iere. 6.
ſicut figulus iſte nō potero facere vobis domus Iſrael? Aut cōflādo in igne, vt in Iere. i Fruſtra K Iſaiæ. 1. l Iſaiæ. 48.
cōflauit cōflator malitiæ eoꝝ nō ſunt cōſumptæ. Et in Iſa. K Excuoquā ad purū ſcoriā tuā. Et m Haba. 3. n Pſal. 67.
l Excoxi te, ſed nō q̄ſi argētū. Aut equos, vñ Habacuk: m Qui aſcēdis ſup eq̄s tuos. Et curr⁹, vñ o Danie. 7.
ait Pſal. n Currus dei decē milib⁹ multiplex. Aut thronos, vt dicit Daniel: o Aſpiciebā donec p Iohan. 4. q Ibidem.
throni poſiti ſunt. Aut cibos, vt apud Iohan. p Cibus me⁹ ē vt faciā volūtatē patris mei. Et: q Ci r Can. 7.
bū ego habeo māducare quē vos neſcitis. Aut potū, vñ dr̄ in Can. Gutt̄ tuū ſicut vinū optimū s Iere. 23. t Pſal. 43.
dignū dilecto meo ad potādū. Et inebriationē, vt in Iere. ex pſona dñi: s Factus ſum ſicut vir e- v Pſal. 77. x Pſal. 77.
brius. Et dormitionē, vt in Pſal. t Exurge, q̄re obdormis dñe? Et v Et excitatus ē tāq̄ dormiēs. y pſal. 105. z Gene. 6.
B Aut crapulā, vt rurſus in Pſal. x Et tāq̄ potēs crapulat⁹ à vino. Attribuit etiā deo in ſcripturis a pſal. 109
ira, vt iteꝝ in Pſal. y Et iratus ē furore dñs in populū ſuū. Triſtitia, vt in Gene. z Tactus dolore b Gene. 22. c Iſaiæ. 45
cordis intrinſecus. Iuramēta, vt in Pſal. a Iurauit dñs & nō pœnitebit eū. Et in Gene. b Per me- d Gene. 6.
metipſm iuraui dicit dñs. Et in Iſa. c In memetipſo iuraui, Egredietr̄ de ore meo iuſtitiæ vbū. Pœ e Thre. 2. f Mala. 2.
nitētia, vt in Gene. d Pœnituit eū q hoīem feciſſet in terra. Maledictiōes, vt in Thre. e Maledi- g Iſaiæ. 30. h Ionæ. 3.
xit dñs ſctificatiōi ſuæ. Et in Mala. f Maledicā bñdixiōibus veſtris. Inſania, vt in Iſa. g Ardēs fu i Gene. 11.
ror ei⁹, & grauis ad portādū. Et cōminatiōes multæ ſiue pmiſſiōes quæ pprie videt̄ fuiſſe ſophi
ſticæ & nō cōpletæ, vt cū Ionas ait: h Adhuc q̄draginta dies, & Niniue ſubuertet̄. Et q̄ſi pugna
cū gygātibus, vt in Gene. i vbi legit̄ dñs q̄ſi cū cōſilio tractaſſe q̄lit̄ ipſoꝝ opus deſtrueret q̄ſi ti-
meret eos: q̄uis ex forma ibi colligi poſſit q ipſi parabāt machinā, nō ad alioꝝ iniuriā, ſed ad p
priā ſaluationē. Et q̄ſi cōſiliū doloſum, vt in ſcđo li. Reg. ibi legit: k Quis decipiet Ahab? Et vba k 2. Reg. 22 l Can. 2.
Cātic. quæ videt̄ exprimere carnalē & materialē amorē, & inhoneſtas paſſiōes, vt cū dr̄: l Quia
amore lāgueo. Et quæcūq; alia ſcripturæ teſtimōia pſumpta ſunt, ad deſignādū occulta myſte-
ria p formas ſenſibiles. Et ſimplicia & impartibilia, p res compoſitas. Et infigurabilia, p figuras
ſenſibiles. Quoꝝ ſignoꝝ q ſpūalē intelligētiā cognouerūt, inuenient ea plena cœleſtibus & diui F
nis myſterijs. Nō enī arbitramur q hmōi ſenſibiliū deſcriptiōes p ſeipſis in ſcripturis cōtineant̄,
ſed ad ſignificādū ſecretā & à multis ignotā ſpūalē intelligētiā, ea ſcilicet intētione vt ipſa ſpūa
lis intelligētia nō facile ppēdat̄ ab immūdis, ſed ſolū amatoribus ſanctitatis reuelēt̄ q feruēt ſtu-
C dēdo veræ ſapiētiæ in ſanctis ſignis reꝝ materialiū, abolita oī inepta & phātaſtica expoſitiōe p
intelligētiā puræ veritatis & amorē bonitatis veræ trāſeūt ad cōtēplationē ſimplicis & ſupnatu
ralis, & añ oīa collocatæ veritatis dictoꝝ ſignoꝝ. Præterea ad excuſationē ſenſibiliū ſignoꝝ at
tēdendū eſt, q duplex eſt traditio theologoꝝ de diuinis in ſacra ſcriptura, quaꝝ vna eſt ſecreta
& clauſa quæ cœleſtia & diuina myſteria ſub obſcuris figuris ſignat. Vñ ipſi⁹ impfectio indiget Ezechi. 1.
declaratione ſpiritualis intelligētiæ, iuxta cōgruētiā ſenſibiliū pprietatū, qbus & animus prius Apoc. 4.
impeditur, & tamen de inuiſibilium cognitione ſuadetur, cum cœleſtes animi animalium figu Oſeæ. 13. Iohan. 1.
ris deſignantur in Ezechiele & Apocal. & Oſeæ. Alia autem euidēs & notior eſt & philoſophi Iohan. 10.
ca & naturali rationi acceptior quæ in effabilia tractat quantum fieri poteſt euidentius, vt cum Pſal. 102. Danie. 7.
dicitur: In principio erat verbum. Et: Ego & pater vnum ſumus, & in Pſal. Laudate dominum Apoc. 4 Matt. 13.
omnes angeli eius. Et in Danie. Milia milium miniſtrabant ei. Et iſta mouet & figit mentem pſal. 77.
in ſpirituales theorias inexplicabilibus myſteriorum exercitijs, neq; ſolum in teſtamento vete
ri ſed etiam in nouo deſignantur cœleſtia & diuina, per obſcuras ſenſibilium figuras, vt in A-
pocalypſi: Sancti angeli deſignantur per lampades & per quatuor animalia, & ipſe dominus Ie
ſus ſæpe in Euangelio legitur locutus fuiſſe parabolice. Vnde Matthæus: Abſq; parabolis nō
loquebatur eis, vt impleretur q̄d dictū eſt per prophetā dicētem: Aperiā in parabolis os meū.
Et ipſe ſub formis ſenſibilibus ſe tradidit apl'is in cœna. Neq; ſolū, ppter incōtaminatā cōſerua
tionē ſctōrū myſterioꝝ ab immūda multitudine cōgruit p formas ſenſibiles deſignare ſpūalia

& diuina,ſed etiam ideo,vt homo qui conſtat ex duabus naturis,ſcilicet anima rationali quæ D
ſimplex eſt in eſſentia & corpore compoſito iuxta vtriuſq; naturæ ſuæ proprietatem illumine
tur diuinis cognitionibus,vt & mens eius puras & ſimplices & intimas ſenſibilium ſignorum
intelligentias ſegregate ab ipſis ſignis conſpiciat & ſenſualitas eiuſdem per naturæ ſuæ propri
etatem poſſibilitatem cooperetur mentali cognitioni,& ſic ad diuina extendatur cum figura-
tiua ſigna ſcripturarum,ita ſint ingenioſe coaptata,vt & ſenſualitati cognata & connaturalia
ſint ipſa ſpiritualis intelligentiæ velamina,& tamen congruenter ſignificent puram & theolo-
gicam veritatem,quam ſine velamine audientes quanto poteſt clarius exprimi cōciperent, q̊d
eſt,per hoc quod dicta ſigna imprimunt animo imaginem manuducentem ad dictam theolo-
gicam veritatem. Non ſolum autem ſenſibilia ſigna ſcripturarum,ſed & totus ipſe mūdus ſen
Roma.8. ſibilis,ſecundum quamlibet ſui partem eſt quaſi propoſitio ſignificans diuina inuiſibilia, iuxta
illud Apoſtoli:Inuiſibilia dei per ea quæ facta intellecta conſpiciuntur. Hinc eſt quod theolo-
gi quædam ſecundum capacitatem multitudinis & conſuetudinem veteris teſtamenti de deo
tradunt,quædam autem pure & clare,quædam autem mediocri doctrina, quędam ſupermun
dana & perfectiua,& aliquando doctrinæ ſuæ materiam,aſſumunt à dictis hiſtorijs,vel ſenſibi
lium rerum proprietatibus,aliquando ab occultis theorijs ſiue intime ſapientię ſpectaculis.Et
iſtæ differentiæ diſpertiuntur ſecundum quod conuenit ſacris literis & mētibus angelicis & hu
manis animabus. Sacra enim ſcriptura non habet hiſtoriam vacuam,ſed in ea continet per to-
tum vnificam perfectionem intelligentiæ ſpiritalis ſiue tropologice,ſiue allegorice,ſiue anago-
gice. Ad remouendam ergo indebitam ſuſpitionem quam de dictis ſymbolis concipit popu-
laris multitudo quæ ſuſpitio mentes ligare videtur,ne ad veram intelligentiam perueniant, o-
portet nos ipſa ſigna inueſtigando penetrare,& non inhonorare ipſa ſigna quæ ſunt quædam
germina diuinarum ſcripturarum,& expreſſiones,& manifeſte imagines ſecretarum & ſuper-
*ſupſubſtã-tialia. naturalium viſionum. Nec ſolummodo diuina inuiſibilia quæ †ſupernaturalia ſunt & ſimpli-
cia ſignis ſenſibilibus varijs in ſacra ſcriptura deſignantur,vt cum dicitur deus ignis,& eloquia
Deute.4. Pſal.118. eius ignita. Sed & angelici ordines qui intelligunt & ſolo intellectu cognoſcūtur varijs formis
prouer.30. ſenſibilium,deſcribuntur & ſpiritualiter ignea vt in Pſalmo:Qui facit angelos ſuos ſpiritus,&
Iere.23. miniſtros ſuos ignem vrentem. Oportet autem aliter coaptare proprietates ignis vel aliarum
materiarum ſuperſubſtantiali deitati,aliter autem diuinis prouidentijs intelligibilibus aut ra-
tionibus,& aliter angelis. Deitati quidem ſecundum cauſalitatem prouidentijs ipſius ſecundū
eſſentiam,angelis ſecundum participationem,& inferioribus varie ſecūdum ſingulorum pro-
portionem,quam diuina ordinatio ſingulis conſtituit. Et non oportet attendere dicta ſigna,
tanquam caſu & ſine,arte & confuſe propoſita,ſed conuenienter ſingula coaptare,vt dictum ē,
ſiue cauſæ,ſiue eſſentijs,ſiue virtutibus,ſiue quibuſlibet ordinationibus aut dignitatibus,quorũ F
omniū dicta ſigna ſunt manifeſtatiua. Et ne vltra quam conuenit epiſtolam extendamus, exe-
quamur deinceps quæſtionem quam per epiſtolam nobis expoſuiſti,ſcilicet de domo & conui
uio ſapientiæ,de quibus tractatur in Prouerbiorū libro. Dicimus igitur quod omne alimentū
Prouer.9 quod perfectiuum effectum habet huiuſmodi,adimplet enim imperfectionem & indigentiam
eorum quæ aluntur,& infirmitatem ipſorum curant,& vitam ſeruat,& reflorere facit & reno-
uat,& viuificum illis beneficium donat,& omnino à triſtitia & imperfectione liberat,& lætiti-
am ipſis & perfectionem largitur. Recte igitur ſuperſapiens & vere bona dei ſapientia dicitur
Prouer.9. Can.7. in ſcriptura ſacra ſtatuere cratherem,vbi nos habemus propoſuit menſam,vel in Cāticis:Cra-
ther tornatilis,& propinare potum ſuum ſanctū & ſublimius his proponere ſua fortia alimen
Hebræ.5. ta,ſcilicet ſolidos cibos. Vnde ibidem legitur:Immolauit victimas ſuas, Et infra:Venite & co-
prouer.9. medite panem meum,Et dicitur benigne offerre ſe amatoribus ſuis,& cum publica denuncia-
tione dicens:Miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad arcem. Vt ergo ex prædictis colligitur diuina ſa-
pientia duplex alimentum proponit. Vnum forte & manens. Aliud humidum & profuſum.
Nomine ergo Cratheris intelligitur diuinarũ diſtributio bonitatum,notatur autem in crathe-
re quod rotundus eſt & patulus:dicitur etiam tornatilis. Apertio eius, ſignificat aperte exten-
tam ad omnia ſimul diuinam bonitatem. Rotunditas ſignificat æternam eius prouidentiā oīa
circumeuntem,& complectentem,carentem principio & fine. Quod autem crather tornatilis
mouetur in loco & non de loco,& ita ſimul mouetur & ſigitur,ſignificat quod dei ſapientia ad
omnia procedit,& tamen ſemper in ſeipſa manet,& ſigitur immobili identitate,& penitus inc
greſſibili in ſeipſa ſingulariter collocata. Quod autem ſapientia dei dicitur ædificare domum
ſibijpſi,& in eadem alimenta fortia & potus & cratherem,vt dictum eſt,his qui diuina recte in-
telligunt,inſinuat quod perfecta dei prouidentia cauſa eſt omnium,& ad omnia procedit,& in
omibus



A omnibus eſt,& continet omnia,& tamen ipſa in ſeipſa tanquam propria domo manens in eo
quod excedit omnia,nihil eſt in aliquo,& ſecundum quod nihil eſt ſegregatur ab omībus, ipſa
in ſeipſa eodem modo & æternaliter exiſtens & ſtans & manens,& ſecundum eadem ſemper &
eodem modo ſe habens,nunquā extra ſe facta,neq; à propria collocatione & immutabili mā-
ſione & eſſentia deficiens,ſed in ſeipſa omnes & perfectiſſimas prouidentias optime operans &
in omnia proueniens,& in ſeipſa manens & ſtans & ſemper mota & neq; ſtans neq; mota, ſed
vt ita dicam prouiſiuas operationes & manſiones in prouidendo connaturaliter ſimul & ſup-
naturaliter habens. Reſtat autem quærere quid ſit alimentum,forte & quid humidum. Iſta enī
duo dare ſimul & prouidere dicitur ſapientia. Puto ergo quod forte alimentum ſignat intelle-
ctualem & manentem perfectionem & immutabilitatem ſecundum quam diuina intelligun-
tur,& per firmam & fortem & vnitiuam & indiuiſibilem cognitionem ab intellectualibus mē
tis ſenſibus percipiuntur,quibus illorum ſapientiſſimus Paulus Apoſtolus ex ipſa ſapiētia acci
piens vere forte alimentum tradidit in familiaribus doctrinis,ſicut ipſe dicit:Sapiētiam loqui- 1 Cor.2.
mur inter perfectos. Humidū vero alimentū,ſignat cognitiōem dei ad ſe* miſericorditer manu- †vniformi-ter.
ducentis imperfectos iuxta ipſorum capacitatem quam in ſua ſimplicitate non capiunt. Et hęc
doctrina liquido nutrimento comparatur,quia ſicut res liquida prompte & cito fluit vndiq;,
& per varia diuiditur:ita hæc doctrina capitur à multitudine & per plurima ſigna variatur. Vn̄
comparatur rori, aquæ,lacti,vino & melli. Rori & aquæ propter virtutem vitæ generatiuam.
Lacti,propter vim augmentatiuam. Vino,propter vim reuiuificatiuā. Melli propter vim mū- Deute.32.
B dificatiuam & ſeruatiuam. Hæc enim ſpiritualiter donat copioſe diuina ſapientia amatoribus Eccli.5. 1.Cor.3.
ſuis,& horum alimentorum affluentiam eis indeficienter largitur & ſuperemanat. Hæc autem Hebræ.5. Cant.1
largiri eſt vere alere,& propter iſta dicuntur ſcripturæ ſacræ & viuificatiuæ & puerorum nutri- Luc.5.0.
tiuæ & perfectorum perfectiuę. Secundum huiuſmodi alimentorum intelligentiam deus qui Pſal.18.125.
eſt omnium optimus dicitur inebriari,propter abundantiam ſpiritalis alimenti ſuperātem o- Ezech.3.
mnem plenitudinem & intellectum, vel potius,quia ipſe habet perfectam & ineffabilem & o- Apoc.10.
mnino immenſurabilem bonitatem. In nobis ſiquidem ebrietas in malo dicitur,ſcilicet incom
menſurabilis adimpletio & exceſſus mentis & ſenſuum. Deo autem attribuitur ebrietas in bo
no,quæ non eſt aliud niſi ſuperplena omnium bonorum incommenſuratio,præexiſtens in ipō
ſecundum cauſam. Sed & per exceſſum ſciendi qui conſequitur ebrietatem,oportet intelligere
in deo exceſſum qui eſt ſuper omnem intellectum,ſecundum quem deus ſegregatur ab intelle
ctu & ab omni quod intelligit vel intelligitur,& ab ipſo eſſe,& ſimpliciter ab omnibus quæcū-
que ſunt. Dicitur ergo deus inebriatus & exceſſum paſſus,in eo quod his omnibus ſuperemi-
net excedendo omnem incommenſurationem,& eſt iterum extra & ſuper omnia ſuppoſitus.
Horum conſideratione moti iuxta conſimilem modum accipimus conuiuium ſanctorum in Lucæ.22.
regno dei,de quo legitur:Faciet illos diſcumbere,& tranſiens miniſtrabit illis. Quibus verbis
ſignificatur communis quædam & conſentanea communio ſanctorum in diuinis bonis,& ſpe
cialiter eccleſia ſanctorum primitiuorum deſcriptorum in cœlis,& generaliter ſpiritus iuſto-
C rum omnibus bonis perfectos,& omnibus bonis adimpletos reclinationem à multis labori-
bus,& vitam ſine læſione,& diuinam conuerſationem in lumine & regione viuentium adim-
pletam omni delectabili & ſancto affectu,& copioſam donationem copioſiſſimorum & bea-
tiſſimorum bonorum in patria,ſecundum quam ſancti adimplentur plena & vniuerſali læti-
tia. Et hoc eſt quod legitur dominus Ieſus lætari & facere ſanctos diſcumbere,& miniſtrare e- Ibidem.
is æternam quietem,& omnium bonorum adimpletionem eis dare & infundere. Somnus aūt
deo attributus,ſignat ipſum eſſe ſegregatum etiam ab electis,& omnibus incommunicabilem
per exceſſum. Vigilia autem in eo ſignat attentionem ipſius ad prouidēdum indigentibus per
diſciplinam aut ſaluationem. Multa ſiquidem ſigna theologica hic à me prætermittuntur,quę
ex dictis conijcies,quæ & tractaui in ſymbolica theologia,vnde ſuperfluum videtur hic eadem
iterare tāquam noua,licet cognoſcamus eſſe bona. Hic ergo epiſtolam finiemus,cum plura ex-
poſuerimus quam tuæ literæ poſtulauerunt. Ad intellectum autem eorum quæ hic prætermit
timus,totam ipſam noſtram ſymbolicam theologiam mittimus tibi,in qua inuenies & ſapien
tiæ domum myſticam,& columnas ſeptem diſcretas,& forte alimētum ipſius diuiſum in ſacri
ficio & pane. Et quæ ſit dei ebrietas,quæ crapula,& etiā ea quæ hic dicta ſunt breuiter,ibi diffu- Prouer.9.
ſius tractantur & euidentius diſcernuntur. Et in libro illo vt breuiter comprehendam eſt ars
inueniendi omnes ſymbolicas theologias iuxta conſonantiam ſcripturarum.

LIBRI DE MYSTICA THEOLOGIA FINIS.

Ad Eo

# AD ECCLESIASTICAM HIERARCHIAM DOcti cuiſpiam hominis Appendix, decẽ dominicæ orationis partes, decem eccleſiaſticæ Hierarchiæ ordinibus eruditiſſime accommodans.

D

PONTIFICES

I Pater noſter qui es in cœlis

SACERDOTES

II Sanctificetur nomen tuum.

DIACONI

III Adueniat regnum tuum.

SVBDIACONI

IIII Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

MINISTRI

V Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

MONACHI

VI Et dimitte nobis debita noſtra.

PLEBS SANCTA

VII Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. E

ENERGVMENI

VIII Et ne nos inducas in tentationem.

CATHECVMINI

IX Sed libera nos a malo.

OMNES SIMVL ECCLESIASTICI GRADVS

X Amen.

Lucæ.11. LEgimus in Luca: Cum eſſet Ieſus in quodam loco orans, vt ceſſauit orare: dixit vnus ex diſcipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare: ſicut docuit Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis: Cum oratis dicite: Pater, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata noſtra. Siquidem & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. ❡Nos vero: quia in ea oratione, duæ particulę deſunt (ſcilicet: Fiat volũtas tua, & hęc: Sed libera nos à malo) potius eandem orationem ex Mattheo depromemus. Matt.6. Cum (inquit dominus) oratis: non eritis ſicut hypocritę, qui amant in ſynagogis & in plateis viarum ſtantes, orare: vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. Tu autem cũ oraueris: intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio: ora patrem tuum in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. Orantes autem, nolite multum loqui: ſicut Ethnici faciunt. Putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater veſter: quid opus ſit vobis antequam petatis eum. D.Diony. ❡Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra. Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentatiõem. Sed libera nos à malo. Hanc ergo dominicam orationem rite in nouem partes diſtributam: ſingulis eccleſiaſticæ hierarchię ordinibus ſacriſq; functionibus aptabimus. ❡Sicut enim à diuo Dionyſio angelica illa primaria functio (quæ in deum per ſe ac ſine medio: ſacris aſcenſibus prouehitur) in nouem beatiſſimos ordines perpulchre digeſta eſſe oſtenditur: ita & eccleſiaſtica quoque ſiue humana inſtitutio (quæ ſecũdo loco poſt angelicam percq; traduces angelos in deum nititur) ad illius imitationem: in ter trinos gradus congrue diſtributa eſſe ab eodem demõſtratur. Seraphin. Pontifices. Cherubin. Sacerdotes ❡Seraphico quippe ordini reſpondere pontifices tradit: cum primatum illos in omni ſacra hominum functione gerere pronunciat. ❡Sacris deinde Cherubin ſacerdotum ordinem confert: quibus ſecundas partes in eccleſia tribuit. ❡Eminentiſſimos dein thronos à ſtudioſa miniſtrorum inſtitutione in terris explicari contendit: dum tertio eos gradu in eccleſiaſtica functione collocat. Quia tamen per miniſtrorum ordinem cęteros quoq; inferiores gradus (q in ipſis



A in ipſis templis miniſterium aliquod ex offitio adepti ſunt) complectitur: veluti quos nunc dyacones, ſubdiacones, oſtiarios, clauigeros, aliosq; huiuſmodi, ideo nos ad complendum humanæ totius functionis nouenarium, ipſum miniſtrorũ ordinẽ aliter diducimus, in dyacones, ſubdiacones, & inferiores gradus, quos nunc minores ordines appellare ſolent. Throni. ❡Dyacones igitur tertio in gradu collocamus, eosq; thronorũ ſacratiſſimę functioni conferimus. Dyacones. Diationes. ❡Subdiacones vero quarta ſede collocatos, potentiſſimis dominationibus coaptamus. Subdiacões. Virtutes. ❡Ad eos qui minoribus ordinibus initiantur vno nomine miniſtrorũ complectentes, honeſtiſſimis virtutibus quinto loco comparamus. Miniſtri. Poteſtates. ❡Sub autẽ miniſtrorũ ordine, monachica inſtitutio à diuo Dionyſio ſtabilitur, quæ ſexto in loco ſublimes ipſas poteſtates imitatur. Monachi. Principat⁹. ❡Monachico cetui ſuccedit ſancta plebs piusq;, vt ait, popul⁹: quẽ ſummos ipſos principat⁹ cõgrue emulari aſſerimus. Plebs ſancta. Archãgeli. ❡Sanctam plebem, ſequitur pœnitentium, turba quos energuminos vocat, qui quãquam pro merito perfectiſſimis archangelis conferri nequeant, illis tamen ſola numeri & ſupputationis graduũ cauſa (octauo inquam loco) reſpondere probentur. Energumeni. Angeli. ❡Extremi omniũ ſunt cathecumini, quos diuinorũ myſteriorum ex toto rudes & nondum ſacræ alicuius rei participes eſſe Dionyſius oſtendit. Cathecumeni. Hi pariter, quãquam purgatiſſimis angelis digne conferri nequeant, eſto tamen numerotenus nonove gradu illos quomodolibet emulentur. ❡Ad hunc ergo modum eccleſiaſticæ toti hierarchiæ (ad angelicæ functionis inſtar in nouẽ gradus diductę) dominicã orationẽ accommodare ſtuduimus, cuius interpretatiũculam pro modulo noſtro aggreſſi, de ea per ſingula capita parteſq; dicemus.

PONTIFICES

B PAter noſter qui es in cœlis

❡Expræſſit dominus ſacræ ipſius orationis accidentia qualitatẽ & quantitatem, priuſquam eiuſdem prompſerit ſubſtantiã. Dixit imprimis, tu cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ. Et clauſo oſtio, ora patrẽ tuũ in abſcondito. Deinde ſubiunxit. Orantes autẽ nolite multũ loqui. Matt.6. Gemina orationis accidentia. His enĩ dictis edocuit gemina eſſe orationis accidentia, qualitatẽ (ꝙ inquã occulta) Quantitatẽ vero, quod breuiloqua eſſe debeat. Poſtremo ipſius orationis ſubſtantiam, ſacro ore profudit dicens. Sic ergo vos orabitis: Pater noſter qui es in cœlis. Hæc enĩ particula & ſequentes ad ipſius orationis ſubſtantiã ſpectant. Cęterũ eiuſdẽ ſubſtantia ſine quantitate proferri non potuit, vtpote cũ ex natura ſui habeat oratio, ꝙ breuis ſit vel longa. Prolata tamen eſt ſine qualitate, quãdoquidẽ haud ex ſuaipſius natura, ſed ex nobiſipſis habeat oratio, quod aut in abdito aut in aperto profertur. ❡Propoſuit igitur nobis dominus orationẽ breuem, vt cætera omĩs noſtra oratio ad huius imitationẽ à nobis concinne ſtruatur atq; limitetur. Sed quẽadmodũ accidit arcu ſagittam excuſſuris, ita & nobis accidere debet orare volentibus. Illi quippe directam oculorũ aciẽ in ſignũ aliquod intendunt, nec vſpiam auertere audent, quoad in illud ſagittam excuſſerint. Ita & orantes oportet imprimis mẽtis acumen in deũ intendere, nec vſq; auerti permittere quoad conſummata ſit finitaq; oratio. Leuaui enĩ (inquit ſcriptura) oculos meos in montes vnde, id eſt, é quibus montibus cœleſtibusve thalamis veniet auxilium mihi. C ❡Propterea & dominus ipſe (qui nobis propoſitus ac datus eſt in exemplũ) cum aut patrem oraturus erat aut ſanitatem cuipiam redditurus, ſolebat eleuatis in cœlum oculis ſurſum intendere, nec incaſſum, hoc eſt in aera, ſacra orationis verba effundere, In oratione neceſſaria mẽtis in deum directio. ſed ad ipſius patris fontane deitatis perſonam, veluti ſagittam ad ſignum, oculatiſſimus piiſſima præcamina dirigebat. Quemadmodum cum dixit: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. Pſal.120. Pſal.11. Iohan.11. Matt.27. Lucæ.23. Similiter & in ſuſcitatione lazari. Eleuatis enim Ieſus ſurſum oculis dixit: Pater gratias ago tibi, quia audiſti me. Et cum item penderet in cruce, ignoſcens infectoribus ſuis: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Et ſurſum ſacram animam efflaturus: Pater in manus tuas cõmẽdo ſpũm meũ. ❡Cũ ergo illũ q naturalis dei filius ẽ, ac ꝓuium totius inſtituẽdæ nr̃æ vitæ ſignaculũ, nos dei filij adoptiui ꝑ oĩa imitari ſtudeam⁹, docemur ab eo in ꝓſentis oratiõis exordio, haud q̃q̃ in incertũ, aut in lacera effundere oratiõis verba, ſed eleuatis ſurſum mẽtis oculis, mitiſſimũ ipm̃ patrẽ, à quo & oẽ donũ & ſpiritale robur ꝓſtolamur, religioſe atq; humiliter affari dicẽtes: Pater noſter q es in cœlis. Matt.6. Iohan.1. Iohan.17. Iohan.8. Iohan.15. Gal.4. Quotq̃t enim dei filiũ in terris receperũt, quotcũq; in eũ crediderũt, hi accipiũt ab eo poteſtatẽ filij dei & fieri & vocari. Si ergo accipiũt ab eo poteſtatẽ filij dei fieri, vtiq; & poteſtatẽ accipiũt deũ ipm̃ pie inuocãdi, nõ iã vt dominũ, ſed vt clemẽtiſſimũ patrẽ. Ipſe enim fili⁹ dei, nos neutiq̃ dixit eẽ ſeruos, qa ſeruus inquit, neſcit quid faciat dominus eius. Nec ſeruus hæres efficitur, neq; manet in domo inæternũ. Verum nos potius vocauit amicos, quia omnia quæcunq; audit à patre, nota fecit nobis. Introduxit

duxit item nos in cellaria ſua: vt in illis perfruamur immortalitate. Claritatem ſuam dedit nobis: fecitq; naturalium ſuorum bonorum cohęredes. Et ſicut nos ex ſeruis trãſtulit in filios: ita & deum ipſum ex domino conuertit in patrẽ. Conciliauit prius iratum, placauit offenſum: coniunxit ſeparatum. Scidit velum. Abſtulit interſtitem illam nubem: de qua Ieremias dicit: Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſiret oratio. ¶ Finge etenim prius aut hominem ipſum, aut deum ipſum, aut certe vtrunque, circũdatum tectumq; nube antea fuiſſe, ac delituiſſe in tenebris. (Nempe & deus ipſe dicitur tenebras poſuiſſe latibulum ſuum. Et priſci quoq; patres, ſub nube à beatiſſimo Paulo fuiſſe prædicãtur) hoc pacto: aut vnius, aut duarum nubium interſtitiũ, totis prioribus ſeculis humanitatem à deo diremit abiunxitq;, prohibens ne & in deũ ſcanderet humanitas: & ne mentis humanę oculus: ſuum deum agnoſcere conſpicariq; poſſet, hominis quoq; ad deum fuſa oratio: geminis hiſce nubibus (tanquam imperuijs obſcuriſq; obicibus) intercludebatur, ne exaudiretur à deo, neve vſque in deum perlata, illum in miſerationem noſtri pulſaret, cieret, commoueret. ¶ Ad quid igitur filium dei aduentaſſe in mundum credimus, niſi vt hic ambarum huiuſcemodi nubium peſſulum diſſiparet? quo nuda humanitas, nudam pariter attrectaret palparetq; diuinitatem, quo imperturbatus humanę mentis oculus diſcuſſis nubibus, ſyncerum pariter purumq; diuini ſolis iubar contemplari ſufficeret. ¶ Quẽadmodum ſi rurſum intellexeris in hoc mundo duorum hominum immortales animas, quæ dum ambæ proprij corporis amictu conteguntur: altera alteri nuda ſyncera, puraq; (vti eſt) patere prohibentur. Deinde reſolutis earum corpuſculis, eaſdem imperturbatas ac nudas vti ſunt in mutuum venire complexum, & vtramque alterius liquido agnoſcere intueriq; decorẽ. E Hoc pacto intelligere ſufficies dei filium diremiſſe chaos litemq; peccati: quæ erat inter deum & humanum genus ab initio. Diuinas quippe tenebras conuertit in lucem. Humanam quoq; nubem, hoc eſt ignorantiam, in ſcientiam totiuſq; veritatis agnitionem pariter tranſtulit. Separata prius extrema (deum inquam & hominem) coniunxit. Immortale inter ea fœdus ſanxit. Statuit grata vtrinque commertia: vt hinc, hoc eſt ab homine manans oratio, nullo medio obſiſtente perferatur vſq; in deum. Illinc vero, id eſt, à deo: largiſſima gratiæ dona (pro orationis fœnore) mox homini redderentur. Tranſtulit dei filius ipſa extrema (deum inquam & hominem) aliquo pacto in contraria. Nam deum, qui natura in cœlis eſt, in terras ipſe deuexit. Et hominem cui natiua eſt terreno in orbe ſedes, in cœlũ reportauit. Et nõ modo hoc, ſed & in eo factum eſt vt deus eſſet homo: & vt homo eſſet deus. Hæc enĩ in vnitate perſonæ Chriſti (quæ eſt diuinæ humanæq; naturæ integra inconfuſaq; complexio) palam veritatem ſuam recipiũt. ¶ Vnde fit vt perſona Chriſti ſit veriſſima clauis merumq; commertium intelligibilium & ſenſibilium, vtpote per quam intelligibilia in ſublunaribus, & ſenſibilia in ſupercœleſtibus fieri nata dinoſcuntur.

Iere. 3.
Analogia nubium.
Pſal. 17.
2. Cor. 10.
Illatio.
Perſona Chriſti intelligibiliũ & ſenſibilium cõmertium.

## SACERDOTES

SAnctificetur nomen tuum, F

¶ Prior propoſitio: duntaxat diuinam & ſubſtantiam & ſedem pulſitauit, nihil adhuc aut tribuens deo, aut expetens ab illo. Subſtãtiam quidẽ exciuit his verbis: Pater noſter. Pulſauit vero & diuinam ſedem ſequentibus verbis: qui es in cœlis. Vt enim ſacra canunt eloquia. Cœlum cœli domino, terram autem dedit filijs dominum. Nã quamquam deus ſit vbiq;, præcipuam tamẽ illi honeſtioremq; ſedem tribuimus in cœlis, quẽadmodum & rationalem animam quæ toti corpori ineſt, honeſtius in corde reſidere prædicamus. Hominibus vero natiua ſedes tribuitur in terris, quorum cum manſio ſit extera & adulterina à cœleſti manſione, opus eſt vt é longa peregrinatione in patriam remeare volentes, fores imprimis paternæ domus pia oratione pulſitare incipiant, & non modo hoc, ſed & inhabitantem intus patrem nominatim citent, idq; non temere: quemadmodum virgines fatuę, quæ irreligioſe dixerunt. Domine domine aperi nobis: audieruntq; ideo iratum dominum dicentem: neſcio vos. Sed ſicut filius ille qui per lemargiam cuncta poſtquam aſſumpſerat ad patrem redijt, confidens quidem in paterna clementia: ſed tamen ob & religionẽ & patris honorem: veritus ſeſe appellare filium dixit. Domine, nõ ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Quid enim obſecro hic ob humilitatem à patre audire meruit? Cito inquit proferte ſtolam primam: & date annulum in manu eius, & occidite vitulum ſaginatum: & epulemur & manducemus quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus eſt. Ecce enim filium eum vocat, qui vt ſeruus recipi & introduci præcabatur. Filio quoque alij maiori de agro redeunti: dixit: Frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus eſt. Fratrẽ eius illum appellans: quem etiã vt filium exceperat. ¶ Sed percunctabitur aliqs an ſicut Chriſti filij dei

Pſal. 113.
Matt. 25.
Quãta cũ humilitate deus exorãdꝰ.
Lucæ. 15.
Percunctatio



A filij dei oratio ſiebat in terris ad ſolam patris perſonam: ita & oratio noſtra qua inchoamus dicere: Pater noſter: ſit pariter ad ſolam patris perſonam diſcrete referenda, & non potius ad totam diuinam ſubſtantiam, ſiue ad totum deum coniunctim & ſine diſcretione perſonarũ ſumptum. ¶ Dicimus Chriſtum dominum cuius diuinitas vna erat (quippe ſecunda) é tribus perſonis ſacratiſſime trinitatis, omnem ſuam orationem ad ſuum patrem, id eſt, ad fontanã ipſam primogenitamq; deitatem direxiſſe, & non ad ſeipſum neq; ad ſpiritum, neq; coniunctim ad deum totum niſi fortaſſis ſecundum naturam ſui humanam: quæ diuinę ſublimiorisq; naturæ per omnia ſubdebatur. Hoc enim pacto Chriſti humanitas, orationem ad patrem & ad filium & ad ſpiritum atq; ad deum ipſum coniunctim fundere potuit, cum nihil differat ſubſtantia humanitatis Chriſti à cæterorum hominum humanitate, præter id quod deo coniuncta fuit, q̊d de virgine nata, quod munda ab omi peccati macula, & ex conſequenti per ſe ſiue natura immortalis. ¶ Ac cæterorum orationes hominum, quintuplici modo abſoluũtur. Aut enĩ peculiariter ad deum patrem fiunt, vt cum dicimus: Pater de cœlis deus, miſerere nobis. Aut ad filiũ, vt hæc: Fili redemptor mũdi deus, miſerere nobis. Aut ad ſpiritum, vt: Spiritusſancte deus, miſerere nobis. Aut ſimul ad vniuerſam trinitatẽ, vt: Sancta trinitas vnus deꝰ miſerere nobis. Hęc enĩ oratio fit ad totam quidem diuinam ſubſtantiam, ſed ſub diſcrimine atq; explicito numero trium perſonarũ. Aut deniq; ad deum totum coniunctim, & ſine expreſſione interni numeri noſtra dirigitur oratio, vt hæc: Miſerere mei deus ſecũdum magnã miſericordiã tuam. Aut: Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis, vel Domine exaudi orationẽ meam, & clamor meus ad te veniat. Hæ enĩ nouiſſimæ orationes, neq; peculiariter ad aliquam perſonarum, neque ad deum totum ſub expreſſiõe interni eius numeri, hoc eſt trinitatis triumve perſonarum, ſed ad eundem vnice coniunctimq; ſumptũ à nobis pie funduntur. ¶ Præterea ſunt & aliæ quædã orationes, quæ ipſi Chriſto ſecundum vtranq; ipſius naturam, à nobis ſacratius dicantur. Alię que ad latus, aut angelis, aut nonnullis ſctõrum offerri ſolent. Vnde fit vt in totũ duplex ſit oratio. Alia directa, Alia indirecta ſiue reflexa. ¶ Directa eſt qua deus ipſe vel Chriſtus: ſine medio à nobis interpellatur. ¶ Indirecta vero, quæ ſanctos tam angelos quam homines interpellat, vt illi deum nobis ſiue Chriſtum conciliare dignentur. Hæc enim oratio, propterea reflexa dicitur, quia per eam ſanctos præcamur non ſimpliciter, vt ea munera quæ petimus ipſi largiãtur, ſed vt nobis ea elargiri à deo expoſtulent. Oramus enĩ eos, vt orent pro nobis. Hoc autem de deo dici nequit, vtpote qui eminentiorẽ non habet quem deprecetur, ſed eum ipſi interpellamus tanquam vnicum & ſolum omium munerum noſtrorum autorem benignumq; largitorẽ. ¶ Directa oratio non habet obliquam ſiue reflexam. Reflexa tamen directam ſemper habet annexam. Nam qui ſanctum quẽpiam precatur, deũ ſibi medio huius ſancti conciliat. Duæ igitur ibi accidunt orationes, prima hominis ad ſanctum aliquem, quæ indirecta vocatur. Secũda vero ſancti ipſius ad deum, quã conſtat eſſe directam. ¶ Primã orationẽ fundit homo propter ſeipſum, non tamen ad deũ. Secundã fundit ſanctus ad deum, non tamen propter ſeipſum ſed propter hominẽ, qui adhuc in mundo conuerſatur. ¶ Directa oratio fit à principio ad finẽ ſine medio: vt ab homine ad deũ. Aut à medio ad finem, vt ab ipſis ſanctis ad deum. Indirecta vero fit ab imo ad mediũ, vt ab homine peccatore ad cetum ſanctorum. Eſt enĩ finis & ſummum totius orationis obiectũ: Deus Medium Sancti. Principiũ & vltimũ ſiue imum, homo adhuc in terris degens. ¶ Recta oratio præcipue ſanctorum eſt, & eorum qui nullo peccati peſſulo à deo diuiduntur, quiq; tanquam coniuncti deo, ad illũ verba familiarius dirigere audent, & ab eodẽ facile exaudiuntur. Obliqua vero oratio eorum eſt, quos tetra peccati labes diſſimilitudiniſq; permixtio à deo alienos efficit, & qui haud aliter quam per ſanctorum mediũ, poſſunt deũ habere propitium. Obliqua quippe peccatoris ad quẽpiam ſanctorum oratio directa infert ſancti illius ad deũ, pro eo precamina. Deinde ex obliqua pœnitentis & recta ſancti alicuius prædirecta elicitur peccatoris iamiam mundi à labe ad deum oratio.

B and C (margin letters)

Reſponſio.
Cęterorum hominũ orationes quintuplici mõ fiunt.
Alij orandi modi.
In totũ duplex oratio.

## DIACONI

ADueniat regnum tuum.

¶ Aduerte obſecro benigne lector quam concinnum ſeruet ordinem dominica oratio. Prima quippe propoſitio, Pater noſter qui es in cœlis: omium eſt abſolutiſſima, nihil (vt diximus) aut tribuens deo: aut expetens ab eodem. Nam dũtaxat & deũ nominatim exciuit: & cœleſtis ipſius domicilij fores propulſauit. Propterea rationabile eſt illam ſummis pontificibus decenter attribui. Hi enim in humana hierarchia, longe præ omibus ipſi deo propinquare, & ante illũ angelico more aſtare dicuntur. Inſuper & illum oculos attollere, noiare excitareq; eundẽ, ac propemodũ foribus inſtare domicilij ſancti eius ex officio &

 ficio&

ficio & pio ſui inſtituto habent. ¶Secunda vero propoſitio quæ eſt: Sanctificetur nomen tuū, D iam proprie particularior eſſe incipit. Hæc enī tametſi nihil ab ipſo deo expoſtulet, illū tamen in primis collaudandum ſanctificandūq; præcipit. Inquit enim ſanctificetur nomen tuū, hoc eſt ſanctum habeatur, magnificetur, collaudetur, prædicetur. Extollatur in oīni terra. Hi ſiquidem qui aſſumunt nomen dei in uanum, non illud ſanctificant, ſed magis irritant, habentq; ludibrio nomen dei, quod tamen quanto in honore quantoq; cum tremore in oīm ore habendū ſit, docet id Mala. ppheta: Fili honorat patrē, & ſeruꝰ dñm ſuū. Si ergo pr̄ ego ſum, vbi ē honor meꝰ? Et ſi dñs ego vbi ē timor meus? dicit dñs exercituū ad vos ó ſacerdotes, q deſpicitis nomen meū? Et dixiſtis in quo deſpeximus nomen tuū? Offertis ſuper altare meū panem pollutū. Non eſt mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus nō ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum, magnum eſt nomē meū in gentibus & in omni loco, ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in gētibus dicit dominus excercituum & vos polluiſtis illud. ¶Similiter & paria docet id Ezechiel: Et ingreſſi ſunt ad gentes, & polluerunt nomē ſanctum meum, cum diceretur eis, populus dei iſte eſt, & de terra eius egreſſi ſunt. Et peperci nomini ſancto meo, quod polluerat domus Iſrael in gentibus ad quas ingreſſi ſunt. ¶Et paulo poſt, non propter vos ego faciā domus Iſrael, ſed propter nomen ſanctum meum, quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis. Et ſanctificabo nomen meum magnum, quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis. Moyſes quoq; & Aarō, nōne non meruerunt ingredi terram promiſſionis, fluentem lacte & melle, quia non ſanctificauerūt deum coram populo, ad aquas contradictionis in cades? Viderunt enim terram, & nō ingreſſi ad illam mortui ſunt in deſerto. Sacratiſſima virgo Maria mater domini reſponſo accepto ab angelo, mox ſanctificans nomen domini dixit: Magnificat anima mea dominū. Et exaltauit ſpiritus meus, in deo ſalutari meo, Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, Quia fecit mihi magna qui potens eſt & ſanctum nomen eius. Vult ergo nimirum ſanctificari à nobis nomen ſanctum ſuum, qui præcepit: Non aſſumes nomen domini dei tui in vanum. ¶Hæc autem diuini nominis ſanctificatio ſiue diuinarum laudum concelebratio, abſq; iniuria in humana hierarchia, ſecūdo, id eſt, ſacerdotali ordini deputatur. Quanto enim quiſpiam ordo deo magis propinquat, tanto cum maiore ſilentio illius arcana revereri atq; honorare præcipitur. Nempe & deus ipſe in ſummo dicitur habitare ſilentio, in quo penitus omnis vox obmuteſcit, & à quo ſtatim vbi digredimur, mox orationis vociſq;, deum ipſum mire extollentis, multiplicitas oboritur. ¶Vnde illam profecto plenam horroris vocem quatuor animalium, deum die ac nocte collaudantium exaudimus: Sanctus, ſanctus, ſanctus, dominus deus ſabaoth, Plena eſt omnis terra gloria eiꝰ. ¶Sicut enim primi ac pōtificij ordinis officium eſt, vt duntaxat diuini habitaculi fores propulſent, vt ve ipſum E dei nomen inclament, ita & ſecundi hoc eſt ſacerdotalis ordinis, hæc pariter eſt honeſtiſſima functio, vt iamiam exciti conuerſiq; in nos, dei laudes ſtudioſe decantent. Excitat nempe quaſi è ſopore primus ordo deum, vt à ſecundo ordine ſuas ipſe laudes decantari propitius exaudiat. ¶Sed quid ſuccedens ordo qui dyaconorum proprius eſt & ordine tertius, implet miniſterij? Vide queſo quā congruo ordine ſenſim fit ad ſpecialiora deſcenſus. Primus ordo, nihil aut deo tribuit, aut expetijt ab eodem. Secundus nihil cum expetierit illum tamen laudibus ac ſanctitudine decorauit. Tertius vero iam petitorius eſſe incipit. Primus, deum dūtaxat exciuit cōuertitq; in nos. Secundus, laudauit. Tertius iam aliquid ab eodem, velut ſecundi ordinis laudibus placato expoſtulare aggreditur. Hic autem ordo Dyaconorum eſt, quibus præſentem propoſitionem adaptamus, vt dicant ac iugiter orent. Adueniat regnum tuum. ¶Sicut enim diuinum abſolutum nomen, prius eſt ſua laude, laus vero prior oratione, ita & in ore primi ac pontificij ordinis ſtatuimus ipſum dei nomen. In ore ſacerdotum collocamus eius laudem. In dyaconorum vero labijs, ipſam ponimus orationem noſtrorum bonorum expoſtulatricē. ¶Primus ordo propior deo aſtans, diuinas virtutes pene in ſilentio ſpeculatur eaſq; admirat. ¶Secundus eaſdem virtutes quas à priore & preſtantiore didicit ordine, ſanctis vocibus effert atq; collaudat. ¶Tertius vero inferiorum prouidentiam gerens orat, vt in huiuſmodi virtutum decore admirandoq; ſplendore adueniat ille rex, cuius regnum erit perpetuum & immortalitatis plenum. Quid enim obſecro aliud eſt poſtulare à deo vt adueniat regnum eius, quam expetere vt adueniet ille deſideratus cunctis gentibus rex & princeps pacis ac pater futuri ſeculi, cuius regnum erit regnum omnium ſeculorum, & dominatio eius in omni generatione & generationem de huiuſmodi rege locutus Eſaias dixit: Ecce in iuſtitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Et pro eius aduentu orauit dicens: Emitte agnum domine dominatorem terræ,

*Malachias.* *Ezechiel.* *Moſes. Aaron.* *Sacratiſſima virgo Maria.* *Mira oratio ſenſim ad ſpecialiora deſcendens.*



terræ, de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Si enim nequit aduenire regnū niſi rex imprimis aduenjat, idem profecto eſt orare: Adueniat regnum tuum: Et adueniat rex ille noſter, filius A agnuſq; tuus, qui eſt expectatio gentium.

*Iſaiæ. 16.*

## SVBDIACONI

Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra.

¶Quartus eccleſiaſticus ordo, qui ſubdiaconorum proprius eſt orat: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Hæc autem oratio, ex priore dyaconorum oratione infertur. Si enim adueniat regnum dei, neceſſe eſt vt fiat voluntas dei in terris ſicut & in cœlis. Neceſſe item eſt, vt in ſublunari mundo pareat omnis homo diuinæ voluntati, ſicut & in ſupercœleſti regione, nullus angelus non eidem diuinæ voluntati obtemperare credit. ¶Vñ fit vt ferme nil aliud ſit aduētare regnū dei, quam fieri voluntatem dei in terris ſicut & in cœlis. Siue vt ſicut, iuxta eloquia, deus noſter in cœlo omnia quæcunq; voluit fecit, ita in terris nihil illius voluntati auſit obſiſtere. ¶Sed age forſitan dices: Si deus ſanctus eſt, ita vt nullo pacto imminui ſanctitas eius valeat, cur orare iubemur vt ſanctificetur nomen eius? Si item regnat deus & non poteſt tolli eius regnum, cur oramus vt regnet vtue adueniat regnum eius? Et ſi rurſum quicquid vult ipſe facit, ita vt nullus illius vultui reſiſtere poſſit, cur orādum à nobis eſt vt fiat voluntas eius? ¶Ad hæc omnia præſens reſpondet propoſitio. Nō enim hęc ipſa poſtulat ſimpliciter, vt fiat dei voluntas, ſed vt fiat dei voluntas ſicut in cœlo & in terra, vt vt tales ſint hominum in terris ad obtemperandum deo mentes, quales ſunt in cœlis angelicę mentes, quæ diuina iuſſa vltro exequuntur. ¶Vnde fit vt hæc particula ſicut in cœlo & in terra, poſſit non inelegāter addi ſuperioribus orationibus hoc pacto: Pater noſter qui es in cœlis. B Sicut es in cœlis ita eſto & in terra. Sicut videaris ab angelis in cœlis, ita & videaris ab hominibus in terris. Deinde Sanctificetur nomen tuum, ſicut in cœlo & in terra. Sāctificatur enim dei nomen ab angelis in cœlo, nec eſt quiſquam angelorum qui nomen dei temere aut incaſſum aſſumat. Nullus item angelus, à diuinis pro modulo ſuo temperat laudibus. ¶Oramus ergo, vt ita ſanctificetur nomen dei in terris ab hominibus, quemadmodū & ſanctificatur miriſq; laudibus extollitur ab angelicis choris in cœlo. ¶Rurſum cum dicimus: Adueniat regnum tuum ſubintellige ſicut in cœlo & in terra. Nullus quippe in cœlis rex eſt, præter regem regum, qui regnat in ſecula ſeculorum. Nullum in cœlis eſt regnum, præter dei regnum, in quo diuinæ illi æternæ & increatæ monadi, oīs angelorum ſacra chorea vltro nullis legibus coercita ſubditur, ſuumq; principium & agnoſcere gaudet, & pro viribus imitari ſtudet. ¶Oramus itaq; vt tale ſit regnū dei in terris, quale eſt & in cœlis. Vt euacuetur in terra oīs aliena à deo poteſtas, principatus ac dominatio. Vt reducatur oīs creatura, ad ſolius primæve superſubſtantialiſq; monadis imperium: Vtve id vnicum ac ſolum ens cuncta moderetur ac regat entia, à quo & ipſa ſubſtantiam ſortita ſunt. Non igitur ſolum cum præſenti propoſitione fiat voluntas tua, ſumenda eſt hæc adiectio, ſicut in cœlo & in terra, ſed etiam (vt docuimus) rite ſuperioribus propoſitionibus eſt annectenda. Et non modo cum illis, ſed & cum inferioribus annexa, nihil earum C præcem immutare reperitur vt poſtea oſtendemus. ¶Præterea quāquam deus ſit non minus in cœlis quam in terris, ſit item æque ſanctus in terris ſicut & in cœlis. Regnum quoq; eius & cœlum & terram obtineat. Inſuper & voluntatem ſuam tam in terra quam in cœlo ipſe perficiat, hæc tamen accidunt dūtaxat ex ipſius dei natura & non ſtatim ex hominum voluntate. Nam cum deus ſit & ſubſtantia & poteſtate infinitus, ipſe nimirum vbiq; eſt, imó & pluſquam vbiq; in cœlis enim eſt & in terra, vbiq; ſanctus eſt. Vbiq; dominatur eius regnum. Vbiq; fit ſacra eius voluntas, ita vt nihil ſit in rerum natura, quod excludere deum aut illi obſiſtere valeat. Petimus tamen atq; oramus, vt diuinæ huiuſmodi naturæ ſiue potentiæ ſiue voluntati, ſit conformis omnis creata voluntas, angelica ſcilicet atq; humana. Vtve vltro omnis creata volūtas id velit, idq; factitet, quod natura diuinæ ineſt bonitati. Ineſt enim deo vbiq; eſſe, vbiq; ſanctum eſſe regnare vbiq;. Id ergo velle debet, omnis angelica atq; humana voluntas. ¶Vnde fit vt hę noſtræ orationes Pater noſter qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, haud quaquam ad diuinam immutabilem & eodem ſemper modo ſe habentem naturam referendę ſint, ſed dūtaxat ad angelicam & humanā voluntatem, vt id perpetuo & vltro velint, quod naturaliter ineſt deo, vt ſcilicet nolint, deum non eſſe vbiq;, vt nolint eum non eſſe ſanctum. Vt nolint non regnare. Vt deniq; nolint non fieri vbiq; eius voluntatē. ¶Quod ſi iterū inſtes non poſſunt angelica atq; humana voluntas, obſiſtere deo. Cur ergo orandū eſt vt nolint deo repugnare, cū propter dæmonū aut hominū velle, nihil mutari queat in diuina natura aut in diuina voluntate? Poteſt item deus cum ſit in

*Obiectiones.* *Reſponſio.* *Illatio.* *Illatio.* *Alia inſtantia.*

 fini-

ſinitæ potens, cogere omnem dæmonum & hominum voluntatem, vt ſuæ ſubdantur volun-
Reſponſio. tati, & ne quicquam velint, auſint aut poſſint quod nolit deus. ¶ Ad hæc dicimus duntaxat in D
deo idem eſſe velle & poſſe, non autem in creaturis in quibus plerũq; poteſtas, reperitur volũ-
tate inferior. Ambiunt enim nonnunquam ex voluntate plura, quam opere patrare valeant,
voluntq; plerũq; mala quædam quæ tamen perficere atq; implere nequeunt. Et vellent quidẽ
fortaſſis dæmones (& ſi qui hominum ſint dæmonum imitatores) non eſſe deum, non eſſe ſan-
ctum, non regnare, non fieri eius voluntatem, quæ tamen iniqua & peruerſiſſima eorum volũ-
Quæ voluntatis ꝓpria. tas, probatur fore irrita. ¶ Porro volũtatis eſt proprium, vt libera, vltronea & ſpontanea ſuos
perficiat actus. Si igitur deus omnem creatam voluntatem liberam eſſe à natura inſtituit, non
D. Diony. eſt ipſius dei (vt diuus Dionyſius ait) violare naturam, hoc eſt cogere quod voluit eſſe ſponta-
neum. Neq; enim (vt ille ſanctus ait) liberi arbitrij gratia diuinitus indulta mortalibus, proui-
Sacra eloquia. dentiæ diuinæ luce ac ſplendore obtunditur. Quippe deus (vt ſacra volunt eloquia) vnũquẽ-
Interrogatio. que in manu conſilij ſui reliquit. Propo ſuit mortẽ & vitam. Addit leges & præcepta, ad quod
cũq; volueris extende manum tuam. ¶ Quid ergo dicemus? An orationes iſtæ noſtræ poſtu-
lant à deo, vt omnis creata voluntas coerceatur ab opere malo cogaturq; inſuper operari bo-
Reſponſio. num. ¶ Dicimus ꝙ non. Nam contra naturam eſt, coerceri cogiq; voluntatem, perinde atq; cõ-
tra naturam eſt, facere de voluntate vt non ſit voluntas, hoc eſt, vt non ſit libera. Tolle quippe
à voluntate libertatem, facis eam non eſſe voluntatem. Orationes autem noſtrę nihil eorum à
Alia interrogatio. deo expoſtulare præſumunt, quæ ſunt præter naturam. ¶ Quæ eſt itaq; noſtrarum iſtarum o-
Reſponſio. rationum ſacra petitio? Reſpondemus earum petitionem eſſe, vt omnis creata voluntas ſit quã E
maxime fieri poteſt ex ſeipſa diuinæ voluntati ſimilis, illi concors atq; vniformis, vt pro natu-
ra ſua, ſine lege, ſine præcepto non coacta, ſed per ſe vltro ac ſponte malum omne oderit, bonũ
diligat idq; proſequatur ac totis viribus implere gaudeat. Hoc enim pacto voluntas manebit
Alia obiectio. voluntas, & erit bona voluntas, volens recta, ſequens honeſta, perficiens quæ deo grata & acce-
Reſponſio. pta. ¶ Sed dices iterũ: Omnis volũtas à deo creata eſt bona, diuinæ ſimilis voluntati. Cur ergo
oramus vt bonæ fiant voluntates quæ per naturam bonæ ſunt diuinæq; voluntati ſimillime.
¶ Fatemur omnem voluntatem creatam, eſſe naturaliter bonam, cum à deo naturaliter bono,
nihil niſi ſubſtantialiter bonum oriri potuerit. Dicimus tamen imprimis dæmonum volunta-
tem ex inſtabilitate ſui à bonitate decidiſſe, eamq; nũc viceuerſa ea cupere & velle, quæ diuinis
ſunt bonis contraria, quæve mala eſſe dicuntur. Humanam quoq; voluntatem quæ ab initio
dæmonicę voluntati potius quam diuinæ paruit, dicimus parem & inſtabilitatem & imbecil-
litatem contraxiſſe. Vt pleraq; nunc ſub apparentis boni ſpecie velit, quæ ſunt non vere bona,
Alia interrogatio. ſed intus mala, diuiniſq; bonis contraria. ¶ Rurſum igitur percunctaberis. Petunt ne ergo o-
rationes iſtę noſtræ, vt ſanetur ab inſtabilitate & imbecillitate oĩs creata voluntas, tam dæmo-
nica quam humana? ita vt rurſum diuinæ ſint conformes volitioni, nec aliud cupiãt aut velint F
Reſponſio. ꝗ quod bonum eſt, ꝗ ꝙ præcipit deus, quod natura inſtituit quod ratio faciendum oſtendit.
¶ Reſpondemus ꝙ non: Nam id minime poſtulant, quod nunquam fiet. Dæmonum autẽ vo-
luntatibus, nulla eſt data periodus qua ad bonum conuertantur, qua rurſum diuinæ ſint cõcor-
des volũtati, redeãtq; ad pacẽ diuinæ vnitatis, vtpote ꝗbus indictũ ẽ ꝑpetuũ & à deo & à ſeipſis
diſſidiũ. Potẽs ẽ tñ deus illos iteꝝ cõuertere ſibiq; (vt priꝰ) inſerere. Veꝝ eñ vero illi huiuſmo-
di ſunt ꝗbus nõ parcet deus verbis potẽtibus, & ad depcandũ cõpoſitis. ¶ Similiẽ & plereq; ho-
Dãnatæ voluntates ãĩa immutabiles. minũ volũtates (cuiuſmodi ſunt eoꝝ ꝗ ex hac ſublunari vita impœnitẽtes migrarũt) haud ad
ſimilẽ à dæmonũ volũtatibus ſortẽ cõſequẽt. Quapropter dãnatas volũtates ſiue dæmonicas,
Dionyſius. ſiue hũanas, nihil oratiões nrę iſte immutari à malo p̄cãt, ꝗppe quæ immutabiles ſunt, & ad bo-
Vlterior interrogatio. nũ incõuertibiles. Nihil etem (vt ſacer Dionyſius ait) nr̃a oratio eoꝝ expetere p̄ſumit, niſi quæ
Reſponſio. deo ipſi ſcit grata eẽ & accepta, & quæ illũ eſſe largituꝝ nõ ambigit. ¶ Quas ergo volũtates ex-
petũt oratiões nr̃æ, rediuiuas fieri an ſanctoꝝ angeloꝝ? ¶ Minime. Nam ſanctorum angelo-
rũ volũtates, cõfirmatę in bono ſunt, vt neq̃q̃ amplius decidere à bono, & cõtraria deo aut vel-
le aut opari valeãt. Nulla ſiquidẽ oratio fundẽda ẽ ꝑ eo, q̊d ẽ immutabile ſiue à bono ſiue à malo.
Supeſt itaq; vt expetãt oratiões iſtæ nr̃æ, eas dũtaxat hũanas volũtates angelicis volũtatibus
euadere pares, quæ nõdũ exceſſere è medio quæve p̄ſentanea adhuc luce p̄fruũt. Hæ nẽpe inſta-
Alia ꝑcunctatio. biles & impfecte ſunt, patetq; illis via ſiue in bonũ ſiue in malũ. ¶ Sed rogabis denuo. ¶ Nũqd
aliud aliqd expetũt oratiões nr̃æ, ꝗ huiuſmodi hũanaꝝ volũtatũ ſtatũ à bono inconuertibilẽ?
Reſponſio. ¶ Dicimus quod ea expetunt, quæcunq; neceſſaria ſunt vt adueniat regnum dei. Stare autem
nequit regnum dei, niſi imprimis, vt canit quidam, pax ſit & in toto ſurgat concordia mundo.
Vniuerſalis autem atq; perfecta pax, quo pacto conſurget niſi dæmonica oĩs & humana, quæ
deo aduerſatur, voluntas vinciatur coerceaturq; à malo, aut, vt aiunt ſacra eloquia, mittatur in



A tenebras exteriores, aut claudatur in abyſſo, ne cuiquam creaturæ deinceps nocere valeat, ne ve
ſuæ nequitiæ vires exercere. ¶ Duo igitur poſtulant orationes noſtræ ad regnum dei neceſſa- Duo ad regnũ dei neceſſaria.
ria. Primum eſt perfectio humanarum voluntatum imperfectarum & inſtabilium, vt diuinæ
angelicæq; voluntatibus euadant ſimillime. ¶ Secundum vt adimatur oĩs nocendi poteſtas
voluntatibus nequam, ſiue dęmonum ſiue hominum, vt ve ille perpetuis in tenebris clauſæ de-
liteant. ¶ Ex his itaq; concludimus regnũ dei, haud aliud eſſe quam trium harum volũtatum
diuinæ angelicæ & humanæ vnitatem, pacem atq; concordiam. Diuina quippe voluntas inſta- Illatio.
bilis non fuit, neq; à bono infirmari potuit. Angelica minime quidem decidit. Cadere tamen
& infirmari cum potuerit, à deo in bono confirmari meruit. Humana vero omnis (præter ge-
minas hoc eſt Chriſti & ſacratiſſimę matris eius voluntates) inſtabilis eſt effecta atq; à bono ꝓ-
lapſa, illam tamen deus clementer & à malo erexit, atq; ad inconuertibile ſiue ad ſui pacem &
concordiam reduxit.

## MINISTRI

PAnem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie.

¶ Hi quibus à domino dictum eſt, petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis,
ab Apoſtolo quoq; in quodam loco audiunt. Petitis & non accipitis, eo ꝙ male
petatis, haud enim ſimpliciter & prima fronte ſatis eſt petere, ſed in petitiõe ſerua-
re ordinem oportet, cum minime careat ſuis circunſtantijs oratio. ¶ Habet enim oratio circun- Circũſtãtię orõis quatuor.
B ſtantias quatuor, ſubſtantiales duas, & accidentales totidem. Subſtantiales orationis circunſtã- T in duo orõnis ſubiecta.
tiæ ſunt totius orationis ſubſtantialia extrema, à quo ſcilicet & ad quem ſit ipſa oratio. Qui eñ
orat aut angelus eſt aut homo. Qui vero exoratur, aut deus eſt aut ſanctorum aliquis, ange- Angelus & homo.
lorum aut hominum. Eſt eñ (vt diximus) duplex oratio, alia directa, alia indirecta. In his igiẽ
duobus ſubſtantialibus extremis à quo ſcilicet & ad quem, non contingit vt erret aut peccet o-
ratio. ¶ Accidentarie vero orationis circunſtantiæ, ſunt aut circa ſtatum orantis aut in cõſide-
ratione rei, quam expetit cupitve conſequi. Veluti ſi aut bonum & deo gratum ſit quod petit,
aut ſi recta cum intentione & ſyncera nitidaq; mente id expoſtulet. Propterea nãq; hi male pe-
tere dicuntur, qui aut petunt iniqua & ea quæ deo minime accepta ſunt aut qui præpoſtera in-
tentione, vel duntaxat dubia mente animoq; in ſyncero præcantur. ¶ Vt ſi peteret quiſpiã nun- Exẽplum male petitiõnis.
quam mori, ſtatim ex ipſo petito venit merito arguendus cum ſit oĩ peccatori ſtatutum cau-
tumq; diuinis legibus ſemel mori. Vel eſto petat aliquis quod ex ſeipſo rectum & acceptũ deo
eſt vti ſapientiam. Si tamen ea intentione petierit vt amplas inde ſibi gazas cumulet, vel ſi certe
petens ſe eam conſequi poſſe hæſitauerit, aut illius anima ſceleri ſit obnoxia, palam profecto
eſt eundem nunquam per ſe imperita huiuſmodi petitione potiturum. Opus enim eſt vt non
modo bonum, ſed etiam bene ſancteq; poſtulemus. ¶ Petimus autem bonum, ſi illud aut fue-
rit honeſtum, aut iucundum aut vtile. Petimus vero bene, ſi recta intentione, aut ſi nihil hæſitã-
tes, aut ſi mente munda & ab impuris maculis repurgata. In maliuolam quippe animam non
C intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Scimus etiam (vt canit ſcriptura)
quoniam peccatores deus non audit, ſed ſi quis eſt cultor eius, hũc merito exaudit. ¶ Sed quid
rurſum de ordinandis orationum noſtrarum intentionibus ſcriptura dicit audiamus: Reddite
inquit primum quæ ſunt Cæſaris Cæſari: & quæ ſunt dei deo, quam præpoſtere intelligere de-
bemꝰ hoc pacto: Reddite primũ ea quæ ſunt dei deo, & quę ſunt Cæſaris Cæſari. In alio eñ lo-
co (quod idem ferme ſonat) dicit: Petite primum iuſtitiam dei & regnum eius, & cætera omnia
adijcientur vobis, quam propoſitionem ſi tripartito diuidimus, comperiemus eandem præſen-
tis dominicæ orationis, totam complecti ſubſtantiam. Proponit enim duntaxat tria, iuſtitiam Dñicę orationis mira ordinatio.
ſcilicet dei, hinc regnum eius. Deinde cætera omnia per quæ intellige cũcta noſtra bona, oẽs ve
humanas neceſſitudines. ¶ Vide ergo quam decenti ordine pergat præſens dominica oratio.
Pertinent quippe ad iuſtitiam dei duæ primæ propoſitiões: Pater noſter qui es in cœlis. Et hæc
Sanctificetur nomen tuum. Hæ nanq; duæ laudem dei & honorem ſanciunt. Prima cœleſtem
illi tribuens ſedem nomenq; paternum. Secunda ſanctitudinem. Duæ vero ſequentes ſcilicet:
Adueniat regnum tuum, & hæc: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, manifeſte (vt docui-
mus) ad regnum dei pertinere probantur. ¶ Ad præſens propoſitio, ſcilicet. Panem noſtrũ quo-
tidianum da nobis hodie & cunctæ reſiduæ, palam ad humanas neceſſitates attinere declaran-
tur. Totius igitur dominicæ orationis, prima & ſecunda propoſitiones, ſoli diuinæ iuſtitiæ fa-
mulantur ſuntq; diuinarum buccinatrices laudum. Tertia vero & quarta, diuinũ expoſtulant
regnum. Quinta demum & cuncte ſequentes, noſtris bonis quotidianiſq; neceſſitatibus decen-
ti ordine opitulantur. ¶ Quare nimirum, ſi præſens propoſitio inferioris minoriſq; boni pro-

Mattheus. Lucas.

curatrix,inferiori quoq; miniſtrorum ordini vt congrua & apta à nobis deſignetur. ¶Quod D autem in diuo Matthæo legimus panem noſtrum ſuperſubſtantialem,Et in beato Luca:Panē noſtrum quotidianum,id allucinationem nullam habet. Nam per quotidianum panem,intelligere poſſumus fluxam temporalemve eſcam,quæ ad inſtaurandam corporis noſtri fluxionē quotidie nobis eſt neceſſaria. Per ſubſtantialem vero panem,intellige eum panē qui viuus ab æthere fulſit,quiq; nobis tam ad animi quam ad corporis ſalutem,à deo clementer indultus ē. Hoc enim eſt ſacratiſſimum Chriſti corpus,de quo ſcripū eſt:Ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcēdit: Et caro mea vere eſt cibus,Et ſanguis meus vere eſt potus. Qui comederit carnem meam & biberit meum ſanguinem,viuet in æternum,Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Sicut enim fluxus temporaliſve panis pręſentaneam corpori vitam largitur eamq; conſeruat, ita & ſpiritalis ſacræ euchariſtiæ ſuperſubſtantialiſve communio,tam corpori q̃ animæ medetur,vitamq; pręſtat immortalem. ¶Vnde fit vt quomodocunq; ſumatur pręſens propoſitio ſiue de pane ſuperſubſtantiali,ſiue de pane quotidiano dici ipſa poteſt expoſtulatrix eſſe omniū & animi & corporis habituum,quę noſtra bona vocātur. Sunt enim animi habitus, ſapientia, diſcipline,virtutes,quę ſunt vt paſtus animi & veriſſima eius eſca. Corporis vero habitus ſunt cibus,potus,veſtimentum,ſanitas. Cibus quippe ac potus,neceſſitates ſunt pręcipue quę intra corpus mittuntur. Veſtimētum vero extera eſt & minus pręcipua corporis indigentia. Sanitas autem medius eſt habitus,qui cibo potu ac veſtimētis,elicitur atq; cōſeruatur.

Illatio. Q. ſunt habitus animi. Q. ſunt corporis habitus.

¶Cum ergo a pręſenti propoſitiōe ea cūcta nobis donari expetantur,quę ſunt ad integram noſtri vitam conducētia ac neceſſaria,opus eſt vt ab eadem vterq; hominis panis emendicetur, quādoquidem nō in ſolo pane,hoc eſt,in ſola temporali eſca viuit homo,ſed in om̄i verbo quod egreditur de ore dei. In ſuperſubſtātiali quoq; pane,in habitu item ſapiētię & plenitudine om̄ium virtutū. E

## MONACHI

ET dimitte nobis debita noſtra.

¶Hactenus eccleſiaſtici ordines orauerunt,ij inquam qui ſacro aliquo miniſterio,in ipſis templis coram deo funguntur quiq; ſacris ipſis ad hoc ipſum initiantur,veluti Pontifices,Sacerdotes,Dyaconi,Subdiaconi,Miniſtri,qui & altari ſeruiunt & de altari viuunt. Præſens vero oratio cum ſequentibus eorum eſt,qui(iuxta ſaltim ritum primitiuę eccleſiæ ) alieni ſunt ab altaris miniſterio,nullū ad hoc ipſum ordinē ſacrumve officiū cōſecuti. Præſens tñ eccleſia,monachicam gentē ſacris ordinibus imbuit,eoſq; in altaris miniſterium accerſere ſolet. Vtcūq; ergo ſit nos priſce conſuetudinis normam ſecuti,cū diuo Diouyſio monachoꝝ ordinē ſub miniſtris ipſis collocamus. Inquit enim ille in epiſtola ad demophilū monachū. Sacerdotes angeli ſunt,diuinoꝝ iudicioꝝ cōtinuo poſt pontificem magiſtri. Tu igitur ab ipſis diuina cōgrue ac ſuo ordine,per medios miniſtros diſce. Hoc em̄ teſtimonio monachorum cetum,ordini miniſtrorum ſubditū eſſe declarauit.

Dionyſius.

¶Liquet igitur præſtantiores eminē F tioreſq; fuiſſe ſuperioꝝ ordinū orationes,q̃ deinceps eſſe incipiant. Expetierūt quippe ſuperiores oratiōes,aut iuſtitiam dei aut regnū eius,aut naturalia hominum bona,quæ docuimus eſſe duplicia,alia quidem animi alia vero corporis. Hęc enim bona præcedens propoſitio (Panem inquam noſtrum quotidianum aut ſuperſubſtantialem da nobis hodie)expoſtulaſſe monſtrata eſt. ¶Oratio vero præſens quæ eſt:Et dimitte nobis debita noſtra,inferius aliquid à ſuperiore emendicat. Haud em̄ poſtulat naturale aliquod hominis bonum,ſed nos potius ab innaturalibus malis & graui onere peccatorum liberari precatur. Meo autem iudicio imperfectius q̄ddam eſt,precari vt à peccatis ſoluamur,q̃ vt virtute repleamur, aut q̃ vt panis nobis,ſiue cœlitus ſiue humanitus donetur. ¶Vnde manifeſtum eſt ſicuti ſenſim à præſtātioribus ordinibus, ad inferiores minuſq; præſtantes ordines deuoluimur,ita ſimul orationem totam dominicam à perfectioribus,progredi deuoluiq; ad imperfecta. Præcedentes enim orationes,poſitiuę atq; aſſertiuę extiterunt. Ab hac vero ſequētes negatiuę atq; deſtructiuę eſſe incipiūt. Sicut em̄ priores,bonum quodpiam ſtatuūt inēe,Nempe aut dei laudem, aut regnum eius,aut peculiare alq̊d hominis bonum,ita & ſequentes ab iſta malum aliquod innaturale,hoc eſt peccatum,ſuccidere tollereq; nituntur. Eſt enim peccatum malum quoddam,quod præter naturam,hoc eſt ex primi parentis lapſu nobis ineſt.

Quid peccatum. Duplex peccatum. Pctm̄ voluntatis duplex

¶Duplex autem eſt peccatum. Aliud ſiquidem eſt peccatum originis,Aliud peccatum voluntatis. Peccatum originis,cunctis inditum eſt à parentibus primis,idq; ideo mox ex ipſa regeneratiōe abluitur. Peccatum vero voluntatis, vnicuiq; ſpontaneo motu adeſt. Idq; rurſum bipartitum eſſe reperitur. Aliud enim eſt omiſſionis: Aliud tranſgreſſionis. Peccatum omiſſionis eſt cum nequicquā facimus quod facere debemus. Tranſgreſſionis vero labes,eſt cum ea facimus quæ facere vetamur. ¶Quid ergo præſens expetit oratio



Interrogatio. Rñſio.

A ratio:an pro omni peccato orat,vt ab eo ſoluamur: Dicimus quoniam non pro originali macula,quandoquidem hæc in cunctis priuſquam orare ſufficiant ex impreſſione caracteris diluitur. Orat autem aboleri omne peccatum voluntatis,quod nobis poſt ſacræ regenerationis tēpus inhæſit, vt quo ſponte aut quicquam omiſimus aut dei legē tranſgreſſi ſumus.

Interrogatio. Rñſio.

¶Sed quæres quomodo dimittentur nobis à deo debita noſtra:an ſola oratione,ſi inquam dūtaxat orauerimus ea nobis dimitti: Dicimus in debitorum dimiſſione,tria hæc ab eccleſia inſtitui. Contritionem,Confeſſionem & Satisfactionem. Quem enim non pœnitet offenſarum,quonāmodo dimittentur illi: Aut qui ſe peccaſſe negauerit,vel qui peccatis contraria agere renuerit,quo pacto miſericordiam conſequetur: Cum enim omne peccatum ſit nimirum corporeo perſimile morbo,Eſt enim peccatū morbus ac peſtis animi,pręuia peccati contritio,ſimilis eſt amarulente potiōi. Confeſſio vero,vomitum humorum morbum cauſantium emulatur. Satisfactio autem ſimilis eſt receptioni ſanitatis. Sicut enim amarulentam potionem comitatur mox corruptorum vomitus humorum,ita & contritionē ſtatim ſubſequitur confeſſio. Et ſicut humorum nauſeæ ſuccedit optima valitudo,ita & confeſſionem ſubſequi oportet ſatisfactionem.

Analogia peccati.

Alia percunctatio. Rñſio. Trinus amor, dei, proximi.

¶Quæres autem rurſum,quo pacto ſatisfactio impleatur: Dico in tribus: Oratiōe,Ieiunio,Eleemoſyna. Sunt enim hæc tria opera bona,per quæ & à debitis ſoluimur & deum nobis ipſi cōciliamus. ¶Sicut nempe trinus eſt amor,Alius quo deum pluſquam noſipſos amare ſacra lege præcipimur. Alius quo noſipſos ex æquo naturaliter amamus. Tertius vero quo proximum, hoc eſt conſimilem nobis hominem tanquam noſmetipſos æqualiter etiam amare iubemur. B Ita etiam tria ſunt ſancta ac bona opera,per quæ trini huiuſmodi ſanciuntur ſaluanturq; amores.

Orō ad deū. Ieiuniū ad ſeipſum. Eleemoſyna ad proximum.

¶Etenim Oratio ad deum fit,eūq; in nobis ſaluat ac ſtatuit amorem,quo deū,vtpote noſtræ ſubſtantiæ indultorem,pluſquam noſipſos merito reueremur atq; honoramus. ¶Ieiuniū vero fit vnicuiq; ad ſeipſum,perq; ieiuniū is conſiliatur amor,quo vnuſquiſq; ſeipſum naturali amore proſequitur. Nam per ieiunium,anima & corpori imperat & corporis ſalutem ipſa p̄curat. ¶Eleemoſyna autem cum ſit vniuſcuiuſq; ad proximū,ipſa inter pares amorem conciliat & amborū ſalutem operatur. Prodeſt quippe eleemoſyna duobus,animæ ſcilicet donātis & corpori accipiētis. Nam huius alit corpus,illius vero animam,& à labe abluit & virtutibus opplet. ¶Porro ſicut ex oratione elicitur ieiuniū,ita & eleemoſyna infertur ex ieiunio. Nam vt frequēter iterari queat oratio,vtve diſcutiātur animi nubes quę ſunt ipſam orationē perturbant,interdū opus eſt ieiunio. Deinde is præcipue cibus qui quotidianis ſumptibus ſupereſt q̄que ob ieiuniū neutiquam abſumitur,pauperibus,vt liber paſtoris teſtatur,eſt à nobis erogandus. In ijs ergo tribus operibus,oratione,ieiunio & eleemoſyna,ſita eſt,vt dicimus,omnis ſatisfactio peccati,tam ad deū quam ad ſeipſum quam ad proximum.

| | | |
Caius iſte ex gētilitate cōuerſus ſtudioſus fuit in ſcripturis. Dubiūq; cōcepit ex eo q̄d ſcriptū ē in Mala. Statim veniet ad tēplū ſuū dn̄ator quē vos q̄ritis, vt puta Chr̄us. Hoc em̄ diu an̄ fuerat pphetatū, ergo nō venit ſtatim nec ſubito, vt in grȩco habeť. Idcirco ſup hoc petijt à diuino Dionyſio informari. Qui reſcripſit illi: [Subito ē q̄d eſt pter ſpē] .i. q̄d inopinate & inſperate cōtingit, diciť ſubito fieri ſiue accedere [& nō ex apparēte ad manifeſtū eductum] .i. nō id quod ex occulto aut ignoto pduciť in manifeſtū [In benignitate aūt ſecūdum Chriſtum] .i. in myſterio incarnationis Chriſti benigniſſime facta [& hoc arbitror theologiā ſignificare] ſcripturā re or id inſinuare, cū dicit ipm ſubito aduenīſſe [ex occulto ſupſubſtātiali] .i. ab incōprehēſibili ſua deitate oēm ſubſtātiā excedēte ad nr̄am manifeſtationē humanā ſubſtātiā factū puenīſſe. i. deſcēdiſſe de cœlo ac patris ſinu, & factū ſubſtātiā humanā. i. hoiem verū ad hominū pſentiā & cōſpectū, iuxta illud Baruch: Poſt hęc in terris viſus ē, & cū hoib⁹ cōuerſatus ē, q in Prouerb. p̄ dixit: Deliciæ meæ eē cū filijs hoīm. Porro ex ſupſubſtātiali occulto venit, nō penitus illud relinquēdo. Nā ſubdiť [Occultus aūt eſt, & poſt manifeſtationē] .i. vnigenitus dei adhuc incōphenſibilis ē etiā poſt incarnationē, & cū hoībus cōuerſationē. Verūtn̄ nō tā occultus vt an̄, imo ſecūdū vtrāq; ſuā naturā notior fact⁹ ē. Iuxta illud pſalmi: Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū. Atq; ad Titū: Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris nr̄i dei. Deſcēdit demū nō locū mutādo, ſed naturā humanā aſſumēdo, ſeq; in ea hoībus pſentē præbēdo, iuxta illud Iſaię: Propť hoc ſciet populus me⁹ nomē meū in die illa, qa ego ipſe q loq̄bar, ecce aſſū [aut vt diuini⁹ loq̄r] .i. mirabilius ac ſubtili⁹ fidei vitatē pnūciē [& in manifeſtatiōe] .i. dū actualiter ſe mōſtrauit pſentē, fuit & māſit ignotus, q̄uis nō penitus. Vn̄ ſcriptū ē: Medi⁹ vr̄m ſtetit, quē vos nō ſcitis. Perfectā q̄q; ſui manifeſtationē Chr̄us promiſit nobis pro pmio, loquēs: Qui diligit me diligeť a pr̄e meo, & ego diligā eū, & manifeſtabo ei meipm [Et in hoc Ieſu abſcōditū eſt] .i. myſteriū incarnatiōis filij dei occultū eſt, nō plene cōprehēſū [& nullo ſermōe, nulla mēte q̄d ſecūdū ipm eſt eductū eſt myſteriū] .i. incarnatio vbi æterni, nullo pōt ſermōe plene & lympide inſinuari: nec aliq̄ intellectu creato pfecte cōphēdi, quō ſcilicet in vnitate pſonę Chr̄us eſt deus & hō, quō in eē increato hypoſtatico vbi ęterni, natura hūana ē ſuppoſitata, multaq; alia incōphēſibilia credunť de ea. Hoc aūt myſteriū eductū eſt de ſecreto in publicū p Chr̄i & aplorū doctrinā, ſecūdū ipm & magnificētiā eius. De q̄ itē myſterio ſecūdū q̄ſdā ſctōrū exponiť & illud Iſaię: Gn̄ationē eius q̄s enarrabit? [ſed & dictū ineffabile manet] .i. pdicatū & deſcriptū, prout ab hoībus exprimi potuit & deſcribi, manet indic bile: qa ſecūdū magnitudinē rei, neq̄t condigne ac plene effari [& intellectū] .i. cognitū pro ut a viatoribus poterat capi [ignotū] id eſt, manet incognitum modo iam dicto. At uero aliquid dicitur ſubitum ultra modum præhabitum, quia inſtantaneum aut celerrime factum.

B

Malach. 3.

Humana.

Baruch. 3.
Prouerb. 8.

Pſalm. 97.
Titum 3.
Iſaiæ. 15
Idicam

Iohan. 1.

C

Iohan. 14.
Hoc quint.

Iſaiæ. 53.

## ¶AD EVNDEM CAIVM EPIS. IIII

Quomō dicis, Ieſus q eſt ſup oīa oībus ē hoībus ſubſtātialiť ordinatus. Nō em̄ ſicut cauſa hoīm hic dr̄ hō, ſed ſicut ipe ſcđm ſubſtātiā totā vere hō exiſtēs. Nos aūt Ieſū nō hūane diffinimus, neq; em̄ hō ē tm̄, neq; ſupſubſtātialiť ſcđm ꝙ hō tm̄, ſed ſcđm quod homo uere, q differēter eſt amator hoīm ſuper hoīes, & ſecundum homines ex ſubſtantia hominum, qui eſt ſuperſubſtantialis ſubſtantia factus. Eſt autem nihil minus ſuperſub-

ſtantialitate ſuperplenus, qui ſemper eſt ſubſtantialis, uidelicet huius abundantia
Lucæ. 2 Iohan. 1. & ad ſubſtantiam uere ueniens superſubſtantiam eſt ſubſtantia factus, & ſuper ho D
minem operatur ea quæ ſunt hominis, & monſtrat uirgo ſupernaturaliter cõcipi-
ens, & aqua inſtabilis materialiũ & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem, & nõ
ſuccedens, ſed ſupernaturali uirtute ad indiffuſum conſiſtens. Quid quidem aliquis
reliqua exiſtentia, multa pertranſeat, per quæ diuinius uidens ſuper mentem co-
gnoſcit, & ea quæ ſunt in benignitate Ieſu affirmata, uirtutem excedentis negatio
nis habentia. Etenim ut colligentes dicamus, neq; homo erat, non ſicut non homo,
ſed ſicut ex hominibus ultra homines, & ſupra hominem uere homo factus. Et re
liquum non ſecundum deum diuina faciens non humana ſecundum hominem,
ſed deo homine facto, noua quadam dei & hominis operatione nobis cõuerſatus.

¶ELVCIDATIO HVIVS EPISTOLAE QVARTAE AD CAIVM MO-
nachium. Quomodo Ieſus qui ſupereſſentialis eſt, eſſentiatus ſubſtantiatusq; dicatur
Artic. IIII

SEcundo capitulo libri de diuinis nominibus Theologus ſcripſit, quod Chri-
ſtus inquantum hõ, coordinatus eſt hominibus cęteris, vtpote eiuſdẽ rõnis
cum ipſis quantum ad veritatem naturę quam induit. Cõtra hoc Caius arguit
Iohan. 3. dicens [Quomõ dicis]. i. Dionyſi tu dicis quomodo [Ieſus qui eſt ſup omnia]
inq̃ntũ deus, imo etiã ſecundum naturam vt à uerbo æterno aſſumptam. Hinc
ſcriptum eſt: Qui de cęlo venit, ſuper omnes eſt omnibus eſt, hominibus ſub E
ſtantialiter coordinatus]. i. eiuſdem ſpeciei ac ordinis cum hominibus cæteris
quoad ipſam humanitatem qua cum alijs hominibus vniuocè homo eſt [Nõ
enim ſicut cauſa hoĩm hic dicitur homo] id eſt, Chriſto non conuenit eſſe hominem cauſaliter
ſicut dicitur eſſe omnium [ſed ſicut ipſe ſecundum ſubſtantiam totam]. i. ſecundum verã inte
gramq; naturã humanam [vere homo exiſtens] Ad iſtud reſpondet Theologus [Nos autẽ Ie-
ſum non humane diffinimus]. i. non dicimus vnigenitũ patris incarnatum, eſſe diffinitum, circũ
ſcriptum & dignitatis finitæ, vt cæteros homines, nec iudicamus de eo ſenſu humano, ſed intel-
lectu diuinitus illuſtrato. Vnde & ipſemet in euangelio ait: Nolite ſecundum faciem iudicare.
Apoſtolus quoq;: Etſi, inquit, Chriſtum ſecundum carnem cognouimus, tamen iam nũc non no-
uimus. Vnde alia habet tranſlatio. Nos autem Ieſum non humana ratione ſecernimus. At uero Ie
ſus in ſcripturis euangelicæ legis ſupponit increatã perſonam, hoc eſt, vnigenitum in natura ſub
ſiſtentẽ humana. Hinc ſubditur [Neq; enim homo eſt tantum] id eſt non eſt hõ purus [neq; ſup
Iohan. 7 ſubſtantialis ut homo]. i. ſecundum naturam ſuam humanam non eſt ſuper omne genus & ſpe
2. Cor. 11. 15 ciem [ſed homo vere qui differenter eſt amator hominum] quia vt ait Apoſtolus, Dilexit nos,
& tradidit ſemetipſum pro nobis hoſtiam & oblationem deo in odorẽ ſuauitatis. Deniq; Chri
ſubſtãtia ſtus ſic amator eſt hominum q amor ſuus increatus, eſt cauſa effectiua totius noſtri boni: ama- F
liter ſcd'm tor vo ſuus creatus gratuitus, totius nři boni gratuiti meritoria cauſa ẽ [ſup hoĩes] ſecũdũ deita
q̃ homĩnũ ſecũdum tis naturã, p multiplicem quoq; grãm iudiciariã poteſtatẽ, excellẽtiãq; ſapientiæ atq; ſciẽtiæ, do-
qd' homo. Epheſio. 5. norũ, & fructuũ, meritorũ, beatitudinũ ac virtutũ [& ſecundũ hoĩes, qa vt Damaſc. teſtat: Quic
Ioh. Dam. qd plantauit in nřa natura, aſſumpſit ex ſubſtãtia hominũ] Factus eſt enim ex ſemine Dauid ſe-
Athan. ſius cundum carnem, vt dicit ad Roma.: & ex ſubſtantia patrũ deſcẽdit, atq; ut fert in ſymbolo, Ho-
mo eſt ex ſubſtãtia matris in ſeculo natus. Hoc eſt, ex puriſſimo ſanguine ſacroſanctiſſimę virgi
nis [q ẽ ſupſubſtãtialis] ſcd'm q deus ex ſubſtãtia přis añ ſecula genitus [ſubſtantia factus] q a fa
ctus eſt homo, id eſt ſubſtantia animata, imo & corpus animatum, ſecundum quod corpus di-
cit quid totum, imo vt in Iohanne habetur: Verbum caro factum eſt, ſumendo carnem pro homi
Iohan. 1. ne toto. Simul quippe aſſumpſit corpus & animam in ipſo aſſumptionis inſtanti ſibi inuicem for
maliter counita [Eſt autem nihilominus ſuperſubſtantialitate ſuperplenus]. i. non obſtante hu-
Colloſſ. 2. 1. Timo. 6. manitatis ſuæ humilitate ac humili conditione fuit verus deus: Et fuerunt in eo ac ſunt omnes
theſauri ſapientiæ ac ſcientiæ dei abſconditi, Habitat quoque in eo omnis plenitudo diuinitatis,
Iohan. 8. [qui eſt ſemper ſuperſubſtantialis] vtpote æternaliter deus, qui apud Iohannem teſtatus eſt:
Hæbræ. 13 Anteq̃ Abrahã fieret, ego ſum. Vñ & Pau. ait ad Hebręos: Ieſus Chřus heri & hodie, ipẽ et in ſecu
Iudæ. 1. la. Eteñ pſona vbi q̃ noib⁹ iſtis ſupponit, ẽ ęterna. Propt q ſctũs Iudas in ſua dicit canonica: Ieſus
ſaluãs ppl'm de terra Aegypti, ſcd'o eos nõ q crediderũt, perdidit. [uidelicet huius abundantia]
id eſt, ex ſuæ deitatis exhuberantiſſima copia: quia cum eſſet diues, propter nos egenus factus
eſt, [& ad ſubſtantiam vere veniens] id eſt, ad noſtræ naturæ aſſumptionem dignanter deſcen
2. Corin. 8. dens, non loco & motu, ſed dignatione, miſeratione ac opere. Qui in Geneſi locutus eſt:
Deſc



A Deſcendam & videbo. Ad quẽ ab Iſaia clamatum eſt: Vtinam diſrumperes cœlos & deſcende- Geneſi 18. Iſaiæ. 94.
res. [ſuperſubſtantiam eſt, ſubſtantia factus] id eſt, incarnatus eſt, ſupernaturaliter, & fa-
ctus eſt ſubſtantia limitata, vtpote homo, qui inquantum deus, eſt ſuperſubſtantialis & ſuper
ſubſtantiam: imo & ſuper ſeipſum, quo ad naturam aſſumptam, q̃ fuit illi ut habitus & veſtis ac
tegumẽtũ, q̃ntũ ad hoc q ad ſubſiſtẽtiã eius non regrebat. Siqdẽ teſte Aplo: Exinaniuit ſemeti-
pſum formã ſerui accipiẽs, & habitu inuẽt⁹ vt hõ. Vñ & dixit, Př maior me ẽ. Verũtñ q̃m formã Philip. 2. Iohan. 14.
ſeu naturã deitatis nõ depoſuit, nec amiſit, veriſſime faſſus ẽ: Ego & př vnũ ſumus. Hinc alia ha
bet trãſlatio: Ad nřa etiã infirma veraciter deſcẽdẽs, vltra humanum modũ ſubſtantiã noſtrę car Iohan. 10
nis accepit ac ſupra hominẽ q̃ ſunt hoĩs, geſſit. Hinc ſubdit: [& ſuper hoĩem opat ea q̃ ſunt hoĩs]
. i. diuina & ſupernaturali potentia fecit humana, videlicet ſuipſius cõceptionẽ in virgine, & nati
uitatẽ ex ea integerrima ipſa pmanẽte, quẽadmodũ exiuit de clauſo ſepulchro, ac ianuis clauſis
introiuit cęnaculũ. Vñ ſubiũgit [& mõſtrat virgo ſupnaturalit cõcipiẽs] de ſpiritu ſctõ ſine viri
cõſortio, iuxta illud Lucæ: Spirit⁹ ſctũs ſupueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi. Ideoq; & Iohan. 20. Lucæ. 1.
q naſcet ex te ſctm̃, vocabit filius dei. Etenĩ ſpũs ſctũs virgini dedit fœcũditatẽ, & cõſeruauit ei-
dem integritatem, vtrumq; myſterij ac tẽplũ ſpũſſancti & matrẽ veri dei, deinceps ab oĩni tactu
& cõtagiõe viri pſeruauit puriſſimũ & immunẽ. Nõ etiã ſublimis & pclariſſimus partus decuit de
um? Erubeſcat Iudęus infelix, erubeſcat hæreticus maledictus, erubeſcat oĩs incredulus aliťſẽtiẽs,
[& aq̃ inſtabilis]. i. fluida ex ſua natura [materialiũ & terrẽoꝝ pedũ ſuſtinẽs grauitatẽ] hoc mira
culũ contigit, dũ dñs nř Ieſus Chřus adhuc paſſibilis ſup mare ambulauit, vt in euãgelio legitur Matth. 14.
& nõ ſuccedẽs]. i. indiuiſa & q̃ſi fixa ac ſolida habẽs ſe nõ cedẽs toti⁹ corporis Chři grauitati [ſed Marci. 6. Iohan. 6.
ſupnaturali virtute ad indiffuſum cõſiſtẽs]. i. inſtar materiæ ſolidioris habẽs ſe. Eſt nãq; in oĩni
B creatura q̃dã obediẽtialis potẽtia, q̃ ad nutũ ſuo obedit creatori: & cui⁹ oĩpotente virtute ac libe
ro prorſus imperio facta eſt eiuſdẽ volũtate ac nutu mutat, cedit, obſeqtur ad oĩne, q illi placuerit
hæc ergo pbauit & demõſtrauit aq̃ materialiter quẽadmodũ inaĩata & irrõnalia laudãt, bñdicũt
honorãtq; deũ. Hinc ait & Damaſ. Agebat dñator Chřus ſecũdũ alterutrã naturaꝝ ſuaꝝ, & agit Io. Damaſ. li. 3 cap. 15.
alterutra natura in ipſo cũ alterius cõmuniõe vbo opante, q̃ vbi ſunt, & corpore pficiẽte & exeq̃n
te q̃ corporis ſunt: quẽadmodũ ſupſubſtãtialit ſubſtãtiat⁹ de virgine natus, ita & ſup hoĩem quæ
ſunt hominũ egit, in inſtabili aq̃ pedibus ambulans, nõ terreſtri facta aq̃, ſed deitatis ſupernatura Matth. 14.
li virtute cõſiſtente ad indiffuſibile, & grauedini materialiũ pedũ nõ cedẽte. [Quid q̃dem aliqs
reliq̃ exiſtentia multa pertrãſeat]. i. quid opus eſt reliq̃ Chři opa myſtica atq; myſteria multa cõ
memorare & cõſiderando pcurreret [per quæ diuinius ſup mentẽ vides]. i. gratioſius illumina-
tus ac deuotius penſans [cognoſcit & ea q̃ ſunt in benignitate Ieſu affirmata]. i. intelligit illa quę
ſcripta ſunt de pijſſimus Chři factis & gratioſis myſterijs [virtutẽ excedentis negationis haben
tia]. i. talia eſſe q ſunt talia & nõ talia. Quod cõſequẽter declarat [Etenĩ vt colligẽtes]. i. ea q̃ de
Chriſto ſunt ſcripta, ſummarie cõgregãtes ac breuiter perſtringẽtes aſſeramus [neq; hõ erat, nõ
C ſicut non hõ]. i. Chriſtus erat non hõ, nõ tñ ſic q nõ fuit hõ. Hoc eſt nõ fuit hõ purus, nec hõ tm̃,
ſed fuit hõ, nõ factus homo, nec cõceptus nec natus ordine naturali ac ſolito mõ, ſed ſupnatura-
li ordine ac uirtute. Propterea ſubditur [ſed ſicut ex hominibus vltra homines, & ſup hoĩem ve
re hõ factus]. i. incarnatus & natus ex incõparabili & ſup mũdiſſima virgine ſup hominẽ. i. ſupra
humanã ac ſolitã poteſtatẽ, tñ ex hominibus, cũ dicatur filius Dauid, filius Abrahę: ſed ſupra ho Matth. 1. Roma. 1.
mines, quoniam natus eſt caput ſaluatorq; hominũ, imo deus & homo [& reliquũ]. i. vltra hæc
[non ſecundum deum diuina faciens]. i. miracula operans non pure diuine, ſed & concurrente
operatione ſuæ humanitatis & carnis, ſicut tangendo ſanauit ægrotos, quia eius humanitas fuit
inſtrumentum coniunctum animatũ ac propriũ diuinitatis verbi ſibi vniti [non humana ſecũdũ
hominem] id eſt, faciens humana non humane, ſed diuine, ſeu diuina & ſupernaturali virtute,
ſicut per mediũ hoſtium inuiſibilis fugit quando volebant eũ lapidare, præcipitare & rapere [ſed Iohan. 10. Lucæ. 4. Iohan. 6.
deo homine facto]. i. verbo ipſo æterno incarnato [non quadam dei & hominis operatione no
bis conuerſatus]. i. cum hominibus & inter homines vixit atq; verſatus eſt, exercendo operatio
nes ante non viſas, quæ proceſſerunt ab vna perſona agente, cuius eædem operationes erant diui
næ & humanæ: quia ſuppoſitum agens, fuit in vnitate perſonæ deus & homo. Quas operationes
alia tranſlatio vocat deiuiriles, alia theandricas. Nam & vtraq; natura in Chriſto agebat cum al
terius communione, & ſuppoſitum agens fuit unum & idem, ſecundum vtramq; naturam ope-
rãs. Veruntamen in talibus attendendum, quid propter quid Chriſto attribuatur ac affirmetur:
Nam & deus dicitur paſſus quæ paſſus eſt homo, & homo dicitur operatus quæ deus operaba-
tur: & hoc operabatur: & hoc propter vnitatem ſuppoſiti, in vtraq; natura, quia humana natura
fuit ſuppoſitata & ſubſiſtens in hypoſtatico eſſe verbi. Hæc eadem capitulo tertij libri ſui ſcribit
Damaſcenus quaſi verbis eiſdem, ita videatur ex iſta beatiſſimi Dionyſii epła vba illa ſumpſiſſe. Ioh. Dam. li. 3. cap. 15.

¶AD DOROTHEVM DIACONVM. EPIS. V.

Diuina

DIuina caligo eſt inacceſſibile lumē, in q̃ habitare deus dr̄ et inuiſibili exiſtente propter excedentē claritatē, & in acceſſibilis idē ꝓpter exceſſū ſuperſubſtātialis lūinis effuſiōis. In hac fit oīs q deū cognoſcere & uidere eſt dignus habitus ꝑ ipm nō uidere neq; cognoſcere in eo q ē v̄e ſuper uiſionē & cognitionē factus, hoc ipm cognoſcēs qđ poſt oīa eſt ſenſibilia & ītelligibilia & ꝓphetice dicēs: Mirabilis facta ē ſcīa tua ex me, fortis facta eſt, nō potero ad eā. Sic quidē & diuinus Paulus cognouiſſe deū dicitur D

Rom. 11. Philip. 4. cognoſcens ipſum ſuper omnē exiſtentē intellectum et cognitionem. Propter qđ & inueſtigabiles eſſe uias eius dicit, & inſcrutabilia iudicia eius, & inenarrabilia dona eius et pacem eius excedentem omnem mentem, ſicut qui inuenit exiſtentem ſuper omnia: et hunc ſuperintellectum cognouit, qm̄ ultra oīa eſt oīm cauſa exiſtēs.

¶ELVCIDATIO HVIVS EPISTOLAE QVINTAE ad Dorotheum diaconum. Quæ ſit diuina caligo Artic. V.

IN exordio hui⁹ epl̄ę Theolog⁹ clare definit, qđ vocet̃ diuina caligo in myſtica theologia [Diuīa caligo ē inacceſſabile lumē, in q̃ habitare dr̄ de⁹] q habitat in ſeipo ſicut ęternalit̃ eſt in ſeipo, ꝓut ſupra expoſitū ē, Vbi expſſū ē qcqđ hic de iſta caligine videret̃ dicēdū, idcirco nec immorādū [Et inuiſibilis qdē exiſtēs]. i. deus inuiſibilis ē [propt̃ excedētē claritatē. i. ꝓpter infinitā plenitudinē ſuę luminoſitatis ſeu actualitatis, ꝑ q̃ incōparabilit̃ excedit capacitatē et facultatē oīs mētis createę [& inacceſſibilis idē]. i. deus q̃q; inacceſſibilis dr̄. i. incōphēſibilis, ita ꝙ ad eū imediate attingēdū, & in ſeipo clare vidēdū & cognoſcēdū qđ ſit, non valemus in hac vita accedere, nec etiā in futura accedere poſſumus ad eū cōprehēdēdū. i. ad intuēdum eū in ꝓpria luce tā pfecte & clare, ſicut ex ſua natura, cognoſcibilitate & actualitate cognoſcibilis eſt. Verūtñ nō eſt penit⁹ nec omīſarie inacceſſibilis, cū ſcriptū ſit: Accedite ad eū, & illuminamini. Itē q; ad Hebręos: Accedētē ad deū oportet credere qa eſt. Deniq; ꝑcipimur eū cognoſcere atq; diligere, & hoc eſt ipſum accedere. In Exodo q̃q; legit̃: Acceſſit & ingreſſus eſt Moſes in caliginē in q̃ erat deus: Prætacto igit̃ modo inacceſſibilis ē deus [propt̃ exceſſū ſupſubſtantialis luminis effuſiōis]. i. ꝑ importiōata ſeu infinita magnitudine & exuberantia, ſeu copia & lympiditate ſuæ naturæ & emanatiōis ſuę ad intra. Hoc eſt ꝙ ait, ꝓpter exceſſū effuſiōis. i. cōmunicationis & emicatiōis ſui luminis ſupſubſtātialis, imo nec effuſionē eius ad extra plene cognoſcere iā valemus, & tñ ꝑ illa accedim⁹ ad ipſius deitatis notitiā. Nā & Ap̄lus: Grās, inq̄t, deo ſup inenarrabili dono eius [In hac fit oīs q deū cognoſcere & videre eſt dignus habitus]. i. oīs fidelis quē deus reputat & facit dignū ſcđ'm mēſurā humanę imbecillitatis, cognoſcere ꝑ ſpeculū in ænigmate, & videre ꝑ donū ſapiētiæ ſeu per viſionē myſticę theologię deū, q eſt finis totius deſiderij nr̄i, & fons vniuerſæ nr̄æ ſciæ: ſit in hac. i. conſtituit̃ in iſta caligine. Oīs, inq̄, q dignus eſt deū cognoſcere & videre [ꝑ ipm nō videre neq; cognoſcere v̄e in eo q ē ſup viſionē & cognitionē fact⁹]. i. ꝑ hoc ꝙ mēte cōſpicit ſe nō poſſe clare & plene agnoſcere deū, ſed penit⁹ caligare, ignorāteq; fieri in cōtēplatione illi⁹, q factus eſt. i. eleuatus ſup oēm viſionē cognitionē q; creaturę, & videt hoc ſolū de ipſo poſſe cognoſci nūc ꝙ inuiſibilis inconphēſibiliſq; cōſiſtit. Et q̃ mēs id clari⁹ intuet̃ eo ipm lympidius videt & cōtēplat̃. Hinc alia habet trāſlatio: Ad hāc ꝑtingit, eaq; abſorbet̃ qſqs deū videre ac noſſe metuerit, eoq; ipſo ꝙ neq; videt, neq; cognoſcit, illi q oēm viſionē & cognitionē trāſcēdit, familiarius iūgit̃ [hoc ipſū cognoſcēs, ꝙ poſt oīa eſt ſēſibilia & ītelligibilia]. i. hoc certiſſime ītuēs ꝙ deus vniuerſa ſēſibilia & intelligibilia ꝓcedit cauſalitate, æternitate atq; īmēſa pfectiōe, etiā manet poſt oīa illa, poſito ꝙ illa nō ſint ac prorſus pierit, & poſt reſolutionē cauſatoꝝ in primā cām, & itē poſt ordinationē cūctoꝝ in ſupmū finē, ſicq; poſteri⁹ nobilius. Hinc iuxta beatū Grego. Deus eſt oīa nō ſolus: & poſt oīa, nō præuent⁹. Verūtñ alia trāſlatio cōtinet, Hoc ipm noſcēs ꝙ poſteriora ſunt q̃ in ſenſum & intelligētia cadūt q̃ trāſlatio nō cōſonat alijs [& prophetice dicēs]. i. prophetalia v̄ba decātās, vtputa v̄ba Pſalmiſtę ſequētia [Mirabilis facta eſt ſcīa tua ex me]. i. teſtimonio ac iudicio meo id teſtor, ac patet, ꝙ ſcīa tua ó de⁹ mirabilis eſt & mirabilit̃ magna, tā ſcīa tua increata, q̃ ſcīa q̃ in ſcripturis docet̃ & dat̃ de te, fortis facta ē. i. capacitatē nr̄am excedit [nō potero ad eā] ꝑſpiciēdā attigere, ſicut qdā & diuinus Pau. deū cognouiſſe dr̄ cognoſcēs ipm ſup oēm exiſtētē intellectū]. i. ſciēs deū excedere infinite oēm mentē creatā & cognitionem, propter quod & inueſtigabiles eſſe vias eius dicit, & inſcrutabilia iudicia eius] ſic itē etem̄ ait ad Romanos: O altitudo diuitiaꝝ ſapientię & ſcię dei quam incōpræhenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius. Quæ verba ibidē expoſita ſunt. [& inenarrabilia dona eius.

Marginalia: E; F; Pſalm. 33; Hebræo. 11; Hebre. 10; Matth. 22; Exodi. 20; 2. Corin. 9; 2. Cor. 9; Gregorius; Pſalm. 138; 1. Corin. 13; Roma. 11



Hoc alibi dixit. Et ſumptum videtur ex eo, quod in prima Corinthiorum habet̃ epiſtola: Gratias deo ſup inenarrabili dono eius [& pacem eius excedentem omnē mentē] ſic em̄ ſcribit Apoſtolus ad Philippenſes: Pax dei qui exhuperat omnem ſenſum [ſicut qui inuenit exiſtentem, ſup omnia] id eſt, Paulus apoſtolus dixit hæc tanquam à deo illuminatiſſimus qui ꝑ rationem cōtēplationem & dilectionem ad deum acceſſit, deumq; attigit, iuxta illud in Canticis: Inueni quem diligit aīa mea. Et alibi: Qui q̃rit inuenit [& hūc ſup intellectū cognouit]. i. ſciuit ꝙ deus excedit oēm intellectū creatū [qm̄ ultra oīa eſt oīm cauſa exiſtēs] Circa hęc rurſus, ſicut in qbuſdā alijs locis ſcribit Albertus: Intellectus creatus ſub q̃dā cōfuſiōe cōiūgit̃ deo, ut excedenti, qa nō poteſt de deo accipi, qđ eſt ipſius, qa nō habet terminationē, neq; propter qđ qa nō habet cauſam, neq; q ſicut determinatū qa, nō habet cauſam remotā, nec effectū ꝓportionatū, iō nec in via neq; in patria videt̃ deus, niſi ſicut cōfuſum. Iſtud ſicut ꝑhabitū eſt, eſt ſimpliciter falſum, & contra apoſtolicę ſedis determinationē ac diffinitiuā ſentētiā, & cōtra ſcripturā cononicā catholice intellectā, dicēte apoſtolo: Nūc cognoſco ex parte, tūc aūt cognoſcā ſicut & cognitus ſum. Itē q;: Videmus nūc ꝑ ſpeculū in enigmatæ, tūc autē facie ad faciē. Sācto q̃q; Iohāne: Videbimus eū ſicuti eſt. Ex pſuaſiōe etiā tacta uideret̃ ſeq ꝙ nec ipſemet deus eſſentiā ſuam cognoſceret, quia non habet cauſam. Idcirco verbum illud Philoſophi: Scire eſt rem per cauſam cognoſcere, eſt intelligēdum in genere certo ac ordine.

Marginalia: D; A; 1. Corin.; Philippe. 4.; Canticorū; Matth. 7; Lucæ. 11.; In Albertū; 1. Corin. 13; Ibidem.; 1. Iohan. 3.; Philoſophus.

¶AD SOSIPATRVM SACERDOTEM • EPI. VI. + Sopatrū

NE opineris hoc uictoriā ſancte Soſipr̄ ꝙ cōtra religionē aut opinionē nō bonā apparētē facies cōtumeliā. Neq; em̄ oportet ſi iudicare ipſam redargueris, iā ea q̃ ſunt Soſipari bona. Poſſibile em̄ eſt te et alios in multis falſis et apparētibus unū exiſtēs, et occultū ueꝝ latere. Neq; em̄ ſi aliqd nō eſt rubeū, iā eſt albū, neq; ſi aliqs nō eſt equus, de neceſſitate eſt hō. Ita aūt facies mihi credēs, abſtinebis quidem ne dicas cōtra alios pro ueritate aūt v̄e dicas ſicut omnino eſſe irreprehēſibilia quę dicuntur. B

¶ELVCIDATIO HVIVS EPISTOLAE SEXTAE AD SOSIPAtrum ſacerdotem, de diſcreta reprehenſione. Artic. VI.

SAnctus ꝑſul, doctor ac martyr Dionyſius, in epl̄a iſta pie ac dulciter increpat Soſipatrū de aliq̃ indiſcretiōe in ope bono, qa frequenter & acriter reprehendebat idololatras, cū eis aū non expoſuiſſet rationabiles cauſas reprobationis ſectę ipſoꝝ, nec rationes credibilitatis fidei chriſtianę [ne opineris hoc victoriā ſācte Soſipr̄, ꝙ cōtra religionē aut opinionē nō bonā apparentē facias cōtumeliā]. i. nō putes te infidelibus ꝓualere ꝑ hoc ꝙ religionē & opinionē coꝝ q̃ tibi uident̃ ſupſtitioſę ac falſe, redargius ꝑ v̄ba accerrima, q̃ cōtumelioſa uident̃, & magis ad indignationē q̃ ad cōuerſionē ꝓuocāt audiētes [Neq; em̄ oportet iudicare ipa redargueris]. i. dato ꝙ idololatraꝝ ſupſtitionē redargueris recte ad huc nō oportet iudicare. i. cōcludere [iā eaq̃ ſūt Soſipri bona]. i. ꝙ fides & lex q̃s tñ Soſipr̄ tenes ſint rectę [poſſibile ē em̄ & te & alios in multis falſis & apparētibus vnū exiſtēs & occultū veꝝ latere] .i. fieri pōt vt te ipſum ac alios int̃ diuerſos errores lateat vnū ſalubre, ſeu vnitas v̄i dei, & verum occultū. i. religio v̄a nō dū v̄acit̃ publicata. Qđ' cōſequēt̃ ꝑ ſiĺia ꝓbat [Neq; em̄ ſi aliqd nō ē rubeū iā eſt albū] cū int̃ albū & rubeū ſit mediū, ſicut & ipm rubeū, mediū eſt int̃ albū & nigrū, alij q̃q; ſunt colores ꝑter iſtos [Neq; ſi aliqs nō eſt æquus] ut leo [de neceſſitate eſt hō. Ita aūt facies mihi credēs]. i. ſi mihi credideris & acq̃eueris, facies ſicut hortor [abſtinebis qdē ne dicas cōtra alios]. i. à cōſueta reꝑhēſiōe cauebis, nec cōtra alios eris cōtētioſus quēadmodū ad Timotheū ſcripſit Ap̄ĺus: Noli verbis cōtendere, ad nihil em̄ vtile eſt niſi ad ſubuerſionem audientium. Et alibi: Si quis videtur cōtentioſus eſſe, nos talē cōſuetudinem nō habemus, neq; eccleſia dei [Pro v̄itate autem vere dicis] id eſt, pro fidei defenſione conſtanter ac diſcrete loqueris quēadmodū ſcriptū eſt, ad Titū de epō & ſacerdote: Potēs ſit exhortari in doctrina ſana, & cōtradicentes redarguere [ſicut omīno irreprehēſibilia eſſe q̃ dicunt]. i. ita vt probes ac doceas prorſus vera & iuſta eſſe, q̃ in noſtra religione tenemus, iuxta illud ad Titum: Verbū ſanum irrepræhenſibile, vt q ex aduerſo eſt, nihil mali habeat loqui de nobis. Itaq; qui infideles cupit conuertere, aut errātē ſeu iniquum conuertere, diſcrete, piè, charitatiue rationabiliter debet procedere, non dure & aſpere, aut aſpere nimis.

Marginalia: C; E; F; 2 Timot. 2.; 1. Corin. 11; Titum. 1.; Titum. 2.

¶Ad

## ¶AD POLICARPVM SVMMVM SAcerdotem. Epiſt. VII

EGO quidem non ſum aduerſus grecos, aut aduerſus a-
lios dicens, ſufficere arbitror ſanctis uiris ſi uerũ ipſum
in ſeipſo poſſint & cognoſcere & dicere ſecundũ quod
uere habet. Hoc em̃ qđcunq; eſt ſecundũ legẽ ueritatis
recte demonſtrato & puro exiſtente, omne quod aliter
habet & ueritatẽ ſimilat reprehendetur: & alterum exi-
ſtens a uere exiſtente, & diſſimile & apparens illud ma
gis quam exiſtens. Superfluum igitur eſt ueritatis ma
nifeſtatorem aduerſos iſtos aut illos dimicare. Dicit e-
nim unuſquiſq; ſe habere numiſma regale. Et forſan quidẽ habet quãdam decepti
uam imaginẽ cuiuſdã ueri numiſmatis. Et ſi iſtũ redargueris, & alius, & rurſus a-
lius de eodem litigabit. Vera autem ipſa poſita ratione, & ab omnibus alijs irre-
præhenſibili manente, omne quod non ita ſecundum omnia ſe habet, ipſum in ſei-
pſo inuincibili ſtatione uere ueri deponitur. ¶ Igitur hæc quidem (ſicut arbitror)
uere cognoſcens, non ſtudui aduerſus Græcos aut aduerſus alios dicere, ſed ſuf- E
ficiens mihi (& hoc deus donet) de ueritate ſcire primum, poſtea ſcientem dicere
ut oportet. Tu autem dicis, improperare mihi ſophiſtam Appollophanem, & pa
trum uerberatorem appellare, & ſicut his quæ ſunt Græcorum contra Græcos,
non †ſancte utentem. Et quidem aduerſus ipſum eſſet uerius nos dicere, quod Græ
†recte. ci diuinis non ſancte contra diuina utuntur, per ſapientiam dei tentantes expelle-
†circa re diuinam uenerationem. Et non multorum ego dico opinionem affectu materiæ
& paſſibiliter in dictis poetarum permanentium, & creaturæ præter creatorem
diuinum cultũ exhibentiũ. ¶ Sed & ipſe Apollophanes, non ſancte diuinis, con-
†circa. tra diuina utitur. Et em̃ exiſtentiũ cognitione pulchre dicta ab ipſo philoſophia, et
a diuino Paulo ſapientia dei appellata, ad cauſam & ipſorum exiſtentiũ & cogni- F
tionis ipſorum oporteret ſurſum agi ueros philoſophos. Et ut non aliorum quã
ipſius propter hoc quod uidetur opinionem repræhendam, oporteret Appollo-
phanem ſapientẽ exiſtentẽ cognoſcere non aliter aliquando poſſe aliquid uerti cœ
leſtis ordinationis & motus, niſi cõtentorem eſſentiæ ipſius, & cauſam haberet ad
Danie. 2. hoc mouentem, qui facit omnia, & mutat ſecundum ſanctum ſermonẽ. Quomodo
Ioſue. 10 igitur non ueneratur cognitum nobis, & ex hoc & uere exiſtentẽ deum, mirans i-
pſum de omnium cauſa, & ſuperineffabili uirtute, quando ab ipſo ſol & luna, ſe-
cũdũ uirtutẽ & ſtationẽ ſupernaturaliſſimã, ſimul cũ om̃i ad oĩno immobile diffi
niunt, & tota die in eiſdẽ ſignis ſtãt oĩa. Aut tm̃ qdẽ qđ amplius ſi totis & meliori
4. Reg. 20 bus, & cõtinẽtibus ita portatis nõ circũagebant cõtẽta. Et qñ alius qdẽ dies ſcđm
2. Par. 32. cõtinuitatẽ fere triplicat, & in uiginti oĩbus horis aut om̃i tãti tẽporis cõtraria por
Iſaiæ. 38 tatiõe regredit & cõuertit, ita ſupnaturaliſſimis cõtrarijs circũactiõibus, aut ſol ꝓ
prio curſu motũ ipſius om̃i mõ in horis decẽ colligẽs, reſolutiue rurſus toto illo no
uã uiã q̃ndã terẽs in alijs. ¶ Hoc qdẽ fuit qđ et Babylõios cõuenient in ſtuporẽ mo
uit, et ſine pugna Hezechiæ ſubiecit, ſicut cuidam æquali deo & hoĩes excedenti. &
Ex. 7. 8. 9 non dico eas quæ fuerũt in Ægypto magnas operationes, aut alia quædam alibi
10. 11. 12. dei ſigna facta, ſed communia & cœleſtia in omni & in omnibus triumphantia.
Dicit



A Dicit autem omnino Apollophanes, non eſſe iſta uera. Igitur maxime quidem
hoc Perſarum ſacerdotalibus effertur memorijs. Et adhuc † Magis memoria- †Magi.
lia triplicati ſolis perficiunt. Sed liceat illi hæc propter ignorantiam aut inexpe- Mat. 27
rientiam non credere. ¶ Dic aũt ipſi, quid dicis de defectu facto in cruce ſalua- Mar. 15
toris? Ambo em̃ apud Heliopolim tũc præſentes & coaſtãtes inopinabiliter ſo Luc. 23
li lunam incidentem uidebamus: non enim erat conuentus tempus. Et rurſus i-
pſam a nona hora uſq; ad ueſperam ad ſolis diametrum ſupernaturaliter reſti-
tutam. Rememora autem & quiddã aliud ipſi. Nouit enim ꝙ eclypſim ipſam
ex Oriente uidimus inchoatam, & uſque ad ſolarem terminum uenientem, po-
ſtea regredientem, & rurſus non ex eodem & defectum & repurgationem, ſed Iob. 5
econtrario ſecundum diametrum factam. Talia ſunt eius temporis ſupernatura
lia, & ſoli Chriſto, qui eſt omnium cauſa, poſſibilia: qui facit magna & mirabi
lia, quorũ non eſt numerus. Hæc dicta tibi. Et ſi poſſibile eſt Apollophanes re-
prehende, & me tunc compreſentẽ tibi, & ſimul inſpicientem, & ſimul iudican-
B tem, & ſimul admirantem. Siquidem & diuinationem tunc neſcio, unde Ap-
pollophanes tunc incipit & ad me, ſicut quæ fiunt, conferens dixit: Hæc o bo
ne Dionyſi, ſunt mutatiões diuinarum rerum. Tanta ut in epiſtola a nobis ſunt
dicta. Tui autem erit ſufficienter & deficentia adimplere, & adducere perfecte
deo uirum ſapientem in multis exiſtentem, & forſitan nõ dedignaturum man-
ſuete diſcere ſuperſapientem religionis noſtræ ueritatem.

## ELVCIDATIO HVIVS EPISTOLAE VII. AD POLYCARpum Smirneorũ Epiſcopũ, in qua cõuicia & maledicta Apollophanis ſophiſtæ retorquet. De eclypſi in morte Chriſti, alijſq; prodigijs quibuſdã. Articu. VII.

POlycarpus iſte fuit à beatiſſimo apl'o Iohãne conuerſus, & mirabiliter illu-
ſtratus, ac martyr præclarus, cuius intuitu ſcripſit Theologus iſtam epiſto-
lam, cuius tenor ex eius expoſitione patebit. [Ego quidẽ non ſum aduerſus
Græcos aut aduerſus alios, dicens]. i. nec Græcis nec alijs cõtentioſe, detra-
ctorie aut irrationabiliter cõtradico [ſufficere arbitror ſanctis viris, ſi verũ
ipſum in ſeipſo poſſint & cognoſcere & dicere, ſcđm q̊d vere habet]. i. fide
libus reor ad ſalutem ſufficere veritates catholicæ fidei firmiter noſcere, &
tpe opportuno confiteri, prout ỽitas ipſa ſe habet, niſi in ſpeciali aliud exigatur, & ſcđm fidem
viuatur. Hinc dixit Apl's: Corde creditur ad iuſtitiã, ore aũt confeſſio fit ad ſalutẽ. Verũ vt S. Ia Roman. 1.
cobus addit, non prodeſt fidẽ habere, & fidei opa non implere, atq; vt denuo teſtatur: Scienti Iacob. 2. Iacobi. 4
bonum & non facienti, peccatũ eſt illi. [Hoc enim q̊dcunq; eſt, ſcđm legem ỽitatis recte demõ
C ſtrato & puro exiſtente]. i. eo ꝙ verũ eſt, efficaciter declarato, & probato ꝙ ỽum ſit & purum,
vel ſine admixtione erroris ac falſitatis. [Omne q̊d aliter habet]. i. falſum, ei contrarium [&
veritatem ſimulat.]. i. non ſolum q̊d manifeſte falſum eſt, ſed item q̊d apparentiã habet veri
deceptoriã [reprehendetur]. i. a falſum eſſe patebit [& alterũ exiſtens à vere exiſtente, & diſſimi
mile, & apparens illud magis q̃ exiſtens]. i. hoc cognoſcetur de illo, ꝙ alienum & alterum ſeu
diſtinctum ſit à veritate ſyncera, & diſſimile ac diſſonum ab eadem, apparẽtiam tm̃ ỽitatis, nõ
exiſtentiã continens, ſicut ſunt vitia quædam, quæ videntur eſſe virtutes, nec ſunt, quẽadmodũ
aũt virtutes ſunt quædã medietates inter vitioſa extrema, ita & veritas fidei medietas eſt inter
errores extremos. [ſuperfluum eſt igitur veritatis manifeſtatorem aduerſus illos aut iſtos di
micare]. i. contendere contra aduerſarios veritatis ac fide, ac non potius modeſte ac rõnabilr
loqui ac agere. Veruntamen nonnunq̃ oportet contra aliorum deceptores ac dyſcholos ſe-
rioſe ac feruide diſputare, ſicut ait Apl's: Si ſcđm hoĩem ad beſtias pugnaui Ephiſi. i. q̃a rõnabi Coloſſe. 15
liter contra beſtiales hoĩes diſputaui in Epheſo, ſic tñ vt ſeruet q̊d alibi docetur: Seruũ dñi non 2. Timo. 2.
oportet litigare, ſed docibilẽ eſſe ad oẽs, patientẽ, cum modeſtia corripientẽ. Iſtud conſequen-
ter quaſi p ſimile declaratur [Dicit enim vnuſquiſq; ſeipſum habere numiſma regale]. i. bonũ
nummũ imagine regis ſignatũ [& forſitan q̃dẽ habet quãdã deceptiuã imaginẽ cuiuſdã, partis
veri numiſmatis]. i. fortaſſe habet denariũ ſignatũ fallaci figura, partim valentem tantũ, q̃tum

valet verum nūmiſma. [& ſi iſtum redargueris] probando ꝙ dixerit falſum. [rurſus & alius & D
rurſus alius de eodē litigabit.] id eſt, plures ſimul aut ſucceſſiue de eadem re contra te conten-
dent,& requiem non habebis ſic corrixando. Sic & quilibet dicit ſe rectam fidem & legem ha-
bere,& qui voluerit contra ſingulos contendere, turbabit atq; turbabitur,& paꝝ proficiet [Ve
ra aũt ipſa poſita rõne,& ab alijs oĩbus irreprehēſibili manente] .i. introducta iam rãſione ſeu
declaratione vere idonea, ita ꝙ ab alijs nequeat rõnabilr̃ reprehendi. [omne q̊d non ita ſcd̃m
oĩa ſe habet].i. q̊d non in oĩbus conſonat hmõi rõne [ipſum in ſeipſo inuincibili ſtatione ve-
re veri mihi deponitur] i. inſuperabili illa rõne ſtante, in ſuo vigore deijcitur,& ad profectum
ſeu conſolationē meam proſternitur. [Ergo hoc quidem ſicut arbitror vere cognoſcens, non
ſtudui aduerſus Grę̨cos, aut aduerſus alios dicere] i. ad hoc conatus non ſum, neq; intēdi con
tra q̊ſcunq; errantes ṽbis cõtendere, illos ve refutare, ſed potius ad viam veritatis charitatiue
reducere, quē̃admodũ de iniquis in Ieremia habetur: Venite, cogitemus contra eum, & radi-
cem verbi inueniamus aduerſus eum. [Sed ſufficiens mihi & hoc deus donet de veritate ſcire
primum, poſtea ſcientem dicere vt oportet]. i. id reor mihi ſufficere,& id tribuat mihi deus ꝙ
hoc mihi ſufficiat in hoc caſu, ſcire in primis de veritate potiſſime ad ſalutem neceſſaria, puta
de fidei veritate, quę oportet cognoſcere de eadē per fidem, aut per rõnem fide inſtructam ac
regulatã. Deinde me ſic cognoſcere, loqui, ſcribere, diſputare de veritate iã cognita, iuxta illud
Iob. 18. Iob: Intellige prius,& ſic loquamur [Tu aũt dicis improperare mihi ſophiſtã Apollophanē]
.i. mihi ſcripſiſti, ꝙ Apollophanes logicus ſophiſtice agens, mihi improperet: q̊d q̃ iniquũ ſit,
Eccle. 37. conſtat ex illo Eccl̃i: Qui ſophiſtice loquitur odibilis eſt, in oĩ re defraudabitur. Nõ eſt illi da-
ta gratia à dño, omni enim ſapĩa defradatus eſt. [& patrum ṽberatorem appellare]. i. repro-
batorem me noĩnet magiſtroꝝ & ſeniorum meoꝝ Græcoꝝ, ex quibus & corporaliter natus E
1. Corin. 8. ſum. De huiuſmodi ſpiritali verberatione ſcribit Apl̃s: Peccantes in fratres,& percutientes cõ-
ſcientias eoꝝ infirmam, in Chriſtum peccatis. Vñ alia litera habet,& patricidã appellare. Ob-
iecit nanq; Dionyſio, ꝙ Græcos irrationabiliter reprobaret,& ſcĩa quam ab eis didicerat, con
† ſancte. tra ipſos vteretur. Hinc ſubditur [& ſicut his quę ſunt Græcoꝝ, cõtra Grę̨cos nõ * recte vtentē]
1. Regñ. 17 .i. tanq̃ ꝑuerſe vtentem documentis Græcoꝝ cõtra eoſdē, quē̃admodũ Dauid occidit Goliam
proprio gladio. Et verum eſt ꝙ S. Diony. philoſophica ſua ſcĩa vſus eſt ad reprobandũ q̊ſdã
aliquorum Græcoꝝ errores. Hoc tñ egit ex charitate pro illorum conuerſione ad dei honorē
[Et quid em aduerſus ipſum eſſet nos verius dicere]. i. nos poſſemus verius dicere cõtra Apol
lophanem [ꝙ Grę̨ci diuinis non ſancte * circa diuina vtunt̃]. i. naturali ſcĩa abutunt̃, ideo ſub-
† contra. ditur [per ſapĩam dei]. i. per philoſophicã ſcĩam quam hñt de deo, ꝙ ſc3 ſit actus purus, ens in
commutabile, impaſſibile & perfectum omnino in ſe. [tentantes expellere diuinam veneratio
nem] præſertim legem & fidem ac ritum Chriſtianiſmi, in quibus docetur ꝙ deus ſit incarna-
Lucæ. 1. 2. Matth. 1. 2. tus, paſſus & mortuus,& item, ꝙ deus trinus ſit in perſonis. [& non multorum ego dico opi-
Iohann. 1. niõem]. i. modo non profero erroneam opinionem plurimoꝝ idololatraꝝ. [affectu materię
Matth. 27 Mar. 14. 15 & paſſibiliter in dictis poetarum permanentium]. i. in figmentis poetaꝝ ꝑſiſtentium ex carna
Lucæ 23. Iohan. 19 li & ſenſuali affectu, ex q̊ alliciuntur ad obſcœna ſacra deorum, iuxta dogmata poetarũ, quæ
Iohan. 5. 10 & 15. ſunt pabula dæmonioꝝ. [& creaturę præter creatorem diuinum cultũ exhibentiũ]. i. omiſſo
vero veri dei cultu, colentium varia idolorum ac falſorum deoꝝ portenta, de quibus Apoſt.
Roman. 1. ad Rom. Coluerunt, inquit,& ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori. [Sed & ipſe Apollopha-
† contra. nes non ſancte diuinis † circa diuina vtitur]. i. ſacrilegus eſt abutendo diuinis circa diuina. F
[Etenim exiſtentium cognitione pulchre dicta ab ipſo philoſophia,& à diuino Paulo ſapien
1. Cor. 1 tia dei appellata, ad cauſam & ipſorum exiſtentium & cognitionis ipſorum oporteret ſur-
ſum agi veros philoſophos]. i. ſapiētes naturales, ſua ſcĩa bñ vtentes, oporteret merito eleua-
ri ex philoſophica notitia creaturaꝝ, quam & Apollopha. conuenienter vocat philoſophiã.
Paulus q̊ꝙ Apl̃s ad Rom. & alibi noĩat ſapĩam dei. i. de deo tractantem, q̃ & ad Corin. ſcribit
Roman. 1. Quia per ſapientiam dei non cognouit mundus in ſapĩa deum. Ad cauſam ſummam omniũ
1. Cor. 1. rerum, quæ etiam cauſa eſt cognitionis illarum. [& vt nõ alioꝝ, q̃ ipſius propter hoc q̊d videt̃
opinionem reprehendam]. i. vt pro pñte nõ reprobem noĩatim errorem aliorũ, q̃ Apolloph.
iſtius, ob id ꝙ iam videtur expediendũ [oporteret Apollophanã ſapientem exiſtentē cogno-
ſcere, non aliter aliquando poſſe aliq̄d ṽti cœleſtis ordinatiõis & motus]. i. neceſſe eſſet quod
Apollophanes naturali ſapĩa vel propria æſtimatiõe ſapiens exiſtens, perpenderet nõ poſſe
aliquid variari circa motus cœleſtes & naturales curſus ordinantiaſq; eoꝝ, atq; cœleſtiũ cor
porum. [niſi cõtentorē eſſentiæ ipſius & cauſam haberet ad hoc mouētem]. i. niſi inordinatio
& motio illa cœlę̨ſtis haberet ipſum cõtentorem. i. cõſeruatorem ſui eſſe, cauſam mouentē &
incitantem



incitantem ad talem inſolitã & ſupnaturalem mutationem. [q facit oĩa,& mutat ſcd̃m ſanctũ
ſermonem]. i. qui conſeruator eſt vniuerſorum factor & cõditor,& mutat ea ſecundũ bñpla-
A citum ſuum, iuxta ſacrã ſcripturã in pſalmo: Oĩa quęcunq; voluit dñs, fecit in cœlo & in terra pſalmo. 134.
Alibi q̊q;: Creatori creatura deſeruiēs, atq; alibi: Qui præcepit ſoli,& nõ oritur: & ſtellas clau Sapient. 16. Iob. 9.
dit quaſi ſub ſignaculo. [Q̃uo ergo non veneratur cognitum nobis,& ex hoc & vere exiſtentē
deum?]. i. cur igitur nõ colit verũ deum, nobis iam notũ ex illa ſupnaturali mutatiõe, quę fuit
tpe Ioſue, ad cuius inuocationem vel potius iuſſionem, vt ex forma ṽborum ipſius Ioſue vide
tur, ſol & luna ſteterũt in medio cœli ſpacio vnius diei, vt legitur in lib. Ioſue: Dixit Ioſue dño,
Sol, contra Gabaon ne mouearis,& luna contra vallem Aialon. Ex quibus error Rabbi Moſi Ioſue. 10.
reprobatur dicentis, ꝙ ſol tunc reuera nõ ſtetit, ſed ſcd̃m quendã tropum loquendi, ꝙ item cã
longioris diei fuit, ꝙ Moſes veniens ex Aegypto, quæ eſt ad meridiem ad terrã promiſſionis,
quæ eſt ad aquilonem reſpectu Aegypti, ingreſſus eſt latius clima, iccirco & diem longiorem:
q̊d & ſi ita aliqualiter fuerit, illa tñ prolongatio diei fuiſſet ꝑmodica, q̊d Albertus hic probat Albertus.
diffuſe. [Mirans ipſum de oĩm cauſa & ſuperineffabili virtute]. i. ipſum deũ admirans ex ſua
vniuerſali cauſalitate & indicibili ptãte, quæ apparuit in prætacta illa cœleſtiũ motuum muta
tione. [qñ ab ipſo ſol & luna ſcd̃m virtutem & ſtationē ſupnaturaliſſimã ſimul cum oĩ ad oĩno
immobile diffiniunt̃]. i. q̊ tpe ſol & luna cum cœlo toto arctabantur & determinabãtur à deo
figi,& ſtare immobiliter omnino ſcd̃m virtutē. i. dei oĩpotentiã & quietē. i. ſtationem ad tem
pus aliquaꝝ horarum, vt infra dicetur: ſupnaturaliſſimã, quia ſtatio & mutatio illa fuit valde
ac multipliciter ſupernaturalis, vt mox tanget̃. Deniq; circa miraculum iſtud fuit duplex opi-
nio: vna, ꝙ quieſcentibus tunc ſole & luna, cætera cuncta cœleſtia corpora quieuerunt. Alia,
B ꝙ ſole & luna tunc ſtantibus, alia cœleſtia corpora motu ſolito mouebantur. Prima aũt opi-
nio tangitur in ṽbis prætactis, cum dicit̃: qñ ab ipſo ſol & luna ſcd̃m virtutem & ſtationem ſu
pernaturaliſſimã ſimul cum oĩ. i. cum toto cœleſtiũ corporũ vniuerſo ad oĩno immobile diffi
niuntur. [& tota die in eiſdem ſignis ſtant omnia]. i. ſcd̃m iſtam opinionem omnia corpora
illa in eiſdem ſignis ſeu imaginibus quieſcebant. Deinde tangitur ſcd̃a opinio. [Aut tantũ qui
dem q̊d amplius]. i. ſi dicat̃ ꝙ mirabilius extitiſſet, vc3 ꝙ tm̃ ſol & luna ſtę̨terunt,& cætera mo
uebantur. Vnde ſubiungitur [ſi totis & melioribus & cõtinentibus ita portatis]. i. ſi oĩbus alijs
corporibus cœleſtibus, ſc3 orbibus & aſtris ac planetis, quorũ aliqua ſunt maiora & meliora,
id eſt, digniora ſole & luna, vtputa ipſi orbes: & ſunt continentia, quia intra ſe cõtinent & am-
biunt ſolem & lunam, ita portatis. i. ſolito more vectis, delatis, ſeu motis. [nõ circumagebant̃
cõtenta]. i. ſol & luna cõtenta & clauſa intra illa, nõ circumferebantur. ¶ Conſequenter tan-
git aliud mirabile & ſupernaturale, q̊d cõtigit circa motum cœleſtem ſub rege Ezechia, quan-
do illo optante & Iſaia propheta eximio deprecante ſol retroceſſit. [Et qñ alius quidem dies] 4. Reg. 20.
.i. cõtigit,& vere creditur factum, qñ. i. tpe quodam alius quidem dies tempore egrotatiõis He 2. Para. 32. Iſaiæ 38.
zechiæ [ſcd̃m cõtinuitatem fere triplicatur]. i. quaſi tantæ duratiõis & longitudinis efficitur,
vt ſunt tres dies artificiales. Nam in Ioſue legitur, ꝙ dies illa ſub Ioſue fuit prolongata ſpacio Ioſue. 10.
C vnius diei, q̊d de die naturali. i. ſpacio xxiiij. horarum exponitur. Si enim de die artificiali, id ē,
ſpacio q̊ ſol ſuper noſtrum eſt horizontem, intelligeretur, nõ videret̃ verum q̊d ſubditur ibi: Ibidem
Non fuit ante & poſt tam longa dies. ¶ Sub Ezechia nanq; vt dicitur hic, dies fuit triplicatus,
& hoc ſcd̃m cõtinuitatem, quia nõ incidit notabile aut perceptibile tempus inter regreſſiõem
ſolis & iteratam reditiõem. Nihilominus, vt libro de audito phyſico probat Philoſo. mobile Philoſo. 3
in puncto reflexiõis oportet quieſcere, ergo in retroceſſiõe & reaſcenſiõe ſolis hoc fuit, præſer-
tim ſi per lineam rectam ſic & ſic mouebatur. [& in viginti oĩbus horis]. i. totidem integris ho
ris ſol ſolus [aut omne]. i. tota vniuerſitas cœleſtiũ corpoꝝ ſimul cũ ſole. Quē̃admodũ eñ iu-
xta iam tacta duplex opinio eſt circa ſtationē ſolis & lunę tpe Ioſue, an ſc3 oĩa alia cœleſtia cor
pora ſimul ſteterunt cum ſole & luna, an illis duobus ſtantibus ipſa cõtinuo mouebantur, ſic
circa iſtam retrogradationē ſolis ſunt duę opiniões: vna, ꝙ alia cœleſtia corpora ſimul cum ſo
le regreſſa fuerũt. Alia opinio, ꝙ nõ iccirco nũc ſubdit̃: aut omne. i. totũ illud cœleſtiũ corpoꝝ
[tanti tpis cõtraria portatiõe regredit̃] vel retrocedit portatiõe cõtraria. i. latiõe oppoſita, ſeu
motu cõtrario motui, q̊ añ aſcendit: motu inquã tanti tpis. i. decem horarũ. Siquidē per decē
horas ſol redijt,& per alias decem horas mox ſubſequētes rurſus aſcendit eadē via, qua paulo
añ deſcenderat, ideo dictũ eſt: in viginti oĩbus horis. Vnde per Iſaiam dñs ait: Hoc tibi ſignum
erit à dño, quia faciet dñs verbum hoc q̊d locutus eſt: Ecce ego reuerti faciam vmbrã linearũ, Iſaiæ 38.
per quas deſcēderat in horologio Achaz, in ſole retrorſum decē lineis. Et reuerſus eſt ſol decē
lineis. De qua re mirabili & præclara etiam ſcriptum eſt in 4. Regum lib. Dixit Iaias ad Heze- 4. Reg. 20.
LLL ij chiam

chiam:Vis vt aſcẽdat vmbra decẽ lineis,aut vt reuertat̃ totidẽ lineis.Et dixit Hezec.Facile eſt
2.Paral. 32 vmbrã creſcere x.lineis,nec hoc volo vt fiat,ſed vt reuertat̃ retrorſum x. gradibus. De hoc iti- D
dem in 2.Parali.lib.tangit[& cõuertit].i. vniuerſitas illa cœleſtiũ corpoꝝ rediȷ̃t ſimul cũ ſole
ſcd̃m vnã opinionẽ[ita ſupnaturaliſſimis cõtrarijs circũactiõibus].i. motiõibus maxĩe ſupna-
turalibus,contrarijs illis motionibus,q̃bus naturaliter ſolet moueri,& quibus paulo añ aſcen-
dit cum ſole.Deinceps tangitur opinio alia.[Aut ſol proprio curſu motum ipſius om̃imodo
in decem horis colligens].i. ſi ſol ſolus proprio curſu motum ipſius.i.proprium motum col-
ligens.i.complens & integrans ſpatio decem horarum in primo ſuo aſcenſu ſeu reditu diei il-
lius[reſolutiue rurſus toto illo nouam viam quandam terens].i.infra ſpacium totum tempo
ris illius regreſſionis currens in deſcendẽdo miraculo ſe terens.i.incedens nouã quandam viã
.i.inſolitum iter prorſus miraculoſum.[in alijs]decẽ regreditur.i.in decem alijs horis denuo
aſcendit vſq; ad id,vnde cœpit miraculoſe deſcendere[Hoc quidem fuit].i.opus iſtud tã mul
tipliciter mirum & ſupernaturale fuit [quod & Babylonios in ſtuporem mouit cõuenienter]
.i.Chaldæos rationabiliter ad vehementem admirationem induxit.Erant enim Aſtronomię
intenti,& conſiderauerunt facta illa nimis ſupernaturalia eſſe.[& ſine pugna Hezechiæ ſubie-
cit ſicut cuidam æquali deo & homines excedenti.]Cum enim Babyloniorum rex & aſtrolo-
gi eius percepiſſent,ꝙ ad inſtantiam Hezechiæ regis Iudæoꝝ mirabilia illa contigiſſent,admi
rati ſunt excellentiam eius,nec audebant ſe opponere ei,cui omnipotens deus tam amicabilis
fuit. Propter q̄d reputabant Hezechiam deo quaſi æqualem.i. multum conſimilem,puta dei
4.Reg.19. 2.Para.32. amicum,& excedentem in gratia accidentaliq; dignitate commune hominum genus.Propter
Iſaiæ 37. quem Ezechiam etiam deus paulo ante interfecit per angelũ ſanctum centũ octoginta quinq;
milia hoĩm paganorum in caſtris Aſſyriorum,q̄d & Claldęi iſti perceperant. ¶Præterea tot E
& tanta mirabilia diu poſtmodum permanſerunt in memorijs hominum,intantum ꝙ cũ po-
ſtea diu Nabuchodonoſor rex Babylonis obſideret Ieruſalem, putabant plurimi ꝙ non obti
Threno.4 neret eandem,quemadmodum Ieremias teſtatur in Threnis:Non crediderunt gentes & reges
4.Reg.19. terrę ꝙ ingrederetur hoſtis per portas Ieruſalem. Hinc quoq; 4.Reg.lib narratur,quemadmo
dum rex Babylonis miſit Hezechię libros.i.epiſtolas & munera,& gentes in circuitu ipſum ti
2.Paral.32 mebant.Cur autem rex ille miſit legatos ſuos ad Ezechiam,2.lib.Paralipo.aperitur,q̊ legitur
Miſſi erant vt interrogarent eum de portento,q̄d acciderat ſuper terram,hoc eſt,de admirabi-
Exod.10. li illa ſolis retrogreſſione & reditu[Et non dico eas quæ fuerũt in Aegypto magnas operatio-
nes].i.pro pſiti nõ recito admirabilia quę deus per Moſen in Aegypto effecit,inter quę magni
ficum fuit,ꝙ tribus diebus ſol lumen ſuum retraxit ab ipſis Aegyptijs,nõ ab Hebræis nec alijs
Daniel.3 Dan.6.14. gentibus.[aut alia quædam alibi dei ſigna facta] ſicut ꝙ tres viri manſerunt in æſtuantiſſimo
fornace illæſi,Daniel q̄q; à leonibus intactus.[ſed coĩa & cœleſtia in omni & in omnibus triũ
phantia].i.ſigna iſta in cœleſtibus facta corporibus,notaq; in vniuerſo & gentibus cunctis,vt
ſit diſtributio pro generibus ſingulorum, ac conuincentia incredulos ad confitendum omni-
potentiam ac prouidentiam dei.[Dicit autẽ oĩno Apollophanes non eſſe iſta vera].i.reſpon-
debit ꝙ falſa ſint & conficta,quod protinus reprobatur.[Igitur maxime quidem hoc Perſarũ
ſacerdotalibus effertur memorijs].i.in hiſtorijs Perſarum & memorabilibus ſcriptis ſacerdo F
tum illorum iſtud narratur.[& adhuc Magis memoralia triplicati ſolis perficiunt].i.perfecte
faciunt Magis.i.ſapientibus certas memorias ſolis triplicati.i. diei vllius quaſi tam longi,vt
ſunt tres dies artificiales,ſicq; ſol quaſi triplex fuit in ſuo effectu. [Sed liceat illi hæc propter
ignorantiam aut inexperientiam non credere].i.dato ꝙ non teneatur ad credulitatem iſtoꝝ
quæ nec vidit,neq; expertus eſt,aut forſan ignorat[Dic autẽ ipſi].i.tu Polycarpe obijce Apol
lophani:[Quid dicis de defectu].i.eclypſi[facto in cruce].i.in paſſiõe[ſaluatoris.Ambo em̃]
Heliopolis ſc; Apollophanes & ego[apud Heliopolum]vrbem Aegypti,quæ dicitur,Ciuitas ſolis[tunc
præſentes & coaſtantes,inopinabiliter ſoli lunam incidentem videbamus].i.ibi cõſpeximus
ꝙ luna inopinate & ſupnaturalr̃ ſe ſuppoſuit ſoli[nõ enim erat cõuentus tempus].i.tunc non
erat naturale tempus cõiunctionis illius,q̃a nõ fuit incenſio,imo fuit tunc oppoſitio & plenilu
nium.[Et rurſus ipſam à nona hora vſq; ad veſperam ad ſolis diametrũ ſupernaturalr̃ reſti-
tutam].i.vidimus lunã hora veſperaꝝ recollatã in occidente,ex oppoſito ſolis quaſi per lineã
rectam,protractã ſeu imaginatam recte à ſole vſq; ad lunam,vt videmus in oppoſitione,& ita
Matth.27 Marci.15 cœpit luna redire,ſeq; à ſole ſub quo ſtetit,retrahere,quia vt ait Euangeliſta,à ſexta hora vſq;
ad nonam tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terrã, q̄d fuit vehementer ſupnaturale,& ſcd̃m
mirabile in illa eclypſi.Sequit̃ tertiũ in eadem mirabile[Rememora aũt & quiddam aliud ipſi]
.i.tu Polycarpe reduc ad memoriã Apollophani aliud magnũ.[Nouit em̃ ꝙ ecclypſim ipſam
ex oriẽ



A ex oriente vidimus inchoatam]q̃m luna ab oriente rediȷ̃t verſus ſolem. [& vſq; ad ſolarem
terminum venientẽ] quia paulatim ſe ſoli ſuppoſuit,q̊uſq; totã ſolem ab inferiori parte ope-
ruiſſe,atq; hoĩbus abſcondiſſe videbatur.]poſtea regredientẽ].i.vidimus lunam ſe retrahere
à parte ſolis,quã vltimo texerat,ſicq; reuerti ad orientem.Sequitur quartum mirabile[& rur-
ſus non ex eodem & defectum & repurgationẽ,ſed ecõtrario ſcd̃m diametrum factã].i.cõſpe-
ximus non ex eadem parte factam defectionem ſeu eclypſim,& ſolis repurgationem.i.claram
reſplendentiam,quæ ab obſcuratione ſeu abſconſione illa apparebat quaſi purgata [ſed con-
traria parte ſcd̃m diametrum. [Incepit enim ab oriente obſcuratio ſolis,vt patuit, & detectio
ſeu illuſtratio cœpit ab occidente.In naturali enim eclypſi fit contrario modo,q̃m luna partẽ
ſolis quam primo tegit & occupat, prius dimittit.[Talia ſunt eius temporis ſupernatnralia]
.i.tam magnifica & præclara erant miraculoſa opa illa,quæ tpe paſſionis dñicæ contigerunt,
[& ſoli Chriſto qui eſt oĩm cauſa].i. vnigenito filio dei patri æquali, & nulli ſubſtantialiter
à Chriſto diſtincto[poſſibilia]ſicq; per ſolum,nec pater nec ſpiritus ſanctus excluduntur.[qui
magna & mirabilia,quoꝝ non eſt numerus]nobis cognitus,nihilominus in numero ſibi no-
B to,pondere & menſura conſtituit vniuerſa.Iſtud ſcriptum eſt in lib.Iob:Ad deum ponam elo
quiũ meũ,qui facit magna & inſcrutabilia,& mirabilia abſq; numero. [Hæc dicta tibi].i.hæc Sapien.11 Iob.5
dixerim te alloquendo ò Polycarpe.[Si poſſibile eſt,Apollophanes reprehende & me].i.ſi ra
tionabilr̃ potes,redargue tu Apollophanes me[tunc compræſentem tibi.].i.qui tunc tecũ in
exilio inſulæ ſic vocatæ, in qua vndiq; ambulãs prędicaſti, de qua adhuc egredi tibi nõ licet [di
A mittendus es liber, & in Aſiaticam terram reuerſurus] quod factum eſt, Domitiano imperato-
re ob ſuam crudelitatem à ſenatu occiſo, quo facto, ſenatores reuocauerunt facta à Domitiano
qui ſanctum relegauit Iohannem. [Illicq; perages boni dei imitatiões] id eſt, Chriſti imitator
eris, docendo, agendo & ſuſtinendo [easq; poſteris trades] id eſt, ad futurorum informationem
ac ſalutem deſcribes. Ex quibus oſtenditur, quod ſanctus Dionyſius ſpiritu quoq; prophetiæ
reſplenduit.

## AD APOLLOPHANEM PHILOSOPHVM
### Epiſtola XI.

NVNC nunc mihi ſermo ad te dirigitur præcordialis
amor multos ſolicitudinũ mearum angores de te repli
cans, teq; miti mente ſuper uecordia tibi ex friuolitatis
diutina pertinacia arguens, & phanatica illuſionum
phantaſmata inſultans ſupernaturalem modificationẽ
benignitatis dei magnificentiſſime & diligentiſſime a-
dorando, tibi bene reſpicienti pars animæ meæ coniu-
B bilo, tuiſq; te deſpectionibus cõpellabo, ut illa tibi ite-
rato commendem quorum pridem contempſeras noti
onem. Frequentiſſime quidem & diligenter ſatis dilucidaui tibi Moſe proden- Gene.1.
te a domino hominem de limo factum, & tranſgreſſiones eius cathaclyſmo pia- Gen.6 7.
tas. Sequenter quoq; eum in amicitia ſumptum, multaq; in Ægypto & egreſſio Exo.7.8. 9.10 11.12
nis ſuæ itinere pro eo, & in eo feciſſe magnalia, atq; theologos multoties feciſſe, Ex.13.14 Iohan.1.
quorum præcognoſcentia deus humanatus fieri eſt dignatus ex uirgine. Vnde Lucæ.2.
mihi reſponſalia frequenter remiſiſti, non ſolum te hæc eſſe uera funditus igno-
rare, uerum etiam quis idem Moyſes fuerit perneſcire, euangelium Ieſu Chriſti
dei totius maieſtatis (quod meum uocabas) rennuere. Paulum uero hominẽ mũ
di circuitorem & ſeminiuerbium de materialibus ad immaterialia non uelle ſu-
ſcipere, imo me refellendo, quoniam paterna religionis iura degener omittens in
ſacrilegia nepharia me transfuderim. Hortabaris autem ea quibus innitebar de-
C diſcere, aut his deiectis paterer mea mihi ſufficere, & nõ numina diuina ſeu leges
patrias derogare. Vt autem lux ſuperna paternæ gloriæ ſplendorem in tuæ mẽ
tis tenebras radiare ſuo propoſito deſtinauit, penetralibus cordis mei infudit, ut
tibi memoriale pͥſſimum recordarer, qualiter in Helyopoli pene coæuo mihi,
ego quinq; & uiginti fere annorum tempus euoluens pariter morabamur, cum
feria quadam ſexta, ferme hora etiam quaſi ſexta. luna ſe ei inijciente ſol eſt horri
biliter obſcuratus: quia non deus ſed creatura dei lucis ſuæ occubitu lucere ne-
quit, queſtuſq; ſum apud te, quid hinc tibi prudẽtiſſime uideretur. Ex quo pru
dentia tua reſpondit quod adeo tenaciter cordi mentis meæ inhæſit, ut nulla ob
literatione abradi, nulla mortis imagine ualeat aboleri. ¶ Obfuſo nanq; orbe u-
niformiter tenebrarum caligine tabeſcente, ut purgatum redijt ſolis dyametrum
regulam Philippi Aridei aſſumpſimus. Cumq; reperimus quod & erat notiſſi
mum, eatenus fatigatione eclyptica ſolem pati moleſtias non debere, & lunã ab
oriente ſolarẽ fulgorẽ uelis æthiopicis obducentem ſolere in occidua hora capta
re profugia. Tũc autem lucigenos theſauros caligines quas genuerunt uſque in
Iliacos terminos ut putauimus proferentes, recondere occidentes præſertim cũ

OOO lunæ

lunæ deeſſet & nec conuentus tempus propinquaret. Aio ad te peritiæ uaſtæ ſa-
crarium. Adhuc neſcius tãtæ rei myſterium. Quid inquam ſpeculum doctrinæ D
Apollophane his ſecretis adſcribis. Atq; tu mihi inquiens ore diuino & non hu-
mani ſenſus ſermone. Iſta o bone Dionyſi diuinorum retributiones ſunt rerum.
Deniq; notatum feriæ diem & annum, annunciationis quam Paulus noſtris au-
ribus ſuſpenſis intonuit ſignis acclamantibus concordari expertus, dedi uerita-
Iohan. 1: ti manus, & falſitatis ſum nexibus abſolutus. ¶ [Quam ineffabiliter effero tibiq;
infero, quę eſt & uita & uia, ac uerum lumen eſt quod illuminat omnem homi-
nem uenientem in hunc mundum. Cui tu tandem ut uere prudens ceſſiſti. Ceſſi-
ſti nempe uitæ, cum abdicaſti mortem. Cuiq; bene facies inhęrendo, cũ hinc no-
bis arctius iunctus fueris. Os enim illud eſt cuius me fulgore obtenebrans eras
ſolitus hinc inde fucis multicolorijs & multiplicibus, etiam intra penetralia inſu
liginare, & acuminatis ſpiculis terebrare, quoniam (ut fatebare) illius notitia ſapi
da notio ut inhiabas mentali palato ſe reſultabat, & dedignans in uentre tuæ no-
titiæ ſedem ſumere abnuebat, ſic ſic modo cognoſcentia & prouida corda gerẽs
ſuſpice ne pro his qui non ſunt quod eſt uerum remittes, & pertinacior ad falſa E
tentantibus eſto, quam ad uerum quod eſt ſuggerentibus noſtris uotis extiteras.
Ita nanq; in Ieſu (qui eſſe & uita mea eſt) lætus iam moriar cum ipſe in eo uiues.

## EXPOSITIO EPISTOLAE HVIVS VNDECIMAE ET VLTI-mæ, quæ eſt ad Apollophanum: De mirabili eclipſi tempore paſſionis Chriſti. Articulus XI.

APollophanus iſte eſt, qui in epiſtola ad Polycarpũ Apollophanes vocatur,
& fuit beati Dionyſii in ſtudio aſtronomiæ conſocius ante conuerſionem
eorum ad Chriſtum, conuerſo autem Dionyſio, ille diffuſit, imo & reſtitit
ſapientiæ Chriſtianæ, tandem cõuerſus eſt per ſanctum Polycarpum, quo
cognito, ſanctus Dionyſius ſcripſit ei gratulabundus & feruens epiſtolam
iſtam. [Nunc nunc mihi] id eſt, ad meam conſolationẽ [ad te meus ſermo
dirigitur præcordialis amor]. i. tu ó præcordialiter chare, quem tam præ-
cordialiter amo, vt non amatum aut amicum te nominem, ſed amorem. [Multos tibi ſolicitu
dinum mearum angores de te replicans] id eſt, tibi in epiſtola iſta reiterans atq; notificans va-
rias curas & earum anxietates de te, id eſt, de tua conuerſione [teq; miti mente ſuper vecordia
quæ tibi ex friuolitatis diutina pertinacia arguẽs] id eſt, increpãs te de diuturna immanſione p- F
prij ſenſus ex friuolis cauſis, quæ te abſtrahebant à fide [& phanatica illuſionum phantaſmata
inſultans] id eſt, charitatiue tibi improperans vana ſimulacra, quorũ apparitione in phanis ſeu
templis deorum illudebaris, quod faciendo, tango tibi [ſupernaturalem modificationẽ]. i. ſup
pijſſimam moderationem benignitatis dei adorandi [magnificentiſſime & diligentiſſime] cir-
ca te, id eſt, quæ magnificentiſſime & cum ſumma prouidentia tibi prouidit de tua conuerſiõe
per mirabilia illa, quæ in Chriſti paſſione fiebant te conſpiciente [adorando. Tibi bene reſipi-
ſcenti pars animæ meæ coniubilo] id eſt, cum ineffabili gaudio congratulor tibi ſalubriter reſi-
piſcenti, id eſt, reuertenti ac pœnitenti à priſtinis tuis erroribus & peccatis. O pars animæ meæ
*compella- id eſt, mihi ita dilecte, ac ſi eſſes pars meæ eſſentiæ, ſecundum quod amicus dicitur alter ego, &
bo dimidium diligentis [tuisq; te deſpectionibus* complebo] id eſt, addam & vtar in bonum aſ-
pernationibus, quibus credentes in Chriſtum ſpreuiſti [vt illa tibi iterata commendem] id eſt,
illa cum repetitione eorundem commemorem pro tua conuerſione vel potius confortatione
in fide [quorum pridem contempſeras notionem [id ẽ, quæ paulo ante noſcere deſpexiſti [fre
quentiſſime quidem ac diligenter ſatis dilucidaui] id eſt, clare expoſui tibi [Moſe prodente]. i.
in Geneſi deſcribente [à domino hominem de limo factum] quod non credebat Ariſto. mun-
dũ & generationẽ ęſtimãs ab æterno fuiſſe, qui tñ fatetur alicubi, neceſſario concedendũ, prius
fuiſſe hominẽ q̃ hominis ſemen, quo conceſſo, ſequitur fuiſſe aliquem hominem non genera-
tum ex ſemine, ſed productum à creatore [& tranſgreſſiones eius] id eſt, peccata generis huma-
ni [cataclyſmo piatas] id eſt, diluuio expiatas ſeu vltas, imó & indultas his qui in diluuio vere
pœnituerunt. [Sequenter quoque eum in amicitiam ſumptum] id eſt, conſequenter poſt di-
luuiũ



A luuium in amicitiam dei receptum, quantum ad eos qui poſt diluuium iuſti fuerũt, inter quos
Abraam ſpecialiter amicus dei vocatus eſt [multaque in Aegypto & egreſſionis ſuæ itinere pro
eo & in eo feciſſe magnalia] id eſt deum feciſſe diuerſa & magna miracula pro liberatione he-
bræorum ab Aegyptijs, & in populo illo in exitu eius de terra Aegypti [atq; theologos multo
ties effeciſſe] id eſt, prophetas & doctores frequenter conſtituiſſe ex plebe illa [quorum præco-
gnoſcentia] id eſt, iuxta quorum præcognitionem & vaticinationem [deus humanatus] vni-
genitus patris [fieri] id eſt, homo effici [ex virgine eſt dignatus. Vnde mihi reſponſalia] id eſt,
reſponſa [frequenter remiſiſti, non ſolum hæc eſſe vera te funditus ignorare] id eſt, te non ſolũ
neſcire quod iſta ſint vera. [Verũ etiam quis idem Moſes fuerit perneſcire] id eſt, omnino neſci
re quis fuerit Moyſes ille. [Euangelium quoq; Ieſu Chriſti, dei totius maieſtatis, quod meum
vocabas, rennuere] id eſt, negare nec acceptare euangelium Chriſti, qui eſt deus perfectus. Imó
euangelium illud aſpernatorie dixiſti eſſe euangelium Dionyſii, tanquam credentis præconi-
zantisq; valde illud. [Paulum vero hominem mundi circuitorẽ] id eſt, gyrouagum [& ſemi-
uerbium] id eſt, verboſum & ſeminatorem verborum inanium eſſe dixiſti, ſicut in Actibus le-
guntur dixiſſe quidam Athenienſes philoſophi: Quid vult ſemiuerbius hic dicere? [de materi Act. 17.
alibus ad immaterialia non velle ſuſcipere] id eſt, dixiſti te nõ velle ſuſcipere nec ſentire nec cre
dere de ſcorporalibus quaſi de incorporalibus, vt q̧ homo ſit verus deus. [Imó me referiendo]
id eſt, quæ improperatorijs verbis repercutiendo ac refellendo [quoniam paterna religiõis ve-
ra degener dimittens] id eſt, q̧ relinquens legem & iuſſa patrum meorum, quam perſonaliter
B diu ſeruaui, vt quaſi illegitimus & baſtardus conſiſterem [& in ſacrilegia nepharia me transfu
derim] id eſt, ad ſuperſtitioſa & falſa abuſiuaq; diuinorum tranſtulerim me. [Hortabaris autẽ
ea quibus innitebar dediſſere] id eſt deſerere illa quibus iam cœpi inniti, & reprobationes illo-
rum accipere [aut his deiectis] id eſt, illis contemptis [paterer mihi mea ſufficere] id eſt, conten
tus eſſem lege quam aſſumpſi, nec alias reprobarem [& non numina diuina] id eſt, deos [nec le
ges patrias] id eſt, paternas vel propriæ terræ [derogare] id eſt, bralphemare. [Vt autem] id eſt,
poſtquam [lux ſuperna] id eſt, pater æternus [paternæ gloriæ ſplendorẽ] id eſt. vnicum & na-
turalẽ conſubſtantialẽq; filium ſuum, qui eſt ſplendor paternæ gloriæ [in tuæ mentis tenebras]
id eſt, in mentẽ tuam vſq; tunc tenebroſam radiare, id eſt, ſapientię lumen ac fidẽ infundere [de
ſtinauit] id eſt, decreuit [& penetralibus cordis mei infudit, vt tibi memoriale pijſſimum recor
darer] id eſt, recordando deſcriberẽ mirabiliſſimam ſcilicet eclipſim, ad fidei firmamentum pi-
iſſime exhibitã [qualiter in Heliopoli] ciuitate Aegypti [pene coęue mihi ego quinq; & vigin-
ti annorum fere tẽpus euoluens, pariter morabamur] quaſi æqualis ætatis, ita quod tunc toti-
dẽ eramus annorum, vel quod tot anni interim fluxerunt [cum feria quadam ſexta, fere hora e-
tiam quaſi ſexta, luna ei ſe inijciẽte, ſol eſt horribiliter obſcuratus] ſupponente ſe ei luna tẽpore
oppoſitionis [quia non deus, ſed creatura dei, lucis ſuæ occubitu lucere nequit] id eſt, nõ quod
impoſſibile fuit deo lucere, ſed ſole ex prætacto impedimento non lucẽte, non q̧ ſoli ſubtracta
ſit lux, ſed emicatio lucis ſuper terram ex interpoſito opaco obſtaculo, vel ſic, quia non deus, ſed
C creatura dei, id eſt, quia ſol qui non eſt deus, ſed creatura, nequiuit lucere in occubitu, id eſt, de-
fectu & morte lucis ſuæ, id eſt, Chriſti qui eſt cauſa lucis ſolaris. [Tunc queſtus] id ẽ, cõqueſtus
& ſciſcitatus [ſum apud te, quid tibi hinc prudẽtiſſime videretur. Ex quo] id ẽ, ex qua queſtione
& ad quam [prudẽtia tua reſpondit, quod adeo tenaciter cordi mẽtis meæ] id ẽ, memoriæ ſpi-
ritus mei [inhæſit, vt nulla oblitteratione] id ẽ, nulla amotione ex aliarum ſpecierum impreſſio
ne [abradi, nulla mortis imagine] id ẽ, quacunq; graui ægritudine, quæ eſt quaſi mortis imago
[valeat aboleri] id ẽ, à memotia mea deleri. [Obfuſo nanq; orbe vniformiter tenebrarum cali-
gine tabeſcẽte] id ẽ, orbe elemẽtari tenebris cooperto, quæ tenebrę fuerunt nobis cauſa vehemẽ
tiſſimæ admirationis [vt purgatum redijt ſolis diametrum] id ẽ, poſtquam corpus ſeu globus
ſolis purgatum, id ẽ, à caligine emundatum redijt ad priſtinam claritatẽ ſecundum totam ſolis
diametrum [regulam Philippi Aridei] id ẽ, tabulam aſtronomi ſic vocati [aſſumpſimus] ad ſciẽ
dum ex arte & canone viri illius, qualis eſſet illa eclipſis. Cũq; repperimus quod & erat notiſſi-
mum] etiam ſine inquiſitione [eatenus fatigatione ecliptica ſolẽ pati moleſtias non debere] id
ẽ, tunc naturale tẽpus non eẽ quod ſol eclipſaretur [& lunam ab oriẽte ſolarẽ fulgorẽ velis æthi
opicis obducẽtẽ ſolere in occidua hora captare profugia] id ẽ, cognouimus quoq; q̧ luna quæ
ſolet tẽpore naturalis eclipſis lucẽ ſolis quaſi nigris caliginibus obſcurare, & in occidẽtẽ moue-
ri, quæ luna tunc venit ab oriẽte ad ſupponẽdum ſe ſoli. [Tunc autẽ lucigenos theſauros] id ẽ,
ſolẽ & lunam in quibus abundat lumẽ [caligines quas genuerunt] id ẽ, tenebras quas fecerunt
ex ſituatione vnius ſub alio [vſq; in Iliacos terminos] id ẽ, fines Troianos [proferẽtes] id ẽ, cau-

ſantes[recondere occidentes]id eſt,radios tunc deficientes abſcondere incolis terræ [præſertim cum lunæ deeſſet naturalis facultas]eclipſandi tunc ſolem[& nec conuentus]id eſt,coniūctionis & incenſionis[tempus appropinquaret]quia tunc oppoſitio fuit. [Aio ad te peritię vaſtæ ſacrarum]id eſt,dixi ad te o vas ſacrum magnæ & latæ peritiæ. [Neſcius tantæ rei myſterij myſterium]id ē rationem abditam ac diuinam tam ſupernaturalis eclipſis. [Quid inquam ſpeculum doctrinæ Apollophane his ſecretis aſſcribis]id eſt,quid cauſæ & rationis ipſis attribuis? [Ad quæ tu mihi inquiens ore diuino,& non humani ſenſus ſermone]id eſt, ad verba mea mihi loquens reſpondiſti ore diuino,& non ſermone ſenſus hūani,id ē,occulto oraculo. [Iſta o bone Dionyſi, diuinarum retributiones ſunt rerum] id eſt,quidam iuſti effectus contingentes ob iniuriā & irreuerentiam illatam deo ſeu diuinis ſubſtantijs. [Deniq; notatum feriæ diē] videlicet ſextam feriam paraſceues,qua contingit iſtud[& annum annunciationis]id eſt,prædicationis[quam Paulus noſtris auribus intonuit,ſignis acclamantibus concordare expertus] id eſt,plene certificatus euidentia facti,ꝙ dies ille & annus concordabant mirabilibus, quæ prędicauit atque peregit Paulus, inter cætera dicens,quod ignorantes colitis, hoc ego annunco vobis. [Dedi veritati manus]id eſt,intellectum meum & voluntatem ſubieci & acquieſcere feci doctrinæ prędicatiōis beatiſſimi Pauli[& falſitatis ſum nexibus abſolutus]id eſt, liberatus à vinculis infidelitatis & culpæ. [Quam]veritatem[ineffabiliter affecto]id eſt,amo ac omnibus innoteſcere cupio[tibiq; infero]id eſt,tuis præcordijs imprimo[quę eſt & via & vita]iuxta ꝙd dixit,ego ſum via & veritas & vita[& verum lumen eſt]id eſt,eſſentialiter lux immenſa ſuper ſimpliciſſima & æterna[quod ille illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum] ſaltem lumine naturali.]Cui tu tandem vt vere prudēs ceſſiſti]id eſt,obediſti. [Ceſſiſti nempe vitæ]quæ eſt Chriſtus[cum abdicaſti]ab anima tua [mortem]infidelitatis& culpæ [cuiq; bene facies inhærendo]id eſt, in ea vſque in finem perſeuerando ſalubriter ages [ cum hinc nobis arctius iunctus fueris]id eſt,de cætero charior & præcordialior nobis conſiſtes. [Os enim illud eſt,cuius me fulgore obtenebrans]id eſt,os tuum eſt cuius apparentibus argumentis me aliquando quaſi obcæcans[ſolitus eras hinc inde fucis multicolorijs & multiplicibus]id ē, coloratis multipliciter,& ornatis inſtantijs[quæ intra penetralia infuliginare& acuminatis ſpiculis terebrare]id eſt,quæ præcordijs noſtris inſtar fulgurum & acutiſſimorum iaculorum infligere conſueuiſti[quoniam vt fatebare]id eſt,dicebas nondum conuerſus[illius notitię ſapida notio]id eſt,cognitio veritatis fidei,quæ vere eſt ſapida virtuoſa[vt inhiabas mentali palato ſe reſultabat]id eſt,reſiliebat à cordis tui palato,quia non ſapuit tibi,& maluiſti quod quaſi retruſa abiret[& dedignans in ventre tuæ notitiæ ſedem ſumere abnuebat] Iuxta illud Gregorij: veritas eam quam non inuenit humilem,fugit mentem,quæ & in Prouerbijs exclamat: Si quis eſt paruulus,veniat ad me,& in Eccleſiaſtico:Superborū & ſublimium colla propria virtute calcauit. [Sic ſic modo cognoſcentia & prouida corda gerens]id eſt,tu modo habens illuminatas & prouidas mentis conſiderationes ac habitus ſapientiales[ſuſpice]id eſt,ſurſum attende & deum præ oculis habe[ne pro his qui non ſunt]id eſt,falſis dijs & ſimulacris[quod verum eſt remittas]id eſt,cognitam veritatem dimittas[& pertinacior ad falſa tentantibus eſto] id eſt, firmius reſiſte conantibus te à fidei veritate retrahere, quam ad verum quod eſt ſuggerentibus noſtris votis fueras]id eſt,quam eras reſiſtēs exhortationibus & deſiderijs noſtris charitatiuis ſuggerentibus tibi quod verum eſt,id eſt,Chriſtianæ fidei veritatem,catholicam ac ſaluberrimam vitam. [Ita nanq; in Ieſu eſſe]te volo per fidem,ſpem & charitatem,perſeuerantiamq; finalem,imó & per quotidianum condignum profectum[& vita mea lætus iam moriar] id eſt,libenter & iucunde moriar in hac vita[& emigrabo ex ea]id eſt,circa horam mortis hilarior ero de ſua ſalute gaudendo. Porro in puncto mortis gaudere,non eſt multorum[cū ipſę in eo viuas]qui eſt vita,ſalus & gloria noſtra,deus:ad quem iugiter aſpirare,feruere ac gemere in valle hac lachrymarum nos congruit, atq; ex corde dicere ei: Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum,ita deſiderat anima mea ad te ó, creator & ſaluator animæ meæ,qui es ſuper omnia deus ſublimis & benedictus. Amen.

Iohan.14. Prouer.9. Eccl.14.

¶Vndecim epiſtolarum Sancti Dionyſii Areopagitæ

FINIS.

In diui



# IN DIVINI IGNATII MARTYRIS ET EPIſcopi Antiocheni, tertij a beato Petro apoſtolo, diſcipuli beatiſſimi Iohannis apoſtoli ac euangeliſtæ epiſtolas quindecim, ad diuerſos, Symphoriani Champerij Lugdunenſis. Prologus.

IGnatius Iohannis Euangeliſtæ diſcipulus apud Antiochiam poſt Petrum tertia ſucceſſione epiſcopatum ſortitus eſt. Quem ſermo tradidit de Syriæ partibus ad vrbem Romam tranſmiſſum,& pro martyrio Chriſti ad beſtias datū. Quiq; cum per Aſiam ſub cuſtodia nauigaret,ſingulas quaſq; pergrediens ciuitates eccleſiæ populos euangelicis cohortationibus edocebat in fide perſiſtere,& obſeruare ſe ab hæreticorum contagijs,qui tunc primū copioſius cœperant pullulare,&diligentius ac tenacius apoſtolorum traditionibus inhærerent. Omnes in itinere Chriſtianos oratione vel literis in fide confirmabat,ſic inquiens,vt Ieſum Chriſtum inueniam,ignis,crux,beſtiæ,confractio oſſium, & totius corporis contritio,& tormenta diaboli in me veniant,dummodo Chriſto fruar. Cum autē iam audiret leonum rugitum frumentū,Chriſti ſum,inquit,dentibus beſtiarum molar,vt panis mūdus inueniar. Mariam quidem matrem domini,vt diuus ſcribit Bernardus,in pluribus quas ad eā ſcripſit epiſtolis,Chriſtiferam conſalutat. Egregius plane titulus dignitatis,& cōmēdatio amoris immēſi. Et,vt inquit Marcus Michael presbyter Cortonēſis,extant epiſtolæ Ignatij ad Euāgēliſtam Iohannem præceptorem ſuū,& ad Mariam beatiſſimam Virginē,&domini noſtri ſaluatoris humilimam matrem. Ad quem & ipſa reſponſiuam & breuem epiſtolam reddere humiliter non dedignabatur. Admonent igitur diui Ignatij ad Chriſtiferam virginem epiſtolæ, vt de intemerata virgine & glorioſiſſima dei matre perpauca(cum multa nequeat imbecillitas mea)in mediū proferenda eſſe videantur, Vna cunctis ſeculis,quæ mortalis conditionis dignitatem antecelleret & gloriam,Maria inclyta eſt regina cœlorū, quæ vel in ipſo matris vtero à totius peccati labe atq; culpæ om̄is exempta contagio: æternæ prædeſtinatiōis felicitatē auſpicata eſt. Quæ mundo exorta quaſi ſtella matutina & aurora veri ſolis prænuncia, venturo ſaluatori puriſſimum habitaculū præparauit. A Gabriele archangelo ſalutata concepit de ſpiritu ſancto ac grauis facta,confeſtim humanæ pignus redemptionis accepit. Illū geſtauit in vtero quem præcurſor glorioſus,matris aluo clauſus & ſenſit & admirando exultauit gaudio. Quando & benedicta inter mulieres à cognata Elizabet prædicata eſt,& benedictus fructus ventris eius. Quippe quæ ſaluatorem mundi genuit,& poſt partū virgo permāſit. Sed & quem adorat multitudo angelorū Anno. xiiij,concepit ætatis,quintodecimo peperit: legitimo tempore pręſentauit in templo. Tres circiter ac. xxx. cū illo vixit annos. Ad duodecim(vt pleriq; tradunt) poſt filij paſſionem ſuperſtes tandem ad regni gloriam tranſlata & in cœlū & ſuperbeatorum ſedes ſiue in corpore ſiue extra corpus fatetur ſe neſcire Hieronymus,vel ſi cū Auguſtino ſentire malumus,& anima ſimul & corpore: vel quod ſanctæ mulieri Saxonię diuinitꝰ reuelatū eſt, prius qdem anima,mox vero etiam corpore, nūc cū eo,quem eūdem patrem habet, & filium cœleſtis regni aſſecuta immortalitatem æuo ſempiterno fruitur. Et illū intuetur glorioſum in cœleſti ſolio,quem paſſum aſpexerat pro ſalute humani generis in crucis patibulo. Quo nos magni empti pretio,ſupplices deprecemur illam,quæ hūc ſalutis autem mūdo edidit,& illum ſacris lactauit huberibus,vt eius interueniente ope,viuētes in hoc ſeculo mūdi huius vitemus inſidias. Et corporū laxi vinculis,non quidem per ſpeculū in enigmate, ſed glorificati deū facie videamus ad faciem. Quapropter pie legendæ & pronūciandæ ſunt epiſtolæ diui Ignatij ad Mariam virginem & Mariæ ad Ignatiū & ad diuerſos cæteræ nō remiſſe,eneruo emollitoq; animo,ſed cū feruore,ſic etenim ſcripſit ad diuerſas eccleſias totus ardens,totus geſtiens, totus inflammatus,cupiens diſſolui & eſſe cū Chriſto ſacratiſſimus martyr diuino iā amore inebriatus. Primam eius epiſtolam ſcribit ad Iohannem apoſtolū & euangeliſtam: Secūdā pariter ad eūdem apoſtolū. Tertiam ad Mariam virginem matrem domini. Quartam ad Mariam Caſſobolitam. Quintam ad Trallianos,Sextam ad Magneſios,Septimā ad Tarſenſes,Octauā ad Philippenſes,Nonā ad Philadelphienſes,Decimā ad Smyrnæos, Vndecimā ad Polycarpum epiſcopum. Duodecimam ad Antiochenſes. Decimātertiā ad Heronem. Decimam quartam ad Epheſios. Decimāquintam ad Romanos.

Scripſit ad diuerſas eccleſias diuꝰ Ignatius. Marcus Michael. Mariæ virginis epiſtola ad Ignatiū. Myſteriū incarnationis domini. Lucæ.1. Hieronym. Auguſtinus. 1. Cor. 13. Philip. 1.

¶Ad beatam uirginem ſalutatio.

Sit benedicta dies, qua te regina polorum
Anna parit nobis, ſit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tu virguncula Chriſti
Concipis é cœlo, ſit benedicta dies.
Sit benedicta dies, vteri qua numen adorat
Elizabeth vates: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, hominem qua virgo deumq;
Ad præſepe paris, Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tres duce ſydere reges
Dona ferunt domino, Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, ſtygio qua Chriſtus ab antro
Surrexit victor: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, tuus in qua filius arces
Scandit in æthereas: Sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua te quoq; regia cœli
Accepit ſemper, Sit benedicta dies.

D

## ¶ Teſtimonium uirorum illuſtrium in epiſtolas diui Ignatij.

### ¶ Hieronymus in libro de viris illuſtribus.

¶ Ignatius Antiochenæ eccleſiæ tertius poſt Petrum apoſtolum epiſcopus, perſecutionẽ commouente Traiano damnatus ad beſtias Romam vinctus mittitur. Cumq; nauigãs Smyr- E nam veniſſet vbi Polycarpus auditor Iohannis epiſcopus erat, ſcripſit vnam epiſtolã ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Colloſſenſes, quartam ad Romanos, & inde egrediẽs ſcripſit ad Philadelphenos & ad Smyrnæos & proprie ad Polycarpum. Commendans illi Antiochenſem eccleſiam. In qua & de euangelio quod nuper à me tranſlatum eſt ſuper perſonam Chriſti ponit teſtimonium dicens: Ego vero & poſt reſurrectionem eum in carne vidi, & credo quia ſit, & quando venit ad Petrum & ad eos qui cũ Petro erant dixit eis: Ecce palpate me, & videte quia non ſum dæmonium incorporale, & ſtatim tetigerunt eum & crediderunt. Dignum autem videtur quia tanti viri fecimus mentionem, & de epiſtola eius quam ad Romanos ſcripſit pauca ponere. De Syria inquit vſq; Romã pugno ad beſtias in mari & in terra nocte ac die ligatus cum duodecim Leopardis, hoc eſt militibus qui me cuſtodiunt, quibus ſi beneficeris peiores fiunt. Iniquitas autem eorum mea doctrina eſt. Sed non idcirco iuſtificatus ſum, vtinam fruar beſtijs quæ mihi præparatæ ſunt: Quas & oro veloces mihi eſſe ad interitum, & allitiam ad comedendum me. Ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere. Qđ ſi venire noluerint, ego vim faciã vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli, quid mihi proſit ego ſcio. Nunc incipio eſſe diſcipulus Chriſti, nihil de his quæ videntur, deſiderans, vt Ieſum Chri- F ſtum inueniam: Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſſium, membrorumq; diuiſio, & totius corporis contritio & tormenta diaboli in me veniant, tantum vt Chriſto fruar. Cumq; iam damnatus eſſet ad beſtias & ardore paſcendi rugientes audiret leones, ait: Frumẽtum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis viuus inueniar, paſſus eſt autem vndecimo Traiani anno, reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent ad portam Daphniticam in cœmiterio.

### ¶ Euſebius libro tertio eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

¶ In noſtra quoq; tempora famæ celebritate vulgatus eſt Ignatius quem ſermo tradidit de Syriæ partibus ad vrbem Romam tranſmiſſum, & pro nomine Ieſu Chriſti ad beſtias datũ. Qui cum per Aſiam ſub cuſtodia nauigaret, ſingulas quaſque diſgrediens ciuitates eccleſiæ populos euangelicis exhortationibus edocebat in fide perſiſtere, & obſeruare ſe ab hæreticorum contagijs, qui tunc primum copioſius cœperant pullulare, deniq; cum Smyrnam veniſſet, vbi erat Polycarpus, ſcripſit vnam epiſtolam ad Epheſios, eorundemq; paſtorem. Aliam Magneſiæ ciuitati, ſed & eccleſiæ quæ erat Trallibus tertiam ſcripſit epiſtolam, quartam autem ſcripſit ad Romanos.

### ¶ Diuus Bernardus Abbas Claræuallenſis.

¶ Magnus ille Ignatius auditor diſcipuli quem diligebat Ieſus martyr & ipſe, cuius precioſis reliquijs noſtra eſt ditata paupertas. Mariam quidem in pluribus quas ad eam ſcripſit epiſtolis Chriſtiferam conſalutat. Egregius plane titulus dignitatis, id eſt, commendatio amoris immenſi.

Marcus



### ¶ Marcus Michael presbyter Cortonenſis in libro de viris illuſtribus.

A ¶ Ignatius vir vtiq; illuſtris & celeber, tantæ autoritatis & dignitatis eſſe promeruit, vt etiam Dionyſius ille magnus Ariopagites Pauliq; diſcipulus, quem ferunt in diuina philoſophia ſummum & in ſcientia perfectum & clarum, ſententiam ipſius Ignatij ad confirmationem dictorum ſuorum pro autoritate adduxerit. Namque idem Dionyſius librum de diuinis nominibus ſcribens, de Ignatio ſic ait: viſum eſt pleriſque extractoribus noſtris diuinius eſſe amoris quam charitatis nomen. Scribit enim diuinus Ignatius: Amor meus crucifixus eſt, & in primis ſcripturarum inſtitutionibus quædam de ſapientia diuina ſcripſiſſe comperies. Amator factus formæ illius.

¶ Sunt qui ferant illuſtrem Ignatium in tormentis & ſupplicijs poſitum ab inuocatione nominis Ieſu Chriſti nunquam ceſſaſſe. Quem cum tortores inquirerent, cur hoc nomen totiens replicaret, reſpondit: hoc nomen cordi meo inſcriptum habeo, & ideo ab eius inuocatione non ceſſo, poſt cuius exceſſum hi qui huiuſmodi verba perceperant volentes quod dixerat curioſius experiri, cor ab eius corpore euulſerunt. Quod aureis literis inſcriptum nomen Ieſu repererunt, ſicq; factum, vt quod ille verbis protulerat, ipſi operibus certius comprobarent. Scripſit autem Ignatius ad diuerſos epiſtolas quatuor, ſermone quidem claro ſimul & eloquentia perornato, harum ſiquidem primam ad Epheſios edidit, ſecundam vero ad Magneſios deſtinauit, tertiam autem partem ad Coloſſenſes direxit. Quartam porro Romanis gentibus ap- B plicauit. Extant & epiſtolæ eius ad euangeliſtam Iohannem præceptorem ſuum, & ad Mariam beatiſſimam virginem & domini noſtri ſaluatoris humilimam matrem. Ad quem & ipſa reſponſiuam & breuem epiſtolam reddere humiliter non dedignatur.

## ¶ DIVINI IGNATII EPISCOPI ET MARTYRIS ad diuerſos, epiſtolæ quindecim ad ſanctum Iohannem apoſtolum & euangeliſtam

Epiſtola .I.

¶ Iohanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius, & qui cum eo ſunt.

FRATER de tua mora dolemus grauiter, allocutionibus & cõſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia protendatur, multos de noſtris deſtituet. Properes igitur venire, quia credimus expedire. Sunt & hic multæ de mulieribus noſtris Mariam Ieſu videre cupientes, & quotidie à nobis ad vos diſcurrere volẽtes, vt eam contingant, & hubera eius tractent, quæ dominũ Ieſum aluerunt, & quædam eius ſecretiora percunctentur ipſam Mari- C am Ieſu. Eſt & Salome, quam diligis filia, anno Hieroſolymis & quinque menſibus apud eam commorans, & quidam forte notificauere eandem matrem dei omnium gratiarum abundantẽ, & omnium virtutum more virginis, virtutis, & gratiæ fœcundam, quæ (vt dicunt) in perſecutionibus & afflictionibus eſt hilaris, in pœnurijs & indigentijs non querula. Iniuriantibus grata & moleſta re lætatur: Miſeris & afflictis condolet coafflictat & ſubuenire nõ pigreſſit, contra vitiorum autem peſtiferos conflictus in pugna fidei diſceptãs eniteſcit. Noſtræ nouæ religionis & pœnitentiæ eſt magiſtra, & apud fideles om̃ium operum pietatis miniſtra. Humilibus quidem eſt deuota, & deuotis deuotius humiliatur, & mirum ab omnibus magnificatur, cum à ſcribis & phariſæis ei detrahatur. Præterea multi multa referũt de eadem, tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed ſicut nobis à fide dignis narratur in Maria Ieſu humanæ naturæ, natura ſanctitatis angelicæ ſociatur. Et hæc talia excitauerunt viſcera noſtra, & cogunt valde deſiderare aſpectũ huius ſi phas ſit fari, cœleſtis prodigij, & ſacratiſſimi monſtri. Tu autem diligenti modo diſponas cum deſiderio noſtro & valeas: Amen.

¶ Ad eundem. Epiſt. II.

¶ Iohanni ſancto ſeniori ſuus Ignatius.

SI licitũ ẽ mihi apud te ad Hieroſolymæ partes volo aſcẽdere & videre fideles ſanctos, qui ibi ſunt, præcipue Mariam Ieſu, quam dicunt vniuerſis admirandam & cũctis deſiderabilẽ. Quẽ eñi nõ delectet videre eã & alloq, quæ verũ deũ de ſe peperit, ſi nrẽ ſit fidei & religiõis amic⁹. Similit̃ & illũ venerabilẽ Iaco. q cognominat̃ Iuſt⁹, quẽ referũt Chr̃o Ieſu ſimilimũ facie & vita & mõ cõuſatiõis, acſi ei⁹ dẽ vteri frat̃ eẽt gemell⁹.

 Quẽ di

Quem dicũt video ſi videro ipſum Ieſum ſecundum om̃ia corporis eius liniamenta? Præterea D
cæteros ſanctos & ſanctas, heu quid moror? Cur detineor, bone præceptor properare me iube-
as & valeas.

## Ad beatam Mariam uirginẽ, matrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Epi. III.

¶ Chriſtiferæ Mariæ ſuus Ignatius.

ME neophitum Iohannis ꝙ tui diſcipulũ confortare & conſolari debueras: De Ie-
ſu enim tuo percepi innumera dictu & ſtupefactus ſum ex auditu. A te autẽ quæ
ſemper ei fuiſti familiaris coniuncta, & ſecretorum eius conſcia, deſidero animo
fieri certior de auditis, ſcripſi tibi etiam alias & rogaui de eiſdem. Valeas & Neo-
phiti qui mecum ſunt ex te & per te & in te confortentur. Amen.

## Mariæ uirginis ad Ignatium epiſcopum & martyrem epiſtola.

¶ Ignatio dilecto diſcipulo, humilis ancilla Chriſti Ieſu.

DE Ieſu quæ à Iohanne audiſti & didiciſti vera ſunt. Illa credas: illis inhæreas &
Chriſtianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto conformes, ve-
niam autem vna cum Iohanne te & qui tecum ſunt videre, ſta, & in fide viriliter
age, nec te commoueat perſecutionis auſteritas, ſed valeat & exultet ſpiritus tu-
us in deo ſalutari tuo. Amen.

## Ad Mariam Caſſobolitam. Epiſt. IIII.

¶ Ignatius, qui & Theophorus, miſericordiam conſecutus, & gratiam dei patris altiſſimi
& domini noſtri Ieſu Chriſti qui pro nobis mortuus eſt, fideliſſimæ & deo dignæ Chriſtico-
læ filiæ Mariæ plurimam in deo Salutem.

DPrima quidem figuratio literæ, velut pars chori ſenſus continẽs, non ſolum his E
quibus impartit affectum honorat accipientem, ſed & in ipſis qui ſuſcipiunt am-
plius auget deſiderium. Et quomodo nauigantibus in tempeſtate gratus eſt por-
tus, ita & nobis literarum tuarum acceptabilis eſt modus. Quem tanquã tutiſſimũ
ſolatium à tua fideliſſima mente de longinquo ſuſcepimus conſpicientes in eo il-
lud quod eſt bonum. Omnium nanq; bonorũ ó ſapientiſſima mulierꝫ, tuam animã puriſſimis
fontibus aſſimilamus, illis videlicet quæ tranſeuntes etiã non ſitientes viſione ſui attrahunt po-
tum haurire, ita & tuæ prudentię pollicitatio conſtringit nos iubens de illis ſanctis liquoribus
qui in anima tua redundant hauſtũ ſumere. Ego autẽ optaui non in eis tantũ nunc quantũ alio-
rum publicanoꝝ contrarijs ſententijs exagitor. Quę quidem ſunt fugæ & carceres ac vincula.
Sed nihil horũ recuſo. In iniuſtitijs autẽ eoꝝ magis edoceor vt Ieſum merear adipiſci. Lucror
ego periculis mihi præparatis. Quia non ſunt condignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã glo-
riam, quæ reuelabitur in nobis. Quæ aũt per epiſtolam à te intimata ſunt prompte adimpleui,
de nullo eorum dubitans quos tu bene habere probaſti. Agnoui te eñi iudicio dei teſtimoniũ F
memoratis viris perhibuiſſe & non gratia carnali. Non valde autem aſſidua fuerunt ſpatia, in
quibus tua ſcripta perlegerem. Neq; adhuc in te negociũ perceperam. Nec eñi habui quomo-
do oculis percurrerem illam ineffabilẽ tuæ ſententię relationẽ, pro anima tua ego effigiar, quia
diligis dominũ Ieſum, filiũ dei viui, propterea & ipſe tibi dicit: Ego eos qui me diligunt diligo:
& qui quærunt me inueniunt pacem. Obuenit itaq; mihi dicere quia verus eſt ſermo quem au-
diui de te cauſante Romæ apud beatũ Papã Anacletũ, cui ſucceſſit beatitudine dignus Clemẽs
Petri & Pauli auditor. Et nunc adiecisti ſuper eũ centupliciter, & adhuc adijcies teipſam, valde
eñi deſiderabam venire ad vos & conrequieſcere vobiſcũ, ſed non mihi fuit opportunum, præ-
pediebat enim propoſitũ meum non ſinens illo pergere militaris cuſtodia. Quia nullus talia p-
fecit vel paſſus ẽ, q̃lia ego. Quapropť ſecunda conſolatio eſt inter amicos ſcriptis ſeinuicẽ reue-
lare. Saluto ſacratiſſimã animam tuam rogans ſuperadijcere ad propoſitum tuum. Pręſens eñi
labor paruus eſt, merces vero quæ ſperatur multa eſt. Fuge eos qui negant paſſionem Chriſti,
& natiuitatem eius ſecundum carnem. Multi ſunt enim qui hanc ſanitatem infirmare conan-
tur. Sed tu contra huiuſmodi conſueſce etiam alios monere. Quia in omni opere & verbo bo-
no perfecta es, potens & alios erudire in domino. Salutant te presbyteri & dyacones, præ om̃i-
bus vero ſanctus Hyeron. Salutant te Caſſianus hoſpes meus, & ſoror mea cõiunx eius, & dul-
ciſſimi filij eorum. Incolumẽ & carnali & ſpirituali ſalute te dominus ſanctificet ſemper, & vi-
deam te in domino conſecutam coronam.

## ¶ Ad Trallianos ex Smyrna. Epiſt. V.

Trallis vrbs eſt Aſiatica in vertice quodam plano qui promuntorium natura munitum habet ſita. Aſiati-
carum



carum vrbium opulentiſſima, vnde & dicũtur Tralliani.

¶ Ignatius qui & Theophorus, dilectæ à deo patre, & domino Ieſu Chriſto eccleſiæ ſan-
A ctę quæ eſt in Trallibus, electæ deo dignæ, pacificatæ in carne & ſpiritu Ieſu Chriſti ſpei noſtræ
in paſſione per crucem, & mortem atq; reſurrectionem, quam & ſaluto in plenitudine apoſto-
licæ formæ, & opto plurimum in deo gaudere.

IMmaculatum animum & ſine dolo in perſeuerantia cognoui vos habere, non in
hæſitationem, ſed in fidei poſſeſſionem, prout ſignificauit mihi Polybius epiſco- Polybius
pus veſter, qui peruenit voluntate dei patris Ieſu Chriſti filij eius cooperatiõe ſpi-
ritus Smyrnam, & ſic mihi congratulatus eſt vincto in Chriſto Ieſu, vt omnẽ ple-
nitudinem in ipſo conſpicerem. Suſcipiens ergo eum ſecundum deum, veſtrã be-
neuolentiam per ipſum agnoui, inueniens vos imitatores eſſe Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri.
¶ Epiſcopo ſubiecti eſtote, ſicut domino. Ipſe enim vigilat pro animabus veſtris tanquam ra- Obedientia circa epm.
tionem redditurus deo, propter quod videmini mihi non ſecundum carnem viuere, ſed ſecun-
dum Ieſum Chriſtum, qui pro nobis mortuus eſt, vt credentes in mortem eius, per baptiſmum
participes reſurrectionis eius efficiamur. Neceſſarium eſt enim vos nihil præter epiſcopum fa-
cere, neq; aliquid agere. ſed & presbyteris ſubditi eſtote vt apoſtolis Ieſu Chriſti ſpei noſtræ, in
quo perſeuerantes in ipſo inueniamur. Oportet ergo & dyaconis, qui ſunt in miniſterium Ieſu
Chriſti omnimodo placere. Non enim in cibo & potu ſunt miniſtri, ſed miniſterij eccleſię dei.
Oportet ergo præcepta eorum obſeruare, ſicut ignem ardentem. Ipſi vero ſint tales, vos tamẽ
B reuereamini eos tanquam dominum Ieſum Chriſtum, quoniam cuſtodes ſunt loci eius, ſicut
epiſcopus forma eſt patris omnium, presbyteri vero ſicut conſeſſus dei & coniunctio apoſto-
lorum Chriſti. Sine ipſis enim eccleſia electa non eſt, neq; collectio ſanctorum, neq; congrega-
tio ſancta. Confido enim & vos ſic conſiſtere, exempla enim charitatis veſtræ accepi & habeo
penes meipſum in epiſcopo veſtro, quoniam ipſius conſtitutio magna doctrina eſt. Nam & mã-
ſuetudo eius virtus eſt, quam arbitror etiam illos qui ſine deo ſunt revereri. Quia autem dili-
go vos, parco frequentius vobis ſcribere, ne videar aliquibus contrarius aut tedioſus eſſe, vin-
ctus ſum enim pro Chriſto, ſed nondum Chriſto dignus ſum. ſi autem conſummauero forſi-
tan ero. ¶ Non ſicut Apoſtolus præcipio, ſed metior meipſum, ne in gloriationę mea peream, B. patris humilitas.
bonum eſt enim in domino gloriari. Et ſi ſaluatus fuero apud deum, plus me oportet timere,
& non attendere ad eos qui magnificant me. Hi vero qui me laudant, potius flagellant. Eligo
enim pati, ſed neſcio ſi dignus ſum. Zelus enim inimici, multis nõ videtur, me autẽ impugnat.
Debeo ergo eſſe manſuetus, vt diſſoluatur princeps ſeculi huius diabolus. Nunquid non pote-
ram vobis ſecretiora ſcribere, ſed timeo ne paruulis vobis conſtitutis, læſionem imponam. Et
igitur ſcite mihi quia nõ valetis ferre vinculorum onera, quemadmodum ego vinctus ſum. Et
poſſum quidem intelligere cœleſtia angelorum ſcilicet atq; archangelorum ordines, militia-
C rum diuerſitates, virtutum & dominationum differentias, ſedium atq; poteſtatum diſtantias,
thronorum magnificentias, cherubin & ſeraphin excellentis ſpiritus ſublimitatem, domini re-
gnum, & ſuper hæc omnia omnitenentis dei incomparabilitatem. Hęc igitur ego cognoſcens,
non omnino perfectus ſum, aut diſcipulus eſſe poſſum, qualis Paulus aut Petrus. Multum eñi
mihi reſtat, ne à deo derelinquar. Rogo autem vos non ego, ſed dilectio Ieſu Chriſti, vt idipſm
dicatis omnes, & non ſint in vobis ſciſmata. Sitis autem perfecti in eodem ſenſu & in eadem
ſcientia. ¶ Sunt enim quidam vaniloqui & mentis ſeductores, non Chriſtiani ſed Chriſtũ mer- Cõtra hæreticos.
cantes, ſeductione circunferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbum euangelij, & venenũ
erroris commiſcentes dulci blandimento, ſicut puro melli virus admiſcentes, vt qui biberit illi-
us potus ſenſuales illecebras, dulcedine captus inobſeruanter morti addicatur. Monet autem
quidam antiquorum vt nemo bonus dicatur, qui malum bono admiſcuerit. Nominant enim
Chriſtum, non vt Chriſtum prædicent, ſed vt Chriſtum ſpernant. Et legem proferunt non vt
legem ſtatuant, ſed vt legi contraria adnuncient: Chriſtum enim alienant à patre, legem vero
Chriſti, & natiuitatẽ ex virgine abijciũt, crucẽ erubeſcẽtes, & paſſionẽ negãtes, & reſurrectioni
nõ credẽtes, dñm incognitũ ꝓfitẽtur, Chr̃m ingenitũ putant, & neq; qđ ẽ ſpũs ſctũs cõfitẽt. Qui-
dã vero eoꝝ filiũ hominẽ purũ eẽ dicũt, alij aũt ipm patrẽ eẽ dicũt ipm filiũ, ipmq; ſpũm ſctũm.
Et creaturã nõ opa dei eẽ p Chr̃m dicũt, ſed alteriꝰ cuiuſdã extraneę ꝟtutis. Cauete ergo à talibꝰ
ne ſumatis laq̃os aĩabꝰ vr̃is, & vitã vr̃am inexplorabilẽ opponite oĩbꝰ hoĩbꝰ, ne efficiamini mu-
ſcipula exploratiõis, & ſicut retia extẽſa. Qui eñi ſibi nõ pcit in opibꝰ ſuis, frať ẽ polluẽtis ſemet-
ipm. Si ergo & vos deponatis naturalẽ ſupbiã, inflatilẽ & tumidã extollẽtiã, poſſibile erit vobis
inſeparabiles eẽ à deo, ꝓpe ẽ eñi dñs timẽtibꝰ eũ. Et in quẽ (inq̃t) reſpiciã niſi in humilẽ & q̃etũ & Reuerentiam in epos ſuadet.
tremẽtẽ verba mea? ¶ Vereremini aũt & epiſcopũ vr̃m ſicut Chr̃m, ſcđm q̃d vobis bti apl̃i ꝑce-
perũt. Qui eñi intꝰ altare ẽ cõſtitutꝰ, mũdus ẽ, ꝓpter q̃d obedite epiſcopo veſtro & presbyteris,

D Qui enim extra altare conſtitutus ē,extra epiſcopum ē & presbyteros & dyaconos aliquid agēs qui talis fuerit pollutus ē cōſciētia,& ē deterior infideli. Quid ē enim epiſcopus,niſi omnē principatum & poteſtatē omnium illorum tenēs quēadmodum deceat hominē tenere,imitatorem dei factum ſecundum virtutē? Quid ē presbyterium niſi inſtitutio ſancta conſiliarij,& confeſſoris epiſcopi? quid etiam diaconi,niſi imitatores Chriſti miniſtrantes epiſcopo,ſicut Chriſtus patri,& operantes illi opationē mūdam & immaculatam? quo modo ſanctus Stephanus beatiſſimo Iacobo,& Timotheus & Linus Paulo,& Anacletus & Clemens Petro. Qui igitur iſtis inobediēs fuerit hic ſine deo omnino erit,& impius & contēnēs Chriſtum & ordinationē ipſius minorans. Ego vero hæc vobis mando,non φ aliquos inter vos tales agnouerim(nec permittat deus aliquid huiuſmodi aliquando in aures meas introire,qui filio ſuo non pepcit propter ſanctam eccleſiam)ſed præuidēs ſeditiones iniqui pro monitione conforto vos,ſicut filios meos chariſſimos & fideles in domino præparans vos medicamine præmuniente contra imminētē peſtilētiam,quam etiam vos tanquam morbum fugite beneplacētes in Chriſto domino noſtro. Vos ergo ſuccincti manſuetudine imitatores eſtote paſſionum Chriſti,& dilectionis eius qua dilexit nos,dans ſemetipſum pro nobis redēptionē,vt nos ſanguine ſuo mūdaret ab antiqua impietate,& vitam nobis præſtaret,incipiētibus nobis iam perire pro malitia quæ erat in nobis.

Dilectio proximi.

¶ Nemo ergo veſtrum aduerſus proximum aliquid habeat,dicēte domino: Dimittite & dimittetur vobis. Nolite occaſionē dare gētib⁹,ne propter aliquos paucos inſipiētes,verbum domini & doctrina blaſphemetur,ne in vobis compleatur quod propheta ex perſona dei ad huiuſmodi dicit,quoniam per vos nomē meum blaſphematur in gētibus. Obturate aūt aures veſtras,quando vobis quis ſine Ieſu Chriſto filio dei loquitur,qui factus ē per Mariam ex ſemine Dauid,qui vere natus ex deo & ex virgine,quia hoc ipſum ē,quod & deus,ſuſcepit enim vere corpus, E verbum(inquit)caro factum ē,& habitauit in nobis,ſine peccato, quis enim ex vobis arguet me de peccato?

Iohan. 1. Chri geſta.

Manducauit enim vere & bibit,& crucifixus ē & mortuus ſub Pontio Pilato,ſed & ſecundum placitum voluntatis ſuæ vere crucifixus ē,& vere mortuus,videntibus cœleſtibus,& terreſtribus,& infernis,cœleſtibus quidē tanquam incorporalibus creaturis,terreſtribus vero,vt Iudæis & Romanis,& cæteris hominibus,qui tunc eodem tempore præſto erant,quando crucifixus eſt dominus. Infernis autē,vt multitudine eorum qui cum domino reſurrexerunt. Multa(inquit)ſanctorum corpora dormientium reſurrexerunt de monumentis patefactis,deſcendit autem in infernum ſolus,aſcendit vero cum multitudine,& dirupit macheriam quæ erat à ſeculo,& medium parietem eius diſſoluit & reſurrexit tertia die,reſuſcitante eum patre,& poſt dies quibus conuerſatus eſt cum apoſtolis,aſſumptus eſt ad patrē,& ſedet ad dexteram eius,expectans donec ponantur omnes inimici eius ſcabellum pedum eius. Die ergo paraſceues tertia hora accepit ſententiam à Pilato permitēte patre,ſexta vero crucifixus eſt,nona autē emiſit ſpiritum. Ante vero ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt,& ſepultus F in monumento nouo,ſabbato vero manſit ſub terra in ſepulchro,quo poſuit eum Ioſeph ab Arimathia. Dominica autē die,reſurrexit à mortuis,ſecūdum quod dictum ē ab eo,ſicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Continet autem dies paraſceue paſſionem eius: Sabbatum vero ſepulturam & requiē. Dominica autē reſurrectionem.

De dñi reſurrectione Chriſtus verus hō non putatiuus.

¶ Quidam autem tanquam ſine deo increduli & infideles,dicunt eum putatiue tantum fuiſſe hominē,& non verum corpus ſuſcepiſſe,atq; putatiue paſſum & mortuum. Ego vero pro paſſione & morte domini mei vinctus ſum,& opto ad beſtias pugnare. Si enim putatiue & non vere paſſus eſt & mortuus,ergo ego gratis moriturus ſum,mendacia de cruce domini confingens,ſed & propheta ſuperflue dixit: videbunt in quem compunxerunt,& plangent inter ſeipſos tanquam ſuper dilectum,& dolebunt dolore tanq̄ ſup primogenitum. Ergo infideles illi,& increduli non minus ſunt,quam illi qui eum crucifixerunt. Ego ſic deuoui ſpem habere in eum,qui pro me vere mortuus eſt,quia alienum eſt ab eo mēdacium,vere etenim peperit Maria corpus,deo in eo habitante,& vere natus eſt,deus verbum ex virgine corpus ſine nobis,paſſibile ſine peccato induens,vere conceptus eſt in vtero,& factus eſt in vtero,formans & faciens ſibi corpus ex virgine,ſine ſemine ſcilicet & collocutiōe viri,portat⁹q; in vtero,ſicut & nos tpē portati ſumus,& vere lactatus eſt & nutritus,ſicut & nos,& cibo & potu ſicuti & nos vſus eſt,& triginta annos agēs,baptizatus eſt à Iohanne in veritate & non in phantaſmate,& tribus annis prædicauit euangelium,& fecit ſigna & prodigia coram falſis Iudæis,& à Pilato præſide iudex iudicat⁹ ē,flagellatus eſt,colaphis cæſus ē,conſputus ē,ſpineam coronam purpureamq; veſtem portauit,condēnatusq;,crucifixus eſt vere,voluntarie complacēs non imaginarie,neq; fallaciter mortuus eſt,ſed vere & ſepultus eſt & reſurrexit à mortuis,ſicut ipſe alicubi orans patrem dicebat: Tu autē domi-

De partu virginis.



domine reſuſcita me & reddam illis. Et pater qui ſemper eum exaudit reſpondens ait: Exurge A deus,iudica terram,quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus,qui ergo reſuſcitauit eū pater,ipſe etiam nos per eum reſuſcitaturus eſt,non ſine vera vita,hoc eſt,nō ſine ipſo qui ait: ego ſum vita,qui credit in me non morietur in æternum. Fugite illas ſine deo hæreſes. Diaboli enī ſunt adinuentio,ſerpentis autoris malorum qui per mulierem ſeduxit Adam patrem generis noſtri. Fugite vero & malas ſoboles eius. Simonem dico primogenitum generis ipſius & Menandrum & Baſilidem & totam collectionem malignitatis ipſius & illos hominis cultores Hebionitas,quos maledictos eſſe Hieremias propheta aſſeruit. Fugite quoq; & illos immundiſſimos Nicolaitas amatores libidinis,malos calumniatores,nam talis fuit apoſtolorū miniſter Nicolaus. Fugite etiam ipſius nequiſſimi nepotes: Theodotum ſcilicet & Cleobolum,qui generant fructum mortiferum,de quo ſi quis deguſtauerit ſtatim morietur,non morte temporali,ſed æterna. Hi autem omnes non ſunt plantatio dei patris,ſed progenies maledicti. Omnis aūt plantatio(inquit deus)quam non plantauit pater meus cœleſtis,eradicabitur. Quod ſi fuiſſent rami patris,non vtiq; eſſent inimici crucis Chriſti,ſed ſunt rami illorum,qui occiderunt dominum gloriæ,nunc autem crucem negantes & paſſionem erubeſcentes operantur Iudæorum iniquitates,illorum ſcilicet qui & deo rebelles extiterunt,& dominum occiderunt. Parum eſt enim eos dicere prophetarum eſſe interfectores. Vos ergo inuitat Chriſtus ad ſuam incorruptionem,per paſſionem ſuam & reſurrectionem,qui eſtis membra eius. Saluto vos ex Smyrna vna cum præſentibus mihi eccleſiis dei quæ & præſentes me id requieſierunt in omni carne & ſpiB ritu. Poſtulant vos vincula mea quæ propter Ieſum Chriſtum porto rogans deum vt mereamini in ſenſu & oratione in inuicem permanere. Decet enim vnum quemq; veſtrum bene obſequi presbyteris,epiſcopum in honorem dei patris,& in honorem Ieſu Chriſti,atq; apoſtolorū venerari. Deprecor vos ex affectu audire me,vt nō ſit in teſtimonium quod vobis ſcripſi,& eō orate pro me indigente miſericordia dei ac veſtra charitate,vt merear conſequi ſortem cui ſubiaceo ne reprobus inueniar. Salutat vos dilectio Smyrneorum & Epheſiorum memores veſtri,eccleſiaq; quæ eſt in Syria,vnde non ſum dignus dici vltimus eorum qui ibi ſunt. Incolumes eſtote in Chriſto Ieſu,ſubiecti eſtote epiſcopo,ſimiliter & presbyteris & dyaconis,omnes inuicē corde inſeparabili. Caſtificet vos ſpiritus meus,non ſolum nunc,ſed & quando deum meruero adipiſci. Adhuc enim in periculo ſum,ſed fidelis eſt pater Ieſu Chriſti adimplere petitiōem meam & veſtram,in qua inueniamur immaculati,& acquiſiti in domino. Amen.

## ¶ Ad Magneſianos ex Smyrna. Epiſt. VI.

¶ Magneſia æolica ciuitas eſt,quæ ad Meandrum dicitur; Nam vt inquit Strabo ei proxima eſt,vnde Magneſii & Magneſiani.

C

### ¶ Ignatius,qui & Theophorus benedictæ eccleſiæ Magneſianæ.

GRatia dei patris in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro,in quo ſaluto eccleſiam quæ eſt in Magneſia iuxta Meandrū,& oro in deo patre & Ieſu Chriſto domino noſtro in quo plurimum vos gaudere opto. Cognoſcens veſtram ſecundum deum bene diſpoſitam dilectionem,exultans aſſumpſi in fide Ieſu Chriſti alloqui vos,dignus effectus ſancti atq; deſideratiſſimi nominis in his quæ geſto vinculis. Laudo eccleſias in quibus iubilare opto carne & ſpiritu Chriſti Ieſu qui eſt ſaluator omnium hominum,maxime fidelium,cuius ſanguine redempti eſtis,per quem cognouiſtis deum,immo cogniti eſtis ab eo,in quo ſuſtinentes ſeculi huius tentationem effugite,fidelis eſt autem qui non permittit tentari vos ſuper id quod poteſtis ſufferre. Cæterū ego merui videre vos,per deo dignum epiſcopū veſtrum Damam,& deo dignos presbyteros veſtros Baſſum ſcilicet & Appollonium & conuiuā meū Socionē quē ego nutriui,qm̄ ſubditus eſt epiſcopo & p̄sbyteris in grā dei & lege Ieſu Chriſti. Et vos oportet nō cōtēnere ætatem epī,& ſcd̄m dei p̄ris omnē venerationē ei exhibere,& ſcd̄m q̄d cognoui etiā ſanctos p̄sbyteros,ei deferre nō,ppter iuuētutem(quæ in eo videtur)arbitrantes contemnendum,ſed in ſapientia dei ei obedire,quandoquidem non

Sanctū & deſiderantiſſimū nomen,nomē Chriſtianum.

longi temporis

longi temporis ſunt ſapientes neq; ſenes ſciunt prudentiam ſed ſpiritus qui eſt in hominibus. Denique Daniel ſapientiſſimus duodecim annorũ effectus, ſpiritu ſancto repletus eſt, & illos ſeniores canitiem vanam habentes, calumniatores & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. D

Iuuentus nõ ſpernenda.

Samuel etiam cum eſſet puſillus nonagenarium Heli ſacerdotem per increpatiõem redarguit quod filios ſuos honorificaret ſuper deum. Similiter & Hieremias audit à domino, noli dicere quia iuuenis ſum ego. Salomon quoq; & Ioſias in iuuentute mirifici & ſapientes in operibus ſuis apparuerunt.

Salomonis ſapientia. Ioſiæ prudentia.

Salomon quidem duodecimo anno ætatis ſuæ regnare incipiẽs arduam & in interpretabilẽ mulierum pro paruulis quæſtionem, terribili iudicio diſſoluit. Ioſias vero octo annorum exiſtens, aras & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deijcere, quæ non deo ſed dęmonibus fuerant conſecrata. Nã & falſos ſacerdotes interfecit vt corruptores & ſeductores hominum, non diuinitati ſed diabolo ſeruientes, propter quod non eſt contemnenda iuuentus cum deo adiacuerit atq; adhęſerit, ſed illa ætas quæ ex ſententia nocet, etiam ſi inueterata fuerit dierum malorum. Iuuenis fuit etiam Chriſtophorus Timotheus, ſed audite quid ei ſcripſit magiſter: Nemo (inquit) iuuentutem tuam cõtemnat ſed forma eſto fidelium in verbo in conuerſatione. Dignum eſt ergo & vos obedire epiſcopo veſtro, & in nullo ei contradicere. Terribile eſt enim tali contradicere, non enim iſtum viſibilem quis ſpernit, ſed illum inuiſibilem in eo contemnit qui non poteſt à quoquã contemni, hic enim nõ ab homine, ſed à deo habet promotionem, dicit enim deus Samueli de contemptoribus eius, non te ſpreuerunt ſed me. Nam & Moyſes populo aduerſus ſe murmuranti ait: non eñ aduerſus nos murmuraſtis, ſed aduerſus dominum deum. Nemo enim inultus remanſit, qui ſe cõtra potiores extulit. E Deniq; in lege: Dathan & Abiron Moÿſi reſiſtentes viui ad inferos depoſiti ſunt. Sed & Chore & qui conſpirauerunt cum eo aduerſus Aaron ducenti quinquaginta, igne conſumpti ſunt. Abſolon etiam parricida exiſtens diuino iudicio arbori appẽſus eſt, ſed & cor eius (quod mala cogitauerat) ſagittis transfixum eſt. Nam & Achab & Namam nihilominus propter ſimilem cauſam morte plexus eſt. Ozias quoq; leproſus factus eſt, qui contra ſacerdotes ſacerdotium auſus eſt arrogare. Saul etiam ſacrificare præſumens regali dignitate dehonoratus ẽ nõ expectãs principem ſacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores, & dignum eſt non ſolum nos vocari Chriſtianos, ſed etiam eſſe, non enim dicere, ſed eſſe, facit beatum. Quidam autem epiſcopum quidem vocant, & præter ipſum omnia faciunt. Talibus igitur etiam ipſe Chriſtus dicit (qui & verus & primus eſt epiſcopus & ſolus natura pontifex) quid me vocatis domine domine, & non facitis ea quæ dico? Tales enim non bonæ ſcientiæ, ſed deriſores eſſe mihi videntur. Quoniam vero negocia finem habent & adiacet quidem vita ex obſeruatione, mors vero ex inobedientia, & neceſſe eſt vt vnuſquiſq; in loco quem ſibi de præteritis elegerit, in futuro eſſe præcipiatur, fugiamus igitur mortem, & eligamus vitam, duos enim characteres dico in hominibus inueniri, vnũ quidẽ veræ monetæ ſignaculũ, alterũ vero adulterinę. F Piꝰ eñ hõ & religioſus vera moneta ẽ quæ à deo formata, vel expreſſa ẽ, impiꝰ vero & irreligioſus falſa moneta ẽ noxia adulterina praua, quę nõ à deo, ſed à diabolo facta ẽ. Hęc aũt aſſerẽs nõ duas naturas hoĩm eẽ dico, ſed vnũ eundẽq; hoĩem qui aliqñ quidem dei, aliquãdo autem diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo, dei eſt, ſi vero quis impius extiterit, diaboli eſt, non ex natura, ſed ex ſententia factus. Infideles enim imaginẽ habent principis nequitiæ, fideles autem formam habent autoris omnium dei patris, & Chriſti Ieſu filij eius, propter quod ſi non elegerimus pro veritate mori in paſſione ipſius, vita eius nõ eſt in nobis. Et quoniã in præſcriptis perſonis multitudinem veſtri contemplatus ſum, in fide & dilectione moneo vt vnanimes in deo omnia facere feſtinetis, aſſidente epiſcopo in loco dei, & presbyteris in loco conſiſtorij apoſtolorum & dyaconis dulciſſimis, mihi quibus creditum eſt miniſterium Ieſu Chriſti, qui ante ſecula genitus eſt à patre deus verbum, vnigenitus filius, & in conſummatione ſeculorum ipſe permanet regni eius non erit finis, inquit Daniel propheta: Omnes in concordia inuicem diligamus, & ſecundum carnem nemo conſideret propoſitum ſum, ſed ſecundum Ieſum Chriſtum. Nihil ſit in vobis, quod vos poſſit ſeparare, ſed adunamini epiſcopo, ſubiecti ꝑ ipſum deo in Chriſto. Sicuti ergo dominus ſine patre nihil facit (non enim poſſum inquit à me ipſo facere quicquam) ſic etiam & vos ſine epiſcopo, ſiue presbyteri, ſeu dyaconi ſiue laicus.

Oratio fidelium.

Nõ ergo aliquid rationabile vobis videatur, extra ipſius ſententiam. Tale enim iniquũ eſt, & ideo odioſum. Omnes in idipſum ad orationem ſimul cõuenite, vna deprecatio ſit communis, vnus animus, vna ſpes, dilectio immaculata in fide Ieſu Chri, q̃ nihil aliud melius ẽ. Oẽs adunati ad tẽplũ dei cõcurrite, ſicut ad vnũ altare, ſicut ad vnũ Ieſum Chriſtum pontificẽ ingeniti dei patris. Nolite errare in aliena gloria, neq; intendatis fabulis, & genealogijs interminatis & Iudaicis



daicis inflationibus. Vetera enim tranſierunt, & ecce facta ſunt omnia noua. Si enim nunc vſq; ſecundum legem Iudaicam & circuncisionem carnis viuamus, negamus nos gratiam accepiſſe. A Sancti etenim prophetæ ſecundum Ieſum Chriſtum vixerunt, ideoq; & perſecutionẽ paſſi ſunt, inſpirante gr̃a ad manifeſtationẽ incredulis, quia vnus eſt deus om̃ipotens qui manifeſtauit ſe ipſum per Ieſum Chriſtum filiũ ſuum qui eſt verbum ipſius non prolatiuũ ſcilicet, ſed ſubſtantiale, non locutio articulatæ vocis, ſed operatio deitatis, ſubſtantia ſcilicet genita, in om̃ibus beneplacens ſuo genitori. Si ergo ex antiquis ſcripturis conuerſi ad vacuam ſpem venerũt expectantes Chriſtum (ſicut ipſe dominus docet dicẽs, ſi crederetis Moyſi, crederetis vtiq; & mihi, de me enim ipſe ſcripſit. Nam & Abraam (inquit) pater veſter exultauit vt videret diem meum, vidit & gauiſus ẽ. Ante Abraam eñ (inquit) ego ſum) quomodo nos poterimus viuere ſine ipſo, cui & prophetæ ſerui fuerunt, ſpiritu præuidẽtes eum, & tanquam magiſtrum expectabant, & ſperabant vt dominum & ſaluatorem dicẽtes: ipſe veniet & ſaluabit nos. Non ergo ſabbatizemus Iudaicis ferijs gaudentes. Qui enim non operatur, non manducet. Et iterũ: In ſudore vultus tui manducabis panem tuum, dicunt eloquia. Sed vnuſquiſq; veſtrum ſabbatizet ſpiritaliter, meditationi legis congaudẽs, non corporis dimiſſione fabricationẽ dei admirans, velut Iudæus, non omnia comedens, & tepidum bibens, & mẽſurate ambulans, & ſaltationes atq; plauſum manuum nunc habẽs. Sed pro ſabbatizatione diẽ feſtum celebret omnis Chriſtianus, dominicam reſurrectionem regalẽ eminentiſſimam omnium dierum, de qua propheta expectans

Dies dñica

dicebat in finem pro octauo in quo die & vita noſtra exorta ẽ, & mortis in Chriſto facta victoria, B quam filij perditionis negant, inimici ſcilicet ſaluatoris, quorum deus venter eſt, qui terrena ſapiunt, amatores voluptatum & non dei, ſpeciem quidem pietatis præ ſeferẽtes, virtutem autẽ eius abnegantes, Chriſtum mercantes, verbum dei in tabernis prædicantes, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vendentes, mulierum corruptores, aliena concupiſcentes, & pecuniarum amatores, à quibus ęruamini, miſericordia faciente, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Non enim ſentimus vtilitatem eius, niſi nos tentauerit. Secundum autem quod agimus iam non erimus, niſi ipſe nos miſeratus fuerit, ſi enim iniquitates obſeruarit, quis ſuſtinebit? Efficiamur ergo digni cognomento quod accepimus. Qui enim alio nomine præter iſtud vocatur hic non eſt dei, non enim ſuſcipit prophetiam dicẽtem de nobis, quoniam vocabitur nomine nouo, quo dominus vocauit eum, & erit populus ſanctus.

Nomen Chriſtiani.

Quod & completum eſt primo in Antiochia Syriæ, vbi acquiſierunt diſcipuli nomen Chriſtianum Paulo & Petro fundãtibus eccleſiam. Abijcite ergo malum vetus fermentum, quod corrũpit & putrefacit, & percipite nouum gratiæ fermentum. Exultate in Chriſto, vt non alienus dominetur veſtri. Ineptum eſt eñ Ieſum Chriſtum lingua tantum proferre, & iudaiſmum in animo habere. Non enim Chriſtianitas in iudaiſmum credidit, ſed iudaiſmus in Chriſtianitatem. Omnes deniq; gentiles æqualiter crediderunt. C Omnis lingua Chriſtum confeſſa ad dominum collecta eſt, & facti ſunt lapides corde, filij amici dei Abrahæ, & in ſemine eius benedicti ſunt omnes, qui in vitam æternam deputati ſunt in Chriſto. Hæc autem dilectiſſimi mihi taliter ſcribẽs, non agnoui aliquos ex vobis ſic haberi, ſed ſicut minimus veſtrum volo vos conſeruatos eſſe, vt non incidatis in hamos inanis glorię, ſed vt ad plenũ inſtructi ſitis in Chriſto, qui ante ſecula genitus eſt à patre, poſtea autem factus eſt ex Maria virgine ſine collocutione viri, & nobiſcum conuerſatus ſancte & ſine querela, omnem infirmitatem, omnẽq; languorem curauit in populo, & ſigna atq; prodigia pro beneficijs hominum fecit, & illis qui longe erant, & illis qui prope, in multitudine vnum & ſolum verum deum patrem ſuum annunciauit, & paſſionem pertulit, & ab interfectoribus ſuis Iudæis ſub Pontio Pilato præſide & Herode Rege, crucem ſuſtinuit, & mortuus eſt atq; reſurrexit, & in cœlos aſcẽdit ad illum qui miſit eum, & ſedet ad dexteram eius, vẽturuſq; eſt in conſummationem ſeculi in gloria paterna iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuiq; ſecundũ opera ſua. hæc qui in pleno cognouerit & crediderit, beatus ẽ, quomodo & vos amici dei & amatores Chriſti eſtis in plenitudine ſpei veſtræ, à qua nulli veſtrum auerti contingat. Acquiſiui vos in omnibus, ſi quidẽ dignus ero, ſi enim vinctus ſum, ſed ad ſolutionẽ omnium veſtrum, non ſum victus. Scio enim quia non inflammamini, quia Ieſum habetis in vobis. Et magis cũ laudauero vos, ſcio quia reueremini ſicut ſcriptum eſt, quoniam iuſtus ſui accuſator eſt in primordio ſermonis, & dic tu (inquit) primus peccata tua vt iuſtificeris. Cum feceritis (inquit) oĩa quæ mandata ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus, quoniam in hominibus qui ſe exaltauerit delinquit ante deum, dicit enim deus: propitius factus ſum peccatori, propter quod magni illi Abraham & Iob terram & cinerem ſemetipſos ante deum nominauerũt. Et Dauid: Quis ſum ego (ait) coram te domine, quoniam glorificaſti me vſq; nunc? Nam & Moyſes ſupra oẽs homines

mines manſuetiſſimus dicit ad deum,'gracilis voce & tardus lingua ſum ego. Humiles ergo e-
ſtote, & voſipſi vt exaltemini. Qui enim ſe humiliauerit exaltabitur,& qui ſe exaltauerit humi
liabitur. Studete ergo confirmari in dogmatibus domini & apoſtolorum,vt ex omnibus quæ
facitis dirigamini in viam rectam carne & ſpiritu,fide & dilectione cum honore digno epiſco
po veſtro,& ſecudum deum dyaconis. Subiecti eſtote epiſcopis & inuicem,quomodo Ieſus pa-
tri vt laus ſit in vobis ſecundum deum per videntes vos repletos omnibus bonis. Compendio
ſe rogaui vos in dilectione Ieſu Chriſti,mementote mei in orationibus veſtris(vt deum mere-
ar adipiſci)& eccleſiæ quę ē in Syria,cuius nō ſum dignus vocari epiſcopus. Indigeo eñ illa lau
dabili veſtra oratione,vt dignus ſim illam quæ in Syria eſt eccleſiam per bonam operationem
veſtrā paſcere in Chriſto. Salutant vos Epheſii de Smyrna,vnde ſcribo vobis,præſcientes quo-
modo in gloria dei in omnibus refeciſtis me ſimul cum Polycarpo,& cæteræ eccleſiæ in hono
re Ieſu Chriſti ſalutant vos. Incolumes eſtote,in vnanimitate poſſidentes inſeparabilem ſpiri-
tum in Chriſto Ieſu per voluntatem dei. Amen.

## ¶ Ad Tarſenſes ex Philippis Epiſt. VII.

¶ Tarſus ciuitas Metropolis Ciliciæ prouinciæ Pauli apoſtoli natalibus celeberrima ab Argiuis, vt ſcri-
bunt geographi condita, hinc Tarſenſis.

¶ Ignatius,q & Theophorus,ſalutē cōſecratæ in Chriſto eccleſiæ, laude dignę & memoria
dignæ,& dilectiōe dignæ quæ ē in Tharſo & miſericordia & pax à deo patre & dño Ieſu Chro.
Alias Satiatus, SAutiatus ſum in omnibus à Syria Romam vſq; cum beſtijs depugnans,non ab ir
rationabilibus ſcilicet beſtijs voratus. Ille eñ volūtate dei pepercerūt Danieli,ſed
humanam figuram habentibus,quæ ſunt immanes beſtiæ. Obſidēt enim me no-
cte,dieq; ac deuorant,ſed nulli iniquorum iſtorum facio ſermonem, neq; habeo E
naturam meam tam honorabilem mihi vt plus eam quam dominum diligam,
propter quod paratus ſum ad ignem,ad beſtias,ad gladios,& crucem tantum,vt Chriſtum vi-
deam ſaluatorem meum & deum,qui pro me mortuus eſt. Rogo ergo vos ego vinctus Chri-
ſti qui per terram & mare exagitator,ſtate in fide confirmati,quoniam iuſtus ex fide viuit. Eſto
te inclinabiles & vnanimes in fide,quoniam dominus habitare fecit vnanimes in domo. Agno
ui enim quoniam quidam ex miniſtris ſathanæ voluerunt vos conturbare,quorum quidā di-
cunt quia Ieſus putatiue natus eſt,& putatiue crucifixus,quidam vero quia non eſt filius eius q
fecit mundum,alij autem quia ipſe eſt ille qui eſt ſuper omnia deus. Alij quoq; quia homo eſt
purus,quidam vero quia caro eius non reſurrexit,& quia oportet terminabilem vitam haberi,
atq; hanc eſſe finem bonorum quæ non multo poſt corrumpitur,quibus quidem multorū ma
lorum ager cumulatus eſt. Sed vos non intendatis mendacijs eorum. Pauli enim eſtis ciues &
diſcipuli,qui ab Hieroſolymis & in circuitu vſq; ad Illyricum cuncta repleuit euangelio,& ſti-
gmata Chriſti in corpore ſuo portauit. Cuius memores eſtote omnibus modis, & cognoſcite F
quia dominus Ieſus Chriſtus vere natus eſt de Maria, factus ex muliere, & vere crucifixus eſt,
in qua cruce gloriatur Paulus dicens: Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce domini noſtri Ie-
ſu Chriſti,& vere paſſus eſt & mortuus,& reſurrexit,ſi enim paſſibilis(inquit)Chriſtus,& ſi pri
mus ex mortuis reſurrexit,& qui mortuus eſt peccato,mortuus eſt ſemel,quod autem viuit,vi-
uit deo. Inſuperq; neceſſitas vinculorū,Chriſto non mortuo quæ neceſſitas tolerantiæ,aut quę
neceſſitas flagellorum. Quid quod Petrus crucifixus eſt? Paulus & Iacobus gladijs obtruncati
ſunt,Iohannes in Pathmon relegatus eſt,ſed & Stephanus à domini interfectoribus Iudæis la-
pidibus extinctus eſt. Sed nec quidem in hoc eſt victoria,vere enim crucifixus eſt dominus ab
impijs,& quia iſte qui natus eſt ex muliere filius eſt dei,& qui crucifixus eſt primogenitus eſt o-
mnis creaturæ,& deus verbum,& ipſe fecit omnia iuſſiōe patris,quod Apoſtolus corroborat
dicens: vnus deus pater ex quo omnia,& vnus dominus Ieſus Cchriſtus per quem omnia,& ite
rum vnus enim deus,vnus & mediator dei & hominū homo Chriſtus Ieſus,qui eſt imago dei
inuiſibilis,primogenitus vniuerſæ creaturæ,quoniam in ipſo creata ſunt omnia quę ſunt in cœ
lo & in terra viſibilia & inuiſibilia,& ipſe eſt ante omnes,& omnia in ipſo conſtant. Et quia nō
eſt ipſe ille qui eſt ſuper omnia deus,ſed filius ipſius,qui & aſcendere ſe ad eū profitetur dicēs:
Aſcendo ad patrem meum,& patrem veſtrum,& ad deum meum & deum veſtrum. Et quādo
ei fuerint omnia ſubiecta,tunc & ipſe ſubiectus erit illi qui ei ſubdidit omnia,vt ſit deus omnia
in omnibus. ergo alius eſt ille qui ſubiecit filio omnia,& qui eſt omnia in omnibus, & alius fi-
lius cui ſubiecta ſunt omnia,qui & poſt hæc omnia ſubiectus erit illi qui & ſubdidit omnia, &
non eſt homo purus ille per quem & in quo facta ſunt omnia. Omnia enim inquit per ipſum
facta ſunt. Et in libro Sapientiæ ipſe de ſeipſo refert dicens: cum faceret cœlum aderā illi,& ite-
rum



rum: Ego eram apud eum cuncta componens,& congaudebat mihi quotidie. Quomodo aūt
homo purus audiret: ſede ad dexteram meam? aut quomodo diceret: antequam Abraham fie
A ret ego ſum, vel illud quod ait: gloria illa glorifica me,quam habui apud te priuſqum mundus
fieret? Quis autem homo poſſet dicere: deſcendi de cœlo non vt faciam volūtatem meam, ſed
voluntatem eius qui miſit me? Vel de quo homine diceretur: erat lumē verum quod illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum,in hoc mundo erat & mundus per ipſum fa-
ctus eſt,& mundus eum non cognouit? In propria venit,& ſui eum nō receperunt: Quomodo
ergo huiuſmodi homo eſt purus,ex Maria demum habens initium vt eſſet, & non potius de-
us verbum & filius vnigenitus de quo dictum eſt: In principio erat verbum & verbum erat a-
pud deum & deus erat verbum,omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil. & pau
lo poſt: vidimus gloriam eius,gloriam quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis. Et ite
rum: vnigenitus qui eſt in ſinu patris,ipſe enarrauit,qui & per Salomonem refert dicens: creauit
me dominus principium viarum ſuarum in opera ſua ante ſecula fundauit me,ante aūt oēs
colles genuit me. Et reſuſcitaturus eſt corpora noſtra. dixit enim: Amen dico vobis, quoniam
venit hora in qua oēs qui in monumentis ſunt,audient vocem filij dei,& qui audierint viuēt.
Quod etiam Apoſtolus confirmat dicens: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem,
& mortale hoc induere immortalitatem. Et quia oportet caſte ac iuſte viuere,iterum dicit: no-
lite errare,neq; fornicarij,neq; molles,neq; maſculorum concubitores,neq; maledici,neq; ebri
oſi,neq; fures,neq; rapaces,regnum dei poſſidebunt. Et ſi mortui non reſurgunt neq; Chriſtus
B reſurrexit,vacua eſt ergo prædicatio noſtra,vacua eſt fides veſtra,& adhuc eſtis in peccatis ve-
ſtris. Ergo & qui dormierunt in Chriſto perierunt. Si in hac tantum ſperantes ſumus in Chri-
ſto,miſerabiliores ſumus omnibus hominibus ſi mortui non reſurgunt,manducemus & biba
mus craſtina enim moriemur. Si autem ſic congdimus,quæ eſt differentia hominum & canum
vel aſinorū, qui nihil de futuro cogitant? qui comeſtionis tantū modo appetitores ſunt,& poſt
comeſtionē inſcij ſunt quid interius moueatur. Acquiſiui vos in domino, elaborate vnuſquiſq;
omnem malitiam deponere,& ferocem animum & maliloquia, & calumniam,& turpiloquiū,
malam conuerſationem,ſuſurrationem,inflationem malignā,auaritiam,inanē gloriā, inuidiā
& oēa quæ his ſimilia ſunt. Induite autē dominū noſtrū Ieſum Chriſtū. Et carnis curam ne fe
ceritis in concupiſcentijs. Presbyteri ſubditi eſtote epiſcopo,dyaconi presbyteris,populus dy-
aconis. Pro animabus hanc ordinationem cuſtodientibus ego efficiar,& dominus ſit cum eis
indeficienter. Mando vobis ó viri diligite coniuges veſtras,filij honorate patres,& vos paren-
tes nutrite filios in eruditione & diſciplina domini. Eas quæ in virginitate ſunt honorate, ſicut
ſacras Chriſti,viduas pudicas vt ſacrariū dei veneremini,domini cum parcitate eſtote,ſerui cū
timore dominis ſeruite,nemo ocioſus in vobis ſit mater enim egeſtatis eſt vacuitas. Hæc autē
dicens non impero quantum oportet & ſi quidem vinctus ſum tanquā fratres cōmoneo. Et ſi
C dominus eſt vobiſcum,acquiſiui vos orationibus veſtris incūbite vt Ieſum merear adipiſci,cō
mendo vobis eccleſiam,quæ eſt in Antiochia. Salutant vos & electæ eccleſiæ Philippenſiū, vn-
de & ſcribo vobis. Salutat vos Philon dyaconus veſter,cui & ego gratias ago bene mihi ſerui-
enti in omnibus. Salutat vos Agathopus dyaconus. de Syria qui me ſequitur in Chriſto. Salu
tate inuicem in oſculo ſancto. Saluto vniuerſos & vniuerſas qui ſunt in Chriſto. Incolumes e-
ſtote corpore & animo & ſpiritu,& mei ne obliuiſcamini,& ſit deus vobiſcū. Amen.

## ¶ Ad Philippenſes de baptiſmo per Euphanium lectorem nauim iam aſcēſurum Epiſt. VIII.

¶ Philippis ciuitas eſt in prima parte Macedoniæ,& hinc quoq; dicti Philippenſes.

¶ Ignatius qui & Theophorus,ex imperio dei patris miſericordiam conſecutæ in fide & pa
tientia,& dilectiōe ſine dolo eccleſiæ quæ eſt Philippis, miſericordia & pax à deo patre & domi
no Ieſu Chriſto,qui eſt ſaluator omnium hominum maximeq; fideliū.

MEmores charitatis veſtræ & ſolicitudinis quæ eſt in Chriſto,quam oſtenditis in
nobis,decēs eſſe arbitrati ſumus ſcribere ad fraternā in domino vnanimitatis ve-
ſtræ dilectionē commonitos vos faciens curſus noſtri,vt idipſum dicatis omnes,
vnū ſentientes,in hoc ipſo fidei regulas,præceptaq; feci,ſicut & Paulus erudiens
vos dicit: vnus eſt enim omnium deus pater Chriſti,ex quo oīa & vnus dominus
noſter Ieſus Chriſtus filius dei vnigenitus,dominator vniuerſorum,per quē omnia. Vnus aūt
etiā ſpiritusſanctus quem operabatur in Moyſe & prophetis & apoſtolis,vnū quoq; eſt bapti-
ſma,quod datur in morte Chri,vna itaq; eccleſia etiā eſſe debet & vna fides,quæ eſt in Chriſto
ſecundum dictum eiuſdem apoſtoli dicentis: Vnus deus,vna fides,vnum baptiſma. Vnus deus

 pater

pater omnium,qui eſt ſuper omnes & per omnes & in omnibus. Vnus eſt ergo deus pater,& nō D
duo vel tres. Vnus ſcilicet qui eſt,& non eſt præter eum ſolum verus. Dominus enim (inquit)
deus tuus,deus vnus eſt,& iterum:Nonne vnus dominus creauit nos & vnus pater eſt omniū
noſtrum? Vnus quoq; & filius,deus verbū,vnigenitus(inquit)qui eſt in ſinu patris. Et rurſum,
vnus dominus Ieſus Chriſtus,& alibi quod eſt nomen eius aut quod eſt nomen filij eius. Scito
te autem quia vnus eſt etiam ſpirituſſanctus paracletus. Sicut idem:Paulus ait vnus ſpirit⁹,ſic-
ut vocati eſtis in vnam ſpem vocationis veſtræ. Et iterum:omnes inquit in vno ſpiritu parati
ſumus manifeſte autem omnia dona gratiarum ipſe vnus atq; idem ſpiritus operatur. Ergo ne-
q; tres ſunt patres neq; tres filij,ſed neq; tres paracleti,ſed vn⁹ pater & vn⁹ fili⁹ & vnus paracle-
tus,propter quod & dominus mittens apoſtolos docere omnes gentes, præcepit eis baptizare
eas in nomine patris,& filij & ſpirituſſancti. Non in vnum quendam trinomium, neq; in tres
vnius eiuſdemq; honoris,quia vnus eſt tantum qui homo factus eſt,non pater ſcilicet neq; pa-
racletus,ſed ſolus filius non putatiue neq; in phantaſmate,ſed certiſſima veritate. Verbum enī
caro factum eſt,& inhabitauit eam. Sapientia nanq; ædificauit ſibi domum, & factus eſt, ſicut
homo deus cum corpore,quod ſuſcepit ex virgine non ex collocutione ſcilicet aut ſemine vi-
ri. Virgo enim inquit in vtero concipiet & pariet filium. Vere natus eſt, vere creuit, vere man-
ducauit,& bibit,vere crucifixus eſt & mortuus & reſurrexit. Qui hæc credit vt vera eius con-
tinet natiuitas,beatus eſt,qui autem hæc non credit diſtat nihil ab eis qui eum crucifixerunt.
Princeps enim huius mundi in hoc gaudet,quando quis crucem negauerit. Interitum enim ſi-
bijpſi eſſe cognouit confeſſionem crucis,hoc enim tropheum eſt cōtra eius virtutem,quod vi-
dens expaueſcit & audiens timet. Nam & ante quam facta eſſet crux feſtinabat facere hoc & o-
perari in filijs diffidentiæ,operatus eſt autem inuidia in phariſęis & saducęis,in ſenioribus & iu- E
uenibus,& in ſacerdotibus. Cum autem properaret vt fieret conturbabatur,& poſtea deſpera-
tionem immiſit proditori,& laqueum ei oſtendit & ſuſpendium eum docuit,& mulieri immi-
ſit timorem in ſomno ipſe,conturbans & compeſcere tentans patibulum crucis,ipſe omnia e-
uocans mouet in ſuam pernitiem,non recognoſcens,intantum enim mala erant non omnia.
Malignus autem ſentiebat ſuam perditionem,initium enim illi fuit ad damnationē crux Chri-
ſti principium mortis,initium perditionis,propter quod in aliquibus quidem operatur nega-
re crucem,paſſionem erubeſcere,qui vt funeſtum putant vocari de virgine generationem cir-
cuncidere ipſam naturam & diffamare quaſi odioſam, Iudæorum auxiliator eſt ad negatiōem
crucis,paganorum ad calumniam Mariæ,hæreticorum ad phantaſiam. Multiformis eſt enim
malitiæ princeps,furans ſenſus,contrarius ſibimetipſi,& alia quidem ſuggerens,alia vero oſtē-
tans. Sapiens eſt enim ad malefaciendum,quod bonum eſt autem neſcit aliquando,ignorantia
enim repletus eſt per inobedientiam. Quomodo enim non ſit talis qui nō ſibi proponit ſuum
ſermonem? Si enim homo purus eſt dominus ex anima & corpore,quid circuncidis natiuitatē F
communem naturæ hominum? Quid tanquam paruam gloriam in homine factam paſſiōem
ſimulationem vocas & mortem immortalis gloriam exiſtimas? Si deus eſt homo quid vnicū
vocas dominum gloriæ illum videlicet natura immutabilem? Quid ſine lege dicis legiſlatorē
qui non humanam naturam habuit: Verbum caro factum eſt,verbum homo,ſed non in homi-
ne. Quomodo igitur magnus eſt illę qui in principio omnem ſenſibilem & intelligibilem natu-
ram voluntate patris præparauit,qui cum eſſet in carne omnem infirmitatem atq; languorem
curauit? Quomodo autem nō eſt deus ille qui mortuos reſuſcitauit,claudos ſanauit, leproſos
mundauit,cæcos illuminauit,aquam in vinum conuertit,tuumq; exercitum verbo tantum fu-
gauit? Quid ergo deijcis naturam virginis,& membra turpia vocas,hæc ergo pręſeminas,& nu-
dari iubes maſculos in facie fœminarum,fœminas vero in illicitum deſiderium maſculorum,
tunc omnia turpia videntur,& pudicum teipſum facis,cum tu ſis fornicationis ſpiritus. Igno-
ras quia tunc fit aliquid turpe,quando illicite perpetratur? Cæterum nihil turpe eſt quod ſine
peccato geritur,nihil prauum ſed omnia bona valde. Et tu non videns peſſundas eā. Quomo-
do rurſum non tibi videtur natus eſſe Chriſtus ex virgine,ſed ille qui eſt ſuper omnia deus, ille
ſcilicet omnia potens,quis ergo eſt qui hunc miſit dicito,quiſve huic dominatur vel cuius ſen-
tentiæ ſubiectus fuit,aut cuius legem adimpleuit? Tu qui nullius ſententiam vel poteſtatē ha-
bes,Chriſtum ſeparas à generatione,legiſlatorem ingenitum eſſe pronuncias, & cruci affixum
illum qui eſt ſine principio. Cuius ergo permiſſu hoc factum eſt,non eſt dicere. Non enī me la-
tuit tuum antiquū conſilium,neq; ignoro qm̄ curve & lubrice incedis,tu aūt ignoras quis eſt q
natus eſt,qui omnia ſcire te fingis. Multa enim te latent, virginitas ſcilicet Mariæ,glorioſus
partus de cui⁹ corpore deus proceſſit,ſtella orientis quæ apparuit,munera ferentibus magis,ar-
change-



changeli ſalutatio ad virginem facta,virginis glorioſa conceptio,deſponſatæ puellæ prædica-
A tio,& virginis in vtero infantis præuiſio, angelorum hymno gloriæ ad gentium paſtores an-
nunciatio. Herodis timor in extollentia regni,præceptio ad paruulorum necem, in Aegyptū
tranſmigratio, atq; exin reuerſio,cunabila infantilia, deſcriptio humana,lactis nutritio,nomē
patris non ſeminantis, præſepe vbi poſitus eſt,eo ꝙ non fuerit locus,nulla humana præpara-
tio,prouectus ætatis,crementum corporis,humana loquela. Sed & ꝙ eſurijt,ſitiuit,iter ambu-
lauit,laborauit,ſacrificiorum oblatio,circūciſio,baptiſma. Vox dei deſuper ad baptiſatum,q̄d
vel vnde fuerit teſtificatio ſpiritus & dei,vox Iohannis prophetia ſignificantis,paſſionem per
agni appellationem,diuerſorum ſignorum operatio,varię curationes,imperium domini quo
mari imperauit & ventos ſedauit,& ſpiritus iniquos fugauit, teipſum torquens & manifeſta-
tione virtutis ſuæ affligens hæc omnia,videns non habes quid facias, niſi tenebroſas vertigi-
nes. Et ꝙ virgo peperit ignoras, ſed confundit te angelorum laudatio , Magorum adoratio,
ſtellæ apparitio. Ignorantiam igitur olim incurriſti per contumaciam: parua tibi videntur cu-
nabula,paſſiones,circūciſio, lactis nutritio,indigna tibi deo eſſe hæc videntur. Iterum ne vidi-
ſti hominem quadraginta diebus & quadraginta noctib⁹ inguſtato cibo humano,& angelos
ei miniſtrantes,quos & tu timebas: videns primo quaſi communem hominem ,baptizatū &
cauſam ignorās, poſt ieiuniū ꝓ eſurięti inſidiabaris & tētabas q̄ſi cōiem hoīem,ignorās quis
eſſet. Dicebas enim: Si filius dei es,ignorantiæ id eſt: nam ſi vere cognoſceres,ſcires ſine dubio:
quia quæ impoſſibilia videntur ad faciendum , & difficilia ad conuertendum , factori omnia
poſſibilia ſunt. Et propter ventrem tentans eum,qui paſcit omnes eſca indigentes: audes tenta-
re dominum gloriæ,oblitus per tuam malitiam,quia non in pane ſolo viuit homo,ſed in omī
B verbo quod procedit ex ore dei,ſcires quia filius dei erat. Cognoſceres vtiq;,quia in quadra-
ginta diebus & quadraginta noctibus nullo egens,reddens corruptibile corpus,etiam in con-
tinuatione hoc facere poterat. Sed iccirco eſurijt,vt oſtenderet quia vere ſuſcepit corpus paſſi-
bile ſimila hominibus: propterea & primo oſtendit quia deus erat , & ſecundo quia & homo
fuit. Tu ergo qui tanq̄ fulgur de ſublimi gloria cecidiſti,audes dicere domino: mitte te deor-
ſum? Cui ea quæ ſunt æſtimantur quaſi quæ non ſunt,& ad inanem gloriam prouocas eum q
non extollitur, & fingis te ſcripturas de eo legere,dicens: Scriptum eſt enim,quoniam angelis
ſuis mandauit de te,nequando offendas ad lapidem pedem tuum , & fingis te ſequentia igno-
rare,auferens ea quæ de te ac de tuis miniſtris Propheta dicit: Super aſpidem & baſiliſcum
ambulabis,& conculcabis leonem & draconem. Si ergo conculcatio es pedum domini, q̄uo
tentas intentabilem? immemor legiſlatoris qui dixit: Non tentabis dominum deum tuum. Et
audes impudentiſſime opera dei aſſumere,& dicere quia tibi traditus ē principatus eoꝝ, & ca-
ſum tuum oſtendis contra dominū deū tuum,& promittens te ei dare quæ ſunt ipſius ,dicens:
Hæc omnia dabo tibi,ſi cadens in terram adoraueris me. Quomodo non timuiſti talem vocē
contra dominum emittere, tu qui omnium malignorum ſpirituum maligniſſimus es? Et pro
malitia ventre & pectore ſuper terram repere iuſſus es, & per inanē gloriam inhonoratus es:
C Qui per auaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incenſor,draco, apoſta-
ta,ſerpēs proplexus à deo diſcedēs, à Chriſto ſeparatus,à ſpiritu ſancto alienus, & à choro an-
gelorum exulans? Iniuriator legis dei,& legitimorum inimicus , qui ſuper protoplaſtos in-
ſurrexiſti,& à mandato dei auertiſti eos,qui nihil te læſerunt, qui aduerſus Abel Caim parri-
cidam excitaſti, qui in Iob mala exercuiſti? Tu ergo huiuſmodi dicis domino: ſi cadēs in ter-
ram adoraueris me? O audacia,ò puniende ſerue fugitiue,ſerue flagellande,exterminator bo-
norum,domino dominorum, perfecto deo omnium intelligibilium atq; ſenſibilium dicis: Si
cadens adoraueris me? Dominus autem longanimis eſt,qui non in præſenti & ilico interficit
eum, qui per ignorantiam & audaciam talia dicit,ſed manſuete reſpōdet dicens: Vade Sata-
na. Non dixit,reuertere poſt me,non enim es reuerſurus aliquando,ſed vade inquit Satana in
ea quæ tibi elegiſti loca , vade in ea, quibus prouocatus es à tua malitia. Ego autem ſcio quis
ſum,& à quo miſſus ſum,& ſcio quem debeo adorare. Dominum, inquit, deum tuum ado-
rabis,& illi ſoli ſeruies. Scio ei,& noui vnum ſolum,cui non denego ſeruire,à quo tu apoſtata
factus es. Non enim ſum antitheus,hoc eſt contrarius deo , ſed confiteor eius eminentiam , &
non recuſo adorare eum,quem noui natiuitatis meæ autorem & dominum,atq; meæ perſeue-
rantiæ cuſtodem. Ego enim viuo propter patrem. Hæc autem fratres per diſpoſitionem dei
coactus ſum mittere ad vos,monens vos ad gloriam dei,non quaſi extraneus,ſed ſicut frater.
Subiecti eſtote epiſcopo & presbyteris & diaconis. Diligite inuicē in domino,ſicut dei ſymula-
chra. Videte ergo viri vt diligatis vxores veſtras vt propria membra , mulieres vero ſicut vni-

D ſatis tactu viros veſtros amate. Qui caſtus vel continens eſt, non extollatur, ne perdat mercedem ſuam. Dies feſtos nolite inhonorare, quadrageſimam vero nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet dei conuerſationis. Hebdomadam etiam paſſionis nolite deſpiceere. Quarta vero & ſexta feria ieiunate, reliquias pauperibus porrigentes. Quicunq; dominicam aut ſabbatum ieiunauerit præter vnum ſabbatum paſchæ, ipſe eſt CHRISTI interfector. Orationes veſtræ protendantur ad eccleſiam Antiochiæ, vnde & vinctus ducor Romam. Saluto ſanctum epiſcopum Polycarpum. Saluto ſanctum epiſcopum Vitalem & ſacroſanctum presbyterum, & conſeruos meos diaconos, pro quoꝝ animabus ego efficiar. Adhuc dico epiſcopo & presbyteris in domino, quicunq; cum Iudæis paſcha egerit, aut ſolēnia dierum feſtorum eorum ſuſceperit, comparticipabit eis qui dominum & apoſtolos eius occiderunt. Salutant vos Philon & Agathophus diaconi. Saluto congregationem virginum, legionem viduarum, à quibus adiutus ſum. Saluto populum domini à minimo vſq; ad maximum. Tranſmiſi vobis hæc mea ſcripta per Euphanium lectorem, virum deo honorabilem & fideliſſimum, qui mihi occurrit in regionem iam nauim aſcenſuro. Mementote vinculorum meorū, vt conſummer in domino. Incolumes eſtote carne, & anima & ſpiritu, perfecta ſentientes, deuitantes operarios iniquitatis & corruptores verbi veritatis, confortati in gratia domini noſtri IESV CHRISTI. A M E N.

## ¶ Ad Philadelphienſes ex Troia, Epiſtola IX.

¶ Philadelphia Miſiæ vrbs frequētibus terræ ſuccuſſionibus patens, frequentibusq; agitata terræ tremoribus, iccirco malefidos parietes concuſſionum iniurijs diſcutiantur, rimisq; pateant. Hinc Philadelphienſes.

E ¶ Ignatius, qui & Theophorus, eccleſiæ dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti (quæ eſt in Philadelphia) miſericordiam conſecutæ in dilectione & confirmatione & concordia & exultatione dei, in paſſione domini indiuiſæ & in reſurrectione eius, repletæ omni miſericordia, quam & ſaluto in ſanguine Ieſu Chriſti, quod eſt gaudium ſempiternum & ſingulare, maxime his, qui ſunt in vnū cum epiſcopo, cum presbyteris & diaconis probatis in voluntate dei patris, per dominum Ieſum CHRISTVM, qui ſecundum ſuam voluntatem ſolidauit firmiter eccleſiam eius ſuper petram, ædificio ſpirituali non manufacto, quam flumina inundantia & flātes venti non valuerunt ſubuertere, nec valebunt aliquando ſpiritus nequitiæ, ſed debilitantur virtute domini noſtri Ieſu Chriſti.

VIDENS autem epiſcopum veſtrum, cognoui quia non à ſemetipſo, neq; ab hominibus promotus eſt in miniſterium & communionem pertinens, neq; per inanem gloriā, ſed in dilectione Ieſu Chriſti & dei patris, qui reſuſcitauit eum à mortuis, cuius expaueſco manſuetudinem, quomodo tacens amplius poteſt à loquente. Aptus eſt enim mandatis domini, & iuſtitiæ eius ſicut chordę citharæ, & eſt irreprehenſibilis non minus à Zacharia ſacerdote, propter quod beatificat anima mea illius ſecundum deum diſpoſitionem, cognoſcens innocentem & perſectam & immobilem, & ſine ira circa omnes eius manſuetudinem tanq̃ dei viui. Sicut ergo filij lucis fugite diuiſionem vnitatis, & malam doctrinam hęreticorum, ex quibus exit coinquinatio in omnem terram. Vbi ergo paſtor eſt, illuc ſicut oues congregamini. Multi enim lupi pellibus ouium induti voluntate mala captiuant decurrentes ad deum, ſed in veritate veſtra non inueniunt locum. Abſtinete itaq; vos à verbis malis, quæ Ieſus Chriſtus non ſeminauit, ſed hoīm interfectrix beſtia: propter quod non ſunt plantatio patris, ſed ſeminarium nequiſſimi. Non ergo ſeparationem inueniens apud vos hæc ſcribo, ſed vt muniens vos vt filios dei. Quotquot ſunt Chriſti, ipſi ſunt epiſcopi. Qui autem declinant eum vl̄ communionē eius, & ſociant ſe cum maledicis, ipſi cum illis ſimul abſcinduntur. Non enim ſunt agricolæ Chriſti, ſed inimici ſeminarium, à quibus eruamini ſp ꝑcibꝰ aſſidentis paſtoris veſtri fideliſſimi & mitiſſimi. Rogo itaq; vos in domino, quicunq; pœnitentes venerint ad vnitatem eccleſiæ, ſuſcipite eos cum omni manſuetudine, vt per vtilitatem & bonam demonſtrationem, de luto & muſcipula diaboli eruti, & digni Ieſu Chriſto effecti, ſempiternam ſalutem participent in regno Chriſti. Nolite ergo errare fratres. Quicunq; enim ſeparatum à veritate fuerit ſecutus, regnum dei non hæreditabit. Et qui non diſceſſerit à multiloquo prædicatore, in gehennam damnabitur. Vnde nec à iuſtis diſcedere, neq; iniuſtis appropinquare oportet. Quicunq; enim in aliena ſententia ambulauerit, ipſe non eſt Chriſti, nec paſſionis eius particeps, ſed eſt fraudator & corruptor vineæ Chriſti. Tali ne commiſceamini, nę ſimul cum eo pereatis, nec ſi pater ſit vel filius, aut frater aut domeſticus,



A ſticus: Non enī, inquit, parcat oculus tuus ſuper eum. Qui ergo odio habet deum, oportet etiā vos eos odire, & ſuper inimicos eos tabeſcere, non quidē perſequi eos, aut percutere eos oportet ſecundum gentes, quæ non nouerunt deum, ſed inimicos arbitrari & ſeparari ab eis, & monere eos & ad pœnitentiam prouocare, ſi forte audiant & acquieſcant. Amator enim hominum eſt deus noſter, & vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitiōem veritatis venire, propter quod & ſolem oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Cuius vtilitatis etiam nos dominus volens eſſe imitatores dicit: Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ego confido in vobis, quoniam in domino nihil aliud ſapitis. Propterea fiducialiter ſcribo deo dignæ dilectioni veſtræ rogans vos, vt inſtetis vni fidei, vni prædicationi, vna gratiarum actione vtentes: vna eſt enim caro domini Ieſu, & vnus eſt eius ſanguis, qui pro nobis effuſus eſt, vnus etiam panis pro omnibus confractus, & vnus calix totius eccleſiæ, & vnus epiſcopus ſimul cum oīnibus presbyteris & diaconis conſeruis meis, quia & vnus eſt ingenitus dei pater, & vnus vnigenitus filius deus, ỽbum & homo, & vnus paracletus, ſpiritus veritatis, vna etiam prædicatio, & fides vna, & vnum baptiſma, & vna eccleſia, quam fun-

B dauerunt ſancti apoſtoli à finibus vſq; ad fines, in ſanguine Chriſti proprijs ſudoribus & laboribus. Et vos ergo oportet ſicut populum ſacerdotalem & gentem ſanctam, ad concordiā omnes in Chriſto conſummari. Mulieres vero ſubditæ eſtote viris veſtris in timore dei. Virgines Chriſto in incorruptione, non execrantes nuptias, ſed meliora diligentes, non in criminatione contagij, ſed propter legis meditationem. Filij, ſubditi eſtote parentibus, & diligite eos tanq̃ cooperarios dei ad veſtram generationem. Serui, ſubditi eſtote dominis veſtris in deo, vt Chriſti liberti efficiamini. Viri, diligite vxores veſtras ſicut cōſeruas in domino, vt proprium corpus, ſicut ſocias vitæ, & cooperatrices ad filiorum procreationem. Virgines ſolum Chriſtū prę oculis habere, & eius patre in aīabus vr̄is, illuminatę à ſpū ſancto. Memor ſum ſanctitatis vr̄æ, ſicut Heliæ, ſicut Ieſu Naue, ſicut Melchiſedech, ſicut Helizæi, ſicut Ieremię, ſicut Iohannis Baptiſtæ, ſicut dilectiſſimi diſcipuli, ſicut Timothei, ſicut Titi, ſicut Enodij, ſicut Clementis, vel eorum qui in caſtitate de vita exierunt. Non detraho autem cæteris beatis, qui nuptijs copulati fuerūt, quoꝝ nūc memini: opto enī deo dignus ad veſtigia eoꝝ in regno ipſius inueniri, ſicut Abrahā & Iſaac & Iacob, ſicut Ioſeph & Iſaias & cæteri prophetæ, ſicut Petrus & Paulus & reliqui apoſtoli, qui nuptijs fuerunt ſociati, qui non libidinis cauſa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia coniuges habuerunt. Patres, nutrite filios veſtros in eruditione & diſciplina domini, & docete eos ſacras literas & artes honeſtas, vt non ocio gaudeant. Bene enim (inquit) nutrit pater iuſtus, in filio autem ſapiente lætabitur cor eius. Domini benigne in domeſticos veſtros intendite, ſicut ſanctus Iob docuit. Vna enim eſt natura & vnum genum homi-

C num. In Chriſto autem neq; ſeruus neq; liber. Principes ſubditi eſtote Cæſari, milites principibus, diaconi presbyteris, vt ſacrorum adminiſtratoribus. Presbyteri ỽo & diaconi atq; omnis clerus ſimul cum omni populo, & militibus atq; principibus: ſed & Cæſares obediant epiſcopo, epiſcopus ỽo Chriſto, ſicut patri Chriſtus: & ita vnitas per omnia ſeruatur. Sint autem viduæ non vagæ, neq; guloſæ, neq; proteruę: ſed pudicæ & ſobrię, ſicut Iudith & Anna. Hæc aūt non ſicut Apoſtolus præcipio. Quis enim ſum ego, aut & quę domus eſt patris mei, vt ęqualē me illis dicam: ſed ſicut commilito veſter obedientię ordinem continens. Fratres mei, valde pronus ſum ad dilectionem veſtram, ſuperexultans de vnanimitate veſtra. Moneo enim vos non ego, ſed dominus Ieſus per me, in quo vinctus ſum. Adhuc magis timeo, quia nondum perfectus ſum: ſed oratio veſtra faciet me perfectum apud deum, vt eum in quo vocatus ſum merear adipiſci, confugiens ad euangelium tanq̃ ad corpus Ieſu Chriſti. Ad aplōs tanq̃ ad presbyteros eccleſiæ. Et prophetas quidem diligo, vt Chriſtum prænunciantes, continentes eius ſpiritum ſicuti & apoſtoli. Sicut enim pſeudo prophetæ & pſeudoapoſtoli vnū eundemq; malignum & ſeductorem & populum errare faciētem ſpiritum aſſumpſerunt: ſic iterum veri prophetæ vt veri apoſtoli vnum eundemq; ſanctum principalem, bonum & verum atq; doctorem per Chriſtum acceperunt ſpiritum. Vnus enim deus veterū & noui teſtamenti, vnus & mediator dei & hominum, ac facturam intelligibilium & ſenſibilium, & prouidentiam gerens omnium. Vnus quoq; & paracletus, qui operabatur in Moſe & prophetis & apoſtolis. Omnes enim ſancti cum CHRISTO ſaluati ſunt, per ipſum in ipſum ſperantes, atq; ipſum expectantes, & per ipſum ſalutem adepti ſunt, qui erant digni dilectione, & digni laude, ſanctificati à Chriſto Ieſu, teſtificantes in euangelio ſpei communi. Si quis deum legis & prophetarum vnum prædicauerit, Chriſtum autem negauerit filium eſſe dei, mendax eſt, quomodo & pater eius diabolus: & eſt huiuſmodi inferioris circunciſionis pſeudo Iudæus.

Si autem quis confitetur Chriſtum Ieſum dominum, negat autem deum legis & prophetarũ
patrem eſſe Chriſti, hic in veritate non ſtat, quomodo nec pater eius diabolus, & eſt huiuſmo D
di Simonis magi, & non ſancti ſpiritus diſcipulus. Si quis autem dicit vnum deum, confiteturq́
Ieſum Chriſtum, hominem vero purum putans dominum, & non deum vnigenitum & ſapi-
entiam, ſed & verbum dei, ſed ex anima & corpore eum ſolum eſſe exiſtimans, huiuſmodi ſer-
pens eſt ſeductor, errorem prædicans ad perditionem hominum: huiuſmodi pauper eſt ſenſu,
ſicuti vocatur, & adinuentor ipſius erroris Ebion. Si quis enim hæc confitetur, corruptionem
autem & coinquinationem vocat legitimam commixtionem & filiorũ procreationẽ, aut ali-
quam eſcam, execrabilem putat, huiuſmodi habet cohabitatorem Draconem apoſtatam. Si
quis enim patrem & filium & ſpiritum ſanctum cõfitetur, & creaturam laudat, ſimulationem
vero dicit incarnationem, & paſſionem erubeſcit confiteri, huiuſmodi fidem abnegat nihilo
minus q̃ interfectores Chriſti Iudæi. Si quis aũt hæc confeſſus fuerit, & quia deus v̾bum in hu
mano corpore habitauit, ſicut & anima in corpore, propter quod inhabitare dicimus deum in
corpore, ſed non in humana anima: dicit autem quaſdam iniquas mixtiones aliquid boni eſ-
ſe, & finẽ beatitudinis voluptatem ponit (qualis ille falſo nomine Nicolaita) hic neq́ dei ami
cus, neq́ Chriſti amator eſſe poteſt, ſed corruptor propriç carnis, & propterea à ſpiritu ſancto
deſertus eſt, & à Chriſto alienus, huiuſmodi omnes ſtatuæ exanimes ſunt, & ſepulchra mor-
tuorum, in quibus ſcripta ſunt tantum nomina defunctorum. Fugite ergo malas artes inſidi-
as ſpiritus, qui operatur in filijs ſeculi huius, nequando tribulati infirmemini in dilectione, ſed
omnes idipſum: eſtote inſeparabiles corde, & in vnanimitate vnum ſemper ſentientes in idi-
pſum, de hoc ipſo glorificantes in requie, & in periculis & in triſtitijs & in gaudijs. Gratias ago
deo per Chriſtum, quia bene mihi conſcius ſum in vobis, & non habet quis vnde gloriari, ne- E
que clam, neq́ palam & publice, q͛ grauauerim aliquem aut in modico aut in magno. Et oẽs
quibus locutus ſum, precor vt non in teſtimonium illud poſſideant. Si enim ſecundum car-
nem me voluerunt quidam oberrare, ſed ſpiritus meus non oberrat, à deo etenim eum accepi:
noui enim vnde venerit, & quo eat, & occulta arguet. Clamaui enim voce magna inter eos q-
bus loquebar, non meum ſermonem, ſed dei proferens, epiſcopo intendente, & presbyteris &
diaconis. Hi vero deſpexerunt me tanq̃ prohibentem diuiſionem quorundam fieri, hoc autẽ
dicenti teſtis ille eſt, propter quem ego vinctus ſum, quia de humano ore hæc non cognoui,
ſed ſpiritus mihi præconizauit dicens: Hæc præter epiſcopum ne feceritis, vnitatem diligite,
diuiſionem fugite. Imitatores eſtote Pauli & cæterorum apoſtolorum, quomodo & ipſi Chri
ſti. Ego quidem quod meum fuit feci, vt homo in vnitate perfectus, adijciens etiam hoc, quia
vbi diſſentio mentis & iracundia & odium, illic deus non habitat. Omnibus igitur pœnitenti
bus dimittit deus, ſi ad vnitatem CHRISTI concurrunt, & ad conſenſum epiſcopi. Cre-
do gratiæ Ieſu Chriſti, quia ſoluit à nobis omne vinculum iniuſtitiæ. Rogo autem vos, vt ni-
hil ſecundum iracundiam agatis, ſed ſecũdum Chriſti militiam. Audiui enim quoſdam dicẽ-
tes: Si non inuenero euangelium in antiquis, non credam. Talibus autem ego dico, quia mihi
antiquitas Ieſus Chriſtus eſt, cui non obedire manifeſtus & irremiſſibilis interitus eſt. Princi-
patus enim eius eſt crux & mors ipſius & reſurrectio & fides in omnibus his, in quibus volo
vos & nos in orationibus veſtris iuſtificari. Qui non credit euangelio, omnibus ſimul nõ cre- F
dit, qui non præiudicat antiquitati ſpiritus, durum eſt enim cõtra ſtimulum calcitrare, durum
etiam Chriſto non credere, durum quoq́ apoſtolorũ prædicationẽ ſpernere. Boni enim ſunt
ſacerdotes & ſermonis miniſtri: melior aũt eſt pontifex, cui credita ſunt ſancta ſctõrũ, cui ſoli
cõmiſſa ſunt ſecreta dei. Bona ſunt etiam officia virtutis dei, bonus q̃q́ ſpũs ſanctus, q eſt ſup
oĩa ſancta ſanctiſſimus. & v̾bi miniſter, ſed ſup oẽs ſanctos. Sanctiſſimus eſt ſummus pontifex
& princeps pontificũ, q eſt legatus & miniſter patris, & princeps legionum militiæ cœleſtis, p
quem pater omnia fecit atq́ omnem prouidentiam gerit. Ipſe enim eſt via quæ ducit ad patrẽ,
ipſe eſt petra, macheria, clauis, paſtor, ſacerdotiũ, ianua ſciæ & agnitionis, per quam introiuit
Abrahã, & Iſaac & Iacob. Moſes quoq́ atq́ oĩs chorus prophetarum, & columnç mundi apo-
ſtoli, & ſponſa domini eccleſia, pro qua ſanguinem ſuum fudit vt eam redimeret: oĩa igitur
hæc in vnitate vnius & vnigeniti veri dei. Quid autem præcipuum habet euangelium? præ-
ſentiam aduentus ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, paſſionem, ſed & ipſam reſurrectionem. Quæ
enim prophetæ annunciauerunt dicentes: Donec veniat cui repoſitũ eſt, & ipſe erit expectatio
gentium. Hæc in euangelio completa ſunt, dicente domino: Pergite, & docete omnes gentes,
baptizantes eos in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Oĩa ergo bona ſunt ſimul, lex, pro-
phetæ & apoſtoli, omnis congregatio quæ per ipſos credidit. Solum autem reſtat, vt nos inui-
cem



A cem diligamus quoniã ſecundum orationem veſtrã & viſcera quæ habetis in domino Ieſu an-
nunciatum eſt mihi pacificare eccleſiam quæ eſt in Antiochia Syriæ, decet enim vos tanquam
eccleſiam dei ordinare epiſcopum ad mittendum illuc viſitationẽ dei, cõcedere eis in idipſum
conſtitutis glorificare nomen dei. Beatus eſt in Chriſto Ieſu, qui dignus effectus fuerit tali mi-
niſterio. Et vos quidem feſtinantes glorificamini in Chriſto. Volunt autem vobis quod non
eſt omnibus impoſſibile pro nomine dei quomodo & ſemper vicinæ eccleſiæ conſueuerũt mit
tere vobis epiſcopos, presbyteros & dyaconos. De Philone vero dyacono viro religioſo à Cili
cia qui nunc mihi miniſtrat in verbo domini, vna cum Gaio & Agathopo viro multũ electo,
qui à Syria me ſequitur, teſtificor vobis quia renunciauerunt ſeculo & martyrium conſumma
re elegerunt. Et ego gratias ago pro vobis rogans vt ſuſcipiatis eos in domino, vt & vos ſuſci-
piat Ieſus Chriſtus. Qui enim eos diffamauerunt redempti ſunt in gratia Ieſu Chriſti, qui non
vult mortem peccatorum, ſed pœnitentiam. Salutat vos dilectio fratrũ qui ſunt in Troia, vn-
de & ſcribo vobis per Burgum qui miſſus eſt ſimul Epheſiis & Smyrnæis ad verbum honoris,
quos Ieſus Chriſtus redimat, in quem ſperant carne & anima ſpiritu & fide, dilectione & cõcor
dia. Incolumes eſtote in domino Ieſu Chriſto cum omni ſpe noſtra in ſpiritu ſancto. Amen.

## ¶ Ad Smyrnenſes ex Troia Epiſt. X

¶ Smyrna (vt ſcribit Hieronymus) ciuitas eſt Liciæ prouinciæ in Aſia, eamq́ iuxta Epheſum inter Tracheam
& Lepramactam ponit Strabo, vnde Smyrnæi, Troia inter propontidos fluenta & montem Idam ſita memora-
tur monti vicinius adiacens. Aſiaticarũ vrbiũ vatũ poetarumq́ monumẽtis famatiſſima.

B ¶ Ignatius, qui & Theophorus, eccleſiæ patris altiſſimi filij eius Ieſu Chriſti miſericordiã
conſecute & gratia repletæ in fide & dilectione fundatæ, & totius gratiæ deo decentiſſime ſan-
ctiſſimeq́ ſanctificatæ (quæ eſt in Smyrna) immaculatæ ſpiritu & verbo dei, plurimam ſalutẽ.

GLorifico deum & patrem domini noſtri Ieſu Chriſti qui per ſeipſum vos tantum
illuminauit. Agnoui enim vos perfectos eſſe in fide immobili tanquã clauis affi-
xos cruci domini Ieſu Chriſti carne & ſpiritu confirmatos in charitate in ſangui-
ne Chriſti, & vere ad plenũ iſtructos in domino Ieſu Chriſto filio dei primogeni Articuli fi. dei.
to totius creaturæ, deo verbo vnigenito filio, qui eſt ex genere Dauid ſecundum Matt. 3
carnem ex Maria virgine, baptizatus à Iohanne, vt adimpleretur omnis iuſtitia, qui conuerſa Lucæ. 23.
tus ſancte ſine peccato, ſub Pontio Pilato & Herode tetrarcha vere clauis confixus eſt pro no-
bis in carne, à quo & nos redempti ſumus per diuinam & beatam eius paſſionem, vt tollat ſecũ
ſibi coniunctos in ſecula per reſurrectionem ad ſanctos & fideles ſuos, ſiue ex Iudæis, ſiue ex gẽ
tibus in vnum corpus eccleſiæ ſuæ. Hæc enim omnia paſſus eſt pro nobis, & vere paſſus eſt, nõ Vere reſurrexit Chrs.
putatiue, ſed vere ſicuti & reſurrexit. Sed non vt quidam infidelium erubeſcentes plaſmationẽ Iohan. 1.
hominis, & crucẽ & ipſam mortem, dicunt quaſi putatiue & non vere ſuſcepit corpus ex virgi- Iohan. 2. Iohan. 12.
ne, & putatiue paſſus eſt, immemores illius qui dixit: Verbum caro factum eſt, & habitauit in
nobis. Et iterum: Soluite templum hoc, & ego in triduo reſuſcitabo illud. Et in alio loco: Cũ Prouer. 9.
C exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum. Ergo verbum habitauit in carne, ſapientia
enim ædificauit ſibi domum. Verbum ergo templum ſuiipſius, ab aduerſarijs diſſolutum, reſu- Nume. 21.
ſcitauit tertia die, verbum vtiq́ exaltata carne ſua veluti illo æneo ſerpente in eremo, attraxit
ad ſe omnes ad ſalutem æternam. Ego autem non ſolum natum eum & crucifixum in corpo-
re factum ſcio, ſed etiam poſt reſurrectionem in carne eum noui, & credo eſſe. Nam cum ad eos
qui cum Petro erant veniſſet, ait illis: Palpate me & videte, quia non ſum dæmonium incorpo Lucæ. 24. Iohan. 20.
reum. Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. & Thomæ dixit: Inijce digitũ
tuum in fixuram clauorum, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli eſſe incredu-
lus, ſed fidelis. Et ſtatim crediderunt, quia ipſe erat Chriſtus. Propter quod & Thomas ait illi:
Deus meus, & dominus meus. Propterea ergo mortem contempſerunt, parum ducentes eſſe
iniurias, & plagas, & alia nonnulla propter ipſum ſuſtinere. Nã & poſtquam oſtendit ſe eis, quia Actu. 1.
vere & non putatiue reſurrexit, manducauit cum eis & bibit. Et ſic vidẽtibus eis aſſumptus eſt
cum carne ad eum qui miſerat illum, in qua & iterum venturus eſt cum gloria & virtute, ſecun
dum quod dictum eſt ab angelis ad apoſtolos: hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic
veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cœlum. Si ergo ſine corpore dicunt eum
venturũ eſſe in conſummationẽ ſeculi, quomodo viſuri ſunt eũ illi qui cõpunxerunt in eũ & co Zachar. 12.
gnoſcentes plangent inter ſe? Nã incorporaliũ, neq́ ſpecies, neq́ figura, ſed neq́ effigies quidẽ
aliqua animalis formæ haberi poterit, in qua figuræ clauorũ vel lanceæ foramen appareat pro
pter ſimplicitatẽ naturæ. Hæc autẽ moneo vos chariſſimi, ſciens quia & vos ſic habetis, præcu-
ſtodio

ſtodio autem vos à beſtijs hominum figuras habentibus,quas non ſolum deuitare ſed etiam
fugere oportet vos. Tantum orate pro illis,vt forte pœniteant. Si enim putatiue in corpore fu D
it dominus,& putatiue crucifixus eſt,ergo & ei putatiue ego vinctus ſum. Quare autem & me
ipſum tradidi ad mortem,ad ignem,ad gladium,ad beſtias?ſed non putatiue,ſed vere oĩa ſu
ſtineo propter Chriſtum, ad compatiendũ ei,ipſo me confortante,quia non eſt mihi tanta vir
tus. Quem profecto quidam ignorantes negauerunt,& conſentiunt magis mendatio quã veri
tati,qbus nec perſuaſerũt prophetæ neq; lex Moyſi,ſed nũc nũc vſq; euangeliũ,nec noſtræ ſpe
ciales paſſiones. Nam & de nobis hocipſum ſentiunt. Quid enim me iuuat ſi me quis laudaue
rit,dominum autem meum blaſphemauerit,ſi non eum confeſſus fuerit incarnatum eſſe deũ,
hoc autem qui non dixerit,perfecte eum negat,ſicut mortuum baiulans. Nomina vero eorum
infidelia non mihi eſt nunc viſum ſcribere,ſed neq; contingat mihi vt mentionem eorum faci
am donec pœniteant. Nemo ſeipſum ſeducat. Si enim non crediderit Chriſtum Ieſum incarne
fuiſſe conuerſatum,& confeſſus fuerit crucem eius,& paſſionem & ſanguinem,quẽ effudit pro
mundi ſalute,vitam æternam non conſequetur,ſiue rex ſiue ſacerdos, ſeu principes ſeu priua
tus,ſeu dominus ſiue ſeruus,ſeu vir,ſiue mulier,qui capit capiat,& qui audit audiat. Locus er
go & dignitas atq; diuitiæ neminem inflẽt, ignobilitas & paupertas nullũ humiliet. Sed cũ his
Matt.22. omnibus,fides eius ſit in deum & in Chriſtum,& ſpes fruitionis futurorum bonorum cum di
Iohan.14. lectione quæ eſt circa deum & circa proximũ tuum. Diliges enim dominum deum tuum ex to
Iohan.13 to corde tuo,& proxmum tuum ſicut teipſum. Sed & dominus dicit:hæc eſt vita æterna vt co
gnoſcant te ſolum verum deum,& quem miſiſti Ieſum Chriſtum,& illud Iohannis: Mandatũ E
nouum do vobis vt diligatis inuicem,in his enim duobus mandatis tota lex pendet & prophe
tæ. Dicite ergo eis qui taliter docent,quomodo legem ponunt,incognitum eſſe patrem Chri
ſti prædicantes. Quomodo etiam: Cum infidelem inimicitiam inuicem habent dilectionẽ aũt
futurorum negligunt,præſentia diſſimulant,quæ ventura ſunt,tanquam præſentia eſſe putant
& tanquam ſomnia & phantaſiam exiſtimant,mandata contemnunt,viduam & orphanũ de
ſpiciunt,vinctum derident,reſurrectionem negant. Huiuſmodi oĩes nepotes ſunt illius inue
Gene.3. terati maloꝝ ſpiritus qui & Adã per mulierẽ mandatũ tranſgredi perſuaſit,qui & Abel per Ca
Gene.4. yn occidit,qui & Iob decipere conatus eſt,qui & Ieſu filio Ioſedech reſiſtere tentauit,qui & apo
Iob.1. Zach.3. ſtolorum fidem ſubuertere voluit,& Iudæorum multitudinem aduerſus dominum ſuſcitauit,
Lucæ.22. qui & nunc operatur in filijs diffidẽtiæ,à quibus eruat nos dominus Ieſus Chriſtus,qui patrem
deprecatus eſt,vt non deficeret fides apoſtolorum,non quod non ſufficeret cuſtodire eam,ſed
gaudens de patris eminentia,ipſum deprecatus eſt pro eis,dignum eſt ergo à talibus abſtinere,
& neq; proprium cum his,neq; commune colloquium habere,Sed intendere legi & prophetis,
& euangelizantibus vobis ſalutare verbum. Nefandas vero hæreſes & ſciſmata facientes fugi
Euchariſtia te,ſicut principatum maloꝝ. Omnes epiſcopũ ſequimini ſicut Chriſtus Ieſus patrẽ,presbyteros
ſicut apoſtolos,dyaconos autem veneramini ſicut dei mandato miniſtrantes. Nemo præter e F
piſcopum aliquid agat eorum quæ ad eccleſiam pertinẽt. Firma Euchariſtia reputetur quæ ab
epiſcopo conceſſa fuerit, vbi epiſcopus præſens fuerit illuc & plebs congregetur, ſicuti & vbi
Chriſtus eſt omnis cœleſtis militia adeſt tanquam principi militiæ virtutis domini, & ipſe eſt
Eccẽs.12. diſpenſator totius intelligibilis naturę. Propterea nõ licet ſine epiſcopo,neq; offerre neq; ſacri
1.petri.2. ficium immolare,neq; miſſas celebrare. Sed ſi ei viſum fuerit,ſecundum beneplacitum dei, tũc
demum tutum & firmum erit. Ergo omnia quæcunq; agitis & facitis iã mutabilia ſunt vt cor
rigamus nos in deo eũ tempus habemus pœnitendi. Quod enim incertum eſt,non habet con
feſſionem. Ecce enim homo inquit,& opera eius cum eo. Sicut ſcriptum eſt:honora(inquit) fi
li deum & regem. Ego autem dico:honorate quidem deum vt autorem oĩum & dominum,
epiſcopum autem tanquam principem ſacerdotum,imaginem dei ferentem,principatum qui
dem ſecundum deũ,ſacerdotiũ vero ſecundũ Chriſtum, & poſt hunc honorare etiã oportet re
gem. Nemo enim potior eſt deo,neq; ſimilis ei,neq; epiſcopo honorabilior in eccleſia ſacerdo
tium deo gerenti pro mundi ſalute,neq; regi quis ſimilis eſt in exercitu,pacem & beneuolentiã
Coloſſ.1. omnibns principibus cogitanti. Qui enim honorat epiſcopnm honorabitur à deo,& qui inho
norauerit eum à deo inhonorabitur. Si enim quis contra regem inſurgens damnatiõe dignus
eſt,quomodo vltionem euadere poterit qui præter epiſcopum aliquid egerit? Sacerdotium enĩ
ſumma ẽ omnium honorũ,q̃ in hoĩb⁹ cõſiſtũt,q̃d ſi quis inhonorauerit, deũ inhonorat & dñm
Ieſum Chr̃m primogenitũ totius creaturę,& ſolũ natura principẽ ſacerdotẽ dei. Oĩa bene vo
bis ordi



A bis ordinate quę mãdata ſunt in Chriſto: Laici dyaconis ſubditi ſint,dyaconi presbyteris,pres
byteri epiſcopo,epiſcopus Chriſto,ſicut ipſe patri. Secũdũ quod vos me refeciſtis fratres,& vos
dominus Ieſus Chriſtus,abſentem me & præſentem dilexiſtis retribuat vobis de⁹ propter quã
tanta in vincto eius oſtendiſtis,& ſiquidem non ſum ſufficiens,ſed tamen deuotio veſtra gran
dis eſt. Si quis enim honorauerit propphetam in nomine prophetæ,mercedem prophetæ ac
cipiet. Manifeſte & qui honorat vinctum Chriſti Ieſu,mercedem martyrum accipiet. Philoni Matt.10.
& Gaio & Agathopo,qui me ſequuntur in verbo dei,qui ſunt miniſtri Chriſti,bene feciſtis ſu
ſcipiendo eos ſicut miniſtros dei,qui & maximas gratias agunt domino pro vobis , quoniam
refeciſtis eos oĩbus eos modis. Nihil vobis reputabitur ad peccatum de ijs quę eis impendi
ſtis. Det vobis dominus inuenire miſericordiam apud deũ in illa die pro animabus veſtris,ſpi
ritus meus & vincula mea ſint,quæ non ſpreuiſtis & non erubuiſtis. Hęc ẽ perfecta ſpes in Chri
ſto Ieſu. Orationes veſtræ appropinquauerunt ad Antiochenam eccleſiam cui & pacifici eſtis.
Vnde & vinctus omnes ſaluto,& non ſum dignus eſſe vltimus eorum. Sed ſecundum dei vo
luntatem dignus effectus ſum,non ex mea prouidentia,ſed ex gratia dei. Quam opto perfectã
mihi tribui,vt per veſtras orationes deum merear adipiſci,vt opus veſtrum perfectũ ſit in cœ
lo & in terra: Decet ergo vos in honorem dei gerere curã deo dignę eccleſiæ dei quæ eſt in Sy
ria,& gratulari eis,quia pacifici ſunt,& perceperunt ſuam magnificentiã,& reſtituta eſt in cor
pore eorum. Sed mihi viſum eſt mittere illuc cũ epiſtola,vt glorificent tranquillitatem quæ eis
ſecundo contigit,& quietem. Ego vero merui portum tutiſſimum orationibus veſtris. Cum ſi
B tis perfecti,perfecta cogitate,ſentite,ſapite,volentibus enim vobis bene agere,etiam deus para
tus eſt vobis præſtare. Salutat vos dilectio fratrum veſtrorum quæ eſt in Troia,vnde & ſcribo
vobis per Burgum,quẽ miſiſtis mecum vna cũ epheſiis fratribus veſtris,qui me refecit in oĩi
bus,& debuerant quidem oĩes imitari,quia exẽplum eſt miniſterij dei, retribuet ei dominus
gratiam in omnibus. Saluto deo dignum epiſcopum veſtrum Polycarpum, & deo decentiſſi
mum presbyterum,& Chriſtophorus dyaconus meus,& conſeruus,& ſpecialiter & generali
ter omnes in nomine domini Ieſu Chriſti,& in ſanguine ipſius & in paſſione & in reſurrectiõe
carnali & ſpirituali in vnitate dei & veſtra. Gratia vobis & miſericordia,pax & patientia in oĩ
bus in Chriſto,Saluto domos fratrum meorum cum vxoribus & filijs,ſed & virgines & vidu
as. Incolumes eſtote in virtute dei patris. Salutat vos Philon condiaconus qui eſt mecum Sa
luto domũ Graniæ,quam opto firmari in fide & deuotione carnali & ſpirituali. Saluto Alcẽ
deſiderabile nomen mihi & Daphnium ſpiritalem & bonum filium,Et omnes nominatim in
columes eſtote in gratia dei domini noſtri Ieſu Chriſti repleti ſpiritu ſancto & ſapiẽtia ſancta
atq; diuina. Amen.

## ¶Ad Polycarpum epiſcopum Smyrnenſium de illuminatis Epiſt. XI

¶Ignatius epiſcopus Antiochiæ,qui & teſtis Ieſu Chriſti,Polycarpo epiſcopo Smyrnẽ
ſium.

C SVſcipiens autem tuam ſententiam tanquam ſuper immobilem petram fundatã,
quoniam deſidero promereri faciem tuam immaculatam,quam acquiſiui in do
mino. Rogo te in gratia dei qua inductus es,adijcere ad curſum tuũ,& rogare oẽs
vt ſaluentur in Chriſto. Defende locum tuum in omni diligentia. Vnitatis curam
habeto,qua nihil melius eſt. Omnes baiula,quomodo & te Chriſtus. Omnes ſuffer
in dilectione,orationibus indeſinenter vaca,ampliorẽ prudentiã quã habes poſtula. Vigila in
obdormibilem ſpiritum poſſidẽs,ſecundum adiutorium dei loquere,omniũ infirmitates por
ta,vt perfectus athleta quomodo & dominus omnium. Ipſe enim,inquit,infirmitates noſtras
portauit,& lãguores noſtros abſtulit. Vbi enim magnus fuerit labor ibi etiam maius lucrum Iſaiæ.53.
eſt. Si bonos diſcipulos amaueris,non eſt tibi gratia,magis autẽ peſtiferos ſub iuga in manſue
tudinem. Non omne enim vulnus vno emplaſtro curatur,acredines atq; vehementias,embro
cha compeſce. Aſtutus eſto vt ſerpens,& ſimplex vt colũba,ꝓpterea enim ex aĩa & corpore car
naliter & ſpiritalit̃ extas,vt oĩa quæ tibi oſtẽſa fuerũt in facie corrigas. Quæ aũt tibi inuiſibilia
fuerint pete vt tibi manifeſtẽtur,vt tibi nihil reſtet,ſed totius gratiæ abũdãs ſis. Tẽpus depoſcit
te tãq̃ gubernatorẽ,ꝓſperũ petere,& ſicut naui periclitãti portũ aptũ ad ſalutẽ regrere. Sic & te
dei athletã præſta,vt veſtẽ incorruptionis & vitã æternã ꝑcipias,ꝑ q̃ & tu cõfidis in oĩbus,ꝓ aĩa
tua ego efficiar,& vincula mea quæ dilexiſti. Qui ſe arbitrant̃,fide dignos eẽ & alit̃ docẽt,nõ te
circũueniãt,ſed ſta firmus ſicut incus quæ ꝑcutit̃. Magni enim athletæ ẽ vapulare & vincere,ma
xime aũt ꝓ deo oĩa oportet nos ſuſtinere,vt ipſe ſuſtineat nos in regno. Plurimũ adde ad feſti
nationẽ cõtinuãt̃ curre,tẽpa cognoſce,vt in ipſis ſp vincas. Hic ẽ enĩ ſtadiũ,illic corona expectat
Chriſtũ

Chrm̃ filiũ dei, intẽporalem in tempore, inuiſibilẽ natura, viſibilem in carne, impalpabilem &
intactum, vt corporeum vero propter nos & contrectabilem, impaſſibilem vt deum, paſſibilẽ D
vero propter nos vt hominem. Amen.

## ¶ Ad Antiochenſes ex Philippis. Epiſt. XII

¶ Antiochia ciuitas eſt Syriæ, prima Petri apoſtoli ſedes, prima in qua Chriſtiani (qui baptiſma ſuſcepiſſent) à
Chriſto nuncupati cœperunt, in qua Paulus & Barnabas ordinati ſunt, quæ & poſtea diui Ignatij moderationi
bus credita eſt, à qua Antiochenſes.

Actuum. 11. ¶ Ignatius qui & Theophorus, eccleſiæ Antiochenſi miſericordiam à deo conſecutæ, habi
tanti in Syria (quæ prima Chriſti cognomẽ accepit) quæ eſt in Antiochia in deo patre & domi
no Ieſu Chriſto ſalutem.

LEVIA mihi & inonerosa fecit dominus vincula, cum didiciſſem pacificos vos
eſſe, & in omni concordia carnali & ſpirituali vos trãſigere. Rogo igitur vos vin
ctus in domino digne ambulare in ea vocatiõe qua vocati eſtis, cuſtodientes vos
ab introeũtibus hæreſibus malignis, ad ſeductionem & perditionem conſentien
tium eis, intendere autẽ apoſtolorum doctrinæ, & legi atq; prophetis credere, o
mniumq; Iudæorum aut Paganorũ errorem abijcere, & neq; deorum multitudinem admitte
Deute. 11. re, neq; Chriſtum ad excuſationem, vnius dei negare, Moyſe fideli famulo dei ad populũ dicẽ
te: dominus deus tuus deus vnus eſt, & vnum atq; ſolum prædicans deum, confeſſus eſt ſtatim
Gen. 19. etiam dominum noſtrum dicens: Pluit dominus ſuper Sodomam, & Gomorram ignem & ſul
phur à domino de cœlo. Et iterum, & dixit deus: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitu E
Gene. 1. dinem noſtram. Et rurſum: Et fecit deus hominẽ, ad imaginẽ dei fecit illum, & paulopoſt: Ad
imaginem dei fecit hominẽ. Et quia naſciturus erat homo, ſic ait: prophetã ſuſcitabit vobis do
Deutero. 18 minus deus veſter ſicut me. Nam & prophetę ex perſona dei dixerunt: ego deus primus, & ego
Iſaiæ. 43. poſt hæc, & præter me non eſt deus. Hoc autẽ de patre om̃ium dixerunt. De domino noſtro Ie
Iſaiæ. 9. ſu Chriſto rurſum prophetæ proclamauerunt dicentes: Ecce puer natus eſt nobis, & filius da
tus eſt nobis, cuius imperium eſt deſuper, & vocabitur (inquiunt) nomen eius magni cõſilij an
gelus, ammirabilis conſiliarius, deus fortis, poteſtatẽ habens, princeps pacis. nam & de incarna
tione eius ex virgine dicunt: Ecce virgo concipiet in vtero & pariet filium, & vocabitur nomẽ
eius Emanuel. Et de paſſione eius nihilominus adiecerunt dicentes: Sicut ouis ad occiſionem
Iſaiæ 7. Iſaiæ. 53. Iere. 11 ductus eſt, & ſicut agnus coram tondẽte ſine voce. Et iterũ ipſe de ſeipſo referens dicit: Ego au
tem ſicut agnus innocens ductus ſum ad immolandum. Nam euangeliſtę vnũ ſolum teſtantes
Iohan. 1. verum deum eſſe patrem, etiam ea quæ ad dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum pertinent non præ
termiſerunt, ſed potius exacte ſcripſerunt dicentes: In principio erat verbum, & verbum erat a
pud deum, & deus erat verbũ. hoc erat in principio apud deum, & om̃ia per ipſum facta ſunt, &
Matt. 1. ſine ipſo factum eſt nihil. Sed & de incarnatione eius ſubiunxerunt dicentes: Et verbũ caro fa
1. Timo. 2. ctum eſt, & habitauit in nobis. Et iterum: Liber (inquiunt) generatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid, F
filij Abrahæ. Apoſtoli quoq; Chriſti aſſerentes quia deus vnus eſt, adiecerunt dicentes: Vnus
deus, vnus & mediator dei & hominum. Et de incarnatione eius ac paſſione eius non erubue
runt, ſed potius fiducialiter ſubiunxerunt dicentes: Homo Chriſtus Ieſus, qui dedit ſemetipſum
pro ſeculi vita. Omnis ergo qui vnũ deum annunciat, intercipit autẽ Chriſti diuinitatẽ, filius eſt
diaboli, & inimicus om̃is iuſtitiæ. Qui autem non confitetur Chriſtũ filium eius eſſe qui fecit
mundũ, ſed alterius cuiuſdam incogniti præter eum quẽ prædicat lex & prophetæ, hic organũ
eſt ipſius diaboli. Quicunq; autẽ incarnationem Chriſti recuſat, & crucẽ eius erubeſcit, propter
Iere. 17. quam ego vinctus ſum, hic eſt Antichriſtus. Quicunq; vero purũ hominem dicit eſſe Chriſtũ,
maledictus eſt ſecundũ dictum prophetæ, non in deũ fidẽs, ſed in hominẽ tantũ. Propterea &
infructuoſus eſt quẽadmodum Tamariſcus quæ eſt in deſerto. Hæc ſcribo vobis cũ ſim Chri
ſti nouella oliua, non ignorans vos taliter ſapere, ſed præcuſtodio vos ſicut pater filios ſuos.
Philip. 3. Videte ergo malignos operarios, inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum de
us venter eſt, quorũ gloria in confuſione eorum, videte canes rabidos, ſerpẽtes ſuper pectus re
pẽtes, dracones ſquamoſos, & aſpides baſilicos, ſcorpiones. Hi enim ſunt thoes, vulpes, & ſimię,
humana imitantes. Pauli & Petri ſancti eſtis diſcipuli, nolite perdere depoſitũ quod vobis cõ
mandauerunt. Mementote digne beatiſſimi Enodij paſtoris veſtri, qui primus vobis ab apoſto
1. Cor. 16. lis antiſtes ordinatus eſt, non confundamus patrem, ſed efficiamur certi filij, & non adulterini.
Scitis qualiter conuerſatus ſum inter vos. Quæ ergo præſens dicebã vobis, hæc nunc & abſens
ſcribo vobis. Si quis non diligit dominum Ieſum, ſit anathema. Imitatores mei eſtote, pro ani
mabus veſtris ego efficiar quando Chriſtum meruero adipiſci, mementote vinculorum meo
rũ, pre



A rum, presbyteri paſcite gregem qui vobis commiſſus eſt, donec oſtẽdat deus eum qui futurus
eſt in vobis rector. Ego autem nunc feſtino vt Chriſtum lucrifaciam, dyaconi agnoſcãt cuius
ſint dignitatis, & ſtudeant eſſe inculpabiles vt ſint Chriſti imitatores, populus ſubditus ſit pres
byteris & dyaconis, virgines agnoſcant cui ſe conſecrauerunt, viri diligãt vxores, memores q̃a Gene. 2.
vna vni in principio creaturæ datæ fuit in poſſeſſionem, mulieres honorificent viros ſuos ſic
ut carnem ſuam, & non audeant proprio nomine eos vocare. Sciant autem ſolos viros ſuos cõ Exod 20.
pares eſſe quibus & coniunctæ ſunt ſecundum ordinationem dei. Parentes erudite filios eru
ditione ſancta, filij honorate parentes vt bene ſit vobis, & ſitis lõgæui ſuper terram, domini no
lite ſuperbe ſeruis vti, imitantes patientiſſimum Iob, dicentem: ſi praue iudicaui ſeruum aut an Iob. 31.
cillam meam, iudicer ego ab eis, quid enim faciam ſi interrogationem fecerit dominus de me:
& cætera quæ ſequuntur bene noſtis. Serui nolite ad iracundiã in aliquo prouocare dominos,
ne forte aliqui malefaciant vobis, & vos ipſi eritis rei. Nemo ocioſus manducet, ne vagus & for
nicarius efficiatur. Ebrietas, iracundia, inuidia, maliloquium, clamor, blaſphemia, non nominẽ
tur in vobis, viduæ non in delitijs agant, ne per luxuriam abijciant verbum. Cęſari ſubditi eſto
te in ijs in quibus ſine periculo eſt ipſa ſubiectio. Principes nolite exaſperare, ne detis occaſiões
aduerſum vos quærentibus eas. De maleficijs autem & veneficijs vel homicidio ex abundanti
eſt ſcribere vobis, quando hæc etiam in gentibus abominabile ſit agere. Hæc autem non ſicut
Apoſtolus præcipio, ſed ſicut veſter conſeruus commemorans vobis. Saluto ſanctum presby
terum veſtrum. Saluto ſanctos dyaconos, & deſiderabile mihi nomẽ eius quem reſeruaui poſt
B me in ſpiritu ſancto cum Chriſtum meruero adipiſci, pro cuius anima ego efficiar. Saluto ſub
dyaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, exorciſtas atq; confeſſores. Saluto cuſtodes
ſanctarum portarũ dyaconiſſas quæ ſunt in Chriſto. Saluto ſuſceptrices Chriſti virgines quas
ego nutriui in domino Ieſu. Saluto pudiciſſimas virgines. Saluto plebem domini à minimo
vſq; ad maximum & omnes ſorores meas in domino. Saluto Caſſianum hoſpitem meum &
coniugem eius & amabiles natos eius. Salutat vos Polycarpus digne decentiſſimus epiſcopus:
qui & curam veſtri gerit, cui & commendaui vos in domino, & omnis eccleſia Smyrnenſium,
memor eſt veſtri in oratione apud deum. Salutat vos Honoſymus Epheſiorum paſtor. Salutat
vos Damas Magneſiæ epiſcopus. Salutat vos Polybius Trallianorũ antiſtes. Salutãt vos Phi
lon & Agathopus dyaconi, qui me ſequuntur. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Hæc autem à
Philippis ſcribo vobis. Incolumes vos ille qui eſt ſolus ingenitus per illum (qui ante ſecula na
tus eſt) ſpiritu & carne cuſtodiat, & videam vos in Chriſti regno. Saluto eum qui pro me futu
rus eſt princeps veſter, quem & acquiſiui in Chriſto. Incolumes eſtote deo & Chriſto illumina
ti ſpiritu ſancto. Amen.

## ¶ Ad Heronem eccleſiæ Antiochenæ dyaconum quem ei dominus oſtenderit ſeſſurum in ſede ipſius ex Philippis. Epiſt. XIII.

¶ Ignatius qui & Theophorus, deo honorabili, deſiderabili, pudico, Chriſtifero, ſpiritifero
C in fide & dilectione Heroni dyacono Chriſti miniſtro dei. Gratia & miſericordia & pax ab
omnipotente deo & Chriſto Ieſu domino noſtro vnigenito filio eius, qui dedit ſemetipſum p
peccatis noſtris, vt redimeret nos de hoc præſenti ſeculo in ligno, & ſaluos faceret in regnum
ſuum cœleſte.

ROgo te in domino adijcere ad curſum tuũ, defendere dignitatem tuam, cõcordiæ
quæ eſt ad ſanctos curam gerere. Infirmiores ſuffer, vt adimpleas legem Chriſti, Iſaię. 1.
ieiunijs & orationibus vaca, ſed non vltra menſuram ne te ipſum deijcias, vino Gene. 9.
& carnibus non ex toto abſtineas, non enim ex toto ſunt abominabiles. Bona (in Pſal. 103.
quit) terræ comedetis, & carnes & holera manducabitis. Sed & vinũ lætificat cor
hominis, & oleũ exhilarat, & panis confirmat, ſed & menſurate & ordinate tanquam deo con
cedente. Quis enim manducat aut q̃s bibit præter eũ? Quoniam quicquid bonũ eſt eius eſt, &
quicquid optimũ eſt ipſius. Lectioni intende vt non ſolus ipſe ſcias leges, ſed etiam alijs eas ex
pone, vt dei athleta. Nemo militans Chriſto implicat ſe negocijs ſecularibus, vt placeat ei cui ſe
probauit. Sed nec athleta coronabitur, niſi legitime certauerit, pro anima tua ego vinctꝰ ſum.
Omnis igitur q̃ dixerit præter illa quæ tradita ſunt, tametſi fide dignꝰ ſit, tametſi ieiunet, tametſi
virginitatem ſeruet, tametſi ſigna faciat, tametſi prophetet, lupꝰ tibi appareat in grege ouiũ cor
ruptionem operans. Si q̃s crucem negauerit & paſſionem erubuerit, ſit tibi tanquam aduerſari
us, tametſi ſubſtantiam ſuam pauperibus diſtribuat, tametſi montes transferat, tametſi corpus 1. Cor. 13.
ſuum combuſtioni tradat, ſit tibi execrabilis & abominabilis. Si q̃s infalſauerit legẽ & prophe

 tas q̃s

tas quos Chriſtus præſens adimpleuit ſit tibi tanquam antichriſtus. Si quis hominem tantum
dixerit dominum, Iudæus eſt Chriſti interfector. Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt. Pupil- D
1.Tmo 4. los tuere, deus eſt enim pater pupillorum, & iudex viduarũ. Sine epiſcopis nihil agas, ſacerdo-
Pſal.145. tes enim ſunt, tu vero miniſter ſacerdotum, illi enim baptiſant, ſacerdotiũ agunt, ordinant ma-
1.Timo.4. nus imponũt, tu vero eis miniſtras ſicut ſanctus Stephanus Iacobo & cæteris presbyteris in hie-
roſolymis. Congregationem noli negligere, nominatim om̃es require. Nemo adoleſcentiam
tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in verbo & conuerſatione, domeſticos ne cõfundas,
communis eſt enim nobis & ipſis natura. Mulieres noli execrari, ipſę enim pariunt & nutriunt
diligẽ ergo oportet eas generationis cauſa tantum in domino, quia ſine muliere vir om̃ino ge-
nerare non poteſt. Honorare ergo oportet eas vt cooperarias generationis, quia neq; vir ſine
muliere, neq; mulier ſine viro aliquando originem ſortiri poterit niſi in ſolis illis protoplaſtis,
Gene.2. quia corpus Adæ ex quatuor elementis eſt factum. Aeua vero de latere Adæ, glorioſum vero
habitaculũ domini de ſola virgine. Execrabilis quidem videtur legitima commixtio, ſed deo
condecens eſt ipſius generatio. Decebat enim opificem non ſecundum humanam conſuetudi-
nem in natiuitate vti, ſed glorioſe & noue vt decebat naſci factorem. Superbiã fuge, Superbis enĩ
1.Petri. 4 Pſal.5. deus reſiſtit. Falſiloquium execrare, perdes enim omnes (inquit) qui loquuntur mendaciũ. In-
Gene.4. uidiam caue, autor enim eius eſt diabolus, & ſucceſſor ipſius Cain fratri inuidens, & de inuidia
homicidiũ ꝑpetrãs. Sorores meas mone deũ diligere, & ſolis viris ſuis ſufficere debere. Similiť
Iob.12. frẽs meos mone, ſuis cõiugibꝰ ſufficere debere. Virgines cuſtodi, tãq̃ Chr̃i ſacramẽta. Longani-
mis eſto, vt multꝰ ſis prudẽtia. Paupibꝰ ſcd̃m q̃d habueris, bñfacere ne neglexeris. Eleemoſyna E
enĩ & fide purgãť peccata. Teipſum caſtũ cuſtodi tãq̃ dei habitaculũ. Templũ Chriſti cõſtitutꝰ
& organum ſpiritusſancti exiſtẽs, ſcito quomodo te enutrierim. Et ſi minus quidem ſum, æmu-
lator meus eſto & imitare conuerſationem meam, non enim glorior in mũdo, ſed in domino.
1.Cor.10 Heronem filium meum moneo, vt qui gloriatur in domino glorietur, cuius & memini filij de
ſiderabilis, cui cuſtos fiat ille ingenitus deus & dominus Ieſus Chriſtus non omnibus credere,
Eccls.19 neq; de omnibus præſumere, ne quis te ſubintret, multi enim miniſtri ſunt ſathanæ, & qui cito
credit leuis eſt corde. Memento dei, & nunquam peccabis. Noli eſſe duplex animo in oratione
tua, beatus ẽ enim qui nõ dubitauerit. Credo ergo in patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, & in
vnigenitum filium eius, quia oſtẽdit mihi Heronem in ſede mea. Ergo adde ad curſum tuum,
præcipio tibi coram deo qui eſt ſuper omnia & coram Chriſto præſente, & ſpiritu ſancto, & co
ram miniſtrantibus legionibus, cuſtodi depoſitum meum quod ego & dominus Chriſtus cõ-
mendauimus tibi. Et ne indignum te iudicaueris eorum, quę oſtẽſa ſunt mihi de te à domino.
Commendo ergo tibi eccleſiam Antiochenſium. Commendaui vos Polycarpo in domino Ie-
ſu Chriſto. Salutant te epiſcopi Honeſymus, Vitus, Damas, Polybius, & omnes à Philippis, vn-
de ſcripſi tibi. Saluta deo decentes presbyteros. Saluta ſanctos condiacονos tuos, quos ego enu
Deute.14. triui in domino in carne & ſpiritu. Saluta populum domini à minimo vſq; ad maximum ſecũ- F
dum omnia quæ tibi commendo, ſicut Moſes Ieſu duci exercitus, & non tibi videatur onero-
ſum quod dictum eſt de te, & ſi tales non ſumus quales illi fuerunt, ſed tamen oramus vt tales
ſimus, quia filij Abrahæ ſumus. Confortare ergo Hero potẽter & age viriliter. Tu enim intro-
duces, & educes ex hoc nunc populum domini, qui eſt in Antiochia & non erit ſynagoga do-
mini ſicut oues non habentes paſtorem. Saluta Caſſianum hoſpitem meum, & illam pudiciſſi-
mam eius coniugem, & dilectiſſimos filios eorum, quibus det deus inuenire miſericordiam a-
pud deum in illa die miniſtrationis quæ eſt ad nos quos & commendo tibi in Chriſto. Saluta
eos qui ſunt in Laodicia fideles omnes, ſecundum nomina in Chirſto. Eos qui ſunt in Tharſo
noli negligere, ſed aſſidue eis intende confirmans eos in euangelio. Mariumepiſcopum qui eſt
in Neapoli ſecus Zarbo ſaluto in domo. Intende etiam pudiciſſime Mariæ filiæ meæ, quæ
eſt abunde doctiſſima, & ei quæ in domino eius eccleſiæ quæ facta eſt mihi pro anima mea ex
emplum pijſſimarum mulierum. Sanum te & in omnibus probabilem, pater Chriſti æuo lon-
giore per ipſum vnigenitum ſuum cuſtodiat, ad vtilitatem eccleſiæ. Incolumis in domino ora
pro me vt conſummem. Amen.

## ¶ Ad Epheſios de unitate ex Smyrna. Epiſt. XIIII.

¶ Epheſus ciuitas in Aſia ab Amaſonibus olim condita ſepulchro Iohannis euangeliſtæ dilectiſſimi a-
poſtoli celebris, à qua & Epheſii.

¶ Ignatius, qui & Theophorus, benedictæ magnitudine repletæ dei patis & prædeſtinatæ
ante ſe



Aante ſecula, vt ſit ſemper in ſingulari gloria inconuertibilis & adunata, & electa in paſſione vera
in voluntate dei patris & domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris, eccleſiæ beatitudine dignę, quę
eſt Epheſi in Aſia plurimam in Chriſto Ieſu & immaculato gaudio Salutem.

SVſcepi veſtrum in domino multum deſiderabile nomen quod poſſidetis natu-
ra iuſta ſecundum fidem & dilectionem in Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro, cum ſi-
tis imitatores humanitatis dei vt viuificati in ſanguine Chriſti regeneratiõis, cha
ritatis geminum opus conſummate, audiẽtes me de Syria vinctum pro Chriſto,
ſpe communi confidentem orationibus veſtris, vt merear Romæ beſtijs dimica-
re, vt per martyrium poſſim diſcipulus eius eſſe, qui pro nobis ſeipſum obtulit deo hoſtiam &
oblationem in odorem bonæ ſuauitatis. Quoniam ergo ſuſcepi multitudinem in nomine do Ephe.5.
mini Chriſti in Honeſymo dilecto ſcriptore noſtro, veſtro autem epiſcopo, obſecro eum ſecũ-
dum Ieſum Chriſtum diligere vos, & vos omnes in concordia eius ipſo eſſe. Benedictus enim
deus qui vobis talibus talem epiſcopum donauit habere in Chriſto, pro conſeruo noſtro au-
tem Burro ſecundum deum dyacono veſtro & in omnibus benedicto, deprecor permanere eũ
immaculatum in honore eccleſiæ, & beatiſſimi epiſcopi veſtri. Crocus vero deo dignus, quem 1.Cor.2.
tanquam exemplar dilectionis veſtræ ſuſcepi, in omnibus me refecit, & cathenam meam non
erubuit, cum Honeſiphoro & Burro & Euplo, & Phrontone quibus refrigeret pater domini
noſtri Ieſu Chriſti per quem vos omnes in dilectione habui. Acquiſiui vos in omnibus, ſiqui-
dem dignus fuero, dignum eſt enim omnibus modis vos glorificare Ieſum Chriſtum qui vos
B glorificauit, vt in vna perfectione perfecti ſitis in eodem ſenſu & in eadem ſententia, vt idipſm
dicatis omnes de eo ipſo vt ſubiecti epiſcopo & presbyteris ſecundum omnia ſanctificati. Nõ
præcipio vobis, quaſi aliquis ſim. Et ſi quidem vinctus ſum pro nomine Ieſu Chriſti, tamen nec
dum conſummaui. Nunc enim initium habeo eruditionis, & alloquor vos tanquã conſeruos.
Me autem oportebat à vobis commoneri fide, monitione, patientia, longanimitate, quoniam
dilectio non permittit me tacere de vobis, propterea præueni rogare vos vt concurratis diſpo
ſitioni dei, quia & Ieſus Chriſtus omnia ſecundum diſpoſitionẽ patris agit, ſicut & ipſe in quo-
dam loco dicit: Ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Ergo & nos oportet ſecundum diſpoſiti- Iohan.8.
onem dei viuere in Chriſto, & æmulari ſecundum quod Paulus ait: Imitatores mei eſtote, ſic- 1.Cor.4.
ut & ego Chriſti, vnde & vos decet diſpoſitionem paſtorum ſequi, qui ſecundum deum vos pa
ſcunt. Quod etiam ipſi facitis ſapienter à ſpiritu ſancto inſtructi. Illud ergo digne nominandũ
& deo dignum presbyterium ita coaptatum ſit epiſcopo, quomodo chordæ in cithara colliga-
tæ. Ita & ipſi in concordia & conſona dilectione, cuius dux & cuſtos eſt Ieſus Chriſtus. Et qui
ſunt ſigillatim omnes vnus chorus fiant, vt conſonantes facti in vnitate, coniunctionem do-
mini in ſimilitudinem morum recipientes in vnitate vnum effecti conſenſu, deo patri & dile-
ctiſſimo filio eius Ieſu Chriſto domino noſtro, ſecundum quod ipſe patrem rogans dicit: Da il Iohan.17.
lis pater ſancte vt ſicut ego & tu vnum ſumus, ita & hi in nobis vnum ſint. Vtile eſt enim vos ſi
ne macula in vnitate coniunctos deo imitatores eſſe Chriſti, cuius & mẽbra eſtis. Si ego in par-
C uo tempore talem conſuetudinem habui circa epiſcopum veſtrum quæ non humana ſed ſpiri
tualis fuit, quanto magis vos beatifico qui pendetis ad eum quomodo eccleſia ad dominum Ie-
ſum, & ipſe dominus ad deum patrem ſuum, vt in vnitate omnia ſibi conſonantia ſint. Nemo
oberret. Si quis non fuerit intra altare, fraudabitur pane dei. Si enim vnius aut duorum animo
tantum habet virtutem vt Chriſtus in eis conſiſtat, quãto magis ſacerdotis & ſancti populi ſup
plicatio conſonanter aſcendens ad deum perſuadet præſtare eis omnes petitiones in Chriſto. Matt.18.
Qui ergo à talibus ſeparatur & non conuenerit in congregatione ſacrificiorum eccleſiam pri-
mogenitorum deſcriptorum in cœlo, lupus eſt in grege ouium, manſuetam demonſtrans figu
ram. Feſtinate ergo dilectiſſimi ſubditi eſſe epiſcopo & presbyteris & dyaconis. Qui enim iſtis
ſubditus fuerit, Chriſto obedit qui eis hoc conceſſit. Qui vero eis non conſenſerit, Ieſu Chriſto
non conſentit. Qui autem filio non conſenſerit, non videbit vitam, ſed ira dei manebit ſuper Iaco.4.
eum. Huiuſmodi ergo temerarius, & horribilis & ſuperbus, qui non eſt ſubditus potioribus. Pſal.118.
Superbis enim (inquit) deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Et iterũ, ſuperbi iniquæ geſ- Lucæ.10.
ſerũt vſquequaq;. Dicit etiam dominus ſacerdotibus. Qui enim vos audit, me audit, & qui me
audierit audiet illum qui me miſit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, ſpernit eum
qui me miſit. Quando enim videtis tacere epiſcopum plus eum timete. Omnem itaq; quẽ mit-
tit paterfamilias pro ſua diſpenſatione ſic nos oportet ſuſcipere quẽadmodum ipſum qui mit-
tit. Ergo epiſcopum manifeſte ſicut ipſum dominum oportet contemplari, domino aſſiſtentẽ,
proſpectorem enim verum & acutum in operibus ſuis regibus oportet aſſiſtere, & non aſſiſte-

re,& hominibus infirmis. Ipſe enim Honeſimus laudat veſtram diſpenſationem, quia omnes
ſecundum deum viuitis,& quia nulla hæreſis inter vos habitat. Sed nec obeditis alicui,niſi Ieſu D
Ephesio. 4 Chriſto vero paſtori ac doctori,& eſtis quemadmodum Paulus vobis ſcripſit vnum corpus&
vnus ſpiritus,quoniam in vna ſpe fidei concluſi eſtis,vnus enim dominus,vna fides, vnum ba
ptiſma,vnus deus & pater omnium,qui ſuper omnes & per omnia,& in omnibus. Vos ergo e-
ſtote tales,qui à tali eruditi eſtis. Hoc eſt à Paulo Chriſtifero & Timotheo. Quidam autem fal
laces conſueuerunt dolo maligno nomen Chriſti circumportare. Sed aliquanta indigna deo
Prouer. 16. agentes,& contra doctrinam Chriſti ſapientes,ad interitum ſuũ ſibimetipſis conſentiunt,quos
Iſaiæ 56. oportet vos tanquam beſtias declinare. Iuſtus inquit declinans euadet interitum,extraneus et-
enim atq; alienus erit ab impiorum perditione. Sunt igitur canes muti non valentes latrare,ra
bidi occulte,quos obſeruare oportet inſanabilem languorem habẽtes. Medicus autem noſter
Iohan. 1. eſt ſolus verus deus ingenitus,& inuiſibilis dominus omnium vnigeniti pater & genitor. Ha-
bemus autem medicum etiam dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ante ſecula filium vnige-
nitum& in principio verbum,poſtea vero & hominem ex Maria virgine. Verbum enim(inqt)
caro factum eſt,incorporalis in corpore,impaſſibilis in corpore paſſibili,immortalis in corpo
re mortali. Vita in corruptione,vt de corruptione& morte liberet animas noſtras & ſanet eas,
infuſas morbo impietatis & iniquis deſiderijs. Nullus ergo veſtrum ſeducatur,quod & de vo-
bis confido,homines etenim eſtis. Quando etenim nihil in vobis fuerit quod vos potuerit co-
inquinare & tormentum ſuperinducere,ſecundum deũ viuetis,& erit Chriſti ſubiectio veſtra,
& eccleſiæ Epheſiorum quæ eſt auxiliatrix,& multum amabilis. Carnales enim ſpiritu alia nõ E
poſſunt agere,neq; ſpirituales carnalia,ſicut nec fides ea quæ ſunt infidelitatis , neq; infidelitas
ea quæ ſunt fidei. Vos ergo repleti ſpiritu ſancto,nihil carnale,ſed oĩa ſpiritualia agite,vnuſ-
1. Timo 4 quiſq; veſtrum perfectus ſit in Chriſto Ieſu,qui eſt ſaluator omnium hominum,maxime fide-
lium. Agnoui enim aliquos ex vobis à via veritatis diſcedentes,malam doctrinam habere alie-
ni & nequiſſimi ſpiritus. Quibus non tribuiſtis ſecus viam ſeminare zizania,obturantes aures
ad non ſuſcipiendum errorẽ,qui ab ipſis eſt prædicatus,ſcientes quia huiuſmodi ſpiritus eſt er
roris,non ea quæ ſunt Chriſti,ſed ſua loquens,falſiloquus etenim eſt. Sanctus autem ſpiritus
Iohan. 14. non ſua propria loquitur,ſed ea quæ ſunt Chriſti. Neq; Chriſtus ſua nunciat. Sermo(inqt)quẽ
Iohan. 16. audiſtis non eſt meus,ſed eius qui me miſit,de ſpiritu ſancto dicit. Non enim loquetur à ſe,ſed
Iohan. 17 Iohan. 16. quæcunq; audierit à me:de ſe autem patri,Ego te glorificaui ſuper terram, opus perfeci quod
dediſti mihi vt facerem,manifeſtaui nomen tuum hominibus:de ſpiritu ſancto ait:Ille me glo
rificabit ſuper terram,quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Ergo vterq; eorũ ipſum glo-
rificat,à quo & accepit quod faceret & ipſum prædicat atq; eius verba pronunciat. Erroris aũt
ſpiritus ſeipſum prædicat,ſua ,pphetia dicens,ſibi placens etenim eſt,& ſeipſum glorificat,acer-
bus nanq; eſt plenus exiſtens falſiloquio, ſeductor,lubricus,ſuperbus,arrogans,verboſus , diſ-
ſonus,immenſuratus,nigriformis,tumidus,de cuius operatiõibus liberauit nos IeſusChriſtus, F
fundans nos ſuper petram tanquam lapides electos(qui apti ſunt ad ædificium dei patris ele-
Pſalm. 118. uati in altum à Chriſto qui pro nobis crucifixus eſt)confortatos ſpiritu ſancto in fide intro-
Iohan. 14. ductos,in ſpe & dilectione eleuatos à terra in cœlum ambulantes immaculate. Beati enim (in-
quit)immaculati in via,q̃ ambulant in lege domini. Via enim ſine errore eſt Ieſus Chriſtus ſic-
ut ipſe ait:Ego ſum via veritas & vita. Deducit autem hæc via ad patrem. Nemo enim(inquit)
veniet ad patrem,niſi per me. Beati ergo eſtis vos deiferi Chriſtiferi,ſpiritiferi,ſanctiferi,tẽpli-
1. Petri. 2 feri,in omnibus ornati in mandatis Ieſu Chriſti regnũ ſacerdotale,gens ſancta,populus in acq
ſitionem. In quibus exultans,dignus effectus ſum per quos ſcribo,alloq̃ ſanctos qui ſunt Ephe
ſi,fideles in Chriſto Ieſu. Gaudeo enim in vobis quia vanitati non intenditis,neq; ea quæ ſecũ-
dum carnẽ ſunt diligitis,ſed ea quæ ſecundũ deũ ſunt. Sed pro alijs hominibus orate indeſinen
Pſalm. 40. ter. Eſt enim in illis ſpes,vt deũ mereãtur adipiſci. Nũqd q cadit(inqt)nõ adijciet vt reſurgat,
Hiere. 8. Hier. 15. aut q auertitur non cõuertetur? Cõuertimini ergo ad doctrinã,eſtote miniſtri dei,& os Chri-
Matth. 5 Numer. 12. ſti. Dicit enim deus:Si abduxeritis pretioſum ab indigno,os meũ eritis. Eſtote ergo ad iracun-
1. Regu 24. dias eorũ humiles,renunciate blaſphemijs eorum,vos vero orationi inſtate,illis errãtibus,vos
2. Timo. 2. Pſalm. 7. ſtabiles eſtote radicati in fide,vincite eorum ferocem conſuetudinem per veſtram manſuetu-
dinem , & iracundiam per lenitatem. Beati enim(inquit) mites,nam & Moyſes manſuetus
ſupra omnes fuit, & Dauid mitis valde,propter quod Paulus monet dicens: Seruum autem
domini non oportet litigare,ſed mitem eſſe ad omnes,docibilem,patientem cum omni mode-
ſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati. Nolite feſtinare, vlciſci volentes vos. Si reddidi
retri



retribuentibus mihi mala,fratres eos faciamus,per manſuetudinem,dicite itaq; his qui oderũt
A vos fratres noſtri eſtis,vt nomen domini glorificetur. Imitemur ſcilicet dominum cui cum ma
lediceretur non maledicebat,cum pateretur non comminabatur,cum crucifigeretur non con-
tradicebat,ſed pro inimicis ſuis orabat dicens:Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. 1. Petri 2
Cui plus nocetur ampliora ſuſtineat. Beatus qui abiectus & reprobatus fuerit propter nomen Lucæ. 14.
domini,ipſe etenim verus eſt Chriſti,videte ne herba diaboli inueniatur in vobis,amara etẽi Matth. 5
eſt & ſalſa. Ergo ſobrij eſtote & caſti in Chriſto Ieſu, iam enim nouiſſima tempora ſunt. Reue 1. Iohan. 2
reamur & timeamus longanimitatem dei & non ſimus diuitiarum aut vtilitatum rerum appe
titores,futuram iracundiam plus timeamus,quam præſentem gratiam diligamus,pręſens eñi
gratia eſt vt inueniamur in Chriſto Ieſu,& in veritate viuamus. Extra hoc autem,nec reſpirare
oportet aliquando. Hæc eſt enim ſpes mea,hæc exultatio,hæc deniq; indeficientes diuitiæ. In
quo & vincula mea à Syria Romam vſq; ſuffero ſpirituales margaritas,in quibus mihi contin
gat conſummari orationibus veſtris,participem paſſionum Chriſti communem & mortis e-
ius fieri & à mortuis reſurrectionis & vitæ æternæ,quam mihi contingat percipere vt in ſorte
Epheſiorum Chriſtianorum inueniar. Qui & cum apoſtolis ſemper conuerſati ſunt in virtute
Ieſu Chriſti,Paulo,Iohanne & Timotheo fideliſſimo. Scio qui ſunt & quibus ſcribo. ego itaq;
minimus ſum,& ſupplex ſub periculis & iudicijs & longe conſtitutus,vos vero conſecuti eſtis
miſericordiam firmi in Chriſto. Traditus ſum autem propter deum generi interfectorũ à ſan
B guine Abel iuſti ad ſanguinem Ignatij minimi. Pauli enim ſancti eſtis comminiſtri,& teſtimo Actor. 9.
nium conſummatis eius qui eſt vas electionis. Sub veſtigia eius merear inueniri & cæterorum
ſanctorum,quando Ieſum Chriſtum meruero adipiſci,qui ſemper in ſuis orationibus memor
ſit veſtri. Feſtinate ergo frequenter accedere ad euchariſtiam & gloriam dei. Quãdo enim aſſi- Euchariſtię frequẽtatio
due hoc ipſum agitur,expelluntur poteſtates ſathanæ qui actus ſuos conuertit in ſagittas igni
tas ad peccatum. Veſtra autem concordia & conſonans fides,ipſius eſt interitus & conſentane
is eius tormentum. Nihil enim melius eſt quam pacem habere,in qua omne telum euacuatur
aeriorum & terreſtrium ſpirituum. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,
ſed aduerſus principatus & poteſtates,aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus Epheſio. 4 Epheſio. 6
ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Ergo nolite vos vulnerare in aliqua contagione diaboli,ſic-
uti & Paulus dicit habentes in Chriſtum ſpem & dilectiõem,quæ eſt principium vitæ & finis.
Principium quidem vitæ eſt fides,finis vero eius eſt dilectio. Ambæ vero ſimul iunctæ in vni-
tate factæ hominem dei perficiunt. Sed & reliqua omnia quæ in beniuolentia ſequuntur con-
ſummant. Nemo enim fidem annuncians debet peccare,neq; dilectionem poſſidens debet fra Deutero. 6 Matth. 23
trem ſuum odire. Qui enim dixit:Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo,ipſe iterum
ait,& proximum tuum ſicut teipſum. Qui enim annunciant eſſe Chriſtum,non ex ijs quæ di-
C cunt tantummodo,ſed ex ijs quæ agunt agnoſcuntur. Ex fructu enim arbor cognoſcitur. Me-
lius eſt eum igitur tacere & eſſe,quam dicere & non eſſe,quia non in verbo eſt regnum dei, ſed
in virtute. Corde enim creditur ad iuſtitiam,oris autem confeſſio fit ad ſalutem,bonũ eſt igi- Matth. 12 Roma. 10
tur docere,ſed ſi fecerit ea quæ dixerit. Qui docuerit & fecerit,hic magnus vocabitur in regno Matth. 5. Actor. 1.
cœlorum. Dominus autem noſter & deus Ieſus Chriſtus qui eſt filius dei viui,primo videlicet 1. Corin. 2.
fecit & ſic docuit ſicut teſtatur Lucas,cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Nihil eñi
latet dominum,ſed etiam occulta noſtra coram ipſo ſunt. Omnia ergo faciamus tanquam ipſo
in nobis habitante,vt ſimus eius templa & ipſe habitet in nobis. Dominus itaq; Chriſtus in no
bis loquatur,ſicut & in Paulo,ſpiritusſanctus nos doceat,quæ ſunt Chriſti reſpondere. Adiun-
cti illi nolite errare fratres mei,& ne ſitis maſculorum concubitores,quia huiuſmodi regnum 1. Corin. 6
dei non poſſidebunt. Qui enim habitacula corrumpunt,morti condemnabuntur. Quomodo
non magis qui Chriſti doctrinam diſrumpere conantur,ſempiternam damnationem percipi
ent,propter crucem & mortem quam ſuſtinuit dominus Ieſus vnigenitus dei filius? Cuius do
ctrinam quicunq; deprauauerit,abiectus & pollutus in gehennam proijcietur. Similiter autem 2. Corin. 6.
& omnis homo qui ſpreuerit quod à deo accepit condemnabitur. Qui imperitum paſtorem ſe
cutus fuerit & falſam gloriam tanquam veram ſuſceperit particeps Chriſti eſſe non poterit.
Quæ enim ſocietas luci cum tenebris? aut Chriſto cum Belial? aut quæ pars fideli cum infide-
li? Aut templo dei cum idolis? Dico autem & ego,quæ communicatio veritati ad mẽdacium?
aut quæ ſocietas iuſtitiæ cum iniuſtitia? aut veræ gloriæ cum falſa gloria? propterea vnguen- Pſalm. 132. Cantic. 1.
tum accepit deus in capite ait in eccleſia vt fragret in incorruptione,vnguentum enim exinani
tum nomẽ tuũ,ppterea adoleſcentulæ dilexerunt te,attraxerunt te naribus,poſt te in odorẽ vn
guẽtorũ tuorũ curremus,ne vnguatur qs fœtore huius ſeculi ſancta dei eccleſia nõ captiuet ab

aſtutia illius,ſicut mulier primo Aeua.Quapropter cũ ſimus rationabiles non efficiamur ſtul= D
ti.Quare plantationem quam à deo per Chriſtum accepimus,non cuſtodimus,ſed in iudiciũ
per ignorantiam incidimus,ignorantes gratiam quam accepimus & neſcientes perimus,quia
Chriſti crux infidelibus quidem ſcandalum,fidelibus autem ſalus,& vita æterna. Vbi ſapiens,
1.Cor 1. vbi ſcriba,vbi conquiſitor,vbi exultatio dictorum.Filius autem dei qui ante ſecula natus eſt,&
Iſaiæ.7. omnia diſpoſitione patris conſtituit,ipſe in vtero portatus eſt à Maria ſecundum dei diſpoſiti
onem ex ſemine Dauid & ſpiritu ſancto.Ecce enim inquit virgo in vtero concipiet & pariet fi=
lium,& vocabitur nomen eius Emmanuel.Ipſe enim baptiſatus eſt à Iohanne,vt fidelem face=
ret ordinationem,quæ tradita eſt prophetis à deo,& latuit principẽ huius ſeculi virginitas Ma
riæ,& partus eius ſimiliter & mors domini. Tria myſteria clamaui, in ſilentio dei enim o=
pera nobis manifeſtata ſunt.Stella in cœlo fulſit ſuper omnes,quæ ante ipſam erant. Et lux e=
ius ineſtimabilis &noua atq; peregrina apparuit videntibus eam.Cætera vero ſydera ſimul cũ
ſole & luna,coruſca facta ſunt illi ſtellæ,illa vero ſuperabat omnes ſplendore ſuo,& facta eſt p=
turbatio,vnde fuiſſet illa nouitas quæ apparuerat?Hinc hebetata eſt ſapientia huiuſmundi,ini
quitas & malitia exterminabantur,maleficia adnullabantur,magica deridebantur,tenebræ &
ignorantiæ diſſipabantur,& tyranni principatus abolebantur,deo & homine apparente,& ho
mine ſicut deo operante.Sed neq; primo gloria,neq; ſecundo puritas,ſed illa veritas & conuer
ſatio,principatum accepit à deo,perfecta omnia in illo conſtabãt,propter quod meditatus eſt
mortis ſolutionem.State ergo fratres firmi in fide Ieſu Chriſti & in dilectione eius atq; reſur=
rectione omnes,in omnibus enim his gratia.In eius nomine congregamini,communiter in v=
na fide dei patris & Chriſti filij eius vnigeniti & primogeniti totius creationis ſecundum car=
Rom.1. nem quidem ex genere Dauid,Eruditi à paracleto,obedientes epiſcopo & presbyterio impræ= E
uaricabili ſenſu frangentes panem qui eſt medicamentum immortalitatis,antidotum,non mo
riendi ſed viuendi per Ieſum Chtiſtum in deo catharticum expellens malum,ſit in vobis. Pro
animabus veſtris ego efficiar,& eius quem miſiſtis in honorem domini ad Smyrnam, vnde &
ſcribo vobis,gratias agens domino,diligens Polycarpum quomodo & vos. Memores eſtote
mei,ſicut & veſtri Ieſus Chriſtus,qui eſt benedictus in ſecula. Orate pro eccleſia Antiochenſiũ,
quæ in Syria eſt,vnde & vinctus ducor Romam,qui ſum vltimus illorum fidelium, vnde ſum
vltimus ego dignusq; effectus in honorem dei has ſufferre catenas.Incolumes eſtote in deo pa
tre & domino Ieſu Chriſto,communi ſpe in ſpiritu ſancto.Amen.

## ¶ Ad Romanos de Smyrna per Epheſios. Epiſt. XV.

¶ Roma(à qua & Romani)notior eſt quam vt hiſtoriæ lucem requirat. Italicarum vrbium præclariſſima,
olim iam orbis caput,& vrbs per excellentiam dicta. Et hęc pro communi argumento abunde dicta putentur.

¶ Ignatius,qui & Theophorus,miſericordiam conſecutæ in magnitudine dei altiſſimi, pa=
tris Ieſu Chriſti vnigeniti eius filij eccleſiæ ſanctificatę & illuminatæ in voluntate dei(qui fecit F
omnia quæ ſunt ſecundum fidem & dilectionem Ieſu Chriſti dei & ſaluatoris noſtri)quæ & p=
ſidet in loco regionis Romanorum deo dignæ,eminentia dignæ, beatitudine dignæ, laude di=
gnæ,fide dignæ,fundatæ in dilectione & fide Chriſti paternum nomẽ habenti,ſpiritiferæ,quã
& ſaluto in nomine domini omnipotentis,& Ieſu Chriſti filij eius qui eſt ſecundum carnem
& ſpiritum,adunatis in mandatis eius repletis gratia dei inſeparabiliter,& ablutis ab omni ali=
eno colore atq; immaculatis plurimam in deo patre & domino Ieſu Chriſto Salutem.

Epiſtola multa pietate referta, quã veraciter Chriſtianus,ſine lachrymis nõ leget.

DEprecans deum obtinui vt videre merear dignos vultus veſtros, ſicut plurimũ
optabam promereri,vinctus enim in Chriſto Ieſu ſpero vos ſalutare, ſiquidem
fuerit voluntas illius qui dignum me faciat vſq; in finem propoſitum meum cõ
ſummare.Illa vero principia bonæ conuerſationis ſunt, ſi quidem per gratiam
meruero ſortem meam vſq; in finem ſine impedimento percipere. Timeo enim
dilectionem veſtram,ne ipſa me lædat,vobis enim facile eſt quod vultis facere,
mihi autem difficile deum promereri,tamen potero ſi vos peperceritis mihi occaſione amici=
tiæ carnalis,Nolo igitur vos homini placere,ſed deo,ſicuti & complacuiſtis. Nec enim ego ha
bui aliquando tale tempus vt deum promeruiſſem. Ergo ſi & vos tacueritis de me,ego efficior
dei.Si enim dilexeritis carnem meam,iterum forſitan abſoluar. Multũ enim mihi præſtatis,ſi
me offeratis deo,cum iam altare paratum eſt,vt in dilectione chorus effecti cantetis deo patri
in Chriſto Ieſu(Quoniam epiſcopocum Syriæ dignum fecit deus inueniri in occidente,abori
ente præmittens ſuam paſſionem,martyrem bonum,proficiſcentem de mundo ad deum) vt
in ipſo oriar,Nunq̃ læſiſtis aliquẽ,alios docuiſtis. Ego autem rogo vt ſecũdum illa firma quæ
docti



docti eſtis ex omni virtute optetis mihi,vt non ſolum dicar, ſed etiam inueniar Chriſtianus.
A Si autem inuentus fuero,& dici poſſum, & tunc eſſe fidelis, quando mundo non comparue= 2.Cor.4.
ro,nihil enim de ijs quæ videntur æternum eſt.Quæ enim videntur (iuquit) temporalia ſunt
quæ autem non videntur æterna ſunt,non ſolum in opere,ſed etiam in magnitudine. Chriſtia
nitas enim eſt quæ oditur à mundo,amatur à Chriſto,quia non eſt ab hominibus,ſed à deo. Si
enim eſſetis(inquit)de mundo,mundus quod ſuum erat diligeret. Nunc autem quia non eſtis Iohan. 15.
de mundo,propterea odit vos mundus,ſed ego elegi vos,manete in me. Ego ſcribo omnibus
eccleſiis & omnibus mando,quia voluntarie pro deo morior,ſi vos non præpedieritis. Rogo
itaq; vos vt non fruſtra ſit in me dilectio veſtra. Sinite me vt beſtiarum eſca ſim,per quam poſ=
ſum deum promereri. Triticum enim dei ſum,dentibus beſtiarum molar,vt poſſim panis dei Sanctiſſimi
mũdus inueniri. Magis autem blandiamini beſtijs,vt mihi ſepulchrũ ſint,& nihil de meo cor= patris feruor ad mar
pore relinquant,vt non obdormiens grauis alicui inueniar. Non ſicut Petrus & Paulus præci= tyrium.
pio vobis,illi enim apoſtoli ſunt Ieſu Chriſti,ego autem minimus,illi vero liberi ſunt ſerui dei,
ego autem vſq; nunc ſeruus,ſed ſi paſſus fuero,libertus ero Ieſu Chriſti,& reſurgam in eo liber.
Nunc diſco vinctus nihil mundi concupiſcere,aut aliquod vanum à Syria Romam vſq; cũ be=
ſtijs depugno per terram & mare,die ac nocte vinctus cum decem leopardis(hoc eſt,cum mili
tari cuſtodia)qui ex beneficijs peiores fiunt,in iniuſtitijs autem eorum magis edoceor,ſed nec
B in hoc quidem iuſtificor,vtinam fruar beſtijs quæ mihi paratæ ſunt,quas & opto mihi veloces
eſſe ad meum interitum,& allici,vt celerius me comedant,ne ſicut in alijs territæ ſint, & non e=
os tetigerunt. Et ſi ipſæ noluerint,ego ipſis vim ingeram ego vrgebo. Ignoſcite mihi, ego ſcio
quid mihi expediat. Nunc incipio eſſe diſcipulus,nulli æmulor viſibilium & inuiſibilium,vt Ie
ſum Chriſtum merear adipiſci. Ignis, crux,beſtiarumq; cõſtantia abſciſio,ſeparatio,cõfractio,
diſſipatioq; membrorum,interitus totius corporis,& flagella diaboli omnia in me veniant,vt
Ieſum Chriſtum merear adipiſci. Nihil me iuuat quæ ſunt mundi huius,neq; regnum tempo=
rale,bonum eſt mihi mori in Chriſto Ieſu,quam regnare in finibus terræ. Quid enim prodeſt
homini ſi vniuerſum mundum lucretur,animam vero ſuam perdat?dominum nanq; deſidero
filium veri dei,& patrem Ieſu Chriſti,ipſum vtiq; quæro,& illum qui pro nobis mortuus eſt
& reſurrexit. Ignoſcite mihi fratres ne mihi impedimẽta opponatis ad vitam, Ieſus eſt enim vi=
ta fidelium vt ne velitis me mori,quia vita mors eſt ſine Chriſto. Dei volens eſſe,mundo non
placeam. Sinite me puram lucem percipere,illuc perueniens homo dei ero. Concedite mihi vt
ſim imitator paſſionum dei mei. Qui enim vult in ſeipſo habere,intelligat quod volo & com= Matt.16.
patiatur mihi ſciens quid ſit in me. Princeps enĩ mundi huius diripere me vult,& in iudicio dei
mei dirumpere. Nemo ergo de præſentibus vobis auxilietur ei, magis autem mei adiutores e=
ſtote,hoc eſt dei. Nolite dicere Ieſum Chriſtum mundum honorantes. Facinus in vobis non
habitet,neq; ſi vos pręſens rogauero conſentiatis mihi,his autem conſentite quę ſcribo vobis.
Viuus enim vobis ſcribo deſiderans mori pro Chriſto. Meus enim amor crucifixus eſt,& non D.Dionyſius id ex
C eſt in me,aqua autem alia viua manet in me intrinſecus mihi dicens,veni ad patrem non come Ignatio 4o ca.di.no.
dam eſcam corruptionis,neq; voluptates huius mundi deſidero,panem dei volo,panem cœle
ſtem,panem vitæ qui eſt caro Ieſu Chriſti filij dei viui(qui natus eſt in nouiſſimo ex ſemine Da Gala.2.
uid & Abrahæ)& potum volo ſanguinem eius,qui eſt dilectio incorruptibilis,& vita æterna.
Iam nolo ſecundum homines viuere,hoc autem erit ſi vos volueritis Chriſto crucifigor, quia
Iam ego nõ viuo viuit vero in me Chriſtus. Per modica ſcripta rogo vos,ne mihi obſeruetis.
Credite mihi quia Ieſum diligo,quoniam & ipſe dilexit me,& ſeipſum tradidit pro me. Quid Pſal.115.
retribuam ei,pro omnibus quæ retribuit mihi?Ipſe autẽ deus & pater domini noſtri Ieſu Chri=
ſti,& ipſe dominus Ieſus Chriſtus,manifeſtauit nobis hæc omnia,quia verũ dico & vos ſimul
eum deprecamini mecum vt laborem conſequar in ſpiritu ſancto. Non ſecundum carnem vo=
bis ſcripſi,ſed ſecundum diſpoſitionem dei. Si autem paſſus fuero,dilexiſtis me. Sed ſi reproba=
tus fuero,odio me habuiſtis. Mementote in orationibus veſtris illius qui pro me recturus eſt
eccleſiam,quæ eſt in Syria. Credite domino dicenti:Ego ſum paſtor bonus, qui viſitauit eam, Iohan.10.
& ſit veſtra in eo dilectio. Ego autem & erubeſco,ex ipſis dici. Non enim ſum dignus eſſe vlti=
mus aut purgamẽtũ ſed miſerabilis ſum nũc,donec deũ merear adipiſci. Salutat vos ſpũs me=
us,& dilectio eccleſiarũ,quæ me ſuſceperũt ſicut nomẽ Chriſti,Habẽtes enĩ me nõ q̃ſi tranſeun=
tẽ viã meã aſpiciebãt,& p ciuitatẽ me deducebãt. Hæc igit ſcribo vobis de Smyrna, p Epheſios
beatitudĩe dignos. Eſt aũt mecũ ſimul cũ alijs Croc⁹ deſiderabile mihi nomẽ ex ijs q aduenerũt
de Syria ad Romã in glĩa dei. Credo vos agnoſcere quę mihi mãdaſtis adhuc,pxime cõſtituto.

Omnes enim digni ſunt deo,& apud vos me oportet requieſcere. Scripſi vobis hæc nono kalẽ-
das Septembris, incolumes eſtote vſq; in finem in patientia Ieſu Chriſti. Amen. D

Epiſtolarum diuini Ignatij Martyris.

FINIS.

## POLYCARPI MARTYRIS SMYRNEORVM EPISCOPI DISCIPVLI Iohannis euangeliſtæ ad Philippenſes, Epiſtola.

¶ Polycarpus & qui cum eo ſunt presbyteri eccleſiæ dei quæ eſt Philippenſis, miſericor-
dia vobis & pax à deo omnipotente,& Ieſu Chriſto ſaluatore noſtro abundet.

COngratulatus ſum vobis magnifice in domino noſtro Ieſu Chriſto, ſuſcipi-
ens imitabilia verba dilectionis,quam oſtendiſti in illis(qui pręmiſſi ſunt)vi-
ris ſanctis decoris vinculis connexis,quæ ſunt coronæ electæ deo, illius veri
regni,per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & quia firmitas fidei veſtræ
à principio vſq; nũc ꝑmanet,& fctificat in dño Ieſu Chr̃o,q ſuſtinuit ꝓ pctis
1.Petr.1. nr̃is vſq; ad mortẽ quẽ reſuſcitauit de⁹,diſſoluẽs dolores inferni,quẽ cũ nõ vi-
deritis, [illegible] diligitis in quem nunc non aſpicientes,creditis. Credentes autem,gaudebitis,gau-
dio inenarrabili,& glorificato(in quo multi deſiderant introire)ſcientes quia gratia facti eſtis,
non ex operibus,ſed in voluntate dei per Ieſum Chriſtum. Propter quod ſuccincti lumbos ve-
ſtros,ſeruite domino cũ timore & in veritate. Dimiſſo inani vaniloquio & multo errore. Cre-
dite ergo in illum qui reſuſcitauit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex mortuis,& dedit glo-
riam & ſedem in dextera ſua. Huic ſubiecta ſunt om̃ia,cœleſtia & terreſtria,& ſubterranea,cui E
omnis ſpiritus ſeruit,qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos. Huius ſanguinem requiret de-
us ab eis qui non crediderunt in eum,qui & reſuſcitauit eum à mortuis,qui & nos reſuſcitatu-
rus eſt in vitam ſi fecerimus voluntatem eius,& ambulauerimus in mandatis ipſius & dilexeri-
mus quæ & ipſe dilexit,auocantes nos ab omni iniuſtitia,hoc eſt à concupiſcentia,ab auaritia,
à detractione,à falſo teſtimonio,non reddẽtes malum pro malo,aut iniuriam pro iniuria,aut
contumeliam pro contumelia,aut maledictum pro maledicto. Mem̃etote quod dominus do-
Iohan.6 cens dixit:Nolite iudicare ne iudicemini,dimittite & dimittetur vobis,miſeremini,& dominus
Matth.5. miſerebitur veſtri,qua enim menſura menſi fueritis,remetietur eadẽ & vobis. Mementote &
illius quod dictum eſt:Beati pauperes ſpiritu,& qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã,
quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Hæc autem fratres mei non à meipſo imperans, ſcri-
bo vobis de iuſtitia,ſed quoniam vos prouocaſtis. Propterea quia neq; ego neque ſimilis alius
mei,poterit ſequi ſapientiam beati & glorioſi Pauli qui fuit apud vos,& viſus eſt ſecundũ faci-
em illis qui tunc erant hominibus,qui docuit certiſſime atq; firmiſſime verbum veritatis,qui
& abſens ſcripſit vobis epiſtolas ad quas deflectimini vt poſſitis ædificari in fide quæ data eſt
vobis,quæ eſt mater omnium noſtrum ſubſequente ſpe,præcedente dilectione, quæ eſt in deo
& in Chriſto,& in proximo. Si enim quis horum intrinſecus repletus fuerit mandatis iuſtitiæ, F
1.Timo.6. & habuerit dilectionem longe eſt ab omni peccato, principium omnium malorum eſt auari-
tia. Scitote autem quia nihil intulimus in hunc mundum neq; auferre poſſumus. Armemur ar-
mis iuſtitiæ,& doceamus noſmetipſos primum ambulare in mandatis domini & poſt hæc mu-
lieres veſtras,in fide quæ data eſt eis & dilectione & caſtitate,amantes ſuos viros in omni veri-
tate & charitate,diligentes omnes æqualiter in omni continentia,& filios erudite in omni di-
Galath.6 ſciplina,& timore dei,viduæ vero pudice circa fidem dei interpellent inceſſanter pro om̃ibus,
elongantes ſe ab omnibus diabolicis detractionibus,& falſo teſtimonio & ab omni malo, co-
gnoſcentes ſeipſas,quia ſunt ſacrarium dei,quoniam omnia deus proſpicit & nihil eum latet,
neq; cogitatio neq; conſcientia neq; aliquid abditum cordis. Scientes autem quia deus non ir-
ridetur,debemus digne in mãdatis eius & gloria ambulare. Similiter dyaconi inculpabiles ſint
in conſpectu iuſtitiæ eius,ſicut dei & Chriſti miniſtri,& non hominum,non criminatores, ne-
q; detractores,neq; auari,ſed omnia tolerantes,in omnibus miſericordes, diligentes in omni-
bus,ambulantes in veritate domini,qui factus eſt miniſter omnium. Huic ſi placemus in hoc
ſeculo percipiemus ea quæ futura ſunt ſecundum quod repromiſit reſuſcitare nos à mortuis.
1.Cor.6. Et ſi digne in eo conuerſati fuerimus,& ſi crediderimus,conregnabimus cum eo. Iuuenes ſimi-
liter inculpabiles ſint in oĩbus,omnẽ ignorãtiã ꝓuidẽtes,refrenantes ſe ab oĩ malo. Bonũ ẽ em̃
abſcindi ab oĩbus cõcupiſcẽtijs,quoniã oĩs concupiſcentia aduerſus ſpiritũ militat,qa neq; for-
nicarij,neq; molles,neq; maſculorũ cõcubitores regnũ dei poſſidebũt,neq; illicita facientes,ꝓ-
pter qđ abſtineri oportet ab oĩbus his. Subiecti eſtote ꝓſbyteris & dyaconis ſicut deo & Chr̃o,
virgines



virgines caſta conſcientia ambulate. Presbyteri ſimplices ſint,in omnibus miſericordes, om̃es
A ab errore conuertentes,omnes infirmos viſitantes,viduas,pupillos & pauperes non negligen-
tes,ſed ſemper prouidentes bona coram deo & hominibus. Abſtinete vos ab omni iracundia Roman.12.
& iudicio iniuſto. Longe ab omni auaritia eſtote,non cito conſentiatis aduerſus aliquẽ,ne prę- Matth.6
uaricemur in iudicio ſcientes quia debitores ſumus peccati. Si ergo deprecamur dñm vt nobis
dimittat,debemus etiam nos dimittere. Ante conſpectum oculoꝝ domini ſumus,& oẽs opor- 2.Corin.5.
tet nos aſtare ante tribunal Chriſti,& vnumquẽq; pro ſe rationem reddere. Seruiamus ergo ei
cum timore & reuerentia,ſecundum quod euangelizauerunt nobis apoſtoli domini,& prophe-
tæ annunciauerunt aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti zelantes bona,abſtinete ab ſcandalis
& falſis fratribus,qui inuanum portant nomen domini,qui oberrare faciũt inanes homines.
Omnis enim qui non confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe,hic antichriſtus eſt. Et q nõ 1.Iohan 4.
confitetur myſterium,crucis ex diabolo eſt. Et qui deuiauerit eloquia domini ad propria deſi-
deria,& dixerit neq; reſurrectionem neq; iudicium eſſe,hic primogenitus ſathanæ eſt, propter
qđ relinquẽtes vanitates multoꝝ & falſas doctrinas,ad illud qđ traditũ ẽ nobis à principio ver-
bũ reuertamur. Sobrij ſimus,in orationibus ieiunia tolerantes,& ſupplicatiõibus petentes oĩm Matthæ.6.
ꝓſperatorẽ dñm ne nos inducat in tẽtationẽ ſcđm qđ dicit dñs:ſpũs qdẽ prompt⁹ ẽ,caro aũt in- Matth.26.
firma. Indeficient aũt toleremus,ꝓpter ſpem noſtrã & pignus iuſtitiæ qđ ẽ Chr̃s,q ſuſtulit pec- 1.Petri.2
cata nr̃a in corpore ſup lignũ,q peccatũ nõ fecit,nec inuẽtus ẽ dol⁹ in ore ei⁹,ſed ꝓpter nos oĩa
B ſuſtinuit,vt viuamus in ipſo. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ eius,& ſi paſſi fuerimus pro
noĩe eius glorificemus eũ,hoc em̃ nobis iudiciũ poſuit de ſeipſo,& nos hoc credimus. Rogo
ergo igit oẽs vos inſiſtere verbo iuſtitiæ,& patiẽtiæ,quã oculata fide vidiſtis,nõ ſolũ in beatiſſi- Huius loci meminit
mis illis Ignatio ſcilicet & Zozymo & Rufo,ſed in alijs q ex vobis ſunt,& in Paulo,& in cæte- Euſebius & verit
ris apl̃is,cõfidẽtes qa hi oẽs q nõ in vacuũ cucurrerũt,ſed in fide & iuſtitia,& ad debitũ ſibi lo-
cũ cũ dño,cui & cõpaſſi ſunt,abierũt,qa nõ hoc ſeculũ dilexerũt,ſed eũ q ꝓ ipſis & ꝓ nobis mor-
tuus ẽ,& à deo reſuſcitatus. In his ergo ſtate,& dñi exẽplar ſeqmini,firmi in fide & immutabi-
les,fraternitatis amatores,diligentes inuicẽ in veritate ſociati,manſuetudinẽ dñi alterutri præ-
ſtantes,nullum deſpicientes. Cum poteſtis benefacere nolite differre, quia eleemoſyna de
morte liberat. Om̃es vobis inuicẽ ſubiecti eſtote,cõuerſationẽ veſtrã cõſiderãtes irrepħẽſibilẽ Tobiæ.12.
in gẽtibus vt ex bonis opibus vr̃is,& vos laudẽ accipiatis,& dñs in vobis nõ blaſphemet. Væh
aũt illi ꝑ quẽ nomẽ dñi blaſphemat. Sobrietatẽ ergo docete oẽs,in q̃ & vos cõuerſamini. Nimis
cõtriſtatus ſum ꝓ Valẽte,q ꝓſbyt factus ẽ aliqñ apud vos,cꝫ ſic ignoretis locũ q datus ẽ ei. Mo-
neo itaq; vos vt abſtineatis ab auaritia,& ſitis caſti veraces. Abſtinete ab om̃i malo. Qui aũt in
his nõ poteſt ſe gubernare,quõ alij ꝓnũciat hoc? ſi qs nõ abſtinuerit ab auaritia, ab idolatria co-
inquinabit,& tãq̃ int gẽtes iudicabit. Quis ignorat iudiciũ dñi? An neſcimus qa ſancti mũdũ iu- 1.Corint.6.
C dicabũt? ſicut Paulus docet. Ego aũt nihil tale ſenſi in vobis vel audiui,in qb⁹ laborauit B. Pau- Philippẽ.1.
lus q eſtis in principio epiſtolæ eius,de vobis etem̃ gloriat in oĩb⁹ eccleſiis,quæ deũ ſole tũc co-
gnouerãt. Nos aũt nõdũ noueramus. Valde ergo fratres cõtriſtor ꝓ illo & cõiuge eius qbus det
dñs pœnitẽtiã veſtrã. Sobrij ergo eſtote & vos in hoc,& nõ ſicut inimicos tales exiſtimetis, ſed
ſicut paſſibilia mẽbra,& errãtia eos reuocate,vt oĩm veſtrũ corpus ſaluetis,hoc em̃ agẽtes,voſ-
ipſos ædificabitis. Cõfido em̃ vos bñ exercitatos eẽ in ſacris lr̃is,& nihil vos latet(mihi aũt nõ Pſalm.4
ẽ cõceſſum mõ)vt his ſcripturis dictũ ẽ. Iraſcimini & nolite peccare. Et ſol nõ occidat ſup iracũ- Ephesio.4
diã veſtrã. Beat⁹ q meminerit,qđ ego credo eẽ in vobis. De⁹ aũt & pr̃ dñi nr̃i Ieſu Chr̃i,ipſe ſem-
piternus põtifex dei filius Ieſus Chr̃s ædificet vos in fide & veritate & oĩ manſuetudine & ſine
iracũdia & in patiẽtia & in lõganimitate & tolerãtia & caſtitate,& det vobis ſortẽ & partẽ inter
ſanctos ſuos,& nobis vobiſcũ & in oĩbus q ſunt ſub cœlo q credituri ſunt in dñm noſtrũ Ieſum Orõnes ſi-
Chr̃m,& in ipſius patrẽ,q reſuſcitauit eũ à mortuis. Pro oĩbus ſanctis orate. Orate etiã ꝓ regi- delium.
bus & poteſtatibus & principibus,atq; ꝓ ꝑſequẽtibus & odiẽtib⁹ vos,& ꝓ inimicis crucis vt fru-
ctus veſter manifeſtus ſit in oĩbus vt ſitis in illo ꝑfecti. Scripſiſtis mihi & vos & Ignatius, vt ſi qs
vadit ad Syriã deferat lr̃as meas q̃s & dedero ad vos ſi habuerimus tp̃s opportunũ,ſiue ego ſeu
legatus quẽ miſero ꝓ vobis. Ep̃las ſane Ignatij quę trãſmiſſę ſunt vobis,habeo,& alias,q̃tas cũq; Ignatij ep̃s.
apud nos habuimus trãſmiſimus vobis,ſcđm ꝙ mãdaſtis,quæ ſunt ſubiectę huic ep̃lę, ex om̃i-
bus em̃ vobis magnus erit ꝓfectus, Cõtinẽt em̃ fidem patientiam & omnem ædificationem ad
dominum noſtrum pertinentem,& de ipſo Ignatio & de ipſis qui cum eo ſunt quod certius a-
gnoueritis ſignificate. Hæc vobis ſcripſi per Creſcentem quem in præſentem diem commendã-
ui vobis,& nunc commendo. Conuerſatus eſt nobiſcum inculpabiliter,credo quia vobiſcum
ſimiliter. Sororem autem eius habebitis commendatam,cum venerit ad vos. Incolumes eſto-
te in domino Ieſu Chriſto in gratia cum omnibus veſtris. Amen.

# IN DIVI PATRIS ANTONII, MERITO MAGNI SEPTEM EPISTOLAS, SYMPHORIANI CAMPERII AD HECTOREM DALlum apoſtolicæ ſedis Protonotarium.

## PRAEFATIO.

ACcepi tandem quas diu deſideraui à te literas, cumq; hijs ſimul diui patris Antonij epiſtolas ſeptem, quas ſacer Theodorus, totius monaſticæ Archipræſul, communicauerat. Quorum vtrunq; tam iucũdum mihi fuit, quam quod iucundiſſimum. Præcidiſti mihi dubitatiõem, quæ peracerbe animũ turbabat. Mirifice lætatus ſum, cum audiui ingenij tui literas, teſtes veras ſeruatæ amicitiæ, quæ, quia mihi non erant redditæ, tuli iniquo animo. Nã conſcius laborum tuorum, quos & in ſuperandis cæteris periculis, & tranſeundis Burgundiorum paludibus maximos perpeſſus eras, diui Antonij epiſtolas auidius expectabam, vt reducem te & incolumem reuertiſſe in Lotharingiam poſſim ſolidius gaudere. Itaq; tabellionum vitio factum eſt, vt in eam ſuſpitionem perducere, & te accuſarem iniuria. Quamuis difficile credam tantam amicitiam tam cito obſolere, cuius optime iacta eſſent fundamenta. Venio igitur ad diui Antonij epiſtolas, quas & Aegyptiacę ſcriptas, & Græce interpretatas, nuper vero à Valerio de Saraſio latine ſcriptas, ad me miſiſti. Quarum grauitatem ne an ſuauitatem plus admirer neſcio. Namq; aptiſſime exorditur, Antonius; lucide prophetarum narrat hiſtorias, inuehit acriter, varie ornat, artificioſe complectitur, tam apte, tam ornate, tam copioſe, tam pulchre in epiſtolis orauit Antonius. Quid hac Antoniana oratione perfectius? E Quid abſolutius? Quis modus, quis ordo? Nunquam mi Hector æquæ dilectatus ſum. Huius Antonij vitam ſcripſit Athanaſius, teſtatus quod viſitauerit Maximinum imperatorẽ, vt martyr fieret, qui & præuidit in ſpiritu futurum ſcandalum eccleſię, per Iulianum apoſtatã de Chriſtiano futurum paganum. Adhinc deſcendẽs per Thebaidam, viſitauit Dydimum epiſcopum Alexandrie, à natiuitate cæcum. Paulum primũ heremitam, deo iubente, ſepeliuit. Nec eſt idonea cauſa, cur aliquis diuum Anthonium theologiæ ignarum fuiſſe cenſeat. Nam ſi ſic haberet Aegypti ſacerdotes Anthonium, vt ſymbolo fidei magni Athanaſii teſtimonium daret aduerſum Arrianos, nõ conuocaſſent. Eodem argumento, & Athanaſius, & Dydimus, cæteriq; Aegyptij, qui Anthonium conuocarant, theologiæ rudes dicerentur. Obijt autẽ hic ſanctiſſimus pater, omni præconio dignus, in Thebaida, Anno domini, ccclx, ætatis ſuæ anno centeſimo quinto. Cuius cum corpus diu latuiſſet, poſtea imperante magno Imperatore, diuina reuelatiõe repertum fuit, & ex Thebaida Alexandriam primo delatum, poſtea in Galliam Allobrogũ trãſlatum prope Viennam, vbi condigno honore nunc vſq; requieſcit. Quod à ſummis pontificibus Innocentio octauo, & Alexandro ſexto fuit confirmatum. F

¶ Hieronymus de ſancto Anthonio in eo libro quem de viris illuſtribus ædidit.

ANthonius monachus, cuius vitã Athanaſius Alexãdrinæ vrbis eps, inſigni volumine proſecutus eſt, miſit Aegyptiace ad diuerſa monaſteria, apoſtolici ſermonis ſenſusq; epiſtolas ſeptem, quæ in Græcam linguam tranſlatæ ſunt, quarum præcipua eſt ad Arſenotas. Floruit Conſtantino & filijs eius regnãtibus.

## BEATISSIMI PATRIS ANTONII MEmerito magni Abbatis ſanctiſſimi ad frẽs ſuos. Epiſt. I.

Modi tres ſequẽdi deum vocãtẽ ad ſuũ obſequium. Primus modus. Gene. 12. Acto. 7

PRimum ſaluto vos in domino. Exiſtimo autem animas quaſcunq; apprehenderit gratia dei vocantis ad prædicationem ſui habere tres modos, ſeu maſculos ſeu fœminas. Quidam enim per teſtamentariam legem & inditum in eis ſemel bonum à prima ſui conditione, pertingere verbo dei ad eos morati nõ ſunt, ſed perrexerunt parati cum eo, ſicuti & noſter progenitor Abraham, cui primo quia porrexit indaginem deus per teſtamentariam legem apparuit dicens: Exi de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni ad terram quam oſtende



D ſtendero tibi. At ille in nullo hæſitans, paratus fuit in vocatione, hic autem figura erat primæ A viæ huius inſtitutionis, quæ nunc vſq; perſiſtit in eis qui eius ſequuntur veſtigia. Vnde & iterũ ſi animæ ſic ſuſtineant & ita egerint, facile eaſdem virtutes aſſument, eo quod parata ſint corda earum repleri ſpiritu dei. Et hæc inſtitutio prima. Huic vero ſecunda exiſtit de ijs qui audiunt ſcriptam legem teſtificãtem eis vniuerſa ſupplicia, quæ peccatoribus præparantur, & annunciantem de ſanctis promiſſionibus ad eos qui proficiunt, quibus & per teſtimonia inſcriptę legis ſobria voluntas exiſtit, & per hanc quæſierunt intrare in vocationem vocantis. Sic & Dauid teſtificatur dicens: Lex domini immaculata conuertens animas. Et Declaratio, inquit, ſermonũ tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sed & alia quamplurima, de quibus modo non poſſumus enarrare. Porro tertia inſtitutio eſt, in qua duris cordibus ſæpe inter vitia, & in peccati operibus permanentibus, aliquoties benignus deus infert labores ad increpandum, donec ſentiant per ærumnam, & pœnitentes ex toto accipientes & ipſi virtutes, quemadmodum & illi de quibus prædixi. Hæ igitur ſunt introductiones tres in animabus quę ad pœnitudinem veniunt, donec adipiſcantur gratiam & vocationem filij dei. Sed puto, quod eos prius vocet ſpiritus qui ingrediuntur ex toto corde certamen, & ordinant ſemetipſos ad ſuſtinendum in omni luctatione aduerſarij, donec deuincant, cum præſtat vero eis & lenitate in omnibus iuuans eos ſpiritus, vt indulcentur in illis opera pœnitentiæ, ponit eis terminos modum quendam pœnitudinis in corpore & anima eorum, vſq; quo doceat eas etiam conuerſationis modum, ad conditorem proprium deum. Necnon & præbet eis violentiæ compulſionem in animam diſcurrẽ B tem & corpore, vt vtraq; ſanctificari queant, vt eodem modo hæreditatem vtraq; ſumant, corpus quidem in ieiunijs crebris & vigilijs atq; ſolertia, miniſterijs quoque quæ facit in corpore. Conandum hoc in omni fructificatione carnali. Spiritus quoq; pœnitentiæ deductor efficitur in iſtis, & tentat eum in his, ne qua ſit in amicitia ad conuertendum forte retrorſum. Tũ vero ille deductor ſpiritus, incipit adaperire animæ oculos ad pœnitentiam exhibendam, & vt ſanctificetur etiam ſenſus, diſtinctionem inter mediam præbet, incipiens doceri à ſpiritu ſanctificare corporis & animæ pœnitentiam, ſenſu per ſpiritum edocto, deducentem nos ad illud animæ corporiſq; agendum, qui ſanctificans omnia ac diſtrictionem præbens, vt & carnis miſceatur fructus ad vniuerſa corporis naturalia, ex quibus tranſgreſſio fuit, & adducit vnumquodq; corporum naturalium ad priorem conditionem, non habens aliquid alienũ aut hoſtile ſpiritus. Corpus ſiquidem redigitur ſub poteſtatem ſenſus, doctum à ſpiritu ſecũdum eloquium Pauli. Obculco corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Quoniam vero ſenſus antea ſemetipſum ſanctificat in eſcis & potationibus à ſopore, & ſemel ac ſimpliciter iunctis motibus ſuis, quique & naturalem copulam ſegregauerat ſanctificationi propriæ. Reor autem tres corporis exiſtere motus. In ipſo enim eſt naturale corporis concretum illi, quod tamen non operatur, aut efficit aliquid ſine animæ voluntate, niſi quod iudicat in corpore ſolum. Nam & alius motus exi C ſtit ex paſtu corporis multorum ciborum ac potuum, ex quibus adiflatio ſanguinis orta; per eſcas oppugnat totius animæ corpus epularum ſumptione permotũ, ob hoc & Apoſtolus ait: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. Deinde domino nunciante, diſcipulis ſuis in euangelio dicitur: Videte, ne quando grauentur corda veſtra in eſca & potu, ſiue delitijs. Inquirẽtibus præſertim menſuram ſanctificationis debitum eſt iſtud afferre. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Tertius vero motus, eſt ſpirituum malignorum tentantium per liuorẽ, ac volentium flaccidiores efficere eos, qui conantur ſanctificare ſemetipſos. Verũtamen ſi in ijſdem tribus modis ſuſtineat anima ſemetipſam teſtimonijs quibus ſpiritus docuerit ſenſum, ſanctificabitur in vtroq; ab illo lãguore triformi. Sin vero dimiſerit ſemetipſum ſenſus à teſtimonijs quibus ſpiritus teſtificatur ei, tunc maligni ſpiritus ſuperſerunt congregationi corporis, & oppugnant illo motu vſq; dum anima fatigetur, & incipiat requirer vnde auxilium veniat, cõuerſaq; reprehendat ſpiritus teſtimonia ac ſanetur. Tunc etiam ei dat, q vnica ſit reges poſtulãda à deo, & qa ſic ſit pax eius. Hæc aũt aſſerui ad pœnitẽdũ in corpore & aĩa, & q̃liter oportet mũdari eã, cũq; ſumpſerit tale certamẽ, tũc nũcia ſpũs abſunt, & incipit diſcernere etiã ægritudines aĩales, quę accedũt & p pprias voluptates. Tũc ſiq̃dẽ erit participatio ſpũs, cũ ſenſum p cuſtodiã mãdatoꝝ quæ ei tradidit, & docet eũ curare oẽm lãguorẽ, ppriæ aĩæ, vnũq̃dq; eoꝝ diſcernẽs ei permixtione accepta in corpore naturalium ac reliquorum quæ ſunt peculiariter ei extra corpus à capite vſq; ad pedes, ppriam voluntatem permixtã habẽs in illis, & oculis qdẽ terminũ vt recte & cõſiderer cõſpiciatur, nihil vltra peregrinũ gerentes. Deinde vt aures audiãt in pace, nec oblectentur amplius obtrectationem ac contumelias ſpiritales audire, ſed potius vt omnium

corre-

Marginalia: .II. — Pſal. 18. Pſal. 118. — .III. — Tẽtatio ſalubris. — Caſtigo. 1. Cor. 9. — Tres corporis motus. Primus. II. — Ephe. 5. Lucæ. 21. 1. Cor. 9. — III. — Pacẽ verã eſſe à ſolo deo ſ eſſuſ corporei quõ reformandi.

correctionem & miſerationem inceſſuram, præ om̄i deſiderēt poſſeſſione, quoniā in illis ægro-
tabat prius. Deinde rurſus vt linguam propriam doceat ſanctitatem, quoniam huiuſmodi lan-
guor inſederat ei dudū, vt quibus ægrotabat, ex ipſis ſemper aliq̄d loqueretur tradens linguæ D
promenda organo, vtpote exſtanti ſibi. Hic ergo languor abundantius magnificatus eſt illi in
Iaco. 1. Ibidem. hoc membro, quod eſt lingua. Vnde & Iacobus apoſtolus teſtificatur: Si quis videtur religio-
ſus eſſe, non refrenans propriam linguam, ſemetipſum fallit, & huius religio vana eſt. Idemq;
ait: Et lingua parua pars eſt, maculans totū corpus, & alia multa, quæ non poſſum adijcere cun-
cta. Quod ſi præualuerit ſenſus ſumere à ſpiritu, ipſe prius ſanctificabitur, & tandem perſcru-
tans ſermones, tradet quidem propriæ linguæ, ſed nihil habentes paruū aut animæ volūtariū,
Prouer. 5. per quæ verbū Salomonis implebitur, dicentis: Mei ſermones dicti, ſunt à deo, nec eſt in illis a-
Prouer. 12. liq̄d paruū aut perplexū. Idem rurſus in alio loco ait: Lingua ſapientiū ſanat, & alia q̄plurima.
Deinde iterū manuū motus intra me ſi erant aliquando motæ, in q̄bus non oportebat animæ
voluptatibus, ſed nūc ei ſpiritus vnus terminat ſenſum, vt in ſanctitate, in orationibus & miſe-
ricordijs moueantur, huiuſmodiq; opera perficiant. Quin etiam in his illud eloquij compleat
Pſal. 140. orationū cauſa prolatū: Eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſpertinū. Item Salomon: Et q̄ ma-
Prouer. 12. nus fortiū ditantur. Sicq; poſt modū vt ipſam eſcam ventris & potū emūdet, etiam ſi ad ſacieta-
tem eis vtatur, aut ſi aliquando in illis animę voluptas paululū in deſiderijs fuerit, conſiderans
quod nonnulli in ſacietate eſcæ vel potus, dæmonibus obtemperarint, de q̄bus ſpiritus per Da-
Pſal. 100. uid ait: Superbo oculo & inſatiabili corde, cū hoc non edebam. Nam & iſti ſi iteꝝ domini ing-
Lucæ. 21 ſierint ſanctitatem, etiam ſpūs rurſum terminat eis eadem ſanctimonia, vt moderate & ſuffici-
enter ad ſuſtinendū corpus vtantur, & vltra non habeant in eo cōcupiſcentiam aut voluptatē.
1. Cor. 10. Sicq; eloquiū Pauli complebitur dicētis, Siue comeditis, ſiue bibitis, ſiue q̄d aliud facitis, om̄ia E
in gloriam dei facite. Deinde & his quæ per cogitationem coitus ſub aluo metitur, rurſus ſen-
ſus à ſpū doctus, diſcretionē tribuit motibus coꝝ in ſupradictis tribus modis, & innititr ad ſan-
ctificationem, auxiliatorem ſpiritū habens. Extinguitur etiam mot⁹ ille per virtutem ſpiritus
pacificantis totū corpus, & perimentis totū illū motū. Vnde eſt illud eloquiū quod à Paulo
Coloſſ. 3. prædictū eſt: Mortificātes mēbra veſtra quę ſunt ſuper terram, fornicationē, immūdiciam, con-
cupiſcentiam malam, & quæ deinceps. Si denuo pedes, q̄ licet aliquando non erant habentes in-
columē greſſum nec ſecūdū deū ambulabant, hos iteꝝ ſenſus q̄ ſub ſpiritus fuerit volūtate ad
pergendū miniſtrare operibus optimis cogit, vt immutatū corpus fiat ſub ſpiritus poteſtate.
Sed æſtimo, ꝙ talis habitatio iam acceperit etiā in hac partē quandā ſpiritualis corporis, quā
Peroratio. acceptura erat in reſurrectiōe iuſtoꝝ. Hæc vero dixi, propter animæ ægritudines, quæ vſurpāt
permixtionem inter naturalia corporis, cū inde anima moueṫ in illis, ſectatrix effecta maligno-
rū ſpirituū, vt operentur in membris. Sed etiam prædixi vt habeat proprie etiam ipſa diſcretio-
Superbia nem horū. Nam ſuperbia languor eſt eius, & corporis iactantia, idem ægritudo eſt ei extra cor-
pus. Item inflatio, odiū, inuidia, ira atq; puſillanimitas, impatientia q̊q; ac reliquæ minutiæ ho- F
Cōſiderātia in deum. rū. Quod ſi vero crediderit ſe deo ex toto corde, tūc benignus deus tribuit ei ſpiritū pœnitētiæ,
& teſtificatur illi, vt de vno q̊q; languore pœniteat, propter quæ aduerſarij prohibent eam ten-
tantes vſurpare ſibi, nec ſinūt pœniteri. Quæ ſi ſuſtinuerit obediens, hortantem ſe ſpiritū ad pœ-
nitendum, creator quoq; illius, miſerationis viſceribus motus ſupra labores eius, quibus in ęge-
ſtatibus corporeis, id eſt, ieiunijs plurimis, in vigilijs, in meditationibus multis, in verbo dei ac
præcibus largis, vel in abdicationibus mūda nis, in humilitate, in paupertate ſpiritus, in quibus
cūctis ſuſtinentem, deus benignus aſpiciens & conſiderans, & patientiam eius in tentationibus
perdurantem miſerans, adiuuabit eam.

## ¶ Beatiſſimi patris Antonij abbatis ad Arſenoytas Epiſt. II.

ANtonius omnibus dilectiſſimis, qui ſunt in Arſenoyte & in parochia ei us, vel qui
cum illis, in domino ſalutem. Vniuerſos vos paratos abire ad deum ſaluto in do-
mino chariſſimi à minore vſq; ad maximum, & à maſculis vſq; ad fœminas. O fi-
lij Iſraelitæ, ſecundū ſenſualem veſtram extantiam. Vere etenim filioli, grādis vo-
bis in generatione veſtra promiſſio. Decebat quippe vos, propter eū qui viſitatio-
nem veſtri fecit, nequaquam fatigari certantes, donec voſmetipſos offerretis ſacrificium deo in
omni ſanctimonia, ſine qua nemo poterit hæreditare deum. Nam pro certo chariſſimi magnū
eſt vobis iſtud, vt percontemini de cognatione ſenſualis extantiæ, in qua non eſt maſculus ne-
q; fœmina, ſed ſubſtantia tantum immortalis exiſtit, habens quidem principium, finem vero
nequaquam, debitumq; vobis erat cognoſcere, & de eo quomodo omnino deciderit in tantam
humilitatem, & in confuſionem eximiam, quæ pertranſiens in omnibus vobis, aduenit. Igitur
quando



A quando ſubſtantia immortalis exiſtit, non cōſoluenda corporibus: hanc ob cauſam deus ean-
dem plagam aſpiciens irremediabilem effectam, & quia magnificata eſſet vehementer, per ſuā
indulgentiam viſitationem eoꝝ faciens, propter propriam bonitatem poſt aliquantum tem- Exo. 32
poris legem poſuit eis: vnde & operatus eſt per Moſen, præbendo legem. Et Moſes quidē fun- Actuum 6.
dauit eis veritatis domū, curare volens eandem validam plagam. Sed perficere nequiuit ędifi-
cium domus, inſuper autem & omnis ſanctoꝝ chorus collectus in vnum, petijt patris bonita-
tem de ſalutari noſtro, vt calcaret in terris pro noſtra cunctoꝝ ſalute. Ipſo vtpote extante no-
ſtro magno & fideli pontifice ac medico vero, qui ſolus ſanare poſſet hanc enormem plagam,
vn̄ & voluntate patris exinaniuit ſemetipſum propria gl'ia, deusq; exiſtens formā ſerui aſſum- Phil. 2.
pſit, tradens ſe propter noſtra peccata. Et delicta quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuo- Roman.
re eius nos oēs ſanati ſumus. Quamobrem dilectiſſimi filioli, in domino ſcire vos volo, ꝙ p Iſaiæ 53.
noſtra ſtultitia elegit ſtulta, & pro noſtra infirmitate formā infirmitatis aſſumpſit, ob quā no- 1. Cor. 1.
ſtram pauperiem effectus eſt pauper, & ob noſtram mortem figuram induit mortis. Ergo q̄ 2. Cori. 8
in his omnibus ſuſtinuit propter nos, vere dico dilectiſſimi in domino, quia non debemus da- Philip. 2.
re ſomnum oculis noſtris, neq; palpebris noſtris dormitationem, poſtulantes ac perurgentes
dei patris inæſtimabilem bonitatem, vſq; quo egrediatur nobiſcum, & in hoc requiem habea-
mus, aduentus Ieſu atq; virtutis, vt obſequamur ſanctis, qui nos excolere feſtinant tempore ne- pſalm. 131.
gligentiæ noſtræ, alacritatem animoꝝ dantes ei, ad iuuandum nos in tempore tribulationis
noſtræ. Tunc enim ſeminans pariter cum metente gaudebit. Noſſe etiam vos cupio filioli, q̄ pſalm. 125.
B plurimum dolorem meum, quem habeo pro vobis, aſpiciens grandem illam confuſionē, quę
ſuper vniuerſos aduenit, & conſiderans multum illum laborem ſanctoꝝ omnium atq; gemi-
tum, quem emittunt pro vobis ſemper ad deum, cernentes laborem proprij conditoris, oēſq;
malitias paruipendentes, necnon & decipulas diaboli & angelorum eius inſidiātium iuges, ad
perditionem noſtram. Quoniam etenim portio eorum in infernū habet ire, iccirco & illi vo-
lunt noſtrum quoq; † ſcidium vna ſecū attrahere. Vere igitur chariſſimi in domino, ſicut pru- † ſpiritum
dentibus loquor, vt cognoſcatis cunctas opificis noſtri diſpenſationes pro nobis factas. Quæ
& viſitationē noſtri faciunt per manifeſta & occulta præconia. Nos ſumus rationabiles nun-
cupati, ſed gerimus irrationabilē ſenſum, dum ignoramus occultas calliditates & artes diabo-
li multiformes, quæ ſint, qualeſq; noſcantur. Quando enim compererint conari nos confuſio-
nem noſtram cognoſcere, & ꝙ quæramus modum efficatiæ illorum operantes in nobis, & no-
ti tantum & non obediamus malitijs eorum, aut hortamentis quæ diſſeminēt in cordibus no-
ſtris: ſed & neq̄ plurimi noſtrorum profiteantur ſtudia eorum, ipſi quoq; cognoſcentes indul-
gentiam conditoris, ꝙ mors his fiat in terris, illis vero ſit præparatum hæreditare gehennam
propter negligentiam ſuam. Scire autem vos volo filioli, ꝙ non deſino obſecrans pro vobis
deum, vt vobis oculos cordis veſtri ad peruidendum crebrius occultam malignitatem illoꝝ,
quam per ſingula ſupra nos effundunt in iſto nunc tempore. Quæſo etiam, vt concedat vobis
ſcientiæ cor, ac diſcretionis ſpiritum præſtet, vt poſſitis offerre proprium cor, hoſtiam ſanctā Roman. 12
in conſpectu patris in multa ſanctitate & ſine querela. Vere enim filioli, inuident nobis per o- Exercitia
mnem horam in ſuo maligno concilio, & perſecutione q̄plurima & malitia ſua, necnon & ſpi- dęmonum
ritibus erroris, ſiue cogitationibus blaſphemis, infidelitatibus noſtris quoq; quæ ſeminantur
C ab ipſis in cordibus ac doloribus multis, quæ irrogant nobis per omnem horam. Animi etiā
defectionibus, in q̄bus per ſingula labefacere aīm nō deſiſtunt: in vniuerſis q̊q; iracundijs ſuis
& obtrectationibus, quas docent nos habere & aduerſus alterutrū, & vt iuſtificemus noſmet-
ipſos in his quæ facimus, & condemnationem, quæ ſeminatur ab ipſis in mentib⁹ noſtris, etiā
quum exiſtimus ſingulares: quumq; faciunt nos proximum iudicare, nec tamen ipſo extante
nobiſcum, præſumptionibus ſiquidem quas ingerunt cordibus noſtris, in ſuperbia duri cor-
dis extantes, & inuicem ſpernentes, amaritudinem habentes, omni hora vituperantes alteru-
trum, & non noſmetipſos, opinantes laborem noſtrum & propria conſtare virtute, iudices ex-
iſtentes manifeſtorum, totum intra domum noſtram inuitante latrone, & in iurgijs atq; ſimul-
tatibus aduerſumq; alterutrum affectibus, donec ſermonem proprium conſtare faciamus, vt
pareamus in conſpectu noſtro iuſtificati, animoſitatem nobis præbentes, ac facientes ſtudia,
quæ tamen impoſſibile eſt geri. Intempeſtiue enim facientes nos reſolui, ob id quod ſumus ex
illo, quod emolumēti eſt nobis? Propter quæ ridere nos faciunt tempore fletus, & flere in tem-
pore riſus. Et vt ſemel atq; ſimpliciter dixerim, tranſponunt ſemper à recta via in alijs quàm-
plurimis erroribus, per omnia noſipſos ſibimet in famulos redigerunt; quorum tempus non
RRR eſt in

D

eſt in propatulo fieri modo. Quumq; vero his omnibus corda noſtra repleuerint,& inebriati
fuerimus illis,tunc indulget deus quàmdiu gerit malitia noſtra,ac de reliquo viſitationem no
ſtri faciens reſolutione grauiſſimi corporis huius,relinquētibus illud:tunc maligna opera quę
gerebamus male,reuelat nobis in corpore pœnæ expoſito, quod induti fuerimus per negli-
Lucæ 11 gentiam conditoris. Tunc etiam fiunt nouiſſima noſtra peiora prioribus. Propter quod noli
te affligi,obſecrantes benignitatē patris,vt ſemper poſſitis habere vobiſcum adiutorium eius,
doceatq; vos cognitionem ſui qui ſe bene habet. Vere etenim dico vobis nati mei,quia vas
iſtud in quo ſumus inhabitantes,in perditionē nobis exiſtit, & domus eſt plena bellis. Pro
certo filioli dico vobis,quod omnis homo illectus in voluptatibus ſuis,& proſtratus à cogita
tionibus proprijs,complexusq; à maligno,ſeminauit in corde. Qui congaudet eis, & recipit
ſenſu veluti magna exiſtentia ſacramenta,in eo quod agit iuſtificans ſemetipſum. Huiuſmo-
di anima coexiſtit malignis ſpiritibus conſiliatrix in malum, corpus quoque illius cuſtodia
eſt horrendorum archanorum, quæ occultat in ſemetipſo. Præualebunt autem aduerſus hu-
iuſmodi,quoniam non traduxit eos coram omnibus. At,nunquid & ipſi neſcitis, quod non
huiuſmodi capturas habeant,quas non cognoſcentes procul dubio fugiamus? Cæterum,etſi
quæſieris non inuenies peccatum eorum,nec iniquitatem corporaliter manifeſtam. Corpus
enim eſt animæ recipiens malignitatem eorum, quam cum ſuſceperit,tunc ſi velit in propatu-
lo punit,per corpus iſtud in quo ſumus inhabitantes. Nunc itaq; filioli non demus ei locum
vllum,alioquin nobiſmet dei excitabimus iram, & illi permiſcentur in domibus noſtris irri-
dentes nos, quoniam hoc nouerunt quod perditionis eſt noſtræ,quæ tamen & ipſa de proxi-
mo conſiſtit,ſicuti & vita de prope. Quis enim vnqnam deum aſpexit,vt videns congauderet E
ei de re tanta apud ſemetipſum, neforte aufugeret eum, ſed vt adiudicaret etiam veluti habi-
tanti in hoc pondere tanto? Aut quis aliquando aſpexit diabolum oppugnantem nos,& pro-
hibentem beneficia adipiſci, aduerſantē nobis & ſtantem in loco corporali ſecreto, vt præui-
dens fugeret ab ipſo? Sed illi quidem habitant in occulto. Nos autem propalamus eos per
ſtudia meliora. Quoniam igitur ex vno creatore ſunt omnes ſecundum ſenſualem extantiam
eorum. In fugiendo vero eos à deo,& multa diuerſitas eſt in illis effecta ob diuerſas operatio-
nes ipſorum. Iccirco autem omnia hæc nomina adiecta ſunt iſtis propter vniuſcuiuſque eorū
operationem. Ideo & nunc quidam ipſorum vocantur Archangeli,alij Sedes & Dominatio
nes & Poteſtates & Cherubim. Hæc autem eis nomina ſunt addita, pro eo quod conditoris
Angeli proprij cuſtodierunt voluntatem. Item ob crimen aliorum motum neceſſario fuit nominari,
Dæmones etiam iſtos propter malignas adinuentiones ipſorum diabolum & Sathanā. Porro,alij nun-
cupati ſunt dæmones ſpiritusq; maligni,etiam mundi,flatus erroris, principes quoque ſeculi
huius. Aliæque cōplures in eis aduerſitates exiſtunt. Rurſum vero & in his qui obuiauerunt
ſibi in grauiſſimo corpore iſto, in quo & ſumus inhabitantes, & ipſi etiam nuncupati ſunt.
Quidam etiam patriarchæ,alij vero prophetæ & reges ac ſacerdotes,nonnulli iudices & apo-
ſtoli, atque alij multi electi effecti propter egregium motum ſuum. Vniuerſa autem hæc nomi-
na adſcita ſunt eis,ſiue maſculi, ſiue fœminæ ob diuerſitates operationis eorum,& iuxta prin-
cipatum ipſorum: quia ex vno ſunt omnes. Propterea ergo quicunque in proximum pecca- F
uerit, in ſemetipſo delinquit. Qui & malefecerit proximo,ſemetipſum efficit malum. Itidem
qui benefecerit proximo, ſibimet hoc facit. Sin vero quis qui aliquando peccare potuerit in
deum,vel quis eſt qui eum vnquam reficere queat? Quis vero erat,qui ei miniſtrauerit aliquā-
do,aut quis benedicat eum vnquam,vt opus habeat benedictione eius? Quis enim potuit
honorare illum vt ipſe honorandus exiſtit, vel quis eſt qui valeat exaltare eum ſicut excelſus
habetur? Quam ob rem dum ſumus veſtiti grauiſſimo corpore iſto,alieno inuitamento ſuſci
temus deum in nobis, vt hoc agentes commendemus illam circa nos bonorum viſcerum eſ-
ſentiam. Non autem ſimus noſmetipſos amantes. Sin minus, illorum inconſtantis portionis
erimus. Nam qui cognouerit ſemetipſum,vniuerſos cognouit. Ideo & ſcriptum eſt: Qui voca
Sapien. I. uit ex nihilo vt eſſent cuncta. Hoc autem dicentes, ſignificant de ſenſuali natura, quæ occulta
eſt in hoc corruptibili corpore, extante in principio increpanda ab eo. Aut qui potuerit dili-
Hebræ. 12. gere ſemetipſum,nihilominus diliget omnes. Chariſſimi filioli mei, quæſo vos vt non la-
boretis, neque fatigemini inuicem diligentes: ſed tollite corpus quod eſtis induti, & facite
illud altare, ſuperponentes deſuper omnem deliberationem veſtram, omnemq; malignū in-
ſtructum relinquite in conſpectu domini. Extollite manus cordis veſtri ad eum, id eſt, ſenſus
pſalm. 133. agendorum,& precamini deum vt donet vobis illum inuiſibilem & magnum ignem,qui de-
ſcendens



A

ſcendens cœlitus comedat altare, & omnia quæ in eo ſunt,uniuerſiq; ſacerdotes Baalim,qui- 3.Re.18.
quidem exiſtunt operationis aduerſæ timeant fugientes a facie ueſtra, quemadmodum Eliæ
prophetæ. Tunc demum uidebitis ueſtigium hominis in mari, adducens ſpecialem imbrem, Ibidem.
quod eſt paracleti ſpiritus conſolatio. Dilectiſſimi mei nati in domino, filij Iſraelitæ ſanctiſſi-
mi,non opus eſt beatificari corporum noſtroꝝ uocabula tranſitura: nec enim ignoratis cha-
ritatem quā habeo in uobis,quia nō eſt charitas corporalis ſed ſpiritualis, & amans deum. Di
lecti in hoc & repleor,quod beatitudo uobis facta ſit in tempore iſto. Sermo igitur uobis exi-
ſtat iudex,ac non ęſtimetis perfectū ueſtrum inſtitutū. Quod eſt ergo obſequiū dei, noſtram
in tantum operationē exiſtere? Sed eſt uirtus quędā cooperās uobis. Certantes itaq; uoſipſos Roma.12.
offerre hoſtiam deo,continue præbere cooperāti uobis uirtuti & requiē Chriſti Ieſu: quoniā
unita eſt uniuerſo ſanctoꝝ choro,ſed & mihi deterrimo habitāti in hac lutea & tenebroſa do-
mo. Quam em̄ ob cauſam differerem uobis,niſi ut requiem exhiberem? Vnde & obſecro,ut
quia omnes creati ſumus unius ſubſtantiæ inuiſibilis, & initiū ſine fine unice diligamus alter-
utrum. Quotquot enim cognouerint ſemetipſos, cognoſcent ꝙ unius ſubſtantiæ immorta-
lis exiſtant. Siue quod uolo, quod Ieſus Chriſtus dn̄s noſter ipſe patris uerus eſt ſenſus,in quo
omnis plenitudo totius naturæ rationalis effecta eſt: eorū maxime,qui ſunt imaginis eius cō Roma. 8. 1.Cor 6.
formes effecti,caput totius creaturæ & corpus eccleſiæ. Nam & iccirco nos oēs membra ſu- 1.Cor.12.
mus in alterutrum, & corpus Chriſti. Nec poteſt dicere caput pedibus,non uos habeo opus: Ephe. 5.
ſed ſi patitur unum membrum,totum corp⁹ mouetur cum eo & patitur. Alienatorum uero
B membrorum corporisq; propria non ſunt capiti ſociata, ſed fœditati dedita & propter pro-
prias libidinum paſſiones, irremediabilis eorum effecta eſt plaga: quia obliuionem acceperūt
principij atq; finis,in quo & creaturarum genitor uiſceribus motus, pro plaga noſtra quæ ſa-
nari non poterat a nullo creaturarum, niſi per ſolam ipſius bonitatem, miſit unigenitum no- Gal.4.
bis: ut per ſeruitutem noſtram, ſeruitutis aſſumeret formam, traderetq; ſe pro peccatis noſtris. Isaia.53. 1.Petri.3.
Et peccata quidem noſtra humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Hic Isaia.53.
congregauit nos ex omnibus regionib⁹, uſquequo reſurrectionem cordiū noſtrorum de ter-
ra faceret, docens cunctos nos unius eſſe ſubſtantiæ, & membra in alterutrum. Propterea de-
bemus diligere uehemēter, quia quicunq; dilexerit proximū diliget animam propriā. Et hic
ſermo manifeſtus ſit uobis chariſſimi nati in dn̄o filij Iſraelitę ſancti, qui paraſtis uoſmetipſos
ad deum ire, offerre uoſmetipſos hoſtiam deo in omni ſanctitate: quoniam nec poteſt hære-
ditatem capere quiſpiam ſine ſanctitate. Aut nunquid ignoratis dilectiſſimi, ꝙ aduerſarij uir- pſal.13.
tutis ueritati ſemper inſidiātur? Et iccirco chariſſimi, obſeruate ne detis oculis ſomnū aut dor
mitationem palpebris, proclamantes ad proprium conditorē die ac nocte, ac ſi forte q̄ egre-
diatur uobis adiutorium ab excelſo: quo protegente corda ueſtra & cogitationes in Chriſto.
Nam uere o filioli, in domo ſumus latronis inhabitātes, & in uinculis mortis extamus uincti.
Pro certo etiam dico uobis quod noſtra negligentia & humiliatio, extranea cōmotio, nō no-
bis ſolis eſt detrimento: ſed angelis labor exiſtit, & omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, quia non-
dum uſq; requieuerunt propter nos. Vere nati mei, hæc noſtra humiliatio, illis omnibus triſti
tia eſt: ſicut iterum ſalus & gloriatio noſtra, lætificationem eis ac requiē omnibus præbet. Vt
C autem cognoſcatis, quia benignitas patris non ceſſat a quo motio facta eſt, beneficijs fulciens
ſemper uſq; in hodiernum diem, ut obnoxios faceret nos propriæ morti, quoniam in noſtra
ſumus poteſtate creati: unde & illi poſtulant pro nobis ſemper, ſicut ſcriptum eſt: Immittit ſe Liberunnar bonum.
angelus domini in circuitu timentium eum, & liberabit eos. Ergo filioli ſcire uos uolo, ex quo Psal.33.
factus eſt mundus uſq; nunc uniuerſa quæcunq; extra uirtutē fuerunt, cōpleta malitia ipſo-
rum, & ipſi cognoſcuntur inter filios eſſe diaboli reputatos, propterea ꝙ conantur unicuique
noſtrum ingerere propriam uolūtatem. Nam pro certo eſt, ꝙ cum ſe nouerit diabolus per ſu Magnos viros rerū tē
perbiam & inanem gloriā cœlitus fuiſſe deiectum, ideo & illi eos qui peruenerit in magna mē tant ſugbia
ſura, aggrediuntur: in primis artifices exiſtentes per ſuperbiam & inanē gloriam, ut ſint aduer
ſum ſe alterutrū, ſcientes ꝙ per iſta ſegregent nos a deo. Et qa nouerunt ꝙ qui dilexerint pro-
ximum diligant deum: ideo & illi cum ſint uirtutis inimici, propriū ſemināt fomitem ſimula-
tionum in corde noſtro, ut poſſideamus inimicitiā magnam aduerſus alterutrū, ne uel de lon-
ge proximo colloquamur. In totū uere filioli uolo uos etiā iſtud cognoſcere, eſſe q̄ plurimos
qui ſuſtinuerint maximū certamen in conuerſatiōe ſanctiſſima, ſed indiſcretio interfecit eos.
Vere filioli, quia nō eſt tm̄ mirandū ſi negligatis uoſmetipſos, q̄tum ſi nō diſcernētes propriū
opus incidatis in mēſura diaboli, arbitrātes ꝙ iam uicini dei ſitis effecti, & expectātes fortē lu-
cem, tenebris occupemini. Quid em̄ oino fuerat opus, ut ꝑcingēs ſe Ieſus linteo, ac ponēs pel Iohan.13.

 uim,

uim,inferioꝝ ſibi lauaret pedes? Sed exemplũ iſtud effecit,ſignificãs de cõuerſuris ad propriũ
illud ſupernũq; principiũ. Initiũ qppe mot⁹,ſupbia exiſtit,q̃ facta eſt in primis. Et ne ſi rurſus
poſt multa confoderis in corde tuo,& in tota aĩa tua,& in toto ſpũ tuo,in tota etiam aĩa, & in
corpore toto nõ poteris hereditarie capere regnũ dei. Vere filioli mei i dño q̃ſo creatorẽ meũ
die ac nocte,a q̃ & habeo ſpũm cõmendatũ,ut aperiat oculos cordis ũri ad cognoſcendã dile
ctionẽ nr̃am a uobis,q̃ habeo erga uos:& ut pateſiãt audit⁹ aię ũrę,ad cõſpiciendã cõfuſionẽ
Cognitio ſui. propriã. Quiſq; etenĩ cognouerit dedec⁹ ſuũ, hic demũ regret & electã gloriã ſuã. Et qcũq;
cognouerit propriã mortẽ, iſte iteꝝ cognoſcet etiã ſuã æternã uitã. Quaſi prudentib⁹ loquor
uere filioli,qa timeo ne forte fames nos cõprehẽdat in uia,& in loco q̃ poteram⁹ diuites fieri ſi
uelim⁹. Volebã aũt uidere uos ad faciẽ in corpe. Sed iã expecto tp̃s,ꝙ eſt ꝓpe,in q̃ poſſim⁹ ex
Apoc.7. ĩpo nos cõtuitu alterutrũ ꝓuidere,cũ aufugerit dolor,triſtitia ac gemit⁹,cũq; ſup caput exulta-
Prouer.9. tio extiterit uniuerſoꝝ. Erãt & alia multa q̃ uelim dicere,ſed ſi dedero occaſionẽ ſapiẽti,ſapiẽ-
tior erit, Saluto omnes deſideratiſſimos meos natos in domino per nomen.

## ¶ Epiſtola tertia ſancti Antonij abbatis.

SCitis grãm dñi nr̃i Ieſu Chriſti,ꝙ ꝓpt nos paup fact⁹ eſt cũ diues eẽt,ut nos pau
2.Cor.8. ꝑtate illi⁹ ditaremur:ſeruit⁹ aũt illi⁹ liberauit nos,& infirmitas ei⁹ cõſtituit nos ua
lidos. Stultitia illi⁹,nos ſapiẽtes effecit. Si tñ iteꝝ ꝑ mortẽ propriã,reſurrectionẽ
faciat nr̃am,ut in hac poſſim⁹ uocẽ magnã eleuare dicẽtes: Tãetſi nouim⁹ ſcdm
2.Cor.5. carnẽ: Sed creatura ẽ in Chriſto noua. Vere chariſſimi in dño,dico uobis,ꝙ iu-
xta minutias uerbi libertatis,in q̃ cũcti liberi ſumus effecti, alia habeo multa q̃ dicã uobis: ſed E
nõ eſt hoꝝ tp̃s dicẽdi mõ. Saluto interim uos oẽs chariſſimi mei,nati in dño, filij Iſraelitæ ſcti
ſcdm ũram ſenſualẽ extãtiã. Vere inq̃,decebat uobis quaſi ꝓpinquãtib⁹ proprio cõditori,ad
ingrendũ ſalutẽ aĩaꝝ ueſtraꝝ ꝑ teſtamẽtariã legẽ,licet ꝓpter multitudinẽ malitię & maligni-
tatis diſtinctionẽ ac libidinũ uoluptates refrixerit teſtamẽtaria illa lex,aĩęq; ũræ ſenſus officio
obierint. Et idcirco nequaq̃ potueritis animaduertere ſenſualẽ & glorioſam eſſentiã, ꝓpt mor
1.Cor.15. tẽ q̃ corruerũt. Ideoq; ſcriptũ eſt in ſcriptura diuina,ꝙ ſicut in Adã oẽs moriũt,ita & in Chri
ſto oẽs uiuificabũt. Ergo ipſe eſt uita toti⁹ rationalis naturæ creatæ,in ipſo ſcdm effigiẽ imagi
nis eius. Ipſe etiã exiſtit ſenſus uer⁹ patris. Sed imago qdẽ genitoris inuerſabilis eſt,q̃ aſſumpta
eſt. Præter illã tñ uobis accidit malitia,in q̃ & uniuerſi mortui ſumus,extra naturã: Si qdẽ eſt
ſubſtãtię ſenſualis in deo, Ergo oĩbus inqt extra naturã eſt,acq̃ſiuim⁹ domũ tenebroſam ac ꝑ
Lucæ 1. lijs plenã: Et in hoc teſtificamur uobis,ꝙ toti⁹ uigoris ſciẽtia deficit a nobis. Ob quã etiã cau-
ſam aſpiciẽs genitor noſter de⁹ infirmitatẽ noſtrã,ꝙ impoſſibiles ſim⁹ effecti geſtare ueritatẽ,
ex q̃ huius rei gratia,bonitate ꝓpria uenit uiſitationẽ facere creaturaꝝ ſuaꝝ,ꝑ miniſteriũ ſctõ-
rum. Obſecro uos uniuerſos in dño chariſſimi,ut intelligatis q̃ ſcribo uobis. Quia nõ dilectio
nẽ corporalẽ habeo in uos,ſed charitatẽ ſpirit⁹,culturę dei. Præparate uoſmetipſos ad cõdito
Ioel.2. rem ueſtrũ ire. Scindite corda ueſtra,& nõ ueſtimẽta ueſtra:& ſcitote,ꝙ poſcim⁹ reſtituere do
Pſal.115. mino,ꝓ cũctis donationib⁹ q̃ dedit nobis: Cuiq; & uſq; & hic in iſta habitatiõe memoriã no- F
ſtri facit,ꝓpter immẽſam bonitatẽ ſuã,& infinitã dilectionẽ,nõ faciẽs nobis ſcdm pctã noſtra.
Pſal.78. Gene.1. Qui & ſolẽ uſq; fecit miniſtrare nobis,in tenebroſa domo. Lunam quoq; ac ſydera cũcta, iu-
Matt.5. bens deſeruire uanitati periturę creaturę,propẽ corpoꝝ cõſtabilitionẽ. Aliaſq; uirtutes mul-
tas nobis miniſtrare ꝑfecit: quas neq; uidimus corporis oculo. Quid ergo dicemus, q̃ſi in aliq̃
boni fraudemur ab eo ꝙ ipſe nõ fecerit nobis? Nunqd patriarchę nõ paſſi ſunt pro nobis,aut
ſacerdotes nõ docuerũt nos? Nunqd prophetę pro nobis mortui nõ ſunt? Aut apoſtoli perſe
cutionẽ nõ ſuſtinuerũt pro nobis? Nunqd filius dei dilect⁹,nõ ꝓ nobis oĩbus mortu⁹ eſt? Ob
quę uniuerſa,debem⁹ & ipſi properare,ad ꝑgendũ in oĩ ſanctitate ad propriũ conditorẽ. Qui
cernẽs creaturã nõ poſſe curare plagã q̃ facta fuerat Iudęis,ꝓprijs ucꝫ mẽbris,pater ipſe crea-
turaꝝ ſciẽs infirmitatẽ,ac ſẽſus eoꝝ,mot⁹ eſt uiſcerib⁹ circa eos,& ſcdm multã dilectionẽ ſuã
Roma.8. nõ pepercit unigenito filio ſuo:ſed ob noſtrã oĩm ſalutẽ tradidit eũ,& propter noſtra pctã. Et
1.Pe.2. Iſaiæ.53. iniqtates qdẽ noſtrę humiliauerũt eũ, Liuore aũt ei⁹ nos oẽs ſanati ſum⁹. Hic cõgregauit nos
Iſaiæ.56. Ezechi.11. ex oĩbus regionib⁹ uerbo uirtutis ſuę,donec illã ſenſus noſtri reſurrectionẽ effecerit,docẽs nos
alterutrũ exiſtere mẽbra. Docet idcirco uniuerſis nobis properãtib⁹ ad propriũ cõditorẽ,exer
cere habitudines noſtras, ac ſenſus officia ad agnoſcendã dignitatẽ, boni maliq; diſcrimẽ: ut
ſciamus oẽs illas Ieſu diſpẽſatiões,quas ille proprio dedit affectu,ſimilis nobis fact⁹ per oĩa,
excepto peccato. propter uero multam malitiam noſtram diſtrictionemq; malitię,& graue-
dinem inconſtantiæ noſtræ, factus eſt aduentus eius quibuſdam quidem ſtultitia, alijs uero
1.Cor.2. ſcandalũ,alteri parti emolumentũ: itemq; alij ſapientia & uirtus,porro alij reſurrectio & uita.



Hoc quoq; manifeſtum ſit uobis,quod aduentus illius factus ſit omni mũdo iudicium. Ecce Iohan.9.
enim,ait,ueniũt dies dicit dominus,& omnes ſciunt me a minimo uſq; ad maximum eorum, Ieremi.31.
& auditum faciam uſq; ad extremum terre,ut omne os obſtruatur,& ſubditus fiat omnis mũ Roma.3. Roma.1.
dus deo. Quia cum cognouiſſent deum, non ut creatorem proprium glorificauerunt. Et id 1.Cor.1.
propter uecordiam ſuam,per quam nec potuerunt capere ſapientiam eius. Sed unuſquiſque
noſtrum,uendidit ſemetipſum proprijs uoluptatibus in mala,& ipſis ſeruus addictus eſt. Ob Philip.2.
quæ ipſe Ieſus exinaniuit ſemetipſum a gloria, formam ſerui accipiens, ut illius ſeruitus nos
liberaret. Stulti fuimus,& in ſtultitia noſtra facinus geſſimus. Aſſumpſit ille habitus ſtultitię,
ut nos faceret ſapientes: inopes eram⁹,& in paupertate noſtra omnis defecerat uigor a nobis.
Item ille ob hæc aſſumpſit inopiæ formam,ut paupertate ſua nos in omni ſapientia & intelle Ibidem.
ctu ditaret. Non ſolum autem hæc, ſed inſuper & infirmitatis noſtræ figuram aſſumpſit, ut
propria infirmitate nos robuſtos efficeret, obediens factus patri in omnibus uſq; ad mortem,
mortem autem crucis: ut in ſua morte & humilitate,illam cunctorum reſurrectionem effice-
ret,eumq; deſtrueret qui mortis habebat imperiũ, hoc eſt diabolum. Igitur ſi pro certo libera Hebræ.2.
B bimus noſmetipſos in eius aduentum,profecto inueniemur diſcipuli Ieſu,& diuinæ hæredi-
tatis inſtituemur hæredes. Chariſſimi in domino, turbor uehementer & moueor in ſpiritu
meo,quod nominibus amicti ſumus, & cunctorum ſchemata baiulans in conſpectu infide-
lium gloriantes. Sed metuo ne illud Pauli oraculum impleatur in nobis, quo ait: Habentes 2.Timo.3.
formam pietatis, uirtutem autem eius negantes. De charitate uero quam habeo in uos, oro
pro uobis ad deum, ut conſideretis uitam ueſtram, & hæreditate capiatis ea quæ non uiden-
tur. Nam uerum filioli eſt, quod etiam ſi demus noſipſos ex tota uirtute inquirere deum, nec
ſic quidem condigna gratia erit. Id enim inquirimus,quod noſtrum exiſtit, & quod naturale
eſt ſubſtantiæ noſtræ. Vere etiam chariſſimi in domino, qui in omni ſanctitate paraſtis uoſ- Roma.12.
metipſos offerre hoſtiam deo,quia nihil de ijs quæ expediebant celabimus uobis: ſed perſpi-
cua facientes teſtificabimus ea,quod aduerſarij uirtutis ſubripiunt ueritati. Hoc quoque co-
gnoſcite ſcientes, quod hic qui ſecundum carnem eſt,ſemper inſectetur eum qui ſecundum 2.Timo.3.
ſpiritum, & quod omnis qui uoluerit pie uiuere in Chriſto, perſecutionem patitur. Propter
quod Ieſus cognoſcens tribulationes omnes ac tentamẽta, ueniens in mundo ad apoſtolos,
& ſciens quod ꝑ patientiã ſuam reſolueret uniuerſam inimici uirtutem, id eſt, idololatriam,
conſolabatur dicens: Vos tribulationem habebitis in mundo: ſed conſtantes eſtote; quia ego Iohan.16. Matt.10.
uici mundum. Docebatq; eos dicens, Nolite timere mundum, quia omnes afflictiones mun- Roma.8.
di condigne non ſunt ad eam quæ expectatur gloriam. Nam ſi eos qui ante uos fuerunt pro- Iohan.15.
C phetas inſecuti ſunt,& uos perſequentur. Et: Si me oderunt & uos oderint. Sed confidentes
eſtote,quia ueſtra ſapientia ſoluetis omnem inimici uirtutem. De minutia uero uerbi liberta-
tis,in qua liberati ſumus,habeo alia multa dicere uobis: ſed ſi dedero occaſionem ſapienti ſapi-
entior erit. Opus tamen habemus, conſolari inuicem exiguis quibuſque ſermonibus. Quod Prouer.9.
ſi uere perſpexerit mens,iam nequaquam egebit loquelæ corporalis mendacio. Gaudeo au-
tem in omnibus uobis, dilecti in domino uiri Iſraelitæ ſancti ſecundum propriam ſenſualem
extantiam. Quia primum quidem decebat rationabilem uirum cognoſcere ſemetipſum, de-
inde ut cognoſcat ea quæ ſunt dei,& uniuerſas ipſius gratias,quaſcunque ſemper cum eo fa-
cit. Ac deinceps nouerit,quod omne peccatum & totum quicquid queruloſum exiſtit,extra
naturam eſt ſenſualis extantiæ. Denique uidens conditor noſter nos hæc extra naturam poſ
ſidere arbitrio liberali,in quo hic moriebamur,horum cauſa uiſceribus pro nobis motus,pro-
pria bonitate uoluit conuertere nos ad illud ſine fine principium,uiſitationem fecit creatura-
rum, non parcens ſibimetipſi ob noſtram uniuerſorum ſalutem. Tradidit quippe ſe pro pec- 1.Petri.2.
catis noſtris: & iniquitates quidem noſtræ humiliauerunt eum, ſed liuore eius nos omnes ſa- Iſaiæ.53. Ezechi.11.
nati ſumus. Verbo etiam uirtutis ſuæ,congregauit nos ex omnibus regionib⁹,ad extremum
terrę uſque ad ultimum orbis: docens quod eſſemus alterutrum membra. Quamobrẽ ſi pro 1.Cor.12.
certo parauimus noſmetipſos liberos facere in eius aduentu, ſcrutetur ſemetipſum rationalis
homo,quidnam poſſit retribuere deo,pro cũctis donis quæ fecit in nobis. Vnde & ego quo- Pſal.115.
que deterrimus,qui hanc deſcripſi epiſtolam,expergefactus a dormitione mortis,plurimum
illud temporis quod mihi fuit ſupra terram factum,exiſtimo luctum & fletum: lugens quid-
nam poſſum retribuere domino, pro omnibus quæ fecit mihi. In nullo enim fruſtrati ſumus
eorũ quæ non ꝑfecerit nobis in humilitate noſtra. Angelos etenim ſuos nobis miniſtrare fe- Hebræ.1.
cit,prophetaſque proprios uaticinari precepit. Apoſtolos etiã ſuos nobis euangelizare iuſſit.

 D

Inſuper uero illud omnium inſigne eſt prẽceptorum, quod unigenitum ſuum formam ſerui
Philip. 2. fecit aſſumere pro nobis. Obſecro itaque chariſſimi in domino uos, qui ſanctorum exiſtitis
cohæredes, ut excitare uelitis proprias mentes in timore dei. Sermo enim uobis iſte fit mani-
feſtus, quod Iohãnes quidem præcurſor Ieſu baptizauerit in remiſſionem peccatorum pro-
Iohan. 1. pter nos: ſpiritu autem ſanctificati fuerimus in Chriſto. Præparemus noſipſos nunc in omni
ſanctitate, ad purgandam ſenſualem mentem noſtram, ut ſimus mundi in baptiſmate Ieſu ad
offerendum noſmetipſos hoſtiam deo. Hic uero paracletus ſpiritus qui conſolatur nos, con-
uertit rurſus ad principium noſtrum ad recuperandas hæreditates proprias, & magiſteria e-
iuſdem ſpiritus, conſolantis. Huius rei gratia quotquot in Chriſto baptizati ſunt, Chriſtum
Roma 6. induti ſunt. Nec eſt maſculus aũt fœmina, non eſt ſeruus aut liber. Omnis etiam lingua cor-
porum deſtruitur apud illos: accipientibus eis doctrinam ſancti ſpiritus, in tempore quo ſu-
Iohan 4. ment hæreditatem ſanctam, & adorabunt patrem ſicut oportet in ſpiritu & ueritate. Mani-
feſtus ſiquidem fit uobis ſermo iſte, ne expectare uelitis iudicium futurum in illa præſentia Ie-
ſu. Iam etenim aduentus illius omnibus nobis iudicium exiſtit. Scitote etiam quod omnes in
ſe geſtantes ſpiritum, recipiantur & ueſtiantur ueſtimento illo, quo ſumus exuti iuxta ſenſua-
lem noſtram extantiam. Nam & ſæpe fit uox, ueniens ſemper a deo patre ad omnes illos qui
Iſaiæ. 40. in ſeipſum gerunt, dicens eis: Conſolamini conſolamini popule meus dicit dominus, & ſa-
cerdotes loquimini ad cor Ieruſalem: Deus quippe uiſitationem continuo fecit creaturarum
ſuarum, manifeſtans propriam bonitatem. Et uere chariſſimi, ſecũdum minutias uerbi liber-
Prouer. 9. tatis in qua liberati ſumus, ſunt & alia quamplurima quæ dicantur uobis. Sed ſi dedero occa
ſionem ſapienti, ſapientior erit. Deus autem pacis, det uobis gratiam diſcretionis, ut cogno-
ſcatis quæcunqꝫ ſcribo uobis, quod mandatum ſit domini. Cuſtodiat uos idem totius gratiæ
deus ſanctos in domino uſque ad nouiſſimũ flamen. Oro autem deum ſemper pro omnium E
ueſtrum ſalute in domino dilectiſſimi, Gratia domini noſtri, Ieſu Chriſti cum omnibus uo-
bis. Amen.

## ¶ Epiſtola quarta ſancti Antonij abbatis.

CHariſſimis & honorabilibus, in domino ſalutem. Vere dilectiſſimi in domino,
quia non in uno tempore tantum uiſitationem facit deus creaturarum ſuarum,
ſed a conſtitutione mundi quotquot uenerint ad opificem deum per teſtamen-
tariam legem, ijs coadeſt deus ſingulis in ſimplicitate, ſecũdum gratiam per ſpi-
ritum ſuum. De rationabilibus autem naturis in quibus illud teſtamentarium
refriguit, & officia animorum illorum mortificata ſunt, ita ut ultra non inquirant cognoſcere
ſemetipſas ſecundum ſuam priorem conditionem: Aliæ irrationabiles omnino effectæ, ſer-
Roma. 1. uierunt creaturæ potius quam creatori. Idem uero conditor, propria bonitate noſtri uiſitati-
onem effecit per teſtamentariam legem, quoniam ſubſtantia immortalis exiſtit. Quotquot F
Roma. 8. igitur digni habiti ſunt gratia, & concreuerunt per ſuam cardinalẽ legem, edocti ſunt per ſpi
Iohan. 4. ritum ſanctum, accipientes filiorum adoptionis ſpiritum. Hi etiam præualuerunt adorare cõ-
Hebræ. 11. ditorem proprium ſicut oportet. De quibus & Paulus, Quia non perceperunt promiſſiones
propter nos. In ſua uero ſibi dilectione uolens ipſe cunctorum deus uiſitationem facere refri-
Exo. 32. Acto. 6. gidationis noſtræ ac diſpenſationis, excitauit Moſen doctorem legis, qui daret nobis legem
in litera. Et fundauit nobis ueritatis domum, quæ eſt eccleſia catholica, quam creauit uolens
conuertere deus ad primum initium. Et quia Moyſes quidem ædificauit ut præcedens: Iccir-
co non timebimus aſſerere eundem latorem legis unum eſſe ex precurſorib⁹. Et quia ſpiritus
qui fuit cum Moſe idem ſit operatus & in choro ſanctorum: omnesqꝫ petierũt de unigenito
Matt. 11. dei. Item Iohannes unus de præcurſoribus extat, & ideo lex atqꝫ prophetæ uſque ad Iohan-
nem regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti diripiunt illud. Præuidentes autem ij qui ſpi-
ritu ferebantur, quod nulla creatura poſſit curare illam grandiſſimam plagam, niſi ſola beatitu
do dei, qui eſt unigenitus eius, quemque & deſtinauit ſalutem totius orbis: qui & eſt medicus
Roma. 8. magnus, potens curare ingentem plagam ſua bonitate, pater creaturarum non pepercit uni-
Philip. 2. genito propter nos, eum pro noſtra uniuerſorum ſalute tradens, pro peccatis noſtris & pro
Iſaiæ. 53. iniquitatibus. Et ipſe quidẽ ſemetipſum, humiliauit, ſed illius liuore nos omnes ſanati ſumus:
Ezechi. 11. uerboqꝫ uirtutis ſuæ congregauit nos ex omnibus regionibus, ab extremo terrę uſque ad ul-
timum orbis, faciẽs reſurrectionem cordium noſtrorum a terra: docuitqꝫ nos alterutrum ex-
1. Cor. 11. iſtere membra, Obſecro ergo uos chariſſimi in domino ut intelligatis ſcripta, quia dei mãdata
ſunt:

A 

Magnum quippe nobis eſt hoc, ut aduertamus mentem ad formam quam aſſumpſit Ie-
ſus propter nos, eo quod per omnia nobis ſimilis fuerit excepto peccato. Decet etiam ut &
noſipſi liberemus ipſos nos in eius aduentum, & illius ſtultitia nos ſapientes efficiat paupertas
ipſius ditet, & infirmitas robuſtos oſtendat, & ut ipſe omnium reſurrectio fiat, deſtruens eum Hebræ. 2.
qui mortis habet imperium. Tunc enim ceſſabimus opus habere ſecundum carnem in Ieſu
aduentu. Namque Ieſus cooperatur nobis in bono ſeruitio, uſquequo deſtruamus malitiam Roma. 8.
omnem. Tunc quoque dicet nobis Ieſus, Iam non uocabo uos ſeruos, ſed fratres. Quando Iohan. 15.
igitur ſic eos uocauit deus, ut acciperent ſpiritum filiorum adoptionis, tunc & ſpiritus ſanctus Roma. 8.
docuit eos adorare patrem, ſicut oportebat. Vnde & mihi quoque deterrimo iuncto Ieſu tẽ- Iohan. 4.
pus iſtud in quo aduenimus factum eſt lætificatio, & luctus, & fletus: quoniam & multi de
genere noſtro induerunt indumenta pietatis, uirtutem uero negauerũt. Quamobrem & ego 2. Timo. 3.
in his quidem lætificor, qui præparauerunt ſemetipſos liberare in aduentu Ieſu: in illis uero
lugeo, qui interpellant nomen Ieſu & faciunt uoluntates cordis & carnis. Necnon & eos de-
fleo, qui intuentes longitudinem temporis, puſillanimes effecti ſunt, & ſpoliauerunt ſe pieta-
B tis amictu, facti ſicut beſtiæ. Agnoſcant uero huiuſmodi dicentes, Quia iam nõ uocabo uos Iohan. 15.
ſeruos, ſed amicos & fratres: quia quæcunque nota fecit mihi pater, manifeſtaui uobis. Con-
fitentes igitur mente, quod agnouerunt ſemetipſum ſecundum ſenſualem ſuam ſubſtãtiam,
dederunt uocem dicentes: Quia etſi cognouimus te aliquando ſecundum carnem, ſed nunc 2. Cor. 5.
iam non nouimus: quique accipientes filiorum adoptionis ſpiritum, exclamauerunt dicẽtes:
Non enim accepimus ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore, ſed accepimus ſpiritum adoptiõis in Roma. 8.
quo clamamus, Abba pater. Nunc ergo deus cognouimus quæcunque donaſti nobis, & ſci-
mus quoniam filij ſumus, & hæredes erimus. Hæredes quidem dei, cohæredes autem Chri-
ſti. Manifeſtus igitur fit uobis iſte ſermo, quod niſi quis præparauerit emendationem propri 2. Cor. 2.
am, nec creatus fuerit ex tota uirtute, quod huic aduentus Saluatoris in iudicium fiet. Quibuſ
dam enim eſt odor mortis, in mortẽ, quibuſdam autem odor uitæ in uitam: propterea quod Lucæ. 2.
in ruinam & in reſurrectionem multorum poſitus ſit in Iſrael, & in ſignum contradictionis. Ioel. 2.
Quapropter obſecro uos, ne negligatis ſalutẽ propriam: ſed unuſquiſqꝫ ueſtrum ſcindat cor,
& non ueſtimenta, ne forte amicti habitu iniuſto, paremus nobis iudicium. Ecce enim iam
appropinquabit tempus, in quo probẽtur uniuſcuiuſque ueſtrũ opera. De minutia uero uer-
bi, erant alia quę ſcriberentur uobis, ſed ſcriptum eſt: Da ſapienti occaſionem, & ſapientior e- Prouer. 9.
rit. Saluto uos omnes in domino, a minimo uſque ad magnum. Deus autem pacis cuſtodiat
uos uniuerſos chariſſimi.

C

## ¶ Epiſtola quinta ſancti Antonij abbatis.

ANtonius dilectiſſimis natis filijs Iſraeletis ſecundum ſenſualem ipſorum extari-
tiam, Non enim neceſſe eſt nominari uocabula quæ tranſeunt, quia filij eſtis Iſ-
rael. Adhuc uere nati mei, dilectio quam habeo in uos, non eſt dilectio corpo-
ralis: ſed eſt charitas ſpiritus culturæ dei. Propterea autem nec defatigor, obſe-
crans deum die ac noctẽ pro uobis, ut poſſitis cognoſcere gratiam quæ cõceſſa
eſt uobis. Quia non in uno tempore uiſitationem facit creaturarum ſuarum: ſed a conſtituti-
one mundi moderatur deus proprias creaturas per generatiões ſingulas, experge faciẽs quẽ-
que occaſionibus quibuſdam & gratia. Nunc itaque filioli, nolite negligere proclamãtes ad
dominum die & nocte, compellantes benignitatem patris ut hoc donet uobis adiutorium de
cœlo, docẽs uos uſquequo cognoſcatis, quid in ſe habeat. Nam uere filioli, qui in propria ne-
ce conſiſtimus, habitantes & in latronis domo & manentes, necnon & mortis uinculis obli-
gamur nunc. Quapropter ne dederitis ſomnum oculis ueſtris, nec palpebris dormitationem, Pſal. 131.
offerentes uoſmetipſos ſacrificium deo in omni ſanctitate, quem nemo hereditare poteſt ſine
ſanctimonia. Vere chariſſimi in domino, manifeſtus ſit uobis iſte ſermo & id quod bonum
eſt faciatis, in quo & uniuerſos reficietis ſanctos, alacritatem animorum præbentes obſequi-
um angelorum, & lætificationem Ieſu. Quoniam necdum requiem habuerunt propter nos,
uſque ad hanc horam. Sed & mihi deterrimo hac habitanti in lutea domo, eandem lætitiam
in ſpiritu meo. Vere etenim filioli, quia noſtra incommoditas & inutilitas dolorem eis omni-
bus præbet, utuntur lachrymis atque gemitibus pro nobis in cõſpectu conditoris, & ob hoc
cunctorum etiam deus iraſcitur ſupra opera noſtra maligna, propter gemitum ſanctorum,
ſicuti iterum profectus & emendatio noſtrorum animorum, alacritatem præbet choro ſan-
ctorum. Et utuntur prece multa atque lætitia in exultatione coram creatore noſtro.
Ipſe

 D

Ipſe quoque cunctorum opifex lætatur in operibus noſtris, & propter teſtimonium ſancto-
rum donat nobis chariſmata immenſa. Igitur ut cognoſcatis quod deus diligat ſemper pro-
priam creaturam, eo quod ſit immortalis extantiæ non eſt reſoluenda corporibus, aſpiciens
ſenſualem naturam ipſe quod mortua omnino perrexiſſet in abyſſum: & illud teſtamentari-
um refriguiſſet. Tum idem deus propria bonitate eandem uiſitat ex morte, per Moſen ædi-
ficare uolens & magnam curare plagam, & geſtiens conuertere eam ad priſtinam concordi-
am. Sed potens diſceſſit ab eis. Adhuc inſuper & omnis prophetarum chorus, ędificauerunt
ſuper fundamentum Moſi. Sed nec iſti ualuerunt mederi ingentem plagam membrorum
ſuorum. Cernenteſque quod ceſſaſſet uirtus eorum, iterato adhuc uniuerſis ſanctorum cho-
Ier. 8. rus collectus in unum, orationes refert in conſpectu proprij conditoris, dicens: Nunquid re-
ſina non eſt in Galaad, aut medicus inibi? Quare ergo non aſcendit ſanitas filiæ populi mei.
Iere. 51. Domine curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. Nunc fugiemus ab ea, petentibusq́ cun-
ctis benignitatē patris de unigenito quod niſi ipſe in terris calcaret, nulla creatura curare poſ-
Ezech. 12. Roma. 8. ſit ingentem plagam. Huius rei cauſa, bonitate propria uocem dedit, dicens: Fili hominis, fa-
Eſaie. 53. cito tibi uaſa captiuitatis. Voluntas itaq́ patris unigenito non pepercit pro noſtra omnium ſa
lute, ſed tradidit eum pro peccatis noſtris. Et iniquitates quidem noſtrę humiliauerunt eum,
Ezechi. 11. ſed liuore eius nos omnes ſanati ſumus. Congregans ipſe nos ex omnibus regionibus, a ſum-
mo terre uſque ad extremum orbis: faciens reſurrectionem ſenſuum noſtrorum de terra, &
docens nos quod alterutrum membra ſumus. Attendite ergo filioli, ne forte illud oraculum
2. Timo. 3. Pauli impleatur in uobis. Habentes quidam formam pietatis, uirtutem autem eius negantes.
Quamobrem unuſquiſque noſtrum ſcindat proprium cor, deflens in conſpectu eius dicens:
Ioel. 2. Pſal. 115. Quid retribuam domino, pro omnibus bonis quæ retribuit mihi? Formido iterum filioli, ne E
Pſal. 29. forte illud eloquium impleatur in nobis: Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in cor-
ruptionem? Vere filioli, quia ſicut prudentibus loquor, intelligatis quæ dico uobis: Qđ niſi
unuſquiſque ueſtrum exuerit omnem puluerem naturæ huiuſcemodi materiæ, & abrenun-
ciauerit ei & omni operationi eius ex toto corde, expāderitq́ manus cordis ſurſum ad uniuer-
ſorum patrem, & ipſe uiſceribus moueatur circa laborem eius, & donet ei inuiſibilem ignem
qui comburat omnem immunditiam ab eo, ac principalem ipſum expurgans, tunc ſpiritum
ſuum ſanctum faciat habitare uobiſcum. & ſic poſcim9 habitare patrem ſicut oportet. Nam
quamdiu fatiſcimus naturali materiæ uelut inimici exiſtimus angelorum, dei atq́ ſanctorum
eius. Nunc ergo obſecro uos dilectiſſimi in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, uti ne uelitis
negligere propriam uitam: nec confundat exiguitas temporis illud ſine fine tempus, ne pelli-
cula carnis corruptibilis confuſcet regnum ineffabilis lucis, neq́ condemnationis locus exiti
alis in angelis exterminet ſedes. Vere filioli, quia anima mea phantaſma patitur, & ſpirit9 me-
us in pauore conſiſtit, quod uniuerſi nos uelut gurgite immerſi ſumus, & ut ebrij muſto con- F
ſiſtimus, cum unuſquiſque noſtrum propriæ diſtrahitur uolūtati. Huius enim dominio ſub-
iugamur, nolentes attollere oculos noſtros ad cœli gloriam inquirēdam, & illam ſanctorum
omnium operationem illuſtrem, ipſorum ueſtigijs inhærentes. Vt ergo ſciatis quod cœli ſan
cti ſiue angeli, ſiue ſedes, ſiue dominationes, ſiue Cherubim, ſiue Seraphim, ſiue ſol, ſiue luna,
ſiue aſtra, ſiue patriarchę ſiue prophetę, ſiue apoſtoli, ſiue diabolus, ſiue Sathanas, ſiue ſpiritus
maligni, ſiue principes aeris huius: & ne plura dixerim, ſiue maſculus, ſiue fœmina ſecūdum
principium creaturæ ſuæ ex uno ſunt, omnes excepta ſola perfecta ac beata trinitate patris &
filij & ſpirituſſancti. Propter bonum uero quorundam motum, opus fuit ut deus horum no
mina uocitaret, & ſecundum ſtudia ipſorum, his qui amplius profecerunt attribuit ſuperex-
cellentem gloriam dignitatis.

## ¶ Epiſtola ſexta beati Antonij abbatis.

DEbet rationalis homo paratus eſſe, ut liberet ſemetipſum in aduētu filij dei,
cognoſcens ſe eſſe ſecundum ſenſualem ſuam extantiam. Quia quicunque
cognouerit ſemetipſum, cognoſcet & diſpenſationem proprij conditoris:
uel quæcunq́ facit in proprijs creaturis. Dilectiſſimi nobis in domino, mē-
bra noſtra & cohæredes ſanctorum, obſecro uos in nomine Ieſu Chriſti fa
cere ut præſtet ipſe uobis omnibus diſcretionis ſpiritum, in addiſcendum &
ſciendum dilectionem quam habeo in uobis: quia non eſt corporalis dilectio, ſed eſt ſpiritua
lis charitas diuinæ culturæ. De nominibus uero corporum noſtrorum, non opus eſt nomi-
nari ea: pertranſeunt enim. Cognoſcat autem homo id quod uerum eſt nomē, propter quod
& Iacob



A & Iacob luctāti per totam noctem cum Angelo, nomen illi erat Iacob. Mane autem facto, Geñ. 32. Iſrael.
uocauit nomen ipſius Iſrael, qđ eſt mens uidens deum. Puto etenim non ignorare uos, quod
aduerſarij uirtutis obſideant ueritatem. Vnde nec in uno tantum tempore deus uiſitat pro-
prias creaturas, ſed ab exordio mundi. Nonnulli enim parauerunt ſe uenire ad proprium con
ditorem per teſtamētariam ipſius legem, edocti ab illo adorare opificem ſuum ſicut oportet.
Quoniam uero per paſſionem infirmitatis, & grauedinem corporis, ac diſtinctionē malignā, Iohan 4.
refriguit teſtamentarium illud: & officia ſenſus animæ laſſauerunt. Iccirco non potuerūt ex-
quirere proprie ſecundum ſuam creationem, quod eſſet ſubſtantia immortalis non correſol- Ibidem.
uenda corporibus, unde nec præualuit ſemetipſam liberare iniuſtitia. Huius rei gratia aggreſ-
ſus eſt eos deus per ſcriptam legem, ut doceret eos adorare patrem ſicut oportet. Sed quo- Deut. 6.
niam deus unus exiſtit, & ſcđm ſenſualem eſſentiam in idipſum eſt unitas, ſit iſte uobis ſermo
manifeſtus quod omnis locus in quocunque non fuerit conſonantia, illic bella congerunt ſi-
bi, & iudicia faciunt oriri apud ſemetipſos. Videns autem conditor quod plaga eorum ma-
gnificata fuerit uehementer, & opus haberet remedium Ieſu medici ueri (Ipſe enim unigeni-
tus creator illorum exiſtit, & ipſe curat eos) miſit ante ſe inſtructorem domus, ac ille nequaq̃
proficiens abijt ſibi. Itemque deus excitauit prophetarum choros per ſpiritum ſuum, qui ædi
ficauerunt quidem ſuper fundamentum Moſi. Veruntamen nec iſti quidem potuerūt, ſed
eodem modo derelinquentes abierunt ſibi, & ipſi cuncti ſpiritum in ſe gerentes peruiderunt
plagam quod inſanabilis eſſet, & quia per nullam creaturarum curari poſſit, niſi per unigeni
B tum qui ſenſus eſt patris, & imago eius exiſtit: cuius etiam imaginis effigie tota facta eſt crea- Hebræ. 1.
tura. Agnoſcentes liq̃do quod hic ſaluator & medicus exiſteret magnus, collecti ſunt in idi-
pſum omnes, & retulerunt orationes pro commembraneis ſuis, qui ſumus nos, proclamātes Ier. 8.
ac dicentes, Nunquid reſina eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? Quare ergo non aſcendit
ſanitas filiæ populi mei? quia curauimus eam, & non eſt ſanata. Nunc ergo ibimus ab ipſis. Iere. 51.
At ipſe deus ſupereminenti & nō ſimulata dilectione ſua affuit nobis per ſanctos ſuos, dicēs:
Fili hominis, facito tibi captiuitatis uaſa. Ipſe quoque in forma dei exiſtens, non rapinam ar- Ezech. 12. Philip. 2.
bitratus eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, & obediens
factus eſt uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exalta-
uit, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu Chriſti omne genu
curuetur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: omniſque lingua cōfiteatur, quia dominus
Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris. Nunc ergo chariſſimi, ſermo iſte ſit uobis manifeſtus, Roma. 8.
quod benignitas patris nō pepercit unigenito propter nos: ſed tradidit eum propter noſtram
omnium ſalutem, tradens ipſe ſemetipſum propter peccata noſtra. Et iniquitates quidem no
ſtræ humiliauerunt eum: ſed liuore eius nos ſanati ſumus. Ipſe quoque uerbo uirtutis ſuæ, cō- Eſaie. 53. Ezechi. 11.
gregauit nos ex omnibus regionibus, ab extremo terrę uſque ad ultimum orbis, faciens re-
ſurrectionem ſenſuum noſtrorum, & remiſſionem peccatorum: docens nos alterutrum exi-
ſtere membra. Quapropter obſecro uos fratres in nomine Ieſu Chriſti, ut cognoſcatis hanc
tam magnam diſpenſationem, quod ſimilis nobis per omnia fuerit excepto peccato. Debet
C autem uniuerſa rationalis natura, propter quam maxime ſaluator aduenit, ut diiudicaret ha-
bitudinem ſuam & ignorantiam proprij ſenſus, diſtinctionemq́ dare inter medium mali ac
boni, liberari quærens per eius aduētum. Etenim quotquot liberi facti ſunt per illius diſpen-
ſationem, hi uocati ſunt ſerui dei. Quod tamen necdum perfectum eſt, niſi quod tantum in
tempore ſuo iuſtum exiſtit, & deducit ad filiorum adoptionem. Nam is ſaluator noſter, ſciēs
quod appropinquaret accipere ſpiritum filiorum adoptionis, dedit ut etiam cognoſcerent eū
docti a ſpiritu ſancto, quod aduentus Ieſu factus ſit hominibus iudicium. Vnde & uos chariſ
ſimi in domino, cognoſcite uoſmetipſos, ut ad hæc & tempus poſſitis cognoſcere, & parati ſi-
tis offerre uoſipſos ſacrificium deo. Vere chariſſimi in domino hæc tanquam rationalibus uo
bis ſcribo, qui & potuiſtis cognoſcere uoſmetipſos. Scio enim quod quicūq́ cognouerit ſe-
metipſum agnoſcet & deū. Qui uero cognouerit deū, agnoſcet & diſpenſationes illius, quas
effecit in proprijs creaturis. Manifeſt9 q̃q́ ſit uobis iſte ſermo, ꝙ nō corporeā dilectionē ha- Pſal. 88.
beo in uobis, ſed charitatē ſpūs culturę dei: ei9 uc; dei, q̃ gloriať in cōſilio iuſtoꝝ. Parate ergo
uoſipſos dū habetis q̃ pro uobis exorēt, & poſtulātes pro ueſtra ſalute: ut ignē quē uenit ipſe Luc. 12.
mittere ſup terrā, immittat cordib9 ueſtris, ut poſſitis exercere habitudines ueſtras. Et det ſen-
ſuū officia ad cognoſcēdū diſcernere malignū a bono, a ſiniſtra dexterā, a ſubſtātia i ſubſtātiā.
Sciens

Matt.6. Sciens enim Ieſus quod imperium diaboli materia facit, aduocans diſcipulos dixit eis: Nolite D
theſaurizare uobis ſuper terram, nec ſolliciti ſitis de craſtino. Craſtinus enim dies ſollicitus e-
rit de ſe. Vere fratres ſcitis, quod tempore uentorum proſperitatis, omnis gubernator plau-
det ſibi: in cōtraria uero quęque uentorum, omnis gubernator manifeſtatur. Intelligite ergo
tempus in quod aduenimus, quale ſit. De minutia autem uerbi libertatis erant plurima quæ
Prouer.9. dicerentur uobis: ſed ſi dedero occaſionem ſapienti, ſapientior erit: Saluto uos a minimo uſq;
ad maximum.

## Epiſtola ſeptima Sancti Antonij abbatis.

ANtonius omnibus dilectiſſimis fratribus, in domino ſalutem. Non deficio me-
morans ueſtri, qui eſtis catholice membra. Agnoſcere autem uos uolo dilecti-
onem quam habeo in uobis: quia non eſt corporea, ſed eſt dilectio ſpiritus cul-
turæ dei. Corporum quippe noſtrorum amicia inſubſtantia & inconſtantia: ſæ-
pe ab extraneis uentis. Cuncti uero, qui timēt dñm & cuſtodiunt mandata eius,
ſerui ſunt dei. Sed non eſt in ipſa ſeruitute pfectio, niſi ꝙ tñ iuſta tenet, deducēs filioꝝ adopti
onē. Propter ꝙ & prophetæ & apoſtoli omniſq; ſanctorū chorus deo ſuſcepti, ut crederetur
ei apoſtolica prædicatio, p uoluntatē patris uincti Chriſti, effecti ſunt. Deniq; Paulus ait uin-
ct' Ieſu Chriſti uocat' apoſtol'. Scripta itaq; lex cooperatrix fiat uobis in hoc ſeruitio, uſq; quo
dñari poſſum' oī uitio, & pficiamur in optimo miniſterio uirtutis per apoſtolicū mandatum.
Iohan.15. Quia ſi prope fuerimus effecti ad accipiendum donum, tunc dicet nobis Ieſus: Quia iam nō
uocabo uos ſeruos meos, ſed amicos & fratres: quia quęcunq; nota fecit mihi pater, reuelaui E
uobis. Quotquot enim propoſuerunt, edocti ſunt per ſpiritum ſanctum, hi cognouerunt ſe-
metipſos ſecundum ſenſualem ſuam extantiam, in ipſa uero ſui cognitione proclamauerunt,
Roma 8. dicentes: Non enim accepimus ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore: ſed accepimus ſpiritum
filiorum adoptionis in quo clamamus, Abba pater, ut cognoſcamus quanta nobis donaue-
Ibidem. rit deus, quia & filij ſumus & hæredes: hæredes quidem dei, & cohæredes ſanctorū. Fratres
dilectiſſimi, & cohæredes ſanctorum, omnis uirtus non eſt aliena uobis, ſed ueſtra exiſtit: ſi
Sapien 1. tamen inculpabiles ſitis a mala uita, deo autem manifeſti: In mala enim anima nō intrabit ſpi-
ritus dei, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Sancta quippe eſt uirtus, fugiens ab omni
dolo. Vere dilectiſſimi, quia ſicut rationalibus ſcribo uobis, & quaſi potentibus cognoſcere
uoſmetipſos. Quia qui ſemetipſum cognouerit, deum cognouit. Qui uero cognouerit deū,
Iohan.4. hunc adorare debet ſicut oportet. Et chariſſimi in domino cognoſcite uoſmetipſos, quia qui
ſemetipſos cognoſcunt, & tempus cognouerūt: qui uero cognouerunt tempus, ij poterunt
Arrius hæreſiarches ſtatuere ſemetipſos immobiles a diuerſitate linguarum. De Arrio uero qui in Alexādria ſur-
rexit, & loquitur aliena uerba de unigenito, cuiq; & qui ſine tempore eſt, tempus non adſci-
uit, & ineffabilis finem inter creaturas non dedit, immobilis immobilitatem non affixit.

## Epiſtolæ regis Abagari ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Argumentum. F

TOtam Syriam aliaſque circūiectas terras impleuerat prędicationis Chriſti ac mi-
raculorum fama. Qua Abagarus Ediſſeniorum Toparcha (erat autem ea gens
ultra Euphratem poſita) impulſus, literas dedit ad Ieſum, in ſententiam infra po-
ſitam. Cui & dominus noſter Ieſus Chriſtus per eūdem Ananiam curſorem qui
literas attulerat, reſpondit. ¶ Hæc (ne quis cōmentitia arbitretur) in publicis ſe ar-
chiuis inueniſſe ait Euſebius Ediſſenæ, ubi Abagarus ea regnauit tempeſtate, his chartis no-
tata, quæ ipſius regis geſta continerent: factaque ad uerbum ex Syris Græca commentarijs-
que ijs ſunt ab eo inſerta, quos de euangelica præparatione inſcripſit. In quibus nihil ſum ipſe
mutare auſus, ut integer maneret ſenſus: & uerborum ordo. Tatheus, ex. lxxij. diſcipulis un',
ad Abagarum miſſus eſt: cuius prædicatione & miraculis, rex & multi cum eo ſunt uerę fi-
dei cultum cōplexi. Inde a rege diſceſſurus, quum aurum ſibi daretur repudiaſſe fertur, hæc-
que ſubieciſſe: Si noſtra relinquimus, quo modo accipimus aliena? Sed hæc aliquanto poſtꝙ
Chriſtus paſſus eſt, ſunt apud Ediſſenios facta, quorum ciuitas, Chriſtiani nominis ſtudio-
ſiſſima, gloriari ſit ſolita: quod (ut idē author ſcribit) Saluatoris humani generis ad ſe miſſam
haberet epiſtolam.

## Abagarus Vchanæ filius Toparcha Ieſu Saluatori bono, qui in Hieroſolymorum locis apparuit, Salutem.

Auditum



A AVditum mihi eſt & de te, & de ſanitatibus quas facis, ꝙ ſine medicamētis aut her-
bis fiant iſta per te, & ꝙ verbo tantum cæcos facis videre, claudos ambulare, &
læproſos mundas, & immundos ſpiritus & dæmonia eijcis, & eos qui longis ęgri-
tudinibus affligantur curas & ſanas, mortuos quoq; ſuſcitas. Quibus oībus audi-
tis, id ſtatui in animo meo, vnum eſſe de duobus, aut quia tu ſis deus, & deſcende-
ris de cœlo vt hæc facias, aut ꝙ filius dei ſis qui hæc facis. Propterea ego ſcribens rogauerim
te, vt digneris vſq; ad me fatigari, & ægritudinem meam, qua iam diu laboro, curare. Nam il-
lud comperio ꝙ Iudæi murmurant aduerſum te, & volunt tibi inſidiari. Eſt autem ciuitas mi-
hi, parua quidem, ſed honeſta, quę ſufficiat vtriſq;. ¶ Et hæc ille. Cui Ieſus per Ananiam
curſorem qui literas attulerat, in hunc modum reſpondit.

## Domini noſtri Ieſu Chriſti ad eundem epiſtola reſponſiua, per Ananiā curſorem perlata.

BEatus es qui credidiſti in me, cū me non videris. Scriptum eſt enim de me, quia hi
qui me vident non credent in me, & qui non vident me in me ipſi credēt & viuēt.
De eo aūt ꝗd ſcripſiſti mihi vt veniam ad te, oportet me omnia propter quæ miſ-
ſus ſum hic explere, & poſteaꝗ impleuero recipi me ab eo, à quo miſſus ſum. Cū
ergo fuero aſſumptus, mittam tibi aliquē ex diſcipulis meis, vt curet ægritudinē
tuam, & vitam tibi & his qui ſunt tecum præſtet.

B

## Publius Lentulus Senatui Romano Salutem.

APPAruit temporibus noſtris, atq; adhuc nobiſcum eſt homo magnę virtutis, quē
eius diſcipuli filium dei vocant, ſuſcitans mortuos, & languidos ſanans. Homo
quidem ſtatura procerus, mediocris & ſpectabilis, vultum hñs venerabilem, quē
intuentes poſſunt diligere & formidare: capillos in modum coloris nucis auella-
næ præmaturę, planos fere vſq; ad aures, ab auribus vero vſq; ad humeros cincin-
nos & criſpos, aliquantulū ceruliores & fulgentiores, ab humeris ventilātes. Diſcrimen habet
in medio capitis iuxta morem Nazaræoꝝ, frontē planam & ſereniſſimā, cum facie ſine ruga
aut macula aliqua, quam rubor moderatus venuſtat. Naſi & oris nulla prorſus eſt reprehēſio.
Barba copioſa & capillis concolor, non longa, ſed in medio bifurcata. Aſpectus ſimplex & ma-
turus, oculis glaucis, varijs & claris exiſtentibus. In increpatione eſt terribilis, in admonitione
blandus, amabilis & hilaris, ſeruata vbiq; maturitate. Hic nunꝗ viſus eſt ridere, flere autē per-
ſæpe. Statura corporis propagatus & rectus, brachia vero & manus viſui delectabiles, In col-
loquio grauis, rarus & modeſtus ac ſpecioſus inter filios hoīm. Ieſus Chriſtus Mariæ filius.

## Pontius Pilatus Claudio Tiberio Cæſari Salutem.

NVper accidit, ꝗd & ipſe probaui, Iudęos per inuidiam in ſe ſuoſq; poſteros crudeli
damnatione arſiſſe. Nam cū promiſſum haberent patres eoꝝ, ꝙ deus ipſoꝝ illis
in terras vnicū ſuum per virginē naſcituꝝ mitteret filium, q eoꝝ Rex merito dice-
retur & Meſſias. Iſte me pręſide Hebræoꝝ deus cū veniſſet, & vidiſſent eum cęcos
C illuminaſſe, lęproſos mūdaſſe, paralyticos curaſſe, dæmōes ex hoībus fugaſſe mor-
tuos ſuſcitaſſe, ventiſq; impaſſe, ac ſiccis pedib' ſup vndas maris ambulaſſe, multaq; alia mira-
cula feciſſe. vñ cū oīs populus hunc filiū dei diceret, inuidiā contra eū paſſi ſunt ſacerdotes ſa-
cerdotumq; principes, & mihi eum occidendū tradiderunt, aliaq; alijs mentientes dixerunt eū
magum eſſe, & oīa contra ipſoꝝ agere legem. Ego ita eſſe credens eundē flagellatum & coro-
natum tradidi arbitrio eorum. At illi crucifixerunt eum, & ſepulcho eius cuſtodiā fortiſſimam
adhibuerunt. Ille vero militibus meis ſepulchrū cuſtodientibus, cū tertia die à mortuis reſur-
rexiſſet, in tantū nequitia exarſit Iudæoꝝ contra Chriſtum, vt copioſam cuſtodibus darent pe-
cuniam, quateus populo dicerent, quia diſcipuli eius nocte venientes corpus ipſius rapuerūt.
Verum milites mei cum accepiſſent pecuniā, ꝗd factum fuerat tacere non potuerunt. Nam &
illum reſurrexiſſe publice coram omni populo teſtati ſunt, & ſe à Iudæis accepiſſe pecuniam,
vt ſilerent quod factum fuit. Hæc ideo tibi ſcripſi, ne quis aliter mentiatur, aut mendacijs
credat Iudæorum, qui de Chriſto omne malum mentiuntur. Vale.

S. Diony-

# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS INCLYTI, ATHENARVM EPISCOPI, GALLIARVMQVE APOSTOLI, COELESTIS Hierarchiæ libri, ad Timotheum Epheſiorum epiſcopum, tranſlatio Iohannis Sarraceni, quæ ſecunda fertur. D

## LECTORI.

QVOniam ſanctiſſimi martyris Dionyſij opera, propter maieſtatem eorũ ac grauitatem ſæpius à diuerſis trãslata ſunt, idq; non fruſtra, nam bonarum rerum non debet eſſe ſatietas, alijsq; alia magis placent: ne quis huius aut illius verſionem deſideret, atque vt alia aliam elucidet, viſum eſt hic poſt præmiſſa adhuc duas alias translationes ſubijcere, videlicet Sarraceni & Camaldulenſis: vt qui hanc operum S. Dionyſij martyris æditionem ſibi compararit, nihil vltra quicq̃, quod ad Dionyſium attinet, quærere poſſit.

## ¶ Iohannis Sarraceni ad Magiſtrum Iohannem de Saresberijs in librum de Cœleſti hierarchia Prologus.

QVoniam prudentiæ veſtræ ſerenitatem in libris beati Dionyſij perpendi delectari, librũ eius de Angelica hierarchia veſtræ tranſtuli charitati. Fateor tamen elegantias me dictorum eruditiſſimi & diſertiſſimi viri oratione latina exprimere nequiuiſſe. Nam apud Græcos quædam compoſitiones inueniuntur, quibus eleganter & proprie res ſignificantur: apud Latinos aũt eædem res duabus aut pluribus dictionibus ineleganter & impropriè & quandoq; inſufficienter deſignantur. Ad commẽdationem etiam alicuius E
perſonæ vel alterius rei, pulchre articuli apud eos repetuntur, & per eoſdem articulos multæ orationes ſibijnuicem perpolite connectuntur. Taceo de inſigni conſtructione participiorũ & infinitorum articulis coniunctorum. Huiuſmodi autem elegãtiæ apud Latinos nequieuerũt inueniri. Contingit etiam, quod ſi dictiones eo ordine quo ſunt poſitæ transferantur, aut difficulter intelligantur, aut aliam ſententiam facere videantur. Ea propter vbi congruum duxi, dictionum ordinem conſeruaui, alicubi vero propter faciliorem intellectum ordinem commutaui: vbi vero Græcis dictionibus æquipollentes Latinas non repperi, vel locutionem à Latinorũ idiomate diſcrepare comperi, vel Græcas dictiones detorſi, vel de ſenſu authoris, quod potui, & vt potui, Latinis dictionibus deſignaui. Sæpe autem vbi duas vel tres dictiones latinas pro vna græca poſui, eas quaſi vnam coniunxi: non quod vnam dictionem ex his eſſe vellem, ſed vt planior intellectus fieret, & quãtum elegantiæ ex inopia latinæ locutionis tractatus iſte perderet, appareret. Confert aũt liber iſte plurimũ ad intelligentiã oĩm diuinarum ſcripturarum, in q̃bus de factis aut dictis agitur angelorum. Nam tribus hierarchijs omnes diuinos ſpiritus cõ
capit. 36. prehendit. Singulas autem hierarchias in tres ordines diſtribuit, & de ſingulis altiſſime diſſe
capite 7. capite. 15 rit. Ponit autem quaſdam de angelis quæſtiones, & earundem apponit ſolutiones. In fine vero rationes exponit figurarum in ſacris ſcripturis aſſcriptarum. Erit autem veſtræ diſcretionis hanc meam tranſlationen cum tranſlatione Iohannis Scoti comparare. Quod ſi forte commodius illo viſus fuero tranſtuliſſe, vt librum quoq; de Eccleſiaſtica hierarchia transferam, F
poteris impetrare.

## Ratio quare ueteri translationi Iohannis Scoti, noua iſta ſubiungitur.

VTilitati legentium, quantum nobis poſſibile, deo dante prouidere cupientes, quia non ignoramus antiquam tranſlationem librorum magni Areopagytæ Dionyſij, authoritate & imperio Imperatoris Caroli Magni à Iohanne Scoto editam, q̃ plurimum fere per totum ad intelligendum difficilem, nouam iſtam tranſlationem, quam Iohannes Sarracenus edidit, eidẽ ſubiungere curauimus. Et hoc ideo vt ex iſta illa clarius eluceſcat, cum iſta multo minus illa eſſe difficilis intellectu comprobetur. Ille nanq; (quoniam expreſſe verbum ex verbo transferre ſtuduit, & eum qui in græco eſt verborum ordinem ac proprietatem, prout potuit ſeruare voluit) opus ſuum valde latebroſum obſcurumq; legentibus dereliquit. Iſte vero (quia in quibuſdam locis prout opportunum eſſe iudicauit, verborum ordinem tranſmutauit, in quibuſdam autem non verba, ſed ſenſum verborum verbis alijs & planioribus transferre curauit) viam intelligentiæ ſcientiam quærentibus patefecit. Igitur ſi fortaſſis alicubi vetus tranſlatio legenti, ſiue in ſententia, ſiue in conſtru
Sapien. x. ctione verborum obſcurior occurrerit, protinus ad iſtam tranſeat, vt quod ibi durum & aſperum videbatur, per hanc leuius atq; faciliori intelligentia capiatur. Verũtamen quoniam in maliuo
lam ani



lam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis, antequam ad lectionem lector accedat, ad purgandum interiorem oculum, quo inuiſibilia videntur, diligẽtiam adhibeat, vt mentis purgationem illuminatio, intelligentię illuminationem perfectio ſapientiæ ſubſequatur: vt ſic aſcendens de virtute in virtutem diuina & cœleſtia (de quibus in libris iſtis ſupermundane ſermo agitur) in via per fidem, in patria per ſpeciem contemplari mereatur, adhærens conſilio beati Hieronymi, vbi dicit: Ea diſcamus in terris, quorum ſcientia nobis perſeueret in cœlis.

## ¶ Epigramma in beatum Dionyſium ad librum de Cœleſti hierarchia, duobus uerſibus hexametris apud Græcos comprehenſum.

ANgelicarum ſcripturarum ſplendores multos cum comprehenderis, hominibus manifeſtaſti, vt viderent mente compoſitum auſtrum.

### ¶ Liber de cœleſti hierarchia continet capita XV.


¶ Primum, Quòd omnis diuina illuminatiò ſecundum bonitatem varie ad prouiſa procedens, manet ſimpla, & non hóc ſolum, ſed & vnum facit illuminata.
Secundum, Quod conuenienter diuina & cœleſtia & per diſſimilia ſigna manifeſtantur.
Tertium, Quid eſt hierarchia, & quæ ſecundum hierarchiam vtilitas.
B Quartum, Quid ſignificat angelorum nominatio.
Quintum, Quare omnes cœleſtes ſubſtantiæ communiter angeli dicuntur.
Sextum, Quis primus cœleſtium ſubſtantiarum ornatus, quis medius, quis vltimus.
Septimum, De illo qui eſt Seraphim & Cherubim & thronorum, & de prima eorum hierarchia.
Octauum, De Dñationibus & Virtutibus & Poteſtatibus, & de media eorum hierarchia.
Nonum, De Principatibus & Archangelis & Angelis, & de poſtrema ipſorum hierarchia.
Decimum, Repetio & congregatio angelicæ bonæ ordinationis.
Vndecimum, Quare omnes cœleſtes ſubſtantiæ communiter cœleſtes virtutes vocantur.
Duodecimum, Quare hominum hierarchæ angeli vocantur.
Tertiumdecimum, Quare à Seraphim dicitur purgatus fuiſſe propheta Iſaias.
Quartumdecimum, Quid ſignificat traditus angelicus numerus.
Quintumdecimũ, Quæ formatiuæ angelicarum virtutum imagines; quid igneum, quid humaniforme, qui oculi, quæ nares, quæ aures, quæ ora; quis tactus, quæ palpebræ, quæ ſupercilia, quæ iuuentus, qui dentes, qui humeri, quæ brachia & manus, quod cor, quæ pectora, quæ dorſa, qui pedes, quæ alæ, quæ nuditas; quis veſtitus, quæ ſplendida veſtis, quæ ſacerdotalis, quæ zona, quæ virgæ, quæ lanceæ, quæ ſecures, quæ geometrici funes, qui venti, quæ nubes, quod æs, quod electrum, qui colores differentium lapidum, quod leoniforme, quod bouiforme, quod aquiliforme, qui equi, quæ differentiæ equinorum colorum, qui fluuij, qui currus, quæ rotæ, quod dictum gaudium angelorum.


## CONPRESBYTERO TIMOTHEO DIONYSIUS PRESBYTER Salutem.

C

### ¶ Quod omnis diuina illuminaio ſecundum bonitatem uarie ad prouiſa procedens, manet ſimpla: & nõ hoc ſolum, ſed & unũ facit illuminata. Cap. I.

OMNE datum bonum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à patre luminum. Jacobi I.
Sed & cunctus à patre moto luminis apparitionis proceſſus, ad nos bonitatis dono veniens; rurſus ſicut vnum faciens virtus ſuſcitatiue nos adimplet, & conuertit ad congregantis patris vnitatem & deificam ſimplicitatem. Etenim ex Rom. II.
ipſo omnia, & ad ipſum, ſicut ſanctus dixit ſermo. ¶ Igi Iohan. I.
tur Ieſum inuocãtes, qui eſt paternum lumen, quod eſt, quod verum eſt, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per quem ad principem luminis patrem adductionem habuimus, ad ſanctiſſimorum eloquiorum à patribus traditas illuminationes (ſicut eſt poſſibile) reſpiciemus, & ab ipſis ſignificatiue nobis & ſurſumactiue manifeſtatas cœleſtium mentium hierarchias, ſicut potentes ſumus, inſpiciamus. ¶ Et principalem & ſuperprincipalem thearchici patris luminis donationem, quæ

SSS angelorum

angelorum nobis in formatiuis ſignis manifeſtat beatiſſimas hierarchias immaterialibus & D
non trementibus mentis oculis intus ſuſcipiẽtes, rurſus ex ipſa ad ſimplicem ipſius ſuſcitemur
radium. Etenim neq; ipſa aliquando à propria ſingulari vnitate relinquit, ſed ad ſurſumactio-
nem & vnificam prouiſorũ coniunctionem, vt decet, bonam multiplicata & procedens, ma-
net intra ſeipſam fixe in immobili identitate ſingulariter fixa & ad ipſam, ſicut eſt fas, reſpiciẽ-
tes, iuxta proportionẽ ſuam extendit & vnum facit ſcd̃m ſimplificatiuam ipſius vnitionem.
Etenĩ neq; poſſibile aliter nobis ſuperſplendere thearchicũ radium, niſi varietate ſctõrũ vela-
minum ſurſum actiue circumuelatum, & his quæ ſunt ſcd̃m nos, prouidentia paterna cõnatu-
raliter & familiariter apparatum. ¶ Quapropter & ſanctiſſimã noſtrã hierarchiã perfectiõis
principis ſancta poſitio cœleſtium hierarchiarũ ſupermundana imitatione dignata, & dictas
immateriales hierarchias materialibus figuris & formatiuis cõpoſitionibus varians tradidit,
vt iuxta proportionem noſtri ipſorũ à ſanctiſſimis formationibus ad ſimplices & nõ formabi-
les reducamur ſurſumactiões & aſſimilationes. Qm̃ neq; poſſibile eſt noſtrę menti ad immate-
rialem illam ſurſum excitari cœleſtium hierarchiarũ & imitationẽ & contẽplationẽ, niſi ſcd̃m
ſe materiali manuductione vtatur: apparentes qdẽ pulchritudines, nõ apparẽtes decoris ima-
ginationes reputans, & ſenſibiles bonos odores, expreſſiones intelligibilis diſtributiõis & im-
materialis luminis donationis imagines materialia lumina, & ſcd̃m mentẽ contemplatiuę ad-
impletiõis diffuſiuas & ſanctas diſciplinas, & conuenientis ad diuina & ordinati habitus, or-
natiuum quę hic ſunt ordinationes, & Ieſu participationis diuiniſſimę euchariſtiæ aſſumptio-
nem, & quęcũq; alia cœleſtibus qdẽ ſubſtantijs ſupermundane, nobis aũt ſignificatiue tradita
ſunt. Huius ergo gr̃a noſtrę ſcd̃m proportionẽ deificationis, benignus pfectionis principatus,
& cœleſtes hierarchias nobis manifeſtans, & coopatricẽ ipſarũ faciẽs noſtrã hierarchiã, ſcd̃m
virtutẽ noſtram aſſimilatione deiformis ipſarũ ſctificationis ſenſibilibus imaginibus ſupcœle- E
ſtes deſcripſit mentes in ſancte ſcriptis eloquiorũ cõpoſitiõibus, quatinus nos agat p ſenſibilia
ad intelligibilia, & ex ſancte formatis ſignis ad ſimplices cœleſtiũ hierarchiarũ ſummitates.

## Quod conuenienter diuina & cœleſtia per diſſimilia ſigna manifeſtant. Ca. II.

Conuenit ergo (ſicut æſtimo) primum exponere quam quidem eſſe intentionem
vniuerſæ hierarchiæ exiſtimamus, & qd vnaquęq; iuuat ipſius chorum agentes:
deinde aũt cœleſtes hierarchias laudare ſcd̃m ipſarum in eloquijs manifeſtatio-
nem. Conſequenter vero poſt hæc dicere, qualibus ſanctis formationibus cœle-
ſtes figurant ornatus eloquiorũ ſanctæ ſcripturæ, & ad qualem reduci oportet p
formationes ſimplicitatem, quatenus non & nos ſimiliter vt multi, immunde arbitremur cœ-
leſtes & deiformes mentes, & multipedes eſſe quaſdam, & multorũ vultuum, & ad boum ani-
malitatem, aut ad leonum ferinam formationẽ formatas, & ad aquilarũ curui roſtri ſpeciẽ, aut
ad volatiliũ tripartitã alarũ naturalem poſitionẽ formatas, & rotas quaſdã igneas ſuper cœlũ
imaginemur, & thronos materiales deitatis principatui ad reclinationẽ opportunos, & equos F
quoſdã multorum colorũ, & lanceas ferentes principũ militiæ princeps, & quæcunq; alia ab
eloquijs nobis ſancta formatione in varietate manifeſtatiuorũ ſignorũ tradita ſunt. Etenĩ nõ
ſine arte theologia poeticis ſanctis formationibus in non figuralibus mentibus vſa eſt, noſtrã
(vt dictum eſt) mentem reſpiciens, & familiarẽ ipſi & connaturalem ſurſumactionẽ prouidẽs
& ad ipſam reformans ſurſumactiuas ſanctas ſcripturas. ¶ Si videtur autẽ alicui ſanctas qdẽ
recipere cõpoſitiones ſicut ſimpliciũ in ſeipſis & ignotorum, & in contemplabilium nobis ex-
iſtentium: à ſignificatione autem recedentes arbitratur ſanctarũ mentium in eloqñijs imaginũ
ſcripturas, & omne, vt ita dicat, inconueniens hoc angelicorum nominum tabernaculum, &
oportere dicit theologos ad corporalem formatiõem totaliter incorporeorũ venientes fami-
liaribus ipſa, &, ſicut poſſibile eſt, cognatis & reformare & manifeſtare figurationibus ex pre-
cioſiſſimis apud nos quodammodo & immaterialibus ſubſtantijs & oĩbus ſuperpoſitis, & nõ
cœleſtibus & deiformibus ſimplicitatibus in terra vltimas circumponentes multiformitates.
Hoc enĩ ad ſurſumagendum nos quidem eſſet futurũ opportunius, & ſupermundanas mani-
feſtationes non deorſum ageret ad inconuenientes diſſimilitudines. Illud vero & in diuinas
illegitime iniuriam faceret virtutes, & noſtram forſitan aberrare faceret mentem ad immũdas
ipſam inferens compoſitiones. Et forſitan etiam arbitrabitur ſupercœleſtia leoninis quibuſ-
dam & equinis examinibus eſſe adimpleta, & mugitiua hymnologia & volatili angelorũ prin-
cipatu, & aĩalibus alijs & materijs vilioribus quæcunq; ad inconueniens & ignobile & paſſibi-
le declinate deſcribunt ſcd̃m omne diſſimiles huiuſmodi manifeſtatiuorũ eloquiorũ ſimilitu-
dines. ¶ Sed veritatis, vt arbitror, inquiſitio demonſtrat eloquiorũ ſanctiſſimã ſapientiam in
cœleſtium



A cœleſtium formatiõibus vtrunq; pfecte prouidentẽ, q̃d neq; in diuinas (ſic forſan dicat aliqs)
iniuriã faciat virtutes, neq; nos qdem in viles paſſibilr̃ infixi ſimus imaginum humilitates. Et
enim q̃d cõuenienter qdem propoſitæ ſunt non formabilium formę & figurę infigurabilium,
nõ ſolam cauſam dicat aliquis eſſe noſtrã proportionẽ, non valentẽ ſine medio ad intelligibi-
les extendi contẽplationes, & indigentẽ familiarium & cõnaturalium ſurſumactionũ, quę poſ-
ſibiles nobis formationes p̃rendunt informabilium & ſupnaturalium viſionum, ſed ꝙ & my-
ſticis eloquijs eſt conuenientiſſimũ, p arcana & ſctã ęnigmata abſcondi, & inuiã multis ponere
ſanctam & occultã ſupermundanarũ mentium veritatẽ. Eſt enim nõ oĩbus ſanctus, neq; oĩm 1. Cori. 8
vt eloquia dicunt, cognitio. Si autẽ nõ apparentes imaginum ſcripturas accuſat aliqs, verecun-
dum eſſe dicens reponere ita turpes formationes deiformibus & ſanctiſſimis ornatibus, ſuffi- Diuina ſignificãdi modus duplex
cit ad ipſum dicere, ꝙ duplex eſt ſanctæ manifeſtationis modus. Hic quidem ſicut eſt cõueniẽs
per ſimiles procedens ſancte formatas imagines, ille aũt per diſſimiles formationes ad perfe-
ctiſſime inconueniens & nõ apparens formatus. ¶ Igitur ad venerabilem ſuperſubſtantialis
deitatis principatus beatitudinẽ manifeſtatiuorũ eloqorum myſticæ traditiones aliqñ quidẽ Iohan. 1
ſicut, rationẽ & mentẽ & ſubſtantiã laudãt deo conuenientẽ rationabilitatem & ſapientiã eius Iohan. 8.
monſtãtes, & vere exiſtentem eſſentiã, & exiſtentiũ eſſentiæ cauſam verã. Et ſicut lumen ipſam Iohan. 1. Ibidem
reformãt & vitã vocãt, talibus ſanctis reformationibus venerabilioribus qdẽ exiſtentibus, & Iohã. 5
B ſupmateriales formationes iacere quodãmodo apparentibus, ſed minus habentibus: & ita the-
archica ad veritatẽ cõparabilitate. Eſt enim ſuper oẽm ſubſtantiã & vitã, nullo qdẽ ipſam lu-
mine figurante: oĩ aũt rõne & mente à ſimilitudine ipſius incõparabilr̃ derelictis. ¶ Aliqñ aũt
diſſimilibus manifeſtationibus ab eiſdẽ eloquijs ſupermundane laudat, inuiſibilem ipſam &
interminabilem & incõprehenſibilem appellãtibus, & ea ex qbus nõ qd eſt, ſed quid non eſt 1. Timo. 1. & 6
ſignificatur: hoc enim, ſicut arbitror, & magis propriũ eſt in ipſa. Quoniã ſicut oculta & ſacer- Pſal. 144.
dotalis traditio ſuggeſſit, nõ eſſe qdẽ ſcd̃m aliquid exiſtentiũ, ipſam vere dicimus. Ignoramus Rom. 11.
autẽ ſuperſubſtantialem ipſius & incõprehenſibilitatẽ & ineffabilem infinitatẽ. ¶ Sic ergo ne-
gationes quidem in diuinis ſunt verę, affirmationes autem inconuenientes, occulto arcanorũ
cõuenientior magis eſt in viſibilibus per diſſimiles reformationes manifeſtatio. Honorãt igit
nõ turpitudine adimplent cœleſtes ornatus eloquiorũ ſanctæ ſcripturę diſſimilibus ipſos for-
mationibus manifeſtãtes, & per iſtas demonſtrãtes à materialib' vniuerſis ſupmundanæ exce-
dentes. Q̃d autẽ & noſtrã mentẽ ſurſumagunt, magis à ſignificatione recedẽtes ſimilitudines,
nõ arbitror quenq̃ bonũ ſenſum habentium cõtradicere. Nam & per p̃cioſiores quidẽ ſanctas
formationes cõſequens eſt & decipi quoſdã, arbitrãtes eſſe cœleſtes ſubſtãtias luciformes q̃ſ-
dam viros & fulgurãtes, decẽtiſſime veſtitos veſte ſplendida, & igneum ſine læſione à ſe cum
ſplendore emittentes, & qbuſcũq; alijs ſimilr̃ formabilib' formis theologia cœleſtes figurauit
mentes. Quod vt nõ patiãtur hi q nihil apparentibus pulchris altius intenderunt ſctõrũ theo-
logorum ſuſcitatiua ſapiã, & ad incõuenientes diſſimilitudines ſancte deponit, nõ pmittẽs ma-
teriale nr̃m ad turpes imagines manens quieſcere, ſed valde ſuſcitãs hoc aĩæ q̃d ſurſumfert, &
C ſubleuãs deformitate cõpoſitionum ſicut non cõueniente, neq; vero apparente eſſe, neq; valde
materialib' q̃d ita turpibus cõparabilia ad ỽitatem ſunt ſupcœleſtes & diuinę viſiones. Et ali-
ter etiã hoc intendere oportet, nihil exiſtentiũ eſſe vniuerſalr̃ boni participatione priuatum, Geneſis 1
quoniã vt eloquiorũ ỽitas dicit, oĩa bona valde. Eſt ego ex oĩbus intẽdere bonas contẽplatio-
nes, & intelligibilib' & intellectualibus ex materialib' reformare dictas diſſimiles ſimilitudi-
nes, alio mõ intellectualib' habentibus q̃ ſenſibilibus aliter ſunt attributa. ¶ Etenim furor ir-
rationabilibus qdẽ ex paſſibili motu ingignit, & oĩ irrõnabilitate eſt plenus furibundus ipſo-
rum motus. Sed in intellectualibus alio mõ oportet furibundũ intelligere, monſtrãs, vt æſti-
mo, virilem ipſorũ rõnabilitatẽ, & durum habitum in deiformibus & immutabilibus collo-
cationibus. Similiter concupiſcentiã qdẽ eſſe dicimus in irrõnabilibus, nõ circumſpectã quã-
dam & materialẽ ex naturali motu aut conſuetudine inuariabilibus in nõ valente teneri inge-
nitam ad aliqd paſſionẽ & irrõnabilem corporalis appetitus victoriã, vniuerſum animal im-
pingentis ad concupiſcibile ſcd̃m ſenſum. Quãdo aũt diſſimiles ſimilitudines intellectualib' Concupiſcentia in ſpũalibus ſubſtãtijs
circumpotentes, concupiſcentiã ipſis circũformamus, amorẽ diuinum ipſam intelligere cõue-
nit, ſup mentẽ immaterialitatis & indeclinabile, & irremiſſibile deſiderium ſuperſubſtãtialiter
caſtæ impaſſibilis contẽplationis, & ad illum mundum & ſupremum ſplendorẽ & ſine errore
exiſtentẽ & pulchrificum decorẽ æternæ, veræ & intelligibilis coionis, & non valens teneri, ac-
cipiamus in forti, & non conuerſibili, & à nullo incidi valente propter purum & inuariabilem
diuinæ pulchritudinis amorem, & totalem declinationem ad vere deſiderabilẽ. Sed & ipſam

 irratio

irrationabilitatẽ & inſenſibilitatẽ in irrationabilibus quidem aĩalibus, aut inanimatis materijs
priuationẽ rationis & ſenſus ꝓprie vocamus. In immaterialibus aũt & in intellectualibus ſub
ſtantijs, vt decet ſctitatem, exceſſum ipſaꝝ ſicut ſupermundanaꝝ confitemur nr̃æ tranſibilis &
corporalis rõnis, & materialis, & alieni ab incorporalibus mentibus ſenſus. Eſt igit̃ non diſſo
Irrõnabilitas ĩ itellectualibus ſubſtantijs nas reformare cœleſtibus formas, & ex viliſſimis materiæ partibus, qm̃ & ipſa à vere bono eſ
ſentiã cum habuerit, ſcd̃m oẽm ipſius materialem ornatũ reſonantias quaſdã intellectualis de
coris habet, & poſſibile eſt ꝑ ipſas ſurſumagi ad immateriales archetypias, diſſimiliter (ſicut di
ctum eſt) ſimilitudinibus acceptis, & eiſdẽ non eodem mõ, ſed conuenienter & familiariter in
intellectualibus & ſenſualibus ꝓprietatibus diffinitis. ¶ Hęc myſticos theologos inueniemus
nõ ſolum cœleſtium ornatuum manifeſtationibus ſancte circumformãtes, ſed & ipſi aliqñ the
archicis manifeſtationibus. Et aliqñ quidẽ ipſam ab apparentibus precioſis laudant, ſicut ſo
gulis ſecundis per primas. Et ſi oportet compẽdioſe dicere, primum ex occulto ad apparens
agitur per primas uirtutes. Hoc igitur theologus docebatur ab illuminãte ipſum angelo, pur
gationem & oẽs hierarchicas operationes per primas ſubſtantias reſplendentes, ad omnes re
liquas diſtribui, ſcdm uniuſcuiuſq; ad deificas participatiões proportionẽ. Quapropter & i-
Ibidem. gneę purgatiuã proprietatẽ Seraphim conuenienter poſt deum repoſuit. Nihil ergo incõue-
niens, ſi purgare dicitur theologum Seraphim. Nam ſic deus purgat om̃es, eo quod oĩs pur-
gationis eſt cauſa. ¶ Magis aũt, propinquo enim utar exemplo, quemadmodũ qui ſcdm nos
eſt hierarcha per ipſius diaconos, aut ſacerdotes purgans, aut illuminans, ipſe dicitur purgare
aut illuminare per ipſum ſanctificatis ordinibus, q̃ fiunt per ipſos ad ipſum reponentibus pro
prias ſanctas operationes. Ita & propriam purgatiuam ſcientiã, purgationem theologi perfi
ciens angelus, ad deum quidem ſicut cauſam, ad Seraphim autem ſicut prius operantem hie-
rarcham reponit. Sicut ſi aliquis dicat cum reuerentia angelica ab ipſo purgatum docens,
quod in te a me perfectæ purgationis principium quidem exaltatum, & ſubſtãtia, & creator,
& cauſa eſt, qui & primas ſubſtantias ad eſſe deduxit, & circa ipſum collocatione continet
& conſeruat, & cõuerſibiles, & cadere impoſſibiles, & ipſe eſt mouens ad primas propriarum
prouiſiuarum operationum participatiões. Hoc enim me iſta docens, dixit Seraphim ſigni-
ficare uiſionem. Hierarcha autem, & poſt deum dux primarum ſubſtantiarum ornatus, a q̃ pur
gare ego deiformiter ſum edoctus. Iſte igitur eſt per me te purgãs, per quem proprias proui-
ſiuas operationes ex occulto & ad nos adduxit cunctę cauſa & creator purgationis. Iſta qui- E
dem ille docebat me: tibi autẽ ego trado. Tuæ aũt ſit intellectualis & diſcretiuæ ſciẽtiæ, aut al-
teram dictarum cauſarum abſolutam eſſe a dubitatione, & hanc honorare, aut alteram ſicut cõ-
ueniens & rationabile, & forſitan uerum habentem, aut a teipſo aliquid uere uero magis co-
gnatum inuenire, aut ab alio diſcere: deo uidelicet dante uerbum, & conciliantibus angelis,
& amatoribus angelorum nobis reuelare ſplendidam magis, ſi poſſibile eſt, & mihi magis a-
mabilem contemplationem.

## ¶ Quid ſignificat traditus angelicus numerus. Cap. XIIII.

T hoc autem dignum (ut arbitror) intellectuali principatu quod eloquiorũ de an
Dani. 7. gelis traditio millies mille eſſe dicit, & decies millies decẽ millia apud nos ſummos
numerorum in ſeipſos reuoluens & multiplicans, & p iſtos manifeſte ſignificans no
bis innumerabiles cœleſtiũ ſubſtantiarum ordinationes. Multi em̃ ſunt beati exerci
tus ſupermundanarum mentium, infirmam & conſtrictam excedẽtes noſtrorum materialium F
numerorum cõmenſurationem, & a ſolo cognitiuo diffiniti, qui ſecudum ipſos eſt ſupermun
dano & cœleſti intellectu, & ſcientia ditiſſime ipſis data a thearchica infinitæ cognitionis ſa-
pientificatione omnium ſimul exiſtentiũ ſuperſubſtantiali exiſtẽte principio, & cauſa ſub-
ſtantifica & contentiua uirtute, & comprehenſiua terminatione.

## ¶ Quæ formatiuæ angelicarum uirtutum imagines, & quæ deinde. Cap. XV.

Ge igitur de cætero ad requiẽ ponentes noſtrũ (ſi uidetur) intellectualẽ oculum
de angelos dicẽte circa altas cõtemplatiões fortitudine, ad diuiſibilẽ & multarũ
partium latitudinẽ multiformis angelicarum formationũ uarietatis, deſcẽdẽtes rur-
ſus ab ipſis ſicut ab imaginibus ad ſimplicitatẽ cœleſtiũ mentiũ reſolutorie refle-
ctamus. ¶ Eſto aũt tibi præcognitũ ꝙ ſanctæ formatarum imaginũ repurgatiões,
eoſdẽ qñq; cœleſtiũ ſubſtantiarum ornatus hierarchice regentes ſignificant, & rurſus hierarchi
ce rectos, & poſtremos hierarchice regẽtes, & hierarchice rectos primos, & eoſdẽ (ſicut dictũ
eſt) & primas & medias, & poſtremas habẽtes uirtutes nulla inconuenieti ratione male indu
cta, ſecundũ talẽ reſerationũ modũ. Si em̃ hierarchice qdem regi quoſdã a priorib⁹ diceremus,
poſtea eoſdẽ hierarchice regẽtes, & priores rurſus hierarchice pręſidẽtes poſtremis, & hierar
chice rectas ab ipſis, illis hierarchice gubernatis, uere incõueniens eſſet ꝙ fieret, & confuſione
multa plena. Si aũt eoſdẽ hierarchice regere, & hierarchice regi dicimus, nõ adhuc aũt eoſdẽ,
aut ab eiſdẽ, ſed ipſum unũquẽq; hierarchice qdem regi a priorib⁹, hierarchice aũt regere po-
ſtremos, non incõuenienter aliquis dicat in eloquĳs ſancte formatas formationes eaſdẽ aliqñ
poſſe & primis, & medĳs, & poſtremis, & uirtutib⁹ familiariter & uere circũponi. ¶ Igitur &
ad ſuperius conuerſiue extendi, & circa ſeipſas fortiter conuolui, propriarum exiſtentes ſerua
tiuę



tiuę uirtutũ, & circa ſecunda cõmunicatiuo proceſſu prouiſiue ipſas in participatione uirtu-
tis eſſe, omnibus ſine mendacio conueniet cœleſtibus ſubſtantĳs: q̃uis iſtis quidem ſuperpoſi
te, & totaliter, ut multoties dictum eſt, illis autẽ particulariter & ſubmiſſe. ¶ Incipiendus eſt
autem ſermo, & quærẽdum in prima formarum repurgatione, propter quã cauſam theolo-
gia pene pręter oẽs inuenitur honorans igneam ſanctam deſcriptionẽ. Inuenies igitur ipſam Dani. 7.
non ſolum rotas igneas formantem, ſed & animalia ignita, & uiros ſicut ignem fulgurantes, 4 Reg. 2.
& circa ipſas cœleſtes ſubſtantias cumulos carbonum ignis circũponentes, & fluuios immẽ- Ezech. 1.
ſurabili ſonitu ignis flagrantes. Sed & thronos dicit igneos eſſe, & ipſos ſupremos Seraphim Danie. 5. Ibidem
incendentes exiſtentes ex nominatione ſignificat, & ignis proprietatem, & operationem i-
pſis attribuit: & totaliter ſurſum & deorſum igneam honorat eminenter formæ actionem.
Igitur igneum quidem ſignificare arbitror cœleſtium mentium deiformoſiſſimũ. ¶ Etenim Ignis, proprietates
ſicut theologi ſuperſubſtantialem & non formabilem ſubſtantiam in igne multis in locis de- quæ.
ſcribunt, ſicut habente multas thearchice (ſi fas eſt dicere) proprietatis, ſicut inuiſibilibus ima
gines. Etenim ſenſibilis ignis eſt quidem, ut dicatur ita. In omnibus & per omnia munde ue-
nit, & ſegregatur ab omnibus, & omnino ſplendens exiſtens ſimul, & ſicut occultus, ignotus
ipſe ſecundum ſeipſum non propoſita materia ad quam manifeſtet propriam operationem,
& non ualens teneri, & incontemplabilis per ſe ſuperans uniuerſa, & ea in quibus ingignitur
ad propriam agens operationem, uariatiuus, traditiuus ſuĳpſius omnib⁹ quoquomodo pro-
pinquantibus, renouatiuus, non circumuelatus illuminationib⁹, incõprehenſibilis, mundus,
B diſcretiuus, inuariabilis, ſurſum ferens, acute pergens, altus, nullam recipiens pedeſtrem ſub-
iectionem, ſemper mobilis, eodem modo mobilis, motiuus, aliorum comprehẽſiuus, incom-
prehenſibilis, non indigens altero, fallenter augmentatiuus ſuĳpſius, & ad ſuſceptas materias
manifeſtans ſuĳpſius magnitudinem, actiuus, potens, uniuerſis præſens, inuiſibiliter negle-
ctus non eſſe apparens. Contritione autem quemadmodum quadam inquiſitione connatu
raliter & proprie ſubito manifeſtatus, & rurſus incomprehenſibiliter inpalpabilis, non mino
rabilis, in omnibus ditiſſimis ipſius traditionib⁹. Et multas alias inueniet quis ignis proprieta
tes familiares, ſicut incenſibilibus imaginibus thearchicæ operationis. Hoc igitur ſcientes de-
um ſapientes, cœleſtes ſubſtantias ex igne formant, ſignificantes ipſarum deiforme, & (ſicut
eſt poſſibile) dei imitatiuum. ¶ Sed et humaniformes ipſas deſcribunt, propter intellectuale, Angeli
& quia ad ſuperius habent inſpectiuas uirtutes, & propter figuræ rectum & erectum, & ſecũ quare deſcribũtur
dum naturam principale & ducatiuum, & ſecundum ſenſum quidem minimum ſicut ad re- humaniformes.
liquas irrationabilium animalium uirtutes. Superatiuum autem cunctorũ mentis ſecundum
abundantiam uirtute, & ſecundum rationabilem ſcientiam obtinendi poteſtate, & ſecũdum
naturam animæ liberum, & non ualens teneri. Eſt autem & ſecundum unumquodq; (ſicut
æſtimo) corporalis noſtræ partium multitudinis imagines conuenientes inuenire cœleſtium
uirtutũ, dicentes inſpectiuas quidem ſignificare uirtutes, ad diuina lumina clariſſimum reſpe-
ctum, & rurſus mollem & humidam, & non contraformatam, ſed acute mobilem, & mun-
dam, & apertam, impaſſibiliter ſuſceptionem thearchicarum illuminationum. Olfabilium au Nares.
C tem, diſcretiuas uirtutes ſuper mentem bene olentis diſtributionis, ſicut eſt poſſibile, recepti- Aures.
uum, & non talium in ſcientia diſcretiuum, & totaliter effugitiuum. Aurium autem uirtutes,
participatiuum, & cognitiue ſuſceptiuum thearchicæ inſpirationis. Guſtatiuas autem, intel- Guſtus.
ligibilium alimentorum adimpletionem, & diuinorum nutritiuorum prouentuum ſuſcepti- Tactus.
uum. Tactiuas autem, iuuantis naturam, aut lædentis in ſcientia diſcretiuum. Palpebras uero Palpebrę
& ſupercilia, dei inſpectiuorum, intellectuum ſeruatiuum. Adoleſcentis autem & iuuenis æ Supercilia.
tatem, quod conualeſcat ſemper uiuifica uirtus. Dentes autem, diuiſiuum inditæ nutritiuæ Adoleſcẽtia.
perfectionis. Vnaqueq; enim ſubſtantia intellectualis, datum ipſi a diuiniore uniformem in- Iuuẽtus.
tellectum prouiſiua uirtute, diuidit & multiplicat ad indigentioris ſurſumactiuam proportio Dentes.
nem. Humeros autem & brachia, & rurſus manus, factiuum, & operatiuum, & actiuum. Humeri.
Rurſus autem cor, ſignum eſſe deiformis uitę propriam uiuificam uirtutem boniformiter ad Brachia.
prouiſiua diſſeminantis. Pectora autem, rurſus ſignificare indomabile, & ſeruatiuum, ſicut in Manus.
ſubiecto corde uiuificę diſtributionis. Dorſa uero, contentiuum germinatiuarum uniuerſa- Cor.
rum uirtutum. Pedes autem, motiuum & acutum, & uelox ad diuina ambulatione ſempiter- Pectora.
næ motionis. Propter quod & alatos theologia ſanctarum mentium figurauit pedes. Alã e- Dorſa. Pedes.

 nim, Ezech. 1.

nim ſignificat ſurſumactiuum acumen, & cœleſte, & ad ſuperius uiæ factiuum, & ab om-
Alarum leuitas. ni terreſtri propter ſurſumferens ſegregatum. Alarum uero leuitas ſecundũ nihil terrenum,
Nuditas. ſed totum munde & ſine pondere ad altum redactum. Nudum uero & diſcalceatum, demiſ-
Diſcalceatio. ſum & facile ſolui, & non ualens teneri, & mundum ab exteriorum additione, & ad ſimplici-
tatem diuinam aſſimulatiuum, ſicut eſt poſſibile. Sed quoniam rurſus ſimplex & multum ua
ria ſapientia, & nudos ueſtit, & uaſa quædam dat circumferre ipſis, age & cœleſtium menti-
Veſtis ignea. um ſancta opertoria, & inſtrumenta, ſecundum quod eſt nobis poſſibile, reſeremus. Etenim
ſplendidam quidem ueſtem & igneam, ſignificare arbitror deiforme, ſecundum ignis imagi-
Veſtis ſacerdotalis. nem, & illuminatiuum, propter eas quæ ſunt in cœlo quietes. Vbi eſt lumen, & quod uniuer
ſaliter intelligibiliter eſt illucens, aut intellectualiter illuminatum. Sacerdotalem autem, ad di-
uinas & myſticas uoluntates adductiuum, & quod eſt totius uitæ ſanctificatum. Zonas uero,
Zonæ. germinatiuarũ uirtutum ipſarum habitum ad ſeipſum unitiue fuiſſe cõuerſum, & in circum-
Virgæ. itu cum bono ornatu non ualente cadere identitate circa ſeipſum conuolui. Rurſus autem
Lanceæ. uirgas, regale & ducatiuũ, & recta omnia terminans. Lanceas autem & ſecures, diſſimilium
Secures. diuiſiuum & diſcretiuarum uirtutum acutum, & operatiuũ, & actiuum. Geometrica autem
Vaſa geometrica. & architecti uaſa, fundatiuum & ædificatiuum, & perfectiuum: & quæcunque alia ſurſuma-
ctiuæ & conuerſiuæ ſunt ſecundorum prouidentiæ. Eſt autem quando & in nos iudiciorum
diuinorum ſunt ſigna formata ſanctorum angelorum inſtrumenta, his quidem monſtranti-
bus correctiuam diſciplinam, aut punientem iuſtitiam. Illis autem ab anguſtia liberationem,
aut diſciplinæ finem, aut prioris boni affect⁹ reſumptionẽ, aut additionem aliorum donorum
paruorum aut magnorum, ſenſibilium aut intelligibilium. Et totaliter non dubitet perſpicax E
Venti. mens familiariter aptare non apparentibus apparentia. Ventos autem & ipſos nominari, ue-
Dani. 14. locem ipſorum ſignificat & ad omnia fere tranſeuntem ſine mora actionem, & a ſuperiorib⁹
Pſal. 103. ad inferiora, & rurſus ex his quæ ſunt infra ad ſuperius delatiuum motum, extendentem qui-
Geñ. 28. dem ſecunda ad ſuperiorem altitudinem: mouentem autem prima ad communicatiuum &
Iohan. 1. prouiſiuum ſubiectorum proceſſum. Dicat autem aliquis, aerei ſpiritus uentoſam nominati-
Liber ſymbolicæ theologiæ non dũ inuentus. onem & deiforme cœleſtium mentium ſignificare. Habet enim & hoc thearchicæ operati-
onis imaginem & formam, ſicut in ſymbolica theologia ſecundum quatuor elementorum re
purgationem nobis per plura demonſtratum eſt, ſecundum naturæ motiuam & germinati-
uam, & uelocem, & non ualentem teneri capacitatem, & ignotam nobis & inuiſibilem oc-
Iohan. 3. cultationem motiuorum principiorum & terminationũ. Non enim nouiſti, dicit, unde ue-
Nubes. niat aut quo uadat. Sed & nubis ipſis ſpeciẽ theologia circumformat, ſignificans per hoc ſan-
Eſaiæ. 5. ctas mentes occulto quidem lumine ſupermundane adimpletas. Prius autem apparentẽ pri-
mam apparitionem ſine pompa intus ſuſcipientes, & hanc copioſe ad ſecunda, ſecunda appa
ritione, & ſecundum proportionem, deferentes. Et quidem quod generatiuum ipſis & uiuifi
cum, & augmentatiuũ & perfectiuũ ineſt, ſecundum intelligibilem imbrium parto ſuſcepti-
Apoc. 1. bilem ſinum humidis pluuijs ad uiuificas parturitiones euocantem. Si autem æris, & electri,
Dani. 10. & lapidum multorum colorum ſpeciem theologia cœleſtibus ſubſtantijs circumponit: ele-
Electrũ. ctrum quidem ſicut auriforme ſimul & argentiforme ſignificat imputribilem ſicut in auro, &
inconſumptibilem, & imminorabilem, & immaculatum ſplendorem, & ſplendidam, ſicut in
Aes. argento, & luciformem & cœleſtem claritatem. æri autem, ſecundum aſſignatas rationes,
Gemmæ aut igneum auriforme eſt attribuendum. Lapidum autem, multorum colorum uiſiones ſigni
ficare eſt arbitrandum, aut ſicut albas luciforme, aut ſicut rubeas igneum, aut ſicut flauas au-
riforme, aut ſicut pallidas iuuenile & conualeſcens. Et ſecundum unamquanque ſpeciem in-
uenies ſurſumactiuam formatiuarum imaginum repurgationem. Sed quoniam iſta ſecun- F
dum uirtutem a nobis ſufficienter dicta eſſe arbitror, tranſeundum eſt ad ſanctã reſerationem
Leo. cœleſtium mentium ſancte formatę ferinæ formationis. Et leonis quidem formam ſignifica
re eſt putandum ducatum, & forte, & indomabile, & ad occultũ ineffabilis thearchiæ ſecun-
dum uirtutem aſſimulatiuum intellectualium ueſtigiorum circũuelatione, & myſtico & non
Bos. pompoſo operimento ſecundum diuinam illuminationem, & ad ipſam ſuſcitatiuæ ambula-
Cornua. tionis. Bouis autem, forte & conualeſcens, & intellectuales ſulcos incidens ad ſuſceptionem
Aquila. cœleſtium & germinatiuorum imbrium: & cornua, ſeruatiuum & robuſtiſſimum. Aquilæ
autem,



autem, regale & alte ambulans, & uelociter uolans, & ad uirtutem faciens alimentũ, acutum
& ſobriũ, & bene currens & ingenioſum, & ad copioſum & multi luminis radium thearchi
cæ ſolaris emiſſionis inconſpectiuarum uirtutum ſaniſſimis ſuſcitationibus ſine impedimen-
to ſecundum rectum & indeclinabiliter contemplatiuum. Equorum autem, obediens & fræ Equi.
nabile & alborum quidem exiſtentium, ſplendidum & quam maxime diuini luminis cogna
tum, nigrorum uero exiſtentium, occultum: rubeorum autem, igneum & actiuum, commi
xtorum autem ex albo & nigro, delatiua uirtute extremorum cõiunctiuum, & prima ſecun-
dis conuerſiue aut prouiſiue coniungens. Sed niſi ad ſermonis contenderemus commenſura
tionem, & particulares dictorum animalium proprietates, & omnes corporales ipſorum for
mationes adaptauiſſemus quidem, non inconuenienter cœleſtibus uirtutibus ſecundum diſ
ſimiles ſimilitudines, furibundum quidem ipſorum ad intellectualem fortitudinem, cuius eſt Furor.
ultima furor reſonantia. Rurſus autem concupiſcentiam ad diuinum amorem. Et ut ſumma Concupiſcentia.
tim dicatur, uniuerſos irrationabilium animalium & ſenſus, multiplicitatẽ partium ad imma-
teriales cœleſtium intellectus & uniformes uirtutes reducentes. Sufficiunt autẽ ſapientibus
non iſta ſolum, ſed & unius a ſignificatione recedentis imaginis repurgatio ad proximorum Fluuij.
eiuſdem modi manifeſtationem. inſpiciendum autem, & fluuios dictos eſſe, & rotas, & cur- 4. Re. 6.
rus coniunctos in cœleſtibus ſubſtantijs. Etenim ignei fluuij ſignificant thearchicos prouen Zach. 6.
tus, copioſam ipſis & indeficientem affluentiam largientes, & uiuificæ nutritiuos generabili Iſaiæ. 66.
tatis. Currus autem coniunctiuam coordinatorum communionem. Rotæ uero alatæ quidẽ Dani. 7.
exiſtentes, & ad anteriora ſine conuerſione & indeclinabiliter procedentes, ſecundũ rectam Currus.
& erectam uiam ambulatiuæ ipſorum operationis, uirtutem ad eandem indeclinabilem & Rotæ.
recte ſectam uiam uniuerſa ipſorũ intellectuali rotatione ſupermundane directa. Eſt autem
& ſecundum aliam ſurſumactionem repurgare intelligibilium rotarum imaginis deſcriptio-
nem. Vocatum eſt enim nomen ipſis (ut dicit theologus) Gel, Gel. Significat autem hoc ſe- Ezech. 10.
cundum Hebraicam uocem, reuolutiones, & reuelationes. Igneæ nanq; & deiformes rotæ,
B reuolutiones quidẽ habẽt circa idem bonum ſemper mobili motu. Reuelationes autẽ occul-
torum manifeſtatione, & humilium ſurſumactione, & ſublimium illuminationum ad ſubie-
cta depoſitiua delatione. ¶ Reliquus nobis eſt ad manifeſtationem de gaudio cœleſtium or- Gaudiũ cœleſtium animorũ.
natuũ ſermo. Etenim non ſuſceptibiles omnino ſunt noſtræ paſſibilis delectationis. Congau
dere autem deo dicuntur perditorum inuentione, ſecundum deiformem epulationem, & in
prouidentia & ſaluatione ad deum conuerſorum boniformem & copioſam exultationem,
& bonum affectum illum ineffabilem, in cuius participatione multoties facti ſunt & uiri ſan- Lucæ. 15.
ctj, ſecundum deificos diuinarum illuminationum ſuperaduentus. Tanta a me de ſanctis
reformationibus ſint dicta, a diligente quidem ipſarum manifeſtatione deficiẽtia. Con-
ferentia autem ſicut arbitror, ad hoc, ut non humiliter nos remaneamus in forma
tiuis phantaſiis. Si autem & hæc dicas, quod non omnium conſequentur
angelicarum in eloquijs uirtutum, aut operationum, aut imaginum
fecimus mentionẽ: reſpondemus hoc uerum, quoniam ſuper-
mundanorum quidem ſcientiam ignorauimus, & ma-
gis in ipſis nos alio docente indigemus. Eandẽ au-
tem uirtutẽ prædictis habẽtia pretermiſimus,
& commenſurationem ſermonis pro-
uidentes, & ſuper nos occultum
ſilentio uenerantes.

C



¶ Libri de cœleſti hierarchia finis.

# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA. AD TIMOTHEVM EPHAESINAE CIVITATIS EPISCOPVM.

## IOHANNIS SARRACENI AD MAGISTRVM Iohannem de Sareſberijs in librum de Eccleſiaſtica hierarchia. Prologus.

POST tranſlationem angelicę hierarchię, trāſlationē eccleſiaſticæ diſtu
li, quia ſuper ea transferenda tuam uolūtatem ignoraui. Verebar autem
& meorum nimius approbator, & contra Salomonem liminum amici
odioſus frequentator. Veruntamen ad transferendum magiſter ſchola-
rum me commouit, qui eius hierarchię factam a me tranſlationem te ap
probare, & huius poſtulare cōfirmauit. Eundem autem modum trans- E
ferēdi in hac hierarchia, quam in Cœleſti obſeruaui: hoc excepto, quod
latinas dictiones multas pro una græca poſitas, non ubique coniunxi, & alicubi ſenſum po-
tius quam uerba ſum ſequut⁹. Poterit autem aliquem mouere, quare placuerit latinorum ec-
cleſiæ quædam mutare, quę conſtat uirum ſanctiſſimum, & ab apoſtolis eruditum tradidiſſe:
imo tradita ab anteceſſoribus ſuis narrauiſſe, & quare tradita fuerint, rationes oſtendiſſe.

Epigramma in ſanctum Dionyſium ad librum de Eccleſiaſtica hierarchia, duobus uer
ſibus hexametris apud Græcos comprehenſum.

¶ Signa reuerendorum ſacrorum uniformi oratione ad ſingularem reſoluiſti
unius luminis unam claritatem.

¶ Hæc ſunt in ſermone de Eccleſiaſtica hierarchia. Cap. VII.

I Quæ eccleſiaſticæ hierarchiæ traditio, & quæ huius intentio.
II De his quæ fiunt in illuminatione. F
III De his quæ fiunt in congregatione.
IIII De his quæ fiunt in unguento, & de perficiendis in ipſo.
V De ſacerdotalibus perfectionibus.
VI De his ordinibus quæ perficiuntur.
VII De his quæ fiunt in his qui hic dormierunt.

Con-



## CONPRESBYTERO TIMOTHEO DIONYSIVS PRESBYTER S.

### ¶ Quæ eccleſiaſticæ hierarchiæ traditio, & quæ huius intentio. Capitulum primum.

QVOD noſtra quidem hierarchia puerorum ſanctorum ſan-
ctiſſime, in deo manentis & diuinæ eſt & deificæ ſcientiæ, &
operationis, & perfectionis ex ſupermundanis & ſanctiſſimis
eloquijs nos conuenit demonſtrare, his qui ſanctæ myſterio-
rum introductionis perfectione ex hierarchicis myſterijs &
traditionibus ſunt perfecti. ¶ Sed uide, ut non extra terminum
ſuum mittas ſancta ſanctorum. Reuereberis autem & ea quæ
ſunt occulti dei, & intellectualibus ac inuiſibilibus cognitioni-
bus honorabis, non participanda quidem ipſa & immaculata
ab imperfectis conſeruans: ſanctis autem ſolis ſancta cum ſan- Apo. 1.
cta illuminatione (ut decet ſanctum) communicans. Ita enim
ſicut theologia diuinorū chorum agentibus nobis tradidit, & ipſe Ieſus thearchiciſſima mens,
& superſubſtantialis, qui eſt omnis hierarchiæ & ſanctificationis, & diuinæ operationis prin-
cipium & ſubſtantia, & thearchiciſſima uirtus, & beatis, & melioribus quam nos ſumus ſub-
ſtantijs manifeſtius ſimul & intellectualius illucet, & ad propriū lumen ipſas aſſimulat ſecun-
dum uirtutem, & noſtro bonorū amore ad ipſum extento, & nos extendente concludit mul-
tas alteritates, & ad uniformē & diuinam perficiens uitam. ¶ Et habitum pręterea et operatio
nem ſanctos docentem, donat diuini ſacerdotij uirtutem. Ex qua ad ſanctā uenientes ſanctifi
cationis operationem, propinquiores quidem ipſi efficiamur his quæ ſuper nos ſunt ſubſtan
tijs, per imitationem & manentis, & incommutabilis ipſarum ſanctæ collocationis ſecundum
B uirtutem. Ita autem ad beatum & thearchicum Ieſu ſplendorem reſpicientes, & quęcunque
uidere poſſibile ſancte inſpicientes, & uiſionum cognitionis myſtica ſcientia illuminati, ſan-
ctificati, & ſanctificatores luciformes, & deifici perfecti, & perficientes fieri poterimus. ¶ Igi- Iſaiæ. 6.
tur quæ quidem eſt hierarchia Angelorum & Archangelorum, & ſupermundanorū Prin- Ezech. 10
cipatuum, & Poteſtatum & Virtutum & Dominationum, & diuinorum Thronorum, aut *ornatum
coordinatarum Thronis ſubſtantiarum, quas theologia proxime & ſemper circa deum eſſe,
& cum deo tradit, Cherubim ipſas Hebræorum uoce & Seraphim nominans, ad *ornatum
ipſorum, & hierarchiarū ſanctas ordinationes, & diuiſiones contingens, inuenies in iſtis, no-
bis laudantibus ipſam hierarchiam non digne quidem, ſed ſicut eſt poſſibile, & ſicut theolo-
gia ſanctiſſimarum ſcripturarum nos ſubinduxit. Tantum autem dicere tamen eſt neceſſari-
um, quod & illa & omnis nunc laudata a nobis hierarchia, unam habet & eandem per uni-
uerſum hierarchicum negocium uirtutem: & ipſum hierarcham ſicut ſecundum ipſum ſub-
ſtantia & proportio, & ordo habet perfici ſecundum diuina, & deificari, & ſubiectis tradere
ſecundum dignitatem unicuique de ingenita ipſi a deo ſancta deificatione: & ſubiectos ſequi
quidem meliores, extollere autem inferiores ad anteriora. Iſtos autem & antecedere, & ut
poſſibile eſt, alijs ducatum præbere, & per hanc diuinam & hierarchicam harmoniam uere Angelos
exiſtente pulchro, & ſapiente, & bono, participare unumquemque ſecundum uirtutem. ¶ Sed eſſe incor-
illæ quidem quæ ſuper nos ſunt ſubſtantię & ordines, quorum iam memoriam ſanctam feci- poreos.
C mus, & incorporales ſunt, & intelligibilis & ſupermundana eſt ipſarum hierarchia. Noſtram
autem uidemus iuxta proportionem noſtri ipſorum ſenſibilium ſignorum uarietate multipli Intelligen-
catam, a quibus hierarchice ad uniformem deificationem in commenſuratione ſecundum nos tia ange-
ſurſum agamur. ¶ Deum autem & diuinam uirtutem illæ quidem, ſicut mentes intelli- lica quæ.
gunt, ſecundum quod ipſis conuenit: nos autem ſenſibilibus imaginibus ad diuinas (ſicut eſt
poſſibile) ſurſum agimur contemplationes. ¶ Verum eſt autem dicere, unum quidem eſt
quod omnes uniformes deſiderant: participant autem non uno modo, eodemque & uno ex-
iſtente, ſed ſicut unicuique diuinæ trutinæ diſtribuūt, ſecūdum dignitatem, participationem.

Sed

Sed hæc quidem a nobis in negotio de intelligibilibus & ſenſibilibus diffuſius dicta ſunt. ¶Nunc autem noſtram hierarchiam, & principium ipſius & ſubſtantiã (ſicut eſt poſſibile) dicere tentabo omnium hierarchiarum & principium & perfectionem Ieſum inuocans. ¶Eſt quidem hierarchia omnis ſecundum uenerabile noſtræ ſanctæ traditionis, omnis de ſubiectis ſanctus ſermo, ſcilicet uniuerſaliſſima complexio ſacrorum huius hierarchiæ, aut illius. Igitur noſtra hierarchia dicitur & eſt comprehenſiuum uniuerſorum ſacrorum ſecundum ipſum negocium, ſecundum quod diuinus hierarcha perfectus, uniuerſorum habebit, ſecundum ipſum ſanctiſſimorum participationem, ſicut a hierarchia denominatus. Sicut enim hierarchiam qui dixit, uniuerſorum ſimul ſummatim dixit ſacrorum ornatum: ita hierarcham dicens, monſtrat & in deo manentem, & diuinum uirum, qui eſt omnis ſanctæ peritus cognitionis: in quo & munde, ſecundum ipſum hierarchia omnis perficitur & cognoſcitur.

Liber de ſenſibilibus & intelligibilibus: necdũ inuẽtus. Hierarchia eccleſiaſtica quæ.

¶Huius eſt principium hierarchiæ, fons uitæ, ſubſtantia bonitatis, una exiſtentium cauſa trinitas, ex qua & eſſe & bene eſſe, eſt exiſtentibus propter bonitatem. Huic autem exiſtenti ſupra omnia thearchiciſſimæ beatitudini, quæ eſt trina, quæ eſt unitas, quæ uere eſt, ſecundum quod nobis quidem eſt incomprehenſibile, ipſi autem ſcibile. Voluntas quidem eſt rationabilis ſaluatio, & earum quæ ſunt ſecundum nos, & quæ ſuper nos ſubſtantiarum. Hæc autem aliter fieri non poteſt, niſi deificentur, qui ſaluantur. Deificatio autem eſt ad deum, ſicut eſt poſſibile, & aſſimulatio, & unitio. Vniuerſæ autem hic communis hierarchiæ finis, & ad deum & diuina intenta dilectio, & diuine & unitiue ſanctificata, & ante hoc a contrarijs perfectã & inconuerſibilis receſſio, & cognitio exiſtentium ſecundum quod exiſtentia ſunt, & ſancte ueritatis, & uiſio, & ſcientia, & uniformis perfectionis diuina participatio: & ipſo uno, ſicut eſt poſſibile, quæ eſt ex inſpectione cibatio, nutriens intelligibiliter, & deificãs omnem ad ipſam extẽtum. E

Principiũ hierarchiæ quod. Voluntas S. Trinitatis, ſaluatio eſt hominũ & angelorũ

¶Dicimus igitur quod thearchica beatitudo, quæ eſt natura deitas, quæ eſt principium deificationis: ex qua eſt deificari his qui deificantur bonitate diuina, hierarchiam ad ſaluationem, & deificationem omnium rationalium & intellectualium ſubſtantiarum dedit: & ſuper mundanis quidem & beatis finibus, & immaterialiorem & intellectualiorem. Non enim ab exterioribus ipſas deus ad diuina mouet, ſed & intelligibiliter, & intus illuminatas ipſas in ſplendore puro, & immateriali diuiniſſimo conſilio. Nobis autem quod illis unitiue & concluſe datum eſt, ex eloquijs a deo traditis, ſicut nobis eſt poſſibile, in uarietate & multitudine diuiſibilium ſignorum donatum eſt. Subſtantia enim noſtræ hierarchiæ, ſunt a deo tradita eloquia.

Quo Angeli quomõ illuminent

Exo. 20. Leui. 20. Scriptura ſacra quæ ſit.

¶Venerandiſſima autem eloquia iſta dicimus, quæcunque a diuinis noſtris ſanctitatis perfectoribus nobis in hagiographis & theologicis donata ſunt libris. Et quæcunque etiam ab eiſdem ſanctis uiris immaterialiore doctrina & uicina quodammodo iam cœleſti hierarchiæ, ex mente ad mẽtem per medium ſermonem corporalem quidem, ſed immaterialiorem, tamen extra ſcripturam duces noſtri docti ſunt. Neque iſta diuini F hierarchæ ad ſanctificationis commune non uelatis intelligibilibus, ſed in ſignis ſanctis tradiderunt. Eſt enim non omnis ſanctus, neque omnium (ut eloquia dicunt) cognitio. Neceſſatio igitur primi noſtræ hierarchiæ duces a superſubſtantiali thearchia, & ipſi adimpleti ſancto dono, & ad ſequentes ipſum producere a thearchica bonitate miſſi. Et ipſi etiam ut diuini copioſe amantes inferiorum ſurſumactionem, & deificationem ſenſibilibus imaginibus ſupercœleſtia; & uarietate, & multitudine concluſum, & in humanis diuina, & immaterialibus immaterialia, & in noſtris ſuperſubſtantialia ſcriptis ipſorum & non ſcriptis doctrinis ſecundum ſanctas nobis dederunt leges. Non immundorum cauſa ſolem, quibus neque ſigna tangere licet: ſed quoniam & ſignificatiua quædam eſt. Quod dixi iuxta proportionem noſtri ipſorum; noſtra hierarchia indigens ſenſibilibus; & diuiniorem noſtri ſurſumactionem ex ipſis ad intelligibilia. ¶Reuelate autem tamen ſunt ſignorum rationes diuinis ſanctitatis perfectoribus, quas non licet educere ad illos qui adhuc ſunt perficiendi, ſcientibus q́ ſacrorum iuxta traditionẽ, legiſlatores dei ornatiuum firmis & incõmixtis ordinationib⁹, & proportionalib⁹, & ſanctis diſtributionib⁹ conuenientis ſecundũ dignitatẽ uniuſcuiuſq; hierarchiã ordinauerũt.

1. Cor. 8.

Math. 7. Immũdis nõ tangẽda diuina ſymbola.

¶Quo-



¶Quocirca & tuis ſanctis confeſſionibus perſuaſus (nam memorare ipſas religioſum eſt) quod de uniuerſa quidem ſuperpoſita hierarchica ſancta loquutione non tradas alteri, præter coordinatos tibi deiformes ſanctitatis perfectores. Et ipſis perſuadebis confiteri ſecundum legem hierarchicam, ut munda quidem munde tangant: communicent autem ſolis diuinis deifica, & perfecta perfectiuis, & ſanctis ſanctiſſima. Et alia hierarchica tibi & hoc tradidi diuinum donum.

## De his quæ fiunt in illuminatione. Cap. II.

DIctum eſt igitur a nobis ſancte, quod hæc eſt noſtræ hierarchiæ intentio, ad deum noſtra (ut eſt poſſibile) aſſimulatio & unitio. Hanc autem (ſicut docent eloquia) uenerandiſſimorum præceptorum dilectionibus & ſanctis operationibus, ſolum conſequemur. Seruabit enim, dicit, diligens me ſermonem meum, & pater meus diliget ipſum: & ad ipſum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. ¶Igitur quod eſt principium uenerandiſſimorum præceptorum ſanctæ operationis? Quod & aliarum ſanctarum loquutionum & ſanctificationum ſuſceptionem opportuniſſime format animales noſtros habitus, quod ad ſupercœleſtis finis ſurſumactionẽ nos conducit, quod ſanctam & diuiniſſimam noſtram regenerationem tradit. Sicut enim nobilis noſter dux dixit, ſecundum mentem ad diuina primus B motus, dilectio eſt dei. Sanctæ uero dilectionis, qui eſt ad ſanctam operationem diuinorum præceptorum, principaliſſimus proceſſus eſt eſſendi diuine nos ineffabiliſſima diſpenſatio. Si enim eſſendi diuine, eſt diuina generatio, nequaquam aliquid noſcat a deo traditorum, neque etiam operetur, qui neque eſſe in deo habuit. An non & nobis humane dicimus, exiſtere conuenit primum, poſtea operari ea que ſunt ſecundum nos? Quod enim nullo modo eſt, neque motum, ſed neque eſſentiam habet: illud uero quod aliquo modo eſt, illa ſolum operatur aut patitur, in quibus eſt natum. Sed hoc quidem (ſicut arbitror) planum eſt. Conſequenter autem diuina dei generationis inſpiciemus ſigna. Et mihi nullus imperfectus ad uiſionem eat. Etenim neque ſplendoribus quos ſol parit, infirmis pupillis intuitum figere eſt ſine periculo, neque ad hæc quæ ſunt ſuper nos conari eſt ſine leſione, ſi uera eſt ſecundum legem hierarchia. Ozian quidem auertens, quoniam ſanctis manum appoſuit: Chore uero, quoniam his ſanctis quę erant ſuper ipſum: Nadab autem, quoniam proprijs immunde abuſus eſt.

Obſeruatoribus pceptorũ dei quę neceſſaria.

1. Tim 2.

2. Pa. 26. Num. 16. Leui. 10.

### ¶Myſterium illuminationis.

HIerarcha quidem ſemper per hoc quod ſe deo aſſimulet, cunctos homines uolens ſaluari, & ad cognitionem ueritatis uenire, prædicat omnibus ea quæ uera ſunt euangelia, deum miſericordem exiſtentem his quæ ſunt in terra, ex propria & naturali bonitate, ipſum ad nos uenire propter amorem hominum dignatum, & uniendo ipſi ad ſimilitudinem ignis aſſimulare unita, ſecũdum ipſorum ad deificationem aptitudinem. Quotquot enim receperunt deum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate uiri, ſed C ex deo nati ſunt. Qui autem iſtorum ſupermundanorum diligit ſanctam participationem ueniens ad aliquem doctum myſteriorũ, ſuadet quidem ipſum ducem fieri uiæ ad hierarcham. Ipſe autem totaliter ſe obſequuturũ promittit, quæ tradentur: & rogat, & adductionis ipſius & uniuerſæ ſequuturæ uitæ magiſterium recipere. Illum autem, ſaluationem quidem illius ſancte amantem, ſed ad rei altitudinem contra metiẽtem humanum, fremitus quidem ſubito & ſtupor circumdant: poſtremo autem ſe facturũ tamen quod petitum eſt benigne confitef. Et aſſumẽs ipſum, agit ad denoĩatũ a hierarchia. Ille uero cũ lętitia, ſicut ſup humeros ouẽ recipiens uirum, ueneraſ quidẽ prius per intellectualẽ gratiarũ actionẽ & corporalẽ adorationẽ

1. Timo 2.

Iohan 1.

Baptizãdus quõ incipiat.

Anadochus.

unum,

Roma.9. unum, cuius eſt bonum operari principium: a quo uocantur quæ uocantur, & ſaluantur
Gratiarũ quæ ſaluantur. Deinde omnem ſanctum ornatum ad cooperationem quidem uiri ſalutio-
actio. nis, & conſolennitatem, & gratiarum actionem diuinæ bonitati ad ſanctum chorum cōgre-
gans, in principio quidem hymnum quendam eloquijs poſitum ſimul cum omnibus eccle-
Cōfeſſio ſiæ plenitudinibus decantat. Poſt hæc ſanctam oſculatus menſam, ad uirum præſentem pro-
maiorũ. cedit, & quærit ab ipſo, quid uolens uenit. Illo autem cum dei amore, ſecundum ſuſceptoris
traditionem, accuſante impietatem, ignorantiam uere pulchri, a diuina uita ceſſationem: ro-
gante autem per ſanctam ipſius meditationem deum, & diuina conſequi teſtificatur quidem
ipſi debitum totalem fieri acceſſum, ſicut ad perfectiſſimum & immaculatum exiſtentem de-
um. Et quæ in deo eſt, ipſi conuerſationem recitans, & interrogans, an ita ſit conuerſaturus,
poſt confeſſionem imponit ipſius capiti manum, & ſignans præcipit ſacerdotibus deſcribere
Man' impoſitio. uirum & ſuſceptorem. Qui cum deſcripſerint, orationem ſanctam facit. Et hanc cum uniuer-
Inſcriptio. ſa cum ipſo eccleſia compleuerit, ſoluit quidem ipſum, & exuit per miniſtros. Deinde ſtatu-
ens ad occidentem attendentem, & manus impingentem ad eandem conuerſas regionem,
Expolia præcipit quidem ipſi exufflare ter ſathanam, & amplius ea quæ ſunt abrenũtiationis confite-
tio veſtiũ ri. Et ter abrenuntiationem ipſi teſtificatus, poſtquam confeſſus fuerit ter, ipſum traducit ad
Abrenũ- orientem, & ad cœlum reſpicientem, & manus extendentem, præcipit coordinari Chriſto,
ciatio. & omnibus a deo traditis ſanctis eloquijs. Cum autem hic & hoc fecerit, teſtificatur rurſus
Cōfeſſio trina. ipſi ter confeſſionem. Et rurſus ipſo ter confeſſo, orans benedicit, & manu tenet. Et perfecte
Vnctio. cum exuerint eum miniſtri, portant quidem ſacerdotes unctionis ſanctum oleum. Ille uero B
Benedi- unctionem per trinam ſignationem incipiens, de cætero ſacerdotibus uirum ungere per to-
ctio aquę tum corpus tradens ipſe ad matrem filiorum poſitionis uenit. Et huius aquam ſanctis inuo-
cationibus cum ſanctificauerit, & tribus ſanctiſſimi unguenti ad modum crucis effuſionibus
ipſam perfecerit, & in unguenti ſanctiſſimis immiſſionibus æquali numero ſanctam mœlo-
diam inſpirationis deo acceptorũ prophetarum ſimul ſuperenunciauerit, præcipit uirum ap-
Baptiza- portari. Et cum quidam ſacerdotum ex deſcriptione, & ipſum & ſuſceptorem prædicauerit,
tio. ille quidem a ſacerdotibus in aqua agitur ad hierarchæ manum ab ipſis manuactus. Hierar-
cha uero deſuper ſtans, clamantibus rurſus ſacerdotibus ad hierarcham in aqua nomen eius
qui perficitur. Ter quidem ipſum baptizat, tribus eius qui perficitur depoſitionibus & ele-
Anado- uationibus trinam diuinæ beatitudinis ſuperclamans perſonam. Et aſſumentes illum ſacer-
chi ſuſce- dotes, tradunt adductionis ſuſceptori & duci, & cum ipſo circumponētes ueſtem ei qui per-
ptio. ficit conuenientem, rurſus agunt ad hierarcham. Ille uero deificētiſſimo unguento uirum ſi-
Cōfirmatio. gnans, participem decernit perfectiſſimæ Euchariſtiæ. ¶ Hæc autem ubi perfecerit, a proceſ-
Commu ſu ad ſecunda, rurſus ad primorum extenditur contemplationem, ſicut nullo tempore aut
nicatio. modo, in alieno quodam præter propria conuerſus, ſed a diuinis ad diuina attente, & ſemper
Actus hi- thearchico ſpiritu traductus.
erarchæ F

## Contemplatio.

HAEC quidem eſt ſicut in ſignis ſanctæ perfectio dei generationis, nihil incōueniēs
aut immundum, neq; ſenſibilium habens imaginum, ſed dignæ deo cōtemplationis
enigmata, naturalibus & homines decentibus ſpeculis imaginata. Quid enim uidea-
tur peccare, & ſi diuinior ſermo eorum quæ fiunt taceatur, perſuaſibilitate & contē-
platione accedentis bonam uitam ſancte negociata, & uniuerſæ ſimul malitiæ purgationum
per uirtutum uitam, & diuinam per aquam naturali purgatione corporalius ipſi denūcians?
Hæc igitur eorum quæ ſunt ſignificatiua traditio, & ſi nihil diuinius haberet, non immunda
eſſet ut arbitror, doctrinam quidem beneppoſitæ uitæ inducens: perfectam autem purgatio-
nem conuerſationis quæ fuit in malitia, totaliter corpore mundato naturaliter per aquam ſi-
Liber de gnificans. Sed fit quidē hæc imperfectis introductiua animę actio, & hierarchica & uniformi-
intelligi- cā multitudine (ſicut eſt fas) diſtinguens, & commetiens particularibus ordinationibus con-
bilib' & uenientem actionem. ¶ Nos autem aſcenſionibus ſanctis ad eorum quæ fiunt principia reſpi-
ſenſibili- cientes, & iſta ſancte docti cognoſcemus, quorum characterum ſunt expreſſiones, & quo-
bus: nec- rum occultorum imagines. Nam ſicut in negocio de intelligibilibus & ſenſibilibus plane
dum re- enunciatum eſt, quædam quidem ſenſibiliter ſancta ſunt intelligibilium imaginationes, & ad
pertus. ipſa



ipſa introductio & uia: intelligibilia uero, ſenſibilium hierarcichorum principium & ſciētia.
Dicimus igitur quod eſt diuinæ beatitudinis bonitas, ſemper ſecundum eadem & eodem
modo habens proprij luminis bonum, operantes radios extendens copioſe ad omnes intelle-
ctuales uiſiones. ¶ Siue igitur recedat ab intelligibili lumine intellectualium ſpontanea pro-
pria poteſtas, malitiæ amore claudens naturaliter inſitas ipſi ad illuminandum uirtutes, ſuſpē-
ditur a præſenti ipſi lumine non recedente, ſed ſuperſplendente ipſi oculos claudenti, atque
auerſe ab accurrente benigne: ſiue ſuperſileat terminos uiſibilis menſurate ipſi dati, & ad ſplē-
dores qui ſunt ſuper uiſionem ipſius contra inſpicere audacter conetur, lumen quidem ope-
rabitur præter ea quæ ſunt luminis nihil. Ipſa autem perfectis imperfecte ſe ingerēs, quæ non
ſunt propria quidem non cōſequetur: id autem quod eſt ſecundum menſuram inornate con-
temnens, per ſeipſam eo priuabitur. Verum quod dixi, benefice ſemper intellectualibus uiſi-
onibus diuinum lumen eſt extentum: & eſt in ipſis ſumere de præſente ipſo, & ſemper ad deo
conuenientem propriorum traditionem exiſtente paratiſſimo. Ad hanc diuinus hierarcha fi-
guratur imitationem, luciformes ipſius diuinæ doctrinæ ſplendores copioſe ad omnes exten-
dens, & accedentem illuminare ad dei imitationem paratiſſimus exiſtens, non inuidia, neque
immunde furore de priore apoſtaſia aut intēperantia utens, ſed diuinę ſemper accedentibus,
per ipſius illuminationes hierarchice elucens in bono ornatu, & ordinatione, & proportione
commenſurationis uniuſcuiuſque ad ſancta. ¶ Sed ſi bonæ ordinatiōis principium diuinum
eſt, ſecundum quod ſuiipſarum ſunt cognitrices ſanctæ mentes, qui ad proprium uiſibile na-
turæ recurrit, in principio quidem quis ipſe eſt uidebit & hoc ſumet ex reſpectu ad lumen pri-
mum ſanctum donum. Qui autem propria bene non compatientibus oculis inſpexerit, ab
obſcuris quidem clauſtris igorantiæ recedet, dei autem perfectiſſimam unitionem & partici-
pationem imperfectus ipſe exiſtens, non per ſe concupiſcet: paulatim uero per ea quæ ſunt
priora ipſo ad amplius priora, & per illa ad prima, & perfectus ad ſummitatem thearchicam
in ordine, & ſancte ſurſum agetur. ¶ Huius eſt bene ornatæ & ſanctę ordinationis imago ac- Auddctio baptizādi ad hierarchā qđ
B cedentis uerecundia, & eorum quæ ſunt ſecundum ipſum cognitio, uię ad hierarcham ſuſce-
ptorem habens ducem. Ita ſurſumactum diuina beatitudo ad ſuiipſius participationem reci-
pit, & de proprio lumine, ſicut quodam ſigno ipſi tradit, diuinum faciens & communicato-
rem in deo manentium adimpletionis & ſanctę ordinationis. Quorum eſt ſignum ſanctum,
a hierarcha accedenti data ſignatio & ſacerdotum ſalutaris deſcriptio his qui ſaluantur ipſum
cōnumerans, & memoralib' ſanctis reponens cũ ipſo & ſuſceptorē ſicut uiuificę ad ueritatē
ambulationis. ¶ Hunc quidem amatorem uerum & ſequacem ducis in deo manentis, illum
uero certũ ſequentis manuductorē ducatib' a deo traditis. Sed nō eſt ſumme cōtrarijs ſimul
participare, neq; cōmunionē q̄dam ad unũ habentē diuiſibiles habere uitas, ſi ab uni' obtinet
ſorti participatiōe, ſed eſſe teneri impotentē, & inordinabilē in oībus ab uniformi diuiſionib'.
Quod ſignorum traditio ſancte ſignificans, accedentem ſicut priori uita exuens, & uſq; ad ul- Expolia
timas habitudines illius ſoluens, nudum & diſcalceatũ ſtatuit ad occidentē aſpicientē, & ma- tio veſti-
nuum impactiōe obſcurę militię exprobrantē cōmuniōes, & ingenitũ ipſi diſſimilitudinis ha- um quid.
bitum, ſicut exufflantem, & totales confeſſum abrenuntiationes ad deiformis contrarium. Ita Abrenũ-
imperfecte impotentem teneri ipſum, & incōmunicabilem factum, ad Orientem traducit in tiatio qđ.
diuino lumine, & ſtatum & reſpectum fore munde in perfecta a malitia receſſione denunci-
ans, & ſanctas ipſius uniformis facti totales conſenſus ad unum confeſſiones cum amore ue-
ritatis recipiens. ¶ Sed eſt manifeſtum alicubi (ut arbitror) hierarchicorum peritis quod aſſi- Verſio.
duis in fortitudine, ad unum ſurrectionib', & contrariorum totalibus mortificationibus & cō- purgādi
C ſumptionibus inuariabile deiformis habitus firmat intellectualia. Non enim recedere ſolum ad orien-
oportet a malitia uniuerſa, ſed & uiriliter inflexibilē eſſe & interitum ſemper, ne pdita ſubmit- tem quid
tatur ad ipſam: neq; in fine ſancti amoris ueritatis aliqñ fieri, ſed attēte & æternaliter ad ipſam
ſecũdum uirtutem, extendi ad perfectiora thearchiæ ſurſumactionē ſancte ſemper negotian-
tem. ¶ Vides aũt iſtorum manifeſtas imagines in his quæ hierarchice fiunt. Nam deiformis Inunctio
quidem hierarcha incipit ſanctam unctionē: ſacerdotes uero in ipſo perficiũt unctionis ſan- initiati qđ
ctam operationem, ad ſanctos agones in figura eum qui perficitur euocantes. In quibus ſup-
poſitore certaminũ Chriſto factus: qm̄ ſicut deus eſt certaminũ poſitiōis creator, ſicut ſapiens
aũt leges ei' poſuit. Operat' eſt aũt ut pulcher cōueniētia uincētib' p̄mia. Et q̄ eſt adhuc diui-
nius, qm̄ ſicut bonus in certatoribus factus eſt, cum ipſis ſancte pro ipſorum libertate & uicto-
ria

ria, aduerſus mortis & corruptionis certans poteſtatem. Certaminibus quidem ſicut diuinus qui perficitur ſuperueniet gaudens, manebit aũt in ſapientis legiſlationib⁹: & ſcd̃m ipſas intranſgreſſibiliter certabit ad pulchrorum præmiorum ſpem, fortiter ſe habens ſub bono certaminum poſitionis domino & duce ordinatus. Superueniens aũt diuinis ueſtigijs certatorum primi propter bonitatem ad dei imitationẽ certaminibus luctans contra cõtrarias ſibi ad deificationem & operationes, & eſſentias, ut myſtice dicatur, cum Chriſto moritur peccato ſcd̃m baptiſmum.

Mors qd homini.

¶ Et mihi prudẽter intende, cum q̃ta familiaritate habent ſe ſancta ſigna. Etenĩ, quoniam mors eſt in nobis, non ſubſtãtiæ cõſumptio, ſcd̃m q͂ uidetur alijs, ſed unitorũ diſcretio a nobis occultum agẽs. Animam quidem, ſicut in priuatione corporis inuiſibilẽ factam: corpus uero ſicut in terra coopertum, aut ſcd̃m aliam q̃dam corporalium uariationẽ ex uiſione ſcd̃m hominem occultatũ, propriæ per aquam totaliter coopertio ad mortis & ſepulchri inuiſibilis imaginem accepta eſt.

Immerſio & emerſio trina in baptizato quid. Iohan. 14

Igitur ſancte baptiſatum, ſignificatiua doctrina docet tribus in aqua depoſitionib⁹ & eleuationibus, thearchicam trium dierum & noctium ſepulchri Ieſu uitæ datoris imitari mortem, ſicut eſt poſſibile, hominib⁹ dei imitatiuum: In quo (ſcd̃m uerbi myſticam & occultam traditionẽ) nihil inuenit mundi princeps.

Veſtes mũdę qd ſignent. Vnctio chriſmatis in baptizato quid ſit.

¶ Deinde aũt luciformes ueſtes imponit ei qui perficitur. Etenĩ uirili & deiformi cõtrariorum impaſſibilitate & conſenſu ad unum, in fortitudine inornatum ornatur, & informe formificatur luciformi uniuerſaliter uita ſplendidum factum. ¶ Vnguenti uero perfectiua unctio bene olentem facit perfectum. Etenim ſancta dei generatiõis perfectio unit perfectũ hiearchico ſpiritui. Intelligibiliter autẽ bene olere facientem, & perfectiuũ ſuperaduẽtum ineffabiliſſimum exiſtentem cognoſcere intellectualiter dimitto dignis habitis ſancta & deifica communione diuini ſpiritus in mente. ¶ In fine uero oĩm hierarcha ad ſanctiſſimam Euchariſtiam uocat perfectum, & de communione perfectiuorum myſteriorum ipſi tribuit. E

## ¶ De his quæ fiunt in congregatione. Cap. III.

Euchariſtiæ ſacramentum cur cõmunio dicat. Efficatiã oĩm aliorũ ſacramentorũ atq; conſumationẽ eſſe ab ipſa Euchariſtia.

SEd euge, quoniam huius mẽtionem fecimus, quoniam tranſcurrenti non eſt fas hierarchicorum aliquid aliud ante hanc laudare. Etenim eſt ſcd̃m glorioſum noſtrum ducem, perfectionũ perfectio. Et oportet ante alias ipſam ſancta ſcriptura exponentem ex diuina & hierarchica ſcientia (ſcd̃m eloquia) ad ſanctam ipſi⁹ ſurſum agit hierarchico ſpiritu contemplationem. ¶ Et primum quidẽ iſtud ſancte inſpiciemus, cuius gratia quod eſt commune & alijs hierarchicis perfectionibus, excellenter ipſi præter reliquas attribuitur, & ſingulariter enunciatur & communio & congregatio. Vno quoq; ſanctitatis perfectiuo negotio, & diuiſibiles noſtras uitas ad uniformem deificationem congregante, & diuiſibilium deiformi concluſione ad unum communionem, & unitionem donãte. Dicimus aũt quod aliorum hierarchicorum ſignorum participationibus perfectio eſt ex huius thearchicis & perfectiuis donis. F Non enim eſt fere aliquam perfici perfectionem hierarchicam, niſi diuiniſſima Euchariſtia in capitulo particulariter factorum ſanctificante congregationem perfecti ad unum, & dono a deo tradito perfectiuorũ myſteriorum perficiente ipſius ad deum communionem.

Illuminatio prima ineſt nobis a baptiſmo.

¶ Si ergo unaquęq; hierarchicarum perfectionũ imperfecta quidem exiſtens, ad unum noſtri communionem & congregationem non perficiet, & eſſe perfectionem propter imperfectum ablatum eſt: finis autem uniuerſæ & capitulum eſt thearchicorum myſteriorum ei qui perficitur traditio, conuenienter hierarchica prudentia nominationem ipſi propriam ex rerum ueritate adinuenit. Ita igitur & ſanctã dei generationis perfectionem, quoniam primum lumẽ tribuit, & omnium eſt principium diuinarum illuminationum, ex eo quod fit uera illuminationis nominatione laudamus. Si enim & alijs commune eſt hierarchicis lumen ſanctum dare his qui perficiuntur, ſed ipſa primum uidere dedit mihi, & per huius principaliſſimum lumen ad aliorum ſacroram inſpectionem illuminor. Hæc autem dicentes, reſpiciemus & uidebimus hierarchice ſecundum unumquodq; diligentem ſanctiſſimę perfectionis ſanctificationem & contemplationem.

## Myſterium congregationis ſiue communionis.

Ritus cõficiẽdi Euchariſtiæ ſacramẽtũ tpe apoſtolorum.

HIerarcha quidem orationem ſanctam ſuper diuinum altare perficiens, ex ipſa thurificatione incipiens, ad omnem uenit ſancti chori ambitum. Reſoluens autem rurſus ad ſanctum altare, incipit a ſancta pſalmorũ melodia, concinẽte ipſi pſalmorum ſnacta eloquia omni eccleſiaſtico ornatu. Deinceps autẽ per miniſtros hagiographorum librorum lectio cõſequentter fit. Et poſt iſtos ejciuntur ſancto ambitu catethumeni, & cum ipſis energumeni,





& qui ſunt in pœnitentia. Manent aũt ij, qui ſunt diuinorum inſpectione & cõione digni. Miniſtrorum vero alij quidẽ ſtant iuxta ſanctuarij portas cõcluſas, alij autẽ aliud qd proprię ordinationis operantur. Miniſterialis vero ornatus electi, cum ſacerdotibus ſuper ſanctum altare apponunt ſanctum panem & bñdictionis calicẽ, cum prius confeſſa fuerit oĩs ecclię plenitudo catholicum hymnum. Ad q̃s diuinus hierarcha orõnem ſanctam facit, & ſctãm pacẽ vniuerſis denunciat. Et oſculatis ſeinuicẽ vniuerſis myſtica ſctãrũ tabularũ prædicatio perficit. Et poſtq̃ lauerint manus aqua hierarcha & ſacerdotes, hierarcha quidem in medio diuini altaris conſtituitur: circumſtant autẽ ſoli cum ſacerdotibus miniſtrorũ electi. Et ſctãs diuinas operationes hierarcha perficiens ſanctificat diuiniſſima, & ſub viſum agit laudata per ſigna ſancte ꝓpoſita. Et dona diuinarum operationum demonſtrans, ad cõmunionem ſanctam ipſorum & ipſe venit, & alios ad hortatur. Participans aũt thearchica communione & tradens, in gratiarũ actiõe ſancta deſinit. Multis quidem ad ſola diuina ſigna inclinatis, ipſo autẽ ſemper thearchico ſpiritu ad ſancta eorum quæ fiunt principia in beatis & intelligibilibus viſionibus hierarchice in munditia deiformis habitus ſurſumactio.

Panis & calicis apparatus. Pacis imprecatio. Lotio manuum. Cõfectio ſacramẽti. Cõio ſacra. Gratiarũ actio.

## ¶ Contemplatio.

VEni igitur ò puer pulcher, poſt imagines in ordine ſancte ad deiformẽ archetyporũ veritatem, illud adhuc perficiendis ad conſonã ipſorum introductionem dicẽs, q͂ neq; ſignorum varia & ſctã cõpoſitio inutilis ipſis exiſtit, & vſq; ad exteriora apparens ſolum. Etenim ſanctiſſimæ quidẽ eloquiorũ ode & lectiones, doctrinam ipſis virtutum vitæ ſubinducunt: & añ hoc, perfectã corruptiuæ malitię purgationẽ. Diuiniſſima vero vnius & eiuſdem & panis & calicis coĩs & pacifica traditio, & victum ſimilem ipſis in deo manentem ſicut ſimul alimenta ſumentibus, decernit. Et diuiniſſimę cœnæ & principis ſignorum eorũ quæ fiunt, ad memoriã ſanctam agit: quemadmodũ & ipſe ſignorum creator ſegregat iuſtiſſime, nõ ſancte & vno victu cum ipſo ſancta cænatum, docens & religione ſimul & vt conuenit deo, quod ſcd̃m habitum verus ad diuina acceſſus ad ſimile ipſorũ cõionem accedẽtibus largitur.

Cantica pſalmorũ. Lectiões ſcripturę ſacræ qd ſint.

B Igitur hæc quidem, ſicut dixi, in adytorum portubus pulchre deſcripta imperfectis adhuc contemplationẽ ſufficientia relinquẽtes, introeamus à cauſatis ad cauſas ſcd̃m ſanctam noſtram congregationẽ, & conuenientem intelligibilem Ieſu illuminante videamus cõtemplationem beatã, ſplendere facientem manifeſte archetyporum pulchritudinem.

Oratio ad S. Euchariſtiã:

chice perfectionẽ, annuncians diſcipulis, ſicut eloqiua dicunt, à Ieruſalem nõ diſcedere, ſed ex-

Actuũ 1.

pectare promiſſionem pr̃is, quã audiſtis à me, qm̃ vos baptizabimini ſpũ ſctõ. Et qdẽ & ipſe di-
ſcipulorum ſummus, coordinato ſibi & hierarchico denario, ad duodecim diſcipuloꝝ ſacer-
dotalem veniens perfectionẽ thearchiæ religioſę dimiſit electionẽ dicẽs: Demonſtra quẽ ele-

Ibidem

geris. Et à diuina ſorte deiformiter demonſtratũ, ad ſcti duodenarij hierarchicũ ſuſcepit nu-
merum. De diuina aũt ſorte, quæ ſuper Matthiã diuinitus cecidit, alij qdẽ alia dixerunt, non re-

Ibidem

ligioſe ſicut arbitror. Meam aũt & ipſe intentionẽ dicã. Videntur enim mihi eloqa ſortẽ noĩa-
re thearchicum q̃ddã donum, demonſtrans illi hierachico choro à diuina ſuſceptum electiõe.
Sed & hoc q̃d diuinum hierarchã non proprio motu oportet ſacerdotales facere pfectiones,
ſed ſub deo mouente iſtas hierarchice, & vt decet, cœleſtem pficere. ¶Oſculum aũt in fine ſa-

Cõſalutatio conſecratoꝝ in oſculo ſã-cto quid.

cerdotalis pfectionis, ſctãm demonſtrationẽ habet. Oẽs enim qcunqꝫ præſentes ſunt de ſacer-
dotalibus exiſtentes ordinibus, ſed & ipſe qui perficit hierarcha, oſculãtur eum q eſt perfectus.
Nam qñ ſacerdotalibus habitibus & virtutibus & diuina vocatione, & ſanctificatione ad ſa-
cerdotalem mens ſancta puenit perfectionẽ, amabilis eſt coordinatis & ſanctiſſimis ordinibus
ad deiformiſſimã pulchritudinẽ ſurſumacta, amans conformes mentes, & ab illis ſancte ama-
ta. Vñ ad ſeinuicẽ ſacerdotale oſculum ſctificatur conformium mentium ſctãm coĩonẽ mon-
ſtrans, & in ſeinuicem amabilem exultationẽ, ſicut integre ſaluãtem ſacerdotali informatione
deiformiſſimã pulchritudinem. Igitur hæc quidem, ſicut dixi, ſunt coĩa totius ſacerdotalis per-

Impoſitio euãgelij capiti põtificis quid.

B fectionis. ¶Hierarcha aũt ſegregatim habet eloqoꝝ ſuper caput ſanctiſſimã impoſitionem.
Qm̃ enim perfectiua oĩs ſanctificationis virtus & ſcia diuinis hierarchis datur à thearchica &
perfectionis principe bonitate, conuenienter ſuper hierarchica capita ſuperponũtur à deo tra-
dita eloqa cõprehenſiue & ſcienter, manifeſtatiue oĩs theologiæ, diuinæ opationis, dei appari-
tionis, ſanctificationis, ſanctæ locutionis, ſanctæ opationis, vnoqꝫ ṽbo, oĩm diuinoꝝ & ſctõ-
rum operum & ſermonum à beatifica thearchia noſtræ hierarchiæ donatoꝝ, ſicut deiformi
hierarchatoĩ qdẽ ſacerdotali virtute integraliter participaturo, oĩm aũt hierarchicaꝝ ſctãrũ
locutionum & ſctãꝝ operationum ṽa & à deo tradita ſcia, non illuminando tm̃, ſed & alijs ꝑ-
portionibus hierachicis tradituro, & perfecturo in diuiniſſimis cognitionibus & ſummis ſur-

Curuatio genu vtriuſqꝫ põtificis quid.

ſum actionibus hierarchice vniuerſa totius hierarchiæ perfectiſſima. ¶Sacerdotibus autem
duorum pedum inclinatio ſegregata eſt p̃ter reliquum ornatum, ſicut vnum inclinãte mini-
ſtrorum ordine, & ita hierarchica figugra pfectio. Igitur inclinatio quidem ſignificat ſubiectã
adductionem edducentis, ſupponentis deo: hoc q̃d ſancte eſt adductum. Qm̃ aũt, vt multoties
diximus, tres ſanctitatis perfectoꝝ ornatus per tres ſanctiſſimas pfectiones & virtutes p̃ſident

Diaconorũ vnius pedis ĩclinatio qd. Sacerdotũ pedum amboꝝ ĩclinat. qd

tribus eorum q perficiunt ordinibus, & ſub diuina iuga ſalutarẽ ipſorum ſancte operant addu-
ctionem, conuenienter miniſtrorũ ordo, ſicut tantum mundatiuus, vnã ſanctificat mundato-
rum adductionẽ diuino altari ipſam ſupponens, ſicut in ipſo mundatis mentibus ſupermũda-
C ne ſctificatis. Sacerdotes aũt ambos pedes inclinant, ſicut adductis ſancte ab ipſis, non tantum
mundatis, ſed & manifeſtiſſimis ipſorũ ſctis opationib⁹ purgata vita ſurſumagendo ad cõtẽ-
platiuum habitũ & virtutẽ ſanctifice pfectis. Hierarcha aũt ambos pedes inclinans, ſup caput
habet à deo tradita eloquia, hierarchice agens à miniſtrorum virtute mũdatos, & à ſacerdota-
li illuminatos ad ſacrorum inſpectorum ab ipſis proportionalem ipſis ſciam, & per ipſam per-
ficiens adductos ad integram ſecundum ipſos ſanctificationem.

## De his ordinibus qui perficiuntur. Cap. VI.

ISti qdẽ ſunt hierarchici ordines & ꝑtitiões & ṽtutes ipſoꝝ & opatiões & pfectio-
nes: trinitatẽ ãt eoꝝ ordinũ q ab ipſis pficiũt, cõſeq̃nter cõuenit enarrare. Dicim⁹

Qui ſint purgãdi ordines.

ergo ꝙ ordines qdẽ q mũdãt ſunt a ſctis opationib⁹ & pfectiõib⁹ ſegregatę mul-
titudines, q̃rũ iã memoriã fecim⁹. Huius qdẽ ſicut adhuc a miniſtris p eductiua
eloqa ad viuificã abrenũciationẽ & formatæ & cõpoſitæ: illi⁹ aũt, ſicut adhuc ad ſctãm vitã a q̃
receſſit, reuolutæ p bonorũ eloqorũ cõuerſiuã doctrinã. Alteri⁹ aũt, ſicut adhuc a cõtrarijs tu-
multib⁹ timide & pturbate, & ab eloqorũ virtutẽ faciẽtiũ cõuerſiua doctrina cõfirmatę. Alius
aũt ſicut q̃ ad huc ad ſctãs opationes ex peioribus traducit, alius ṽo ſicut traductę qdẽ, nondũ
aũt caſtiſſime incõuerſibile in diuiniorib⁹ habitibus & in cõmotis habẽtis. Ipſi enim ſunt ordi-

Ordo medius illuminandorũ quis.

nes q purgant à miniſtrorũ eductione & mũdatiua virtute. Iſtos miniſtri ſanctis ipſorũ virtu-
tibus perficiunt ad hoc, vt perfecte mundati ipſi ad illuminatiuã manifeſtiſſimarũ ſctificatio-
num & contẽplationẽ & coĩonem traducant. Medius autẽ ordo eſt contemplatiuus, & quo-

rundam

rundam ſacroꝝ proportionaliter in munditia omni coïcatiuus, q ſacerdotibus ad illuminandum ipſum eſt attributus. Etenim eſt, vt arbitor, manifeſtum, ꝙ mundatus ab omni immũda macula, & caſtiſſimã hñs propriæ mentis immobilem collocationem, ad contemplatiuum habitum & virtutem ſanctifice traducitur, & coïcat ſcd̃m ipſum diuiniſſimis ſignis in contemplationibus ipſorum, & coïcationibus vniuerſa ſancta lætitia adimpletus, & ad diuinum ſcientię ipſorum amorẽ ſurſumactiuis virtutibus proportionaliter eleuatus. Hunc ergo dico ſancti populi ordinem, ſicut per omnẽ qui venit mundationem, & dignus eſt habitus ſancta clariſſimarum perfectionũ inſpectione, vt eſt fas, & cõmunioẽ.

Plebs ſctã

¶ Eorum aũt qui perficiuntur vniuerſorum altior eſt ordo manachorum ſanctus ornatus, oĩ quidẽ mundatione emundatus per totalem virtutem & perfectam propriarum operationum caſtitatẽ. Oĩs autẽ ſanctæ operatiõis quam eſt fas illi contemplari in intellectuali contemplatione, & cõmunione factus, & hierarcharum perfectiuis virtutibus traditus, & diuinis ipſorum illuminationibus & hierarchicis traditionibus edoctus, inſpectãs ſanctarum perfectionum quæ ad ipſum pertinent ſanctificationes, & à ſancta ipſorum ſcientiã proportionaliter ad perfectiſſimam perfectionem ſurſum actus. Vnde diuini duces noſtri noĩationibus ſanctis ipſos dignati ſunt, alij quidẽ famulos, alij vero monachos ipſos noĩantes, ex dei puro ſeruitio & famulatu, & indiuiſibili, & ſingulari vita, vt vniente ipſos indiuiſibilium ſanctis cõuolutionibus ad deiformẽ vnitatem & amabilem deo perfectionem. Propter quod & perfectiuam ipſis donans gratiam ſctã legiſlatio, & quadã ipſos dignata eſt ſanctificatiua inuocatione non hierarchice (illa enim in ſolis fit ſacerdotalibus ordinibus) ſed ſanctificatiua à ſanctis ſacerdotibus ſecũdò à hierarchico perfectionis principatu ſanctificantur. B

Monachorum ordo

Therapeutæ monachi

## Myſterium monachicæ perfectionis.

SAcerdos quidem ſtat ante diuinũ altare, monachicã inuocationem decantãs. Hic autẽ q perficicitur poſt ſacerdotem ſtat, non ambos pedes inclinans, non vnum pedem, non ſuper caput hñs à deo tradita eloquia: tñ autẽ aſtans ſacerdoti cantanti myſticã inuocationem ſuper ipſum. Perficiens aũt ipſum ſacerdos, ad eum q perficitur veniens, interrogat ipſum prius, ſi omnibus abrenunciabit diuiſibilibus, non tantũ vitijs ſed & phantaſijs. Poſt perfectiſſimã illi vitã narrat, teſtificãs ꝙ oportet ſuper mediã ipſam conſurgere. Hęc aũt oĩa eo qui perficitur attente confeſſo, cruciformi figura ſignans ipſum ſacerdos detondet, trinam diuinæ beatitudinis inuocãs perſonã: & veſte omni exuens, alia induit, & cum alijs ſctĩs viris, quotcũq; aſſunt, oſculãs ipſum, coïcatorem perficit thearchicorũ myſteriorũ.

Monachorũ ſctificatio

Abrenũciatiõ diuiſibiliũ

Tonſio capillorũ

Veſtis mutatio.

## ¶ Contemplatio.

NVllum pedem inclinare, neq; ſuper caput habere à deo tradita eloquia, aſtare autẽ ſacerdoti inuocationẽ decantãti, monſtrat monachicum ordinẽ nõ eſſe adductiuũ aliorum, ſed in ſeipſo ſtantẽ in ſingulari & ſctã ſtatione, & ſacerdotales ordines ſequentem, & ab ipſis ſicut ſequacem, ad diuinã ſctõꝝ qui ſunt ſcd̃m eum, ſcientiã, facili fide ſurſumactum. Abrenunciatio aũt diuiſibilibus, non mõ vitijs, ſed etiã phantaſijs, perfectiſſimã ſignificat monachorum philoſophiã in ſcĩa viuentium præceptorũ operãtem. F Eſt enim, ſicut dixi, non medij ordinis eorum q perficiuntur, ſed omnibus altioris. Propter qđ & multa ſctõꝝ incondemnabilr à medio ordine, prohibentur modo omni ſingularibus monachis, ſicut ad vnum ipſis debentibus vniri, & ad ſctãm vnitatem congregari, & ad ſacerdotalẽ vitã, ſicut eſt fas, reformari, ſicut cognatum eius in multis habentem, & magis ipſi q̃ reliqui ordines q appropinquãt perficiũtur. ¶ Signatio aũt cruciformis figuræ, ſicut iam à nobis dictũ eſt, monſtrat ab omnibus ſimul carnalibus appetitibus vacationẽ. Detonſio aũt capillorũ ſignificat mundã & non formabilem vitã, nõ ſupercompoſitis figuris informe mentis appoſitiuæ decorantem, ſed ipſam in ſeipſa nõ humanis pulchritudinib⁹, ſed ſingularibus & ſolitarijs ad deiformiſſimũ ſurſumactã. ¶ Porro vero veſtis abiectio & alterius ſumptio, à media ſctã vita ad perfectiorẽ trãſmutationẽ ſignificat, quemadmodũ in ſctã deiĝnatione veſtis mutatio monſtrabat vitæ mundatę ad contemplatiuũ & illuminatiuum habitũ ſurſumactionem. ¶ Si aũt & nunc ſacerdos & oẽs quotcũq; adſunt ſctĩ perfectũ oſculãtur, ſctãm deiformiũ intelligẽ coĩonem, amabilr in lætitia diuina condelectatorũ ſibijnuicẽ. ¶ In fine aũt oĩm, ſacerdos ad thearchicã coĩonem vocat perfectum, ſignificãs ſancte ꝙ perfectus (ſi vere ad monachicã & ſingularẽ puenit actionẽ) non contemplatiuus ſolum erit ſctõꝝ quę ſunt ſcd̃m ipm, neq; ſcd̃m mediũ ordinẽ ad coĩonem veniet ſanctiſſimorũ ſignorũ, ſed cũ diuina cognitione ſctõrũ q̃b⁹ participauit, alio mõ q̃ ſctũs ppl̃s veniet ad ſumendũ thearchicã coĩonem. ¶ Propter qđ & hierarchicis ordinibus in pfectiuis ipſorũ ſctificationib⁹ in fine ſctiſſimarũ ſctificationũ ſctiſſimę Euchariſtiæ

Monachorũ cõſecratiõis modusq;

Abrenũtiatio qđ:

Impreſſio viuificæ crucis

Tõſio crinium qđ mõacho:

Mutatio veſtis qđ

Coĩo diuina quid ſacre ordinatis



A Euchariſtiæ coĩo traditur à pficiente ipſos hierarcha, non ſolum ꝙ thearchicorum myſterioꝝ aſſumptio vniuſcuiuſq; hierarchicæ participationis eſt capitulum, ſed qñ & ipſo coïcabili & diuiniſſimo dono oẽs ſancti ordines, ſinguli per ſe iuxta pportionem ſuam participant ad propriam ipſorum deificationis ſurſumactionẽ & perfectionẽ. ¶ Igitur collectum eſt à nobis, ꝙ ſanctæ quidẽ perfectiones ſunt mundatio, & illuminatio, & perfectio. Miniſtri autẽ, mundatiuus ordo: ſacerdotes vero, illuminatiuus: perfectiuus autẽ, deiformes hierarchæ. Ordo autẽ q mundatur, eſt q non eſt particeps ſanctæ inſpectionis & coĩonis, ſicut q adhuc mundatur.

poratio

Ordo purgandus quis

¶ Contemplatiuus autẽ ordo, eſt ſanctus ppl̃s. Perfectus autem ordo, eſt ſingularium monachorum. Ita enim noſtra hierarchia à deo traditis ordinibus ſancte diſpoſita ſanctis, & cœleſtibus hierarchijs conformis eſt, ad dei imitationẽ & deiformes ipſorum vt in hoĩbus ſaluans characteres. ¶ Sed dices, ꝙ cœleſtibus hierarchijs deficiunt oĩno ordines q purgantur. Non enim eſt fas neq; verum dicere, ꝙ eſt quidẽ cœleſtis ornatus immundus. Ego autẽ ꝙ immaculati qdẽ perfectæ ſunt, & caſtiſſimũ ſupermundane hñt, confiteor omnino, niſi perfecte cadã à B ſanctiſſima mente. Si enim aliquis ipſorum à malitia captus eſſet, a cœleſti quidẽ & munda diuinarum mentium harmonia cecidiſſet, & ad obſcurum apoſtaticaꝝ multitudinũ vectus eſſet caſum. Sed eſt dicere ſancte, in cœleſti hierarchia, ꝙ mundatio eſt ſubiectis ſubſtantijs à deo vſq; tunc ignotorum data cognitio, & ad perfectiorẽ ipſas agens ſcientiã thearchicarũ cognitionum, & ab ignorantia quorũ nondum ſcientiã habuerant mundans ſurſumactas ad ſuperiores & clariores ſplendores per priores & diuiniores ſubſtantias. Ita & qui illuminantur ordines ſunt, & qui perficiuntur, & mundatiui, & illuminatiui, & perfectiui, ſcd̃m cœleſtem hierarchiam, ſicut ſupremis & diuinioribus ſubſtantijs, ſubiectos ſanctos & cœleſtes ornatus ab ignorantia quidem vniuerſa mundantibus in ordinibus & proportionibus cœleſtiũ hierarchiarum: implentibus aũt ipſas diuiniſſimis illuminationibus, & perficientibus in ſanctiſſima thearchicorum intellectuũ ſcĩa. Etenim iam a nobis dictum eſt, & in eloquijs diuinitus enunciatum eſt, non eoſdem eſſe oẽs cœleſtes ornatus in oĩbus ſanctis diuinarum illuminationũ, quibus deus inſpicitur ſcientijs. Sed a deo quidẽ immediate primos, per illos aũt rurſus a deo ſubiectos, iuxta proportionẽ ſuã, illuminari clariſſimi thearchici radij ſplendoribus.

Ordo contẽplatiuus

Ordo perfectus

Caſus angelorũ apoſtatarum

## De his quæ fiunt in his qui dormierunt. Cap. VII.

IStis autẽ determinatis, neceſſarium eſt dicere, vt arbitror, & ea quę fiunt a nobis ſancte in his qui dormierunt. Etenim neq; hoc cõmune eſt & ſanctis & immundis: ſed ſicut varia ſpecies eſt alterutrorum vitę, ita & ad mortẽ euntes, q qdem ſanctam habuerunt vitã, ad D veras promiſſiones thearchiæ reſpicientes, ſicut veritatem ipſarum in ipſius reſurrectiõe contemplati, cum forti & vera ſpe in lætitia diuina ad mortis finem vadunt, ſicut in fine ſanctorum agonum in perfecta & interminabili vita & ſaluatione, ſua futura eſſe omnino ſcientes, per futuram ipſorum totalem reſurrectionem. Nam ſanctæ quidẽ animæ ad peiora decidere conuerſione valentes in hoc ſeculo, in regeneratione ad inconuerſibile habebunt deiformiſſimam tranſmutationẽ. Munda aũt corpora ſanctarum aĩarum coniuga & coambulabilia cõdeſcripta, & quæ certauerunt in diuinis ipſaꝝ ſudoribus in aĩaꝝ inconuerſibili ſcd̃m diuinam vitã collocatione, ſimul accipient propriã reſurrectionẽ. Vnita enim his ſctĩs aĩabus, quib⁹ vnita fuerũt in hoc ſcl'o, ſicut membra Chriſti ſctã, deiformẽ & incorruptibilẽ & immortalẽ & beatam accipient vitã. Igiť in iſtis quidẽ ſctõꝝ eſt dormitio in lętitia & immobili ſpe, ad diuinorũ agonũ pueniẽs finẽ. Immundoꝝ aũt alij quidẽ ad conſumptionẽ irrõnabilr putant pficiſcit alij aũt corporalẽ ſemel abrũpi à pprijs aĩabus coniunctionẽ, ſicut incõuenientẽ ipſis in deiformi vita & btĩs finibus, nõ intelligẽtes neq; ſufficienter in ſcĩa diuina docti, inceptã iã in Chr̃o noſtram deiformiſſimã vitã. Alij aũt corpoꝝ alioꝝ attribuũt aĩabus cõiunctionẽ, iniuriã (vt arbitror) facientes q̃tum in ipſis eſt corporibus, q̃ cũ ſctĩs aĩabus certauerunt, & ſctĩs retributionibus nõ religioſe priuãtes ea quæ ad finẽ diuiniſſimoꝝ curſuum puenerũt. Alij aũt qũo neſcio ad materiales intentiones declinãtes, dixerũt conſimilẽ huic ſcl'o ſanctiſſimũ & beatiſſimũ finem ſctĩs pmiſſum, & alimenta ppria variabili ſcl'o, his q erunt æq̃les angelis inconuenienter adiecerunt. Sed nõ cadat aliquis aliqñ ſanctiſſimoꝝ viroꝝ ad tales errores, ſed totos ſeipſos accepturos Chr̃iformẽ finẽ ſcientes, qñ ad finẽ veniunt huius ſeculi viã ad incorruptionẽ ipſoꝝ ſicut ppinquiorẽ factã manifeſtius vident, & dona thearchię laudãt, & diuina delectatiõe adimplentur, ad peiora cõuerſionẽ iã nõ formidãtes, ſed bñ ſciẽtes, ꝙ bona poſſeſſa fortiter & æternaliter habebunt. Qui aũt ſordib⁹ ſunt pleni & immundis maculis, ſi ſctãm quidẽ cõſecuti ſunt doctrinã: ipſi aũt hãc ex ppria mente pdite cõterẽtes, ad corruptiuas conati ſunt cõcupiſcẽtias, qñ ad finẽ veniũt huius vitę, nõ iã ſimilr ipſis cõtẽptibilis videť eloquiorum diuina legiſlatio. Deſtru-

Suffragia pro mortuis

De aĩarũ reſurrectione cũ corpibus

Errores circa reſurrectionem

Primus

II.

III.

IIII.

Luc. 20

Mar. 12

Fides recta circa reſurrectionem

Deſtructas autē propriarum paſſionum delectationes alijs oculis inſpicientes,ad ſanctā vitā,à qua ſtulte ceciderunt, beatificantes,miſerabiliter & contra voluntatem abſcinduntur ab hoc ſeculo,ad nullam ſanctam ſpem manuducti propter peſſimā vitam.Iſtorum autem nullo futuro in dormitionibus ſctõꝝ virorum, ipſe qdem q ad finem venit propriorum agonum,lætitia ſctā adimpletur,& cum delectatione multa ad viā ſuperuenit ſanctæ regnationis.Familiares autē eius q dormiuit,ſcđm diuinā familiaritatem & vitæ ſimilitudinē, & ipſum quiſqs eſt, beatificāt ad finem victoriā ferentem,iuxta votum,peruenientem,& cauſæ victoriæ cum gratiarum actione odas referunt,inſuper optātes & ſeipſos venire ad ſimilem finem. Sumētes aũt illum ad hierarchā agunt,ſicut ad coronarũ ſanctarum donationē. Ille vero delectabilr̃ ſuſcipit & perficit ea quæ fiunt,ſecundũ legem ſanctā,in his q ſancte dormierunt.

Mors iuſtorum

## Myſterium in his qui ſancte dormierunt.

Exequiæ cõſecratorum. Exequiæ monachorũ & plebis ſanctæ

CONgregans diuinus hierarcha ſanctum chorũ ( ſi ſacerdotalis qdem ordinis factus fuit q dormiuit)an̄ ſanctũ altare inclinās ipſum,incipit ad deum orationē & gratiarum actionē. Si autē religioſis monachis aut ſctõ populo coordinatus fuit,iuxta precioſum ſanctuariũ ipm inclinat an̄ introitum ſacerdotalem: poſtea perficit ad deũ cum gratiꝝ actione hierarcha orõnem. Conſequenter autē legentes miniſtri in diuinis eloquijs dictas veraces promiſſiones de ſctā nr̃a reſurrectione, ſancte cantāt eiuſdem rationis & idem potentes odas pſalmicorum eloqorum. Poſtea miniſtrorũ primus abſoluit catechumenos,& p̄dicat ſctõs qui iam dormierunt:cum qbus rogat fieri coordinatæ p̄dicationis, eum q nunc perficitur,& adhortat̃ cunctos petere in Chriſto beatā perfectionem. Poſtea accedens diuinus hierarcha orationem ſanctiſſimam ſuper ipſum facit, & poſt orationem & ipſe hierarcha oſculatur eum qui dormiuit, & poſt ipſum præſentes vniuerſi. Oſculatis autem omnibus ſuperfundit oleum hierarcha ei q dormiuit, & pro oĩbus orationē ſanctā faciens, deponit in domo precioſa corpus,cum alijs eiuſdem ordinis ſanctis corporibus. E

Actus diaconorũ, circa defunctum. Cõmẽdatio defũc. Funeris inunctio. Sepultura.

## ¶Contemplatio.

HAEC quidem ſi videant aut audiāt immundi à nobis fieri,late ridebũt,vt arbitror, & de errore noſtri miſerebuntur. Non oportet aũt ad hoc mirari. Nam ſi non crediderint, vt eloquia dicunt,neq; intelligent. ¶Nos autem intelligibilia eoꝝ quę fiunt inſpicientes Ieſu illumināte,dicimus ꝙ non irrationabilr̃ hierarcha ad coordinatum chorum inducit,& imponit eum qui dormiuit.Significat enim ſancte qđ in illis erunt participationibus oēs in regnatione, in quibus hic propriā vitam ſortiti ſunt:ſicut ſi deiformem & ſanctiſſimam(ſicut viro dei imitatiuũ eſt poſſibile)hic habuit vitā,in diuinis erit & beatis finibus in ſeculo futuro.Si autem à deiformi, & ſcđm ſummum,ſubiectā habuit vitam, ſanctam aũt,conformes & ipſe recipiet ſanctas retributiões.Pro hac diuina iuſtitia hierarcha grãs agēs orõnem ſanctā facit,& venerandam laudat thearchiā,ſicut deſtructiuā cõtra oēs nos exiſtentis iniuſtitiæ & tyrannicę poteſtatis: traducentem autē nos ad propria iuſtiſſima iudicia. F

Iſaiæ 7. Sepultura iuſtorũ quid.

Gratiarũ actio & oratio hierarc. qd

¶Thearchicarum autē promiſſionum ode & lectiões,manifeſtatiue quidem ſunt beatiſſimorum finium:in qbus q diuinam habuerunt perfectionem,æternalr̃ conſtituentur.Eius autem q dormiuit,ſanctæ ſunt ſuſceptiuæ:adhuc autē viuentium, adhortatiue ad ſimilem perfectionem. ¶Inſpice autē ꝙ nunc non oēs ordines q mundantur, ſecundũ conſuetudinem abſoluuntur:ſoli autem catechumeni a ſanctis choris excluduntur. Etenim hic ordo qdem indoctus eſt vniuerſalr̃ oĩs ſanctæ perfectionis,& nihil non paruum,non magnum eorum quę ſancte fiunt inſpicere ipſi licet,ſicut neq; participanti ſanctorum inſpectiua virtute per dei generationem & luminis principem,& luminis donatricem. Reliqui autem eorum qui mundantur ordines,in doctrina quidem iam facti ſunt ſanctæ traditionis, imprudenter autem ad deteriora rurſus cucurrerunt. Opportune aũt ad priora ſurſumactionē p̄ficientes à thearchicis quidē inſpectionibus & cõionibus,ſicut in ſignis ſctis diſtinguunt. Lędentur enim immunde ipſis participantes,& ad maiorē diuinorũ & ſuıpſorũ venient contemptum. Non inconuenienter aũt aſſunt in his quę nunc fiunt manifeſte docti,& videntes noſtræ mortis † contemptũ, & ſctõrum honores à veris eloquijs laudatos, & q̃s cõminantur fore immundis ſicu ipſi ſunt interminabiles triſtitias. ¶Erit em̄ ipſis ad vtilitatē videntibus eũ q ſancte perfectus eſt,à miniſtri enunciatiõe cõicatorē vere exiſtentē ſctõrum à ſclo ſancte p̄dicatoꝝ. Et forſitan & ipſi ad ſimile deſiderium venient,& à miniſtrorũ ſcia docebunt beatā vere eſſe in Chriſto p̄fectionē. Poſtea procedens diuinus hierarcha orõnem ſanctā facit ſuper eũ q̃ dormiuit. ¶Et poſt orõnem & ipſe hierarcha ipſum oſculat̃,& conſequenter p̄ntes vniuerſi. Igitur orõ quidē precatur thearchicā

Catechumini cur ſoli arceātur à phano.

Immudi q̃re a cõione diuinorũ ſeparentur.

† incertũ



thearchicā bonitatem, vt dimittat quidē ei q dormiuit oĩa quæ per humanam infirmitatē peccauit,& conſtituat ipſum in lumine & regione viuentiũ,in finibus Abrahę,& Iſaac,& Iacob,in loco à q̃ affugit dolor & triſtitia & gemitus. Igitur,vt arbitror hæc quidē ſunt manifeſta ſctõꝝ beatiſſima dona. Quid enim fit perfecte triſtitia carenti,& illuminatiuæ immortalitati æq̃le? q̃uis maxime ſignificatiõibus nobis p̄portionalibus, promiſſiões illę oĩ intellectu altiores ſint ſignificatæ,& à reali ipſarũ ṽitate minus continentes hn̄t ſignificationes. Nam arbitrandũ eſt verum eſſe eloquium,ꝙ oculus non vidit,& auris non audiuit,& in cor hoĩs non aſcendit,quę p̄parauit deus diligentibus ſe. Sinus aũt ſunt,ſicut reor,beatiſſimoꝝ patriarcharum,& reliqꝛũ ſanctorũ vniuerſorum diuiniſſimi & beatiſſimi fines, q deiformes ſuſcipiunt oēs ad p̄fectionē in ipſis ſine ſenectute,& beatiſſimā. Dicas aũt forſitan,hæc qdem eſſe recte dicta à nobis,dubitare aũt gratia cuius thearchicā bonitatem hierarcha rogat,petēs vt ei q dormiuit pctā dimittat,& deiformibus coordinatā & clariſſimam partitionem tribuat. Si enim oĩs recipiet à diuina iuſtitia retributiones illorum bonorũ aut alioꝝ quæ geſſit in p̄nti vita, p̄fecit aũt proprias opationes q dormiuit,à q̃ hierarchica orõne ad alium finē trāsferetur,q̃ dignum ipſo,& q pro p̄nti vita retribuet? Ego aũt bn̄ noui eloquia ſequens,ꝙ vnuſquiſq; qdē habebit quā p̄meruit portiõem. Dicitur enim: Determinauit dn̄s apud ſe. Et: Portabit vnuſquiſq; in corpore ſcđm ea quæ fecit,ſiue bonũ ſiue malum. Qđ aũt orõnes ſanctorum indignos ſctis orõnibus opant̃, non ſolum in p̄nti ſclo,nedum poſt mortē,eloquiorũ nos docent veræ traditiones. Quid em̄ vtilitatis à Samuele Saul conſecutus eſt? Quid autē Hebręorum ppl̃m iuuit prophetica orõ? Etenim ſicut ſi aliquis ſole propria donante lumina,illęſis oculis in participatiõe ſolaris luminis petit fieri p̄prios viſus deſtruens,ita ad impoſſibiles & ſupfluas ſpes eleuat̃,q ſctõrum orõnes petit,& ſcđm naturā ipſorũ ſctās operationes excludit negligentia diuinorũ donorum,& à manifeſtiſſimis & bonum cõferentibus p̄ceptis receſſione. Dico aũt eloq̃a ſeq̃ns,ꝙ vtiles oĩno ſunt in hoc ſclo ſctõrum orõnes ſcđm hunc modũ. Si aliqs ſctā deſiderans dona,& ad participationē ipſorũ habitum ſctũm hn̄s ſicut p̄priæ cognitor paruitatis, veniens ad aliquē ſctõrum virorũ, rogat ipm̄ fieri ſuſceptorē & cooratorē,cõſequet̃ oĩno quæ petit diuiniſſima dona,recipiente ipm thearchica bonitate,& p̄pria religioſa ſuıpſius cognitione,& ſctis reuerētia & petitarũ ſctārum petitionum laudabili deſiderio,& cõueniente & deiformi habitu. Eſt em̄ & hoc thearchicis iudicijs decretũ,diuina dona dignis participatiõe in ordine deo incõuenientiſſimo donari,p eos q ſunt digni tradere. Igit̃ ſi qs improbet iſtum ſctm̄ ornatũ,& ad miſerā opinionē veniēs,ſufficientē ſeipm̄ arbitret̃ ad thearchicā collocutionē,& ſctõs contēnat,& etiā ſi petitiones indignas deo,& nõ ſctās poſtulet, & deſiderium diuinorũ niſi forte habet, & ſibi ipſi cõueniens,p ſeipm̄ priuabitur cõſecutione petitiõis impitæ. ¶De dicta aũt orõne q̃ hierarcha orat ſup eũ q dormiuit,ad nos venientē ex diuinis nr̃is ducibus traditionē,dicere neceſſarium eſt. Diuinus hierarcha manifeſtatiuus eſt,ſicut eloq̃a dicunt,thearchicorum iudiciorum Angelus enim dñi oĩtenentis dei eſt. Didicit ergo ex eloquijs à deo traditis, ꝙ his q ſancte vixerunt clariſſima & diuina vita,ſcđm dignitatē à iuſtiſſimis legibus retribuit̃,ſupportāte bonitate thearchicę benignitatis ingenitas ipſis ex hũana infirmitate maculas: qm̄ nullus, vt eloq̃a dicunt,mundus eſt à macula. Igit̃ hæc qdē hierarcha nouit p̄miſſa à ṽis eloquijs. Poſtulat aũt ipſa fieri & dari his qui ſancte vixerunt ſctās retributiones. Simul quidem ad dei imitatiuum benigne figuratus,& aliorum dona ſicut proprias expetens gratias,ſimul aũt & ṽas p̄miſſiões ſciens futuras:& p̄ntibus manifeſtatiue ſignificās,ꝙ ea q̃ ab ipſo ſcđm legē ſctām ſunt petita,oĩno erunt his qui ſcđm vitā diuinā ſunt p̄fecti. Non enim hierarcha thearchicæ iuſtitiæ recitator,poſtularet aliqñ ea q̃ nõ ſunt deo amiciſſima,& ab ipſo dari deiformiter p̄miſſa. Propter qđ & his q immunde dormierunt nõ p̄catur iſta,nõ ſolum ꝙ à recitatiuo in hoc puertet̃ ordine, & aliquid hierarchicorũ ſupbe audebit,nõ à principe perfectionũ motus,ſed qm̄ & immũdam orationē nõ cõſequet̃ à iuſto eloquio,& ipſe nõ incõuenienter audiēs,petitis & nõ accipitis,iccirco ꝙ male petitis. Igitur diuinus hierarcha expetit ea quæ diuinitus ſunt p̄miſſa,& amica deo,& oĩno donāda, qđ eſt p̄prij boni habitus monſtrans amatori bonorũ deo,& p̄ntibus manifeſtatiue ſignificās ſctis futura dona. Ita & ſegregatiuas hn̄t hierarchę ṽtutes,ſicut manifeſtatiui diuinoꝝ iudicioꝝ:nõ ſicut irrõnabilibꝰ motibꝰ ipoꝝ oĩ ſapiente thearchia (vt vſualr̃ dicat̃)famularit̃ obſequēte,ſed vt ipſis ſub ſpũ pricipe p̄fectiõis mouēte recitatiue iudicatos à deo ſcđm dignitatē ſegregātibus. Dicit em̄: Accipite ſpũm ſctũm. Si aliqꝝ dimittitis pctā, dimiſſa ſunt:ſi aliqꝝ tenetis,retēta ſunt. Et illi q diuinis reuelatiõibus ſctiſſimi pr̃is erat illũinatꝰ, eloq̃a dicũt: Qđcũq; ligaueris ſup terrā,erit ligatũ & ĩ cœlis. Sicut illo & ſcđm ipm oĩ hierarcha ſed; ſctās ĩ ipo reuelatiões pr̃noꝝ iudicioꝝ manifeſtatiue & delatiue dei amicos aſſumēte,& ĩpios expellēte.

Lucæ 16. Apo. 7. Iſaiæ. 64. 1. Cor. 2. Sinus patriarcharum. Gal. 6. 1. Reg. 12 & 15. Ierem. 14. Vtilitas mutuę orationis quanta. B 1. Iohā. 5. Iacobi 5. Cā vtilitatis mutuę oratiõis. Oratio hierarchalis qd mortuo cõferat. Malac. 2. Ierem. 15. Pſalm. 61. Matt. 16. 3. Reg. 18. Iob 15. Hierarcha qd petat defuncto. C pro dānatis nõ orandum. Iacobi 4. Deuſu ac p̄tāte clauium. Iohan. 20. Math. 16.

[Ibidem.] expellente. Etenim ſanctam illam theologiam, vt eloquia dicunt, non proprio motu, neq; car
[Obedientia q̃ta debeatur ꝓlato] ne & ſanguine reuelantibus, ſed deo intelligibiliter ipſum propria docēte locutus eſt. Igitur di-
uinos quidem hierarchas ita ſegregationibus, & oı̄bus hierarchicis virtutibus vti conuenit,
quomodo princeps perfectionis ipſos hierarchia mouerit. Alios autem ita hierarchis in his
[Lucæ. 10] quæ faciunt hierarchice eſt obſequendum, ſicut à deo motis. Dicit enim: Qui ſpernit vos, me
ſpernit. Sed reuertamur ad dictę orationis conſequentia. Perficiens enim ipſam hierarcha, &
ipſe oſculat eũ q dormiuit, & conſequenter pn̄tes vniuerſi. Dulcis eſt enim & ꝓcioſus vniuer-
ſis deiformib⁹, q ſcd̄m diuinā vitā eſt pfectus. Poſt oſculū aūt ſupfundit ei q dormiuit oleum
[Olei infuſio ſup defunctum quid.] hierarcha. Recordare aūt ꝙ in ſctā dei gn̄atione an̄ diuiniſſimū baptiſma, prima participatio
ſcti ſymboli dat ei q pficit poſt totalē veſtis prioris ſpoliationē, vnctiōis oleū: In fine aūt vni
uerſoꝝ nunc ſup illū q dormiuit oleū effundit. Et tunc qdē olei vnctio ad ſctōs agones voca-
bat eū q pficiebat: nunc aūt ſuperfuſum oleū ſignificat, ſcd̄m eoſdē ſctōs agones certauiſſe, & p
fectum fuiſſe eum q dormiuit. Hęc pficiens hierarcha, deponit in domo ꝓcioſa corpus cū alijs
[Aſſertio reſurrectiōis corpoꝝ cum aīalibus ſctis.] ſctis eiuſdē ordinis corporibus. Si enim in aīa & corpore deo amicā vitā q dormiuit viuebat,
ꝓcioſum erit cū aīa ſctā & corpus, q̄d cōcertauit ipſi in ſctis ſudoribus. Vn̄ diuina iuſtitia ipſi
donat retributiuos fines cū ꝓprio corpore ſicut coambulabili, & cōparticipi ſanctæ aut cōtra-
riæ vitæ. Propter q̄d & ſctoꝝ diuina legiſpoſitio thearchicas coı̄ones ambobus donat, aīæ q-
dem in munda contemplatione & ſcia eoꝝ q̄ fiunt: corpori aūt ſcd̄m diuiniſſimū vnguentum,
vt in imagine & thearchicę coı̄one ſanctiſſima ſigna totū hoı̄em ſignificans, & totalem ipſius
ſaluationem ſancte operans, & pfectiſſimā ipſius reſurrectionē fore denuncians catholicis ſcti-
ficationibus. Perfectiuas aūt inuocationes non eſt fas in ſcripturis ſupexponere, neq; myſticū
ipſarū aut factas in ipſis ex deo virtutes, ex occulto ad cōmune adducere: ſed ſicut nr̄a ſctā tra- E
ditio habet, inegreſſibilibus doctrinis ipſas diſcens, & ad diuiniorē habitū & ſurſumactionem
amore diuino & opationibus ſctis pfectus, ab illuminatione principis pfectionis, ſurſumagēs
[De baptiſmo infantium.] ad ſupremā ipſoꝝ ſcientiā. Pueros aūt nondū diuina intelligere valentes ſanctę participes fie-
ri dei gn̄ationis, & ſanctiſſimorū thearchice coı̄onis ſignoꝝ, videt qdē, vt dicis, immundis rō-
nabili riſu dignū, ſi audire nō valentes edoceant hierarchæ diuina, & nō intelligentibus vane
[Error in fidelium.] tradant ſctās traditiones. Et hoc adhuc magis ridendū, ꝙ ꝓ ipſis alij abrenunciationes dicunt
& ſanctas confeſſiones. Oportet aūt tuā ſctām hierarchicā prudentiā nō moleſtari in erranti-
bus, ſed & reuerenter ſimul, & illuminationis ipſorū gr̄a amabiliter excuſare ad ꝓlatas ab ipſis
inſtantias opponentē, & hoc ſcd̄m legem ſanctā, ꝙ nō in nr̄a cognitione oīa diuina circūſcri-
būtur. Multa aūt à nobis ignotoꝝ cauſas hn̄t deo cōuenietes, nobis quidē ignotas, ſcibiles aūt
ordinibus q̄ nos ſumus, melioribus. Multa aūt & ſupmas latent ſubſtantias, & à ſola diligēter
ſunt cognita oīſapiente & ſapientifica thearchia. Sed & hoc, ꝙ & de iſto iſta dicimus q̄ dei-
[De fide iuſſione anadochorum pro infantibus] formes nr̄i ſctitatis pfectores ab antiqua docti traditione ad nos produxerunt. Dicunt enim F
(q̄d eſt & verū) ꝙ ſcd̄m legem ſanctā ſurſumacti infantes ad habitū ſanctum habebunt cōſue
tudinem ab oı̄ remoti errore, & mundæ vitæ expertes. Hoc diuinis noſtris ducibus ad mentē
venit, & viſum eſt ſuſcipere infantes ſcd̄m iſtum ſanctū modū, ꝙ naturales adducti pueri pa-
tres traderent pueꝝ cuidā docto myſteriorū bono in diuinis pædagogo: & reliquum ab ipſo
puero ageret, ſicut ſub diuino patre & ſaluationis ſanctæ ſuſceptore. Ab iſto ergo confitente
ſurſumagere puerum ſcd̄m ſctām vitā, hierarcha appetit vt abrenunciationes confiteat, & ſan
[Abrenunciatio ſuſceptorū, ꝓ filijs ſpiritalibus.] ctas confeſſiones, non ſicut illi ridentes dicunt, alium pro alio diuina docens. Neq; enim hoc
dicit, ꝙ pro puero ego abrenunciationes aut ſanctas facio confeſſiones, ſed ꝙ puer abrenūcia-
bit, & coordinabit. Hoc eſt, confiteor me perſuaſuꝝ puero venienti ad ſanctā mentē meis di-
uinis ſurſumactionibus, ꝙ abrenunciabit quidē totaliter contrarijs, confitebitur aūt & opa-
bitur diuinas confeſſiones. Nihil igitur, vt arbitror, eſt inconueniens, ſi ſcd̄m diuinā ſurſum-
actionē puer ſurſumagitur, ducē & ſuſceptorē ſanctum hn̄s, habitū ipſi diuinorū efficientē, &
cuſtodientem contrariorū expertē. Tradit aūt puero ſancta ſigna hierarcha, vt nutriat in ipſis,
& non habeat vitā alteram niſi diuina contemplantē ſp, & coīcatricē ipſorum in pfectib⁹ ſctis
[Peroratio S. patris hūilis ac pia ad Timoth.] factam, & habitū ſanctū in iſtis vigentē, & ſurſumactū, vt decet ſanctum, à deiformi ſuſcepto-
re. Tantas o puer & ita pulchras nr̄æ hierarchię videā deiformes viſiones. Ab alijs aūt forſitan
perſpicatioribus mentibus, nō iſta ſolum contemplatione cōprehenſa ſunt, ſed manifeſtiora
multo & deiformiora. Et tibi aūt (ſicut arbitror) oīno elucebūt ſplendidiores pulchritudines,
& diuiniores dictis gradibus vtenti ad radium ſuperiorē. Trade igitur o amice & ipſe mihi p-
fectiorem illuminationē, & monſtra meis oculis quas videre poſſis conuenitiores pulchritudi
nes & vniformiores. Cōfido enim ꝙ ꝑ dicta ego repoſitas in te diuini ignis accēdā ſcintillas.

Libri de Eccleſiaſtica hierarchia finis.



# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENIENSIVM EPISCOPI, ET GALLIARVM APOSTOLI, AD TIMOTHEVM, LIBER DE DIVINIS NOMINIBVS.

A

¶ Iohannis Sarraceni ad Odonem ſancti Dionyſij Reuerendum abbatem, de Diuinis nominibus. Prologus.

MEmor hoſpitij & meæ ſponſionis, diu literas veſtræ ſublimitatis expectaui.
Quas qm̄ multis de cauſis non miſiſſe potuiſtis, ſponſioni meæ ſatisfeci, &
beati Dionyſii libros de Diuinis nominibus, & de myſtica theologia, & eius
epiſtolas veſtræ tranſtuli paternitati. Sciēdum eſt autem quod ante librum
de diuinis nominibus quendam alium compoſuit, quem theologicas hypo
typoſes appellauit. In quo qualiter diuina natura ſingularis, & trina dicatur,
& quomodo perſonarum inſeinuicem manſio, & filij & ſpiritus ſancti à pa
B tre naturalis egreſſio ſiue pullulatio intelligi debeant, & quæcunque de qualibet trium perſo-
narum non ſecundum dona, neq; ſecundum ſenſibilium figurationem, ſed proprie per affirma
tionem proferuntur, demonſtrauit. Arbitror autem illum, & alios ſanctiſſimi Dionyſii libros
duabus ex cauſis rarius inueniri. Vna eſt, quod hæretici libros ipſos ſicut contra ſe manifeſte a-
gentes, pro viribus ſuppreſſerunt. Alia vero ꝙ Catholici obteſtatione beati Dionyſii erāt aſtri
cti, ne imperitę multitudini, ſed ſolis doctis & dignis ſua ſcripta quaſi multorum capacitatem
excedentia reuelarent. Doctis autem deficientibus, culpa eorum maxime (vt reor) qui prælati-
ones eccleſiarum ſuis qualibuſcunq; conferunt, & literatos reſpuunt, quibus committerent nō
habuerunt. Forſitan etiam inde Hieronymus excellentiſſimum Areopagitam inter eccleſiaſti-
cos ſcriptores non connumerauit, quoniam eius libros ſicut eminentes ad communem notiti-
am deponendos non putauit. A tranſlationis autem mō in eccleſiaſtica hierarchia obſeruato
non receſſi. Cæterum, ſi in aliquo forte deliqui, veſtræ ſit oro & fratris Guilielmi diligentię er-
rata emendare. Tranſtuli autem quartum & nonum capitulū libri de diuinis nominibus qua-
dā feſtinatiōe domino magiſtro Guilielmo ſanctę Romanę eccleſię Cardinali Reuerēdo. Quæ
tranſlatio vtrum huic poſteriori conueniat, mihi non conſtat. Cęterum, ſi in aliquo diſſenſerit
ad hanc illam reor referendam.

C ¶ Hæc ſunt in ſermone de diuinis nominibus capitula. XIII.

I Quæ ſermonis intentio, & quæ de diuinis nominibus traditio.
II De vnita & diſcreta theologia, & quæ eſt diuina vnitio & diſcretio.
III Quæ orationis virtus, & de beato Hierothæo & de reuerentia & tractatu theologico.
IIII De bono, lumine, pulchro, amore, ecſtaſi, zælo, & ꝙ malum neq; exiſtens, neque ex exiſtentibus.
V De exiſtente, in quo & de exemplis.
VI De vita,
VII De ſapientia, mente, ratione, veritate, fide.
VIII De virtute, iuſtitia, ſaluatione, liberatione, in quo, & de inæqualitate.
IX De magno, paruo, eodem, altero, ſimili, diſſimili, ſtatu, motu, æqualitate.
X De omnipotente, vetere dierum, in quo, & de æuo, & tempore.
XI De pace, & quid vult per ſe eſſe, quę per ſe vita, quę ꝑ ſe virtus, & quę ita dicitur.
XII De ſancto ſanctorum, rege regum, domino dominorum, deo deorum.
XIII De perfecto & vno.

CONPRESBYTERO TIMOTHEO DIONYSIVS PRESBYTER S.

¶ Quæ ſermonis intentio, & quæ de Diuinis nominibus traditio. Cap. I.

XXX Nunc

NVNC autem ô beate poſt theologicas hypotipoſes, ad diuino
rum nominum reſeratione͂, ſicut eſt poſſibile tranſibo. Eſto au͂t
& nunc à nobis eloquiorum lex prædiffinita, veritatem de deo
dictorum nos aſſeuerare, non inperſuaſibilibus humanæ ſapie͂
tiæ verbis, ſed in demonſtratio͂e à ſpiritu motæ theologorum vir
tutis: ſecundu͂ qua͂ ineffabilibus & ignotis, ineffabiliter & ignote
coniungimur, ſecundum meliore͂ noſtræ rationabilis & intel
lectualis virtutis & operationis vnitionem. ¶ Igitur vniuerſa
liter non eſt audendum dicere aliquid, nec etiam cogitare de ſu
perſubſtantiali & occulta deitate, præter ea quæ diuinitus no
bis ex ſanctis eloquijs ſunt expreſſa. Nam ſuperſubſtantialem
ſcientiam ignorantiæ ſuperſubſtantialitatis, quæ eſt ſuper rationem & intellectum & ſubſtanti
am ipſam, ipſi attribuere conuenit tantum ad ſuperius reſpicientes, quantum thearchicorum
eloquiorum radius ſeipſum immittit ad ſplendores ſuperiores. Et ſimus circa diuina tempera͂
tia & ſanctitate conſtricti. Etenim ſi aliquid conuenit om͂i ſapienti & veriſſimæ theologiæ cre
dere, ſecundum proportionem vniuſcuiuſq; mentium reuela͂tur diuina, & inſpiciuntur thear
chica bonitate, in ſalutari iuſtitia, à menſuratis immenſurationem ſicut incomprehenſibilem,
vt decet deum ſegregantem. ¶ Sicut enim incomprehenſibilia & incontemplabilia ſunt à ſen
ſibilibus intelligibilia, & his quæ incompoſitione ſunt & figura ſimplicia & infigurabilia & for
matis ſecundum corporum figuras incorporalium intangibilis & infigurabilis formæ care͂tia,
ſecundum eandem veritatis ratione͂ ſuperponitur ſubſtantijs quæ eſt ſuperſubſtantialis, & me͂
tibus quæ eſt ſuper mente͂ vnitas, & omnibus deliberationibus eſt indeliberabile, quod eſt ſu
per deliberationem, & ineffabile verbo omni quod eſt ſuper verbum bonum, vnitas vnificans
vniuerſam vnitatem, & ſuperſubſtantialis ſubſtantia, & intellectus non intelligibilis, & verbu͂
non dicibile, & irrationabilitas & non intelligibilitas, & innobilitas, ſecundum nihil exiſten
tium exiſtens, & cauſa quidem eſſendi omnibus. Ipſum autem non exiſtens, ſicut ſupra omnem
ſubſtantiam, & ſicut ipſum de ſeipſo proprie & ſcienter enunciet. De hac igitur, ſicut dictum e͂,
ſuperſubſtantiali & occulta deitate, non eſt audendum dicere, neq; cogitare aliquid, præter illa
quæ diuinitus nobis ex ſanctis eloquijs ſunt expreſſa. ¶ Etenim ſicut ipſa de ſeipſa in eloquijs
(vt decet bonam) tradidit. Ipſius quidem quicquid eſt ſcientia & contemplatio omnibus eſt in
uia exiſtentibus, ſicut ab omnibus ſuperſubſtantialiter ſegregata. Et multos theologorum in
uenies, non ſolum ſicut inuiſibilem ipſam, & incomprehenſibilem laudauiſſe, ſed & inſcrutabi
lem ſimul & non inueſtigabilem, ſicut non exiſtente veſtigio vllo eorum qui ad occultam ipſi
us infinitatem tranſierunt. ¶ Non tamen incommunicabile eſt vniuerſaliter bonu͂ vlli exiſten
tiu͂, ſed in ſeipſo ſingulariter ſuperſubſtantiale͂ collocans radiu͂ vniuſcuiuſq; exiſtentiu͂ propor
tionalibus illuminationibus benigne ſuperapparet, & ad poſſibile͂ ipſius contemplatio͂em, &
communionem, & aſſimilationem extendit ſanctas mentes, quæ ipſi (ſicut eſt fas, & vt decet ſan
ctos) ſe immittu͂t. Et neq; ad ſuperius quam conuenienter data dei apparitione ſuperbe preſu
munt: neq; ad inferius ex ſubiectione ad peius prolabuntur, ſed firme & indeclinabiliter ad ra
dium ipſius ſuperſplendentem extenduntur, & commenſurato amore conuenientium illumi
nationum cum reuerentia ſancta, & caſte, & ſancte altius eleuantur. ¶ Has ſequentes thearchi
cas leges, quæ & totos gubernat ſupercœleſtium ordinum & ſubſta͂tiarum ſanctos ornatus, q̃d
quidem eſt ſuper mentem & ſubſtantiam thearchie occultum, inſcrutabilibus & ſanctis men
tis reuerentijs. Indicibilia autem caſto ſilentio venerantes ad illuce͂tes nobis in ſanctis eloquijs
ſplendores extendimur, & ab ipſis illuminamur ad thearchicos hymnos, ab ipſis ſupermunda
ne illuminati, & ad ſanctas hymnorum enunciationes figurati, & ad videndum per ipſos com
menſurate data nobis thearchica lumina, & laudandum principium vniuerſæ ſanctæ luminis
apparitionis, quod donat bonum ſicut ipſum de ſeipſo in ſanctis eloquijs tradidit: ſicut ꝙ omni
um eſt cauſa, & principium, & ſubſtantia, & vita, & decidentium ab ipſa reuocatioq; & reſurre
ctio. Eorum autem quæ ad deiformis corruptiuum prolapſa ſunt reuocatio & reformatio, eo
rum autem quæ ſecu͂dum qua͂dam commotionem immu͂da͂ moue͂tur collocatio ſancta, & ſta͂
tiu͂ firmatio, & ad ipſam ſurſum actorum ſuſcitatiua manuductio. Et eorum quæ illumina͂tur,
illuminatio. Et eorum quæ perficiuntur, perfectio͂is principatus. Et eorum quæ deifica͂tur, the
archia. Et eorum quæ ſimplifica͂tur, ſimplicitas. Et eorum quæ vniu͂tur, vnitas principij vni
uerſi ſuperſubſta͂tialiter ſuperprincipale principiu͂: & occulti ſecu͂dum ꝙ eſt co͂ueniẽs, bona tra
ditio. Et vt ſimpliciter dicatur, viue͂tiu͂ vita, exiſte͂tiu͂ ſubſta͂tia, om͂is vitæ & ſubſta͂tiæ principiu͂
& cauſa

1.Cor.2.

Tm͂ tracta͂du͂ de rebus diuinis q̃ti habemus ex elogis diuinis.

Co͂te͂platoribꝰ ſuꝑſubſta͂tiu͂ diſcreta moderamina neceſſaria.

De inco͂phe͂ſibilitate diuinorum.

Quō ſe intellectus eleuare debeat ad cognitione͂ ſuperiorum.

De eētię diuinæ inco͂phe͂ſibilitate.

Purgatione͂, illuminatio͂em, ꝑfectione͂ q̄ ee͂ a deo.



& cauſa, propter bonitatem ipſius quæ & deducit ad eſſe exiſtentia & continet. ¶ Hæc autem à
A diuinis eloquijs memoramus. Et vt ſic dicatur, omnem ſanctum theologorum hymnum in
uenies ad bonos thearchiæ proceſſus manifeſtatiue & laudatiue dei nominationes diuide͂tem.
Vnde in omni fere theologico negotio, thearchiam videmus ſancte laudatam: ſicut monaden
quidem & vnitatem, propter ſimplicitatem & vnitatem ſupernaturalis impartibilitatis. Ex qua
vt vnifica virtute vnimur, & diuiſibilibus noſtris alternitatibus ſupermu͂dane concluſis ad dei
formem monaden co͂gregamur, & dei imitatiuam vnitionem. Sicut trinitatem autem, propter
trium perſonarum ſuperſubſtantialis fœcunditatis manifeſtationem: ex qua omnis paternitas
in cœlo & in terra eſt & nominatur. Sicut cauſam autem exiſtentium, quoniam omnia ad eſſe
deducta ſunt propter ipſius ſubſtantificam bonitatem. Sapientem autem & pulchram, quonia͂
exiſtentia omnia propriam naturam incorruptam ſeruantia, om͂i harmonia diuina & ſancto
decore ſunt plena. Benignam autem differenter, quoniam noſtris ad veritatem totaliter in vna
ipſius natura perſonarum communicauit reuocans ad ſeipſam & reponens humanam extre
mitatem ex qua ineffabiliter ſimplex Ieſus compoſitus eſt, & præſentationem temporalem ac
cepit æternus, & intra noſtram factus eſt naturam, qui omnem ordinem ſecundum omnem na
turam ſuperſubſtantialiter excedit cum intranſmutabili & inconfuſa propriorum collocatio
ne, & quæcunq; alia deifica lumina, iuxta conſequentiam diuinorum eloquiorum noſtrorum
B ducum occulta traditio manifeſtatiue nobis donauit. ¶ Hæc & nos docti ſumus, nunc quidem
iuxta proportionem noſtram per ſancta velamina eloquiorum & hierarchicarum traditionu͂,
benignitate ſenſibilibus intelligibilia & exiſtentibus ſuperſubſtantialia circumuelante, & for
mas & figuras informabilibus & non figurabilibus circumponente, & ſupernaturalem & infi
gurabilem ſimplicitatem varietate diuiſibilium ſignorum, & multiplicante & co͂ponente. Tu͂c
autem quando incorruptibiles & immortales erimus, & Chriſtiformem & beatiſſimum con
ſequemur finem, ſemper cum domino, ſecundum eloquium, erimus: viſibili quidem ipſius dei
apparitione in caſtiſſimis contemplationibus adimpleti, manifeſtiſſimis circa nos ſple͂doribus
refulgente, ſicut circa diſcipulos in illa diuiniſſima transformatio͂e. Intelligibili au͂t luminis da
tione ipſius, impaſſibili & immateriali mente participantes, & ſuper mentem vnitione, ignotis
& beatis immiſſionibus ſuperclarorum radiorum in diuiniore imitatione ſupercœleſtiu͂ me͂
tium. Nam æquales angelis erimus, vt veritas dicit eloquiorum: & filij dei, reſurrectionis filij
exiſtentes. ¶ Nunc autem ſicut nobis eſt poſſibile, proprijs quidem ad diuina ſignis vtimur, &
ex ipſis rurſus ad ſimplicem & vnitam intelligibilium miraculorum veritatem proportiona
liter extendimur, & poſt omnem ſecundum nos deiformium vnitionem, ſedantes noſtras in
tellectuales operationes, ad ſuperſubſtantialem radium, ſecundum ꝙ fas eſt, nos immittimus.
In quo omnes fines omnium cognitionum ſuperineffabiliter præextiterunt, que͂ neque cogita
re poſſibile eſt, neque dicere, neque totaliter aliquo modo co͂te͂plari, propter hoc quod ab om͂i
C bus ipſe eſt ſegregatus & ſuperignotus, & omnium quidem ſubſtantialium cognitionum & vir
tutu͂ terminationes ſimul & om͂es ſuperſubſtantialiter in ſeipſo præaccepit, & ſuper om͂es cœ
leſtes mentes inco͂prehenſibili virtute eſt collocatus. Si en͂i cognitiones om͂es exiſtentium ſunt
& ſi exiſtentia finem habent, qui eſt ſuper omne͂ ſubſtantiam, & ab omni cognitione eſt ſegre
gatus. ¶ Et quidem ſi melior eſt omni ſermone, & omni cognitione, & ſuper mente͂ vniuerſa
liter & ſubſtantia͂ collocatur. Oi͂m quide͂ exiſtens circu͂apprehenſiuus, & co͂prehenſiuꝰ, ꝑapphe͂ſi
uus: omnibus aute͂ ipſe vniuerſaliter eſt inco͂prehenſibilis, & neque ſenſus eius eſt, neque fanta
ſia, neque opinio, neque nomen, neque ſermo, neque tactus, neque ſcientia. Quomodo de diui
nis nominibus à nobis tractabitur ſermo, inuocabili & ſupernominabili, ſuperſubſtantiali dei
tate demonſtrata? Sed quod diximus quando theologicas hypotypoſes expoſuimus, vnu͂ igno
tu͂ ſuperſubſtantiale ipſum bonu͂ quod eſt, trinam vnitate͂ dico, quæ eſt ſimul deus & ſimul bo
num, neque dicere, neque cogitare eſt poſſibile. Sed & ſanctaru͂ virtutu͂ angelis conuenientes v
nitiones, quas ſiue immiſſiones ſiue ſuſceptiones oportet dicere, ſuperignotæ & ſuperpręclaræ
bonitatis ineffabiles ſunt & ignotæ, & ſolis ipſis inerūnt qui ſuper angelica͂ cognitione͂ digni ha
biti ſunt ipſis angelis. Iſtis deiformes ad angeloru͂ imitatione͂, ſicut eſt poſſibile, vnitæ mentes,
quonia͂ ſecundum omnis intellectualis operationis quietem talis fit deificataru͂ mentiu͂ ad ſu
premum lumen vnitio, laudant ipſum proprie, maxime per ablationem à cunctis exiſtenti
bus. Hoc vere & ſupernaturaliter illuminatione docti ex beatiſſima ad ipſum vnitione, quod
omnium quidem exiſtentium eſt cauſa, ipſum autem nihil vt ab omnibus ſubſtantialiter ſegre
gatum. ¶ Igitur ſubpſta͂tialitate͂ quide͂ thearchica͂ quodcunq; eſt ſuperbonitatis ſupereſſentia,
neq; vt ratione͂ aut virtute͂, neq; ſicut mentem aut vita͂ aut ſubſtantia͂ laudare poſſibile nulli eo



De diuina vnitate

Trinitas.

Ephe.3

Cauſa.

Sapiens

Pulchru͂

Benignu͂.

Diuina q̄ mō viatoribus cognoſcibilia

Supſubſtantialia quō in cœleſtibꝰ cognoſcentur.

1 Teſſ.4

Mat.17

Marci.9

Lucæ.9

Matt.22

De diuina incōphenſibilitate.

Deu͂ oīm ſcientiaru͂ cognitionu͂q; fine͂ ac terminum.

Liber theologicarū hypotypoſeon

rum quotcunque ſunt veritatis amatores,quæ eſt ſuper omnē veritatē. Sed ſicut ab om̄i habitu D
motu,vita,phantaſia,opinione,nomine,verbo,deliberatione,intellectu,ſubſtantia,ſtatiōe,col-
locatione, vnitione,fine,infinitate,vniuerſis quæcunque exiſtentia ſunt excellenter ſegregatā.
Prouidē- Quoniam autē ſicut bonitatis eſſentia per ipſum eſſe omniū eſt exiſtentium cauſa,boni princi-
tia. pem thearchiæ prouidentiā,ex oībus cauſatis laudare conuenit. Quoniam & circa ipſam oīa,
Quō oīa & ipſius cauſa,& ipſa eſt ante omnia,& omnia in ipſa conſtiterunt,& eſſe hanc eſt totorū deduc-
deſiderēt ctio & ſubſtantia,& omnia ipſam deſiderant. Intellectualia quidē &rationalia cognitiue: iſtis
ipſum ſū- autem ſubiecta ſenſibiliter,& alia ſecundum viuificum motum aut ſubſtantialē & habitudina-
mū bonū riam aptitudinem. ¶Hoc igitur ſcientes theologi & ſicut innominabilem ipſam laudant,& ex
Diuinitas omni nomine. Innominabilem quidē,ſicut quando dicunt thearchiam ipſam in vna myſticarū
quō inno viſionum dei apparitionis, ſignificatiue increpare eum qui dixit,Quod eſt nomē tuū? Et ſicut
minabilis ab omni cognitione ex dei nominatione ipſum abigentem dicere: Et quare interrogas nomē
ac ſimul meū?& hoc eſt mirabile. Nunquid autē non hoc vere eſt mirabile nomen,quod eſt ſuper om̄e
noīabilis nomen?quod eſt innominabile,quod eſt collocatum ſuper omne nomen,quod nominatur ſi-
ſignificā- ue in ſeculo iſto,ſiue in futuro? Multorum autem nominum,ſicut quando ipſam rurſus indu-
tem. cunt dicentem,Ego ſum qui ſum,vita,lumen,deus,veritas. Et quando ipſi periti deitatis, oīm
Gene.32. cauſam multis nominibus ex multis cauſatis laudant,ſicut bonū,ſicut pulchrum, ſicut ſapien-
Iudith.13 tem,ſicut diligibilem,ſicut deum deorum,ſicut dominum dominorum, ſicut ſanctū ſanctorū,
Philip.2. ſicut æternum,ſicut exiſtentem,& ſicut ſeculorum cauſam,ſicut vitę largitorem,ſicut ſapientiā, E
Ephe.1. ſicut mentem,ſicut rationem,ſicut cognitorem,ſicut præhabentem omnes theſauros vniuerſæ
Nominū cognitionis,ſicut virtutē,ſicut potentem,ſicut regē regnantium,ſicut veterem dierum,ſicut ſine
diuinorū ſenectute & inuariabilē,ſicut ſaluationem , ſicut iuſtitiam,ſicut ſanctificationem, ſicut liberati-
cathalog⁹ onem,ſicut in magnitudine cuncta excedentem,ſicut in aura ſubtili. Et quidem & in mentibus
in ſcriptu ipſum eſſe dicunt,& inanimabus,& in corporibus,& in cœlo,& in terra,& ſimul in eodem eun-
ris diuinis dem mundanum,circa mundanum,ſupermundanū,ſupercœleſtem,ſuperſubſtantialē,ſolem,
exp̄ſſorū. aſtrum,ignem,aquam,ſpiritū,rorem,nubem,ipſum lapidem & petram,omnia exiſtentia,& ni-
Exo 3. hil exiſtentium. ¶Ita igitur omnium cauſæ & ſuper omnia exiſtenti & innominabile conueni-
Iohan.14 et,& omnia exiſtentium nomina,vt diligenter ſit totorum regnum & circa ipſam ſint omnia,
Ioh.1.414 & ab ipſa ſicut cauſa,ſicut principio,ſicut fine ſegregata,& ipſa ſecundum elo[q]uium ſit omnia
Colo.2. in omnibus. Et vere laudatur omniū ſubſtantia principalis & perfectiua,& contentiua, cuſto-
Col.3. dia & cibus,& ad ipſum conuerſiua,& hæc vnitiue & communicabiliter ſegregate. Non enim
continentiæ aut vitæ,aut perfectionis ſolum cauſa eſt, vt à ſola hac aut alia prouidentia boni-
Oīa ab æ- tas quæ eſt ſuper nomen,nominetur: ſed omnia ſimpliciter & incircumfinite in ſeipſa exiſtentia
terno fu- præaccepit perfectiſſimis vnius & eiuſdem & omnium cauſæ prouidentiæ bonitatibus, & ex
iſſe ideo. exiſtentibus vniuerſis conuenienter laudatur & nominatur. ¶Et quidem non iſtas ſolas theo- F
logi dei nominationes commendant à perfectis aut particularibus prouidentijs aut prouiſis,
id eſt,quando à quibuſdam apparitionibus diuinis in ſanctis tēplis aut alibi,magiſtros aut pro-
phetas illuminantibus, ſecundum alias & alias & cauſas & virtutes,nominant ſuperſplenden-
tē & ſupnominabilē bonitatē,& formas ipſi & figuras hūanas aut igneas aut electrinas circūpo-
nūt,& oculos ipſius,& aures,& cincinnos,& vultus,& manus,& ſpinas,& alas,& brachia,& dor-
ſa, & pedes laudant, & coronas, & thronos,& calices,& crateres ipſi, & alia quædam myſtica
circūponunt. De quibus in ſymbolica contemplatione ſecundum virtutē dicemus. Nunc autē
Liber theologiæ quæcunq; ſunt præſentis negocij,ex eloquijs congregantes , & ſicut quodam canone dictis v-
ſymbolicæ. tentes,& ad ipſa inſpicientes ad reſerationem intelligibilium dei nominationū procedamus.
Et quod ſemper ſecundum omnem theologiam, hierarchica lex inducit dei inſpectiua delibe-
Theologia hierarchica. ratione inſpiciamus,vt proprie dicatur,quibus deus appareat contemplationes. Et aures ſan-
ctas ſanctarum dei nominationū reſerationibus apponamus,in ſanctis ſancta ſecundū diuinā
Mat.7 traditionem collocantes,& ipſa ab indoctorum riſibus & deluſionibus auferentes,magis autē
ipſos illos ſi totaliter ſunt tales quidem homines,ab impugnatione dei in hoc liberantes. Igi-
tur tibi quidem hæc cuſtodire vtile ó pulcher Timothee ſecundum ſanctiſſimam memoratio-
nem,& neq; dicibilia neq; exportabilia diuina ad indoctos facere. Mihi autem det deus, vt de-
Pſal.118. cet,deum laudare,inuocabilis & innominabilis deitatis,deificas multas nominationes, & non
auferat verbum veritatis ab ore meo.

## ¶De unita & diſcreta theologia,& quæ eſt diuina unitio & diſcretio.

Thearchicā



A THearchicam totam eſſentiam,quodcunq; eſt, per ſe bonitas determinans & manife-
ſtans,ab eloquijs laudatur. Etenim quid aliud dicere eſt ex ſancta theologia , quan-
do dicit thearchiam ipſam narrantem dicere,Quid me interrogas de bono? Nullus
bonus,niſi ſolus deus. Igitur hoc quidem & in alijs inquiſitum , à nobis eſt demon- Perſonis
ſtratum,omnes ſemper deo conuenientes dei nominationes non particulariter,ſed in tota & p- diuinis q̄
fecta & integra & prima deitate ab eloquijs laudari,& omnes ipſas ſimpliciter abſolute, & in- nā coia.
obſeruate totaliter vniuerſæ totalitati perfecte & omnis deitatis apponi. Et quidē ſicut in the-
ologicis hypotypoſibus memorauimus,ſi non de tota deitate dicat aliquis hoc dictum eſſe, &
audet abſcindere inconuenienter ſuperunitam vnitatem. Dicendum igitur quod & ipſum bo-
num natura verbum dixit: Ego ſum bonus. Et quidam deo acceptorum prophetarum,laudat Liber theologicarū
ſpiritum bonum. Et rurſum: Ego ſum qui ſum. Si non de tota dixerint deitate laudari , ſecun- hypoty-
dum autem vnam partem ipſum circunſcribere conentur,quomodo audient, Hæc dicit, qui ē, poſeon.
qui erat,qui venturus eſt omnipotens? Et tu autem idem ipſe es. Et ſpiritus veritatis eſt , qui à Matt.20
patre procedit. Et ſi non totam thearchiam dicunt eſſe vitam,quomodo verū quod dixit ſan- Iohan.10
ctum verbum, Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat,ſic & filius quos vult,viuificat? Et quod Pſal.142
ſpirituſſanctus eſt qui viuificat? Quoniam autem & dominationem totorum habet tota deitas Exo.3
de deigena deitate quidem aut filiali,neque dicere eſt,ſicut arbitror,in quot locis theologiæ in Apoc.1
B patre & filio frequentatur dominus. Sed & dominus ſpiritus eſt. Et pulchrum autem & ſapiens Pſal.101.
in tota deitate laudatur, & lumen & deificum,& cauſa,& omnia quæcunque totius thearchiæ Iohan.15
ſunt,ad omnem reducunt eloquia thearchicam laudationem. Comprehenſiue quidem , ſicut Iohan.5
quando dicunt,omnia ex deo. ¶Diffuſiue autem,ſicut quando dicunt,Omnia per ipſum,& in Iohan.4
ipſo facta ſunt,& omnia in ipſo conſiſtunt. Et: Emitte ſpiritum tuum,& creabuntur. Et vt ſum- 1.Cor.3
matim dicat aliquis,ipſum thearchicum dixit verbum: Ego & pater vnum ſumus. Et: Cuncta Coia q̄dā
quæcunq; habet pater,mea ſunt. Et: Cuncta mea tua ſunt,& tua mea. Et rurſum , Quæcunque q̄dā eē,p-
ſunt patris & ipſius,thearchico ſpiritui communicatiue,& vnitiue attribuit diuinas operatio- pria eē p-
nes,honorem,fontanam & indeficientem cauſam,& diſtributionem benignorum donorum. ſonis di-
Et nullum in diuinis eloquijs non peruerſis intentionibus conuerſatorum arbitror ad hæc cō- uinis.
tradicere,quoniam deo conuenientia omnia,toti thearchiæ inſunt ſecundum perfectū in deo Rom.11
verbum. Igitur iſtis à nobis breuiter quidem,in his & particulariter , in alijs autem ſufficien- Pſal.103
ter ex eloquijs demonſtratis & determinatis,quācunq; dei nominationem totaliter reſerare co- Iohan.10
nemur,in tota deitate ipſam recipere conuenit. ¶Si autem quis dicat,confuſionem nos induce- Iohan.16
re in iſto contra diuiſionem deo conuenientem,talem ſermonem nos non arbitramur ipſum Iohan.17
perſuadere ſufficientem,quod eſt verus. Si enim aliquis quidem eſt, qui totaliter eloquijs reſi- Noīationes coēs
ſtat,longe om̄ino erit & à noſtra philoſophia. Et ſi non ipſi cura eſt dei venerationis ex eloquijs, nō efficere in diuinis cōfuſi-
quomodo nobis cura ſit illius manuductionis ad theologicam ſcientiam? Si autem ad eloquio- onem
C rum veritatem reſpicit,hoc & nos canone & lumine vtentes,ad excuſationem ſicut poſſumus
indeclinabiliter vadimus,dicentes quod theologia quædam quidem tradit vnitiue , quædam
autem diſcretiue. Et neq; vnita licet diuidere,neq; diſcreta confundere: ſed ſequentes ipſam ſe-
cundum virtutem, ad diuinos ſplendores conuenit reſpicere. Etenim inde diuinas manifeſtati-
ones aſſumentes, ſicut quendam canonem veritatis optimū ibi poſita cuſtodire in nobis ipſis Diuinis p-
non multiplicata & non minorata,& non peruerſa ſtudemus in cuſtodia ſanctorum cuſtoditi, ſonis quæ
& ab ipſis ad cuſtodiendum cuſtodientes ipſa confirmati. ¶Igitur vnita quidem totius deita- coia
tis ſunt,ſicut in theologicis hypotypoſibus per plura ex eloquijs demonſtrauimus,ſuperbonū, Noia dei
ſuperdeum,ſuperſubſtantiale,ſuperuiuens,ſuperſapiens,& quæcunq; excedentis ſunt remotio- cauſalia
nis. Cum quibus & cauſalia om̄ia,bonum,pulchrum,exiſtens,vitæ generatiuū,ſapiens,& quæ- Nomina
cunq; ex benignis ipſius donis,omnium bonorum cauſa nominatur. Diſcreta autem patris ſu- Chriſto
perſubſtantiale nomen,& vſus,& filij,& ſpiritus nulla in iſtis conuerſione aut totaliter com- Ieſu ſoli p-
munione ſuperinducta. Eſt autem rurſus cum hoc diſcretum ſecundum nos Ieſu perfecta & in- pria.
uariabilis eſſentia: & quæcunq; ſecundum ipſam ſunt benignitatis ſubſtantialia myſteria. ¶ O-
portet autem, vt arbitror, magis reſumentes nos perfectum diuinæ & vnitionis & diſcretionis
exponere modum, vt nobis conſpicuus omnis fiat ſermo. Varium quidem omne & non pla-
num reſpuens: diſcrete aūt & ordinate & plane,propria ſecundū virtutem terminās. Vocant e-
nim(quod & in alijs dixi)noſtræ theologicæ traditionis ſancti magiſtri,vnitiones quidem di-

 uinas

De vnitate diuina atque diſcretione.

uinas quæ ſunt ſuperineffabilis & ſuperignotæ ſingularitatis, occultas & irregreſſibiles ſuper-
collocationes. Diſcretiones autem bono conuenientes thearchiæ, & proceſſiones, & manifeſta D
tiones. Et dicunt ſancta eloquia ſequentes, & dictæ vnitionis propria, & rurſus diſcretiõis quaſ-
dam eſſe proprias, & vnitiones, & diſcretiones, ſicut in vnitione diuina, id eſt, ſuperſubſtantia-
litate. Vnitum quidem eſt principali Trinitati & commune ſuperſubſtantialis eſſentia, ſuper-
dea deitas, ſuper bona bonitas, quæ eſt ſuper omnia identitas totalis proprietatis exiſtentis ſu-
per omnia ſuper principatum vnitas, ineffabile, multiluminis, ignorantia, perfecte non intelli-
gibile, omnium poſitio, omnium ablatio, quod eſt ſuper omnem & poſitiõem & ablationem,
manſio principalium perſonarum in ſeinuicem, ſi ita oportet dicere, & collocatio totaliter ſu-
perunita, quemadmodum lumina luminarium, vt ſenſibilibus & proprijs vtar exemplis, exi-
ſtentia in domo vna, & tota in ſe inuicem totis ſunt, & diligentem habent ad ſe inuicem diſcre-
tionem proprie ſubſiſtentem, vnita diſcretione, & vnitione diſcreta. ¶ Et quidem videmus in
domo, multis exiſtentibus luminaribus, ad vnum quoddam lumen vnita omnium lumina, &
vna claritate indiſcreta reſplendentia & non aliquis, vt arbitror, poſſit huius luminaris lumen
ab alijs ex aere omnia lumina continente diſcernere, & videre ſine altero alterum totis
in totis ſine mixtione concretis. Et ſi vnum aliquis luminarium educat à domo, coegredietur
& proprium vniuerſum lumen, nihil aliorum luminum coauellens in ſeipſo, aut ſuipſius alijs
derelinquens. Erat enim ipſorum, quod dixi, totorum ad tota perfecta vnitio, non mixta vni-
uerſaliter, & nulla parte confuſa: & hæc totaliter in corpore, aere, & ex materiali igne pendente
lumine. Ibi autem ſuperſubſtantialem vnitionem collocari dicimus, non ſuper ſolas vnitiões
quæ ſunt in corpore, ſed & ſuper illas quæ ſunt in animabus ipſis, & in ipſis mentibus, quas ha-
bent non mixte & ſupermundane tota per tota deiformia & ſupercœleſtia lumina, ſecũdum E
participationem vnitionis ab omnibus ſuperſegregatę proportionalem participantibus. ¶ Eſt
autem & diſcretio in ſuperſubſtantialibus theologijs, non quam dixi tantum, quod ſecundum
ipſam vnitionem incommixte & inconfuſe collocatur vna quæq; principalium perſonarum,
ſed quod & ea quæ ſunt ſuperſubſtantialis dei fœcunditatis non conuertuntur ad ſe inuicem.
Solus autem fons ſuperſubſtantialis deitatis eſt pater, nec filius eſt pater, nec pater eſt filius, cu-
ſtodientibus hymnis propria religioſe vnicuiq; thearchicarum perſonarum. Iſtæ quidem ſunt
ſecundum ineffabilem & vnitionem & eſſentiam & vnitiones & diſcretiones. ¶ Si autem & di-
uina diſcretio, eſt proceſſio bono conueniens vnitionis diuinæ & ſuperunitæ, ſeipſam bonitatẽ
in pluralitatem agentis & multiplicantis, vnitæ quidem ſunt ſecundum diuinam diſcretiõem
incomprehenſibiles traditiones, ſubſtantificationes, viuificationes, ſapientificatiões, & alia do-
na bonitatis, quæ eſt omnium cauſa ſecundum quæ ex participationibus & participãtibus lau-
dantur, non participabiliter participata. Et hoc commune & vnitum & vnum eſt toti deitati,
omnem ipſam totam ab vno quoq; participantium participari & à nullo nulla parte, quemad
modum punctum in medio circulo ab oĩbus in circulo circumpoſitis lineis, & ſicut ſigilli ex-
preſſiones multæ participant archetypo ſigillo, & in vnaquaq; expreſſionum toto & eodem p
exiſtente, & in nulla ſecundum nullam partem. Excedit autem & hæc omnium cauſæ deitatis
impartibilitas, eo quod neq; tactus eius eſt neq; alia quædam ad partes commiſcendi commu-
nio. ¶ Quamuis dicat aliquis non eſt ſigillum in totis expreſſionibus totum & idem, huius au-
tem non ſigillum eſt cauſa, omne enim ſeipſum illud, & idem vnicuiq; ingerit, ſed participanti-
um diuerſitas, diſſimiles facit expreſſiones vnius & eiuſdem & totius principalis formæ: ſicut ſi
mollia quidem ſint & facile figurabilia, & plana, & immaculata, & neq; contrariæ figuræ, & du-
ra, neq; facile fuſibilia, & inſtabilia mundam habebunt & planam permanentem figuram. Si
autem aliquid de dicta opportunitate deficiat, hoc cauſa erit imparticipati, & non plani, & ali-
orum quæcunq; importunitate participatiõis fiunt. ¶ Diſcretum autem eſt à benigna ad nos
diuina operatione ſecundum nos, ex nobis totaliter & vere ſubſtantiam factum eſſe ſuperſub-
ſtantiale verbum, & facere & pati quæcunq; humanæ ipſius contemplationis ſunt, electa & ſe-
mota. Iſtis enim pater & ſpiritus ſecundum nullam communicauerunt rationem, niſi aliquis
dicat ſecundum bono conuenientem & benignam voluntatem, & ſecundum omnem ſuperpo-
ſitam & ineffabilem diuinam operationem, quam faciebat ſecundum nos factus inuariabilis,
ſecundum quod deus & dei verbum. Ita & nos diuina & vnire verbo & diſcernere ſtudemus,
ſicut ipſa diuina & vnita ſunt & diſcreta. ¶ Sed harum quidem & vnitionum & diſcretionum
quaſcunq; in eloquijs deo conuenientes cauſas inuenimus, in theologicis hypotypoſibus pro-
pria

Luminũ.

De vniõe triũ pſonarũ in vna eẽntia exemplũ.

Diuinę increata diſcretiõis proceſſus

Modi participãdi diuinã eẽntiã exẽplũ

Hũanitas Chriſti diſcreta à diuinitate



A pria de vnoquoq; tractantes, ſicut erat poſſibile, expoſuimus. Quædam quidem reuoluentes
vero ſermone & referantes, & ſanctum & reuelatum intellectum in manifeſtas eloquiorum vi-
ſiones adducentes: quibuſdam autem, ſicut myſticis ſecundum diuinam traditionem, ſuper in-
tellectualem operationem vniti. Omnia enim diuina & quæcunq; nobis ſunt manifeſtata, ſolis
participationibus cognoſcuntur. Ipſa autem qualiacunq; ſunt, ſecundum proprium principi-
um & collocationem, ſuper mentem ſunt, & omnem ſubſtantiam & cognitionem. Sicut ſi ſu-
perſubſtantiale occultum deum aut vitam, aut ſubſtantiam, aut lumen, aut rationem nomine-
mus, nihil aliud intelligimus, quam ad nos ex ipſa productas virtutes deificas, aut ſubſtantifi-
cas, aut viuificas, aut ſapientificas: ipſi autem ſecundum abſolutionem ab omnibus intellectua-
libus operationibus nos immittimus, nullam videntes deificationem, aut vitam, aut ſubſtan-
tiam, quæ diligenter comparabilis ſit ab omnibus ſegregatę ſecundum omnem exceſſum cau-
ſæ. ¶ Rurſus, quod pater quidem eſt fontana deitas, filius autem & ſpirituſſanctus deigenę de-
itatis, ſi ita oportet dicere, pullulationes diuinæ naturæ, & ſicut flores, & ſuperſubſtãtialia lumi-
na à ſanctis eloquijs accepimus. Quomodo autem hæc ſunt neq; dicere, neq; cogitare eſt poſſi-
bile, ſed vſq; ad hoc omnis noſtræ intellectualis operationis virtus eſt, quod omnis diuina pa-
ternitas & filiatio, data eſt & nobis & ſupercœleſtibus virtutibus, ex patriarchia ab oĩbus ſe-
gregata, & filiarchia, ex qua & dij & deorum filij, & deorum patres deiformes fiunt & nominã-
tur mentes, ſpiritualiter videlicet tali paternitate & filiatione perfecta. Hoc eſt, incorporaliter,
immaterialiter, intelligibiliter, thearchico ſpiritu ſuper omnem intelligibilem, immaterialita-
tem, & deificationem ſupercollocato & patre & filio, ab omni paternitate & filiatione diuina
B excedendo ſegregatis. ¶ Neq; enim eſt diligens comparatio cauſatis & cauſis: ſed habent qui-
dem cauſata cauſarum contingentes imagines. Ipſæ autem cauſæ à cauſatis ſegregãtur, & ſuper
collocantur ſecundum proprij principij rationem. Et vt noſtris vtar exemplis, Delectationes &
triſtitiæ dicuntur effectiue delectandi & triſtandi. Ipſæ autem neq; delectantur, neq; triſtantur.
Et ignis calefaciens & vrens, non dicitur calefieri aut vri. Et viuere ſi quis dicat per ſe vitam, aut
illuminari per ſe lumen, non recte dicit ſecundum meam rationem, niſi ſecũdum alterum iſta
dicat modum: quoniam abundanter & ſubſtantialiter ea quæ ſunt cauſatorum, preinſunt cau-
ſis. ¶ Sed quod eſt omnis theologiæ manifeſtatiuum, Ieſus ſecundum nos diuina compoſitio,
& ineffabilis eſt verbo omni, & ignota menti omni, & ipſi primo digniſſimorum angelorum.
Et viriliter quidem ipſum ſubſtantiam factum eſſe, myſtice accepimus. Ignoramus autem, quo-
modo ex virgineis ſanguinibus altera præter naturam lege compoſitus eſt, & quomodo ſiccis
pedibus corporale pondus habentibus, & materiæ grauitatem ambulauit, humida & inſtabi-
li ſubſtantia: & alia quæcunq; ſunt Ieſu ſupernaturalis luminis apparitionis, aut naturalis ratio-
C nis. ¶ Hæc autem & à nobis in alijs ſufficienter dicta ſunt, & à nobili duce in theologicis ipſius
ſtechioſibus laudata ſunt valde ſupernaturaliter. Quę ille ſiue à ſanctis theologis accepit, ſiue
& experita eloquiorum perſcrutatione conſpexit, & multa circa ipſa luctatione & contritiõe,
ſiue etiam ex quadam doctus eſt diuiniore inſpiratione non ſolum diſcens, ſed & patiens diui-
na, & ex compaſſione ad ipſa (ſi ita oportet dicere) ad indocibilem & myſticam ipſorum perfe-
ctus eſt vnitionem & fidem. Et vt multas & beatas viſiones potentis illius deliberationis in mi-
nimis apponamus. Hæc de Ieſu dicit in congregatis ab ipſo theologicis ſtechioſibus.

Propria q̃nam vnicuiq; diuinæ ſint pſonæ.
Iſa. 62

Manuductio a delicijs, triſtitijs & igni.

Rõ hũanitatis Chriſti ineffabilitatis.
Matt. 14
Mar. 6
Iohan. 6

¶ Ex ſanctiſſimi Hierothei theologicis ſtechioſibus.

OMnium cauſa & ad impletiua eſt Ieſu deitas, quæ partes totalitati conſonas ſaluat,
& neq; pars eſt, neq; totum, & totum & pars, ſicut omnem & partem & totũ in ſeipſa
coaccipiens, & ſuperhabens, & præhabens. Perfecta quidem eſt in imperfectis, ſicut
perfectionis princeps: imperfecta autem in perfectis, ſicut ſuperperfecta & præperfe-
cta. Forma formam faciens in carentibus forma, ſicut formæ princeps, ſine forma informis, ſic-
ut ſuperformam. Subſtantia totis ſubſtantijs immaculate ſuperueniens, & ſuperſubſtantialiter
ab vniuerſa ſubſtãtia ſegregata, tota principia & ordines determinãs, & ſuper oĩnem principa-
tum & ordinem collocata. Et menſura eſt exiſtentium, & æuum & ſuper æuum, & ante ęuum.
Et plena in minus habentibus, ſuperplena in plenis. Indicibilis, ineffabilis, ſuper mẽtem, ſuper
vitam, ſuper ſubſtantiam, ſupernaturaliter habet ſupernaturale, ſuperſubſtantialiter ſuperſub-
ſtantiale. Vnde quoniam & vſq; ad naturam à benignitate venit, & vere ſubſtantia factus eſt, &
vir ſuperdeus extitit. Propitiatione autem ſint à nobis hæc ſuper mentem & rationem lauda-
ta. Quamuis & in iſtis habet ſupernaturale & ſuperſubſtantiale, non ſolum ſecundum quod in-
uariabiliter & inconfuſe nobis communicauit, nihil paſſus ad ſuperplenum ipſius ab ineffabi-
li exinanitione, ſed qm̃ & quod eſt oĩbus nouis magis nouũ, in naturalibus noſtris ſupnatura

 liter erat

Hacten⁹ ex verbis S.Hiero.

liter erat,in ſubſtantialibus ſuperſubſtantialiter,oĩa noſtra ſuper nos habẽs. ¶ Igitur de iſtis quidem ſatis eſt. Ad verbi autem intentionem procedamus, communia & vnita diſcretionis D
diuina nomina ſecundum quod eſt nobis poſſibile,reuoluentes. Et vt plane de omnibus conſe-quenter prædeterminemus,diſcretionem diuinam eſſe dicimus,ſicut dictum eſt, bono conue-nientes thearchiæ proceſſiones. Donans enim omnibus exiſtentibus & ſuperfundẽs totorũm bonorum participationes,vnitiue quidem diſcernitur,& in pluralitatem agitur ſingulariter,& multiplicatur ex vno inegreſſibiliter. Poſtea quoniam exiſtens eſt deus ſuperſubſtãtialiter(dat autem eſſe exiſtentibus,& deducit totas ſubſtantias)multiplicari dicitur vnum exiſtens illud, quia ex ipſo multa exiſtẽtia deducũtur. manet autem nihil minus illud vnum in multiplicatio-ne,& vnitum in proceſſiõe,& plenũ in diſcretiõe,eo ꝙ ab oĩbus exiſtentibus ſuperſubſtãtiali-ter ſegregatũ eſt,& ꝙ ab ipſo vnitiue tota deducũtur,& ꝙ nõ minoratur effuſio nõ minorabili-um ipſius deſtributionũ. Sed & vnũ exiſtẽs & omni parti,& toti,& vni & multitudini,vnũ tra-dẽs vnum eſt ſimiliter ſuperſubſtãtialiter,neq; pars exiſtẽs multitudinis,neq; ex partibus totũ, & ita neq; vnum eſt,neq; vnum habet. Lõge autem ab iſtis vnum eſt ſuper vnum, quod eſt in exiſtẽtibus,& multitudinẽ deducẽs & perficiẽs,& cõtinens. ¶ Rurſus ex ipſius deificatiõe deifor-mi,vniuſcuiuſq; ſecundum virtutem multis dijs factis,videtur quidem eſſe & dicitur vnius dei

Deificationes ſecũdas oẽs eẽ à priã. Paul⁹ ſanctiſſimi btĩ patris ad diuinitatẽ dux ac magiſter. 1.Cor. 8.

diſcretio & multiplicatio. Eſt aũt nihilominus princeps deus,& ſuperdeus,ſuperſubſtãtialiter vnus deus,indiuiſibilis in diuiſibilibus,vnitus ſibijpſi,& multis immixtus,& nõ multiplicatus. Et hoc ſupernaturaliter intelligens cõmunis noſter & ducis ad diuinam illuminatõem manu-ductor,qui eſt multus in diuinis,qui eſt lumẽ mũdi. Hæc dicit motus à deo in ſanctis literis ſu-is. Etenĩ ſi ſunt dicti dij ſiue in cœlo ſiue in terra,ſicut quidẽ ſunt dij multi & dñi multi, ſed no-bis quidem vnus deus pater ex quo oĩa,& nos in ipſo,& vnus dñs Ieſus Chriſtus per quẽ oĩa,& E
nos per ipſum. Etenĩ in diuinis vnitiões diſcretiões ſuperãt,& præprincipãtur, & nihilominus ſunt vnita,& poſt vnius inegreſſibilem & vnitiuã diſcretiõem. Iſtas cõmunes & vnitas totius de-itatis diſcretiões,ſiue bono cõuenietes proceſſiões,nos ex dei nominationibus manifeſtãtibus ipſas in eloquijs laudare ſecũdum quod eſt poſſibile,tẽtabimus. Hoc quemadmodum dictum eſt,præcognito omnem beneficam dei nominatiõem,in quacũq; ponitur thearchicarum per-ſonarum,in tota ipſam accipi thearchica totalitate inobſeruanter.

## ¶ Quæ orationis uirtus:& de beato Hierotheo, & de reuerentia & tractatu theologico. Caput III.

ET primam,ſi videtur,perfectam,& totarũ dei proceſſiõum manifeſtatiuã boni no-minatiõem inſpiciemus,boni principem & ſuperbonam inuocãtes Trinitatẽ, quæ eſt manifeſtatiua,totarum prouidẽtiarum benigne ab ipſa donatarum. Oportet e-nim nos oratiõibus primum ad ipſam,ſicut boni principem produci,& magis ipſi propinquãtes,in hoc doceri optima dona circa ipſam collocata. Etenim ipſa qdẽ

Trinitas Sãn oĩa inuocãda Deo adeſſe qñ dicimur.

vniuerſis adeſt,nõ aũt oĩa ipſi adſunt. Tũc aũt ipſam inuocauimus caſtiſſimis quidẽ oratiõibus, & reuelata mẽte,& ad diuinã vnitiõem aptitudine,tũc & nos ipſi adſumus. Ipſa enĩ neq; in lo-F
co eſt,vt & abſit à quodam,aut ex alijs ad alia trãſeat:ſed & dicere in oĩbus exiſtẽtibus ipſam eẽ relinquitur ab infinitate,quæ eſt ſuper oĩa,& comprehẽdit oĩa. ¶ Nos igitur ipſos oratiõibus extẽdamus ad diuinorum bonorum radiorum altiorem reſpectum. Sicut ſi multi luminis ca-thena,ex cœleſti ſummitate pẽdẽte,ad anteriora autem deſcẽdẽte,ſemper ipſam mutatis mani-bus ad anterius capiẽtes,trahere quidem ipſam deorſum videremur:reuera autem nõ depone-remus illam,& ſurſum & deorſum præſentẽ,ſed nos ipſi ſurſum ageremur ad alteriores mul-torum luminum radiorum ſplẽdores. Aut ſicut ſi nauem aſcẽdiſſemus & teneremus quoſdam

Orõnẽ p̃mittẽdã oĩ actui ac ſtudio

funes,ex quadã petra ad nos extẽſos,& ſicut nobis ad auxilium datos,nõ ad nos petrã, ſed noſ-ipſos vere & nauẽ ad petrã adduceremus. Sicut & ecõuerſo,ſi quis ſtãs in naui,impingat petrã ſtãtem iuxta mare,aget quidẽ nihil cõtra petrã ſtãtem & immobilẽ,ſed ſeipſum ab illa ſepara-bit,& q̃to amplius impinget,amplius ab illa impinget. Propter q̃d & ãn oẽ,& magis theologiã ab oratiõe incipere ẽ vtile,nõ ſicut trahẽtes vbiq; p̃ſentẽ & nuſq̃ virtutẽ,ſed ſicut diuinis memo-ratiõibus & inuocatiõib⁹ noſipſos ipſi tradẽtes & vniẽtes. ¶ Et hoc forſitã excuſatiõe dignũ, q̃d cũ nobilis dux noſter Hierotheus theologicas ſtechioſes ſupnaturalit̃ cõgreget,nos q̃ſi ille nõ ſufficiãt,& alias & p̃ſentẽ theologiã cõſcripſim⁹. Etenĩ ſi ille cõſequẽt̃ tractare oĩa theologica ne-gotia dignat⁹ eẽt,& particularibus reuolutiõibus trãſiſſet vniuerſæ theologię capitulũ,nõ nos ad tm̃ aut furoris aut prauitatis peruenissemus,ꝙ aut arbitraremur nos immittere theologijs p̃-ſpicaci⁹ illo & diuini⁹,aut bis eadẽ dicẽtes vana loqueremur. Præterea & iniuriã facerem⁹,et ma-giſtro et amico exiſtẽti,et nos ex ei⁹ eloquijs poſt diuinũ Paulũ introducti,nobiliſſimam ipſius
cõtẽ



S. Hiero. laus.

contemplationẽ & manifeſtationem nobiſipſis arripientes. Sed qm̃ ille prudenter reuera indu-cens diuina, conſpicaces nobis diffinitiones expoſuit, & in vno multa comprehendens,pręci-piens nobis & quicunq; ſunt ſecundum nos magiſtri animarum nouiter quæ perficiũtur, ſic-ut eſt poſſibile,reſerare & diſcernere commenſurato nobis ſermone,conſpicaces & vnitiuas in-tellectualiſſimæ virtutis illius viri conuolutiones,& multoties noſipſæ ad hoc hortatus es, & librum ipſum ſicut ſuperexcedentem remiſiſti. Ideo & nos hunc quidem ſicut perfectarum de-liberationum magiſtrum his qui ſunt ſuper multos determinamus,ſicut quędam ſecunda elo-

Heb. 5

quia,& Chriſtorum dei ſequentia:his autem qui ſunt ſecundum nos iuxta proportionem no-ſtram nos diuina trademus. Si enim perfectorum eſt fortis cibus,iſto cibare alios,quantæ ſit p̃-fectionis? ¶ Recte igitur à nobis & hoc dictum eſt,viſionem quidem & intelligibilium eloqui-orum per ſe inſpectiuam & conſpicacem ipſorum doctrinam,prouecta indigere virtute. Sciẽ-tiam autem verborum ad hoc ferentium & diſciplinam,ſubiectis ſanctificatoribus & ſanctifi-catis conuenire. Quamuis & hoc à nobis obſeruatum eſt valde ſtudioſe,quod diſcretis ab ipſo diuino duce ſecundum planam manifeſtationem,nec totaliter manum appoſuimus,ſi aliquan-do ad eandem propoſiti eiuſdem eloquij manifeſtationem. ¶ Quoniam & apud ipſos deo ac-

De ſacratiſſima ſemp̃q; virgine Maria. Iaco. frat. domini Pet⁹ apo.

ceptos noſtros hierarchas,quando & nos(vt noſti)& ipſe & multi ſanctorum noſtrorum fra-trum conuenimus ad viſitationem corporis vitæ principis,& quod deum ſuſcepit. Aderat
B autem & frater domini Iacobus,& Petrus ſumma & prouectiſſima theologorũ ſummitas. Po-ſtea viſum eſt poſt viſionem,vt vniuerſi hierarchæ lauderent(ſicut vnuſquiſq; erat ſufficiens) infinitæ virtutis bonitatẽ thearchicæ infirmitatis: omnes alios ſanctos magiſtros poſt theolo-gos(vt noſti)ſuperabat, totus excedens,totus eceſtaſim paciens à ſeipſo,& ad laudata commu-nionẽ patiens,& à cunctis à quibus audiebatur,& videbatur,& cognoſcebatur,& nõ cognoſce-batur,deo acceptus eſt,& diuinus laudator iudicatus. ¶ Et quid tibi de theologiſatis ibi dicam? Etenim ſi non & meipſum oblitus ſum multoties noui à te,& partes quaſdam audiens illorum hymnorum à deo motorum,ita tibi fuit ſtudium non ocioſe diuina exequi. Et vt myſtica illa (& ſicut multis non dicenda)& ſicut cognita tibi prætermittamus,quãdo multis oportebat cõ-

Humilis B. patris reuerẽtia erga S. Hierotheũ

municare,& quos eſt poſſibile ad ſanctorum cognitionem quæ eſt ſecundũ nos adducere, quõ excedebat multos magiſtrorum ſanctorum,& temporis tritione,& mentis puritate,& demon-ſtrationum diligentia,& reliquis loquutionibus ſanctis. Quare nunquam ad ita magnum ſolẽ contra inſpicere conati ſumus:ita enim nobiſipſis conſentimus,& ſcimus quod neq; ſufficien-ter intelligere intelligibilia diuinorum capimus,neq; quæ ſunt dicibilia dei cognitionis dicere & eloqui. Longe autem exiſtẽtes deficimus à diuinorum virorum ſcientia ad theologicam ve-ritatem,quoniam ad hoc omnino propter abundantem reuerẽtiam venimus,vt neq; totaliter audeamus aut dicamus aliquid de diuina philoſophia,niſi ſecundum mentẽ acciperimus: ſicut non oportet contingentem diuinorum cognitionem negligere. Et hoc nobis perſuaſerũt, nõ
C ſolũ ſecundum naturam deſideſideria mentiũ amabiliter ſemper cupientia,quã capere poſſunt ſupernaturaliũ cõtẽplationẽ:ſed & ipſa diuinarũ legũ optima diſpoſitio,p̃hibens qdẽ ea q̃ ſunt ſuper nos multũ ſcrutari,& ſicut ſup̃ dignitatẽ,& ſicut impoſſibilia. Oĩa aũt quæcunq; à nobis deſiderãtur & data ſunt,diſcere attẽte p̃cipiẽs,& alijs tradere benigne. Igitur iſtis & nos perſuaſi & ad poſſibilẽ diuinorũ inuentionem non pigritantes aut formidantes,ſed & non valentes nõ-bis meliora contẽplari ſine auxilio relinquere non patientes,ad conſcribendum nõſipſos depõ-ſuimus,nouum quidem introducere nihil audentes,ſed ſubtilioribus & particularibus ſingulo-rũ inquiſitionibus,ea quæ ſunt dicta vere à Hierotheo,cõſpicaciter diſcernẽtes & manifeſtãtes.

## ¶ De bono,lumine,pulchro,amore,ecſtaſi, zelo,& quod malum neq; exi-ſtens,neq; ex exiſtente,neq; in exiſtentibus. Caput IIII.

Bonũ per oĩa ſe diffundit. Manuductio a ſole. Eẽntiam omnẽ angelicã eẽ a ſũmo bono.

SI oportet igitur iã ſermone ad ipſam eamus boni nõiationẽ,quã excellenter attri-buũt theologi ſup̃ deæ deitati, & ab oĩbus determinãt ipſam,ſicut reor theologi-cã eſſentiã,bonitatẽ dicẽtes. Et qm̃ ea quæ ẽ bonũ vt ſubſtãtiale bonũ,ad oĩa exiſtẽ-tia extẽdit bonitatẽ. Etenim ſicut noſter ſol nõ rõcinãs,aut peligẽs, ſed p̃ ipm̃ eẽ il-luminat oĩa,participare lumine ipſius ſecũdũ p̃priã rõnẽ valẽtia. Ita qdẽ & bonũ ſup̃ ſolẽ ſicut ſup̃ obſcurã imaginẽ,ſegregrate archetypũ p̃ ipſam eẽntiã oĩbus exiſtẽtibus p̃por-tiõalit̃ immittit toti⁹ bonitatis radios. ¶ Propter iſtos ſubſtiterũt intelligibiles & ĩtellectuales oẽs,& ſubſtãtiæ,& virtutes,& operationes. Propter iſtos ſunt,& viuunt,& vitam habẽt indefi-cientem & imminorabilem ab vniuerſa corruptione,morte,& materia,& generatione mun-
dæ exi-

cordiæ, & amicitiæ, & communiones, & pulchro omnia vniuntur, & eſt principium omnium pulchrum, ſicut effectiua cauſa, & mouens tota, & continens amore propriæ pulchritudinis, D & finis omnium ſicut finalis cauſa. Etenim pulchri cauſa cuncta fiunt, & exemplaris: quoniam ſecundum ipſum cuncta determinãtur. Propter quod & idem eſt bono pulchrum, quoniam bonum & pulchrum ſecundum omnem cauſam cuncta deſiderant, & nõ eſt aliquid exiſtentiũ quod non participet pulchro & bono. Audebit autẽ & hoc dicere ſermo, quod & non exiſtens participat pulchro & bono. Tunc enim & ipſum pulchrum & bonum quando in deo ſecundum omnium ablationem ſuperſubſtantialiter laudatur.

*Pulchri gratia omnia fieri.*

*Eſſentias oim exiſtẽtiũ eſſe ab ipſo pulchro.*

¶ Hoc vnum pulchrum & bonum ſingulariter eſt omnium multorum pulchrorum & bonorum cauſa. Ex hoc omnes exiſtentium ſubſtantiales eſſentiæ, vnitiones, diſcretiones, identitates, alteritates, ſimilitudines, diſſimilitudines, communiones contrariorum, incommixtiones vnitorum, prouidentiæ ſuperiorum, alternæ habitudines coordinatorum, conuerſiones minus habentium, omniũ eorundem conſeruatiue & intranſmutabiles manſiones & collocationes. Et rurſus, omnium in omnibus iuxta proprietatem vniuſcuiuſque communiones, & ad aptationes, & inconfuſæ amicitiæ, & harmoniæ cunctæ rei, in omni concretiones indiſſolubiles, continentiæ exiſtentium, indeficientes ſucceſſiones eorum quæ fiunt, ſtationes omnes, & motus qui ſunt mentium, qui ſunt animarum, qui ſunt corporum. Statio enim omnibus eſt & motus, quod eſt ſuper omnem ſtationem & omnem motum collocans vnumquodque in ipſius ratione, & mouens ad diuinum motum.

*De motu angelorũ triplici, circulari, recto & obliquo.*

*Mot⁹ aĩæ triplex, circularis*

*Obliqu⁹. Rectus.*

¶ Et moueri quidem dicuntur diuinæ mentes. Circulariter quidem vnitæ ſine principijs & interminabilibus illuminationibus pulchri & boni. In directum autem, quando procedunt ad ſubiectorum prouidentiam, recte omnia tranſeuntes. Oblique autem quando prouidentes minus habentibus inegreſſibiliter manent in identitate circa identitatis E cauſam, pulchrum & bonum indeſinenter circum chorum agentes. Animæ autem motus eſt circularis quidem ad ſeipſam introitus ab exterioribus & intellectualium ipſius virtutum vniformis conuolutio, ſicut in quodam circulo non errare ipſius largiens, & à multis exterioribus ipſam conuertens, & congregans primum ad ſeipſam, deinde ſicut vniformem factam vniens vnitiue vnitis virtutibus, & ita ad pulchrum & bonum manuducens, quod eſt ſuper omnia exiſtentia, & vnum & idem, & ſine principio & interminabile. Oblique autem anima mouetur, inquantum ſecundum proprietatem ſuam diuinis illuminatur cognitionibus: non intellectualiter & ſingulariter, ſed rationabiliter & diffuſe, & ſicut commixtis & tranſitiuis operationibus. In directum autem, quando non ad ſeipſam ingreſſa, & ſingulari intellectualitate mota: Hoc enim eſt (ſicut dixi) ſecundum circulum, ſed ad ea quæ ſunt circa ſeipſam progreditur, & ab exterioribus ſicut à quibuſdam ſignis variatis & multiplicatis, ad ſimplices & vnitas ſurſum agitur contemplationes.

*Oĩa exiſtẽtia ſore, ꝓpter pulchrũ, ĩ pulchro & ad pulchrum.*

¶ Igitur iſtarum & ſenſibilium trium motionum in hoc omni & multo prius vniuſcuiuſque manſionum, & ſtationum, & collocationum cauſa eſt & contentiua & finis, pulchrum & bonum, quod eſt ſuper omnem ſtationem & motum, propter quod & omnis ſtatio & motus, & ex quo, & in quo, & ad quod, & cuius gratia. Etenim ex ipſo, & per ipſum, & F ſubſtantia, & vita omnis, & mentis & animæ, & omnis naturæ, paruitates, æqualitates, magnitudines, menſuræ omnes, exiſtentium proportiones, & harmoniæ, & concretiones, totalitates, partes, omne vnum & multitudo, & coniunctiones partium, omnis multitudinis vnitiones, perfectiones totalitatum, quale, quantum, quotum, infinitum, comparationes, diſcretiones, omnis infinitas, omnis finis, diffinitiones omnes, ordines, exceſſus, elementa, formæ, omnis ſubſtantia, omnis virtus, omnis operatio, omnis habitus, omnis ſenſus, omne verbum, omne factum, omnis tactus, omnis ſcientia, omnis vnitio: & ſimpliciter omne exiſtens, ex pulchro & bono, & in pulchro & bono eſt, & ad pulchrum & bonum conuertitur. Et omnia quæcunque ſunt & fiunt, propter pulchrum & bonum ſunt, fiunt, & ad ipſum omnia inſpiciunt, & ab ipſo mouentur & continentur, & ipſius gratia, & propter ipſum, & in ipſo omne principium exemplare, finale efficiens formale, elementarium. Et ſimpliciter omne principium, omnis continentia, omnis finis: aut (vt comprehendens dicam) omnia exiſtentia ex pulchro & bono, & omnia non exiſtentia ſuperſubſtantialiter in pulchro & bono, & eſt omnium principium & finis, ſuperprincipale & ſuperperfectum: quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, & ad ipſum omnia, ſicut dicit ſanctus ſermo.

*Oĩa fieri pulchri gratia. Rom. 11*

*Bonũ pulchrũq; oĩb⁹ appetẽdum.*

¶ Omnibus igitur eſt pulchrum & bonũ deſiderabile, & amabile, & diligibile, & propter ipſum & ipſius gratia, & minora, meliora conuertendo ſe ad ea amãt, & communicatiue ordinata, coordinata



A ordinata, & meliora minora prouiſiue, & ipſa ſingula ſeipſa contentiue, & omnia pulchrum & bonum deſiderantia faciunt & volunt omnia quæcunq; faciunt & volunt. Confidit autem & hoc dicere verus ſermo, quod & ipſe omnium cauſa propter bonitatis exceſſum cuncta amat, cuncta facit, cuncta perficit, cuncta continet, cuncta conuertit: & eſt diuinus amor bonus boni propter bonum. Ipſe enim bonum operans exiſtentium amor in bono ſecundum exceſſum præexiſtens, non dimiſit ipſum ſine germine in ſeipſo manere. Mouit autem ipſum ad operandum ſecundum omnium generatiuũ exceſſum.

*Intẽtio dictorũ potius penſanda q̃ ipſa verborũ vocabula.*

¶ Et non aliquis nos opinetur præter eloquia amoris nominationem commendare. Eſt enim irrationabile quidem & prauum (vt arbitror) non virtuti intentionis intendere, ſed dictionibus. Et hoc non eſt diuina intelligere volentium proprium, ſed ſonos leues ſuſcipientium, & iſtos vſq; ad aures intranſibiles extra continentiã & non volentium videre quid quidem hæc talis dictio ſignificat. Quomodo autem ipſam oportet & per alias æquipollentes & manifeſtiores dictiones explanare, ſed compatientium elementis & lineis non intelligibilibus, & ſyllabis & dictionibus ignotis, non tranſeuntibus ad animæ ipſorum intellectuale, ſed extra circa labia & auditus ipſorum reſultantibus, ſicut non ſit poſſibile quatuor numerum per bis duo ſignificare, aut rectilineum per habens rectas lineas, aut maternum ſolum per patriam, aut aliquid aliud ſignificantium idem multis orationis partibus.

*Verbis vtẽdũ ꝓpter ſenſum.*

¶ Oportet autem videre ſecundum rectam rationem, quod elementis & ſyllabis & dictionibus, & lineis, & orationibus vtimur propter ſenſus, ſicut quando noſtra anima intellectualibus operationibus ad intelligibilia mouetur, ſuperflui quidem ſunt ſenſibilium ſenſus, ſicut & intellectuales virtutes, quando anima deiformis facta per vnitionem ignoti inacceſſibilis luminis ſe immittit radijs non oculorũ immiſſionibus. Quando autem mens per ſenſibilia moueri ſtudet ad contemplatiuos intellectus, precioſiores omnino ſunt manifeſtiores ſenſuũ partitiones, ſicut planiores orationes planiora viſibilium, ſicut quando nõ plana ſunt appoſita ſenſibus, neq; ipſi præſentare menti ſenſibilia bene poterunt.

*Amoris noĩe quõ vtendum Prou. 4*

*S. Ignati⁹ epſ. et mar tyr in epiſtola ad Roma.*

*Sapien. 8*

¶ Sed vt non iſta dicere videamur ſicut diuina eloquia peruertentes, audiant illa qui amoris nominationem accuſant. Ama eam (dicit) & ſeruabit te, complexare ipſam & exaltabit te, honora ipſam vt te comprehendat, & quæcunq; alia in amatiuis theologijs laudantur. Quamuis viſum fuit quibuſdam noſtrorum ſanctos ſermones dicentium, diuinius eſſe amoris nomen nomine dilectionis. Scribit autem & diuinus Ignatius: Meus amor crucifixus eſt. Et in introductionibus eloquiorum inuenies quendam dicentem de diuina ſapientia: Amator factus ſum pulchritudinis eius. Quare hoc quidem amoris nomen ne timeamus, neq; aliquis turbet nos ſermo de hoc dubitans. Mihi enim videntur theologi commune quidem ducere dilectionis & amoris nomen. Propter hoc autem diuinis magis apponi verum amorem propter inconuenientem talium virorũ acceptionem. Nã vt deum decet, vero amore non à nobis ſolum, ſed & ab eloquijs ipſis laudato, multitudines C non capientes vniforme amatiuę dei nominationis, iuxta familiaritatem ſuam, ad diuiſibilem & corpori conuenientem & diuiſe prolapſæ ſunt, qui non eſt verus amor, ſed idolum, aut magis caſus à vero amore. Non enim valet capi à multitudine vnitiuum diuini & vnius amoris, propter quod & ſic moleſtius nomen multis apparens, in diuina ſapientia ordinatũ eſt ad ſurſum actionem ipſorum, & ſuſcitationem ad veri amoris cognitionẽ, & vt à moleſtia abſoluantur, quæ in ipſo eſt. In nobis autem rurſus hoc & inconueniens aliquid multoties eſſet opinari terrenos zælos ſecundum quod videtur famoſius. Cecidit (dixit quidã) dilectio tua ſuper me, ſicut dilectio mulierum.

*2. Reg. 1*

*Amoris vis quæ.*

¶ Ab audientibus autem recte diuina, in eadem virtute recte ordinatur à ſanctis theologis dilectionis & amoris nomen ſecundum diuinas manifeſtationes. Et eſt hoc virtutis vnificæ & coniunctiuæ, & differenter concretiue in pulchro & bono propter pulchrum & bonum præexiſtentis, & ex pulchro & bono propter pulchrum & bonum tributæ, & continentis coordinata, ſecundum communicatiuam alternam habitudinem. Mouentis autem prima ad ſubiectorum prouidentiam, & collocantis minus habentia in ſuperioribus conuerſionem.

*Amor ecſtaticus. D. Paul⁹. Gala. 2*

*Amorem diuinũ q̃ nõ ſeſe ꝓ oĩa diffũdat.*

¶ Eſt autem faciens & ecſtaſim diuinus amor, non dimittens ſuipſorũ eſſe amatores, ſed amatorũ. Et monſtrant quidẽ ſuperiora prouidentiæ facta minus habentiũ, & coordinata ſui inuicẽ continentiæ, & ſubiecta diuinioris conuerſionis ad prima. Propter quod & Paulus magnus in cõtinẽtia diuini factus amoris, & virtute ipſius ecſtaſim faciẽte participãs diuino ore, Viuo ego, dicit, iã nõ ego, viuit aũt in me Chrs, ſicut verus amator, & ecſtaſim paſſus, ſicut ipſe dicit, deo & non ſuipſius viuẽs, ſed amati vita, ſicut valde diligibili. ¶ Audendum autem & hoc pro veritate dicere, quod & ipſe omniũ cauſa pulchro & bono omniũ amore per abundantiã amatiuę bonitatis extra ſeipſum fit, ad omnia exiſtentia prouidentijs, Et ſicut bonitate, & di

& dilectione,& amore trahitur,& ex eo quod eſt ſuper omnia & ab omnibus ſegregatur,ad id quod eſt in om̃ibus deponitur,ſecundum ecſtaſim facientẽ ſuperſubſtantialem virtutem, à ſe D ipſo inegreſſibilẽ. ¶Propter quod qui fortes ſunt in diuinis,ipſum zelotẽ appellant,ſicut multum in bono amore ad exiſtentia,& ſicut excitatiuũ ad zelũ deſiderij ipſius amatiui,& ſicut zeloten ipſum demonſtrantes,per quem & deſiderata ſunt zelabilia, & ſicut prouiſis ipſis exiſtẽtibus zelabilibus,& totaliter pulchri & boni eſt amabile & amor,& in pulchro & in bono præ collocatur,& propter pulchrum & bonum eſt & gignitur. ¶Quid autem totaliter theologi volentes,aliquando quidem amorem & dilectionem ipſum dicunt,aliquando autem amabilem & diligibilem. Huius enim eſt quidem cauſa,& ſicut emiſſor & ſicut progenitor. Hoc autem ipſe eſt,& hoc quidem mouetur,illud autem mouet,aut quoniam ipſe ſuipſius & ſibiipſi eſt adductiuus & motiuus. Ita autẽ diligibilẽ quidẽ & amabilẽ ipſum vocant, ſicut pulchrum & bonũ. Amorem autem rurſus & dilectionem,ſicut mouentem ſimul & ſicut quod eſt virtus ſurſum agens ad ſeipſum,quod ſolum ipſum propter ſeipſum pulchrum & bonum eſt,ſicut quod eſt manifeſtatio ſuipſius per ſeipſum,& ſegregatæ vnitionis bonus proceſſus & amatiuus motus, ſimplex per ſe mobilis,per ſe operans,præexiſtens in bono,& ex bono exiſtentibus emanans, & rurſus ad bonum conuerſus. In quo & interminabile ſuipſius,& non habens principium diuinus amor monſtrat differenter,ſicut quidam æternus circulus,propter bonum,ex bono & in bono,& ad bonum,in non errante conuolutione circũambulans,& in eodem,& ſecundum idẽ, & procedens,& manẽs ſemper,& reſtitutus. ¶Hæc & nobilis noſter ſanctitatis perfector,à deo motus recitauit in amatiuis hymnis,quos non inconueniens eſt memorare, & ſicut ſanctum quoddam caput imponere ſermoni de amore.

Deus zelotes.

Deũ dici amorẽ & dilectionem.

Deũ dici diligibilẽ

S. Hiero.

## ¶Ex ſanctiſſimi Hierothei amatiuis hymnis.

E

Amor qn tuplex

AMorem ſiue diuinum,ſiue angelicum,ſiue intellectualem,ſiue animalem,ſiue naturalem dicamus vnitiuam quandam & concretiuam intelligemus virtutem. Superiora quidem mouentem ad prouidentiam minus habentium: cöordinata autem rurſus ad communicatiuam alternam habitudinem & in extremis,ſubiecta ad meliorum & ſuperpoſitorum conuerſionem.

## ¶Ex ſanctiſſimi Hierothei eiſdem amatiuis hymnis.

Amores oẽs ad duos referri

QVoniam ex vno multos amores ordinauimus,conſequenter dicemus quales quidem ſunt mundanorum & ſupermundanorum amorum cognitiones & virtutes, ex quibus excedunt ſecundum aſſignatam intentionem intellectualium & intelligibilium amorum,& ordines & ornatus. Poſt quos per ſe intelligibiles & diuini, exiſtentibus ibi vere pulchris amoribus præeminent,& à nobis proprie laudati ſunt. Nunc rurſus reſumentes vniuerſos ad vnum & concluſum amorem,& omnium ipſorum patrem conuoluamus ſimul & congregemus à multis. Primum ad duas colligentes ipſum amatiuas vniuerſaliter virtutes,ex quibus ſuperat & principatur omnino incõprehenſibilis cauſa om̃is amoris,ex eo qui eſt ſuper omnia,& ad quam extenditur ſecundum naturam vniuſcuiuſqꝫ exiſtentibus vniuerſis totalis amor. F

## ¶Ex ſanctiſſimi Hierothei eiſdem amatiuis hymnis.

Vis amoris Hucuſqꝫ ex S. Hierotheo.

AGe igitur & iſtas ad vnum rurſus congregantes,dicimus quod vna quædam eſt ſimplex virtus per ſe motiua ad vnitiuam quandam concretionem ex bono vſqꝫ ad extremum exiſtentiũ & ab illo rurſus conſequenter per omnia ad bonum ex eadem,& per eandem, & in eadem, ſeipſam reflectens, & ad eandem ſemper eodem modo reuoluta.

## ¶Quid malum & unde malum.

Dæmões quare nõ diligãt bonum.

ET quidem dicat aliquis,Si omnibus eſt bonũ,& pulchrum,& amabile, & deſiderabile,& diligibile,deſiderat enim ipſum,& quod non eſt (vt dictũ eſt) & certat aliquo modo in ipſo eſſe,& ipſum eſt quod format informia,& in ipſo & non exiſtens,ſuperſubſtantialiter dicitur & eſt, quomodo dæmonum multitudo non deſiderat pulchrum & bonum? Inclinata autem ad materiam, & ab angelica identitate circa deſiderium boni prolapſa malorum vniuerſorum cauſa & ſibiipſi & alijs efficitur, quæcunque mala fieri dicuntur. Quomodo autem totaliter ex bono deducta dæmonum tribus non eſt boniformis? Aut quomodo bonum ex bono factum variatum eſt? Et quid eſt quod malum fecit illud? Et totaliter, quod eſt malum, & ex quo principio conſiſtit & in quo exiſtenti



A exiſtentium eſt? Et quomodo bonus ipſum producere voluit,quomodo autem volẽs potuit? Et ſi ex alia cauſa eſt malum,quæ alia eſt exiſtentibus præter bonum cauſa? Quomodo autem & prouidentia exiſtente eſt malum, aut factum totaliter,aut non deſtructum? Et quomodo aliquid exiſtentium deſiderat ipſum præter bonum?

## ¶Abſolutio obiectorum.

Malũ nõ eẽ ex bono.

Natura optimi q.

IGitur hæc quidem forſitan dicet talis dubitans ſermo. Nos autem rogabimus ipſum ad rerum veritatem perſpicere. Et primum quidem hoc dicere confidemus. Malum nõ eſt ex bono: & ſi ex bono eſt,non eſt malum. Neqꝫ enim ignis eſt infrigidare, neqꝫ boni non bona producere. Et ſi exiſtentia omnia ex bono (natura enĩ eſt bono producere & ſaluare: Malo autem corrumpere & deſtruere) nihil eſt exiſtentiũ ex malo. Et neqꝫ ipſum erit quod malum eſt,ſi & per ſeipſum malum fit. Et ſi non hoc,non omnino malum eſt quod eſt malum, ſed habet quandam boni partem,ſecundum quam totaliter eſt. Et ſi exiſtentia pulchrum & bonum deſiderant,& omnia quæcunqꝫ faciunt,propter hoc quod videtur bonum faciunt. Et oĩs exiſtentium intentio principium habet & finem bonum. nihil enim ad mali naturam reſpiciẽs facit quæ facit quomodo erit malum in exiſtentibus,aut totaliter exiſtens à tali bono appetitu ſegregatum? Et ſi exiſtentia omnia ex bono,& bonum ſupra exiſtentia eſt quidem in bono & non exiſtens. Malum autem non exiſtens eſt: alioquin non omnino malum,neqꝫ non exiſtens. Nihil enim eſt vniuerſaliter non exiſtens,niſi in bono ſecundum ſuperſubſtantiale dicatur. Igi B tur bonum erit quidem & ſuperſimpliciter exiſtens, & non exiſtens multo prius collocatum. Malum autem neqꝫ in exiſtentibus,neqꝫ in non exiſtentibus,ſed & ab ipſo non exiſtẽte magis abſiſtens quam à bono,& alienum,& magis non ſubſtantia.

## ¶Malum in rebus unde.

Malũ nõ eſſe inter eẽntias.

VNde igitur eſt malum,dicat aliquis? Si enim non eſt malum,virtus & malitia idem, & omnis toti & particularis proportionali,aut neqꝫ repugnãs virtuti erit malũ. Et quidẽ contrariæ ſunt caſtitas & impudicitia, & iuſtitia & iniuſtitia. Et non dico ſecundum iuſtum & iniuſtum,& eum qui eſt pudicus,& qui eſt impudicus. Sed & ante apparentem extra diſtantiam habẽtis virtutem ad oppoſitum,in ipſa anima multo prius vniuerſaliter deſtiterunt à virtutibus malitiæ,& ad rationem paſſiones pugnant,& ex iſtis neceſſe eſt dare quoddam malum bono contrarium. Non enim ſibiipſi bonum contrarium,ſed ſicut ab vno principio, & genituin ab vna cauſa, communione & vnitate, & amicitia gaudet,& neqꝫ minus bonum maiori eſt contrarium. Neqꝫ enĩ minus calidum aut frigidum,amplius exiſtenti eſt contrarium. Eſt igitur in exiſtentibus & exiſtens eſt,& aduerſatur bono malum. Et ſi corruptio eſt exiſtentium,non excludit iſtud ab eſſentia malum,ſed erit & ipſum exiſtens,& exiſtentium generatiuum. Aut nunquid multoties cuiuſdam corruptio,alterius fit generatio? Et C erit malum ad omnis completionem conferens,& toti non imperfectum eſſe per ſeipſum largiens.

Bonũ vnũ nõ poſſe alteri directe eſſe cõtrariũ.

## ¶Malum qua ratione malum an aliquid efficiat.

Malum nihil pducere.

Grad⁹ boni

DIcit autem ad hæc verus ſermo,quod malum ſecundum quod eſt malum,nullã ſubſtantiam aut generationem facit. ſolum autem malum facit & corrumpit exiſtentium ſubſtantiam quantum in ipſo eſt. Si autem generationis operatiuum ipſum aliquis eſſe dicat,& huius corruptione alij dare generationem: Reſpondendum eſt vere, Non corruptio dat generationem,ſed & corruptio quidem & malum corrumpit,& malum facit ſolum. Generatio autem & ſubſtantia propter bonum fit,& erit malum corruptio quidẽ propter ſeipſum,generatiuum autem propter bonum. Et ſecũdum quod quidem eſt malum neque exiſtens eſt, neque exiſtentium effectiuum, propter bonum autem & exiſtens & bonum exiſtens & bonorum effectiuum. Magis autem. Neque enim erit idem ſecundum idem, & bonum & malum,neque eiuſdem corruptio & generatio eadem ſecundum idem virtus, neque per ſe virtus,neque per ſe corruptio. Igitur ipſum malum quidem neque exiſtens eſt, neqꝫ bonum,neqꝫ generationis operatiuum,neqꝫ exiſtentium,neqꝫ bonorum effectiuum. ¶Bonum autem in quibus perfecte quidem ingignitur,perfecta facit & immixta,& integra bona. Quę autem minus ipſo participant,& imperfecta ſunt bona & mixta, propter defectũ boni,& non eſt vniuerſaliter malũ neqꝫ bonũ,neqꝫ faciens bonum: ſed quod magis & minus bono appropinquat. proportionaliter erit bonũ. Q̃m̃ qdẽ ꝑ vniuerſa vadẽs pfecta bonitas,nõ vſqꝫ ad ſolas quę circa ipſam ſunt,pficiſcitur ſanctiſſimas ſubſtantias,ſed extenditur vſqꝫ ad vltimas,his quidem totali

totaliter præſens,illis autem ſubiecte,alijs autem extreme,ſicut vnum quodqꝫ exiſtentium ipſa D
participare poteſt. Et hæc omnino bono participant,illa autem magis & minus priuantur. A-
lia autem habent boni obſcuriorem participationem,& alijs ſecundum vltimam reſonãtiam
adeſt bonũ. Si enim non proportionaliter vnicuiqꝫ bonum adeſſet,eſſent quidem diuiniſſima
& prouectiſſima extremorum habentia ordinem. Quomodo autem& eſſet poſſibile vniformi
ter omnia participare bono,cum non omnia exiſtentia eodem modo ad totalem ipſius parti-
cipationem ſint opportuna? Nunc autem hæc eſt boni virtutis excellens magnitudo , quod &
priuata & ſuiipſius priuationem firmat ſecundum totalem ipſius participationem. Et ſi opor-
tet cõfidentem dicere vera,& aduerſantia ipſi,ipſius virtute & ſunt & aduerſari poſſunt. ¶ Ma-
gis autem vt comprehendens dicam: Omnia exiſtentia inquantum ſunt,& bona ſunt,& ex bo-
no. Inquantum autem priuata ſunt bono,neqꝫ bona neqꝫ exiſtentia ſunt. Nam in alijs quidem
habitibus,ſicut caliditate aut frigiditate ſunt calefacta,& derelinquente ipſa caliditate,& vitæ
& mentis multa exiſtentium ſunt expertia,& à ſubſtantia deus ſegregatur,& eſt ſuperſubſtan-
tialis, Et ſimpliciter quidem in vniuerſis alijs,& abeunte & non ingenito omnino habitu ſunt
exiſtentia,& ſubſiſtere poſſunt. Quod autem ſecundum omnem modum bono priuatum eſt,
nunquam vllo modo neqꝫ erat,neque eſt,neqꝫ erit,neqꝫ eẽ poteſt,ſicut impudicus,quamuis pri-
uatus eſt bono ſecundum irrationabilem concupiſcentiam,in hoc quidem neqꝫ eſt,neqꝫ exiſten
tia concupiſcit,participat autem bono ſecundum ipſam vnitionis & amicitiæ obſcuram reſo-
nantiam. Et furor quidem participat bono ſecundum ipſum moueri & deſiderare apparentia E
mala,ad apparens pulchrum redigere & conuertere,& ipſe peſſimam vitam deſiderans,& opti
mam ipſi apparentem ſecundum ipſum deſiderare,& ad optimam vitam reſpicere participat
bono. Et ſi omnino bonum auferas,neqꝫ ſubſtantia erit,neqꝫ vita,neqꝫ deſiderium,neqꝫ motus
neqꝫ aliud aliquid. Quare& fieri ex corruptione generationem non eſt mali virtus,ſed minoris
boni præſentia,inquantum & morbus eſt defectus ordinis non omnis. Si enim hoc fiat,neque
morbus ipſe ſubſiſtet. Manet autem & eſt morbus ſubſtantiam habens minimum ordinem,&
in ipſo ſubſiſtens. Quod eſt enim omnino expers boni,neqꝫ exiſtens eſt, neque in exiſtentibus.
Quod autem eſt mixtum propter bonum eſt in exiſtentibus,& ſecundum hoc in exiſtentibus
exiſtens ſecundum ꝙ ipſo participat. Magis autem exiſtentia omnia in tantũ erũt magis & mi-
nus inquantum bono participant. Etenim in ipſo eſſe quod nuſquam nullo modo exiſtit, hoc
non poteſt eſſe neqꝫ erit. Quod autem ſecundum aliquam partem quidem eſt,ſecũdum aliquã
autem non eſt. Inquantum quidem cecidit à ſemper exiſtente non eſt? Inquantũ autem eſſe par
ticipat,intantum eſt,& totaliter eſſe,& non exiſtens ipſius tenetur& ſaluatur. Et malum quod
quidem omnino à bono cecidit,neqꝫ in magis neqꝫ in minus bonis erit. Quod autem ſecundũ
aliquã partẽ qdẽ eſt bonum, ſecundum aliquam autem non bonum,aduerſatur quidem bono F
cuidam,non toti autem bono,tenetur autem & ipſum boni participatione,& ſubſtãtificat ipſi-
us priuationem bonum totaliter ipſius participatione. Omnino enim abeunte bono,neqꝫ vni-
uerſaliter aliquid erit bonum,neqꝫ mixtum,neqꝫ ipſum malum. Si enim malum imperfectum
eſt bonum,abſentia perfecti boni,& imperfectum & perfectum bonum aberit,& tunc ſolum e-
rit & videbitur malum,quando iſtis quidem eſt malum quibus aduerſatur,ab iſtis autem ſicut
bonum ſegregatur. Aduerſari enim ſibiinuicem eadem ſecundum eadem in oĩbus eſt impoſ
ſibile. Non igitur exiſtens eſt malum.

*Eſſentiã omnẽ eẽ bonã & à bono*

## ¶ Malum ſit ne in rebus procedentibus ex bono.

*Subſtantiam nõ eẽ malam. Matt. 7.*

SEd neqꝫ in exiſtentibus eſt malum. Si enim omnia exiſtentia ex bono,& in omnibus eſt
exiſtentibus,& omnia continet bonum,aut non erit malum in exiſtẽtibus , aut in bono
erit. Et quidem in bono non erit. Etenim neqꝫ in igne frigidum,neqꝫ malum in eo fieri,
quod & malum bonum facit. Si autem erit in bono malum,ſiquidem ex ipſo inconue-
niens & impoſſibile. Non enim poteſt(ſicut eloquiorum veritas dicit)arbor bona fructus ma-
los facere,neqꝫ quidem econuerſo. Si autem non ex ipſo,manifeſtum quod ex alio principio &
cauſa. Etẽ malũ ex bono erit:aut bonũ ex malo,aut ſi nõ hoc ẽ poſſibile, ex alio principio &
cauſa erit & bonum & malum. Omnis enim binarius non principium. Vnitas autem erit oĩs
binarij principiũ. Et qdẽ incõueniens ex vno& eodem duo perfecte contraria procedere& eſſe,
& ipſum principium non ſimplex & ſingulare eſſe,ſed diuiſibile & biforme,& contrarium ſibi-
ipſi & variatum. ¶ Et quidem neqꝫ duo exiſtentium contraria principia poſſibile eſt eſſe,& iſta
in ſeinuicem & in omni aduerſantia. Si enim hoc datum ſit,erit & deus non ſine læſione,neque
extra moleſtiam ſi ſit aliquid ipſi aduerſans. Poſtea erunt omnia inordinata & ſemper pugnan
tia. Et q

*Principia duarũ rerũ nõ poſſe ſibi per oĩa eẽ cõtraria.*



A tia. Et quidem de amicitia omnibus exiſtentibus bonum tribuit,& per ſe pax & pacis dona tot
laudatur à ſanctis theologis. Propter quod & amica bona & conuenientia omnia,& vnius vi-
tæ germina,& ad vnum bonum coordinata & manſueta,& ſimilia , & ſeinuicem adiuuantia.
Quare non in deo eſt malum,& malum non eſt res mota à deo. ¶ Sed neqꝫ ex deo eſt malum.
Aut enim non eſt bonus,aut bona facit,& bona producit. Et non aliquando quidem& quędã
aliquando autem non,& non omnia. Tranſmutationem enim in hoc patietur,& variationem
circa ſeipſum quod eſt omnium diuiniſſimum ſecundum cauſam. Si aut in deo bonum eſſentia
eſt,erit tranſiens ex bono deus,aliquando quidam exiſtens,aliquando non exiſtens. Si autem
participatione bonum habet,& ex altero habebit,& aliquando quidem habebit,aliquãdo aũt
non habebit. Non igitur ex deo malum,neqꝫ in deo,neqꝫ ſimpliciter,neqꝫ ſecundum tempus.

*1. Cor. 14 Ephe. 2 Malũ nõ eẽ in deo*

## ¶ Malum an aliquid ſit in cauſatis.

SEd neqꝫ in angelis eſt malum. Si enim enunciat bonitatem diuinam boniformis ange-
lus,illud exiſtens ſecundum participationem ſecundario, quod eſt ſecundum cauſam
enunciatum primo. Imago dei eſt angelus,manifeſtatio occulti luminis, ſpeculum pu-
rum,clariſſimum,incontaminatum,incoinquinatum,immaculatum,ſuſcipiens totam
(ſi eſt conueniens dicere)pulchritudinem boniformis deiformitatis,& munde reſplendere fa-
ciens in ſeipſo,quemadmodum poſſibile eſt bonitatem ſilentij quod eſt in adytis. Non igitur
neqꝫ in angelis eſt malum. Sed eo quod puniunt peccantes ſunt mali? Hac igitur ratione & ca-
ſtigatores peccantium ſunt mali,& ſacerdotes qui immundum à diuinis abigunt myſterijs. Et
quidem neqꝫ puniri eſt malum,ſed fieri pœna dignum. Neqꝫ ſecundum dignitatẽ abigi à ſan-
B ctis,ſed inquinatum & non ſanctũ fieri, & ad incontaminata nõ idoneum.

*Malũ nõ eẽ in angelis. Angelus quid. Punire nõ malũ, ſed dignũ fieri pœna.*

## Natura dæmonum an ſit mala.

SEd neqꝫ dæmones ſunt natura mali. Etenim ſi natura mali,neqꝫ ex bono,neqꝫ in exiſtẽ-
tibus:neqꝫ quidem ex bonis tranſmutati eſſent natura,& ſemper mali exiſtẽtes. Poſtea,
Igitur ſibiipſis ſunt mali aut alijs? Si ſibiipſis quidem,& corrumpunt ſeipſos. Si autem a-
lijs,quomodo corrumpentes,aut quid corrumpentes? ſubſtantiam aut virtutem,aut o-
perationem? Si ſubſtantiam quidem,prius quidem,non præter naturam. Nam natura incorru
ptibilia non corrumpunt,ſed ſuſceptibilia corruptionis. Poſtea, Neqꝫ hoc omnibus & omnino
malum. Sed neqꝫ corrumpitur aliquid exiſtentium ſecundum quod eſt ſubſtãtia & natura, ſed
defectu ordinationis,quæ eſt ſecundum naturam harmoniæ & commenſurationis ratio infir-
matur,manere ſimiliter habens; Infirmitas autem non perfecta. Etenim perfecta & corruptio-
nem & ſubiectum deſtrueret,& erit talis corruptio & ſuimet corruptio. Quare tale non malũ,
ſed deficiens bonum. Quod enim eſt expers omnino boni,neqꝫ in exiſtentibus eſt. Et de corru
C ptione virtutis & operationis eadem ratio eſt. ¶ Deinde quomodo à deo facti dæmones ſunt
mali? Etenim bonum bona producit & ſubſiſtere facit. Et quidem mali dicuntur dicat aliquis,
ſed non ſecundum quod ſunt(ex bono enim ſunt,& bonam obtinuerunt ſubſtantiam) ſed ſe-
cundum quod non ſunt,infirmi exiſtentes(vt eloquia dicũt)ſeruare ſuiipſorum principatum.
In quẽ(dic mihi)malos fieri dicimꝰ dæmones,niſi in carẽtia habitus & operatiõis diuinorum
bonorum? Et aliter: Si natura mali dæmones,ſemper mali(Et quidem malum inſtabile eſt)igi-
tur ſi ſemper eodem modo ſe habent,non mali:quod enim eſt ſemper idem,boni eſt proprium
ſi autem non ſemper mali,non natura mali,ſed defectu angelicorum bonorum,& non omni-
no expertes boni,ſecũdum quod & ſunt,& viuunt,& intelligũt,& totaliter quidam eſt in ipſis
deſiderij motus. Mali autem eſſe dicuntur propter hoc quod infirmantur circa operationem
ſecundum naturam. Auerſio eſt igitur ipſis malum & conuenientium ipſis exceſſus,& non cõ-
ſequutio,& imperfectio,& impotentia,& ſaluantis ipſius perfectionem virtutis infirmitas,& fu
ga & caſus. ¶ Et aliter,quid eſt in dæmonibus malum? furor irrationabilis,demens concupiſcẽ
tia,phantaſia proterua. Sed iſta & ſi ſint in dæmonibus non omnino,neqꝫ in omnibus,neqꝫ ipſa
ſecundum ſeipſa mala. Etenim in alijs animalibus non habitus horum,ſed ablatio & corru-
ptio animali & malum, Habitus autem ſaluat,& eſſe facit iſta habẽtem animalis naturam. Nõ
igitur mala eſt dæmonum tribus ſecundum quod eſt ſecundum naturam,ſed ſecundum quod
non eſt. Et non variatum eſt datum ipſis totum bonũ,ſed ipſi deciderunt à dato toto bono: &
data ipſis angelica dona,nequaquam ipſa mutata eſſe dicimus, ſed ſunt & integra & ſplendidiſ
ſima,quamuis ipſi non vidẽt,claudentes ipſorum boni inſpectiuas virtutes. Quare quod ſunt
& ex bono ſunt,& boni,& pulchrum & bonum deſiderãt eſſe,& viuere,& intelligere,quæ ſunt
exiſtentia deſiderantes. Et priuatione,& receſſione,& caſu à conuenientibus ipſis bonis dicun-
tur mali,& ſunt mali ſecundum quod non ſunt,& nõ exiſtũt deſiderantes malum deſiderant.

*Malũ quõ inſit dæmonibus. Corruptio vnde Infirmitas. Iudæ. 2 Dæmões quare dicãt mali.*

## ¶ Malum an aliquod inſit animabus.

D

*Malũ q̃ nõ inſit animab⁹.*

SEd animas dicit aliquis eſſe malas, ſi ideo quidem quia coaſſiſtũt malis prouiſiue & ſaluatiue: hoc non eſt malum, ſed bonum & ex bono, quod & malum bonum facit. Si aũt malas fieri animas dicimus, in quo malæ fiunt, niſi in bonorum habituum & operationum defectu, & propter propriam infirmitatem non conſequutione & prolapſu? Etenim & aerem qui eſt ſuper nos, dicimus obtenebrari defectu & abſentia luminis. Ipſum autem lumen eſt quod & tenebras illuminat. Nõ igitur neq; in dæmonibus, neq; in nobis eſt malum vt exiſtens: ſed eſt ſicut defectus & deſertum perfectionis propriorum bonorum.

## ¶ Malum an naturaliter inſit brutis.

SEd neq; in animalibus irrationabilibus eſt malum. Si enim auferas furorem & concupiſcentiam, & alia quæcunq; dicuntur, & non ſunt ſimpliciter eorum naturę mala. Etenim animoſum & ſuperbum leo cum perdiderit, neq; leo erit. Manſuetus autem omnibus factus canis, non erit canis. Siquidem canis eſt cuſtodire: & accedere, quidem ad familiarem, abijcere autem alienum. Quare quod non corrumpit naturam, non malum. Corruptio autem naturæ eſt defectus & infirmitas naturalium habitudinum, & virtutũ & operationum. Et ſi omnia per generationem in tempore habent perfectum, neq; imperfectum omnino præter omnem naturam.

## ¶ Malum an inſit naturalibus rebus

E

SEd neq; in tota natura malum. Si enim omnes naturales rationes ſunt ab vniuerſali natura, nihil eſt ipſi contrarium. Particulari autem hoc quidem ſecundum naturam erit, illud autem non ſecundum naturam. Alij enim aliud eſt præter naturam, & hoc huic ſecundum naturam, illi autem præter naturam. Naturæ autẽ malitia eſt hoc quod eſt prę ter naturam, ſcilicet priuatio ordinis naturalium. Quare non eſt mala natura, ſed hoc eſt naturæ malum, impotentem eſſe ea quæ ſunt propriæ naturæ perficere. ¶ Sed neq; in corpore eſt malum. Turpitudo enim & infirmitas, eſt defectus formæ & priuatio ordinis. Hoc autem nõ omnino malum, ſed minus bonum. Si enim perfecta fiat ſolutio pulchritudinis & formæ, & ordinis, peribit & ipſum corpus. Quoniam autem neq; malitiæ cauſa eſt animæ corpus, manifeſtum eſt ex eo quod poteſt & ſine corpore malitia eſſe, ſicut in dæmonibus. Hoc enim eſt & mẽtibus & animabus & corporibus malum, habitus propriorum bonorum infirmitas. & caſus. ¶ Sed neq; multum vulgatum in materia eſt malum (ſicut dicunt) ſecundum quod eſt materia. Etenim ipſa ornatus & pulchritudinis, & formæ habet participationem. Si aũt extra hoc materia exiſtens ſecundum ſeipſam ſine qualitate eſt & ſine forma, quomodo facit aliquid materia quæ neq; pati poſſe ſecundum ſeipſam habet. Et aliter: Quomodo eſt materia malum? Si enim nuſquam quidem nullo modo eſt, neq; bonum neq; malũ eſt. Si autem exiſtens, exiſtentia autem omnia ex bono ſunt, & ipſa ex bono fit. Et aut bonum mali eſt effectiuum, aut malum ſicut ex bono exiſtens eſt bonum, aut malum boni ẽ effectiuum, aut bonum ſicut ex malo exiſtẽs eſt malum, aut duo rurſus principia, & ipſa ab alio vno vertice ſegregata. Si autem neceſſariam dicunt materiam ad completionem omnis mundi, quomodo materia eſt malum? Aliud enim eſt malum, & aliud quod eſt neceſſarium. Quomodo autem bonus ex malo deducit quædam ad generationem? Aut quomodo eſt malum, quod eſt neceſſarium bono? Fugit enim boni natura malum. Quomodo autem gignit & nutrit naturam materia exiſtens mala? Etenim malũ ſecundum quod malum, eſt nullius generatiuum, aut nutritiuum, aut totaliter effectiuum aut ſaluatiuum. ¶ Si autem dicant ipſam quidem non facere malitiam in animabus, attrahere autẽ ipſas, quomodo erit hoc verum? Multæ enim ipſarum ad bonũ aſpiciunt. Et quidem quomodo factum eſt hoc, materia omnino ipſas ad malum attrahente? Quare non ex materia in animabus malũ eſt, ſed ex inordinato & peccante motu. Si autẽ & hoc dicunt materiæ eſſe omnino conſequens, & neceſſaria eſt inſtabilis materia his quæ in ſeipſis collocari non poſſunt, quomodo malũ eſt neceſſarium, aut neceſſariũ malũ? ¶ Sed neq; hoc quod dicimus priuationem, ſecundũ virtutem propriã aduerſatur bono. Etenim perfecta priuatio vniuerſaliter impotens particularis autem non ſecundum hoc quod priuatio eſt habet virtutẽ, ſed ſecundũ hoc quod non perfecta eſt priuatio. Priuatione enim boni particulari exiſtente, nondũ eſt malũ, & recedente & mali natura abijt.

F

*Malũ nõ ineẽ corporibus.*

## ¶ Boni cauſa una, mali autem multi defectus.

Eſt aũt



A

*De⁹ quõ cognoſcat mala*

*Malũ an ſit æternum*

*Malũ an habeat naturam*

EST autem colligẽtem dicere: Bonũ ex vna & tota eſt cauſa, malũ autem ex multis & particularibus defectibus. ¶ Vidit deus malum aut bonum, & apud ipſum cauſæ malorũ, virtutes ſunt bonum facientes. ¶ Si autem malum æternum eſt, & creat, & poteſt, & ẽ, & facit, vñ ipſi hoc? Aut ex bono, aut bono ex malo, aut ambobus ex alia cauſa. ¶ Omẽ quod eſt ſecundum naturam, ex cauſa determinata generatur, ſed malum eſt ſine cauſa, & indifinitum non eſt ſecundum naturam, neq; enim in natura omnia, neq; contra naturam, neq; in artificijs aut in arte ratio. ¶ Vtrum anima malorum eſt cauſa, quemadmodum ignis calefaciẽdi, & omnia quibus appropinquat malitia implet. Bona quidem eſt animæ natura, operationibus autem aliquando quidem habet ita, aliquando aũt non ita. Si natura quidem & eſſe ipſius eſt malum, & vnde ipſe eſt eſſe niſi ex creatiua totorum bona cauſa? Sed ſi ex iſta, quomodo ſecundum ſubſtantiam eſt malum? Bona enim cuncta ſunt ex hac genita. Si autem operatiõibus, neq; hoc eſt intranſmutabile, alioquin vnde ſunt virtutes & boniformiter ipſa facta? Relinquitur igitur malum, infirmitatem & defectum boni eſſe, ¶ Bonorum cauſa eſt vna. Si bono malum eſt contrarium, mali cauſæ ſunt multæ. Non quidem quæ efficiunt mala ſunt rationes & virtutes, ſed impotentia & infirmitas, & mixtio diſſimilium non commenſurabilis. Neq; immobilia ſunt & ſemper eodem modo habentia mala, ſed infinita & interminata, & in alijs portata, & iſtis infinitis. ¶ Omnium & malorũ principium & finis erit bonum. Etenim boni gratia ſunt omnia quæcunq; bona, & quæcunq; contraria. Etenim iſta facimus, bonum deſiderantes. Nullus enim ad malum reſpiciens facit quæ facit, propter quod neq; ſubſiſtentiam habet malum, ſed priuationem ſubſtantiæ, boni gratia, & non ſuiipſius factum. ¶ Malo eſſe ponendum eſt ſecundum accidens: & propter aliud, & non ex principio proprio. Quare quod fit rectum quidem eſſe apparere, quoniam boni gratia fit. Reuera autem nõ rectũ eſſe, icirco quod bonum, bonum opinantur. ¶ Demonſtratum eſt aliud eſſe deſideratum, & aliud factum. Igitur malum eſt præter viam, & præter intentionem, & præter naturam, & præter cauſam, & præter principium, & præter finem, & præter diffinitionem, & præter voluntatem, & præter ſubſtãtiam. Igitur priuatio eſt malum, & defectus, & infirmitas, & incommenſuratio, & peccatum, & ſine intentione, & ſine pulchritudine. & ſine vita, & ſine mente, & ſine ratione, & imperfectum & non collocatum, & ſine cauſa, & indefinitum, & ſine germine & vacuum, & non operãs & inordinatum, & diſſimile, & infinitum, & obſcurũ, & ſine ſubſtantia, & ipſum nullo modo vſquã nihil exiſtens. ¶ Sicut totaliter, poteſt aliquid malum ad bonum mixtione. Quod enim omnino boni expers, neq; eſt aliquid, neq; poteſt. Etenim ſi bonum & exiſtens eſt, & voluntate appetitum, & potens & actiuum, quomodo poterit aliquid quod eſt bono contrarium, quod eſt ſubſtantia & voluntate & operatione priuatum? ¶ Non omnia omnibus & omnino eadem ſecundum idem mala. Dæmoni eſt malum præter boniformem intellectum eſſe, animæ præter rationem corpori præter naturam. ¶ Quomodo autem totaliter mala ſunt, & prouidentia exiſtẽte? Non eſt malum ſecundum quod eſt malum, neq; exiſtens, neq; in exiſtentibus. Et nihil exiſtentium eſt improuiſum. Neq; enim eſt malum conſpicuum ſubſiſtens bono. Et ſi nullum exiſtentium non particeps boni, malum autem defectus boni. Nihil autem exiſtentium priuatur vniuerſaliter bono, in omnibus exiſtentibus diuina prouidentia, & nihil exiſtentium non prouiſum. Sed & factis malis benigne prouidentia vtitur, aut ipſorum aut aliorum, aut propriam aut communem vtilitatem. ¶ Et proprie vnumquodq; exiſtentium prouidet. Propter quod & vanam multorum non recipiemus rationem, qui oportere dicunt prouidentiam & inuitos nos ad virtutem agere. Etenim corrumpere naturam, non prouidentiæ. Vnde ſicut prouidẽtia vniuſcuiuſq; naturę ẽ ſaluatiua, per ſe mobilia ꝓuidet vt per ſe mobilia, & tota particularia iuxta proprietatem totius, & vniuſcuiuſq; inquantum prouiſorum natura ſuſcipit totius largiſſimæ prouidentiæ proportionaliter attributas vnicuiq; prouiſiuas bonitates. ¶ Non igitur exiſtens & malum, neq; in exiſtentibus eſt malum. Nuſquam enim eſt malum ſecundũ quod eſt malum. Et fieri malum non eſt ſecundum virtutem, ſed propter infirmitatem. Et dæmonibus quod quidem ſunt, & ex bono eſt, & bonum. Malum autem eſt ipſis ex caſu à proprijs bonis, & variatio quæ circa identitatem, & habitum infirmitas conuenientis ipſis, angelos decentis perfectionis. Et deſiderant bonum inquantum eſſe, & viuere, & intelligere deſiderant. Non exiſtẽs bonum deſiderant, & non eſt hoc deſiderium, ſed peccatum deſiderij exiſtentis. ¶ In cognitiõe autem peccantes vocant eloquia circa cognitionem boni non obliuiſcibilem, aut actionem infirmos exiſtentes, & ſcientes voluntatem & non facientes, qui audierunt quidem, infirmantur autem circa fidem aut operationem boni, & quod nolunt quidem intelligere vt bene agant, ſecundũ

*Boni vna cauſa, mali multæ*

*Gratia boni an oĩa fiant*

*Malũ eẽ ꝑ accidẽs*

B

*Malũ fieri ꝑter intentionẽ.*

*Malũ an aliqd poſſit ex admixtionẽ boni*

C

*De boni ꝓuidẽtia.*

*Malũ nõ eẽ habere aliquid.*

*Pctm̃ malitioſum. Iſaię. 47 Pſal. 35 Lucæ. 1.*

Roma.1. cundum auerſionem aut infirmitatem voluntatis. Et totaliter malum (vt multoties diximus)
Titum.1. eſt infirmitas & impotentia, & defectus, aut cognitionis, aut fidei, aut deſiderij, aut operationis D
Iacob.4. boni. ¶ Et quidem dicat aliquis, Non eſt punienda infirmitas, ſed econtra condonanda. Si nõ
Iaco.1. quidem eſſet poſſe, bene quidem ſe habet ſermo. Si autem ex bono poſſe, quod dat (ſecundum
Liber de eloquia) omnibus ſimpliciter conuenientia, non eſt laudabile peccatum habitus propriorum
de diuino bonorum ex bono, & auerſio, & fuga, & caſus. Sed hæc quidem à nobis in his quæ ſunt de iuſti
iuſtitię iu tia, & diuinæ iuſtitiæ obſeruantia ſecundum virtutem ſufficienter ſunt dicta. In quo ſancto ne
dicio. gocio eloquiorũ veritas, ſophiſticas & iniuſtitiã, & mendacium contra deum loquentes contri
uit ſicut inſipientes rationes. ¶ Nunc autem ſufficienter ſicut ſecundum nos laudatũ eſt bonũ,
ſicut vere amabile, ſicut principium & finis omnium, ſicut circuitus exiſtentium, ſicut informãs
non exiſtentia, ſicut omniũ bonorũ cauſa, ſicut malorũ non cauſa, ſicut prouidẽtia & donatrix
boni perfecta, & ſupergrediens exiſtentia & non exiſtentia, & mala ſecundũ ipſius priuatiõem
ad bonũ redigens, omnibus deſiderabile & amabile, & diligibile: & quæcunque alia in priori
bus verus ſermo demonſtrauit.

## ¶ De exiſtente: in quo & de exemplis. Cap. V.

TRanſeundum autem eſt nunc ad vere exiſtentem, vere exiſtentis dei theologicam
Quã ſub- laudationem. Tantum autem memorabimus, quod ſermoni intentio eſt, non ſup
ſtantiam ſubſtantialem ſubſtantiam, ſecundum quod superſubſtantialis eſt manifeſtare. (In
ſit hic lau effabile enim hoc & ignotum eſt, & perfecte non manifeſtabile, & ipſam excedens
daturus. vnitionem) ſed ſubſtantificũ thearchicæ ſubſtantiæ principatus proceſſum ad oĩa
exiſtentia laudare. Etenim boni dei nominatio, totos cauſæ omnium proceſſus manifeſtans, &
ad exiſtentia & ad non exiſtentia extenditur, & ſuper exiſtentia eſt. Vitæ autem ad omnia viuẽ E
tia extenditur, & ſuper viuentia eſt. Sapientiæ vero ad omnia intellectualia, & rationalia, & ſen
Pſal.17. ſibilia extenditur, & ſuper omnia iſta eſt. Iſtas igitur prouidentiæ manifeſtatiuas dei nominati
ones, ſermo laudare deſiderat. Non enim promittit enarrare per ſe ſuperſubſtantialem bonita
tem, & ſubſtantiam, et vitam, et ſapientiam per ſe ſubſtantialis deitatis, quæ eſt ſuper omnẽ bo
nitatem, et deitatem, et ſubſtantiam, et vitam, et ſapientiam in abſconditis (ſicut eloquia dicũt)
ſupercollocatã, ſed manifeſtatam bonitatem, et excedenter beneficam prouidentiam, et omni
um bonorum cauſam laudat, et exiſtentem, et vitam, et ſapientiam, quæ facit ſubſtantiã et viui
ficat, et eſt ſapientia donatrix cauſa his quæ ſubſtantia, et vita, et ratione, et ſenſu participant.
¶ Non aũt aliud eſſe bonũ dicit, et aliud exiſtens, et aliud vitã aut ſapientiã, neq; multas cauſas
et aliorũ alias productiuas deitates, excedentes et ſubiectas, ſed vnius eſſe omes bonos proceſ
ſus, et à nobis laudatas dei nominationes. Et hanc quidem eſſe perfecte vnius dei prouidentiæ
manifeſtatiuã, quaſdã autẽ vniuerſaliorũ eiuſdẽ, et magis particulariũ. Et quidẽ dicat aliquis:
quare exiſtente excedente vitã, et vita ſapientiã, exiſtentibus quidẽ viuentia, viuentibus autem
ſenſibilia, iſtis aũt rationabilia, et rationabilibus mentes excellũt, et circa deũ ſunt, et magis ipſi
propinquant. Et quidẽ oportet ea quæ maioribus donis ex deo participãt et meliora eſſe, et re F
liquis excellere. Sed ſi non ſubſiſtentia quidem, & non viuentia aliquis ſupponeret eſſe ea quæ
ſunt intellectualia, bene quidem ſe haberet ſermo. Si autem & ſunt diuinę mẽtes ſuper reliqua
exiſtentia, & viuunt ſuper reliqua viuentia, & intelligunt & cognoſcunt ſuper ſenſum & ratio
nem, & plus quam omnia exiſtentia pulchrum & bonum deſiderant, & eo participãt, ipſæ ma
gis ſunt circa bonum abundanter ipſo participantes, & plura & maiora ex ipſo dona poſſiden
tes, ſicut & rationalia ſenſibilibus excellunt, abundantia rationis plus illis poſſidentia, & quæ
dam ſenſu, & alia vita. Et eſt (ſicut arbitror) hoc verũ, quod magis vno & infiniti doni deo par
ticipantia, magis ipſi ſunt proprinqua & diuiniora derelictis. ¶ Quoniam autem & de iſtis di
ximus, Age bonum ſicut vere exiſtens & exiſtentium vniuerſorum ſubſtantificum laudemus,
*creatrix. quod totius eſſe ſecundum virtutem ſuperſubſtantialẽ eſt ſubſtantificatrix cauſa & * cauſatrix
exiſtentis, mentis, perſonæ, ſubſtantiæ naturæ, principium & menſura ſeculorum, & quod facit
eſſe tempora & æuum exiſtentium, tempus eorum quæ fiunt, eſſe quocunq; modo exiſtẽtibus
generatio quocunq; modo genitis ex exiſtente eſt æuum. & ſubſtantia & exiſtens, & tempus,
& generatio & genitum, & ea quæ ſunt in exiſtentibus, & ea quæ quocunq; modo inſunt & ſub
ſtant. ¶ Etenim deus non quodã modo eſt exiſtens, ſed ſimpliciter & incircunſcripte totum in
1.Timo.1 ſeipſo eſſe, qui accepit & præaccepit, propter quod & rex dicitur ſeculorum, ſicut in ſeipſo & cir
ca ſeipſum omĩ eſſe, & ſubſtantia, & exiſtẽte, & neq; erat, neq; erit, neq; factus eſt, neq; gignit, ne
q; gignetur magis aũt neq; eſt, ſed ipſe eſt eſſe exiſtẽtibus, et non exiſtẽtia ſolũ, ſed et ipſum eſſe
exiſten



exiſtentium eſt ex exiſtente ante ſecula. Ipſe enĩ eſt æuum euorũ quæ eſt ante ſecula. ¶ Reſu
mentes igiť dicimus, ꝙ omnib' exiſtẽtibus & ſeculis eſt eſſe a præexiſtẽte & oẽ quidẽ æuum
& tempus ex ipſo. Omnis aũt & ſeculi & tẽporis, & omnis quocunq; mõ exiſtẽtis, p̄exiſtens
eſt principiũ & cauſa. Et omnia ipſo participãt, & a nullo exiſtentiũ recedit: & ipſe eſt ante o
mnia, & oĩa in ipſo conſiſtũt. Et ſimpliciter, ſi aliquid quocunq; mõ eſt in pręexiſtente & eſt,
& intelligitur, & ſaluať: Et ante alias ipſius participatiões eſſe propoſitũ eſt, & eſt ipſum ſcd̄m
ſe eſſe. Senius eo ꝙ eſt per ſe uitã eſſe, & eo ꝙ eſt per ſe ſapientiã eſſe, & eo quod eſt per ſe ſimi
litudinem diuinã eſſe, & alia quęcũq; exiſtẽtia participãtia, ante oĩa illa eſſe participãt. Magis
aũt & ipſa ſecundũ ſeipſa oĩa quib' exiſtẽtia participãt ipſo ſcd̄m ſe eſſe participãt. Et nihil eſt
exiſtens cuius nõ ſit ſubſtantia & æuũ ipſum eſſe. Conueniẽter igiť cunctis alijs principalius
ſicut exiſtẽs deus laudať ex digniore aliorũ donorũ eius. Etenim præeſſe & ſupereſſe p̄habẽs,
& ſuperhabens ex ipſo ꝙ eſt: ipſum dico ſcd̄m ſe eſſe p̄exiſtere fecit, & per ipſum eſſe, oẽ quo
cunq; mõ exiſtens ſubſiſtere fecit. ¶ Et quidẽ principia exiſtentiũ oĩa eſſe participant, & ſunt,
& principia ſunt, & primum ſunt, poſtea principia ſunt: & ſi uis uiuentiũ ſicut uiuẽtium prin
cipium dicere per ſe uitam, & ſimilium, ſicut ſimiliũ per ſe ſimilitudinem, & unitorũ ſicut uni
torum per ſe unitionem, & ordinatorum ſicut ordinatorũ per ſe ordinationem: & aliorũ quæ
cunq; hoc aut hoc, aut ambob', aut multis participant, hoc aut hoc, aut utraq;, aut multa par
ticipata, per ſe participatiões inuenies ipſo eſſe primum illas participãtes: & ipſo eſſe quidem
B primum exiſtentes, poſtea huius aut huius principia exiſtentes, & participare eſſe, & exiſten
tes, & participatas. Si autẽ iſta eſſendi participatione ſunt, multo quidẽ magis ea quæ ipſis pri
mum participant. Primum igitur per ſe eſſendi donum, per ſe bonitas proponẽs, digniore pri
ma participationum laudatur. ¶ Et eſt ex ipſa, & in ipſa, & ipſum eſſe, & exiſtentiũ principia,
& exiſtentia omnia, & quæ quocunq; mõ ab eſſe ſunt cõtenta: & hoc incõprehenſibiliter, &
coniuncte, & ſingulariter. Etenim in unitate oĩs numerus uniformiter p̄exiſtit, & habet oẽm
numerum unitas in ſeipſa ſingulariter: & oĩs numerus unitur quidẽ in unitate. Inq̃tum autẽ
ab unitate procedit, tantũ diſcernitur: & in multitudinẽ agitur. Et in cẽtro oẽs circuli lineę ſe
cundum unam unitionem coextiterunt, & oẽs habent ſignum in ſeipſo lineas uniformiter
unitas, & ad ſe inuicem, & ad unum principium, a quo proceſſerũt. Et in ipſo quidem centro
perfecte uniuntur, parum aũt ab ipſo diſtantes parum & diſcernuntur, magis autem diſtãtes
magis, & ſimpliciter, inq̃tum centro ſunt propinquiores, intãtum & ipſi & ſibi inuicem uni †diſtant.
untur, & inq̃tum ab ipſo procedunt, intantum a ſe inuicem †diſcernuntur. Sed & in tota to
torum natura, omnis naturæ uniuſcuiuſq; rationes congregatæ ſunt ſecundum unam incon
fuſam unitionem, & in anima uniformiter particularium oĩm prouiſiue totius corporis uirtu
tes. Nihil igitur eſt incõueniens, ex obſcuris imaginibus ad oĩm cauſam aſcendẽtes, ſupermũ
danis oculis cõtemplari omnia in omniũ cauſa, & ſibi inuicem cõtraria uniformiter & unite.
¶ Principium enim eſt exiſtentium, a quo & ipſum eſſe, & omnia quocunq; modo exiſtẽtia
C omne principium, omnis finis, omnis uita, omnis immortalitas, omnis ſapiẽtia, omnis ordo,
omnis harmonia, omnis uirt', omnis cuſtodia, omnis collocatio, omnis diſtributio, omnis in
tellectus, omnis ſermo, omnis ſenſus, omnis habitus, omnis ſtatio, omnis mot', omnis unitio,
omnis concretio, omnis amicitia, omnis concordatio, omnis diſcretio, omnis diffinitio: & alia Angeli-
quæcunq; per eſſe exiſtentia. ¶ Exiſtentia omnia figurant, & ex eadem omnium cauſa ſunt, cas ſubſtã
& intelligibiles & intellectuales deiformium angelorum ſubſtantiæ, & animarum, & omnis tias eſſe à
mundi naturæ, & quocunq; modo alijs ineſſe aut ſecundum cogitationem eſſe dicta. Et qui prima cau
dem ſanctiſſimæ & prouectiſſimæ uirtutes exiſtentes, & ſicut in ueſtibulis ſuperſubſtantialis ſa.
Trinitatis collocatæ, ab ipſa & in ipſa & eſſe & deiformiter eſſe habent, & poſt illas ſubiectę,
ſubiectæ: & extremę extremę ſicut ad angelos. Sicut ad nos aũt ſupmundanæ. Et aĩæ & alia
omnia exiſtentia ſecundũ eandem rationem, & eſſe, & bene eſſe habent, & ſunt, & bene ſunt,
ex præexiſtente eſſe & bene eſſe habentia, & in ipſo et exiſtentia, et bene exiſtentia, et ex ipſo 2. Cor.4.
incipiẽtia, et in ipſo cuſtodita, et ad ipſum terminata. ¶ Et quaſdam quidem dignitates eſſen
di diſtribuit melioribus ſubſtantijs, quas et æternas uocant eloquia. Eſſe autem ipſum ab exi
ſtentibus omnibus nequaq̃ derelinquitur. Et ipſum autem eſſe eſt ex præexiſtẽte, et ipſius eſt *eſſendi.
eſſe, et non ipſe eſt *eſſe, et in ipſo eſt eſſe, et non ipſe eſt in eo quod eſt eſſe, et ipſum habet eſſe,
et non ipſe habet eſſe: et ipſe eſt eſſendi æuum, et principium, et menſura ante ſubſtantiam ex Apoca.1.
iſtens, et ante id quod exiſtit, et ante æuum, et omnium ſubſtantificator, et principium, et me
dietas, et finis. ¶ Et propter hoc ab eloquijs, qui uere præexiſtit ſecundum omnem exiſtenti
um intentionẽ multiplicatur, et erat in ipſo, et eſt, et erit, et factum eſt, et fit, et fiet proprie lau
 datur.

datur. Iſta enim omnia ut decet deum, intelligentibus ipſum ſecundum omnem intentionem
ſuperſubſtantialiter eſſe ſignificant, & exiſtentium ubiq; cauſam. Etenim non hoc quidẽ eſt,
hoc autem non eſt, neq; alicubi quidem eſt, alicubi autem non eſt: ſed omnia eſt ut omnium
cauſa & in ipſo omnia principia, omnes terminationes, omnium cauſa totorum, comprehen-
dens & præhabens, & ſuper omnia eſt, ſicut ante omnia ſuperſubſtantialiter ſuperexiſtens.
Propter quod & omnia de ipſo, & ſimul prædicantur, & nihil eſt omnium: omnis figuræ, o-
mnis formæ ſine forma, ſine pulchritudine: principia, & media, & fines exiſtentium incom-
præhenſibiliter & excellenter in ſeipſo præaccipiens, & omnibus eſſe ſecũdum unam ſuper-
unitam cauſam, immaculate lucendo ſuperſundens. ¶ Si enim noſter ſol ſenſibilium ſubſtan
tias & qualitates, & quidẽ multas & differentes exiſtentes, tamen ipſe unus exiſtens, & unifor
me lucendo ſuperſundens lumen, renouat, & nutrit, & cuſtodit, & ꝑficit, & diſcernit, & unit,
& reflorere facit, & germinabilia eſſe facit, & auget, & cõmutat, & collocat, & ex planta pro-
dire facit, & ſurſum mouet, & uiuificat omnia, & totorum unumquodq; iuxta proprietatem
ſuam, eodem & uno ſole participat, & multorum participantiũ unus ſol cauſas in ſeipſo uni-
formiter præaccepit: multo magis in cauſa & ipſius & omnium præexiſtere omnium exiſtẽ-
tium exemplaria ſecundum unam ſuperſubſtantialem unitionem eſt concedendũ, quoniam
De paradigmatibus.
& ſubſtantias producit ſecundum exceſſum a ſubſtantia. ¶ Exemplaria autem eſſe dicimus
in deo exiſtentium rationes ſubſtantificas: & ſingulariter præexiſtentes, quas theologia præ-
diffinitiones uocat, & diuinas & bonas uoluntates, exiſtentium determinatiuas & effectiuas,
Roma. 8.
ſecundum quas ſuperſubſtantialis eſſentia omnia prædiffiniuit & produxit. ¶ Si autem phi- E
S. Clemẽs philoſophꝰ, papa & martyr
loſophus Clemens probat & ad aliquid exemplaria dici in exiſtentibus principaliora, proce-
dit quidem non per propria et perfecta, et ſimplicia nomina ſermo illi. Concedentibus autem
et hoc recte dici, memoranda eſt theologia dicens, quod non demõſtrabo tibi illa ut eas poſt
Oſee. 13.
illa, ſed ut per iſtorum proportionalem cognitionem ad omnium cauſam ſicut poſſumus ſur
ſum agamur. Igitur omnia exiſtentia ipſi ſecundum unam omnium ſegregatã unitionem ſunt
attribuenda, quoniã ab eſſentia ſubſtantifice proceſſionis et bonitatis incipiens, et per omnia
uadens, et omnia ex ipſa eſſentia implens, et in omnibus exiſtentibus exultãs: omnia quidem
in ſeipſa præhabet, ſecundum unum ſimplicitatis exceſſum omnem duplicitatem refutans, o-
mnia autem eodem modo continet ſecundum ſuperſimplificatam ipſius infinitatem, et ab o-
†auditibꝰ
mnibus ſingulariter participatur: quemadmodum et uox una exiſtens, et eadem a multis † au-
Deũ oĩm entiũ ſore principiũ † Imo.
dientibus ſicut una participatur. ¶ Omnium igitur exiſtentium eſt principium et finis, qui
præexiſtit. Principium quidem ſicut cauſa, finis autem ſicut cuius gratia, et terminꝰ omnium,
et infinitas omnis infinitatis, et finis excedenter ſicut oppſitorum. In uno enim (ſicut multo-
ties dictum eſt) exiſtentia omnia et præhabet et ſubſiſtere facit, præſens omnibus, et ubiq;, et
ſecundum unum et idem, et ſecundum idem oẽ, et ad omnia procedens, et manens in ſeipſo,
et ſtans & motus, et neq; ſtans, neq; motus, neq; principiũ habens, aut mediũ, aut finem, neq;
in aliquo exiſtentium, neq; aliquid exiſtentium exiſtens: et neq; totaliter ipſi conuenit aliquid F
æternaliter exiſtentium, aut temporaliter ſubſiſtentium, ſed & a tẽpore et æuo, et his quę ſunt
in æuo, et his quæ ſunt in tempore omnibus ſegregatur, propter quod et ipſum æuum et exi-
ſtentia, et menſuræ exiſtentium, et menſurata per ipſum et ab ipſo.

## De Vita. Cap. VI.

Eſſentiã angelorũ eſſe ab æterna vita
SEd de iſtis quidem in alijs opportunius dictum ſit. Nunc autẽ laudanda eſt no-
bis uita æterna, ex qua eſt per ſe uita, et omnis uita, et a qua ad omnia quocunq;
modo uita participantia uiuere iuxta proprietatem uniuſcuiuſque diſſeminatur.
Et quidem immortalium angelorum uita et immortalitas, et ipſum non deſtru-
ctiuum angelici ſempiterni motus, ex ipſa, et propter ipſam, et ſunt et ſubſiſtũt,
propter quod et uiuentes ſemper et immortales dicuntur: et non immortales rurſus, quoniam
non a ſeipſis habent immortales eſſe, et æternaliter uiuere, ſed ex uiuifica et omnis uitæ effecti-
ua et contentiua cauſa. Et ſicut in exiſtente dicebamus quod et ipſius quod eſt per ſe eſſe, eſt
Eſſentiã aĩorũ eſſe ab æterna vita.
æuum, ita et hic rurſus, quod et ipſius per ſe uitæ ſuperuiuẽs diuina uita eſt uiuificatiua et ſub-
ſtantificatiua, et oĩs uita et uiuificatiuꝰ motꝰ eſt ex uita q̃ eſt ſuper oẽm uitã, et oẽ principium
omnis uitæ. Ex ipſa et animæ non deſtructibile habent, et animalia omnia et plantæ ſecun-
Pſal. 103.
dum ultimam reſonantiam uitæ habent uiuere. Qua deſtructa (ſecundum eloquium) de-
ficit



ficit oĩs vita, & ad quam, & ea quæ infirmitate ad participandum ipſa defecerunt, rurſus cõuer Pſal. 103.
ſa, rurſus aĩalia fiunt. ¶ Et dat qdem prius per ſe vitæ eſſe vitam, & oĩ vitæ & particulari eſſe
proprie vnamquãq; ꝙ eſſe naturalr̃ habet. Et ſupercœleſtibꝰ quidẽ vitis immaterialem & dei
formem & inuariabilem immortalitatẽ, & fortẽ & indeclinabilem motum ſempiternũ ſuper-
extenta propter abundantiam bonitatis & ad dæmonum vitam. Neq; eñi illa eſſe ab alia cau-
ſa, ſed ex ipſa & eſſe vitam & permanentiam habet. ¶ Dans aũt & viris ſicut commixtis cõtin-
gentem ad angelorum formã vitam, & ſuperemanatione benignitatis, & recedentes nos ad ſe-
ipſam conuertens & reuocans. ¶ Et q̊d qdem eſt diuinius, ꝙ & totos nos, dico aĩas & coniu-
ga corpora ad perfectam vitam & immortalitatem ſe promittit tranſlaturam. Rem quidẽ an-
tiquitati æqualiter præter naturã apparentem, mihi autẽ & tibi & veritati & diuinam & ſuper
naturam apparentem. Super naturam autẽ ſecundũ nos dico viſam, non omnipotentem diui
Simonis magi veſania
næ vitæ. Ipſi enim ſicut oĩm exiſtenti vitarum naturæ, & maxime diuinorum, nulla vita prę́ter
naturam aut ſuper naturã. Quare de hoc ſtultitiæ Simonis contradicentia verba, longe à diui-
no choro & tua ſancta anima expellantur. Latuit enim ipſum, ſicut arbitror, & in iſtis ſapientẽ
putatũ eſſe nõ oportere, bñ ſcientẽ vti manifeſta ſenſus ratiõe, cõpugnãte contra oĩm occultã
cauſam: & hoc eſt dicendum ipſi præter naturam dicere. Ipſi enim nihil eſt contrarium. ¶ Ex
ipſa viuificantur & circumflorent & animalia omnia & plantæ. Et ſiue intellectualem dicas, ſi
ue rationalem, ſiue ſenſibilem & augmentatiuã, ſiue qualemcũq; vitã, aut vitæ principium, aut
vitæ ſubſtantiam, ex ipſa & viuunt & viuificant, quæ eſt ſuper omnem vitã, & in ipſa ſcd̃m cau
ſam vniformiter præexſtiterunt. Etenim ſuperuiuens & princeps vitæ, vita, & oĩs eſt cã, & vi
B
tæ generatiua & adimpletiua, & diuiſiua vitæ, & ex omni vita eſt laudanda ſcd̃m multã fœcũ-
ditatem omnium vitarum ſicut largiſſima, & omnis vita contẽplatione cõprehenſa & lauda-
ta, & ſicut non indigens: magis autẽ ſuperplena vita, per ſe viuens, & ſicut ſuper omnem vitã vi
uificans & ſuperuiuens, aut q̃uo aliqs vitã ſuperunientem & ineffabilem humanè laudet?

## De ſapientia, mente, ratione, ueritate, fide. Cap. VII.

AGE autem ſi videtur bonam & æternam vitã, & ſicut ſapientem, & ſicut per ſe ſa-
Pſal. 146.
pientiam laudemus, magis autẽ ſicut oĩs ſapię ſubſtantificatiuã & ſuper oẽm ſapi
entiam & prudentiam ſuperexiſtentem. Non enim tm̃ deus eſt ſuperplenus ſapiã,
S. Paulus apo. cois hꝰ ſcti patris ac Hierothei ꝓceptor ac dux.
& prudentiæ ipſius non eſt numerus, ſed ſuper oẽm rationẽ & mentem & ſapien-
tiam ſupercollocatur. Et hoc ſupernaturalr̃ intendens diuinus vere vir coĩs noſtri
& ducis ſol, ſtultum dei ſapientius hoĩbus eſſe dicit, non ſolum qm̃ oĩs humana deliberatio er
ror quidẽ eſt iudicatus ad ſtabile & manẽs diuinorum & perfectiſſimoꝝ intellectuum: ſed qm̃
conſuetũ eſt theologis contraria paſſione in deo ea quæ ſunt priuationis dicere. Ita & inuiſibilẽ
dicunt eloqa, clariſſimũ lumen, & multum laudabilem & multũ noĩabilem, ineffabilem & in-
noĩabilem, & oĩbus pñtem, & ex omnibus inuentum, incomprehenſibilem & non inueſtiga-
bilem. Hoc mõ igit̃ & nunc diuinus Apl̃s laudare dr̃ ſtultitiam dei, ꝙ apparet in ipſa pręter ra
C
tionem, et inconueniens, ad ineffabilem et añ rationem oẽm ſurſum agens veritatẽ. Sed q̊d in
alijs dixi, iuxta proprietatẽ noſtrã ea quæ ſunt ſuper nos accipientes, et rationi connutritę ſen-
ſibus infixi, et nr̃is diuina cõparantes decipimur, ſcd̃m apparens diuinã et ineffabilem rationẽ
exequentes. Oportet aũt videre mentem noſtram habere quidẽ virtutem ad intelligendum, ꝑ
quã intelligibilia inſpicit: vnitionẽ aũt excedentem mentis naturã, per quã coniungitur ad ea
quę ſunt ſupra ipſam. Scd̃m hanc igitur oportet diuina intelligere, nõ ſcd̃m nos, ſed noſipſos
totos extra noſipſos ſtatutos et totos deificatos. Melius eſt enim eſſe dei, et non noſtrijpſoꝝ.
Ita enim erunt diuina data cum deo factis. ¶ Hanc igitur irrationabilem et amentẽ et ſtultam
ſapientiam excedenter laudantes, dicimus ꝙ oĩs eſt mentis et rationis et oĩs ſapientię et prudẽ
Cola
tię cauſa, et ipſa eſt om̃e conſiliũ, et ab ipſa eſt oĩs cognitio et prudẽtia, et in ipſa ſunt oẽs theſau
ri ſapientiæ et cognitionis abſconditi. Etenim iuxta conſequentiã iam ꝑdictorum ſupſapiens
et omniſapiens cauſa, et ipſius per ſe ſapientiæ, et totius et particularis eſt ſubſtantificatrix.
Cõtẽplatiões btãs angelorũ eẽ ab ęterna ſapiã
¶ Ex ipſa intelligibiles et intellectuales angelicarum mentiũ virtutes, ſimplices et beatos hñt
intellectus, non in diuiſibilibus aut à diuiſibilibus, aut ſenſibus, aut ſermonibus diffuſis cõgre-
gãtes diuinam cognitionẽ, neq; ab alio q̊ coĩ ad iſta ſimulactæ. Ab omni aũt materiali et multi
tudine munde exiſtentes, intellectualiter, immaterialiter, vniformiter intelligibilia diuinorũ
intelligunt: & eſt ipſis intellectualis virtus & operatio, munda & immaculata puritate reſplen
dens, & conſpicaci diuinorum intellectuum ſimplicitate & immaterialitate, & diuinitus vni-
tio ad diuinum ſuperſapientem & mentem & rationẽ (ſicut eſt poſſibile) figurata, propter diui
 nam

nam ſapientiam & animæ rationale habent. Diffuſiue quidem & circulo circa exiſtentium ve-
ritatem circumeuntes, & diuiſibili & largiſſimo varietatis deficientes ab vnitiuis mentibus.
Multorum autem ad vnum conuolutione & intellectibus æqualibus angelis (inquantum ani-
mabus eſt proprium & poſſibile) dignæ habitæ. Sed & aliquid non peccet ab intentione, dicẽs
ſenſus ipſos eſſe reſonantiam ſapientiæ. Et quidem & dæmonum mens ſecundum quod mens
eſt, ex ipſa eſt. Inquantum autem mens eſt rationis deprauatæ conſequi quod deſiderat, neque
ſciens neq; volens, caſum à ſapientia magis proprie ipſam oportet appellare. ❡Sed q̃d quidem
ſapientiæ ipſius & omnis & mentis omnis, & rationis & ſenſus omnis, diuina ſapientia & prin
cipium eſt & cauſa, & ſubſtantificatrix, & perfectio, & cuſtodia, & finis dictũ eſt. Sic autem ipſe
deus qui eſt ſuperſapiens ſapientia, & mens & ratio, & cognitor laudatur. ❡Quomodo enim
intelliget aliquid intelligibilium non habens intellectuales operatiões? Aut quomodo cogno
Eccl. 23. ſcet ſenſibilia ſuper omnem ſenſum collocatus? Et quidem omnia ipſum ſcire dicunt eloquia,
Hebræ. 4 & nihil effugere diuinam cognitionem. Sed quod dixi multoties, diuina vt decet deũm, intelli
1. Iohã. 3. gere conuenit. Etenim ſine mente, & non ſenſibile ſecundum exceſſum, non ſecundum defectũ
in deo eſt ordinandum, ſicut & irrationabile reponimus ei qui eſt ſuper rationem, & imp fectio
nem ei qui eſt ſuperperfectus & præperfectus, & impalpabilem & inuiſibilem caliginem lumi-
ni inacceſſibili ſecundum exceſſum viſibilis luminis. ❡Quare diuina mens omnia continet, ab
omnibus ſegregata cognitione, ſecundum omnium cauſam, in ſeipſo omnium ſcientiam præ
accipiens. Antequam angeli fierent ſciens & producens angelos, & cuncta alia intus & ab ipſo
(vt ita dicam) principio ſciens, & ad ſubſtantiam agens. Et hoc arbitror tradere eloquiũ quan- E
do dicit, qui ſcit omnia, antequam fiant ipſa. Non enim ex exiſtentibus exiſtentia diſcens nouit
diuina mens, ſed ex ipſa & in ipſa ſecundum cauſam omnium ſcientiam, & cognitiõem, & ſub-
ſtantiam præ habet, & præaccepit non ſecundum viſionem ſingulis ſe immittens, ſed ſecũdum
Eccl 23. vnam cauſæ continentiam omnia ſciens & continens, ſicut & lumen ſecundum cauſam per ſe-
Danie. 13 metipſum tenebrarum præaccepit viſionem, non aliunde videns tenebras quã à lumine. ❡Igi-
tur ſeipſam diuina ſapientia cognoſcens, cognoſcit & omnia, immaterialiter materialia, & in-
diuiſibiliter diuiſibilia, & multa vnitiue, in ipſo vno omnia & cognoſcens & producens. Etẽm
ſi ſecundum vnam cauſam deus omnibus exiſtentibus eſſe tradit, ſecundum eandem cauſam
ſciet omnia, ſicut ex ipſo exiſtentia, & quæ in ipſo præextiterunt, & non ex exiſtentibus ſumet
ipſorum cognitionem, ſed & ipſis ſingulis eorum, & alijs aliorum cognitionis erit largitor. Nõ
igitur deus propriam habet ſuiipſius cognitionem, aliam autem communem, exiſtentia õmia
comprehendẽtẽ. Ipſa enim omnium cauſa ſeipſam cognoſcens vacat alicubi, ſi ea quæ ſunt ab
ipſa & quorum eſt cauſa ignorauerit. Ita igitur deus exiſtentia cognoſcit nõ ſcientia quæ ſit ex-
iſtentium, ſed quæ ſit ſuiipſius. Etenim & angelos ſcire dicunt eloquia ea quæ ſunt in terra, non
Apoc. 2. ſecundum ſenſus ipſa cognoſcentes ſenſibilia quidem exiſtentia, ſed ſecundum propriam dei-
formis mentis virtutem & naturam. ❡Propterea inquirere oportet, quomodo nos cognoſci-
mus deum, neq; intelligibilem, neq; ſenſibilem, neq; aliquid vniuerſaliter exiſtentium exiſten- F
tem. Nunquid igitur verum eſt dicere, quoniam deũ cognoſcimus? non ex natura ipſius, igno-
tum enim eſt hoc, & omnem rationem, & mentem excedens: ſed ex omnium totorum ordina-
tione, ſicut ex ipſo propoſita & imagines quaſdam & aſſimilationes diuinorum ipſius exem-
plariũ habente, ad illud q̃d eſt ſuper omnia via & ordine ſecundum virtutem aſcendimus in o-
mnium ablatione & exceſſu, & in omnium cauſa. Propter quod & in omnibus deus cognoſci-
tur, & ſine omnibus, & per cognitionem deus cognoſcitur, & per ignorantiam, & eſt ipſius & in
tellectus & ſermo, & ſcientia, et tactus, et ſenſus, et opinio, et phantaſia, et nomen, et alia õmia.
Et neq; intelligitur neq; dicitur, neq; nominatur, et non eſt aliquid exiſtentium, neq; in aliquo
exiſtentium cognoſcitur, & in omnibus omnia eſt, & in nullo nihil, & ex omnibus cunctis co-
gnoſcit, & ex nullo nulli. ❡Etenim & hæc recte de deo dicimus, & ex exiſtentibus vniuerſis lau-
datur ſecundum proportionem omnium quorum eſt cauſa. Et eſt rurſus diuiniſſima dei co-
gnitio, quæ eſt per ignorantiam cognita ſecundum vnitionem ſuper mentem, quando mens
ab alijs omnibus recedens, poſtea & ſeipſam dimittens, vnita eſt ſuperſplendentibus radijs
inde & ibi non ſcrutabili profundo ſapientiæ illuminata. Et quidem & ex omnibus (quod
dixi) ipſa eſt cognoſcenda. Ipſa enim eſt ſecundum eloquium, quę eſt omnium effectiua, & ſem
per omnia concordans & indiſſolubilis omnium concordationis & ordinis cauſa, & ſemper fi
Prou. 8 nes priorũ cõiungẽs principijs ſecũdorũ, & vnã oĩs cõſpiratiõnẽ & harmoniã pulchre operans.
De° quare no ieſt ratio. ❡Ratio aũt deus laudat à ſctis eloquijs, nõ tantum quoniam & rationis, & mentis, & ſapientię
eſt largitor, ſed quoniam & omniũ cauſas in ſeipſo vniformiter præaccepit, & qm̃ p oĩa vadit,
pertins



pertingens, vt eloquia dicunt, vſq; ad finem omnium. Et ante hæc qm̃ ſuper omnem ſimplici- Ierem. 23
tatem diuina ſimplificatur ratio, & ab omnibus eſt ſuper omnia ſecundũ ſupſubſtantiale abſo Sapieu. 8.
luta. Hæc ratio eſt ſimplex & exiſtens exiſtentis veritas, circa quam ſicut mundam & non erro
neam totorum cognitione diuina fides eſt, quæ eſt manens credentium collocatio, quæ iſtos Fides q̃d
collocat in veritate, & in ipſis veritatem intranſmutabili identitate ſimplicem veritatis cogni-
tionem habentibus credentibus. ❡Si enim cognitio eſt vnitiua eorum qui nouerunt, ignoran
tia autem eſt ſemper tranſmutationis cauſa, & diuiſionis ignoranti ex ſeipſo, credentem in ve-
ritate ſecundum ſermonem ſanctum, nihil mouebit à cauſa quæ eſt ſecundum veram fidem,
in qua permanentiam habebit immobilis & intranſmutabilis identitatis. Bene enim no- Roma. 8.
uit qui veritati vnitus eſt q̃ bene habet, q̃uis multi corripiant ipſum, ſicut ecſtaſim paſſum. La De catho
tet quidem ſicut eſt conueniens, ipſos ex errore per veram fidem ecſtaſim paſſus veritati vni- licæ fideĩ firmitate
tus. Ipſe enim nouit ſeipſum, non q̄ dicunt illi furentem, ſed ab inſtabili & variabili portatiõe
circa largiſſimam erroris varietatem per ſimplicem & ſemper ſecundum eadem & eodẽ mo- Teſtimo
do habentem veritatem liberatum. Ita igitur noſtrę ſapientiæ principes & duces pro veritate nia mar-
moriuntur omni die, teſtificante ſicut eſt conueniens & verbo omni & opere, & vnitiua Chri tyrum. Pſal. 43
ſtianorum vera dei cognitione, oĩbus ipſam eſſe & ſimpliciorem & diuiniorem, magis autem Lucæ 22.
ipſam eſſe ſolam veram & vnam ſimplicem dei cognitionem. Roma. 8.

## ❡De uirtute, iuſtitia, ſaluatione, liberatione, in quo, & de inæqualitate. Cap. VIII.

B SED quoniam diuinam veritatem, & ſuperſapientem ſapientiam, & ſicut virtutẽ
laudant, & ſicut iuſtitiam theologi, & ſicut ſaluationem, & ſicut liberationẽ, age &
iſtas dei nominatiões, ſicut eſt poſſibile nobis, referemus. Et q̄ quidem thearchia
ab omni quocunq; modo & exiſtente & cogitata virtute ſegregata eſt & ſuperat,
nõ arbitror aliquẽ in diuinis eloquijs cõuerſatorũ, ignorare. Multoties enĩ theologia & domi
nationem ipſi & ipſarum cœleſtium virtututum determinans tradita eſt. Quomodo igitur i-
pſam theologi & ſicut Virtutem laudant ab omni ſegregatam virtute? Aut quomodo in ipſa
virtutis nominationem accipiamus? ❡Dicimus igitur q̄ virtus eſt deus, ſicut omnem virtu- De° q̃re dicitur
tem in ſeipſo præhabens & ſuperhabens, & ſicut omnis virtutis cauſa. Et omnia ſecundũ vir- potentia.
tutem indeclinabilem & incircumfinitam producens: & ſicut ipſius quod eſt eſſe virtutem aut
totam aut particularem cauſa exiſtens. ❡Et ſicut infinitæ virtutis, non tantũ eo q̄ omnem
virtutem producit, ſed & eo q̄ eſt ſuper omnem & ipſam per ſe virtutem, & eo q̄ ſuperpoteſt,
& infinite infinitas alias ab exiſtentibus virtutibus producere, & eo q̄ nunq̃ poſſunt infinite
& infinitum productę virtutes ſuperinfinitam ipſius virtutem ſaciẽtis virtutis hebetare actio-
nem, & eo q̄ ineffabilis & ignota & incogitabilis eſt, cuncta excedens ipſius virtus, quæ pro-
pter abundãtiam poſſibilis & infirmitatem firmat, & vltimas reſonantiarum ipſius continet,
C & fortiter tenet, quemadmodum & in poſſibilibus ſecundum ſenſum videmus q̄ ſuperſplen-
dida lumina & vſq; ad hebetes viſiones perueniunt, & magnos ſonos ducũt ad auditus, nõ val
de facile recipientes ſonos, introire. Quod enim eſt omnino non audiens, neq; audit: & quod
vniuerſaliter eſt non videns, neq; videt. Ipſa igitur infinitæ virtutis dei diſtributio ad omnia
exiſtentia vadit, & nihil eſt exiſtentium cui perfecte ablatum ſit habere quandam virtutem, ſed
aut intellectualem, aut rationalem, aut ſenſibilem, aut vnificam aut ſubſtantialem habet virtu
tem, & ipſum etiam eſſe, ſi fas eſt dicere, virtutem ad hoc q̄ ſit, habet à ſuperſubſtantiali vir-
tute. ❡Ex ipſa ſunt deiformes angelicorũ ornatuum virtutes, ex ipſa & eſſe intranſmutabiliter
hñt, & omnes ipſorum intellectuales & immortales ſempiternos motus, & fortitudinẽ ipſam
& non minorabile deſiderium boni ab infiniti boni virtute acceperunt, ipſa immittente ipſis
poſſe & eſſe iſta, & deſiderare quod ſemper eſt, & ipſum poſſe deſiderare quod ſemper poſſunt.
Procedunt autem ea quæ ſunt indiſficiẽtis v̾tutis, et ad hoĩes et ad aĩalia et plantas, et totã oĩs
rei naturã, et firmat vnita ad ſuiinuicẽ amicitiã et coĩonem, et diſcreta ad hoc q̄ ſint ſingula ſe
cũdum propriã rõnem et diffinitionẽ incõfuſa et incõmixta, et oĩs rei ordines et directiões ad
bonũ ꝓpriũ ſaluat. ❡Et immortales angelicarũ vnitatũ vitas immaculatas cuſtodit et cœle- Angelos ẽẽ a virtu
ſtes et illũinatiuas et ſtellares ſubſtãtias, et ordines inuariabiles, et æuũ poſſe eſſe facit: et tpis te prima.
circũuolutiões diſcernit qdẽ proceſſibus, cõgregat aũt reſtitutiõibus. Et ignis v̾tutes inextin-
guibiles facit, & aquæ influxiões ĩdeficiẽtes, et aeream effuſionẽ terminat, et terrã in nihilo col
locat, et vitæ generatiuos ipſius partus indifferentes cuſtodit. Et elementorũ in ſeinuicẽ har-
moniã et concretionẽ inconfuſam et indiuiſibilẽ ſaluat, et aĩæ et corporis cõiunctionẽ cõtinet,
et plantarũ nutritiuas et augmentatiuas virtutes ſurſum mouet, et fortiter tenet ſubſtantiales

totoꝝ virtutes,& oĩs rei indiſſolubilẽ manſionẽ firmat,& deificationẽ ipſam donat,virtutem
ad hoc his qui deificãtur præbens. Et totaliter nihil eſt vniuerſaliter exiſtentium ab omni-
potentis firmitate & ambitu diuinæ virtutis ſegregatum. Q̲d̲ enim vniuerſaliter habet nullã
Elymas magus. virtutẽ, neq; eſt,neq; erit aliqua ipſius oĩno poſitio. ¶Et quidẽ dicit Elymas magus: Si oĩpotẽs
eſt deus,quõ dr̃ aliquid nõ poſſe à noſtro theologo? Improperat autem diuino Paulo,q̃ dixit
2.Tim.2. deum non poſſe negare ſeipm̃. Apponens aũt hoc,nimium timeo ne & ſtultitiæ debeã riſum,
puerorum effrenoꝝ ædificationes ſuper harenã & infirmas diſſoluere moliens,& ſicut cõtra
quandam impoſſibilem intentionẽ iaculari ſtudens contra theologicã de iſto deliberationẽ.
Etenim ſuiipſius negatio caſus eſt à veritate, ỽitas aũt exiſtens eſt & à ỽitate caſus,ab exiſten
te eſt caſus.Si igitur ỽitas exiſtens eſt,negatio aũt ỽitatis eſt ab exiſtente caſus,ab exiſtente de-
us cadere non põt.Et hoc nõ eſſe non eſt.Sicut ſi aliquis dicat,non poſſe non põt,& nõ ſcire ſe-
cũdum priuationẽ non nouit. Q̲d̲ ſapiens non intelligens imitat̃ pugilum inexpertos, q̃ mul-
toties infirmos eſſe aduerſarios ſupponentes ſcd̃m q̃ videtur ſibiipſis, & contra abſentes illos
viriliter vmbram pugnæ facientes,& aërem vanis plagis confidenter percutientes,opinantur
aduerſarios ipſos obtinuiſſe,& p̃dicant ſeipſos,neq; ſcientes illoꝝ virtutẽ.Nos aũt dicta theo-
logi,ſcd̃m q̃ eſt poſſibile,coniectantes,deũ ſuperpotentẽ laudamus ſicut oĩpotentẽ, ſicut bea-
tum & ſolum potentẽ,ſicut dñantem in ptãte ſua æuo,ſicut ſcd̃m nihil ab exiſtentibus exciden
tem,magis aũt & ſuperhabentẽ & p̃habentẽ oĩa exiſtẽtia ſcd̃m virtutẽ ſupſubſtantialẽ, & oib⁹
exiſtentibus poſſe eſſe,& hoc eſſe ſcd̃m abundantiã excedẽtis ỽtutis copioſa effuſiõe largientẽ.
Deus q̃re noĩatiuſtitia. ¶Iuſtitia aũt rurſus laudatur deus ſicut oĩbus ſcd̃m dignitatẽ diſtribuens,& commenſuratio-
nem & pulchritudinẽ & bonã ordinationẽ & ornatũ,& oẽs diſtributiones & ordines ſegregãs,
vnicuiq; ſcd̃m ỽe exiſtentẽ iuſtiſſimã diffinitionem, & oĩbus propriȩ operationis ipſorum cã E
exiſtens. Oĩa enim diuina iuſtitia ordinat & terminat,& oĩa ab oĩbus immixta & non confuſa
ſaluat,omnibus exiſtentibus conuenientia vnicuiq; donat ſcd̃m dignitatem vnicuiq; exiſten-
tium ſupuenientem. ¶Et ſi iſta recte dicimus,q̃cunq; improperant diuinȩ iuſtitiæ,latet ſe,ſui-
ipſoꝝ iniuſtitiã manifeſte condemnantes. Dicunt enim debere ineſſe mortalibus immortali-
talitatem,& imperfectis perfectum,& per ſe mobilibus per aliud mobilem neceſſitatẽ,& varia
bilibus identitatẽ,& infirmis eſſe perfecte potentia,& temporalibus eſſe æterna,& natura mo-
tis eſſe immutabilia,& tp̃ales delectationes eſſe æternas, & totaliter ea quæ ſunt alioꝝ alijs at-
tribuunt. Oportet aũt videre diuinã iuſtitiam in hoc verã iuſtitiã,q̃ oĩbus attribuit propria
ſcd̃m vniuſcuiuſq; exiſtentiũ dignitatẽ,& vniuſcuiuſq; naturã in proprio ſaluat ordine & vir-
tute. ¶Si dicat aliquis,non eſt iuſtitiæ hoĩes ſc̃tõs dimittere non adiutos à prauis cruciatos.
Ad q̃d dicendum,q̃ ſi illi q̃s dicis ſc̃tõs, diligunt quidẽ ea quæ ſunt ſuper terram, ab inhȩrenti-
bus materiæ zelata, à diuino omnino ciciderunt amore,& non noui quõ ſc̃ti vocent̃,iniuriã
facientes vere amabilibus & diuinis propter inzelabilia et inamabilia ab eiſdem non religio- F
ſe reprobatis. Si autem vere exiſtentia amant, lætari conuenit quȩdam deſiderantes quando
deſiderabilia conſequuntur. Aut nunquid tunc magis appropinquant angelicis virtutibus,
quando ſicut eſt poſſibile, deſiderio diuinorum recedunt à materialium paſſibili affectione,lu
ctantes ad hoc valde viriliter in aduerſitatibus pro bono? Quare verum eſt dicere,q̃ hoc diui
næ iuſttiæ magis eſt proprium, non mollire et deſtruere optimoꝝ animoſitatem materialiũ
donationibus. Neq; ſi aliquis conetur hoc facere dimittere non adiutos,ſed collocare ipſos in
Deus q̃re dicat̃ ſaluator pulchra et inflexibili ſtatione,et attribuere ipſis talibus exiſtentibus ſcd̃m dignitatem. ¶Ipſa
igitur diuina iuſtitia et Saluatio totorum laudat̃,propriã vniuſcuiuſq; et mũdam ab alijs ſub-
ſtantiam et ordinẽ ſaluãs et cuſtodiens,et cauſa munde exiſtens in totis propriȩ operationis.
Si aũt aliquis ſaluationẽ laudet,et ſicut ex prioribus tota ſaluatorie abripientẽ oĩno alicubi,et
hunc nos laudatorẽ largiſſimæ recipiemus ſaluationis. Et hanc primã ſaluationẽ totoꝝ roga
bimus ipſum diffinire, q̃ oĩa in ſeipſis intranſmutabilia et nõ pugnãtia et fortia contra peiora
ſaluat,et omnia cuſtodit non pugnãtia et non bellãtia,ſingula ſuiipſorum rationibus ornata,
et omnem inæqualitatem et alienam operationem ex totis exterminat, et proportiones vni-
Deus q̃re noiet̃ redemptor uſcuiuſq; conſtituit,non valentes cadere ad contraria nec tranſire. ¶Quoniã et ita ſaluationẽ
aliquis laudabit,non longe ab intentione ſanctæ theologiæ, ſicut oĩa exiſtentia ſaluatoria o-
mnium bonitate à caſu propriorum bonoꝝ liberãtem, ſcd̃m q̃d vniuſcuiuſq; eoꝝ quȩ ſaluãt
ſuſcipit natura. Propter q̃d et liberationẽ ipſam nominãt theologi,inq̃tum nõ ſunt vere exiſtẽ
tia ad nihil eſſe cadere,et inq̃tum et aliq̃d ad peccatum et inordinatum fallatur,et minoratio-
nem quãdã patiatur perfectionis propriorũ bonorum:et hoc à paſſione et infirmitate et pri-
uatione liberat,implẽs minus hñs,et paternè infirmitatẽ ſupportans, et ſuſcitãs à malo magis
autem



autem ſtatuens in bono,et percuſſum bonum adimplens, et ordinans et ſtatuens, et ornans
inordinationem ipſius & inornatum, & integrum perficiens, & ab omnib⁹ maculatis ſoluẽs. De inæq̃litate.
¶Sed de iſtis quidem & de iuſtitia dictum eſt,ſecundum quam omnium æqualitas menſura-
tur & diffinitur,& omnis inæqualitas quæ eſt ſecundum priuationem æqualitatis,quæ eſt in
ipſis ſingulis exterminat̃. Etenim inȩqualitatẽ,ſi quis accipiat differẽtias in toto totoꝝ ad tota,
& huius iuſtitia eſt ſeruatiua,nõ cõcedẽs cõmixta tota in totis facta turbari,cuſtodiẽs autẽ exi-
ſtentia omnia, ſecũdum ſpeciem unumquodq; in qua unumquodq; eſſe ſcd̃m naturã habet.

## De magno,paruo,eodẽ,altero,ſimili,diſſimili,ſtatiõe,motu,æq̃litate. Cap. IX.

QVoniam autem & magnum & paruum attributum eſt omniũ cauſæ, & idem
& alterum,& ſimile & diſſimile,& ſtatus & motus, age & horũ inſignium qui-
bus deus nominatur,quæcunq; ſunt nobis manifeſta contẽplemur. Igitur Ma Deus q̃re dicat̃ magnus.
gnus quidem in eloquijs deus laudatus eſt, & in magnitudine,& in aura ſubti-
li, diuinam manifeſtantem paruitatem. Et Idem quando dicunt eloquia: Tu au
tem idem ipſe es. Et Alter,ſicut quando multæ figuræ,& multȩ formȩ ab eiſdem eloquijs cõ 3. Re. 19.
ponitur. Et Similis, ſicut ſimilium & ſimilitudinis ſubſtantificator. Et Diſſimilis omnibus,ſi- Pſal.101.
cut quod non ſit ipſi ſimile. Et Stans,& immobilis,& ſedens in ſecula. Et Motus,ſicut ad om
nia ambulans:& quæcunq; alia iſtis æquipollẽtes dei nominationes ab eloquijs laudãtur. Igi Magnus deus.
tur Magnus quidem deus nominatur ſecundum magnitudinem ipſius, quȩ ſeipſam tradit o-
B mnibus æternaliter magnis, & extra omnem magnitudinem eſt ſuperfuſa, & ſuperextenta,
omnem locum continens, omnem numerum ſupergrediens, omnẽ infinitatem tranſiens,&
ſecundum ſuperplenum ipſius & magnificum, & fontana ipſius dona inquantum ipſa ab o-
mnibus participata,ſecundum infiniti doni effuſionem non minorata omnino ſunt, & ean-
dem habent ſuperplenitudinem,& non minorãtur participationibus,ſed & magis ſuperma-
nant. Magnitudo hæc & infinita eſt,& ſine quantitate & ſine numero. Et hic eſt exceſſus ſe- Paru⁹ de⁹
cundum abſolutam & ſuperextentam infinitæ acceptæ magnitudinis effuſionem. ¶Par-
uum autem, id eſt, ſubtile in ipſo dicitur quod omne pondus & diſtantiam excedit, & quod Hebrȩ.4.
per omnia ſine prohibitione uadit. Et quidem & omnium cauſa eſt paruum. Nuſquam
enim inuenies parui formam non participatam. Ita igitur in deo paruum eſt accipien-
dum, ſicut ad omnia, & per omnia ſine impedimento uadens, & operans, & pertingens
uſque ad diuiſionem animæ & corporis, & compagum, & medulltarum, & intentionum
cordis magis autem exiſtentium uniuerſorum. Non enim eſt creatura occulta in conſpectu
eius. Hoc paruum ſine quantitate eſt, & ſine numero, & incomprehẽſibile,non ualens tene-
ri,ſine termino,ſine diffinitione, & comprehenſiuum omnium: ipſum autem incomprehenſi
bile. ¶Idem autem eſt ſuperſubſtantialiter æternum et inconuerſibile, in ſeipſo manens,ſem Idem de⁹
per ſecundm eadem,et eodem modo habens,omnibus eodem modo præſens:et ipſum ſecũ-
dum ſeipſum in ſeipſo firme et incontaminate in optimis finibus abundantis identitatis collo
C catum,intranſmutabile,in oppoſitum non ualens cadere,forte,inuariabile, mundum, imma
teriale,ſimpliciſſimum,non indigens, non augmentabile, non minorabile, ingenitum,nõ ſi-
cut nõdum genitum aut imperfectum,aut ſicut ab hoc aut iſtud non factum,aut nuſq̃, nullo
modo exiſtens,ſed ſicut omne ingenitum, & abſolute ingenitum & ſemper exiſtens, & ſe per
fectum exiſtẽs, & idem exiſtens ſcd̃m ſeipſum, & a ſeipſo uniformiter, & idẽtitatis forma de-
terminatum, & idem ex eodem omnibus ad participãdum cõuenientibus ſuperſplendẽs, &
alia alijs coordinans,abundãtia & cauſa identitatis in ſeipſo, & cõtraria eodem mõ præhabẽs,
ſcd̃m unam & ſingularẽ totius idẽtitatis excedẽtem cauſam. ¶Alterũ aũt,q̃m prouiſiue deus Alter de⁹
omnibus adeſt, & omnia in omnibus propter omniũ ſit ſaluationẽ manẽs in ſeipſo & p̃pria
idẽtitate, & inegreſſibiliter ſcd̃m operationẽ unã et inpauſabilẽ ſtãs,et ſeipſum donãs indecli-
nabili uirtute ad deificationẽ cõuerſorũ,et alteritatẽ uariarum figurarũ dei ſcd̃m multiformes
uiſiões:altera quædã præter hoc q̃ apparẽt,apparẽtibus ſignificare,putãdum eſt. Sicut eñ ſi
animã ipſam ſermo formaret corporaliter, et p̃tes corporales ſimplici circũponeret, aliter in-
telligerem⁹ in ipſa partes circũpoſitas ſimplicitati ſcd̃m proprietatẽ animæ. Et caput quidem
mentem,collum autem opinionem ſicut in medio ratiõis et irrationabilitatis. pectus autem,
furorem, uentrem autem cõcupiſcentiam, crura autem et pedes, naturam dicerem⁹, partium
nominibus ſignis potẽtiarũ utentes. Multomagis alteritatẽ formarũ et figurarum in eo qui Diuina lõgitudo, latitudo & profunditas.
eſt ſuper omnia ſanctis et deo cõuenientibus et myſticis reſeratioibus purgari cõuenit. ¶Et ſi
uis triplices corporum figuras inpalpabili et inſigurabili deo circumponere, latitudo quidem
diuina eſt dicẽda, ſuperlatus dei ad omnia proceſſus. Lõgitudo autẽ uirtus ſuper tota extẽta,

Profunditas autem omnibus exiſtentibus incõprehenſibile occultum & ignorantia. Sed ne lateamus noſmetipſos ex reſeratione figurarum & formarũ alteritatis incorporales dei nominationes his quæ ſunt per ſigna ſenſibilia cõmiſcentes, propter ꝙ de iſtis quidem in ſymbolica theologia. Nunc aũt ipſam diuinam alteritatẽ non uariationem ꝗdam ſuperincõuertibilis identitatis ſuſpicemur, ſed unitiuam ipſius multiplicẽ formationẽ, & uniformes multæ fœcunditatis ad oĩa proceſſiones. ¶ Similem autẽ deum ſi dicat aliquis quidẽ, ut eundem ſicut totum per totum ſibijpſi ſingulariter & in diuiſibiliter exiſtentem ſimilẽ, non eſt improbanda nobis ſimilis dei nominatio. Theologi autẽ exiſtentẽ ſuper omnia deum ſcd̃m quod ipſe eſt, nulli dicunt eſſe ſimilem. Ipſum autẽ ſimilitudinem diuinã dare ijs qui ad ipſum exiſtẽtem ſuper oẽm & diffinitionem & rationẽ conuertuntur ſcd̃m uirtutem imitatione. Et eſt diuinę ſimilitudinis uirtus, quæ aduenientia omnia ad cauſam conuertit. Iſta igitur dicere conuenit ſimilia deo, & ea ſecũdum imaginẽ diuinam & aſſimulutionẽ. Neqꝫ enim ipſis deum eſſe ſimilem, quoniam neqꝫ propriæ homo imagini eſt ſimilis. Etenim in coordinatis quidem poſſibile eſt & ſimilia ipſa ſibi inuicem eſſe & conuertere ad alterutra ſimilitudine, & eſſe ambo ſibijnuicem ſimilia ſcd̃m præcedentem ſimilis ſpeciem. In cauſa autẽ & cauſatis, nõ recipiemus cõuerſionem. Non enim ſolis iſtis, uel iſtis ſimile eſſe donatum eſt: omnibus autem ſimilitudine participantibꝰ deus fit cauſa ꝙ ſint ſimilia, & erit & ipſius ſubſtantificator ſimilitudinis, & qđ eſt in omnibus ſimile, ueſtigio quodam diuinæ ſimilitudinis eſt ſimile, & unitionem ipſorum complet. ¶ Et quid oportet de iſto dicere? Ipſa enim theologia Diſſimilem ipſum eſſe prædicat, & non omnibus coordinatũ, ſicut ab omnibus alterum. Et hoc quidem eſt inopinabilius, E quod neqꝫ eſſe aliquid ſimile ipſe dicit. Et quidẽ non eſt cõtrariꝰ ſermo aſſimulatiõi ad ipſum. Etenim eadem ſimilia ſunt deo & diſſimilia, hoc quidem ſecundum cõtingentem non imitabilis imitationẽ: hoc aũt ſcd̃m ꝙ cauſata minus habent cauſa & menſuris infinitis, & incõparabilibus deificentia. ¶ Quid aũt & de diuina ſtatione aut ceſſione dicimus? Quid autẽ aliud quidẽ præter hoc ꝙ manet in ſeipſo ipſe deus, & immobili idẽtitate ſingulariter eſt fixus & ſupercollocatus, & ꝙ ſecundũ eadẽ & circa idem, & eodem modo operatur, & ſecundum hoc quod ipſe intranſmutabilis eſt ex ſeipſo oĩno, & ꝙ non poteſt ipſe in contrarium moueri, & totaliter eſt immobilis, & hoc ſuperſubſtãtialiter? Ipſe enim eſt omniũ ſtationis & ſedis cauſa, quæ eſt ſuper omnem ſedem & ſtationem: & in ipſo cuncta cõſiſtunt ex propriorũ bonorũ ſtatione incõmota cuſtodita. ¶ Quid autem, & quãdo rurſus theologi, & ad omnia procedẽtem & motum dicunt immobilẽ? Num ut decet deum, & hoc eſt intelligẽdum? Moueri ẽm ipſum religioſe æſtimandum eſt, non ſcd̃m portationẽ, aut mutationem, aut alterationẽ, aut modalem, aut localẽ motum, non directum, non circularẽ, non ex ambobꝰ, non intelligibilẽ, non animalem, non naturalẽ: ſed eo quod ad ſubſtantiã agat deus, & cõtineat oĩa, & totaliter omnia prouideat, & eo ꝙ aſſit omnibꝰ omnium circũitu immenſurabili, & ad exiſtentia oĩa prouiſiuis proceſſibus & operationibꝰ. ¶ Sed & motus dei immobilis, ut decet deum, laudari ſermone permittitur. Et rectum quidem intelligere cõuenit, indeclinabilẽ & inflexibilẽ proceſſum operationũ, & ex ipſo totorũ generationẽ. Obliquum aũt, ſtabilem proceſſum & generatiuum ſtatum. Secundum circulum aũt identitatem & media, & extrema circũdantia & circũdata continere, & conuerſionẽ ad ipſum eoꝝ quæ ab eo proceſſerunt. ¶ Si aũt aliquis in eloquijs dei nominationẽ eiuſdem aũt iuſtitię. Inæquali ſumat, dicendũ eſt ęqualẽ eſſe deum, non ſolum ſicut ſimplicẽ & indeclinabilẽ, ſed & ſicut ad omnia, & per oĩa æqualiter procedẽtem, & ſicut ipſius per ſe æqualitatis ſsbſtãtificatorem, ſcd̃m quam ęqualiter operaꝛ per om̃ia ſimilem illoꝝ inuicem ambulationẽ, & ſuſcipientiũ æqualem participationẽ ſcd̃m ſingulorũ oportunitatem, & ęqualem ſcd̃m dignitatẽ ad omnia diſtributam donationẽ: & ſcd̃m hoc ꝙ omnẽ præaccepit æqualitatẽ intelligibilẽ, intellectualẽ, rationalẽ, ſenſiblẽ, ſubſtantialẽ, naturalem, uoluntariã, ſegregate & unitiue in ſeipſo, ſecũdum uirtutem omnis æqualitatis effectiuam ſuper omnia exiſtentem. F

Similitudo diuina. Pſal 85. Iſaiæ. 40. Ier. 10. 50

Diſſimilitudo diuina.

Satio diuina.

Motus diuinus.

Motus diuinus duplex.

Aequalitas diuina

## De omnipotente, uetere dierum: in quo & de æuo, & tempore. Cap. X.

Olpotentia diuina

VIde autẽ uerbo multoꝝ nominũ deum, ſicut oĩpotentẽ & ſicut ueterẽ dierũ laudare. Hoc enim dicitur quidẽ propter hoc ꝙ oĩm ipſe eſt oĩpotens ſeſſio, cõtinẽs & circũiens tota, & collocans, & fundãs, & circũſtringens, & firmũ in ſeipſa oẽ perficiens, & ex ſeipſa tota quẽadmodum ex radice omnitenẽte producẽs & ad ſeipſam omnia, quemadmodũ ad plantationem omnitenentẽ conuertens, & cõtinens ipſa ſicut oĩm ſeſſio omnitenẽs cõtenta om̃ia ſcd̃m unam excedentẽ omnia continentiam firmans, & non dimittens ipſa decidentia à ſeipſa ſicut ex eſſentia perfecta mota deſtrui. Dicitur



Dicitur autẽ omnitenẽs thearchia, et ſicut om̃ia tenẽs, et immixte gubernatis principans, et ſic A ut omnibus deſiderabilis et interminabilis exiſtẽs, et ſupermittẽs omnibus voluntarias leges, et dulces partus diuini et omnipotentis, et indiſſolubilis amoris ipſius bonitatis. ¶ Dierum autem antiquus laudatur deus, propter hoc ꝙ omniũ ipſe eſt & æuũ et tẽpus, et ante dies, et ante æuum, et tẽpora. Et quidẽ et tẽpus, et diẽ, et quartam partẽ anni, et æuum, vt decet deum ipſum dicere conuenit, ſicut exiſtẽtem ſecundum omnẽ motũ intranſmutabilẽ et immobilẽ, et in hoc quod ſemper mouetur manẽtẽ in ſeipſo, & ſicut æui, & tẽporis & dierũ cauſam. Propter quod & in ſanctis myſticarũ dei viſionũ apparitionibus, & canus & nouus cõponitur. Seniore quidẽ ſignificãte antiquũ & à principio exiſtẽtẽ: iuniore autẽ ſine ſenectute, aut ambobus docentibus ipſum à principio vſqꝫ ad finẽ per oĩa ꝓcedere, aut ſicut diuinus noſter ſanctitatis perfector dicit diuinam principalitatẽ vtroqꝫ monſtrante, ſeniore quidẽ primũ in tẽpore, iuniore aũt ſecundum numerum principalius habente, quoniam vnitas & ea quæ ſunt circa vnitatẽ, ſunt principaliora numeris q̃ multũ proceſſerunt. ¶ Oportet aũt (ſicut arbitror) & tẽporis & ęui naturam ex eloquijs videre. Etenim non oĩno & abſolute ingenita & vere æterna, vbiqꝫ dicit æterna, ſed & incorruptibilia, & immortalia, & inuariabilia, & exiſtẽtia eodẽ modo, ſicut quãdo dicit: Eleuamini potæ æternales, & ſimilia. Multoties autẽ & antiquiſſima æui nominatione figurat, & totam rurſus tẽporis appoſitionẽ ſecundũ nos eſt quando æuũ appellat, ſecundũ quod & proprietas æui eſt antiquũ & inuariabile, & totũ ſecundũ totũ metiri. Tẽpus aũt vocant quod in gñatiõe & corruptione, & variatione, & aliquando aliter ſe habet. Propter quod & nos hic ſecũdũ tẽpus terminatos, æuo participaturos theologia dicit, quando incorruptibile & ſemper eodem modo habens æuũ cõſequemur. Eſt autẽ q̃n in eloquijs & tẽporale æuũ glorificatur, & æternũ tẽpus, quamuis ſcimus ipſis magis & magis proprie exiſtentia æuo, & ea quæ ſunt in generatione, tẽpore & dicta & monſtrata. Oportet aũt non ſimpliciter coæterna deo, qui eſt ante æuũ, arbitrari æterna dicta. Sequentes autẽ venerandiſſima eloquia inconuerſibiliter, æterna quidẽ & ſine tẽpore ſecundum cognitos ſibi ſubaudire modos, media aũt exiſtentiũ & factorũ quęcũqꝫ ſecundum aliquid quidem æuo, ſecundum aliquid vero tẽpore participant. Deum aũt & ſicut æuum, & ſicut tẽpus laudare conuenit, ſicut tẽporis omnis & æui cauſam, & antiquum dierum ſicut ante tẽpus et ſuper tẽpus, et variantẽ quatuor partes anni et tẽpora. Et rurſus ante ſecula exiſtentem, inquantum ante æuum eſt et ſuper æuum, et regnum ipſius regnum omnium ſeculoꝝ, Amen. B

Antiquus dierum. Dan. 7.

Senectus dei. Iuuentus dei.

A eternitas. Pſal. 13.

Tempus. Lucæ. 20. Pſal. 80.

Dan. 7. Pſal. 144.

## ¶ De pace: & quid uult, per ſe eſſe, quæ per ſe uita, quæ per ſe uirtus, & quæ ita dicuntur. Caput. XI.

C AGe igitur diuinam et principẽ congregationis pacẽ, hymnis pacificis laudemus. Ipſa enim eſt omniũ vnitiua, et vniuerſorum et conſenſus, et connaturalitatis generatiua et operatiua. Propter quod et omnia ipſam deſiderant diuiſibilem ipſorũ multitudinẽ conuertentẽ ad totã vnitatẽ, et naturale omnis rei bellũ vnientem ad cõformẽ cohabitationẽ participatiõe diuinæ pacis, digniores cõgregatiuarum virtutũ, et ipſe ad ſeipſas et ad alias inuicẽ vniuntur, & ad vnũ totorũ pacis principatũ & ſubiecta vniũt, & ipſa ad ſeipſa & ad alia inuicẽ, et ad vnũ et perfectũ omniũ principiũ pacis et cauſam. Quæ ſimpliciꝫ ſupueniẽs totis ſicut quibuſdã vectibꝰ diuerſoꝝ cõcluſiuis oĩa diffinit, terminat et firmat, et non ſinit diuiſa effundi ad interminatũ et infinitũ inordinata et nõ collocata, et deſerta à deo facta, et ab vnitiõe ſuijpſoꝝ exeuntia, et in ſeinuicẽ om̃i mixtione cõſperſa. ¶ Igiꝫ de ipſa quidẽ diuina pace quodcunqꝫ eſt et ſilẽtio, & quod ſanctus Iuſtus ineffabilitatẽ vocat, et ad omnẽ cognitũ proceſſum immobilitatẽ, et quõ q̃eſcit et ſilẽtiũ agit, et quõ in ſeipſa et intra ſeipſam eſt, et ad ſeipſam totã, tota ſuperunita eſt, et neqꝫ ad ſeipſam ingrediens et multiplicans ſe ipſam, derelinquit ſuijpſius vnitionẽ, ſed et procedit ad omnia, intus tota manens, per exceſſum oĩa ſuperantis vnitiõis, neqꝫ dicere, neqꝫ cogitare alicui exiſtẽtiũ, neqꝫ eſt fas, neqꝫ poſſibile, ſed ſicut ineffabile, et hoc et ignotũ ipſi attribuẽtes, ſicut exiſtenti ſuper oĩa, intelligibiles ipſius et dictas participatiões, et hoc vt ẽ poſſibile viris et nobis, à multis bonis viris deficiẽtibus inſpiciemus. ¶ Et primũ quidẽ hoc eſt dicendum, quod ipſam per ſe pacẽ, et totã particularẽ ſubſiſtere facit, et q̃d oĩa ad ſe inuicẽ cõcreta facit ſecũdũ incõfuſam ipſoꝝ vnitionẽ ſecũdũ quã indiuiſibiliꝫ vnita et indiſtãꝫ, tñ pura ſingula ſcd̃m ꝓpriã ſpeciẽ ſubſiſtũt, nõ velata ꝑ cõcretionẽ ad oppoſita, neqꝫ ebetãtia aliq̃d vnitiuæ diligẽtiæ et puritatis. Vnã igiꝫ quãdã et ſimplicẽ pacificę vnitiõis contẽplemur naturam vnientem vniuerſa ſibijpſi, et illis ipſis et ſibijnuicem, et ſaluantem omnia in non confuſa omnium continentia et immixta, et concreta. ¶ Propter quam diuinæ mentes vnitæ intellectibus ſuis vniũtur et vnitis, et rurſum ad ignotã aſcendũt ſup mẽtẽ collocatorũ

Pax diuina.

Pax diuina quæ.

catoꝝ coniunctionē. Propter quā animæ largiſſimas ipſaꝝ rationes vnientes,& ad vnā intelle D
ctualē congregantes puritatē,proueniūt iuxta proprietatē ſuā via & ordine per imaterialem&
ſimplicē intellectū ad eam quæ eſt ſuper intellectū vnitionē. Propter quā vna & indiſſolubilis
omniū cōplexio ſecundū diuinā ſuipſius harmoniā conſiſtit,& concordatur conſonantia per-
fecta,& conſenſu,& connaturalitate,& congregata inconfuſe,& indiſſolubiliter cōtēta. ¶ Trā-
ſit enim perfecte totalitatis pax ad oīa exiſtentia,ſecundū ſimpliciſſimā ipſius & immixtā v-
nificæ virtutis præſentiā vniens omnia,& coniungens extrema per media extremis, ſecūdum
vnā connaturalē coniuncta amicitiā,& frui ipſa donans,& extremis oīs rei terminationibus,&
omnia conſentientia faciens vnitatibus,identitatibus,vnitionibus,congregationibus,indiuiſi-
biliter,videlicet diuina pace ſtante,& in vno oīa monſtrante & per oīa proficiſcente, & à pro-
pria identitate non recedente. Procedit enim ad omnia,& tradit oībus ſeipſam iuxta ipſorū p-
prietatē,& ſupermanat abundantia pacificæ fœcunditatis,& manet propter exceſſum vnitiōis
tota ad totā,& ſecundū totā ſeipſam ſuperunita. ¶ Quomodo autē dicat aliquis,deſiderant o-
mnia pacē? Multa enim alteritate & diſcretione gaudent,& non aliquando velint ſponte qui-
eſcere. Et ſi quidē dicens hæc,dicit alteritatē & diſcretionē vniuſcuiuſq; exiſtentiū proprietatē,
& quod hanc neq; vnū exiſtentiū exiſtens quod eſt,velit aliquando perdere. Non quidē neque
nos ad hoc contradicemus,ſed & hoc pacis deſideriū eſſe enunciamus. Omnia enim diligunt
ad ſeipſa & pacē habere et vniri,et ſua et quæ ſunt ſuorū eſſe immobilia,et cadere non valētia. E
Et eſt et mundæ ſingulorū proprietatis perfecta pax ſeruatiua,prouidentijs ipſius pacē donan-
tibus,omnia non bellantia et inconfuſa,et ad ſeipſa,et ad ſeinuicē ſaluans,et omnia inſtabili et
indeclinabili virtute ad ſuipſorū pacē et immobilitatē ſtatuens. Et ſi mota omnia nō quieſce-
re ſed moueri ſemper ipſorum motu velit,et hoc deſideriū eſt totoꝝ diuinæ pacis,omnia in ſe
ipſis cadere non valentia ſaluantis,et omniū motoꝝ proprietatē et motiuā vitā immobilē et
cadere non valentē cuſtodientis,in eo quod mota ad ſeipſa pacē habentia,et eodē modo habē-
tia,operantur ea quæ ſunt ſuipſoꝝ. Si autē ſecundū caſum à pace alteritatē dicens conatur pro-
bare non eſſe omnibus amabilē pacē,maxime quidē nihil eſt exiſtentiū quod ab omni perfecte
vnitione ceciderit. Quod enim eſt omnino inſtabile,et interminatū,et incollocabile, et indefi-
nitū,neq; exiſtens eſt,neq; in exiſtentibus. ¶ Si autē iſtos dicit paci et pacis bonis inimicari,qui
litibus,et furoribus,et variationibus,et inſtabilitatibus gaudent,et iſti obſcuris imaginibus pa
cifici deſiderij tenentur,à paſſionibus multū mouentibus impugnati,et iſtas ſedare ſtulte deſi-
derantes & arbitrantes,ad impletione ſemper fluentium pacem habere ſeipſos,non conſequu-
tione delectationum ſe tenentium perturbatos. Quid dicat quidem aliquis de benignitate pa- F
cē effundēte ſecūdū Chrm, ſcdm quā nō iā didicimus,bellum facere,neq; nobiipſis,neq; alijs,ne
q; angelis,ſed & cum ipſis diuina ſecundum virtutem operabimur ſecundum prouidentiā Ie-
ſu,omnia in omnibus cooperantis,& facientis pacem ineffabilem,& ex ſeculo prędefinitam,&
reconciliantis nos ſibiipſi in ſpiritu,& per ipſum,& in ipſo patri. De quibus ſupernaturalibus
donis in theologicis hypotipoſibus ſufficienter dictum eſt,teſtimoniū perhibente nobis & ſan-
cta eloquiorum inſpiratione. ¶ Sed quoniam & alibi per epiſtolam me interrogaſti, quid for-
te dicam per ſe eſſe,per ſe vitam,per ſe eſſe ſapientiam. Et ad teipſum dixiſti dubitaſſe, quomo-
do deum aliquando quidem per ſe vitam dico,aliquando autem per ſe vitæ ſubſtantificatorē,
neceſſarium arbitratus ſum ſancte dei vir,& ab hac dubitatiōe in nobis te abſoluere. Et primū
quidem vt multipliciter dicta,& nunc aſſumam,non eſt contrarium per ſe virtutem,aut per ſe
vitam dicere deum,& per ſe vitæ aut pacis aut virtutis ſubſtantificatorem. Hæc enim quidem
ex exiſtentibus,& maxime ex primo exiſtentibus,ſicut cauſa omnium exiſtentium dicitur. Illa
autem ſicut ſuper omnia,& etiam quæ prius ſunt ſuperexiſtens ſuperſubſtantialiter. Dicis autē,
quid totaliter dicimus per ſe eſſe,aut per ſe vitam,aut quæcūq; abſolute & principaliter eſſe,&
ex deo primo ſubſiſtere ponimus? Hoc autem dicimus,non eſt obliquum ſed rectum & ſimpli
cem habens manifeſtationem. Non enim ſubſtantiam quandam diuinam aut angelicam eſſe
dicimus per ſe eſſe quod eſt cauſa quod ſint oīa. Solū enim quod ſint exiſtentia oīa, & ipſum
eſſe ſuperſubſtantiale eſt principiū,& ſubſtantia,& cauſa,neq; vitæ generatiuā aliā deitatē dici
mus præter ſuperdeā vitā omnium quæcunq; viuunt,& ipſius per ſe vitæ cauſam,neq; vt colli
gendo dicamus principales exiſtentium & creatiuas ſubſtantias & perſonas,quas & deos exi-
ſtentiū & creatores per ſe faciētes dixerūt. Quos vere & proprie dicēdū ōn exiſtētes,neq; ipſi ſci-
uerūt,neq; patres eoꝝ. Sed per ſe eſſe & p ſe vitā & p ſe deitatē dicimus,& diuine & cauſaliter v-
nū oīm ſupprincipale & ſuperſubſtātiale principiū & cauſam participalit̄ aūt datas ex deo im
participabili prouiſiuas virtutes,per ſe ſubſtātificationē,per ſe viuificationē,per ſe deificationē,
quibus



A quibus exiſtentia iuxta proprietatem ſuam participantia,& exiſtentia,& viuentia,& diuina &
ſunt & dicuntur,& alia ſimiliter. Propter quod & primo ipſorū bonus ſubſtantificator dicitur
eſſe,poſtea totoꝝ ipſorū,poſtea particulariū ipſoꝝ,poſtea totaliter ipſis participantium. ¶ Et
quod oportet de iſtis dicere? Quandoquidē diuinoꝝ quidā noſtroꝝ magiſtroꝝ ſanctorum,&
ipſius per ſe bonitatis & deitatis ſubſtantificatricē dicunt ſuperbonā & ſuperdeam per ſe boni
tatē & deitatē,dicentes eſſe beneficū & deificū,ex deo proueniens donū, & per ſe pulchritudi-
nē,p ſe pulchrificā effuſionē,& totā pulchritudinē,& particularē pulchritudinē,& totaliter pul-
chra,& in parte pulchra,& quæcunq; alia ſecundū eundē dicta ſunt,& dicentur modū,monſtrā
tia prouidentias & bonitates participatas,ab exiſtentibus ex deo imparticipabili procedentes
copioſa effuſione,& ſupermanantes,vt diligenter oīm cauſa ſit ſupra oīa,& excedat oīno ſuper
ſubſtantiale & ſupernaturale exiſtentia ſecundū quācūq; ſubſtātiā & naturā.

## ¶ De ſctō ſctōrū, Rege regū, Domino dominorum, Deo deorum. Cap. XII

SEd qm̄ & de iſtis quæcunq; dicere oportebat,conuenientem (vt arbitror) accepe-
runt finem,laudare nos conuenit eum qui eſt infinitoꝝ nominū,& ſicut Sanctum Danie. 9
ſanctorum,Regem regnantiū,& regnatorem ſeculorum & in ſecula, & adhuc vt Apoc 19
Dominū dominorum,& Deū deorum. Et primum quidem eſt dicendum, quod Danie. 4
quidem per ſe bonitatem eſſe arbitramur,quid autem regnum,quid autem domi Iſaię. 9
nationem,quid autem deitatem, et quid volunt monſtrare eloquia duplicatione nominum. Miche. 5
Igitur ſanctitas quidem eſt (vt ſecundum nos dicatur) ab omni immunditia libera,& perfecta, Zacha. 9
& omnino immaculata munditia. Regnum autem omnis finis & ornatus,& legis & ordinis di Apoc. 17
B ſtributio. Dominatio autem,non peiorum exceſſus tantum,ſed & omnis & pulchrorum & bo Apoc. 19
norum perfecta omnimoda poſſeſſio,& vera & cadere nō valens fortitudo. Vnde & ab eo q̄d Ioſue. 2
eſt dominium facere dicitur dominatio,& dominus,& dominans. Deitas autem quæ oīa vi-
det prouidentia & bonitate perfecta,omnia circūſpiciens & continens,& ſeipſa implens,& ex-
cedens omnia prouidentia ipſa vtentia. ¶ Igitur hæc quidem in cauſa excedente omnia abſo-
lute laudare conuenit,& addendum eſt ipſam eſſe excedentem ſanctitatem,& dominationem,
& regnum,ſuperpoſitam & ampliſſimam deitatem. Etenim ex ipſa in vno collectiue ſubſiſtit,
& diſtributa eſt omnis munda diligentia oīs clare munditiæ,omnis exiſtentiū & ordinatio,
& ornatus,inconuenientiam & inæqualitatem,& incommenſurationem exterminans,& ad be
ne ordinatam identitatem & directionem exultans,& circūagens participatiōe ipſius quę ſunt
digna habita. Omnis perfecta & omnium pulchrorum perfecta poſſeſſio: omnis prouidentia
bona contemplatiua & contentiua prouiſoꝝ,ſeipſam benigne tribuens ad deificationem con-
uerſorum. ¶ Quoniam autem ſuperplenus oībus qui eſt omnium cauſa ſecundū vnum oīa
C excedentem exceſſum Sanctus ſanctorum laudatur,& reliqua ſecundum ſupermanantem cau
ſam & ſegregatum exceſſum. Sicut ſi aliquis dicat,inquantum excellunt non exiſtentibus exi-
ſtentia ſancta aut diuina,aut dominia,aut regalia,& rurſus participantibus participationes,ita
tantum collocatur ſuper omnia exiſtentia qui eſt ſuper omnia exiſtentia,& omnium participā
tium & participationum imparticipabilis cauſa. Sanctos autē & reges,& dominos,& deos vo-
cant eloquia in ſingulis principaliores ornatus,per quos ſecundi ex dei donis accipientes illo-
rū diſtributionis ſimplicitatē circa ſuipſoꝝ differentias multiplicant quorū varietatē prime p
uiſiue & deiformiter ad vnitatē ſuipſorū congregant.

## ¶ De perfecto & Vno. Caput. XIII.

TAnta & de iſtis. Ad ipſum autem reliquum ſi videtur ſermonem breuiſſimum ea-
mus. Etenim theologia de omnium cauſa,& omnia,& ſimul omnia prædicat, &
ſicut perfectum ipſum,& ſicut Vnum laudat. Igitur perfectum quidem eſt non ſo-
lum ſicut per ſe perfectum,& ſecūdum ſeipſum à ſeipſo vniformiter ſegregatum,
& totum per totum perfectiſſimū: ſed & ſicut ſuperperfectū ſecundum omniū ex-
ceſſum,& oīm q̄d ē infinitatē terminās,ſup omnē aūt terminū extētū,& à nullo captū aut cōphē
ſum,ſed extēdēs ſe ad oīa ſimul & ſup oīa indeficiētibus immiſſiōib' & interminabilib' opatiōi Perfectū
b'. Perfectū aūt rurſus dr̄,& ſicut inaugmētabile & ſp pfectū,& ſicut nō minorabile, ſicut oīa in diuinum.
ſeipſo præhabens & ſupmanās ſecundū vnā inpauſabilē & eādē,& ſupplenam,& imminorabi-
lem largitionē,ſecūdū quā perfecta oīa perficit,& propria adimplet perfectione. ¶ Num autē, Vnū diui
qm̄ oīa vnitiue eſt ſecundū vnius vnitatis exceſſum,& oīm eſt vnū inegreſſibiliter cauſa. Nihil num.
em̄ exiſtentiū eſt non participans vno. Sed ſicut omnis numerus vnitate participat,& vnus bi-
narius & denarius dicitur,& dimidiū vnum,& tertium,& decimum vnū,ita oīa & omnium
pars vno participant. & per id quod eſt vnum, oīa ſunt exiſtentia. Et non eſt quod oīm ē cau-
ſa vnū multoꝝ vnū,ſed ante oē vnū & multitudinē,& oē vnū & multitudinem determinans:

Neq; enim eſt multitudo non participans vno,ſed ea quæ ſunt multa partibus,ſunt vnum toto,& quæ ſunt multa accidentibus,ſunt vnum ſubiecto:& quæ ſunt multa numero aut virtutibus,ſunt vnum ſpecie,& quæ ſunt multa ſpeciebus ,ſunt vnum genere,& quæ ſunt multa proceſſibus,ſunt vnum principio. Et nihil eſt exiſtentium quod non participet ſecundum aliquid vno quod in eo quod eſt ſingulare ſecundum omnia,omnia & tota omnia & appoſita,& ſingulariter coaccepit. Et ſine vno quidem non erit multitudo,ſine multitudine vero erit vnum,ſicut & vnitas ante omnem numerum eſt multiplicatum. Et ſi omnibus omnia vnita aliquis ſupponat,omnia erunt in toto vnum. Et aliter:Et hoc ſciendum eſt,quoniam ſecundum vniuſcuiuſq; præexcogitatam ſpeciem vnita dicuntur eſſe ea quæ ſunt vnita,& omnium eſt vnum elementatū. Et ſi auferas vnum,neq; totalitas,neq; pars,neq; aliud quid exiſtentium erit. Omnia enim in ſeipſo vnum vniformiter præaccepit,& circumaccepit. ¶ Ita igitur theologia totā thearchiam ſicut omnium cauſam laudat vnius nominatione. Et vnus deus pater,& vnus dominus Ieſus Chriſtus,& vnus & idem ſpiritus propter excedentem totius diuinæ vnitatis ſimplicitatem,in qua omnia ſingulariter congregata ſunt,& ſuperunita,& præſunt ſuperſubſtantialiter. Propter quod & omnia ad ipſam iuſte remittūtur & reponūtur,à qua & ex qua,& per quā,& in qua,& ad quam omnia ſunt,& coordinata ſunt,& manent,& continentur,& adimplentur & conuertūtur. Et non inuenies aliquid exiſtētium quod non in vno ſecūdum quod omīs deitas ſuperſubſtātialiter nominatur,& ſit hoc quod eſt,& perficiatur,& ſaluetur. ¶ Et oportet & nos à multis ad vnum virtute diuinæ vnitatis conuerſos vnitiue laudare totam & vnam deitatem ſcilicet & omnium cauſam,vnum quod eſt ante omne vnum,& multitudinem,& partē totū & vnū,& diffinitionem,& infinitatem,& terminum,& interminabilitatem,quod omnia exiſtētia & ipſum eſſe diffinit,& omīum eſt,& totorum omīum,& ſimul & ante omīa,& ſuper omnia,& ſingulariter cauſa,& ſuper ipſum vnum exiſtēs,& ipſum vnū exiſtēs terminat:quoniam exiſtēs vnum,quod eſt in exiſtētibus numerabile eſt,numerus autem eſſentia participat. Superſubſtantiale autem vnum,& exiſtens vnum,& omnem numerum terminat & ipſum eſt vnius & numeri & omnis exiſtentis principium,& cauſa & numerus,& ordo. Propter quod & vnitas laudata,& trinitas quæ eſt ſuper omnia deitas nō eſt neq; vnitas,neq; trinitas,quæ à nobis aut ab alio quodam exiſtētium ſit cognita. Sed & ſuper vnum ipſius & deigenum vere laudemus,Trinitatis et vnitatis dei nominationem ſupernominabilem nominamus,et exiſtentibus ſupereſſentialem. Nulla autem monas aut trinitas,neq; numerꝰ neq; vnitas,aut fœcūditas neq; aliud aliquid exiſtētium aut alicui cognitum educit exiſtens ſuper omnem et rationem et mētem occultum ſuperdeitatis,ſuper oīa ſuperſubſtātialiter ſuperexiſtētis,neq; nomē ipſius eſt neq; ſermo,ſed in inuijs ſegregatum. ¶ Et neq; afferimus ipſum nomē bonitatis ſicut concordantes ipſi,ſed deſiderio intelligēdi aliquid et dicēdi de ineffabili natura illa,nominum digniſſimum ſanctificamus ipſi primum. Et cōcordabimus quidem in hoc theologis,à rerum autem veritate deficiemus. propter quod et ipſi per negatiōes aſcēſum præhonorauerūt,ſicut exuſcitātes animam ab his quæ ſunt ipſi cōnaturalia,et per omnes diuinos intellectus pergētem,à quibus ſegregatum eſt quod eſt ſuper omne nomē,et omnem ratiōem,et omnem cognitiōem. In vltimis autem totorum ipſi coniūgentem,inquantum nobis illi cōiungi ē poſſibile. ¶ Has nos intelligibiles dei ſignificatiōes colligētes,ſicut eſt poſſibile,reſerauimus,nō ſolum ab earum diligentia deficiētes(hoc em̄ vere & angeli dicāt)neq; à laude ipſarum ab angelis. Nam apud nos potētiſſimi theologi minus habēt quam illorum extremi,neq; à laude philoſophantium illis aut comitātium,ſed & nobis coordinatorum extremæ & ſubiectæ. Quare ſi recte ſe quidē habēt dicta,& ſicut ſecundum nos vere tetigimus deliberatione reſcrationem dei nominatiōum ad omnium bonorum cauſam res eſt referenda,quæ dat primum ipſum dicere,poſtea bene dicere. Et ſi aliquid æquipollētium eſt prætermiſſum,& illud nos ſecūdum eaſdem ratiōes & eaſdē regulas ſubaudire oportet. Si aūt iſta aut nō recte,aut imꝑfecte ſe habēt,& à veritate aut totaliter aut particulariter errauimus,tuæ ſit benignitatis dirigere nō volūtarie ignorātē,& tradere rōnes diſcere indigēti,& ſubuenire ſufficiētē virtutē nō habēti,& ſanare ægrotare nolētē. Et hæc qdē ꝑ teipm̄,alia aūt ꝑ alios inueniētē,oīa aūt ex bono recipiētē,& ad nos trāſferre. Ne pigriteris aūt amico bn̄faciēs. Vides enim ꝙ & nos nullū traditoꝝ nobis thearchicorū ſermonum ad noſipſos cōtraximus,ſed ſurſum currētes ipſos & vobis & alijs ſanctis viris & tradidimus & trademꝰ,ſicut qdē et nos ſumꝰ ſufficiētes dicere,et qbus dr̄ audire,ſecūdū nihil traditiōi iniuriā facientes,niſi forſitā ad intelligētiā aut expoſitionē ipſoꝝ infirmemur. Sed hæc quidē ꝗliter deo erit amicū,ita et habeantur et dicātur. Et ſit quidē iſte intelligibilibus dei nominatiōibus ſecūdum nos finis,ad ſymbolicam autem theologiam(duce deo)tranſibimus.

Libri de diuinis Nominibus,Finis.

De naturæ diuinæ vnitate.

Pia humilitaſq; S. patris huiꝰ libri cōcluſio. Perorō.

D E F

# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, AD TIMOTHEVM EPHAESINAE CIVITATIS EPISCOPVM, LIBER DE MYSTICA THEOLOGIA.

## ¶ IOHANNIS SARRACENI AD ODONEM SANcti Dionyſij abbatem,in librum de myſtica Theologia. PROLOGVS.

ANte myſticam theologiam ſymbolica theologia eſſet transfereada. Nam poſt librum de Diuinis Nominibus ipſam eſſe compoſitam,ex verbis beati Dionyſii declaratur. Sed in partibus illis Græciæ in quibus fui,ipſam ſolicite quærens,non inueni. Quod ſi forte per illum veſtrum monachum qui in Græciā profectus eſſe dicitur,ipſam & alios libros,de quibus fratri Gulielmo verba feci,obtinueritis,rogo quatenus mihi veſtro clerico id deſignetis. Interim à me tranſlatam myſticam ſuſcipite theologiam. Videtur autem dici myſtica,quaſi occulta & clauſa. Quia cum iuxta eām per ablationem ad dei cognitionem aſcenditur,tandem quid ſit deus,clauſum & occultum relinquitur. Poteſt etiam dici myſtica,quia multa de deo doctrina ſic quoq; operitur. Myo vero vnde myſtica dicitur & claudo,& diſco,& doceo interpretatur.

Cap. 1. de diuinorum nominū.

### ¶ Hæc inſunt in libro de myſtica theologia Capitula quinq;.

I De myſtica theologia.
II Quomō oportet & vniri,& hymnos reponere omnium cauſæ,& exiſtenti ſuꝑ oīa.
III Quæ ſunt affirmatiuæ theologiæ,quæ negatiuæ.
IIII Quod nihil ſenſibilium eſt,qui eſt omnis ſenſibilis cauſa,ſecundum exceſſum.
V Quod nihil intelligibilium eſt,qui eſt omīs intelligibilis cauſa,ſecūdū exceſſum.

CONPRESBYTERO THIMOTHEO DIONYSIVS PRESBYTER S.

### ¶ De myſtica theologia. Capitulum primum.

TRinitas ſuperſubſtantialis & ſuperdea,& ſuperbona inſpectrix diuinæ ſapientiæ Chriſtianorum,diriges nos ad myſticorum eloquiorum ſuperignotum,& ſuperſplendentem,& ſummū verticē vbi ſimplicia & abſoluta,& inconuerſibilia theologiæ myſteria cooperta ſunt,ſecundum ſuperſplendentem occulte docti ſilentij caliginem,in obſcuriſſimo ſuperclariſſimum ſuperſplendere facientem,& in omnino impalpabili & inuiſibili ſuperpulchris claritatibus ſuperimplentem,non habētes oculos mētes. ¶ Igitur iſta mihi quidem ſint oratiōe poſtulata. Tu autem ó amice Timothee,circa myſticas viſiones forti contritione & ſenſus derelinque,& intellectuales operationes,& omnia ſenſibilia & intelligibilia,& omnia non exiſtentia & exiſtentia:& ſicut,eſt poſſibile,ignote conſurge ad eius vnitionem qui eſt ſuper omnem ſubſtantiam & cognitionē. Etenim exceſſu tuipſius & omnium irretentibili & abſoluto munde ad ſuperſubſtantialem diuinarum tenebrarum radium cuncta auferens,& à cunctis abſolutus ſurſum ageris. ¶ Vide autem vt nullus indoctorum iſta audiat. Iſtos autem dico qui in exiſtentibus ſunt formati,nihil ſuper exiſtentia ſuperſubſtantialiter eſſe opinantes,ſed putantes ſcire ea quę ſecundum ipſos eſt cognitione eum qui ponit tenebras latibulum ſuum. Si autem ſuper iſtos ſunt diuinæ doctrinæ myſteriorum,quid dicat quidem aliquis de magis indoctis,quicunq; omnibus ſuperpoſitam cauſam,& ex poſtremis in exiſtentibus figurant & nihil ipſam habere dicunt ſuper cōpoſitas ab ipſis impias & multiformes formationes? ¶ Oportet enim in ipſa,& omnes exiſtentium ponere & affirmare poſitiones ſicut omnium cauſa,& omnes ipſas magis proprie negare,ſicut ſuper omnia ſuperexiſtēte,& non negationes oppoſitas opinari eſſe affirmationibus,ſed multo prius ipſam ſuperpriuationes eſſe,quæ eſt ſuper omnē & ablationem & poſitionem. ¶ Ita igitur diuinus Bartholomeus dicit

Orō ad preſtātiſ. Trinitatē

Indocti rerum diuinarum qui ſint. Pſal. 17.

A B C

us dicit,& multam theologiam eſſe & minimam, & Euangelium latum & magnum,& rurſus D conciſum. Et mihi videtur illud ſupernaturaliter intendens: quia & multorum ſermonum eſt bona omnium cauſa,& breuium dictionum ſimul & irrationabilis,ſicut neq; rationem habẽs, neq; intellectum,propter hoc quod omnibus ipſa ſuperſubſtantialiter eſt ſuperpoſita, & ſolis non velatæ & vere apparet his qui & immunda & munda tranſeunt,& omnem omnium ſanctarum extremitatum aſcenſum ſuperueniunt,& omnia diuina lumina & ſonos & ſermones cœleſtes derelinquũt,& ad caliginem introeunt,vbi vere eſt(ſicut eloquia dicunt)qui eſt ſuper

Ephe.4. Exod.19.

omnia. ¶ Etẽm non ſimpliciter diuinus Moſes mũdari ipſe primũ p̃cipit,& rurſus à nõ talibus ſegregari,& poſt omnem mundationem audit multarum vocũ buccinas,& videt lumina multa cum fulgore emittentia mundos & multum effuſos radios. Poſtea à multis ſegregatur,& cũ electis ſacerdotibus ad ſummitatem diuinarum aſcenſionum pertingit. Quamuis per hæc quidem non fit cum deo,ſed contemplatur,nõ ipſum(inuiſibilis eſt enim)ſed locum vbi eſt. Hoc autem puto ſignificare diuiniſſima viſorum & intellectorum eſſe ſubiectas quaſdam rationes ſubiectorum om̃ia excedenti,per quæ præſentia eius qui eſt ſuper omnẽ cogitationẽ monſtratur intelligibilibus ſummitatibus ſanctiſſimorum locorum eius ſuperueniens. Tunc & ab ipſis abſoluitur viſis & videntibus,& ad caliginem ignorantiæ intrat,quæ caligo vere eſt myſtica,in q̃ claudit omnes cognitiuas ſuſceptiones,& in non palpabili omnino & inuiſibili fit omnis exiſtens eius qui eſt ſuper omnia,& nullius,neq; ſuijpſius,neq; alterius,omnino aut ignoto vacatione omnis cognitionis ſecundum melius vnitus,& eo quod nihil cognoſcit ſuper mentem E cognoſcens.

## ¶ Quomodo oportet & uniri,& hymnos reponere omnium cauſæ,& exiſtenti ſuper omnia. Cap. II.

Videre ac cognoſcere deum quid ſit.

IN hac ſuperlucenti caligine fieri nos precamur,& per non videre, & per ignorare,videre & cognoſcere eum qui eſt ſuper omnem viſionem & cognitionem, in ipſo non videre & non cognoſcere , & ſuperſubſtantialem ſuperſubſtantialiter laudare per omnium exiſtentium ablationem,ſicut ipſius naturæ inſigne facientes,auferentes prohibitiones officientes mundæ occulti viſiõi, & ipſam in ſeipſa ablatione ſola occultam manifeſtantes pulchritudinem. Oportet autem(ſicut arbitror) ablationes laudare contrarie quam poſitiones. Etẽm illas & à primis incipientes,& per media & vltima deſcendentes,ponebamus. hic autem ab vltimis ad principaliora aſcenſus facientes, & per media rurſus ad extrema, omnia auferimus,vt reuelate cognoſcamus illam ignorantiam ab F omnibus noſcibilibus in omnibus exiſtentibus circũuelatam,& ſuperſubſtantialem illam videamus caliginem ab omni lumine in exiſtentibus occultatam.

## ¶ Quæ ſint affirmatiuæ theologiæ, quæ negatiuæ. Cap. III.

Liber theologicarũ hypotypoſeon. Pſal.44. Liber diuinorum nominũ. cap.4.5. cap.6.7.8 Liber theologicæ ſymbolicæ.

IGitur in theologicis quidẽ hypotypoſibus maxime p̃pria affirmatiuę theologiæ laudauimus,quomodo diuina & bona natura ſingularis dicitur,quomodo trina quæ ſecundum ipſam dicta paternitas & filiatio,quid vult monſtrare ſpiritus theologia,quomodo ex immateriali & ſimplici bono in corde manentia bonitatis pullulauerunt lumina,& quomodo à manſione in ipſo,& in ſeipſis, & in ſeinuicẽ coæterna pullulatione permanſerunt inegreſſibilia,quomodo ſuperſubſtantialis Ieſus humanæ naturæ veritatibus ſubſtantia factus eſt,& quæcunq; alia ab eloquijs expreſſa in theologicis hypotypoſibus laudantur. In libro autem de Diuinis Nominibus,quomodo bonus nominatur,quomodo exiſtens,quomodo vita & ſapientia & virtus,& quæcunq; alia intelligibilis ſunt dei nominationis. In ſymbolica autẽ theologia,quæ ſunt à ſenſibilibus ad diuina dei nominationes,quæ ſunt diuinæ formæ,quæ figuræ diuinæ,& partes & inſtrumenta , quæ diuina loca,& qui ornatus,& qui furores,quæ triſtitiæ & inſaniæ,quæ ebrietates & crapulæ,quæ iuramenta,& quæ maledictiões: qui ſomni,& quæ vigilatiões,& quæcũq; aliæ ſanctæ formationes compoſitæ ſunt ſymbolicæ deiformationis. Et te arbitror cõſpexiſſe quomodo pluriũ ſermonum ſunt vltima quam prima. Etenim oportebat theologicas hypotypoſes,& diuinorum nominum reſerationem pauciorum ſermonum eſſe,quam ſymbolicam theologiam. Quoniam quantum ſuperius reſpicimus,tantum ſermones conſpectibus intelligibilium cõtrahũtur,quẽadmodum & nũc & caliginem,quæ eſt ſuper mẽtem introeũtes,nõ ſermonum breuitatem,ſed irrationabilitatem perfectam & imprudẽtiam inueniemus. Et ibi quidem à ſuperiori ad extrema deſcẽdens ſermo ſecũdum quantitatem deſcẽſus ad proportiõalem dilatabatur multitudinem. Nũc aũt ab inferioribus ad ſupremum aſcẽdẽs,ſecũdum mẽſuram aſcẽſiõis cõtrahitur. &

poſt omnẽ



poſt omnem aſcẽſionem totus ſine voce erit,& totus vnietur ineffabili. Dicis autem, quare totaliter à primo ponẽtes diuinas poſitiões,ab vltimis inchoamus diuinam ablationem, quoniã A hoc quod eſt ſuper om̃em poſitionem ponẽtes,à magis ipſi cognato ſuperpoſitiuam affirmationem oportebat ponere. Illud autem quod eſt ſuper omnem ablationem auferentes à magis diſtantibus ab ipſo auferre. An non magis eſt vita & bonitas,quam aer & lapis,& magis nõ eſt crapula,& non inſania quam non dicitur neq; intelligitur?

## ¶ Qđ nihil ſenſibiliũ eſt q̃ eſt oĩs ſenſibilis cauſa ſecũdũ exceſſum. Cap. IIII.

DIcimus igitur ꝙ omnium cauſa,& ſuper omnia exiſtẽs,neq; ſine ſubſtantia eſt,neq; ſine vita,neq; ſine ratiõe,neq; ſine mẽte,neq; corpus eſt,neq; figura,neq; forma neq; qualitatem aut quãtitatem aut põdus habet,neq; in loco eſt,neq; videt,neq; tactũ ſenſibilẽ habet,neq; ſentitur,neq; ſenſibile eſt,neq; inordinationẽ habet, neq; turbationẽ à paſſiõibus materialibus perturbata,neq; impotẽs eſt, ſenſibilibus ſubiecta caſibus,neq; indigentia eſt luminis,neq; variationẽ,aut corruptionẽ,aut diuiſionẽ, aut priuationẽ, aut paſſionem,aut fluxum,aut aliquid aliud ſenſibilium neq; habet,neq; eſt.

## ¶ Qđ nihil intelligibiliũ eſt,q̃ eſt oĩs intelligibilis cauſa ſcđm exceſſum. Ca. V

RVrſus autem aſcendentes dicimus,ꝙ neq; anima eſt,neq; mens, neq; phãtaſiam, aut opinionem,aut rationem,aut intellectum habet,neq; ratio eſt, neq; intelle- B ctus,neq; dicitur,neq; intelligitur,neq; numerus ẽ,neq; ordo, neq; magnitudo, neq; paruitas,neq; æqualitas,neq; ſimilitudo,neq; diſſimilitudo,neq; ſtat,neque mouetur,neq; ſilentium agit,neq; virtutem habet,neq; virtus eſt,neq; lumẽ,neq; vita eſt,neq; viuit,neq; ſubſtantia eſt,neq; æuum,neq; tempus,neq; tactus eſt eius intelligibilis, neq; ſcientia,neq; veritas,neq; regnum,neq; ſapientia,neq; vnũ,neq; vnitas,neq; deitas aut bonitas,neq; ſpiritus eſt ſicut nos videmus,neq; filiatio,neq; paternitas,neq; aliq̃d aliud cognitũ à nobis aut ab alio quodã exiſtẽtiũ,neq; eſt aliquid ex iſtẽtiũ,neq; aliquid nõ exiſtẽtium eſt, neq; ipſam cognoſcunt exiſtẽtia ſecundum quod ipſa eſt,neq; ipſa cognoſcit ea quæ ſunt exiſtẽtia ſecundum quod exiſtentia ſunt,neq; ratio ipſius eſt,neq; nomẽ,neq; cognitio eſt , neq; tenebræ, neq; lumen,neq; error,neq; veritas,neq; eſt ipſius vniuerſaliter poſitio,neq; ablatio,ſed eorum quæ ſunt poſt ipſam poſitiones & ablatiões faciẽtes ipſam neq; ponimus neq; auferimus,quoniam & ſuper omnem poſitionem eſt perfecta & vnitiua omnium cauſa,& ſuper omnem ablationem eſt,exceſſus ab omnibus ſimpliciter abſoluti,& ſuper tota.

Myſticæ theologiæ finis.

# S. DIONYSII AREOPAGITÆ MARTYRIS, ATHENARVM EPISCOPI ET GALLIARVM APOSTOLI, EPISTOLAE VNDECIM AD DIVERSOS.

C

## ¶ AD Caium monachum. Epiſtola I.

TEnebræ occultãtur lumine,& magis multo lumine. Ignorãtiam occultant cognitiões,& magis multæ cognitiões. Hæc exceſſiue,ſed nõ ſecũdum priuationem accipiẽs,enũcia ſuperuere quod latet habẽtes exiſtẽs lumẽ & exiſtẽtium cognitiõem,ſecũdum deum ignorãtia,& ſuppoſitę ipſius tenebrę,& cooperiũtur oĩ lumini,& abſcõdũt oĩ cognitiõi. Et ſi aliq̃s vidẽs q̃dem deum intellexit quod vidit,non ipſum vidit, ſed aliquid eorum quæ ſunt eius quæ exiſtunt & cognoſcũtur. Ipſe autem ſuper mentem & ſuper ſubſtantiã ſupercollocatus,in ipſo vniuerſaliter non cognoſci,neq; eſſe. Et eſt ſuperſubſtantialiter & ſup mẽtẽ cognoſcit,& ſecũdũ meli⁹ perfecta ignorãtia,cognitio ẽ eius,q̃ ẽ ſup oĩa quæ cognoſcũt.

## ¶ Ad eundem Caium. Epiſtola II.

QVõ q̃ eſt ſuper oĩa,& ſuper thearchiã eſt,& ſuper boni principatũ, ſi deitatẽ & bonitatẽ intellexeris id q̃d eſt vſus benefici & deifici doni, & nõ imitabilis imitationẽ & ſuperdei & ſuperboni,ſecundũ quam deificamur & boni efficimur. ¶ Etẽm ſi hoc principium ſit deificãdi & bonos faciẽdi deificatos & bonos factos, q̃ ẽ ſupprincipalis oĩ principio,ita vt ſupra p̃dictã deitatẽ & bonitatẽ ẽ,ſicut thearchiã & boni principatũ,inq̃tũ nõ imitabilis & incõp̃hẽſibilis excedit imitatiões & habitudines, & imitãtiũ & participãtiũ.

## ¶ Ad eundem Caium. Epiſtola. III.

SVbito eſt quod eſt præter ſpem,,& nõ ex apparente ad manifeſtum eductum. In D
benignitate autem ſecundum Chriſtum,& hoc arbitror theologiã ſignificare,ex
occulto ſuperſubſtantiali ad noſtram manifeſtationem humanæ ſubſtãtiam fa-
ctum perueniſſe. Occultus autem & poſt manifeſtationem,aut vt diuinius dicam
& immanifeſtationem. Et hoc enim Ieſu abſcõditum eſt,& nullo ſermone, nulla
mẽte q̃d ſecũdũ ipm̃ eſt eductũ,eſt myſteriũ,ſed & dictũ ineffabile manet, & intellectu ignotũ.

¶ Ad eundem Caium. Epiſtola. IIII.

QVomõ dicis,Ieſus qui eſt ſuper om̃ia oĩbus eſt hominibus ſubſtãtialiter ordina-
tus. Nõ em̃ ſicut cauſa hominum hic dicitur homo,ſed ſicut ipſe ſecũdum ſubſtã
tiam totam vere homo exiſtẽs. Nos autẽ Ieſum non humane diffinimus,neq; em̃
homo eſt tm̃,neq; ſuperſubſtãtialiter ſecũdum ꝙ homo tm̃,ſed ſecũdũꝙ homo
vere q̃ differẽter eſt amator hominum ſuper homines,& ſecũdũ homines ex ſub
ſtãtia hominũ qui eſt ſuperſubſtantialis ſubſtãtia factus. Eſt autem nihil minus
Iohan.1 ſuperſubſtãtialitate ſuperplenus,qui ſemper eſt ſuperſubſtantialis, videlicet huius abundan-
Lucæ.2 tia,& ad ſubſtantiam vere veniens,ſuper ſubſtantiam eſt ſubſtantia factus, & ſuper hominem
operatur ea quæ ſunt hominis,& monſtrat virgo ſupernaturaliter concipiẽs,& aqua inſtabilis
materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem,& non ſuccedens, ſed ſupernaturali
virtute ad indiffuſum conſiſtẽs. Quid quidem aliquis reliqua exiſtentia multa pertranſeat,per
quę diuinius vidẽs ſuper mentem cognoſcit & ea quæ ſunt in benignitate Ieſu affirmata, virtu- E
tem excedentis negationis habentia. Etenim vt colligentes dicamus, neq; homo erat, nõ ſicut
non homo,ſed ſicut ex hominibus vltra homines,& ſupra hominem vere homo factus. Et re-
liquum non ſecundum deum diuina faciens non humana ſecundum hominem,ſed deo homi
ne facto,noua quadam dei & hominis operatione nobis conuerſatus.

¶ Ad Dorotheum dyaconum. Epiſtola. V

DIuina caligo eſt inacceſſibile lumen,in qua habitare deus dicitur. Et inuiſibilis q̃-
dem exiſtẽs propter excedentem claritatem,& inacceſſibilis idem propter exceſ-
ſum ſuperſubſtantialis luminis effuſionis. In hac ſit omnis qui deum cognoſce-
re & videre eſt dignus habitus per ipſum nõ videre neq; cognoſcere in eo qui eſt
vere ſuper viſionem & cognitionem factus,hoc ipſum cognoſcẽs quod poſt oĩa
eſt ſenſibilia & intelligibilia,& prophetice dicẽs: Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me,fortis fa-
cta eſt,nõ potero ad eam. ¶ Sic quidẽ & diuinus Paulus cognouiſſe deũ dicitur,cognoſcẽs ipm̃ F
Roma.11 ſuper omnẽ exiſtẽtem intellectũ & cognitionẽ. Propter q̃d & inueſtigabiles eſſe vias eiꝰ dicit,&
Philp.4 inſcrutabilia iudicia eiꝰ,& inenarrabilia dona eiꝰ,& pacẽ eiꝰ excedẽtẽ omnẽ mẽtẽ,ſicut q̃ inuenit
exiſtentẽ ſup oĩa,& hunc ſup intellectũ cognouit,quoniam vltra omnia eſt oĩm cauſa exiſtẽs.

Alias†So ¶ Ad† Soſipatrum ſacerdotem. Epiſtola. VI.
patrum

NE opineris hoc victoriam ſancte Soſipater,quod contra religionem aut opiniõem
non bonam apparentem facies contumeliam. Neq; em̃ oportet ſi iudicare ipſam
redargueris,iam ea quæ ſunt Soſipari bona. Poſſibile enim eſt te & alios in multis
falſis & apparentibus vnum exiſtens,& occultum verum latere. Neq; enim ſi ali-
quid non eſt rubeum,iam eſt album,neq; ſi aliquis non eſt equus,de neceſſitate eſt
homo. Ita autem facies mihi credens,abſtinebis quidem ne dicas contra alios,pro veritate autẽ
vere dicas ſicut omnino eſſe irreprehenſibilia quæ dicuntur.

¶ Ad Polycarpum ſummum ſacerdotem. Epiſtola. VII.

EGo quidem non ſum aduerſus Græcos,aut aduerſus alios dicens,ſufficere arbitror
ſanctis viris ſi verum ipſum in ſeipſo poſſint & cognoſcere & dicere ſecũdum quod
vere habet. Hoc enim quodcunq; eſt ſecundum legem veritatis recte demonſtrato
& puro exiſtente,omne quod aliter habet,& veritatem ſimilat reprehendetur,& al-
terum exiſtẽs à vere exiſtente,& diſſimile & apparens illud magis quam exiſtens. Superfluum
igitur eſt veritatis manifeſtatorem aduerſus iſtos aut illos dimicare. Dicit enim vnuſquiſq; ſe
habere numiſma regali. Et forſan quidem habet quandam deceptiuam imaginem cuiuſdam
veri numiſmatis. Et ſi iſtum redargueris,& alius,& rurſus alius de eodem litigabit. Vera autẽ
ipſa poſita ratione,& ab omnibus alijs irreprehenſibili manente,omne quod non ita ſecũdum
omnia ſe habet,ipſum in ſeipſo inuincibili ſtatione vere veri deponitur. ¶ Igitur hoc quidem
(ſicut arbitror) vere cognoſcens,non ſtudui aduerſus Græcos aut aduerſus alios dicere,ſed ſuf-
ficiens mihi (& hoc deus donet) de veritate ſcire primum,poſtea ſciẽtem dicere vt oportet. Tu
autem



autem dicis,improperare mihi ſophiſtam Apollophanem,& patrum verberatorem appellare,
A & ſicut his quæ ſunt Græcorum contra Græcos nõ *ſancte vtentem. Et quidem aduerſus ipm̃ *recte
eſſet verius nos dicere,quod Græci diuinis non ſancte contra diuina vtuntur,per ſapientiã dei †circa
tentantes expellere diuinam venerationem. Et non multorum ego dico opiniõem affectu ma-
teriæ,& paſſibiliter in dictis poetarum permanentium,& creaturæ præter creatorem diuinum †circa
cultum exhibentium. ¶ Sed & ipſe Appollophanes,non ſancte diuinis cõtra diuina vtitur. Et- 1.Cor. 2.
enim exiſtentiũ cognitione pulchre dicta ab ipſo philoſophia,& à diuino Paulo ſapientia dei
appellata,ad cauſam & ipſorum exiſtentium & cognitionis ipſorum oporteret ſurſum agi ve-
ros philoſophos. Et vt non aliorum quam ipſius propter hoc quod videtur opinionem repre
hendam,oporteret Appollophanem ſapientem exiſtentem cognoſcere non aliter aliquando
poſſe aliquid verti cœleſtis ordinationis & motus,niſi contentorẽ eſſentiæ ipſius & cauſam ha-
beret ad hoc mouentem,qui facit omnia,& mutat ſecũdum ſanctum ſermonẽ. Quomodo igit Denie.2.
non veneratur cognitũ nobis,& ex hoc & vere exiſtentem deum,mirans ipſum de omniũ cau- Ioſue.10.
ſa,& ſuperineffabili virtute,quando ab ipſo ſol & luna,ſecundum virtutem & ſtationem ſuper- 4.Reg.20
naturaliſſimam,ſimul cum omnia ad om̃ino immobile diffiniũtur,& tota die in eiſdem ſignis 2.Par.32.
ſtãt om̃ia. Aut tantum quidem quod amplius,ſi totis & melioribus,& continentibus ita porta Iſaiæ.38.
tis non circumagebantur contenta. Et quando alius quidem dies ſecundum continuitatem fe- Ex.7.8.9
B re triplicatur ,& in viginti omnibus horis aut omne tanti temporis contraria portatione regre 10.11.12.
ditur & conuertitur,ita ſupernaturaliſſimis contrarijs circumactionibus,aut ſol proprio curſu
motum ipſius omnimodo in horis decem colligens,reſolutiue rurſus toto illo nouam viam
quandam terens in alijs. ¶ Hoc quidem fuit quod & Babylonios conuenienter in ſtuporẽ mo-
uit,& ſine pugna Hæzechiæ ſubiecit,ſicut cuidam æquali deo,& homines excedenti. Et nõ di-
co eas quæ fuerunt in Aegypto magnas operationes,aut alia quædam alibi dei ſigna facta,ſed
communia & cœleſtia in omni & in omnibus triumphantia. Dicit autẽ omnino Appollopha-
nes,non eſſe iſta vera. Igitur maxime quidem hoc Perſarum ſacerdotalibus effertur memorijs.
Et adhuc *Magis memorialia triplicati ſolis perficiunt. Sed liceat illi hæc propter ignorãtiam *Magi.
aut inexperientiam non credere. ¶ Dic autem ipſi,quid dicis de defectu facto in cruce ſaluato- Matt.27.
ris? Ambo enim apud Heliopolim tunc præſentes & coaſtantes,inopinabiliter ſoli lunam inci Mar.15
dentem videbamus,non enim erat conuentus tẽpus. Et rurſus ipſam à nona hora vſq; ad ve- Lucæ.23.
ſperam ad ſolis dyametrum ſupernaturaliter reſtitutam. Rememora autem & quiddam aliud
ipſi. Nouit enim quod eclyſim ipſam ex Oriente vidimus inchoatam,& vſq; ad ſolarem termi
num venientem,poſtea regredientem,& rurſus non ex eodem & defectum & repurgationem
ſed econtrario ſecundum diametrum factam. Talia ſunt eius temporis ſupernaturalia , & ſoli
Chriſto (qui eſt omnium cauſa) poſſibilia,qui facit magna & mirabilia,quorum non eſt nume Iob.5
rus. Hæc dicta tibi. Et ſi poſſibile eſt Apollophanes reprehende,& me tunc cõpreſentem tibi,&
ſimul inſpicientem,& ſimul indicantem,& ſimul admirantem. Siquidem & diuinationem tunc
C neſcio,vnde Appollophanes tunc incepit & ad me,ſicut quæ fiunt,conferens dixit: Hæc ó bone
Dionyſi ſunt mutationes diuinarum rerum. Tãta vt in epiſtola à nobis ſunt dicta. Tui autem
erit ſufficienter & deficientia adimplere,& adducere perfecte deo virum ſapientẽ in multis ex-
iſtentẽ,& forſitan nõ dedignaturum manſuete diſcere ſuperſapiẽtem religiõis noſtræ veritatẽ.

¶ Ad Demophilum monachum. Epiſtola. VIII.

HAEbreorum hiſtoriæ dicunt ó nobilis Demophile,& ſanctum illum Moſen pro
pter multam manſuetudinem dei apparitione dignum habitum. Et ſi aliquando Nume.12
ipſum extra diuinam viſionem deſcribunt,non antea deo excludũt,quam à man- Nume.12
ſuetudine. Dicunt autem quod valde ſuperbienti & diuinis conſilijs reſiſtenti ira- Nume.12
tus eſt furore dominus. Quando autem ipſum commendabilem faciunt,à deo iu Ioſue.1
dicatis dignitatibus ex præminenti,manſuetudine boni dei imitatione commendatur. Etem̃ Nume.16
erat manſuetus valde,& propter hoc dicitur famulus dei,& ad dei inſpectionem vniuerſis pro
phetis dignior. Sed & quando aduerſus ipſum & Aaron crudeles quidem pro principatu ſacer
dotij,& principatu gentis litigabant,exceſſit quidem vniuerſam iactantiam & ambitionem, &
concedebat à deo iudicato populi prælationem. Poſtquam autem & conſurrexerunt in ipm̃,
& de prioribus improperantes minabantur,& iam pene præualuerant,inuocabat quidem mã-
ſuetus bonum ad ſaluationem *confidebat autem valde manſuete quod aggreſſis nullorũ erat †confide.
cauſa malorum. Sciebat enim ꝙ oportet colloquẽtem deo bono ad quem maxime ſimilli mũ 1.Reg.24
(ſicut eſt poſſibile) figurari,& ſibijpſi conſcium eſſe deo amabilium operationum. ¶ Quid autẽ 26
& dei patrem Dauid faciebat dei amicum? Etenim de iſto bono exiſtente,& circa inimicos bo- 1.Reg.13
Pſal.88

no,dicit ſuper bonus & amator boni:Inueni virum ſecundum cor meum. Et quidem & lex bo- D
na data eſt,iumentis inimici prouidere. Et Iacob(ſicut innocentiam habens)iuſtificatus eſt. Et
Actu.13. Ioſeph de inſidiatoribus fratribus non ſe vindicauit. Et Abel ſimpliciter & ſine ſuſpitione am-
Exod.23 Gene. 28. bulabat cum fratre occiſore. Et omnis theologia bonos commendat,non præintendentes ma-
Gene. 42. la,ſed neq; ab aliorum malitia ex bono tranſmutatos,ſed econtrario deiformiter malis bene-
43.44 facientes,& extendentes ad ipſos multam ipſorum bonitatem,&ad ſimile manſuete vocantes.
Gene.4. ¶Sed & ad ſuperius reſpiciamus,non virorũ ſanctorũ mãſuetudines, non homines amantiũ
angelorũ bonitates enũciãtes miſeratiũ gẽtes,& p ipſis bonũ depcãtiũ& pditas,&malũ opantes
multitudines icrepãtiũ,&cõtriſtatorũ q̃dẽ in malis,lętantiũ aũt in ſaluatiõe ad bona trãſducto-
rũ,neq; quæcũq; alia de beneficis angelis tradit theologia. Sed vere boni &ſuper boni Chriſti
beneficos radios in ſilentio recipientes,ab ipſis ad diuinas eius operationes illuminemur. Nun-
quid enim non eſt ineffabilis & ſuper intellectum bonitatis quod exiſtentia eſſe facit,quod oĩa
ipſa ad eſſe perduxit,& omnia vult ſemper fieri ſimilia ipſi,& participantia his quæ ſunt eius,
ſecundum ſingulorum oportunitatem? Quid autem? quod & recedentes amabiliter habet &
Lucæ.15. certat & rogat non deſpici ab amatis,& conterẽtibus ſeipſos,& vane incuſantes ſuſtinet,& ipſe
excuſat,& magis promittit ſe curaturum. Et adhuc ipſis longe exiſtentibus tamen accedẽtibus
accurrit & obuiat,& totus totos amplectens oſculatur & non accuſat de prioribus,ſed diligit
præſentem,& feſtum facit,& conuocat amicos,videlicet bonos,& ſit omnium lætantium ha-
bitatio. Demophilus autem(& ſi quis alius bonis inimicatur) valde iuſte increpatur, & edoce- E
tur bona,& bonum ei impenditur. Quomodo enim oportebat(dicit)bonum in ſaluatione per-
Ibidem Matt.5. ditorum lætari,& vita mortificatorum? Siquidem & ſuper humeros leuat,difficulter ab erro-
Lucæ.6. re conuerſum,& bonos angelos ad lætitiam aggregat,& bonus eſt ingratis,& oriri facit ſolem
Iohan.10 ſuum ſuper bonos & malos,& ipſam animam ſuam ponit pro refugientibus. Tu autem ſicut
literæ tuæ monſtrant, & procidentem ſacerdoti(vt dicis)impium & peccatorem, neſcio quo-
modo contra ipſum præſens retruſiſti. Poſtea ille quidem deprecabatur,& ad medicinam ma-
lorum veniſſe confitebatur,tu autem non horruiſti,ſed & bonum ſacerdotem temere cum in-
iuria corporis repuliſti,dicens,miſerabilem eſſe qui pœnitentem & impium iuſtificauit. Et ad
finem dixiſti ſacerdoti:Exi cum ſimilibus,& inſiliſti cum non eſſet fas ad adyta & ſancta ſan-
†conſtrin ctorum †irrupiſti,& ſcribis nobis corrumpenda ſancta,pro vi ſaluaui,& adhuc immaculata cu-
xiſti. ſtodio. ¶Nunc igitur audi noſtra. Non eſt fas ſacerdotem à miniſtris qui ſunt ſuper te, aut co-
ordinatis tibi monachis,corrigi,quamuis impie agere circa diuina videatur,& ſi aliquid aliud
aliorum prohibitorum feciſſe redarguatur. Si enim inornatus & inordinatio diuiniſſimarum F
& diffinitionum& legum ſunt exceſſus,non habet rationem pro deo à deo traditum peruerti
ordinem. Non enim in ſeipſo verbum diuiſum eſt. Quomodo enim ſtabit regnum eius? Et ſi
Matt.12. dei eſt iudicium(vt eloquia dicunt)ſacerdotes autem poſt hierarchas ſunt angeli & recitatores
Lucæ.11. diuinorum iudiciorum ab ipſis ſicut tibi conuenit per medios miniſtros diuina edocere,per q̃s
Iſaiæ.30. & eſſe monachus dignus habitus es. An non ſancta ſigna iſtud clamant? Etenim non ſimplici-
Mala.2. ter ab vniuerſis quidem ſegregata ſunt ſancta ſanctorum,appropinquat autẽ magis ipſis ſan-
ctitatis perfectorum ornatus,poſtea ſacerdotum ornatus,poſt illos autem conſequenter orna-
tus miniſtrorum. Ordinatis autem monachis portæ adytorum ſunt ſegregatæ,iuxta quas & ꝑ-
ficiuntur & aſſiſtunt,non ad cuſtodiam ipſarum,ſed ad ordinationem & cognitionẽ ſuiipſorũ,
magis quam populus ſacerdotalibus propinquantes. ¶Vnde ſanctus ſanctorum ordinationis
principatus ſancte ſtatuit ipſos ſumere de diuinis alijs,videlicet interioribus ipſorum traditio-
nem imponens. Etenim circa diuinum altare ſtantes(vt ſignificatiue dicatur)vident & audiũt
diuina clare ipſis reuelata,& procedentes boniformiter ad ea quæ ſunt extra diuina velamina
ſubiectis monachis,& ſancto populo,& ordinibus qui purgantur manifeſtant, ſecundum di-
gnitatem ſancta incontaminata pulchre cuſtodita,donec tyrannice ipſis inſiliens,educi tibi ſan-
cta ſanctorum non volentia coegiſti,& dicis te habere ſancta & cuſtodire. Et quidem neq; no-
uiſti,neq; audiuiſti,neq; habes,aliquid conuenientium ſacerdotibus,ſicut neq; veritatem elo-
quiorum cognouiſti,vnaquaq; ipſa die verbo impugnans,in peruerſionem audientium. ¶Et
quidem ſi de principatu gentis aliquis inuaſiſſet quod ſibi à rege ordinatum nõ fuiſſet,iuſte pu-
niretur. Et ſi principem iuſtificantem quoſdam aut condemnantem, aſſiſtens aliquis ſub ipſo
ordinatorum redarguere auſus eſſet,nondum enim dico contumelia,contactu corporis repel-
lere,ſimul & à principatu expellere videretur? Tu autem homo audax es contra manſuetum,
&pium,& hierarchicam ipſius legiſlationem. Et hæc oporteret dicere, quando ſuper dignita-
tem



tem quis præſumens,tamen conuenientia facere videretur,etenim neq; hoc deſiderabile eſt vl- 2.Para.26
li. Quid enim inconueniens Ozias faciebat,deo incenſum offerens? Quid autem Saul ſacrifi- 1.Reg.13 Mar.3
cans? Quid autem tyrannici dæmones vere theologizantes Ieſum? Sed interdictus eſt à theolo- Nehe.13
gia omnis alienus epiſcopus,& vnuſquiſq; erit in ordine ſuæ miniſtrationis. Et ſolus princeps Hebræ.9
ſacerdotum ad ſancta ſanctorum ingreditur,& ſemel in anno,& hoc in omni ſecũdum legem Nume.4
hierarchica mundicia,& ſacerdotes cooperiunt ſancta,& læuitæ non tangẽt ſancta,vt nõ mo- †Oziæ
riantur,& iratus eſt furore dominus in proteruitate †Ozæ,& Maria læproſa fit, legiſlatori le- 2.Re.6 Nume.12
gem ponere conata,& in filios Sceuæ inſiluerunt dæmonia. Et non mittebam eos(dicit)& ipſi Acto.19
currebant,& non loquebar ad eos,& ipſi prophetabant,& impius qui ſacrificat mihi vitulum, Iere.23
ſicut qui occidit canẽ. Et vt ſimpliciter dicatur,non ſuſtinet peruerſores legis perfecta dei iuſti- Ezech.13
tia. Dicentibus autem rurſus ipſis:In nomine tuo virtutes multas fecimus. Non noui vos re- Iſa 66
ſpondetur. Diſcedite à me omnes operatores iniquitatis. Quare autem non eſt fas ( ſicut ſan- Matt.7
cta eloqa dicũt)neq; ea quæ ſunt iuſta nõ ſecundũ dignitatẽ exequi. Oportet autẽ vnumquẽq; Lucæ.13
ſibiipſi attendere,& non altiora & profundiora intendere. Deliberare autem ea ſola quæ ſunt
ſecundum dignitatem ipſi ordinata. ¶ Quid igitur dicis? Non oportet ſacerdotes im-
pie agentes, aut de alio quodam inconuenientium reprehenſos caſtigari, Solis autem glo-
riantibus in lege licebit per tranſgreſſionem legis deum inhonorare? Et quomodo ſacerdotes
dei ſunt manifeſtatores? Quomodo enim annunciant populo diuinas virtutes,ipſarum pote-
B ſtatem non cognoſcentes? Aut quomodo illuminabunt,qui ſunt obtenebrati? Quomodo au-
tem diuinum tradent ſpiritum,cum(ſi ſit ſpirituſſanctus)habitu & veritate non crediderunt?
Ego autem reſpondebo tibi ad hæc. Etenim non eſt inimicus Demophilus, neq; ſuſtinebo te
acquiri à ſatthana. Etenim vnuſquiſq; ornatus eorum qui ſunt circa deum eſt diuinior magis
abſiſtente,& luculentiora ſimul & magis illuminantia ſunt,magis vero lumini propinqua. Et
nõ localiter accipias appropinquatiõem,ſed ſecũdum recipiendi deum idoneitatem. Si igitur ſa-
cerdotum ornatus eſt illuminatiuus † profecto cecidit à ſacerdotali ordine & virtute qui non †perfectè
eſt illuminatiuus,magis autem qui non eſt illuminatus. Et audax quidem mihi videtur talis
ſacerdotalibus manum apponens, & nõ timet neq; verecundatur diuina præter dignitatem ex-
equens, & putans deum ignorare quæ ipſe in ſeipſo agnouit, & decipere æſtimat falſo no-
mine ab ipſo patrem appellatum, & audet ipſius immundas infamias(non enim dicam ora-
tiones)ſuper diuina ſigna Chriſtiformiter enunciare. Non eſt iſte ſacerdos,non eſt, ſed inimi-
cus doloſus,deluſor ſuiipſius,& lupus ſuper diuinum populum pelle ouina armatus. Sed neq;
Demophilo ẽ fas iſta caſtigare. † Etenim theologia iuſta iuſte præcipit exequi(iuſta autem ex e- †Si enim
qui eſt quando attribuere velit aliquis vnicuiq; ſecundum dignitatem)iuſte hoc eſt omnibus
exequendum non præter dignitatem ipſorum aut ordinem. Quoniam & angelis iuſtum eſt de- Deut.16
terminare ea quæ ſunt ſecundum dignitatem,& determinantur,ſed non à nobis† ó Demophi- †nec à De-
le,ſed per ipſos nobis,ex deo,& ipſis per præeminentes amplius angelos. Et vt ſimpliciter dica- mophilo
C tur,in omnibus exiſtentibus per primos ſecundis attribuuntur ea quæ ſunt ſecundum dignita-
tem ab omnium bene ordinata & iuſtiſſima prouidentia. ¶Igitur qui ſunt ordinati à deo vt a-
lijs principentur,diſtribuunt ſequentibus & obedientibus ea quæ ſunt ſecundum dignitatem.
Demophilus autem ſermoni,& furori,& concupiſcentiæ ea quæ ſunt ſecundum dignitatem
determinet,& non iniuriam faciat ipſius ordinatiõi,ſed principetur ſubiectis ſuperpoſita ratio.
Si enim in foro videntes ſeruum domino,& iuniorem ſeniori,aut & filium patri maledicẽtem
ſimul & ſuperuenientem,& plagas imponentem,impie agere videremur niſi ſupercurrẽtes me-
lioribus auxiliaremur(& ſi illi forſitan quidem prius iniuriam accepiſſent)quomodo nõ vere-
cundabimur,ſuſtinentes à furore & concupiſcentia iniuria affectum verbum,& à principatu à
deo dato expulſum,& in nobiſipſis impiam & iniuſtam ordinationem,& litem, & inornatum
excitantes? Conuenienter beatus noſter ex deo legiſlator non dignatur eccleſiæ dei præpone- 1. Tim.3
re eum qui proprie domui bene iam non præfuit. Etenim qui ordinauit ſeipſum, & alium ordi- Lucæ.16
nabit,& qui alium & domum,& qui domum & ciuitatem,& qui ciuitatem & gentẽ. Et vt ſim-
pliciter dicatur(vt eloquia dicunt)qui eſt in minimo fidelis,& in multo fidelis erit. Et qui eſt
in minimo infidelis,& in multo infidelis erit. Igitur ipſæ quidem concupiſcentiæ & furori &
ſermoni,ſecundum dignitatem determina,tibi autem diuini miniſtri,& iſtis ſacerdotes, hierar-
chæ vero ſacerdotibus, & hierarchis apoſtoli, & apoſtolorum ſucceſſores. Et ſi aliquis in il-
lis conueniente deficiat,à coordinatis ſanctis corrigetur,& neq; peruertetur ordo ſuper ordi-
nem,ſed vnuſquiſq; in ordine ſuo & in miniſtratione ſua erit. ¶ Tanta igitur à nobis,vt ſcias &
facias quæ ad te pertinent. Sed de inhumanitate in virum(ſicut dicis)impium & peccatorem,

neſcio quõ plãgam cõtritionẽ dilecti mei. Etenĩ cuius arbitraris famulũ te eſſe, à nobis ordina- D
tum. Etenĩ niſi boni oĩno, & à nobis & à famulatu toto q̃ eſt ſecundũ nos, neceſſe eſt te eſſe ali-
enũ. Et vide tibi & deũ aliũ querere, & ſacerdotes alios, & ab illis depdari magis q̃ perfici, & eẽ
amice inhumanitatis inflexibilẽ miniſtrũ. Nũqd enĩ noſipſi ad oĩno ſanctum perfecti ſumus,
& nõ indigem⁹ diuinę in nobiſipſis benignitatis, aut duplex pctũm (ſicut eloqa dicũt) ſecundũ
impios committimus, neſciẽtes in quo offendimus, ſed iuſtificantes noſipſos, & arbitrantes vi-
Iere. 2. dere, vere aũt nõ videntes? Obſtupuit cœlũ ſuper hoc, & horrui ego, & incredulus ſum mihiipſi.
Iohan. 9. Et bene ſcias, niſi tuas nactus eſſem ſicut nollẽ literas, ſed alij qdã de te perſuadere dignarẽt, nõ
perſuaſiſſent q̃ Demophilus putat deũ (q̃ eſt bonus ad oĩa) nõ eſſe & amatorẽ hominũ, neq; ſe
indigere miſerentis aut ſaluantis. Sed & ſacerdotes degradat, dignatos bonitate portare igno-
rãtias populi, & bene ſciẽtes q̃d & ipſi circũuallãtur infirmitate. ¶ Cæterorum thearchicus ſanctita
tis perfector alia pfectus eſt via, & hoc cũ à peccatoribus (vt eloquia dicũt) fuerit ſegregatus, &
1. Petri. 2. ſuę dilectiõis demonſtrationẽ facit ouiũ paſcẽdarum mãſuetiſſimũ officiũ. Et malignũ qdẽ vocat
Iohan 21 ad ſe nõ dimittẽtẽ cõſeruo debitũ, neq; particulariter donãtẽ de donata ſibi multa bonitate, iu-
Matt. 18. dicat aũt ipm propria recipere, q̃d neceſſariũ eſt timere & me & Demophilũ. Etenĩ et ipſis in eũ
Lucæ. 23. impie agentibus, in ipſa paſſiõe remiſſionẽ pducit à patre. Increpat aũt & diſcipulos q̃ immiſe-
Lucæ. 9. ricorditer pcati ſunt, iudicare de impietate Samaritanos, ipſum perſequẽtes. Hęc qdẽ multiplex
Hebræ. 4 eſt loquutio, tuæ qdẽ temerariæ epiſtolæ. Surſum enĩ & deorſum fremis, q̃d nõ teipſum ſed de-
Mat. 12. um vindicaſti. Per maliciã dic mihi bonũ? Abſit. Nõ habemus pontificẽ nõ valentẽ cõpati in- E
Iſaiæ. 42. firmitatib⁹ noſtris, ſed & innocẽs eſt & miſericors, nõ cõtẽdet neq; clamabit, & ipſe eſt mitis & p
Iere. 2. pitiatio p peccatis noſtris. ¶ Quare nõ recipimus tuos nõ zælabiles motus. ſed neq; ſi millies re
Amos. 2. ſumas Phinehes & Hæliã. *Hic enĩ audiẽti Ieſu nõ placuerũt, tũc mitis & boni ſpiritus nõ par-
1. Iohã. 2. ticipes erãt diſcipuli. Etenĩ diuiniſſimus noſter ſanctitatis perfector in mãſuetudine docet reſi
*Hæc. ſtẽtes doctrinæ dei. Doceri enĩ nõ puniri cõuenit ignorantes, ſicut & cæcos nõ punimus, ſed ma
Nume. 25 nuducimus. Tu aũt & viro reſpicere ad lumẽ incipiẽti cõtra maxillã dans impegiſti, & cũ mul
3. Reg 18 ta verecũdia accedẽtẽ, temerarie reppuliſti. Hoc igitur multo horrore dignũ, qm̃ Chriſtus bo-
Ezec. 34. nus exiſtẽs in montibus errãtẽ inqrit, & fugientem aduocat, & inuẽtũ difficulter ſup humeros
Lucæ. 15. leuat. ¶ Ne rogo ne male ita de nobiſipſis cõſiliemur, neq; in noſipſos enſem inpingamus. Et-
1. Teſſ. 4. enĩ q̃ iniuriã qdẽ aliqbus facere aut ecõtrario facere nitunt, illis qdẽ oĩno, nõ fecerũt quæ volu-
erunt, ſibiipſis aũt malitiã aut bonitatẽ cõquirẽtes, aut diuinis virtutibus aut hũanis pleni ſunt
paſſionibus. Et iſti qdẽ angelorum bonorum ſequaces erũt, & coambulantes & hic & ibi cũ oĩ pace
& liberatione ab omnibus malis in æuo ſemper exiſtente beatiſſimos hæreditabunt fines, & cũ F
deo ſemper erunt, quod eſt omium bonorum maximũ. Illi vero cadũt à diuina ſimul et ſua pa
ce, & hic & poſt mortem ſimul cum crudelibus erunt dæmonibus. Cuius quidem gratia nobis
eſt multum ſtudiũ cũ deo bono fieri, & eſſe ſemper cũ domino, & non cũ malis à iudice ſegre-
gari, ſcd̃m meritũ ex nobiſipſis ſuſtinentes. Quod ego plus quã omnia timeo, & rogo non par
ticeps eſſe omniũ malorum. ¶ Etſi vis, & diuinã viſionẽ ſancti cuiuſdam viri memorabo, & nõ
rideas, vera enim dicã. Me exiſtente aliqñ in Creta, ſanctus hoſpicio recepit Carpus, vir (& ſi a-
liquis alius) propter multam mundiciã mentis ad dei inſpectiões aptiſſimus. Et quidẽ neq; ſan-
ctis myſteriorum perfectionibus manũ apponebat, niſi prius in orationibus quæ ſunt ante perfe-
ctionẽ, ipſi ſancta & amica viſio inferretur. Dicebat igitur q̃ cum contriſtaſſet eũ quidã infide-
lium, triſtitia aũt hæc erat, q̃ ab eccleſia ille quẽdã ad infidelitatẽ errare fecerat. Adhuc lætis di-
ebus ipſi factis oportebat pro vtriiq; benigne orare, & deũ ſaluatorẽ ſuſceptorem ſumentem,
hunc quidem conuertere, illũ autem bonitate vincere, & nõ deficere admonẽtẽ per vitã omnẽ
vſq; hodie, & ita ad diuinam ipſos ſurſum agere cognitionem, ſicut iam & his quæ erant dubia
ipſis indicatis, & quæ irrationabiliter & temerarie fecerant, legali iuſtitia caſtigari compulſis.
¶ Sed in ſeipſo non prius hoc patiens, neſcio quomodo multas quaſdam inimicitias & amari
tudinem intexens, infirmatus eſt quidem ita male habens, veſpera enim erat. Circa medias ve-
ro noctes (conſueuit enim in hoc tempore ipſe apud ſe ad diuinos hymnos euigilare) conſur-
git quidẽ neq; à ſomnis multis quidem ipſi exiſtentibus, & ſemper inciſis extra turbationẽ exp
Actu. 13. giſcens, ſtãs tñ ad diuinã loquutionem, non religioſe triſtabatur, & moleſtatus eſt dicens, non
*decens. eſſe *iuſtũ ſi viuãt homines impij, & peruertentes vias dñi rectas. ¶ Et hæc dicẽs, rogabat deum
vt cõbuſtione quadã amborum ſimul immiſericorditer abrumperet vitas. Hæc aũt dicẽs: dicebat
apparere videre ſubito domũ in qua ſtabat cõmotã prius ex vertice in duo mediã diuiſam, &
quandã fornacem multi luminis in conſpectu eius, & hãc videbatur ei poſtea ſub æthere locus
ex cœleſti choro vſq; ad ipſam deſcẽdẽre. Cœlũ aũt ipſum vidit apertũ, & ſup dorſa cœli Ieſum
infi



infinitis humana ſpecie ipſi aſſiſtentibus angelis, & hæc quidem videre deſuper & ipſum mira-
A ri. Deorſum aũt inclinatum ſe Carpus dixit videre, & ſolũ ipſum ad triſtẽ hyatum & obſcurũ
diſciſſum, & viros quidẽ illos quibus calumniabatur ante ipſum iuxta os aſtare hyatus, tremu-
los & miſerabiles, iã pene deponendos à propriorũ pedũ inſtabilitate. Deorſum aũt ab hyatu
ſerpẽtes ſurſum repere, & circa pedes ipſorum ſuppoſitos, aliquando quidem abſtrahere inuolu-
tos, ſimul & grauantes & trahentes, aliquando autem dentibus & palatis percutientes, & ſubur
gentes, & per omne ad triſtitiam immittere machinatos. Eſſe autem & viris quoſdam in me-
dijs ſerpentibus, contra viros conſtitutos commouentes ſimul & impingentes & percutientes.
¶ Videbantur autem eſſe caſuri illi, partim quidem inuiti, partim autem & voluntarij, à malo
quidem coacti, paulatim ſimul & perſuaſi. Dicebat autem & Carpus ſeipſum delectari deor-
ſum inſpicientem, ſuperiora vero negligere, moleſtari autem & puſillanimem eſſe, qm̃ nondũ
ceciderant. Et rei multotiẽs ſuppoſitum & debilitatũ, & cõtriſtatũ fatigari, & reſpiciẽtẽ difficul-
ter. Videre quidẽ rurſus cœlũ ſicut & prius viderat. Ieſum autẽ miſeratum quod fiebat, conſur-
gere ex ſupercœleſti throno, & vſq; ad ipſos deſcendentẽ, manum bonam extẽdere, & angelos
cum ipſo accipientes *alium aliumq; tenere viros, & dicere Carpo Ieſum: Manu iam extenta, p- *aliũ aliũ-
cute cõtra me de cætero, parat⁹ enĩ ſum & rurſus p hoĩb⁹ ſaluãdis pati. Et hoc amicũ mihi, nõ q̃ unde.
alij peccẽt hoĩes. Sed vide ſi bñ habet tibi mãſionẽ in hyatu & cũ ſerpẽtibus cõmutare, p mãſiõe
cũ deo & bonis amatoribus hoĩm angelis. Hæc ſunt quæ ego cũ audierim, credo vera eſſe.

## ¶ Ad Titum pontificem. Epiſtola XI.

B Anctus quidem Tymotheus ó honeſtiſſime Tite, neſcio ſi aliquid cognitorum ẽ
mihi theologicorum ſignorum quod non audierit. Sed in theologia ſymbolicã
bene diſcreuimus ipſi eloquiorum omnes de deo viſas multis eſſe prodigiales lo-
quutiones. Etenim omnem incongruentiam duram imprimunt imperfectis ani-
mabus, quando ſecretæ ſapientiæ patres per quædam occulta quidem & præſum-
pta enigmata manifeſtant diuinam & myſticam, & inuiam immũdis veritatem. Propter quod Theolo-
& increduli ſumus multi ſermonibus & diuinis myſterijs. Videmus enim illa cum ſenſibilibus gia ſym-
ſignis aſſiſtentibus illis. Oportet autem & reddentes ipſa in ſeipſis nuda & munda facta videre. bolica.
Ita enim videntes honoremus fontem vitæ ad ſeipſum effuſum, atq; in ſeipſo ſtantem, viden-
tes & vnam quandam virtutem ſimplicem, per ſe mobilem, per ſe operantẽ, ſeipſam non relin-
quentem, ſed cognitionem omnium exiſtentem, & ſemper per ſeipſam inſpicientem. ¶ Igitur
arbitrati ſumus oportere & ipſi & alijs à nobis ſicut poſſumus reſerare largiſſimas formatiões
ſignificatiue de deo ſanctæ compoſitionis. Nam exteriora eius quam incredibili & compoſiti-
uo adimplentur prodigio, ſicut in ſuperſubſtantiali dei fœcunditate ventrem dei corporaliter
C deum gignentem componentis, & verbum in aera à corde virili eructuante ipſum, & ſpiritum
emiſſum ab ore diſtribuentis, & ſinus deigenos in vlnis portantes dei filium, vt decet corpus
nobis laudantis, aut ad modum plantarum iſta componentis, & arbores quaſdam & ſurculos
& flores, & radices proponentis, aut fontes aquarum emanantes, aut ſplendorem productiuas
lucis generationes, & alias quaſdam ſuperſubſtantialium theologiarum manifeſtiſſimas ſan-
ctas ſcripturas. ¶ Intelligibilibus autem dei prouidentijs, aut donis, aut manifeſtationibus, aut
virtutibus, aut proprietatibus, aut finibus, aut manſionibus, aut proceſſibus, aut diſcretionibus
aut vnitione, hominis compoſitione deo, & ferarum & animalium aliorum, & plantarum, &
lapidum variam formationẽ componẽtis, & ornatus ipſi muliebres, aut barbaricas armaturas
circũponentis, & figulariam & fuſoriam ſicut operanti in igne cuidã apponentis, & equos ipſi
& currus, & thronos ſubſternẽtis, & cibos pulmẽtificos cõſtruẽtis, et potatũ et inebriatũ, et dor
miẽtẽ et crapulatũ cõponẽtis. ¶ Quid ſi dicat q̃s iras, triſtitias, oĩmoda iuramẽta, penitẽtias, ma-
ledictiões, inſanias, multiformia et obliqua peccati promiſſionũ ſophiſmata in Geneſi gigan-
tiũ pugnam inſidiari ex timore dicitur potẽtibus illis viris, et hoc ad ędificationẽ, nõ ad iniuriã
quorũdã aliorum, ſed pro ſaluatione ſuiipſorum machinatis, et conſiliũ illud in cœlo, in dolo et de-
ceptiõe Achab cõſtructũ, et cãticorum materiales et amatorias, et multas paſſiões, et quecũq; alia
ſunt oĩa audẽtis dei cõpoſitiõis, ſanctæ cõpoſitiões apparẽtes occultorum, ppoſite et multiplicate
et diuiſibiles ſingularum et indiuiſibiliũ, et figuratiue et multiformes infigurabilium et informa-
biliũ. Quorum ſi quis poſſet videre intus abſconditũ decorem, inueniet myſtica et deiformia oĩa,
et multo theologico lumine adimpleta. ¶ Non enim æſtimamus apparẽtes cõpoſitiões pro ſe-
ipſis eſſe cõpoſitas, ſed eſſe propoſitas cauſa ſecretæ et inuiſibilibus multæ ſcientiæ, q̃d nõ ab im
mundis facile capiantur ſanctiſſima, ſolum autem reuelantur ſanctitatis proprijs amatoribus,
ſicut omnem puerilem phantaſiam in ſanctis ſignis deſtruentibus & ſufficientibus tranſire mẽ
tis ſimpli

tis ſimplicitate,& contemplatiuæ virtutis bonitate ad ſimplicem & ſupernaturalem & præcol
locatam ſignorum veritatem. ¶ Et aliter & hic intendere oportet duplicem eſſe theologorum D
traditionem,hanc quidem ſecretam & myſticam,illam apparentem & notiorem. Et hanc qui-
dem ſignificatiuam & perfectiuam,illam autem myſticam & receptiuam, & complicitum eſt,
dicendo non dicendum. Et hoc quidem perſuadet & ligat veritatem, illud autem operatur &
collocat in docibilibus myſteriorum perfectionibus. Et quidem neq; in ſanctorum myſterioꝝ
perfectionibus,noſtræ autem legalis traditionis ſancti magiſtri adeo conuenientibus,abſtinu
erunt ſignis. Sed & ſanctiſſimos angelorum per ænigmata myſtice diuina producentes vide-
mus,& ipſum Ieſum in parabolis theologizantem,& deifica myſteria per figuratiuam cœnam
tradentem. ¶ Etenim conueniens erat non ſolum incontaminata ſeruari à multis ſan-
cta ſanctorum,ſed & ipſam humanam vitam indiuiſibilem ſimul & diuiſibilem,exiſtentem,iu-
xta proprietatem ſuam diuinis illuminari cognitiōibus. Et impaſſibile animæ quidem ad ſim-
plices & intimas deiformium inſignium ſegregare viſiones,paſſibile autem ipſius connaturali-
ter currere,ſimul & extendere ad diuiniſſima ingenioſe ante compoſitionis figuratiuorum ſi-
gnorum figurationibus,cui cognata talia naturaliter ſunt velamina. Et monſtrant quicunque
& ante velamina extra theologiam planam cum audierint in ſeipſis componunt figuram quā-
dam,ad intellectum dictæ theologiæ ipſos manuducentem. ¶ Et etiam ipſa apparentis om̄is
mūdi operatio eſt inuiſibilium dei propoſitio,quemadmodum dicit & Paulus.& verus ſermo.
Propter quod & theologi quædam quidem ciuiliter & legaliter inſpiciunt, quædam autem ſu
permundane & incontaminate,& quædam quidam humane & medie,quædam autem ſuper-
mundane & perfectiue. Et aliquando quidem à legibus apparentibus, aliquando quidem ab E
occultis legibus,ſecundum hoc quod conuenit ſubiectis ſanctis rebus, & mentibus & anima-
bus. Non enim hiſtoriam habet vacuam,ſed viuificam perfectionē propoſitus ipſis & vniuer-
ſis,& per omnia ſermo. Oportet igitur & nos pro litigatiua de ipſis ſuſpitiōe intra ſancta ſigna
(vt decet)ſanctos tranſire,& neq; inhonorare ipſa diuinorum characterum exiſtentia germina
& expreſſiones,& imagines manifeſtas,ſecretas,& ſupernaturalium viſionum. ¶ Etenim non
ſola ſuperſubſtantialia lumina & intelligibilia,& ſimpliciter diuina figuratiuis variātur ſignis,
ſicut ſuperſubſtantialis deus ignis dictus,& intelligibilia ſimul & intellectualium angelorum
deiformes ornatus formis varijs deſcribuntur,& multiformibus & igneis formationibus. Et
aliter oportet eandem ignis imaginem de deo quidem ſuper intellectum dictam accipere, ali-
ter autem de intelligibilibus ipſius prouidentijs aut rationibus. Et quidem hāc ſecundum cau-
ſam,illam autem ſecundum eſſentiam quandam,aut ſecundum participationem, & alia aliter
ſicut ſecundum ipſa contemplatio & ſapiens ordinatio conſtituit,& non ſicut caſu ſancta ſigna
confundere,ſed conuenienter ipſa cauſis,aut eſſentijs,aut virtutibus,aut ordinationibus,aut di
gnitatibus aperire,quorum ſunt manifeſtatiuæ compoſitiones. ¶ Et vt non infra quā conuenit
epiſtolam faciamus,ad ipſam propoſitam à nobis quęſtionem iam eſt eundum. Et dicimus q̄d
omne alimentum perfectiuum eſt eorum quæ aluntur imperfectionem ipſorum & indigenti-
am adimplens,& infirmum curans,& vitam ipſorum ſeruans,& reflorere faciens,& renouās, F
& viuificum ipſis bonum affectum donans,& ſimpliciter à triſtante & imperfecto liberans, &
lætitiam ipſi & perfectionē largiens. Vnde ergo ſuperſapiens & bona ſapientia ab eloquijs lau-
datur,cratera myſticum ſtatuens,& ſanctum ipſius potum propinans. Magis autem ante hæc
fortia alimenta proponens,& cū alta prædicatione ipſam rogantibus ipſa benigne immittens.
Duplex igitur alimentum diuina ſapiētia proponit. Vnum quidem forte & manens. Aliud au-
tem humidum & profuſum,& in cratere donat prouiſiuas ipſius bonitates. Igitur crater quidē
rotundus exiſtens & apertus,ſignum fit exiſtente ſimul & ad oīa circūeuntis carentis principio
& interminabilis totorum prouidentiæ. Sed quoniā ad omnia procedēs manet in ſeipſa,& ſtat
immobili idētitate,& perfecte,inegreſſibili à ſeipſa collocata ſingulariter & fixe & ipſe crat' ſtat.
¶ Aedificās aūt & ſapia domū ſibiipſi dr̄,et in ipa fortia alimēta,et pot',et craterē,ppōnēs,q̄d ſit
diuīa,ſicut decet deū,cōſerētib' manifeſtū qdē ē,et,puidētia pfecta ē,quę ē cauſa vt ſiat oīa,et ad
oīa,pcedit,et in oī ſit,et cōtinet oīa,et rurſus ipa in ſeipa ſc̄d̄m exceſſū nihil in nihilo ſecūdū q̄d
nihil ē,ſed ſegregat à totis ipſa in ſeipſa eodē mō et æternalit' exiſtēs,et ſtās et manēs,et ſp ſc̄d̄m
eadē et eodē modo habēs,et nūquā extra ſeipſam facta,neq; à propria ſede et immobili māſiōe
et eſſentia deficiēs,ſed in ſeipſa totas et perfectiſſimas prouidētias optime operās,et,puenīēs in
oīa,et manēs in ſeipſo,et ſtās ſemper motus. Sed ſicut aliquis dicat prouiſiuas operatiōes in mā
ſione et māſionem prouidēdo,et naturaliter ſimul et ſupernaturaliter habēs. Sed quod eſt forte
alimentum,et quod humidū. Iſta em̄ bona ſapientia dare ſimul et prouidere laudatur, ¶ Igitur
forte



forte quidem alimentum compoſitionem fore arbitror intellectualis & manentis perfectiōis
A & identitates,ſecundum quam diuina ſecundum fortem & ſtantem & vnitiuam,& indiuiſibi-
lem cognitionem participantur ab intellectualibus ſentiendi inſtrumentis illis,quibus diuiniſ
ſimus Paulus ex ſapientia excipiens,vere forte alimentum tradit. Humidum autē diffuſiue ſi-
mul & omnia procedere ſtudendis affluentiæ,& adhuc per varia & multa & diuiſibilia ab iſtis Hæbre. 5.
ad ſimplicem & non tremulam dei cognitionem nutritos iuxta proprietatem ſuam bonitate
manducentis. Propter quod & rori,& aquæ diuina & intelligibilia eloquia,& lacti,& melli, &
vino aſſimilantur,propter vitæ generatiuæ ipſorum ſicuti in aqua virtutem,& augmentatiuā
ſicuti in lacte,& reuiuificatiuam ſicuti in vino,& mūdificatiuam ſimul & ſeruatiuā ſicut in mel-
le. Hæc em̄ diuina ſapientia donat accedentibus copioſe ipſis & indeficienter alimentorum af-
fluentiam largiens & ſupermanans. Hoc igitur vere alere,& propter iſta viuificata ſimul & pu-
erorum nutritiua & renouatiua,& perfectiua eſt laudata. ¶ Secundum iſtam autem ſanctam
alimenti reſerationem,& ipſe omnium optimus inebriari dicitur propter ſuperplenam & ſu-
perintellectum alimenti,aut vt magis proprie dicatur,bonæ habitudinis dei perfectam & ineſ
fabilem immenſurationem. Sicut enim in nobis ſecundum peius ebrietas incommenſurabilis
adimpletio eſt,& mentis & ſenſuum exceſſus,ita ſecundum melius in deo ebrietatem non ali-
ud aliquid oportet cogitare quam ſuperplenam ſecundum cauſam præexiſtentem in ipſo om̄i
um bonorum incommenſurationem,ſed & exceſſum ſciendi qui conſequitur ebrietatem,& ex
B ceſſum dei qui eſt ſuper intellectum conuenit arbitrari,ſecundum quem ſegregatur ab intelle-
ctu,qui eſt ſuperintelligere & intelligi,& ipſum eſſe,& ſimpliciter ab vniuerſis quæcunque ſunt
bona inebriatus ſimul & eſtaſim paſſus eſt deus,omnibus ipſis ſimul & ſuperplenus exiſtens
immenſurationis omnis exceſſum,& rurſus extra & vltra tota ſurſum poſitus. ¶ Ab iſtis qui-
dem moti & conuiuia ſanctorum in regno dei ſecundum eundem accipiemus modum. Tran-
ſiet enim tunc ipſe rex,& recumbere faciet ipſos,& ipſe miniſtrabit illis. Manifeſtant enim hæc
communem quandam & conſentientem ſanctorum in diuinis bonis adimpletorum & recli- Lucæ. 12.
natorum communionem & eccleſiam primitiuorum deſcriptorum in cœlis,& ſpiritus iuſtoꝝ
omnibus bonis perfectos,& omnibus bonis adimpletos. Et reclinationem quietem opinamur
à multis laboribus,& vitam ſine læſione,& conuerſationem diuinam in lumine & regione vi-
uentium,vniuerſo bono affectu ſancto adimpletam,& copioſiſſimorum & beatiſſimorum do
norum copioſam donationem,ſecundum quam lætitia vniuerſa ſunt adimpleta. Hoc idem eſt
lætari Ieſu recumbere facientis ipſos & miniſtrantis,& æternam quietem & adimpletionem bo
norum diſtribuentis ſimul & infundentis. Inquirens ante bene notum & diuulgatum ſomnū
dei & euigilationem reſerari. Et quando dicimus diuinum ſomnum eſſe ſegregatum dei & in-
C communicabile à prouiſis,euigilationem autem attentionem ipſius ad prouidendum indigen
tibus diſciplina aut ſaluatiōe,ad alia theologia ſigna tranſibilis. Quapropter & ſuperfluum eē
arbitrati eadem eiſdem reuoluentes,alia videri,dicere ſimul aut nos cognoſcentes ad credēdū
bona,ea quidem quæ ſunt epiſtolæ in dictis finiemus cum expoſuerimus(ſicut arbitror) plura
quam noſtris literis debeantur. Ipſam autem totam noſtram ſymbolicam theologiam mitti-
mus,in qua inuenies cum ſapientiæ domo & columnas ſeptem diſcretas, & forte alimentum
ipſius in ſacrificia & panes diuiſim,& quæ vini mixtio,& rurſus quæ ab ebrietate dei & crapu-
la,& ipſa etiam non dicta,diffuſius in ea ſunt diſcreta,& eſt(vt arbitror)omnium ſymbolicaꝝ
theologiarum inuentio bona,& conueniens eloquiorum ſanctis traditionibus & veritatibus.

## ¶ AD ſanctiſſimum Iohannem apoſtolum & euangeliſtam.

## Epiſtola X.

SAluto te ſanctam animam ó dilecte, & mihi eſt hoc ad te præter multos magis
proprium. Gaude vere dilecte,vere amabili & deſiderabili, & diligibili valde di-
lecto. Quid eſt mirabile ſi CHRISTVS eſt verax,& diſcipulos iniuſti ciui-
tatibus expellunt,ipſi ſecundum dignitatem ſibiipſis attribuentes, & à ſanctis im-
mundi dilecti & recedentes. Vere manifeſte imagines ſunt viſibilia inuiſibili-
um. Neque enim in ſeculis venturis cauſa, erit iuſtarum ſegregationum ex ipſo dei, ſed
à deo perfecte ſeipſos ſegregantes, ſicut & alios videmus hic iam cum deo factos,quoniam ve
ritatis exiſtentes amatores,ab effectu quidem recedente materialium,in om̄i autem omnium
malorum libertate & amore diuino bonorū vniuerſorū pacē diligūt & ſanctitatē,& ex pſenti
vita incli

vita incipiunt futuram,vt decet angelos,in medio hominum conuerſati cum impaſſibilitate
omni & dei nominatione & ſanctitate,& aliꝭs bonis. ¶ Igitur non aliquando ita inſaniam q̄d D
putem nos aliquid ſecundum corporis paſſiones,ſed ſolum iudicare ipſas ſentire credo. Iniuri-
am autem nobis facientes,& relegare arbitrantes,non recte euangelici ſolem iuſte cauſam ha-
bens opto ab iſtis dimiſſos,qui contra ſeipſos faciunt ad bona conuerti,& ad ſeipſos nos trahe
re & ſumere de lumine. Nos autem neq̃ contrarium priuabit Iohannis ſplendidiſſimo radio,
nunc quidem conſequuturos memoria,& renouationem tuæ veræ theologiæ paulo autẽ po-
ſterius, dicam enim,quamuis eſt audacie nobiſipſos vniendos. Dignus autem credi ſum om̃i-
no præcognita tibi,& dicentes ex deo & dicens, quod ex cuſtodia quæ eſt in Pathmos dimitte
ris,& ad terram Aſiæ reuerteris,& facies ibi boni dei imitationes,& his qui erũt poſt te trades.

## Ad Appollophanum philoſophum. Epiſtola. XI.

NVnc nunc mihi ſermo ad te dirigitur præcordialis amor multos ſolicitudinum me-
arum angores de te replicans,teq̃ miti mente ſuper vecordia tibi ex friuolitatis di-
utina pertinacia arguent, & phanatica illuſionum phantaſmata inſultans ſuperna-
turalem modificationem benignitatis dei magnificentiſſime & diligentiſſime ado-
rando, tibi bene reſpicienti pars animæ meæ coniubilo,tuiſq̃ te deſpectionibus compellabo,
vt illa tibi iterato commendem quorum pridem contempſeras notionem. Frequentiſſime qui
Gene 1. dem & diligenter ſatis dilucidaui tibi Moſe prodente à domino hominem de limo factum , &
Gene. 6.7 tranſgreſſiones eius cathaclyſmo piatas. Sequenter quoq̃ eum in amicitia ſumptum , multaq̃
Exo. 7. 8. in Aegypto & egreſſionis ſuæ itinere pro eo,& in eo feciſſe magnalia,atq̃ theologos multoti-
9.10.11.12 es feciſſe,quorum præcognoſcẽtia deus humanatus fieri eſt dignatus ex virgine. Vnde mihi E
Ex. 13.14 reſponſalia frequenter remiſiſti,non ſolum te hæc eſſe vera funditus ignorare,verum etiam q̄s
Iohan. 1. idem Moyſes fuerit perneſcire,euangelium Ieſu Chriſti dei totius maieſtatis(quod meum vo-
Lucæ. 2 cabas) rennuere. Paulum vero hominem mundi circuitorem & ſeminiuerbiũ de materialibus
ad immaterialia non velle ſuſcipere,imo me refellendo,quoniam paterna religionis iura dege
ner omittens in ſacrilegia nepharia me transfuderim. Hortabaris autem ea quibus innitebar
dediſcere,aut his deiectis paterer mea mihi ſufficere,& non numina diuina ſeu leges patrias de
rogare. Vt autem lux ſuperna paternæ ſplendorem gloriæ in tuæ mentis tenebras radiare ſuo
propoſito deſtinauit,penetralibus cordis mei infudit,vt tibi memoriale piꝭſſimum recordarer,
qualiter in Helyopoli pene coæuo mihi,ego quinq̃ & viginti fere annorum tempus euoluens
pariter morabamur,cum feria quadam ſexta,ferme hora etiam quaſi ſexta,luna ſe ei inꝭciente
ſol eſt horribiliter obſcuratus,quia non deus,ſed creatura dei lucis ſuæ occubitu lucere nequi-
uit,queſtuſq̃ ſum apud te,quid hinc tibi prudentiſſime videretur. Ex quo prudentia tua reſpõ
dit quod adeo tenaciter cordi mentis meæ inhæſit,vt nulla obliteratione abradi nulla mortis
imagine valeat aboleri. ¶ Obfuſo nanq̃ orbe vniformiter tenebrarum caligine tabeſcente , vt
purgatum rediꝭt ſolis dyametrum,regulam Philippi Aridei aſſumpſimus. Cũq̃ reperimus q̄d
& erat notiſſimum,eatenus fatigatione eclyptica ſolem pati moleſtias non debere,& lunam ab
Oriente ſolarem fulgorem velis æthiopicis obducentem ſolere in occidua hora captare profu-
gia. Tunc autem lucigenos theſauros caligines quas genuerunt vſq̃ in Iliacos terminos vt pu-
tauimus proferentes, recõdere occidentes præſertim cum lunæ deeſſet & nec conuentus tẽpus
propinquaret. Aio ad te peritiæ vaſtæ ſacrarium. Adhuc neſcius tantę rei myſterium. Quid in-
quam ſpeculum doctrinæ Appollophane his ſecretis adſcribis? Atq̃ tu mihi inquiens ore diui
no & non humani ſenſus ſermone. Iſta ó bone Dionyſi diuinorum retributiones ſunt rerum.
Deniq̃ notatum ferię diem & annum, annunciationis quam Paulus noſtris auribus ſuſpenſis
intonuit,ſignis acclamantibus concordari expertus,dedi veritati manus,& falſitatis ſum nexi-
bus abſolutus. ¶ Quam ineffabiliter effero,tibiq̃ infero,quæ eſt & vita & via,ac verum lumen
eſt quod illuminat omnem hominem,venientem in hunc mundum. Cui tu tandẽ vt vere pru-
dens ceſſiſti. Ceſſiſti nempe vitæ,cum abdicaſti mortem. Cuiq̃ bene facies inhærendo,cũ hinc
nobis arctius iunctus fueris. Os enim illud eſt cuius me fulgore obtenebrans eras ſolitus hinc
Iohan. 1. inde fucis multicoloris & multiplicibus,etiam intra penetralia infuliginare,& acuminatis ſpi
culis terebrare,quoniam(vt fatebare)illius notitia ſapida notio vt inhiabas mẽtali palato ſe re
ſultabat,& dedignans in ventre tuæ notitiæ ſedem ſumere abnuebat. Sic ſic modo cognoſcen
tia & prouida corda gerens ſuſpice,ne pro his qui non ſunt quod eſt verum remittas , & ꝑtina-
tior ad falſa tentãtibus eſto,quam ad verum quod eſt ſuggerentibus noſtris votis extiteras. Ita
nanq̃ in Ieſu(qui eſſe & vita mea eſt)lætus iam moriar,cum ipſe in eo viues. FINIS.

In nouam



# A IN NOVAM OPERVM SANCTI DIONYSII MARTYRIS TRANSLATIONEM, IACOBI FABRI STAPVLENSIS AD PIOS LECTORES EPISTOLA.

LVmen quãto ſoli vicinius eſt, tãto ſplẽdet illuſtrius, vimq̃ mortalium ſuperat oculorum.
Et vnumquodq̃ quanto ſuæ ꝓpinquat origini, tãto quoq̃ puriorẽ ſuã retinet naturã, atq̃
ſeruat. Neq̃ id aliter in diuinis, aliter vero in humanis euenire putandũ eſt. Hinc oĩm ſane
ſcripturarũ ſupremũ dignitatis apicẽ, ſummũq̃ decus, auguſtã reuerentiã, & autoritatem
obtinere dinoſcunt̃ ſacroſancta euangelia, vt q̃ à deo proximé manauerint in diſpoſitos
animos trãsfuſa. Mox ea ſequũtur ſanctæ & arcanæ Ieſu reuelatiões, apoſtolorũ acta, &
epiſtolæ, & prophetarũ monumẽta: q̃ veteris legis cõtinent̃ organo, & hęc vniuerſa dupli
ci teſtamẽto & vetere ſcz & nouo contẽta, eloquia nominant̃. Porro eloq̃a proxime & di
gnitate & autoritate ſequunt̃ ea agiographa, ſctãq̃ ſcripta, q̃ apoſtolorũ auditores ad fidelis eccleſiæ inſtituendã
futuram ſobolẽ reliquere. Inter q̃ ſunt diui Dionyſii Areopagitæ ſacratiſſima opera, tãta excellẽtiæ dignitatate e-
minẽtia, vt cõmẽdationis eorũ nullꝰ vnq̃ verbis valeat aſſequi ſummã. Vt enĩ dilectiſſimꝰ deo diſcipulꝰ Iohãnes,
ob euãgelij ſui ſublimitatẽ int̃ euãgeliſtas aq̃la noĩatur, ita & ſctũs Iohãnes Chryſoſtomꝰ hũc beatiſſimũ patrẽ ſu-
orum ſcriptorũ altitudinẽ demiratꝰ, totus pene effectꝰ attonitus, volucrẽ cœli exclamat. Hũc ſctĩ viri ſingulari do
ctrina fulgẽtes ſanctꝰ Maximꝰ, ſctũs Michael hieroſolymitanꝰ, ſctũs Andreas Cretẽſis & vniuerſa docta Gręcia,
B miris laudibꝰ effert, magnũ appellat, angelũ appellat, & cui ſimilis nõ ſucceſſerit ſacrorũ interpretẽ. Et cũm aliq̃ñ
in obſcuris theologicis Euſebij Pamphili de motu monadis in dyada, & ſtatu in triade(q̃ ad intimos diuinitatis
proceſſus, ineffabileq̃ intimorũ illorũ proceſſuũ ſtatũ in Trinitate, ꝑtinere videt̃, & diſcuſſum à btiſſimo patre in
libro hypotypoſeon) ita legẽs incidiſſem. Non ens enĩ ex negatiõe, primũ finit̃, ꝙ entiũ nihil exiſtat, effectrix ſiq̃-
dem cauſa, & preſtantius illis eſt, ex negatione: identidẽ finit vltimũ, ꝙ entiũ nihil exiſtat, ſed ipſis quoq̃ deterius.
Et iterũ. Quia ſupra vnionẽ huiuſmodi eſt vnio & ſupra diuiſionem diuiſio, ꝙ etiã meliꝰ quiſpiã ſuperunitũ & ſu
perdiuiſum nũcupauerit. Viſus eſt mihi ipſe Euſebiꝰ, aut Dionyſiũ lectitaſſe aliq̃ñ, aut eos q̃ ſuis verbis, ſuoq̃ phi
loſophãdi mõ fuiſſent vſi. Verum vt ſolẽ conſpiciamꝰ, face nõ egemꝰ. Idcirco cætera teſtimonia patrũ de ipſo, vt
Polycarpi, Dionyſii Corinthiorũ epiſcopi, Methodij, Athanaſii, Eugenij, Gregorij Turonẽſis, & Fortuniati nũc
prætereũda iure cenſeo, vt q̃ aliena luce, ad perſuadendũ, minime indigere videamur. Hęc ſacratiſſima opa, has di
uinitatis opes, & cœleſtes ambroſias nõ quas fabuloſe fundit cornu Amalthęę, voluit ſumma dei benignitas nr̃is
tẽporibꝰ latinis, intelligibiliꝰ reſtitui, ex illa plenitudine apoſtolicorũ temporũ deprõptas. Et plane literaria monu-
menta ex apoſtolicis tẽporibꝰ ad noſtra deriuata: ęque mihi à cæteris differre vident̃ ac viuẽtia à mortuis, cœle-
ſtia à terrenis, & à mortalibꝰ immortalia: aliq̃d viuificũ atq̃ mirifice lucis vltra cætera in ſe ſeruãtia. Attamẽ illa
ipſa eorũ lux, ſpiritaliſq̃, & viuifica intelligẽtia ſine certo duce occulta manet, prorſuſq̃ incognita. Ad quã pro-
culdubio percipiendã, nullũ hoc ſacratiſſimo autore inuenire valebimꝰ certiorẽ ducem. De q̃ nimiũ vere dicere
C poterimus(ꝙ ipſe de Hierotheo dicere ſolebat) nos nunq̃ illuſtriorẽ ſolẽ offendiſſe, cui infigere conaremur ob-
tutꝰ. Hic ſctiſſimus autor vnꝰ eorũ eſt, de q̃bus beatiſſimꝰ Paulus aiebat: Sapientiã aũt loq̃mur int̃ ꝑfectos. & ꝑfe-
ctorũ, ſolidũ eſſe cibũ, ſiq̃dem horũ diuinorũ opum intelligẽtia, ſolidus cibꝰ eſt. Et teſtor illorũ ſctõrũ tẽporũ fe-
licitatẽ, à quibꝰ oĩs ſapientiæ lux ꝑ oĩa gratiæ tẽpora effluxit: mihi nũq̃ poſt ſacroſctã eloquia, minꝰ quidẽ & ſub-
tutile, intelligentiæ nr̃æ ꝑuia, quicq̃ his magni & diuini Dionyſii operibꝰ occurriſſe ſacratiꝰ, & ſi reliq̃(q̃ iniu-
ria temporũ perierũt) ad manus prõpta haberent, ſufficere haud dubie poſſent ad totius orbis uiuificã illumina-
tionẽ, magis reuera deplorãda q̃ q̃cunq̃ opũ, regnorũ, aliarũq̃ fortunarũ iacturæ, q̃ q̃cunq̃ detrimenta. Et eloq̃a
ꝑſimilia ſunt arce in q̃ ſapientiæ theſauri latentꝰ occluſi occultiq̃ manent, nunq̃ oculis ꝓuij niſi ſit qui reſerat, ſa-
crumq̃ inferat lumen. Hic aũt cœleſtis, & ſupramũdanus theologus diuinã arcã apit, & ſacrũ lumen infert. In quo
reſeratorũ eloquiorũ mirificũ decorẽ contemplari valemus, q̃ vniuerſa idoneis lectoribꝰ magis obuia patebũt,
q̃ nos ipſi ꝑmonere, aut ſcribere ſufficiamꝰ. ¶ Quare dũ paucorũ adhuc ammonuerimꝰ, q̃ſi patefactis atrꝭs, ad di
uinarũ opũ ſanctuariũ(deo oĩm numerũ autore, & ſacratiſſimo martyre ducibꝰ) vos admitti orabimus. Primũ
itaq̃ eſt. Sacroſctã eloquia, & hæc inſuꝑ diuina opa, illiſq̃ ſimilia(q̃ eloquiorũ myſteria detegũt) attente in orãtis
modũ ad deũ humili, proſtrata, ꝓuolutaq̃ mente, oĩ cũ reuerentia & tractãda & legenda eſſe. In humanis enĩ ſtu
dꝭs hoĩes vtcunq̃ placet gerãt habitũ: in diuinis aũt ſola attentio, deuotio, pietas, religio, reuerentia, & humilitas
iuuãt, mentemq̃ adaperiũt. Et qui ad ea ſecus accedũt, nõ mõ nihil proficiũt, ſed plerũq̃ euadũt deteriores, impꝭ
prorſuſq̃ diuinis ꝓſidꝭs capti, ne ſcientes diuina & ſctã, diuine & pure fuiſſe tractãda, & humana humane. ¶ Se-
cundũ eſt, Hunc ſacratiſſimũ diuinæ reſeratiõis ſapientiæ autorẽ, neq̃ Platonicũ, Ariſtotelicũ, Stoicũ, aut Epicu-
reum, ſed Ieſu vitæ autoris & ſpũs ſctĩ ſub diuiniſſimis Paulo & Hierotheo ꝓceptoribꝰ, eſſe philoſophũ, non ꝙ
neſcierit, q̃ Plato & Ariſtoteles ſcierũt, imò vero vtrũq̃(ſi tempora dediſſent) ſe etiã beatũ putaſſet, eius nominari
diſcipulum. Et iccirco nolite eos audire, qui eum nominãt Platonicum, ſapientius cogitate: eſt enim aliquid lon-
ge ſublimius, & his profecto nominibus ſacrorum adimitur autoritas, & diuina impie trahuntur ad humana,
perinde ac ſi Iohannem euangeliſtã Pytagoricum voco, aut voco Platonicum(vt nonnulli prophanorũ fecerũt)
& non potius cœleſtem & ſupramundanũ ſcribam, ſiue Ieſu Chriſti & ſancti ſpiritus ſuper omnes diuiniloq̃ã
tubam. Sancta ſanctis relinquant̃, & prophana prophanis, ſiue vt modeſtius loquamur, humanis reliquantur hu
mana. Scio quid loquor, ſcio quid ſcribo, & cur ſcribo: non in alicuius odium, ſed longe minus q̃ par eſt, q̃ dei

ſunt

Eloquia. Chryſoſtomꝰ in vltimo libro ſermonum. S. Maximus. S. Micha. hieroſolymitanus. S. Andre. Cretenſis Euſebius Pamphili in theologicis obſcuritatibus. Polycarpus. Dionyſiꝰ Corinthiorum. Methodius. Athana. Eugeniꝰ. Gregoriꝰ Turonenſis. Fortuniatus. Qũo eloquia, hæc opa & his ſimiliatractãda & legẽda ſũt. Diuinum Dionyſi. nõ eẽ Platonicũ aut alicuius ſectę humanorũ philoſophorũ: ſed lõge ſupra. vt Iohan. euangeli. & Paulꝰ.

Proteſtatio diuini Dioniſii ſe à mundanis philoſophis nihil accepiſſe, ī his ſanctiſſimis tradēdis diſciplinis.

ſunt veneratus. Credite potius beatiſſimo patri de ſeipſo à terrenis philoſophis præſidia non quæſiſſe tradenti, atq; ita cap.1. diuinorū nominū proteſtanti. Sic aūt modo quoq; nobis ea (quæ ſemper) definita lex, eorū quæ de deo dicuntur tueri veritatē, non in perſuaſibilib⁹ humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtentione theologorū à ſciō ſpiritu agitate virtutis, per quā ineffabilibus & incognitis, ineffabiliter & ignote cōiungimur, preſtantiore illa vnione rationalis noſtræ, ſpiritaliſq; virtutis, atq; actionis. Nulla ergo ratiōe præſumendū aliqd de ſupſubſtātiali, ſecretiſſimaq; deitate aut dicere aut cogitare, præter illa quæ nobis ſacra eloquia tradiderunt. Hactenus ſacratiſſimus pater. Qui ſolummodo euangelia, Petrum, Iacobum, Iohānem, Iudam, Bartholomeū, Ioſeph iuſtum, Paulum, Hierotheum, Ignatium, & prophetas ad ſuorū dictorū robur, & confirmationē ſolet adducere. Et nihil hic vos iterū moueat Nicolaum Cuſanū altiſſimæ ſapiētiæ beatiſſimi patris ſtudioſum, cōmuni errore deluſum etiam vocaſſe platonicū. Eum eñ, ipſorū furta latebāt. Et ideo poſt epiſtolā teſtes citabimus platonicos, more ridicule apud Flaccū cornicule, falſis plumis ornatos, ſibiq; vanū diuinitatis nomē ex furto ſcriptorū, preſertim huius ſanctiſſimi patris, & ſupramūdani philoſophi quæſiiſſe, & ſacra ex adytis prophanaſſe, diuinitatēq; de cœlo ad terrena deturbaſſe, & diuinis aduerſus diuina (quod beatiſſimus pater de Apollophane ſcribit ad Polycarpū) nefarie vſos. Digniores profecto qui ad caucaſiam rupē religati a vulturib⁹ roderētur, q̄ fabuloſus ille Prometheus q ſacrū de cœlo ignē ſubiecta ferula ad terrena elicuiſſet. Neq; quis hūc ſacrū interpretē platonicū ideo putet, quia verbis differēdo de diuinis vſus ſit Platonicis. Quinimo & verba, & ſentētiæ & Platoni, & reliquis philoſophis pro maiori parte (ne dicā pro toto) de deo digne loquēdi ante apoſtolorū tēpora deerāt. Et pinde profuſum equidē riſum (ne ſi Heraclit⁹ quidē fuiſſem) tēperare haud valuiſſem, cum aliqn̄ apud platonicos ita legēdum occurriſſet. Poſt apoſtolorū, apoſtolicorūq; virorū contiones & ſcripta à Philone & Numenio incepeūt ſcripta Platonis intelligi. Tertium, cognoſcatur aperte ex ſacris literis, & earū ſpiritali & viuificāte intelligētia (put à beatiſſimo Paulo & diuino Hierotheo, & ſpū ſancto, quod oīm maximū eſt, fuerat edoctus) oīa deprōſiſſe ſacratiſſimus pater. Et cum eloquia citat, vtitur editione ſeptuaginta duorū interpretū, quorū nominatim meminit Ariſteas. Nō eñ tēpore apoſtolorū alia fuiſſe ab ea quæ ſeptuaginta duorū erat, & quæ nunc ſeptuaginta dicitur, præter originalia legit. Et proinde quando ex noſtra traductione eadem adducuntur, interdum aliquanta apparet varietas, ſed ſpiritus omnia concordat, & viuificat omnia.

Nicolaus Cuſanus

Apollophanes.

D

Furta platonicorū. Baſilius.

## DE FVRTIS PLATONICORVM, QVAE ex libris S. Dionyſij quaſi propria inuenta extraxerunt teſtimonia.

E

### Magnus Baſilius.

Magnus Baſilius de Numenio, in oratiōe qua exponit euāgelium In principio erat verbum. Non ignoro (inquit) plurimos veritatis inimicos, & mundana ſapiētia ſe plurimum iactātes, ſic ammiratos iſta fuiſſe, vt in ſuis libris conſcribere auſi ſint. Furatur enim noſtra diabolus, & ſuis ea largiri conatur.

Ambroſi⁹

### Ambroſius Camaldulenſis.

Sciendum multos externorū philoſophorum & maxime Proclum: ſentētijs Dionyſii, imó vero ipſis quoq; vocabulis nudis vſos plerūq; fuiſſe. Vnde ſuſpicari poſſumus: ab ijs qui Athenis philoſophabantur, libros beati Dionyſii (quorum ipſe meminit) cęlatos fuiſſe, vt quę inde ſumebāt: inueniſſe ipſi putarētur, ſed diuina prouidentia (his modo libris adinuentis) inanis gloria illorum, & malicia pateſacta eſt. hæc Ambroſii ſcholium.

Marſilius

### Marſilius ficinus platonicus.

In libro de religione chriſtiana: Marſilius capite ſecundo & viceſimo de platonicis ita habet. Ego certe reperi præcipua Numenij, Philonis, Plotini, Iamblici, Proculi myſteria à Iohanne, Paulo, Hierotheo, Dionyſio Areopagita accepta fuiſſe. Quicquid enim de mente diuina, angeliſq; & cæteris ad theologiam ſpectantibus magnificum dixere, manifeſte ab illis vſurpauerunt. Hæc Marſilius. Et niſi in aduerſarios Chriſtianæ ſapientiæ mollior eſſe maluiſſet, plane dixiſſet, furati ſunt.

## Ambroſij oratoris & monachi Camaldulenſis ordiñis, in tranſlatiōem ſuam librorum ſancti Dionyſij Areopagitæ martyris PRÆFATIO.

F

Acto.17.

NObilitatem generis, diuitiarumq; copiā magni Dionyſii, Atheniēſium cōcilium cuius per electionē particeps erat oñdit apte. Nam vt diuinus nos Lucas in ſcribēdis apoſtolorū actibus docuit, Areopagitarū fuerat vnus. Cumq; eñ Apl's Paulus Athenas petijſſet, atq; cū philoſophis tum Epicureis, tum Stoicis verba feciſſet, Chriſtūq; ipſis dñm noſtrū, mortuorū reſurrectionē & gñale iudiciū pdicaſſet, captus atq; ad Areopagitas ductus, pdicatiōe ſua nōnullos etiā ibi cōfeſtim lucratus, ad veritatis lucē reduxit, q & recedērē ſecuti ſunt. In his Dionyſiū q̄q; Areopagitā fuiſſe, mulierēq; Damarim noīe, alioſq; cū ipſis nōnullos tradidit. Ego aūt nō arbitror abſq; cauſa pter cęteros q tūc diuina Pauli prædicatione crediderunt: Dionyſium à ſcriptore qui ſpiritu dei mouebatur, tantummodo ipſa etiam addita dignitate nominatum fuiſſe. Areopagita enim, inquit, Dionyſius fuit, ſed credo ita factum, quia & ſapientia præcipuus fuit, & vitæ apud Athenienſes ſanctiſſimę. Non enim quoſlibet, ſed genere, diuitijs, vitæq; ſanctimonia primos atque præclaros ad conſilium illud deligebant. Et antiquitus quidem vt Androcio in ſecundo rerum Atticarum libro refert, ex nouem primis magiſtratibus, nouem primi deligebantur, poſtea vero Areopagitarum numerus vſq; ad quinquaginta virum concreuit, primarij tamen ſemper viri (vt diximus) elegibantur, vt etiam Philochorus in tertio rerum Atticarum ſcribit. Erat autem pagus martius extra vrbem Athenas, vbi Areopagitarum cōcilium, leges contemnentium cauſas cognoſcebat, quas oēs Androtio in primo, & Philochorus in ſecūdo & tertio rerum Atticarum enumerat. Ita & diuinus Paulus quaſi nouos deos prædicans, à fatuæ ſapiētiæ ſtudioſis ad martiū trahitur pagum. Sed pręcipuus inter eos, veritatiſq; amator diuus hic Dionyſi. integro ſuo Pauli pdicationē iudicio cōfirmauit, atq; ilico inani Areopagitarum grauitate relicta, lucē prædicatiōis Pauli dñm noſtrum Ieſum Chriſtum ſecut⁹ eſt. Nā etſi Romani tēporibus illis imperio ſuo domuerāt oīa, Atheniēſes tamē atq; Lacedemonios legibus moribuſq; ſuis libere viuere permiſerunt. Vnde Martij pagi cōcilium, dignitatem adhuc ſuam retinebat. Ita igitur veritati iā adhærēs Dionyſius, primū à Paulo ſalutis dogmata percepit. Deinde maximo Hierotheo (vt ipſe ait) ſecūdo vſus eſt preceptore, & demū (vt in ſeptimo apoſtolicarum inſtitutionum libro ſcribitur) epiſcopus à Paulo Athenienſium qui credebant ſtatuitur. Huius B. Dionyſii, Dionyſius alter antiquiſſimus Corinthiorū epiſcopus meminit, & Polycarpus, in q̄dā eius ad Athenienſes epiſtola. Sed rectam magnāq; ſanctiſſimi huius viri doctrinam mirari omnes maxime debēt, qui traditiōes eccleſiæ inculpabiles, & exquiſitam diſciplinā nouerūt nihil coinquinatū, nihil impurū ex adulteratis philoſophorum dogmatibus immiſcētis. Et pleriſq; vt miſeris cōdolēdum eſt, qui propter ſuā ignorātiā acerbos ſe iudices atq; cēſores pbuerūt, qui acuta cęterorum inuenta, prout ignorantia ſua dictat acerbe carpētes, cū legant quæ nō intelligūt, ſcriptorē ſtatim cōdemnant, neq; eos pudet, q nec redarguere, nec emēdare poſſunt, quę male putāt conſcripta, ad ſeipſos ergo iram ſuam cōuertant, ſibijpſis acerbi ſint qui per negligētiam altiora diſcere nequiuerūt, quiq; à doctioribus petere dedignati in dubijs ſuis cōtabuerūt. Hæc dixi quia nōnulli beatum hūc Dionyſium quaſi hæretice multa cōſcripſiſſe vituperāt, qui mihi hæreticorum etiā peruerſas opiniones ignorare vidētur, nam ſi ſcirēt, certe cōferendo hæc illis, viderent tantū ab eis differre, quātum lumen à tenebris diſtat. Quid enim dicent de theologia iſtius viri qui trinitatem ſolam adorabilem prædicat? Quid dicent q animam, corpuſq; humanum (hoc eſt totum hominem) ab vno trinitatis Ieſu Chriſto vnigenito dei verbo abſolute aſſumptū fatetur? Quid dicēt de intellectualium, intelligibiliū, ſenſibiliumq; ipſius doctrina, aut in quo reprehendere poterūt, quæcūq; de generali hominum reſurrectione, de gloria iuſtorum, & impiorum ſupplicijs docuit? Hæc enim vt ſummatim dicatur, ſalutem cōtinēt noſtrā, quæ latius exponere, modo tempus nō eſt, præſertim cum oportune ſcholiorum commētarij illa indicaturi ſint. Sed non enumerauit libros ipſius (aiunt) Euſebius Pamphili, neq; Origenes eius meminit. Nos aūt multa fuiſſe ab Euſebio prætermiſſa (quæ forte ad eū nō peruenerāt) reſpōdemus, imo vero ille ipſe reſpōdet, qui ſe fatetur innumerabiles credere libros ad ſe nō perueniſſe, nam vel nōnullorum regiōis ſuæ hominū libros legiſſe nullo modo videt, vt Hymenei & Narciſſi hieroſolymitanę presbyterorū eccleſiæ, nec Pātheni operū meminit, nec clemētis Romani, duabus ſolum exceptis epiſtolis, multos inſuper ab eo prætermiſſos numerare poſſem, ſi opus eſſe putarem. Origines autem non omnium, ſed vix quatuor ſolummodo meminit virorum. Mihi vero dyaconus quidam Rhomanus nomine Petrus, omnes diui Dionyſii libros in Romana ſacrorum bibliotheca librorum inueniri affirmauit, quorum plurimos ad beatum Timotheū Pauli diſcipulum & Epheſinū epiſcopum ſcripſit. Is enim ab Ionice philoſophiæ ſtudioſis (qui tūc apud Epheſinos florebant) vehemēter agitabat, atq; ideo beati Dionyſii oīs externæ philoſophiæ doctiſſimi, patrociniū petebat, ab Areopagita vero Dionyſio hos lib. cōſcriptos fuiſſe, illud etiā teſtat q multorū meminit & nōnullorū dicta pponit q tēporibus illis floruerūt, q̄rū & actuū liber, & eplæ Pauli meminerūt, ſed pcipue oīm ſynceritas dogmatum, iſtud oſtendit.

Dionyſi⁹ Damaris

Conciliū Areopagitarum.

Androcio.



Philochorus.

Pag⁹ martius.

A

Apoſtolicę inſtitutiones.

Dio. corinthiorū. Polycar.

B

Euſebi⁹. Orige. Hymene. Narciſſ⁹. Panthen⁹ Clemens. Orige.

C

## INDEX CAPITVM OPERVM DIONYSII huius nouæ tranſlationis.

### Cœleſtis hierarchiæ.

1 Qd' omnis diuina lux (licet varie per ſummam benignitatem ad creaturam prodeat) ſimplex tamen manet, neq; id ſolum: verum & quæ illuſtrat, vnum efficit, capitulum primum
2 Qd' congrue diuina atq; cœleſtia, etiam per diſſimilia ſigna tradantur, cap. ſecundum
3 Quid ſit hierarchia, & quænam eius vtilitas, cap. tertium
4 Quid ſignificet angelorum appellatio, cap. quartum
5 Cur omnes cœleſtes ſpiritus communi appellatione dicantur angeli, cap. quintum
6 Quænam ſit cœleſtium ſubſtantiarum prima, quæ media, quæ extrema diſtinctio, cap. ſextum
7 De ſeraphim & cherubim & thronis, & de prima eorum hierarchia, cap. ſeptimum
8 De dominationibus, virtutibus, ac poteſtatibus: & de media illorum hierarchia, cap. octauum
9 De principatibus, archangelis & angelis: deq; extrema illorum hierarchia, cap. nonum

10 Epilogus & concluſio totius angelici ordinis, cap. decimum.
11 Cur omnes cœleſtes ſubſtantiæ communi uocabulo cœleſtes uirtutes appellantur, cap. vndecimum
12 Cur ſacerdotes inter homines dicantur angeli, cap. duo decimum
13 Cur a ſeraphim purgatus fuiſſe dicatur Eſaias propheta, cap. decimumtertium
14 Quid ſignificet is qui traditur angelicus numerus, cap. decimumquartum D
15 Quæ ſint figuratiuæ angelicarum uirtutum imagines, & reliqua, cap. decimumquintum

## ¶ Eccleſiaſticæ hierarchiæ.

1 Cõpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter, quænam ſit eccleſiaſticæ hierarchiæ traditio, & quę illi⁹ intentio, capitulum primum
2 De is quæ in illuminatione baptiſmatis fiunt, pars prima. cap. ſecundi
Myſterium illuminationis, ſiue baptiſmatis; cap. ſecundi. pars ſecunda.
Spiritalis intelligentia, contemplatio, theoria, ſanctaq́ anagoge, cap. ſecundi pars tertia
3 De ijs quæ in ſynaxi ſanctaq́ communione fiunt, pars prima. cap. tertij
Myſterium ſynaxeos ſiue communionis, cap. tertij pars ſecunda
Spiritalis tantæ rei ſenſus, cap. tertij pars tertia
4 De ijs quæ in vnguento fiunt, & quæ in ipſo conſummantur, pars prima cap. quarti
Myſterium confectionis vnguenti, cap quarti pars ſecunda
Spiritalis ſenſus, contemplatio, cap quarti pars tertia
5 De ſacerdotalibus conſecrationibus, & conſummationibus, pars prima cap. quinti
Myſterium ſanctorum ordinum, cap. quinti pars ſecunda
Spiritalis intelligentia, cap. quinti pars tertia
6 De initiandis ordinibus, pars prima cap. ſexti
Myſterium monaſticæ conſummationis, cap. ſexti pars ſecunda
Spiritalis ſenſus, cap. ſexti pars tertia
7 De ijs quæ in quieſcentibus fiunt, pars prima cap. ſeptimi
Myſterium ſuper ijs qui ſanctæ quieuerunt, cap. ſeptimi pars ſecunda
Spiritalis ſenſus, cap. ſeptimi pars tertia

## ¶ Diuinorum nominum. E

1 Quænam ſit inſtitutio operis, & quæ de diuinis nominibus tradita ſint, cap. primum
2 De coniuncta & diſcreta theologia, & quænam ſit diuina coniunctio atq́ diſcretio, pars prima cap. ſecundi
Ex ſanctiſſimi Hierothei libro elementorum, cap. ſecundi pars ſecunda
3 Quæ ſit orationis virtus, de beato Hierotheo & de reuerentia & conſcriptione theologica, cap. tertium
4 De bono lumine ſiue luce, pulchro, amore, ecſtaſi, zelo. & quod malum neq́ eſt, atq́ ex eo quod eſt, neq́ inter ſubſtantias eſt, pars prima cap. quarti
Hierothei ſanctiſſimi ex amatorijs hymnis, cap. quarti pars ſecunda
Eiuſdem ex eiſdem amatorijs hymnis, cap. quarti pars tertia
5 De ente in quo etiam de exemplaribus, cap. quintum
6 De vita, cap. ſextum
7 De ſapientia, ſenſu, ratione, ueritate, fide, cap. ſeptimum
8 De virtute, iuſtitia, ſalute, redemptione in quo, & de æqualitate & inæqualitate, cap. octauum
9 De magno, paruo, eodem, altero, ſimili, diſſimili, ſtatu, motu, æqualitate, cap. nonum
10 De omnipotente, antiquo dierum, in quo & de ſeculo, & de tempore, cap. decimum
11 De pace, & quid ſibi vult in deo ipſum eſſe, quæ ſit ipſa vita, quæ ipſa virtus, & quæ hunc in modum dicuntur, cap. vndecimum
12 De ſancto ſanctorum, rege regum, domino dominorum, deo deorum, cap. duodecimum F
13 De perfecto & vno, cap. decimumtertium

## ¶ Myſticæ theologiæ

1 Cõpresbytero Timotheo Dionyſius presbyter, quænam ſit diuina caligo, cap. primum
2 Quomodo oportet ei cõiungi, & laudes referre autori oĩm cuncta excellenti, cap. ſecundum
3 Quænam in theologia ſint affirmantia, quæ negantia, cap. tertium
4 Qđ nil ſenſibilium eſt, qui ſenſibilis omnis eminenter eſt autor, cap. quartum
5 Qđ nil intelligibilium eſt, qui intelligibilis omnis rei autor eſt, cap. quintum

## ¶ Epiſtolarum Dionyſij.

1 Ad Caium cultorem, epiſtola prima
2 Ad eundem Caium, epiſtola ſecunda
3 Ad eundem Gaium, epiſtola tertia
4 Ad eundem Caium, epiſtola quarta
5 Dorotheo miniſtro, epiſtola quinta
6 Soſipatro ſacerdoti, epiſtola ſexta
7 Polycarpo epiſcopo, epiſtola ſeptima
8 Demophilo monacho de benignitate, epiſtola octaua
9 Tito pontifici per epiſtolam interroganti, quæ ſit ſapientiæ domus, quæ patera, qui cibi eius, & qui potus, epiſtola nona
10 Iohanni theologo, & apoſtolo, & euangeliſtæ: in Pathmos inſula relegato, epiſtola decima
11 Apollophani philoſopho, epiſtola vndecima

INDICIS FINIS.



# S. DIONYSII AREOPAGITAE MARTYRIS INCLYTI, ATHENARVM

Epiſcopi, & Galliarum apoſtoli, cœleſtis hierarchiæ libri, ad Timotheum Epheſiorũ epiſcopũ, tranſlatio noua Ambroſij Florẽtini, philoſophi, rhetoris & theologi luculentiſſimi, Abbatisq́ generalis ordinis Camaldulenſis.

## A Quod omnis diuina lux, licet varie per ſummã benignitatẽ ad creaturã prodeat, ſimplex tamẽ manet, neq́ id ſolũ, verũ & q̃ illuſtrat, vnũ efficit. Cap. I.

OMne datum optimũ, & omne donũ perfectum, de ſurſum eſt, deſcen- Iaco. 1.
dens à patre luminũ. Sed & candidiſſimæ illius lucis, quæ à patre mo-
tus initium ſumit, proceſſus omnis, benigna in nos largitione manans,
rurſus vt ſumma virtus, per quam vnum ſecũ efficimur, vi intentionis
præcipue nos parat & explicat, atq́ ad cogentis ad ſe patris vnitatem Roma. 11.
ac deificam ſimplicitatẽ conuertit. Ex ipſo eñ, vt ſacra teſtantur elo
quia, & in ipſo ſunt omnia. ¶ Itaq́ Ieſum inuocantes paternã lucem,
quæ eſt, quæ vera eſt, quæ illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum, per quẽ ad patrem principale lumen acceſſum ha-
bemus, ad ſanctiſſimarũ ſcripturarũ intelligentias (prout illas à patrib⁹
accepimus) contuendas, pro viribus pergamus: & quas illi nobis vel per ſigna, vel per intelligen
tiæ ſacratioris arcana tradiderunt, cœleſtium ſpirituum diſtinctiones & ordines, inquantũ poſſu
mus, ſpeculemur. ¶ Cumq́ principalem illã, imò principium omne tranſcendentẽ ſummi patris
B lucem, quæ nobis angelorũ beatiſſimos ordines typicis exprimit ſignis, purgata mentis acie, nec
trepidante cordis aſpectu ſuſceperimus, ex ipſa rurſus ad eius ſimplicẽ radium tota animi inten-
tione dirigamur. Nam profecto ne ipſa quidẽ vnquam ſingulari ſuo arcano, & (vt ita dixerim)
propria ſua intimitate deſeritur. Cæterũ quum ad eos qui prouidentia reguntur, ſubuehendos ac
ſibi coniungẽdos cõdeſcenſione & connexione mirabili, benigniſſime multiplicet & prodeat, ma
net tamen intra ſemetipſam firmiſſime, in ſua immobili identitate ſtabiliter fixa: eosq́ qui ad ip-
ſam (vt fas eſt) aſpirare nituntur, pro modo virium ſuarũ intendit ac prouehit, ac ſecundũ ſimpli
cem illam vnionẽ ſuã coniungit ſibi, atq́ vnũ efficit ſecum. Neq́ eñ aliter fas erat, infirmitati no
ſtræ lucere diuinũ illũ radiũ, niſi ſacrorũ varietate velaminũ (quibus ad ſuperiora ferremur) oper-
tum, & his quæ nobis familiaria ſunt, prouidentia paterna naturæ mortalium ſeſe accommodan
te, veſtitum. ¶ Quocirca & noſtri quoq́ ſacerdotij ſacratiſſimã functionẽ, diuina illa ſanctio cœ
leſtium ordinũ, excellenti mũdanis omnibus imitatione dignata, memoratas illas ſpiritales diſtin
ctiones carnalibus figuris expreſſas, & formarũ cõpoſitionibus varias tradidit, vt ipſi pro modu-
lo noſtro ex hiſce fictionibus ſacris, ad ſimplices illas, nulliſq́ figuris vmbratas, cœleſtiũ rerũ in-
telligentias, aſſimilationesq́ ſubuehamur. Nã neq́ poſſibile eſt humanæ menti, ad ſpiritalẽ illam
cœleſtiũ diſtinctionũ imitationem intelligẽtiamq́ cõſcendere, niſi ad hãc mortaliũ rerũ ſimilitu-
C dinibus formisq́ ducatur: vt ſcilicet viſibilẽ pulchritudinẽ, inuiſibilis decoris imaginẽ putet: odo-
resq́ ſenſibus peruios, ſpiritalis fragrantiæ ſimilitudinẽ extimet: & intimæ lucis indiciũ, ex lucidi
ſolis ducat imagine: ſuauitatis item illius, quam deum ſitiens animus atq́ in diuina contemplatio
ne requieſcens capit, ſacrarum literarũ lectionem & flagrans ſtudium arbitretur, effigiem: habi-
tus quoq́ illius congruentiſſimi, & perpetua intentione atq́ ordine ad diuina tendentis, ex vitæ
præſentis ordinibus capiat coniecturam: Ieſu item feliciſſimam ſocietatem, de ſacroſancti myſte
rij cõmunione conijciat. Et cætera in hunc modũ: quæ cœleſtibus quidẽ ſpiritalibusq́ ſubſtãtijs
diuinè ac nudè, nobis vero per ſigna traduntur. Vt igitur pro captu noſtro dij efficeremur, cle-
mentiſſima illa diuinitas, cœleſtium quoq́ diſtinctiones ordinũ nobis exponẽs, noſtriq́ functio
nem ſacerdotij illis miniſterij ſocietate coniungens, dum pro viribus diuina illorũ ſacratiſſima offi
cia imitari nitimur, terrenis imaginibus cœleſtes ſpũs pinxit, carnaliq́ velamine, dum in ſacris li-
teris de illis loquitur, æternos animos texit: vt nos ex viſibilibus ad intelligibilia, & ex fictione ſi-
gnorum ad ſimplices cœleſtium ordinum prouehat ſummitates.

## Quod cõgrue diuina atq́ celeſtia, etiã per diſſimilia ſigna tradanẽ. Cap. II.

PRimum igitur oportet (vt reor) exponere, quam eſſe totius ſimul cœleſtis hierarchiæ *deſtinationem putemus, & quid vnaquæq́ conferat ſectatoribus ſuis: tum cœleſtes quoq́ diſtinctiones, iuxta id quod de illis ſacræ literæ tradũt, laudare conueniet: deinceps vero, cuiuſmodi formis atq́ figuris cœleſtes illas diſtinctiones ſacræ literæ tradunt honeſtiſſi-

*diffinitionẽ atq́ determinationẽ,

me fictas:& ad quam ſimplicitatem per hæc figmenta nobis condeſcendendũ ſit, explicare con D
ſequens fuerit:ne nos quoq; vulgi errore ſeducti, paſſim exiſtimemus cœleſtes ac diuina ſpecie
Ezech.1. præditos ſpũs, multis pedibus, multiſq; eſſe faciebus:& ſiue ad boum ſtoliditatẽ, ſiue ad feritatẽ
leonũ eſſe formatos:ſeu ad aquilarꝝ recuruis roſtris effigiem, ſeu ad piloſam auium plumeſcen-
Daniel. 7 tiam fictos:ſeu rotas quaſdam igneas, & materiales ſedes, ad accubitum ſummæ diuinitati neceſ-
Zacha.1. ſarias, ſupra cœlum imaginari ſtolide incipiamus, & equos diſcolores aliquos, & ſatellites arma-
2.Macha.3 tos ac duces, & cætera id genus, quæ nobis euidenti & expreſſa varietate ſignorum, ſacratiſſime
Ioſue.5 ficta traduntur. Nempe eñ poeticis fictionibus theologia, vt eos deſcriberet ſpũs qui formis ca-
rent, affatim vtitur:humanæ ſcilicet mentis (vt diximus) infirmitatem non ignorans, eiq; propriã
& cognatam viam, per quam ad altiora feratur, benigniſſime prouidens:ac ipſius modo, in ſa-
cris literis huiuſmodi aſcenſionis itinera ſternens. ¶Porro ſi cui videtur, ſacras quidem huiuſce cõ
poſitiones non eſſe admittendas: quippe quum ſimplex diuinarꝝ rerum ſubſtantia in ſeipſa, &
incognita ſit nobis, & intelligentiam fugiat noſtram: cæterꝝ eas, quæ in ſanctis libris & literis re-
periuntur imagines angelorꝝ, abſonas atq; incongruas putat: & omnem hanc duram nimis, vt
ita dixerim, angelicorꝝ nominum improbat ſcenam, dicens oportuiſſe theologos (quandoquidẽ
ad incorporalia corporeis lineamentis ac formis deſcribenda omnino veniſſent) proprijs, inquan
tũ poſſent, illa cognatiſq; figuris exprimere:ex his ſcilicet, quæ ſunt apud nos pretioſiſſima, ſub-
ſtantiamq; ſuam ex humo altius attollunt, & ſeſe in altitudinẽ vendicant: & non cœleſtibus ac
diuinis ſimplicibuſq; naturis, terrenas quaſq; infimas & varias circũdare formas: ita eñ & mens E
noſtra ſeſe melius ad celſa ſuſtolleret, commodiore freta adminiculo: & ſublimes illæ ac mundo
celſiores ſignificationes, ad incongruas diſſimilitudines & inconcinnas non deducerentur. At id
profecto eiuſmodi eſt, vt & diuinas virtutes nefarie iniurijs violet, & noſtram etiam fortaſſis mẽ
tem in ꝓcipitia erroris impellat, prophanis illam cõpoſitionibus prorſus affigens. Et fortaſſe non
deſit, qui arbitretur cœleſtia illa, leonũ & equorꝝ agminibus plena, vt pro laude mugitus reſonẽt
& auium gregibus, & animãtibus reliquis, & materijs quibuſlibet vilibus, & cæteris in hunc mo-
dum, quæq; vel abſurde vel corrupte vel paſſiue deſcribũt, diſſimiles per omnia in ſacro eloquio
ſimilitudines, quibus iſta ſignantur. ¶Atqui veritatis iſta inquiſitio, abunde (vt reor) ſcripturę ſan
ctæ altiſſimã ſapientiam indicat, vt quæ in cœleſtium deſcriptione ſpirituũ, vtriq; rei vigilantiſſi
ma cura proſpexit, vt neq; diuinis virtutibus iniuria vlla (vt ſic dixerim) fieret, neq; nos infimis hu
milimiſq; affigeremur imaginibus. Nempe eñ ꝙ informibus formæ, figuraq; carentibus figurę
admoueantur diſpenſatione ſalutari:nõ modo ea cauſa fuerit, quã prædiximus, infirmitatis no-
ſtræ ſcilicet ratio, quæ conſcendere ad celſiora, ac ſpiritalia cõtemplari ſine adminiculis nequit,
indigetq; proprijs & de ſua fragilitate petitis auxilijs, quibus ad ſuperiora nitatur, vt ſcilicet ſpe-
ctaculis illis eximijs, & forma omni naturaq; ſupioribus, familiares nobis imponant formæ:verꝝ
ꝙ id quoq; myſticis ſcripturarꝝ eloquijs decentiſſimũ eſt, ſacrã & obſtruſam cœleſtium ſpirituũ
veritatẽ, huiuſmodi arcanis velamentis & ſacratiſſimis ſignis occultare, & prophanæ multitudi-
1.Corꝝ.8 ni inuiam ponere. Non eñ omnes ſacri ſunt, neq; (iuxta ſcripturæ ſentẽtiam) omniũ ſcientia eſt. F
Quod ſi quis abſonas & abſurdas imagines in ius vocet, vereriq; dicat, diuinis illis ſanctiſſimiſq;
Tres ſuper ſpiritibus formas adeo fœdas imponere:illũ ita admonuiſſe ſufficiet, duplicẽ in ſacris literis tra-
ſubſtãtiales di ſignificãdi modũ:ex his alterꝝ ꝑ ſimiles imagines figuraſq; procedere, nihilq; à ſua natura de
beatitudĩes uiare:alterꝝ per diſſimiles formas promouere ita effictũ, vt diuerſa prorſus & alia ꝗ videatur, infi-
noĩant, pr̃, nuet. ¶Deniq; & reuerendã illam ſuperſubſtantialis deitatis ineffabilemq; beatitudinẽ, diuinorũ
filius, ſpũs eloquiorꝝ myſticæ traditiones dũ exprimere cupiunt, aliquãdo vt verbũ & intellectũ & eſſentiã
ſanctus. laudãt, vt ꝑ iſtas appellationes, diuinã eius*eloquẽtiã & ſapientiã & ſubſtantiã veriſſime exiſtẽtẽ,
Eloquutio- atq; omniũ quæ ſunt ſubſiſtẽtia, verã cauſam ſignificent:interdũ vt lucẽ ipſam concelebrant, & vi
tionẽ, expli tam vocant. Enimuero huiuſmodi ſacra figmẽta honeſtiora quidẽ ſunt, & terrenis ac materiali-
cationẽq; bus formis eminere vident. Cæterꝝ ne ſic quidẽ ad diuinæ ſimilitudinis veritatẽ prope accedũt
excedit eñ illa ſubſtantiam omnẽ, vitamq; tranſcendit:nulla hanc exprimit lux, omniſq; ſermo,
omnis mens atq; ratio, abſq; vlla cõparatione, illius ſimilitudine inferior eſt. ¶Aliquãdo item ab
1.Timot. 6 eiſdem laudatur ſcripturis honeſtiſſime ac pene diuine, dũ in eius laude diſſimilibus vtuntur ſi-
Pſal.144 gnis:eamq; inuiſibilẽ & infinitam, incõprehenſibilẽ prædicant, his eam appellantes nominibus,
quibus nõ quid ſit, ſed quid nõ ſit, dicitur. Hoc eñ verius (vt arbitror) in ipſa eſt, & de illa proprie
magis aſſeritur. Nam ſicuti ſecretior illa ſacerdotaliſq; traditio docuit, dũ illam eſſe aliquid nega
mus ex his quæ ſunt, verꝝ profecto loquimur, etſi modũ quo illa indiffinita eſt, quippe quæ ſup-
ſubſtantialis & incõprehenſibilis atq; ineffabilis eſt, prorſus ignoramus. ¶Si ergo in diuinis re-
bus negationes quidẽ veræ ſunt, affirmationes vero nequaꝗ tantis arcanorꝝ latebris congruunt:
illa ſane conuenientior in rebus inuiſibilibus erit expreſſio, quæ per diſſimilia ſigna monſtratur.
Honorant igitur illos cœlites ordines, non probro afficiunt aut vllo dedecore ſanctarꝝ literarum
deſcriptiones, dum eos diſſimilibus formis ac fictionibus exprimunt, ac per eas indicant, terrenis
ac mortalibus rebus abſq; vlla comparatione ꝓcellere beatiſſimos ſpũs. Porro ꝙ mentem atque
animũ



A animum noſtrũ ſimilitudines illæ quæ videntur abſurdæ, potentius iuuent, atq; ad diuina com-
modius ſubuehant:nemo qui recte ſentiat, arbitror, inficiabitur. Nam ſiquidẽ quæq; ſunt apud
nos pretioſiora, ſumantur:quis non videat fore, vt per huiuſmodi figuras oberrare incipiat ani-
mus, putans cœleſtas illas æthereaſq; ſubſtantias, rutilantis auri ꝓferre ſpeciem, viroſq; eſſe aliqs
lucidos, & oris maieſtate coruſcos, decoros, & veſtis candore conſpicuos, ignemq; innocue de
ſe mittentes, & cætera id genus, quibus theologia ſublimes illos ſpũs pingit, & figurarꝝ varietate
deſcribit? Quod vti ne illi paterentur, qui nihil celſius mortali hac luce & corporꝝ ſpecie contue-
ri queunt, excellens illa ſanctorꝝ virorꝝ (qui diuina nobis monimẽta reliquerunt) ſapientia, vt ad-
minicula neceſſaria infirmis animis daret, ad eas quoq; diſſimilitudines, quæ videntur abſurdæ,
ſingulari diſpenſatione deſcendit:nequaquã permittens imbecillam mentẽ noſtram fœdis inhæ-
rere imaginibus, atq; illis prorſus acquieſcere:ſed potius erigens animæ partem ad ſuperiora ten
dentem, atq; inhoneſtate formarꝝ à viſibilibus omnibus reuocans, quaſi fas non ſit, neq; veriſimi
le omnino eſſe videatur, ne his quidẽ qui ſtolidiores, craſſioriſq; intelligẽtiæ ſunt, cœleſtia illa &
diuina ſpectacula cũ fœdis rebus reuera ſimilia eſſe. Ad hæc illud quoq; cogitandũ eſt, nihil eſſe
in rebus humanis, quod boni participatione ſit omnino priuatũ. na vt ſeſe ſcripturæ ſanctæ ve-
ritas habet, fecit deus omnia bona valde. Fas igitur fuerit, ex his omnibus pulcherrimas elicere Gene.1.
B intelligentias, ſpiritalibuſq; & intelligibilibus rebus ex humilioribus atq; terrenis diſſimiles ſimili-
tudines:ſic eñ*dicuntur effingere, cum eadẽ aliter ſpiritalibus inſunt, aliterq; carnalibus. ¶Nem dicimur
pe eñ iracundia mutis quidem animantibus ex affectu & commotione paſſiua prouenit, eſtq;
iracundus eorꝝ motus omni prorſus ratione deſtitutus. At in ſpiritalibus omnino ſubſtãtijs, lon
ge alio modo ira intelligenda eſt. Significat eñ, vt reor equidem, maſculam illarꝝ (vt & ita dicã)
& penitus inſitam rationem atq; ſapientiam, & habitum in diuinis atq; immutabilibus rebus cõ
ſtantem, & perpetua firmitate locatum. Eadem ratione concupiſcentiam in mutis quidem eſſe
dicimus affectum quendam improuidũ atq; terrenum, ex inſito motu ſeu conſuetudine in his
quæ ſunt mutabilia abſq; vlla moderatione feruentem, & irrationabile dominium corporalis ap
petitus:ex quo animal omne ad id quod ſenſibus concupiſcendum occurit, impellitur. Vbi vero
ſpiritibus angelicis diſſimiles ſimilitudines admouendo, concupiſcentiam illis applicare pergim⁹,
diuinum hanc amorem intelligere neceſſe eſt eius, qui omnẽ rationem, omnemq; intelligentiam
ſuperat munditiæ atq; puritatis, deſideriumq; iuge & conſtans caſtiſſimæ atq; feliciſſimæ illius, at
q; ab omni perturbatione remotiſſimæ contemplationis, & inexplebilem auiditatem æternæ
profecto atq; inuiſibilis ſocietatis:per quam ad ſerenũ illud ſupremumq; iubar aſpirant, & inui-
ſibilem illum decorem, totius authorem pulchritudinis, ambiunt. Porro incontinentiam in his ac
cipiamus rigidam ſeueritatem, intentionemq; perpetuam:quam nihil inflectere, nihil intercipere
poſſit, ob meraciſſimum & immutabilem diuinæ pulchritudinis ac ſimplicitatis amorem, cum
ad id quod vere ſummeq; expetendum eſt, ſemper anhelent. Ipſum quoq; irrationabile atq; in-
ſenſibile in brutis quidẽ animalibus, inanimatiſq; naturis, rationis ac ſenſus priuationẽ proprie
C dicimus. Cæterꝝ in ſpiritalibus intellectualibus ſubſtantijs, ſingularem ipſarꝝ excellentiam (vt quę
mundo ſuperior ſit) congruentiſſime fatemur: per quam ſermoni noſtro corporeo atq; tranſe-
unti, terrenoq; ſenſui, & à ſupernis virtutibus alieno, longe antecellunt. Licet igitur non incon-
gruas cœleſtibus etiam ex viliſſimis materiæ partibus formas effingere: quippe quæ & ipſa à
ſummo bono nacta ſubſtantiam, per omnes ſui partes atq; diſtinctiones, intellectualis decoris
quaſdam præ ſe ferat imagines, per quas ad ſpiritales illas primitiuaſq; formas poſſimus aſcende
re:ſimilitudines (vt dictum eſt) haud ſimili ratione capientes, & eaſdem non eodem modo, ſed
cõuenienter & proprie in ſpiritalibus corporalibuſq; proprietatibus diffinientes. ¶Hiſce figmẽ-
tis, non modo cum de cœleſtibus ordinibus loquerentur, vſos theologos inueniemus, vt eos ſa-
cratius, veriuſq; ſignarent, verũ & cũ de ipſa ſumma diuinitate diſſererent. ¶Deniq; illam inter-
dum ex viſibilibus iſtis pretioſiſq; concelebrant, vt quũ ſolem iuſtitiæ ſtellamq; matutinã in cor-
de fidelium ſacratius orientem, atq; vt lucem abſq; vllo velamine ſpiritali fulgore perſtringen-
tem mentis obtutus, appellant. Aliquando ex his quæ ſunt media, diuinã prædicant maieſtatem, Malach.4
quum ſcilicet illam, ignem innocua flamma lucentem, aquam vitalis plenitudinis indultricem, & Apoca.2
(vt ſignificantius dixerim) in intima ventris penetrantem, emanantemq; flumina perpeti lapſu Exod.3.
decurrentia, dicunt. Aliquando item ex infimis rem tantam collaudant, quum deum vel fragrans Iohan.7
vnguentum, vel lapidem angularẽ vocãt. Ferarum quoq; illi applicant formas, leonis ac panthe- Cantic.1
re proprietatem ei aſcribentes, vt pardum fore dicentes, vrſamq;*ſæuientem. Addã & quod om indigentem
nium viliſſimũ atq; abſurdiſſimum eſſe videatur:nanq; & vermis ſpeciem, diuinã illam excellen Eſa.28
tiam ſibi affixiſſe, hi qui diuina ſacratius callent, tradiderunt. Adeo omnes quos diuina impleuit Oſee.5.13
ſapientia, occultæ illius ac diuinæ inſpirationis enuntiandæ functi miniſterio, ſancta ſanctorum Pſalm.21
ab imperfectis ac prophanis abſq; vlla commixtionis macula dirimunt, diſſimilemq; ſacrarum
rerum fictionẽ profitentur ac prædicant:vt neq; diuina prophanis perceptu facilia ſint, neq; rur
ſus ſacratiſſimorũ ſignorũ ſtudioſi inſpectores, figuris tanquã veris inhæreant:vtq; diuina ve-
 tiſſimis

riſſimis profecto negationibus honorentur, dum extremis creaturæ ſuæ partibus, à ſua licet natu D
ra remotiſſimis, ſimilis dicitur. Nihil igitur ineptum aut abſurdũ facere videntur, qui ob eas quas
diximus cauſas, cœleſtibus illis immortalibusq; ſubſtantijs, diſſimiles omnino ſimilitudines ex
inferioribus petitas, affigunt. Nam fortaſſe ne nos quidem ex ambiguo ad inquirendum excita-
ti eſſemus, neq; ad ſacratiora intelligentiæ per diligentiorem ſcrutationis indaginem veniſſemus:
niſi nos commouiſſet inhoneſta fictionum facies, qua proprietas exprimitur angelorum, nulla
ratione permittens mentem noſtram fœdis formarum inſidere figmentis, ſed excitans potius
ad omnes mortales affectus rennuendos, atq; ſalubriter conſuefaciens per ea quæ videntur, ad
ſublimiora contendere atq; ad cœleſtia ſubuehi. Sed hæc hactenus dixerim, ob eas quæ in ſacris
literis habentur effigies deſcriptionesq; angelorum: ex quibus id conſtet, eas ab inferioribus,
multumq; remotis, rationabiliter vtiliterq; petitas. ¶Deinceps vero diffinire oportet, quid hie-
rarchiam ipſam eſſe arbitremur: quidve illa conferat his, qui ſe illi deuouentes, in eius ſortem con
ceſſere. Sit autem dux verbi Chriſtus (ſi mihi dicere liceat) meus, qui de tanta re quid dicere de-
beamus, inſpiret. Eſt enim ipſe, totius ſcientiæ fons, cœleſtisq; afflatus indultor. Tu autem ô fi-
li, iuxta quod ſancit noſtra pijſſima & ſacroſancta traditio, & ipſe quæ ſancte dicuntur, congrua
ſuſcipe pietate: ac diuina diſcendo, diuinus efficere: & ſancta mentis receſſibus condens, ea vt
Matth. 7. eximia & coniungendi nos deo vim habentia ſingularem, à prophana multitudine inuiolata cu-
ſtodi. Nefas enim eſt, vt ſacra teſtantur eloquia, ſpiritalium margaritarum puriſſimum illum,
ac permixtionis ignarum, perlucidumq; decorem & ornatum, totius venuſtatis authorem, in
porcos abijcere.

## Quid ſit hierarchia, & quænam eius vtilitas. Cap. III.

EST itaq; hierarchia, vt mihi quidem videtur, ordo ſacratior & ſcientia & operatio, quæ E
ad dei ſimilitudinem pro viribus nititur, ac pro modo ſuo ad illius imitationem ex in-
dulta ſibi diuinitus intelligentiæ luce ſubuehitur. ¶Porro pulchritudo diuina, vt ſim-
plex, vt bona, vt perfectionis author, pura quidem eſt, nullamq; prorſus admixtionem
diſſimilitudinis ſuſcipit: verum ſingulos pro meritis, lucis ſuæ participes facit, & ſacroſancto my
ſterio perficit, quantum quiſq; initiatus, congrue illius in ſe immutabilem exprimere effigiem ni
titur. Eſt ergo ſacratiſſimæ huius functionis intentio, deo quantum fieri poteſt ſimilem euadere,
intẽtio, imi vnũq; cũ illo fieri. Quæ profecto* deſtinatio deũ ipſum habet, totius ſacratioris ſcientiæ & actio-
tatio, ſacra nis præceptorem: inq; illius auguſtiſſimam ſpeciem intenta ſemper ac firmiter, atq; ad illam ſe
q; functio. pro virium modo componens, eos etiam qui ſecum diuina ſectantur, dei ſigna & imagines effi
cit, ac perlucida ſpecula & omni labe pura, dignaq; quibus principalis illius ac diuinæ lucis ſua-
uiſſimus radius influat: quæ vbi indultum ſibi ſacratiſſimum iubar affatim hauſerint, hoc ipſa
poſtmodum abſq; inuidia ſequentibus fundunt, atque in hocipſo diuinis obtemperant legibus.
Neq; eñ fas eſt his qui ſacra myſteria tradunt, ſiue qui illa percipiunt, operari prorſus aliquid, ni-
ſi quod officij ſui diuina ſanxit inſtitutio. Ne aliter quidem eſſe, quàm ſunt, confuſo licebit ordine
ſi candorem illum lucis, per quam dij efficiuntur, in ſe ſuſcipere cupiunt: in quam proſpicientes iu
giter, pro ratione cuiuſq; ſanctorum ſpirituum, ſe ad eam effingere ſtudent. Quum itaq; hierar-
chiam dicimus, ſacram penitus quandam diſtinctionem indicamus, quæ ſit imago diuinæ pul-
chritudinis, fulgorisq; ſui & intelligentiæ arcana myſteria, ordinibus ac diſcipulis ſacratioribus F
peragit, principijq; ſui ſimilitudinem (vt fas eſt) in ſe conatur exprimere. ¶Ea enim demũ cui-
libet diuinæ illi diſtinctioni dedito, perfectio eſt, pro modo ſuo ad dei imitationem totis cona-
5. Iohan. tibus eniti: quodq; præſtantius omnibus ac diuinius eſt, vt ſacra teſtantur eloquia, dei cooperato
Matth. 5 rem fieri: diuinamq; in ſe operationem, quantum poteſt, palam cunctis oſtendere. Puta quoni-
am ſacræ illius functionis ordo eſt, vt alij purgentur, alij purgent: & alij myſterijs imbuantur at
q; illuminentur doctrina ſalutari, alij id opus exequantur: ad perfectum alij ducantur, perficiant
alij: vnicuiq; diuina imitatio hoc modo coueniet. Diuina illa beatitudo, vt humano loquamur af
fectu, nullius diſſimilitudinis admixtione violatur: plenaq; eſt ſempiterni luminis, perfecta, nulli-
us perfectionis egens, totius perfectionis indultrix, purgans & illuminans atque perficiens: imo
vero ſacra ipſa purgatio exiſtens & illuminatio atque perfectio, ſupra purgationem omnem, ſu
pra lucem, ante perfectionem inextimabili modo locata, ipſa perfectionis author, ac totius qui-
vnicæ ac dem ſacræ functionis cauſa: cæterum à ſacris omnibus ratione excellentiæ* ſingularis excepta.
ſimplicis ¶Oportet igitur (vt arbitor) eos quidem qui purgantur, omni prorſus labe puros effici, ac diſſi-
mili omni commixtione liberari: qui vero illuminantur, eos diuina luce repleri, atque caſtiſſimis
mentis obtutibus, ad contemplationis habitum virtuteq; conſcendere: porro qui perficiuntur,
eos (quum gradatim ad ſuperiora ferantur) participes fieri perficientis illius ſcientiæ ſacrorum,
ad quæ contuenda prius illuminati erant. At vero quibus purgandi cæteros officium eſt, ingẽti
munditiæ copia tradere alijs ſuæ ſanctimoniæ conſortium decet: qui vero illum inandi conſe-
quuti



A quuti ſunt munus, eos vtpote lucidiores ſpiritus, ad percipiendam atq; tradendam alijs partici-
pationem ac ſocietatem lucis idoneos, ſacriq; illius fulgoris gratia opulentiſſime plenos, exun-
dantem omni ex parte lucem in eos qui merentur, effundere: qui autem perficiendi funguntur
vice, eos vt perficientis diſciplinæ peritiſſimos, ſacratiſſima inſtitutione ſcientiæ ſanctarum
(quas contemplati ſunt) rerum, ad ſe accedentes huius rei cauſa, perficere. ¶Quilibet itaque ſuper-
næ diſtinctionis ordo pro modo ac ratione ſua, vt deo cooperetur, enititur: ea per gratiam in-
dultæ ſibi à deo virtutis efficiens, quæ ipſi diuinitati excellenti, quodammodo naturaliter in-
ſunt, & quæ ab ea ſuperſubſtantialiter fiunt, quæq; ſe ad imitationem cœleſtium angelorum
ſublimiter pandunt.

## Quid ſignificet angelorum appellatio. Cap. IIII.

QVoniam itaq; quid ſit hierarchia ipſa, conuenienter à nobis (vt reor) diffinitum eſt,
ipſam iam angelorum functionem ſuo ordine laudare neceſſario conuenit, ſacraſq;
illius formas, quas ſacræ literæ fingunt, eleuatis mentis luminibus cernere: vt per ſa-
cratiora figmenta, ad excellentem illarum prorſusq; diuinam ſimplicitatem conſcen
damus: atq; cum debitæ venerationis honore, gratiarumq; actionibus congruis, totius ſupremæ
ſcientiæ laudemus initium. ¶Primum omnium illud veriſſima ratione dixerimus, vt bonitate ſo
la, ſumma illa diuinitas rerum eſſentias ſtatuit, atq; ad eſſe produxit. Eſt enim omnium cauſæ, ex-
cellentisq; bonitatis id proprium, vt ad conſortium ſui, quæ ſunt, inuitet & attrahat omnia, ſin-
B gula ſcilicet pro captu & modo rationis ſuæ. Igitur omnia quæ ſubſiſtunt, prouidentiæ ratione
reguntur, ex ſumma illa omnium authore deitate manãtis, illiq; participant. Alioquin eſſent pro
fecto nulla, niſi ſubſtantiæ rerum atq; principio communicarent. Itaq; inanimata omnia, hoc
ipſum quod ſunt, inde ſuſcipiunt. Quippe eſſe omnium eſt ipſa diuinitas, quæ modum totius
eſſentiæ ſuperat. Porro quæ viuunt, omnia ex hac ipſa quæ ſupra omnem vitam eſt, cunctaq;
viuificat, vt viuant, acceperunt: rationalia item atq; intellectualia, eiuſdem, ſupra mentem omnẽ
atq; intellectum perfectæ, & omnia ad perfectum ducentis, ſapientiæ ſunt participatione felicia.
Liquet autem, illas in conſpectu eius verſari ſubſtantias, quæq; multis modis illi communicant.
¶Sanctæ itaq; cœleſtium ſpirituum diſtinctiones, eis & quæ ſolum ſunt, & quæ ſine rationis vſu
viuunt, & quæ humana vtuntur ratione, diuinæ illius participationis dignitate & copia, longæ
præcellunt. Nam cum ſe ad imitandum deum ſpiritualiter intelligibiliterq; componant, atq; di-
uinam ſimilitudinem vltra humanum morem intuentes, ad eam intellectualem ſpeciem ſuam
effingere cupiant, merito vberiore illius participatione beatæ ſunt. Aſtant enim propius illi co-
hærentes ac ſemper in anteriora, quantum fas eſt, eximia diuini & nunquam fatiſcentis amoris
intentione contendunt, diuinos illos fulgores abſq; vlla materia & admixtione iugiter haurien-
tes, atq; in illorum formæ naturam tranſeuntes, vitamq; omnem habentes ſpiritalem. Hæ ſunt
igitur, quæ principali & multiplici modo, diuinæ ſocietatis honore ſunt præditæ: ſecretumq; di-
uinum præcipue, multisq; enuntiant modis. ¶Idcirco & præ omnibus angelicum cognomen
meruerunt, ꝙ quum in eas primo diuinæ claritatis fulgor emanet, ipſæ poſtmodum in nos enun
C tiationes illas ſublimiores ſuperne trajciant. Sic deniq; & lex (vt ſcriptura diuina teſtatur) per an Acto. 7
gelos nobis indulta eſt, inclytosq; illos patres noſtros, qui ante legem, quiq; fuere poſt legem, an-
geli ad deum ſubuexere: ſiue quid agendum eſſet admonentes, atq; ab errore ſacrilego vitaq;
prophana, ad rectum veritatis iter traducentes: ſiue ſacra quæuis inſtituta ſeu cœleſtium ſacra-
mentorum occultas viſiones, ſiue diuinas aliquas prædictiones docendo pandentes. ¶Enimuero
ſi quis fortaſſe dixerit, ex deo ipſo abſq; vllo medio quibuſdam ſanctorum diuinas apparitiones
cõtigiſſe, is illud quoque de ſacratiſſimis libris ſapienter intelligat, vt ſecretũ ipſum dei quodcũq;
tandem illud eſt, nemo vnquam vidit, neque videbit. Cæterum diuinæ illæ apparitiones ſanctis
viris per ſigna deo conuenientiſſima, ſacris quibuſdam atq; intuentium modo ac viribus accom
modatis, viſionibus contigere. At vero ſapientiſſima theologia, viſionem illam quæ in ſemet-
ipſa deſcriptam oſtendit diuinam veluti effictam ex rebus formas non capientibus ſimilitudi-
nem, ꝙ ad deum cernentes adducat, diuinam apparitionem rectiſſime appellat: per quam intu-
entibus diuinius ille fulgor irradiet, eosq; ſacratius aliquid atq; auguſtius doceat. Huiuſmodi ve-
ro diuinas viſiones, celeberrimi illi patres noſtri miniſterio cœleſtium virtutum ediſcebant. An
non ipſam quoq; legis ſacram ſanctionem, vt ex deo Moſi traditam, ſcripturæ ſanctæ traditio Daniel. 7
loquitur? At id quidem nos verius inſtruit, diuinæ illam fuiſſe ſacratiorisq; legis effigiem. ¶Ex Deut. 9
quo & illud ſapientiſſime theologia videtur innuere, quod ſcilicet idcirco illa per angelos ad nos
vſq; manauerit, vt id ſanctiſſimæ ac diuinæ legis inſtitutione caueretur, priora ſequentibus iter
ad deum ſternere: non enim ſolũ in ſuperioribusq; inferioribus ſpiritibus lex iſta conſtituta eſt, Acto. 7
verum in æqualibus quoq;, & qui eiuſdem ordinis ſunt. Quippe ſtatuit ſummus ille ac ſuperſub Gala. 3
ſtantialis omnium ordo, per ſingulas diſtinctiones, primos & medios extremosq; eſſe ordi-
 nes atq;

nes atq; virtutes, vt ſcilicet inferiorum ſpirituum excellentiores quiq; præceptores ac duces ſint, D
per quos illi acceſſum habeant ad deum, & ad lucem illam ſecretiſſimam dei ſocietatemq́; per-
ueniant. Intueri autem libet, vt diuinum illud ſacramentum, quo noſtræ humanitatis Ieſus beni-
Luc. 1. gniſſime factus eſt particeps, angeli primũ didicerunt: deinde per illos, ad nos quoq; ſcientię iſti-
Ibidem. us gratia diriuauit. Sic deniq; Gabriel Zachariam quidem pontificem (vt legimus) docuit, naſci-
turum ex ſe præter ſpem ſola diuina gratia filium, prophetam fore, ac præuium illius, quæ mun-
do clementiſſime atq; ſaluberrime reuelanda erat in humana carne Ieſu, diuinæ operationis. Ma
Ibidem. riam vero, quo pacto in ea diuinum illud atque ineffabile ſuſceptæ à deo humanitatis ſacramen
tum perficeretur, inſtruxit. Alius item angelus Ioſeph pium erudiuit, & quæ patriarchæ Dauid
Matth. 1 Pſal. 131 diuinitus promiſſa fuerant, impleta præmonuit. Alius item paſtores, vt ſolitudinis receſſu & quie
Luc. 2 te purgatos, alloquitur, eiſq́; nuntiat gaudium: atque cum illo multitudo cœleſtis exercitus, hym
num illum celeberrimum atque laudatiſſimum mortalibus tradit. ¶ Libet ad ipſas quoq; ſupre-
mas ſanctorum altiſſimasq́; intelligentias cordis lumen attollere. Cerno enim, vt ipſe quoque Ie
ſus, cœleſtium ſubſtantiarum author mirabilis atq; incomprehenſibilis, ab humana (quam ipſe
ſtatuerat & elegerat) lege atque ordine non deſciuerit, quum ad infirma noſtra ſine vlla ſui mu-
tatione veniſſet, imo obtemperanter patris ac dei inſtitutis, quæ per angelos dederat, fuerit ob-
Matth. 2 ſequutus. Illorum item miniſterio nuntiatur Ioſeph, à patre ſumma diſpenſatione decretus Ieſu
Oſee. 2 vel in Aegyptum diſceſſus, vel ex Aegypto in Iudæam denuo reditus: ipſum quoq; per angelos
cernimus paternis legibus ſubditum. ¶ Omitto enim ea dicere, quæ ſacroſanctis noſtris traditio
Luc. 22 bus exponuntur, ſcienti enim loquor, vt ſcilicet Ieſum angelus paſſioni proximum & orantem, E
confortaſſe memoretur: & ipſe quoq; Ieſus quum ob nimiam charitatem ſuam, ſalutiſq́; noſtræ
nimis neceſſariam, ad ſuæ pietatis opus implendum in ordine veniſſet nuntiantis, magni conſilij
Eſa. 9 angelus ſit prædicatus. Nam profecto (ſicut ipſe ſuo miniſterio conuenientia loquutus ait) quæ-
Iohan. 15 cunq; audiuit à patre, nuntiauit nobis.

## Cur omnes celeſtes ſpiritus, communi appellatione dicantur angeli. Cap. V.

HAEC igitur eſt (quantum ipſi ſapimus) angelicæ, quam in ſcripturis ſanctis inuenimus,
appellationis cauſa. Dignũ vero videtur inquirere, diligentiusq́; rimari, quamobrem hi
qui nobis de deo rebusq́; diuinis diſſeruerunt, omnes quidẽ ſimul cœleſtes ſubſtantias
Pſal. 102 Matth. 25 angelos vocent. Vbi vero altiſſimas illarũ diſtinctiones exponere & enarrare pergunt,
angelicum eum proprie ordinem nominant: qui diuina & cœleſtia agmina cõplet, extremoq́; in
loco poſitus perficit. Ante hunc vero archangelos eminentius ſtatuunt, principatus deinceps, &
poteſtates, ac virtutes: quasq́; his etiam ſuperiores ſubſtantias norunt, atq; enuntiant ſanctorum
voluminum traditiones, graduum inter ſe celſitudine differentes. ¶ Dicimus itaq;, in omnibus ſa
cratiſſimis diſtinctionibus ſuperiores quoſq; eminentioresq́; ordines, inferiorum quoq; agminũ
non carere fulgoribus atq; virtutibus: poſteriores vero, ſuperiorum intelligentiæ exortes eſſe. Igi F
tur ſanctiſſima illa ſummorũ ſpirituum agmina, etiam angelos theologi appellant: & ipſa enim
vim ſuperni illius diuiniq́; fulgoris enuntiant. Porro extremum ſanctorũ ſpirituum ordinẽ, prin-
cipatus aut thronos aut ſeraphin dicere, abſurdũ eſt & à ratione prorſus alienũ. neq; enĩ ſupre-
mis illis virtutibus ſocietate aut participatione coniungitur. Cæterũ quemadmodũ ipſe hic ve-
nerãdos diuinosq́; põtifices noſtros, ad familiares ſibi & cognitas ſummæ diuinitatis intelligen-
tias prouehit: ita & quæ illi prælatæ ſunt, & longe eminent ſacratiſſimæ diſtinctiones, implẽtem
cœleſtes angelicasq́; functiones, ad deum ſubuehunt ordinẽ. ¶ Niſi forte iſtud quoq; quis dixe-
rit, idcirco angelicas omẽs appellationes eſſe cõmunes, ꝙ omniũ cœleſtiũ virtutũ ſit æqua ſocie-
tas: atq; ad dei ſimilitudinẽ, lucemq́; diuinã, licet aliæ alijs excellant, gradusq́; diuerſi ſint, vna ta-
men intentione nitantur. Verum vt huius rei ratio liquidius conſtet, & quod dicimus magis per-
expreſſas atq; tactas ſpicuum ſit, intueamur alto mentis obtutu cuiuſq; cœleſtis ordinis * expoſitas in ſanctis literis
proprietates.

## Quænam ſit celeſtium ſubſtantiarum prima, quæ media, quæ extrema diſtinctio. Cap. VI.

QVot nempe & cuiuſmodi ſint ſanctorum ſpirituum diſtinctiones, & quo pacto ſa-
cræ illorũ functiones peragantur, ſolam examuſſim noſſe dixerim ſummã, per quam
illi in deum aſſumuntur, deitatem. Ad hæc ipſos quoq; cœlites virtutes proprias, at-
q; fulgores, & ſacratiſſimũ ſuum cœleſtemq́; ordinẽ, non ignorare par eſt. Neq; enĩ
ſcire poſſumus nos beatiſſimorũ ſpirituũ abſtruſa myſteria, vtq́; illi ſanctiſſime perficiantur: niſi
illa forte nos ſcire quis dicat, quæq; illorũ miniſterio, ſua ſcilicet rite callentiũ, diuina nos pietas do
cuit. Itaq; nos quidẽ nihil motu proprio, inſtructuq́; dicemus: cæterum quæ à ſanctis theologis
notata ſunt angelicæ proprietatis inſignia, ea nos edocti pro viribus exponemus. Omnes ſi-
mul



A mul cœleſtes, immortalesq́; ſubſtantias, in nouem ordines diuinus ſermo diſtinxit, proprijsq́; ac
ſignificantibus vocabulis appellauit. Has eximius * præceptor noſter in ternas tertio repetitas di beatiſſimus Paulus
ſtinctiones, ad ſanctæ trinitatis diuiſit imaginem. Ac primam quidẽ eẽ ait, quę coram deo ver Ephe. 5.
ſetur ſemper, idq́; ex diuina dignatione ſuſceperit, vt illi inhæreat iugiter, nulliſq́; medijs interie- Coloſſ. 1
ctis ſpiritibus, inſeratur. Nam ſanctiſſimos thronos, & oculis plurimis, aliſq́; ꝓditos ordines, che Ezech. 1.
rubin. ſ. & ſeraphin Hebręorũ voce appellatos, iuxta deum, nullis medijs inſertis agminibus, emi- Eſaiæ. 6
nenti propinquitate locatos ait, idq́; ſanctarum ſcripturarũ tradere expoſitionẽ. Hanc igitur ter-
nariam diſtinctionẽ, vt vnã, & ꝑ om̃ia æqualẽ, primãq́; re vera hierarchiã, illuſtris dux noſter ac
magiſter eẽ ait, qua non ſit præſtãtior altera, primoribusq́; dei ſummi ſplendoribus maiori pro-
pinquitate cõiuncta. Secũdã vero aſſeruit, q̃ poteſtatibus, dñationibus, virtutibusq́; cõficit. Tertiã
itẽ, q̃ in cęleſtibus functiõib⁹ extremũ teneat locũ, ex angelis & archãgelis prĩcipatibusq́; cõſtãtẽ.

## De ſeraphin & cherubin & thronis, & de prima eorum hierarchia. Cap. VII.

HVnc nos quoq; ſuſcipiẽtes functionum cœleſtium ordinem, aptiſſimamq́; diſtributio-
nem: dicimus primo, omne ſanctorum ſpirituum cognomen, inſinuationem atq; indi-
tium præferre diuinę cuiuslibet ipſorũ proprietatis. Ac ſanctorum quidem ſeraphin ap
B pellationem, ij qui Hebrææ linguę periti ſunt, incendentes ſiue calefaciẽtes: cherubin ve
ro, multitudinem ſcientiæ, ſiue ſapientię effuſionẽ ſignificare aiunt. Merito igitur prima illa cœ-
leſtis functio, ab altiſſimis ſpiritibus agitur: cui ſit ordo om̃ibus celſior atque ſacratior, vt ante cõ
ſpectum diuinę maieſtatis continẽter aſſiſtat, perpetuoq́; locata ſit, atq; in ipſam, vtpote propin-
quiſſimam, primores illæ diuinę apparitiones ac perfectiones, pręcipue ac peculiarius penetrent.
Appellantur nempe calefacientes, & throni, & ſapientię effuſio, congruo ſcilicet ac diuino illorũ
habitus ſignante nomine. Nam quod diuinis rebus ſempiterno motu & nunquam laceſſente ſtu Seraphin.
dio inſeruiant, ardoreq́; ac celeritate mirabili ac feruore perpetui illius & nunquam cedentis aut
inclinantis æterni motus ſui, inferiora etiam agmina ad ſui ſimilitudinem potentiſſime ſubuehãt,
illa veluti incendentes, atque ad ſimilem feruoris gratiam exuſcitantes, pręterea ꝙ ſumma vi flã-
mantis incendij expurgent, lucidaq́; & illuminante proprietate beatiſſimi ſpiritus, apertaq́; & in-
extinguibili, & quę ſemper eodem ſe habeat modo, totius obſcuriſſimæ caliginis ac cæcitatis ex-
pultrice ac profligatrice ſint pręditi, ſeraphin accepere cognomen. At vero ſanctorum cherubin Cherubin.
appellatione, illorũ eximia ſcientia deiq́; ſpeculatio, ſummæq́; & exuberantis lucis capacitas atq;
contemplatio, qua diuinam ſpeciem non per traduces vllos, ſed primaria vi ſua intuentur, gratiæ
quoque copioſa traditio & communicatio, inuidiæ liuore carens, qua indultam ſibi ſapientiam in
ſequentia & inferiora transfundunt, deſignatur. Porro altiſſimarum & eleuatarum ſedium nomi Throni.
ne, illas ab omni terreni affectus humilitate longiſſime remotas eẽ, ſurſumq́; ad ardua inuiolabili
ſtudio ferri edocemur, dum illæ ab infimis omnibus iugi intẽtione disiunctę, ac circa illum q̃ ve
re excelſus eſt, totis viribus inconcuſſe, ſtabiliterq́; locatę, diuinum illius aduentum abſq; vllius ꝑ-
turbationis ac materiæ impedimento ſuſcipiunt, deumq́; ferentes obſequij deuotione, ad ipſius
C percipiendos fulgores ſemper patent. Iſta quidem nominum ipſorum, quãtum ipſi intelligimus,
ratio eſt. ¶ Dicendum vero, quam eẽ ipſorum hierarchiam arbitremur. Nempe enim ꝙ omnis
huiuſce ſacræ functionis intentio, ex diuina imitatione ac ſpecie dependeat, q̃dq́; officium ipſius
omne, in participationem ſacram, traditionemq́; purgationis immixti & diuini luminis conſum-
mantisq́; ſcientiæ diuiſum ſit, ſupra iam ſatis dictum eſſe arbitror. Nunc vero digne pro merito
tantarum rerum dicere cupio, quonam modo hęc altiſſimorum ſpirituum functio in ſanctis lite-
ris traditur. Primis illis ſubſtantijs, quæ poſt authorẽ ſuum deum locatę, ac veluti in ipſius valuis
poſitæ, omnem inuiſibilem, viſibilemq́; virtutem conditam longe tranſcendunt, propriam quã-
dam eẽ atq; adeſſe in nullo diſſimilem functionem, arbitrandũ eſt. Puritate quoq; ſingulari præ-
ditas exiſtimandũ, non quaſi maculis impuris, colluuionibusq́; liberatas, * neq; vt materiales non hõ q̃ſi liberatas a rerũ materialiũ imaginationibus.
ſuſcipientes imagines, ſed vt omni ſummiſſione atq; admixtione celſiores, ſacraq́; om̃i re, excel-
lenti licet, per ſupremam atq; inuiolabilem puritatẽ, diuiniſq́; ipſis virtutibus om̃ibus ſuperne e-
minentes, atq; ordinẽ ſuum ſempiterno pariliq́; & conſtanti vigẽtem motu, fixum atq; inuerti-
bilem diuina dignatione tenẽtes, nullãq́; in deterius * imminutionẽ penitus ſcientes, ſed ſtabili ſem immutationẽ, offenſionẽ atq; iniuriam.
per atq; immobili diuinæ proprietatis ſuæ, puriſſimaq́; ſede ſubnixas. Contemplatiuas item pari
ratione ſentiendum eſt, non quaſi illæ ſenſibilia vel ſpiritalia contemplentur ſigna, neq; vt quę tra
ditæ in diuinis literis ſpeculationis ad deum varietate ferantur, ſed vt totius ſpiritalis ſcientiæ cel
ſiore luce repletas, principaliſq́; atq; pulchra cuncta facientis ſpeciei, ſuperſubſtantiali ac liquidiſ-
ſima contemplatione, plenitudineq́; beatas. ¶ Eadem quoq; ratione Ieſu feliciſſima ſocietate di-
gnatas, intelligendum, non quod ex fictis imaginibus ac formis illæ deificam ſimilitudinẽ nitant
exprimere, ſed q̃d veraciter in prima participatiõe ſciẽtiæ deificorũ ipſius luminũ illi propinquę
ſint, ac pterea q̃d ipſis diuina imitatio excellẽtiore mõ donata ſit, cõmunicãtq́;, quantũ par eſt, in

 prima

primæ conditionis ſuæ poteſtate deificis ipſius, benigniſſimiſq́; virtutibus. Perfectas autem itidẽ D fatendum, non quaſi eam ſcientiam didicerint, qua ſignorum ſacra varietas, perplexaq́; ſoluantur inuolucra, ſed vt quæ primæ illius, eminentiſq́; gratiæ, per quam deo inſeruntur, plenitudinẽ ſint conſecutæ, iuxta ſupremam illam, cuius capaces ſunt angeli, diuinorum operum diſciplinã. Neq; enim per ſanctos alios ſpiritus, ſed à diuinitate ipſa ſacratius erudiuntur in illam perpetua ſe intẽtione dirigentes excellenti cunctis virtute atque ordine ad ſummum quoq; puritatis & nuſquam deuiantis conſtantiæ verticem peruectæ, & in eo ſtabilitæ, decorem illum omni materia celſiorẽ, intelligibileq́; (vt fas eſt) contemplari pergũt, diuinorumq́; operum profundas, & quæ ſciri poſſunt rationes, vt primariæ & quæ iuxta deum ſint, diſcunt, ab ipſa ſancta trinitate ſupreme eruditæ. ¶ Iſtud nempe theologi apertius indicant, inferiores ſcilicet cœleſtium ſpirituum ordines, à ſuperioribus diuinorum operum ſcientiam honeſtiſſime diſcere: qui vero celſiores om̃ibus ſunt, à deitate ipſa (vt fas eſt) ſeorſum ſacratius erudiri. Quoſdam enim ex ipſis inducunt, à prioribus ſacramẽta perdiſcere, dominumq́; cœleſtium virtutum eẽ ac regem gloriæ (qui humana forma

Pſal. 23
Eſa. 62
Eſa. 63

aſſumptus eſſet in cœlum, alijs docentibus noſſe. Quoſdam item ad Ieſu ipſius hæſitantes aſpectum, diuiniſq́; illius operis & pro nobis aſſumptæ carnis ſcientiam diſcere cupientes, quos ipſe Ieſus per ſe doceat, eximiamq́; benignitatem ſuam primo ipſis inſinuet. Ego enim, inquit, loquor iuſtitiam & iudicium ſalutaris. Dignum vero miraculo eſt, cur primæ illæ quoq; virtutes angelicæ, quæ cęteras tanto celſitudinis honore tranſcendunt diuinarum intelligentias rerum, quaſi nõ ſummæ, ſed mediæ ſint, à deo reuerenter addiſcere cupiant. Non enim ad ipſum ſtatim verba E dirigunt, interrogantes quare rubra ſunt veſtimenta tua, ſed prius inter ſe hærentes inquirunt, vt oſtendant quidem ſe diſcendi auidas & diuini operis ſcientiam cupere, verum hanc ſibi nequaquam ante diuinæ illuſtrationis gratiam, ſuo ordine procedentis, vſurpare præſumere.

¶ Prima igitur cœleſtium ſpirituum ſacratiſſima functio, ab ipſo deo (vt diximus) eruditur. Cũq́; ad illum nullo medio tota intentione feratur, purgatione caſtiſſima, ingenti lumine, & exactiſſima, primaq́; perfectione pro modo & captu ſuo plena, purgatur & illuminatur atque perficitur. Omnis quidem ſummiſſionis admixtione pura, cęterum primo plena lumine, & primitus indultæ notionis ac ſcientiæ effecta particeps. ¶ Illud quoque paucis non inconuenienter addiderim, quod participatio ipſa diuinę ſcientiæ, & purgatio & illuminatio ſit atq; perfectio, dum per indultam ſibi ordinatiſſime perfectorum myſterioꝶ notionem, veluti ab ignorantia purgat. Ipſaq́; diuina ſcientia illuminat, per quam etiam purgat, dum quæ antea non videbantur, ſublimioris nunc intelligentiæ luce panduntur: perficit itidem hoc lumine, dum altiſſimorum ſenſuum firmam, perſeuerantemq́; ſcientiam tradit. Hæc igitur eſt, quantum ipſe ſapio, cœleſtium ſpirituũ prima diſtinctio, quę deum iugiter ambiẽs, & circa illum nullis medijs interpoſitis agminibus aſtans, ęternam ipſius ſcientiã ſimpliciter & indeficienti circũſtat affectu, ſecundum altiſſimã illius angelicę firmitatis ſempiterno vigentis motu, rationẽ. Ea quippe plurimas ac beatiſſimas ſpeculationes, puriſſimis intuetur obtutibus, ſimpliceſq́; & continentes diuinę claritatis radios ſuſcipit, atque diuini cibi alimonia paſcitur: qui primæ quidem eſt largitionis profuſione plurimus, cęterũ diuinæ refectionis vnitate non varia, & quos repleuerit ſibi inſerente, vnus eſt. Permulta itẽ F diuinę ſocietatis gratia & familiaritate & cooperatione beata, dum eius in ſe pro viribus ſimilitudinem exprimit, præclaros habitus, actioneſq́; imitatur, plurima ex diuinis rebus excellenti ratione cognoſcens, diuinæq́; ſcientiæ & agnitionis, quantum fas eſt, particeps facta. Quocirca ipſius quoque laudes ſcriptura ſacra mortalibus tradidit, in quibus aperte ſupremę illius lucis & auguſtiſſimæ intelligentię notatur eminentia. Nanq; (vt humano more dixerim) alij ex his ſpiritibus,

Ezech. 3.
Eſa. 6

aquarum voces imitantur, dum exclamant, benedicta gloria domini de loco ſuo, alij laudatiſſimã illam, & horroris reuerentiæq́; ac ſacratioris intelligentiæ plenam clamantes emittunt vocẽ. Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth, plena eſt omnis terra gloria illius. Has autem altiſſimas cœleſtium ſpirituum laudationes, iam quidem cũ de diuinis hymnis ſcriberemus, ſatiſq́; tũc hac de re pro modulo noſtro in illo opere diximus. Ex quo admonendi cauſa id tantum imprę

Liber diuinoꝶ hymnorum.

ſentiarum dixiſſe ſufficiat, ꝙ theologiæ ſcientiã prima iſta diſtinctio à diuina bonitate (vt fas eſt) intimi fulgoris accipiens, hãc ad diuinæ bonitatis imaginem, deinceps ijs etiam qui poſt eã ſunt, ordinibus tradit, illud (vt breuiter dixerim) docens, venerandam illam, excellentiq́; laude ab om̃ibus pręḋicandam deitatem, fas eſſe, laudabiliter à diuinis, tantæq́; maieſtatis capacibus ſpiritibus agnoſci, atq; pro merito ac modo ſingulari celebrari. Sunt enim iſti plane, quod ſacrę tradunt literæ, vt diuinam ſpeciem præ ſe ferentes, diuinæ requiei beatiſſimæ ſedes. Illud præterea mona-

Eſa. 66

dem eſſe, atque in tribus perſonis vnitatẽ, quæ à ſummis illis angeliciſq́; ſubſtantijs, vſque ad terræ nouiſſima ineffabili benignitate pertingat, & quæ ſunt, omnia prouidentię ſuę ratione moderetur, vt totius prouidentiæ ſingulare principium & cauſa, & quod omnia ſuperſubſtãtialiter inuiolabili modo comprehenſa contineat.

## De dominationibus, virtutibus, ac poteſtatibus, & de media illarum hierarchia. Cap. VIII.

Tran-



A TRanſeundum iam nobis eſt ad mediam cœleſtium ſpirituum diſtinctionem, dominationeſq́; illas & potentiſſima omnino ſpectacula diuinarum poteſtatum atq; virtutũ, erectis in æterna luminibus, pro captu noſtro cõtemplandum. Quælibet enim ſupernarum virtutum appellatio, proprietates illarum diuinam imitantes ſpeciem, ſignat. Sanctarum igitur dominationum pleno myſterij nomine, ſignari arbitror celſiorem intelligentiam quandam, totius ſeruitutis ignaram, omniq́; ſummiſſione infima liberam, nulliq́; tyrannicæ diſſimilitudini vllo omnino modo ſeipſam ſubijcientem. Quæ cum ſuam aſſerit libertatẽ, vt nullis blanditijs cedens, veraq́; dominatio, ſeruili omni & imminutioni obnoxio opere ſuperior eſt, nulliq́; ſummiſſioni cedit, atque omni diſſimilitudine celſior, veræ dominationis, imo deitatis ipſius ſumme dominantis, indeficienti, ardentiq́; flagrat deſiderio, atque ad illius propriam ſimilitudinem ſeipſam, inquantum poteſt, & quæ poſt ſe ſunt, ad ſummi boni exemplar effingit, atq; ad nihil eorum quæ * fruſtra videntur, ſed ad id ſolum quod vere ac proprie eſt, tota intentione cõuerſa, ſumme ſemper dominantis deitatis pro viribus particeps fit. Enimuero beatiſſimarum appellatione virtutum, virilem quandam & (vt ſic dixerim) maſculam, inconcuſſamq́; fortitudinem ſignari, certum eſt, qua in omnibus diuinis ſuis actionibus prædite, ad nullius ſuperne illabẽtis diuini fulgoris perceptionem inualidæ fiunt, atq; ad dei imitationem potenter aſſurgunt, neq; per imbecillitatis ignauiam diuinos ſuos deſerunt motus, cæterum intentione perpetua ſupremam illam (per quam valent omnia) virtutem intuentur, eiuſq́; potens imago pro viribus fiunt, atq; ad ipſam vt virtutis totius authorem, vi ſumma cõuerſæ, ad ea quæ inferiora ſecundo loco ſunt, virtutis largitate ad diuinæ bonitatis effigiem prodeunt. ¶ Porro ſanctarum poteſtatum vocabulo,

* vane, caducæ.

B quæ vnam & æqualem cum altiſſimis dominationibus atque virtutibus ſortem accepere, ſignificari dicimus ornatiſſimum, & nulla permixtione confuſum ad diuina ſuſcipienda, ac pulcherrimum ordinem & aptiſſimam ſeriem cœleſtis, ſpiritaliſq́; potentiæ, nequaquam tyrannice atque in deterius viribus ſuæ poteſtatis abutentis, verum inſuperabili conſtantia ordinatiſſime ad diuina tendentis, & quæ poſt ſe ſunt agmina, dei imitatione promouentis. Hæ vero ſummę illius poteſtatis (ex qua, vt ſint potentes acceperunt) ſimilitudinem in ſe nitũtur exprimere, eamq́; (vt angelis fas eſt) in ſuis ordinibus *decore potentiſſimæ virtutis inſignibus præferũt. His diuinis proprietatibus freta cœleſtium ſpirituum media illa diſtinctio, purgatur quidem & illuminatur atq; perficitur (modo quo diximus) ex ſacris intelligentiæ diuinæ fulgoribus, in illam per primæ ſuperioriſq́; diſtinctionis officium ſecundo loco manantibus, perq́; mediam illam hac liquidiore penetrantibus *luce. ¶ Denique ꝙ legimus per angelum in alium angelum cuiuſdam rei perueniſſe notitiam, euidens inditium eẽ arbitramur perfectionis ex longinquo venientis, ac proceſſus ratione in ſecundum perfectionis locum deriuantis. Nempe eñ vt hi qui noſtra venerãda myſteria probatiſſime callent, eas diuinarum perceptiones rerum, quæ à deo ipſo ſumuntur, nullius intercedente miniſterio, perfectiores eẽ aiunt ijs diuinæ contemplationis participationibus, quæ per alios veniunt, ita reor angelicorum quoque ordinum gradum, qui ſine vllo medio diuina cõtemplatione fruuntur, dum in deum ipſum præcipue tendunt, longe eſſe certiorem & efficaciorem, quàm illorum qui per alios medios id aſſequuntur. Quocirca noſtra quoque ſancta, ſacerdo-

* forma & pulchritudine.

* quę in ſecũda p primã ſuſcipiũ hierarchia.

Zacha. 2

Nr̃æ hũanæ hierarchiæ diſciplina.

C taliſq́; traditio, primores illos ſpiritus, ſequentium perficientes & illuminantes ac purgantes appellat, quorum illi miniſterio, ad ſummum illud omnium principum ſubuehuntur, diuinarumq́; purgationum, & illuſtrationum ac perfectionum, vt ſibi fas eſt, participes fiunt. Id quippe diuina & æterna lege atque ordine ſancitum eſt, vt per prima ſecundis diuini fulgoris radius influat. Inuenies hoc pleriſq; in locis docuiſſe theologos. Nam cum diuina paternaq́; clementia, Iſraeliticam plebem pro ſalute ſua ad conuerſionis gratiam erudiret, feriſq́; & immitibus gentibus ad emendationem, & ad pœnam de illa ſumendam exponeret, omniq́; prouidentiæ genere errantes ad meliora conuerteret, vbi ad pœnitentiæ remedia confugiſſent, & liberos à captiuitatis iniuria dimittebat, & ad priores per ſummam clementiam delitias, copiaſq́; reuocabat.

Zacha. 1.
Apoc. 7. 14
4. Re. 24. 25
Hier. 40.
1. Eſdr. 1
3. Eſd. 2

¶ Cernit nempe Zacharias vnus ex theologis, vnum ex primis (vt arbitror) angelis, qui oculis diuinæ maieſtatis ſemper aſſiſtunt (cõmunis quippe eſt, vt ſupra iam diximus, cœleſtibus omnibus angelica cognominatio) verba cõſolatoria de hoc ipſo à deo didiciſſe, vt dictum eſt. Aliũ vero ex inferioribus angelis in occurſum primi proceſſiſſe, vt diuinæ per illum intelligentiæ capax & particeps fieret. Deinde cum ab eo veluti ab antiſtite diuinum conſilium didiciſſet, vt prophetam quoq; doceret, fuiſſe pmiſſum, ꝙ vbertim habitabitur Hieruſalem à multitudine hominum. Alius item ex theologoꝶ numero, Ezechiel, hoc & à deitate ipſa ſedente ſup cherubin in ſuæ gloria maieſtatis, ſacrãtiſſime fuiſſe conſtitutũ ait. Iſraeliticam eñ (vt diximus) gentẽ paterna clementia per diſciplinã ad meliora traducens, iuſtitia conuenientiſſima inſontes à reis diſcernendos inſtituit. Primus hoc poſt cherub in diſcit, qui lumbos ſapphiro erat accinctus, qui talarẽ tunicã, pontificalis veſtis inditiũ, induebat. Porro angelos reliq̃s, q ſecuribus armati erãt diuina & ornatiſſima diſpoſitio iubet à priore diſcere diuinũ de re tãta diſcrimẽ. Nã illi q̃dẽ p mediã

Hier. 25. 29
Zacha. 1.
Zacha. 2
Ezech. 10
Ezech. 12
Ezech. 11
Ezech. 9

Hieru-

Hieruſalem tranſire iubet,& ſigna frontibus inſontium virorum imponere: alijs vero,ite,dicitur D
in ciuitatem poſt ipſum,& occidite,neque parcatis oculis veſtris. Super omnes autem in quibus
Daniel.9 eſt ſignum,nolite propinquare. Quid autem de illo dicemus angelo,qui Danieli ait,exijt ſermo:
Ezech.10 aut de illo,qui primus ignem de medio cherubin ſumpſit: ſiue (quod ad demonſtrationem ange
lici pulcherrimi ordinis profecto plus valet) ꝙ cherubin ipſa,ignem in eius manus inijciunt, qui
Danie.8 ſanctam induerat ſtolam: ſiue de illo,qui eximij meriti Gabrielem vocauit & dixit: Fac intellige-
re iſtum viſionem,ſiue quæcũq; alia à ſanctis theologis de cœleſtium ſpirituum diuina ſpecie,ac
decoro ordine dicta leguntur. Ad cuius ſane imaginem dum noſtra quoq; ſacroſancta functio
ſe componit,eiſq́; ſimilis euadere pro viribus nititur,angelicum decorem veluti in figuris conſe-
quetur,formas inde capiens,ac per illum ad ſummum totius ſacræ functionis authorem deum,
eius freta adminiculis, ſcandens.

## De principatibus,archangelis & angelis,deq; extrema illorum hierarchia. Cap. IX.

Principat⁹ REliqua nobis ad ſpeculandum ſupereſt ſacra illa diſtinctio,quę ordines concludit an-
gelicos,quæ profecto in diuinos principatus & archãgelos,angelosq́; diſtinguitur. Ac
primo quidem neceſſario dicendum puto,in quantum vires ſuppetunt, quid ipſorum
ſignificet nomen. Exprimitur nanq; cœleſtium principatuũ nomine,illos ad dei ima
ginem principari ac duces eſſe,cum ſacroſancto,principalibusq́; virtutibus conuenientiſſimo or E
dine. Atq; id præterea,ad ſummum eos principatum tota intentione conuerſos,aliorum quoque
præcipua dignitate duces eſſe,ac pro viribus in ſe effingere ſupremum illum, ſuiq́; authorẽ prin-
cipatum ſtudent,principaliumq́; decore virtutum,ſummum illius, diuinumq́; ordinem prome-
Archãgeli. re. ¶Porro ſanctiſſimus archangelorum ordo,æqualis quidem cœleſtibus principatibus dicitur.
Eſt enim(vt diximus)ipſorum atque angelorum functio vna,vnaq́; diſtinctio. Quia tamen nul-
la eſt huiuſmodi ſacratiſſima functio,quæ non & primas habeat & medias,extremaſq́; virtutes,
ſanctus archangelorum ordo,quod ſit in medio functionis conſtitutus,communi quodam, ſo-
cialiq́; iure extrema complectitur. Altiſſimis nanq; principatibus, & ſanctis communicat ange-
lis: illis quidem,quoniam ad ſupremum illum principatum præcipue intẽtus eſt, & ad eius (quã-
tum fas eſt)formatur imaginem, ac præterea honeſtiſſimis atque ordinatiſſimis & inuiſibilibus
ductibus ſuis,angelos etiam iungit,atq; vnum facit. His autem, quia etiam docendi atque dictã-
di alijs ordinem tenet,dum diuinarum intelligentias rerum à primarijs virtutibus ſumens,eas an-
gelis quoq; gratuita nuntiat bonitate,ac per angelos nobis pro modo ac ratione cuiuſq;, diuino-
Angeli. rum ſenſuum aperiens lucem. ¶Angeli nanq; (vt ſupra iam diximus)implendi peragunt munus
omneſq́; cœleſtium ſpirituum ordines cõplent,extremo in loco inter eximias illas,immortaleſq́;
ſubſtantias,angelicam proprietatem conſecuti. Atq; ideo à nobis angeli rectius,quàm ſuperio-
res appellantur,quod ſcilicet & ipſorum ordo magis circa euidentiora & apertiora verſatur, ac
mundana ferme negotia ab eis diſponuntur. Nam ſupremam illam (vt diximus) diſtinctionem,
vt ſecreto illi ſacratiſſimo primo ordine proximam,ſecundæ moderari ac ſcientiæ lucem ſecre-
tius & abditius dare putandum eſt: ſequentem vero,ex altiſſimis dominationibus & virtutibus, F
poteſtatibusq́; conſtantem,tertiæ illi quæ principatibus,archangelis,angeliſq́; conficitur,pręeſſe.
Priori quidem ſupremaq́; diſtinctione,manifeſtius: ſequenti autem extremaq́;,ſecretius. At vero
principatuum,archangelorum,angelorumq́; poſtremam diſtributonem, enuntiandi munus a-
deptam,humanis ordinibus ac functionibus ſacris viciſſim præeſſe credendum eſt,vt illius mini-
ſterio,ſuo ordine ferantur ad deum & conuertantur, ſintq́; ipſius ſocietate & coniunctione feli-
ces,dum diuinus proceſſus eximia dignatione cunctis ſacris ordinibus indulgetur, & ſocialiter ac
Danie.10 diuino cum ornatu reuelatur. Hinc profecto humanam iſtam,ſacramq́; functionem angelis ſa-
cra ſcriptura diſtribuit,quæ Michaelem principem Iudaicæ gentis appellat,& alios cæterarum
Deute.32 nationum. Statuit enim altiſſimus terminos gentium, iuxta numerum angelorum dei.
¶Porro ſi quis inquirere pergat,quid ſit cur Hebræorum populus, ſolus ad dei diuinarumq́; re-
rum intelligentiam ſubuectus ſit: reſpondendum,non oportere imputari rectiſſime gubernan-
tibus angelis,ſi gentes aliæ ad eorum(qui dij non ſunt)culturam deuolutæ ſint,ſed illis ipſis in pri
mis,qui motibus proprijs à recto calle,quo ad deum aſcendere poſſent, ſua ſponte deuiarunt.
Cuius erroris adeo pernitioſi,cauſa illis fuit amor ſui atque ſuperbia,& (quod ſequi neceſſe erat)
Exod.32 eorum cultura,quæ diuinum aliquid habere putauiſſent. Huius rei etiam ipſi Hebræorum popu
Oſee.4 lo crimen impingitur,atque ideo idipſum paſſus memoratur. Scientiam enim,inquit, dei repuli-
ſti,& poſt cor tuum ambulaſti. Neq; enim coactam habemus vitã,neq; liberi arbitrij gratia di-
uinitus indulta mortalibus,prouidentiæ diuinæ luce & ſplendore obtũditur. Cæterum diſſimili-
tudo ſpiritalium luminum facit,vt affluentiſſima paternæ benignitatis lux,aut omnino capi,par-
ticipariq́; non poſſit,quippe quæ ipſos obtutus intimos ſuo fulgore ꝑſtringat,aut certe ipſa lucis
participatio pro ſuſcipientiũ meritis varia ſit,parua.ſ.vel magna, obſcura vel lucida, cum tamen
radius



A radius ille diuinus vnus ac ſimplex ſit,eodemq́; modo ſe habeat,ſuper oĩa ſemper *explicitus. expãſus,extẽlus, ſuperfuſus
Nempe enim & alijs gentibus, ex quibus & nos ad immenſum & infinitum diuini luminis pe-
lagus,quod paratum ſemper eſt,& patet omnibus ad participandum,ex præteriti erroris cæcita
te reſpirauimus,nunq̃ præfuerũt alieni aliqui dij,ſed vnũ illud omnium ac ſingulare principium.
Ad quod ſane obſequentes ducebant angeli præfecti ſingulis gentibus. Conſiderare libet Mel- Gene.14
chiſedec illum pontificem chariſſimum deo,qui nequaquam inanium deorum,ſed altiſſimi,æter-
niq́; dei ſacerdos fuit. Non enim ſine ratione ſapientia diuina illuſtres viri: Melchiſedec non mõ
do amicum dei,verum etiam ſacerdotem dei appellarunt: ſiue vt prudẽtioribus aperte indicarẽt,
non modo ipſum ad verum ac ſempiternũ deũ eſſe conuerſum,verum & cæteris ad verã & ſo-
lam,ſupremamq́; deitatem prouehendis, authorem, ducemq́; fuiſſe. ¶Illud quoq; ſacerdotale Ad Timotheũ log.
pectus tuum,ſanctamq́; prudentiam admonere curabimus,vt Pharaoni ab Aegyptiorum prę- Gene.41.
ſule angelo,Babyloniorumq́; principi à ſuæ itidem gentis præſide, & prouidentis & dominantis Daniel.2
omnibus diſpenſatio atq; poteſtas ꝑ viſum innotuere,& illis gentibus veri dei famuli atq; cultõ-
res,duces conſtituebantur: dum ea viſionum expoſitio quæ figurata prius ab angelis fuerat ſan-
ctiſſimis viris,&qui angelis ferme pares euaſerãt,Danieli ac Ioſeph à deo reuelata ꝑ angelos fuit,
vnum quippe omnium principium eſt,vnica prouidentia, neque vllo modo putandum eſt,Iu-
dæis quidem ꝓfuiſſe deum quaſi id ſorte conſecutum,cęteris autem gentibus angelos proprie ac
ſeorſum,ſiue æqualiter,ſiue aduerſanter,ſiue deos alios quoſdam præſules eſſe. Sed & illud quoq;
diuinæ ſcripturæ iuxta hunc ſenſum ſacratius accipiendũ eſt,nõ quaſi deus cum dijs alijs aut an-
B gelis,humani generis gubernaculũ,regimenq́; diuiſerit, & Iſraeliticæ gentis princeps & dux ipſe
cõſtitutus ſit: ſed ꝙ vna illa quidẽ altiſſimi in cunctis prouidentia mortales omnes in ſalutem,an-
gelorum ſuorum ductibus ad ſe peruehendos diſtribuerit. Solus autem ferme Iſrael præ oĩbus
ad veriſſimi domini intelligentiam,cognitionemq́; conuerſus ſit,vnde Iſraeliticã plebem ſeſe di-
uino cultui deuouiſſe,illumq́; hæreditario iure ſuſcepiſſe,ſacra ſcriptura indicat,dicens: Factus eſt Pſal.134
pars domini. Cæterum ipſum quoq; populũ ſignans,æquali cum gẽtibus cæteris iure,alicui ſan-
ctorum angelorũ fuiſſe aſſignatũ(cuius officio & miniſterio vnum illud omnium principiũ noſce
ret)Michaelem ait Iudæorũ præfectũ eſſe gẽti,apertis profecto inditijs comprobãs,vnã eſſe om Dan.10.12
nium prouidentiã,quæ oĩbus inuiſibilibus,viſibilibusq́; virtutibus longe vi ſummæ maieſtatis
emineat: omnes aũt angelos ſingulis præfectos nationibus,ad ipſam veluti ad principium ſuum
eos qui voluntarie ſequerentur(quantum fas eſt)prouehere atq; perducere.

## Epilogus & concluſio totius angelici ordinis. Cap. X.

COlligitur itaq; ex ijs quæ ſupra diximus, vt ſanctorũ ſpirituum qui diuinis conſpecti-
bus ſemꝑ aſſiſtunt,prima illa antiquiſſimaq́; diſtinctio(quippe quæ à diuino illo totius
perfectionis authore,radio erudiatur: ad quem,nullis interpoſitis ordinibus alijs,perpe
tua intentione ſubuehitur)ſecretiore diuinitatis & candidiore luce purgatur,illuſtratur
atq; perficitur: ſecretiore quidem,ꝙ intelligibilior ſit, magiſq́; ſimplicitati diuinæ nos iungat at-
C que inſerat: candidiore autem,vt quæ primo indulta ſit,primoq́; apparuerit, totamq́; ſe in illam
beatiſſimorum ſpirituum ſeriem,vtpote capaciorem ſui fulgoris,effuderit. Ab hac autem tã ex-
cellentis meriti functione,ſecunda pro modo & ratione ſua rurſus imbuitur, atq; à ſecunda, iti-
dem tertia,à qua noſtra quoq; ſancta functio,eodem pulcherrimæ atq; ordinatiſſimæ diſpoſitio
nis iure * cõueniẽtia & ratione diuina,ad totius pulchritudinis atq; ordinis ſummum illud, æter- cõaptatione
nũq́; principium ac finem officio ſacratiſſimi muneris fertur. Sunt autem & angeli omnes ita in- cõgruentia
ſtituti,vt inferiores ſuperioribus obaudiant,eorumq́; nutus enuntient,ac primi illi quidẽ,vt ſum- harmonia,
mi dei ſe mouẽtis, conſilia & voces exponant: reliqui vero proportione debita,eorum qui à deo diuina ra-
mouentur,exprimãt voces. Intantum eñ ſumma illa omnium & ſupereminẽs cõgruentia, quo- tione,diui-
rumlibet rationaliũ ac ſpiritalium ſacro decori & ordinatiſſimo inſtituto proſpexit, vt ipſis quo- naq; analo-
q; diſtinctionibus ſacris ordines decentiſſimos poneret. Deniq; hierarchiam omnem cernimus gia.
in primas & medias,extremaſq́; virtutes diſtributam,imo & ipſas quoq; ſingulas(vt proprie di
xerim)diſtinctiones ita diſcreuit, vt in eiſdẽ cõuenientiæ pulchritudo ſeruetur. Quocirca & ipſa Eſa.6
ſacratiſſima Seraphin,alterum ad alterum clamaſſe theologi aiunt, apertiſſime per hoc(vt reor)
indicantes,ꝙ diuinarũ rerũ notiones,prima ſequentibus tradunt. Et hoc præterea non inconue-
nienter addiderim, eſſe quibuſq́; ſeorſum cœleſtibus,humaniſq́; animis proprias ac primas &
medias,extremaſq́; virtutes atq; ordines,quibus memoratæ pro cuiuſq; modo ſingulorum cœ-
leſtium ordinum proprie de deo intelligentiæ expreſſæ videantur, per quas vnuſquiſq; quãtum
ſibi fas eſt,quantũq́; penetrare ſufficit,caſtiſſimæ illius & eminẽtiſſimæ purgationis, pleniſſimiq́;
luminis,& principalis perfectionis particeps ſit. Nihil eñ eſt quod abſolute ꝑfectum ſit,aut om-
nino ꝑfectione non egeat,niſi quod vere ꝑfectum eſt, ipſaq́; perfectio.

## Cur omnes cęleſtes ſubſtantiæ, cõmuni vocabulo cęleſtes virtutes appellantur Cap. XI.

His

HIs ita diffinitis,illud quoq; conſiderare dignũ eſt , quã ob cauſam omnes ſimul angeli- D
cos ſpũs,cœleſtes appellare virtutes conſueuimus.Neq; eñ vt de angelis dicere poſſu-
mus,ꝙ omnium ſit extrema diſtinctio,ſanctaꝝ virtutũ ordo.Atq; inferioꝝ quidẽ ſci-
entiæ,ſanctiq́; fulgoris ſuperioꝝ ſpirituum ordines participes ſunt:non aũt identidem
ſuperioribus ac primis inferiores,nouiſſimiq́; cõmunicant.Cuius igitur rei gratia cœleſtes quidẽ
virtutes,ſublimes illæ ſubſtantiæ omnes nominantur: non aũt ſeraphin & throni & dominatio-
nes pari ratione dicuntur? extremæ nanq; ſupremis illis proprietatibus omnibus non cõmuni-
cant:angeli eñ & ante ipſos archangeli,principatusq́; ac poteſtates,quũ à ſanctis viris ac theolo
gis poſt virtutes ſtatuuntur,cõmuni ſæpe à nobis vocabulo vnà cum alijs ſanctis ſpiritibus,cœ-
leſtes virtutes appellantur. ¶Dicimus aũt quia dum cõmuniter in omnibus vtimur cœleſtiũ ap
pellatione virtutũ, nullam cuiuſq; ordinis proprietatũ confuſionẽ introducimus, ſed qm̃ diuini
omnes ſpũs altiſſima ratione ſua in tria diuiduntur,ſubſtantiam ſcilicet,virtutẽ atq; actionẽ,quo
ties aut omnes,aut aliquos ipſoꝝ omiſſa diligentiore obſeruatione,ſubſtantias cœleſtes ſiue vir-
tutes appellauerimus,ipſos (de quibus ſermo eſt)nos ſignificare circumloquutione putandũ;ex
ea,q̃ in ſingulis eſt,ſubſtãtia atq; virtute.Neq; eñ eminentẽ illam ſanctaꝝ virtutũ proprietatem
à nobis iam rite digeſtã,inferioribus quoq; putandi ſumus per omnia applicare ſubſtantijs.Vn-
de profecto ſummi illius & in confuſi cœleſtium ſpirituũ ordinis peruerſio ſequeretur.Nã iuxta
rectiſſimã illam rationem,quã ſæpe reddidimus,ſuperiores illæ diſtinctiones, inferiorum quoq;
proprietates abunde in ſe habent:extremæ vero,prioꝝ excellentioribus meritis carent, cum pri E
mitiui illius luminis fulgor,in illas pro captu ſuo,ſuperiorum officio deriuetur.

## Cur ſacerdotes inter homines dicantur angeli? Cap. XII.

QVæri aũt & illud ſolet ab his,qui diuinoꝝ libroꝝ ſtudio & amore flagrant,ſi extrema
integre non cõmunicant ſummis:quã ob cauſam ſacerdos homo inter homines, dñi
Malach. 2 omnipotentis angelus à ſacra ſcriptura nominatur. Eſt aũt ea ratio nequaq̃ his, quæ
ſupra diffiniuimus, aduerſa. Dicimus eñ extremos illos ordines, licet integerrima &
ſumma prioꝝ diſtinctionũ virtute indigeant, eius tamen pro captu ſuo vel ex parte , iuxta vnã
omniũ concinnam,ſeq́; mutuo iungentẽ ſocietatem eſſe participes. Exempli cauſa , ſanctorum
Cherubin ordo,ſapientiæ celſiori ſcientiæq́; cõmunicat : qui vero ſub illis ſunt ſanctoꝝ ſpirituũ
ordines,& ipſi ſapientiæ ac ſcientiæ participes ſunt quidẽ,particularis tamen pro modo ſuo atq;
inferioris.Nempe eñ ſapientiæ ac ſcientiæ cõmunicare, prorſus cõmune omnibus diuinis ſpiri-
tibus eſt.At vero continenter & primo ſiue ſecundo loco & humiliter id agere,cõmune iam nõ
eſt,ſed vt ſingulis pro modo ſuo & ratione diffinitum eſt.Hoc aũt & de omnibus diuinis ſpiri-
tibus qui ſtatuerit,nequaq̃ peccabit.Nam quẽadmodũ primi ſanctas inferioꝝ proprietates affa-
tim habent,ita & vltimi prioꝝ proprietates habent,licet modo nõ ſimili,ſed inferiore.Nihil igi-
tur(vt reor)abſurdũ eſt,ſi ſacerdotẽ quoq; hominẽ theologia angelum vocat,qui pro viribus an
gelicæ proprietati docẽdo participat,atq; ad angeloꝝ ſimilitudinẽ (vt homini poſſibile eſt)per
nuntiandi officium nititur.Inuenies aũt,cœleſtes illas angelicasq́; ſubſtantias,in ſacris literis deos
Pſal. 64. 58 quoq; appellari:ſanctos item viros & dei familiaritate digniſſimos,deos dici.Et certe quũ diuinũ F
Gene. 32 illud ſecretũ exceptum ab omnibus,& ſummæ potentia maieſtatis ſuper omnia locatum ſit,ni-
Iohan. 10 hilq́; in reꝝ natura ſimile illi dici proprie & per omnia poſſit:ſi tamen quæcunq; ſpiritalis ratio
Exodi. 7 naliſq́; ſubſtantia(dũ id totis viribus,totaq́; ſit intentione)contendit,vt ei coniuncta , vnũ cũ illo
fiat,atq; ad diuinos eius fulgores hauriendos(quantũ fas eſt) indeſinẽti ſtudio ac deſiderio aſpi-
rat,ꝙ deũ pro viribus(ſi dici licet)imitari pergat, diuino quoq; cognomine digna cenſetur.

## Cur a Seraphin purgatus fuiſſe dicatur propheta Eſaias. Cap. XIII.

AGe illud quoq; pro viribus inſpiciamus,cuius rei gratia ad vnũ ex theologis Seraphin
Eſaiæ. 6 mitti memoret:merito eñ inde ſcrupulus naſcitur,ꝙ non ex inferioribus angelis quiſ-
piam,ſed ipſe qui inter primas excellentioresq́; ſubſtantias numeratur, prophetam ex
purgat.Sunt qui dicant, iuxta id quod ſupra diffiniuimus de ſpirituũ omnium ſocieta-
te,& ſuaꝝ inter ſe proprietatũ cõmunione,non vnũ ex altiſſimis illis primisq́; ſpiritibus,ad pur-
gationem theologi adueniſſe à ſcriptura memorari:ſed aliquẽ ex his qui nobis præfecti ſunt,an-
gelis purgandi prophetæ officio functũ, Seraphin appellatum eſſe cognomine , ob incendendi
miniſterium:quo & peccata deleta ſunt,& is qui purgatus fuerat,ad diuinæ obedientiæ repara-
tus ardorem.Aiuntq́; ſcripturas vnũ ex Seraphin ſimpliciter dixiſſe,non ex his qui prope deum
aſtant exceſſi ordinis dignitate,ſed ex his virtutibus quæ purgandis hominibus pſunt.¶Alius itẽ
huiuſce quæſtionis non improbabilẽ mihi rationẽ ita aſſignauit:aiebat eñ magnũ illum (quicun
q; tandẽ is fuerit)angelũ,qui viſionẽ adeo inſignem effinxerat,vt prophetã diuinis rebus inſtrue
ret,purgandi munus quod ſui erat officij,in deum:& poſt deum,ad primũ illum ac primo con-
ditũ retuliſſe ordinẽ.Et vera fortaſſis ea ratio fuerit. Dicebat eñ huius author ſcientiæ, ꝙ diuina
virtus ſuper omnia pergens gradit,& per omnia ineffabili penetrat modo, omnibusq́; item in-
uiſibilis



A uiſibilis eſt : non ſolũ ꝙ excellentior ſuper omnia ſit, veꝝ & ꝙ occulto ac ſecretiſſiſſimo ordine,
ſuæ prouidentiæ vires ac munera cunctis immittat.Nempe eñ & ſpiritalibus omnibus pro ſuo
quibuſq; captu apparet,antiquiſſimis illis primoribusq́; ſubſtantijs lucis ſuæ radios tradens ac p
illas vt eminentiores ac primas,inferioribus quoq; pro modo cuiuſq; ordinis,& cõtemplandi vi
ribus,eiuſdẽ lucis diſtribuit iubar:ſiue vt apertius loquar,exemplisq́; vtar ex noſtro vſu petitis,&
ſi longe inferioribus deo,qui ſuperne omnibus eminet: apertioribus tamen, ſolaris diſtributio ra
dij in eam primo materiam tota facilitate concedit,quæ omnibus lympidior & clarior ſit,ac per
illam aptius & euidentius fulgores ſuos iaculatur:vbi vero craſſiores materias offendit, minus va
let ad ſplendoris ſui vires diffundendas,ꝙ hæ materiæ in quas lucis ſpicula incidunt, ad exhube
rantis lucis traducendos radios idoneæ non ſint:atq; ideo ſenſim ad hoc vſq; contrahitur , vt di-
ſtribui ferme omnino non poſſit. Rurſus ignis calor in ea quæ ad percipiendũ aptiora ſunt, ſeſe
diffundit magis:& quæ illi facilius cedunt,& in eius traducuntur effigiem . Porro in reluctantes
penitus contrariasq́; ſubſtantias,aut nullũ, aut prorſus exiguũ ignei vigoris & muneris veſtigiũ
apparet iniectũ.Et quod his maius eſt,his quę ſui generis nõ ſunt,per ea quę ſibi familiaria ſunt,
ſi adſint,vim ſui feruoris immittit:ea igniens,quæ in ignis facile vertuntur effigiem:ac per illã ſi-
ue aquam,ſiue aliud quippiam eoꝝ quæ difficile igneſcunt, pro cuiuſq; calefaciens modo.Iuxta
hunc igitur naturalis conſequentiæ ordinẽ,ſummus ille totius venuſtatis viſibilis atq; inuiſibilis or
B do,ineffabili in primis modo lucis ſuæ exhuberantẽ claritatem altiſſimis illis primisq́; ſubſtantijs
largiſſimo inſinuat lapſu:ac per illaſipſas, inferiores quoq; ſubſtantiæ diuini radij participes fiũt.
Nempe eñ hæ cũ primo loco dei cognitione beatæ ſint , diuinæq́; virtutis deſiderio ſumme ar-
deant:id quoq; meruerũt,vt primæ (quantũ fas eſt) ad imitationẽ diuinæ virtutis & actionis aſ-
ſurgerent,ſequentesq́; ſubſtantias ipſæ ad eandẽ imitationẽ pro viribus, ſummi boni exemplo
ſubueherent,affatim illis eius(quam accepere)lucis participationẽ abſq; inuidia vlla tradentes,at
q; illæ itidem inferioribus.Et hunc in modũ ſingulæ faciunt,dum quæ prima eſt,ſequenti ſecũ-
do loco,indultæ ſibi diuinæ lucis conſortium tradit, atq; ita in omnes diuinus ille fulgor emanat.
omnibus igitur qui illuminantur,percipiendæ lucis initiũ eſt deus quidẽ per naturam & omnino
proprie,vtpote ſubſtantia lucis,ipſiusq́; eſſentiæ & viſionis author. Cæteꝝ poſitione & illumi-
natione dei per partes, ſuperior quæq; inferiori principiũ luminis eſt , dũ per ipſam in illam di-
uinũ iubar deriuatur atq; diffunditur. Itaq; ſummã illam cœleſtium diſtinctionẽ animoꝝ, reli-
quoꝝ angeloꝝ omnium ſubſtantiæ,totius ſacroſanctæ ſcientiæ,diuinæq́; imitationis authorem
(vt ratio docuit)arbitrantur,vtpote per illam in omnes atq; in nos diuinæ claritatis manãte ſplẽ-
dore.Quocirca omnẽ quoq; ſacratiorẽ, & ad dei imitationẽ tendentem actionẽ, ad deũ quidẽ
(vt cauſam principalẽ) referunt , deinde vero diuinis quoq; illis,ſummisq́; ſpiritibus(vt qui pri-
mi diuina operentur & doceant)acceptã nihilominus referunt.Habet igitur prima diſtinctio ſan
ctoꝝ angeloꝝ,plus cæteris igneam proprietatẽ,effuſamq́; diuinæ ſapientiæ traditionẽ, ac ſcien
tiam diuinaꝝ illuſtrationũ dijudicandaꝝ ſummã,thronorumq́; proprietatem apertã,ac patulã
dei ſuſceptionem indicantem . Porro inferioꝝ ſpirituum ordines igneæ ſapientis, ſcientis, deiq́;
C capacis virtutis participes ſunt quidẽ,ſed minore modo:atq; ad primos illos intuentes altiſſimos
ſpũs,per illos,vt qui dei imitatione primi dignati ſint,ad conſequendã diuinæ ſpeciei ſimilitudi-
nem ſcandunt.Sanctas igitur (quas diximus)propritates , quaꝝ per primas cæteræ quoq; ſub-
ſtantiæ participes ſunt,his illis poſt deũ vt primoribus ac principibus ſacris,aſſignant.Dicebat er
go qui iſta me docuit,viſionem quidẽ illam per vnũ ex præſulibus noſtris ſanctis ac beatiſſimis
angelis oſtenſam eſſe theologo:atq; ab ipſius illuminante ductu ad ſacram illam ſpeculationem Eſaiæ. 6
fuiſſe ſubuectum, in qua ſummas illas altiſſimasq́; ſubſtantias veluti per ſigna(vt ita dixerim)ſub
deo & poſt deũ atq; circa deum collocatas vidit,ſummitatemq́; illã ante omne principium om-
nibus,atq; illiſipſis ineffabiliter eminentẽ , in medio excellentium virtutũ excelſe reſidentẽ. Ad-
monebatur ergo theologus ex his quæ cernebat, vt ſecundũ omnẽ ſuperſubſtantialem eminen-
tiam,cunctis viſibilibus inuiſibilibusq́; virtutibus abſq; vlla comparatione deus excelſior ſit : ac
præterea ꝙ ita exceptus ab oĩbus,vt ne ipſis quidẽ primis, cœleſtibus, immortalibusq́; ſubſtan-
tijs ſimilis per omnia putari poſſit.Ad hæc principium quoq; illũ eſſe omniũ & ſubſiſtendi cau-
ſam,atq; inſolubilis cœlitũ manſionis immutabilem ſedẽ:ex qua,vt eſſent,& bene eſſent, excellẽ
tiores quoq; illæ virtutes acceperunt . Deinde ipſoꝝ quoq; Seraphin diuinas profecto virtutes,
ex ea viſione ſacratiſſima,propheta diſcebat, incendium ſacro illoꝝ ſignificante cognomine : de
quo paulo poſt dicturi ſumus , quantũ nobis explicare fas fuerit igneæ virtutis altiſſimas intelli-
gentias,vtq́; incentiua illa vis ad diuinã ſpeciem ferat.¶Porro illa ſex alaꝝ ſacratiſſima fictio,ab
ſolutiſſimã,ſummamq́; in deũ intentionẽ , in primis ac medijs & vltimis intelligentijs ſignat. At
quando multos quoq; illoꝝ pedes & cõplures facies cernens theologus inclytus, vtq́; alis & pe-
dum & vultuũ arceretur aſpectus, alæq́; mediæ perpetuo ferrentur motu,ad intelligibilem eoꝝ
quæ cernebat,ſcientiam ducebatur.Aperiebatur nempe illi per hæc altiſſimoꝝ ſpirituũ vis mul-
ta peragrans,multaq́; proſpiciens:ſacraq́; illoꝝ & plena horroris veneratio ac religio : qua vltra
humanũ

humanũ modum,celſiorũq; profundiorũq; myſteriorũ inſolentẽ & temerariã,neq; omnino promouentem indaginem exhorreſcunt. Præterea & indefeſſus ille atq; alta petens, ſempiternus motus:quo pręditi,pro modo ſuo diuinas quoq; actiones imitantur. Ad hęc & diuinam illam ac ꝓtioſiſſimam laudationẽ in ſecreto ille diſcebat,quippe angelo(qui formabat viſionem)pro virib' prophetã ſacratioris ſcientiæ ſuę participẽ faciente. Docebat igitur ipſum & hoc, *vt ijs ꝗ quomodolibet mundi ſunt,munditiæ, purgationiſq; ſuæ cauſa, eſt diuini fulgoris, diuinæq; munditię pro captu cuiuſq; participatio. Cæterũ purgatio huiuſmodi, à diuinitate ipſa ꝓcipuis cauſis in omnes angelicos ſpũs ſummo & ſecretiſſimo ꝑficitur modo,atq; altiſſimis illis virtutibus,ꝗ propinquiores ipſi ſunt,euidentior ferme eſt,magiſq; ſe inſinuat atq; diſtribuit. Porro in ijs quæ ſecundo loco ſunt,ſiue in extremis medijſve ſubſtantijs intellectualibus,quantũ ſingulæ ab ea meritis diſtant,pro modo diſtantię,claram intelligentiæ ſuę lucem ad ſecreti ſui ſingularis,atq; ignoti laudem colligit. Datur aũt ea lux ſingulatim, priorũ officio ſecũdis atq; ſequentibus. Et ſi ſummatim dicere neceſſe eſt,primo loco ex occulto illo ſacratiſſimo ꝑ primas virtutes in apertum educitur. Hoc itaq; theologus ab angelo ſe inſtituente diſcebat,purgationem.ſ.& cæteras diuinas actiones,per primas,celſioreſq; ſubſtantias,vim ſuæ claritatis aperire,atq; in omnes reliquas diuidi,quantum quæq; deificæ illius participationis eſt capax. Atq; ideo purgationis illã proprietatem,quæ incendio fit,altiſſimis ſeraphin poſt deũ rectiſſime omnino aſſignauit. Nihil igitur abſurdum eſt,ſi ſeraphin purgare theologum dicitur. Sicut enim deus purgat omnes,ꝙ ſit ipſe purgationis author,imo(vt ſimiliore vtamur exemplo) quẽadmodum apud nos pontifex homo cũ miniſtrorum ſuorum ſiue ſacerdotum officio purget,aut gratia doctrinæ ſalutaris illuminet,ipſe purgare & illuminare dicitur,cum hi qui ab eo conſecrati ſunt ordines,ad ipſum vt authorem,ſacra functionis ſuæ munera referant,ita & purgantem ſcientiam ſuam atq; virtutem is,qui purgationem prophetæ peragit angelus,ad deum quidem vt authorem,ad ſeraphin vero quaſi primo poſt deum operantem pontificem refert,eum qui à ſe purgabatur,angelica cum reuerẽtia(vt ita dixerim)ita docẽs eius,quę in te meo miniſterio perficitur,purgationis principium quidem pręcipuum,& ſubſtantia & conditor & author,ille eſt qui primas quoque ſubſtantias ad eſſe produxit,& ꝑpetua circa ſe continet ſede,& ne mutari queant aq; decidere,ſola clementia ſeruat,ipſeq; eas ad prima prouidentiſſimarum actionũ ſuarum conſortia promouet. Hoc enim is à quo didici,miſſionẽ ſeraphin ſignare ait. At vero princeps ille,& poſt deũ dux,primarũ antiquiſſimarum ſubſtantiarũ ſacra diſtinctio,ex qua purgare ipſe ad dei ſimilitudinẽ didici,illa eſt, ꝗ te meo miniſterio purgat,per quã author ille totius purgatiõis atq; opifex,prouidẽtiæ ſuæ opa ex abdito illo ſecretiſſimo ad nos ꝗq; deduxit. Iſta qdẽ ille me docuit,ꝗ tibi ego itidẽ trado,tuæ iã erit ſpiritalis diſcretæq; ſcientiæ,aut altera ex his cauſis oĩ ambiguitatis abſolui ſcrupulo, eãq; alteri in honore ꝓferræ,vt quę conſentanea ratione ac fortaſſis veritate ſubnixa ſit,aut abs teipſo aliquid inuenire,ſiue ab alio diſcere,quod ſit integerrimæ veritati propinquius,deo ſcilicet verbum tribuẽte,ac ſubminiſtrãtibus angelis. Idq; ipſum nobis quoq; angelorum ſtudioſis reuelare,vt liquidiore intelligentia,mihiq; gratiore,ſi fieri poteſt, & ipſe tecum fruar.

Margin: ꝗliter, quo pacto. — D — E

## Quid ſignificet is,qui traditur,angelicus numerus. Cap. XIIII.

Daniel.7.

AT hoc item ſpiritali diſcuſſione & magiſterio dignũ puto,quãobrem ſcripturæ ſanctæ traditio de angelis loquens,millia millium eẽ dicat,& decies millies dena millia, ſupremos humanos numeros in ſeipſos inuoluẽs atq; multiplicans perq; hos,cœleſtiũ ſubſtantiarũ ordines nobis eẽ innumerabiles, apertis rationibus pandens. Sunt eñ profecto plurimæ cœleſtiũ militiæ ſpirituũ,quæ mortalium noſtrorũ numerorũ infirmũ,breueq; modum longe tranſcendãt,atq; ab ſola ſua eminentiſſima & cœleſti intelligentia,atq; notione ſcitæ ſint ac diffinitę:quam illis opulentiſſime largita eſt ſumma diuinitas, immenſæ author ſcientiæ, atq; ſapientiæ fons,& principiũ oĩbus ſimul exiſtentibus,excellentis ratione ſubſtãtiæ ipſa exiſtens & cauſa ſubſtãtiæ,& continẽs oĩa virtus,& cõſummatio cũcta complectens. F

## Quæ ſint figuratiuæ angelicarũ virtutum imagines & reliqua. Cap. XV.

AGe vero iam,ſi placet,relaxantes parumper intentionẽ noſtrã,& mentis aciem à ſublimibus illis angelorũ ſpeculationibus tantiſper auertentes,ad diuiduam atq; in plura diſciſſam latitudinẽ multiplicis angelicarũ imaginũ varietatis deſcẽdamus,atq; ab ipſis rurſus veluti ab imaginibus,ad ſimplicitatẽ cœleſtium ſpirituum ꝑ illarũ ſolutionẽ redeamus. ¶Id aũt ante omnia compertũ tibi ſit velim,ꝙ imaginũ ſacratiora ſignantiũ deſignatiões,
Apoc.5.16 17 — eaſdem interdũ ſubſtantiarũ cœleſtiũ diſtinctiones ꝑfectas atq; docẽtes inducũt, aliquando diſcentes atq; ſubiectas,& vltimas ſæpe docentes,primariaſq; diſcentes,deniq;(vt dictũ eſt)& primas & medias & extremas virtutibus prędítas, ac ꝑ hunc expoſitionis explicite modũ, nihil abſurditatis inſeritur,nihil quod ſit à ratione alienũ. Nam ſi qdem regi ac doceri aliquas à prioribus diceremus,deinde eaſdem regere atq; docere,prioreſq; rurſus extremas docere,& poſtmodũ ab ipſis illis diſcentibus diſcere,eẽt profecto ea res perabſurda, & ingenti confuſione plena. Sin aũt

Gene.16 — Danie.8 — Zachar,1,2 4.5.

eaſdem



A eaſdem & docere & doceri dicimus,verũ nõ eaſdẽ & ab eiſdẽ, ſed ſingulas à ſuperioribus regi ac diſcere,extremas vero docere atq; regere:non inconuenienter infertur, eas quæ in ſacro eloquio cõtinentur, ſacratius efficťas formas, *eaſdẽ aliquãdo & primis & medijs extremiſq; virtutibus proprie ac vere circumponi poſſe. ¶Igitur & illa vel in anteriora conuerſio ac iugis intentio,vel ſuis in locis manſio,atq; tuendarũ virtutũ ſuarũ cauſa nuſquã progreſſio,ſtatus ille ꝑterea, per quẽ ſociali ad ſequẽtes ſecũdo loco cõmunicabiliq; proceſſu prouidẽtiſſimæ virtutis participes fiunt: oĩbus profecto cœleſtibus ſpiritibus aptiſſime ac veriſſime congruit, etſi alijs eminentiſſime atq; integre quidẽ,quod ſæpe iam diximus,alijs vero ex parte atq; ſubmiſſius. ¶Aggrediamur itaq; quod inſtituimus,illud ſtatim in prima figurarũ expoſitione inquirentes, quã ob cauſam diuina eloquia igneam deſcriptionẽ præ oĩbus ferme honorare videntur. Deniq; inuenies in his nõ modo igneas rotas effingi,verũ ignita quoq; animalia: & viros ignem veluti ex ſe coruſcationis inſtar emittentes,ac iuxta ipſas quoq; cœleſtes ſubſtantias,cõgeſtos carbones ignis apponi, & flumina ingenti fragore ignis feruorẽ emittentia. Sed & thronos eſſe aiunt igneos, & ipſa eminentiſſima Seraphin,incendendi munus ipſa noĩs ſui appellatione ſignare:ipſiſq; proprietatẽ & officium ignis in primis aſſignant,ac prorſus vltro citroq; ignis figuras ꝓcipue honorant. Per ignem itaq; ſignari arbitror cœleſtium ſpirituũ faciem,dei maxime ſpecie inſignẽ. Nã profecto ſanctiſſimi qui de deo loquuti ſunt viri, ſummã illã & nullis obnoxam figuris formiſq; ſubſtantiã,varie in igne deſcribunt:quippe qui diuinæ proprietatis, ſi dici liceat,in rebus viſibilibus plurimas ſeruat imagines. Nempe eñ ignis ſenſibilis in oĩbus (vt ita dixerim ) eſt, & per oĩa ſine vlla ſui admixtione proficiſcitur,& ab oĩbus prorſus excipitur. Cũq; luciditſſimus ſit,ipſe tamẽ nõ admota materia,in qua ſuã vim ſuũq; oſtendat officiũ, in ſeipſo occultus atq; incognitus manet, neq; admittit habitũ,neq; patet aſpectui:ipſe oĩa ſuperat,& ea quibus inſederit,in ſuũ traducit officiũ: oĩbuſq; quomodolibet ſibi appropinquãtibus, ſui conſortiũ tradit:renouat oĩa calore vitali,ac fulgoribus apertis illuminat,teneri miſceriq; nõ poteſt:diſcernendi vim habet, atq; immutabilis eſt:ſuperiora ſemper petit,& in acumen tendit,agilis,celer,ſublimis,nullaq; vi vt inferiora petesſat adigi poteſt:ſemper mobilis,eodẽq; motu vigens:alia mouet,cõplectitur oĩa, cum tñ aſtringi ipſe non poſſit:cumq; alio ipſe non egeat, ſibijpſi tamen clam incrementa ſuppeditat, atq; in qualibet ſuſcipiente materia ſuæ maieſtatis potentiam indicat, efficax, potens, oĩbus inuiſibiliter ꝓſens:ſi negligatur,non eſſe videtur: attritu aũt veluti irritatione quadã naturaliter ac propie cõtinuo lucẽtem excitatur in flammã,rurſuſq; incõprehenſibili abuoluat modo:cũq; affatim omnibus participationẽ ſui locupletiſſimã præbeat,nunꝗ tamen ipſe minuitur. Complures itẽ alias ignis proprietates inuenies,diuinæ actioni(quantũ humanis imaginibus fas eſt) prope accedentes. Hoc itaq; non ignorantes viri illi,diuina ſapientia repleti, cœleſtes ſubſtantias ex igne maxime effingunt,vt illarũ diuinã ſpeciem ad dei imitationẽ tendere pro viribus indicent. Humana quoq; illas forma deſcribunt,ꝙ mente vigeant homines,vidẽdiq; vires habeant ad ſuperna tendentes,ſublimiq; ore & erecto ſint ſtatu,& per naturã ad imperandũ ac regẽdum idonei:cumq; ſenſu ac viribus brutorũ animalium cõparatione minimũ valeant,præſtanti tamen virtute animi ac rationabilis ſcientiæ dominatu,& ꝙ anima naturaliter libera ſeruire vinciq; non poſſit,oĩa ſuperant. Poſſumus aũt & per ſingula plurifariã diuiſa humani corporis membra, nõ inconcinnas (vt reor)imagines cœleſtiũ inuenire virtutũ. Dicimus eñ viſu quidẽ in ſanctis angelis clariſſimã ſignari aciem,qua diuinis hauriendis luminibus inhiant:ſimplicemq; ꝓterea illam, & liquidam,nihilq; obluctantẽ ſed motus celeritate conſtantem, puramq; & patulã ſuſcipiendis abſq; perturbatione vlla diuinæ claritatis fulgoribus qualitatẽ. Porro naribus olfaciendi ac dijudicandi vi prædítis,capacem eorũ perceptionẽ,qua ſummã illam ſuauiſſimãq; fragrantiam pro viribus admittentes,cætera quæ huiuſmodi non ſint, ſcite dijudicant ac penitus fugiunt:auribus vero vim illã participandi,diuinamq; participationẽ ſcite ſuſcipiendi:guſtu aũt,intelligibilis alimoniæ refectionem,& diuinorũ nutrientiũq; liquorũ admiſſionẽ. At vero tactu conſtãtiam illam exprimi putamus,qua quid vtile,quid noxium ſit,perite diſcernũt. Palpebras aũt & ſupercilia,ſtatũ illũ ſignificare arbitramur,quo diuinæ ſpeculationis ſenſus atq; intelligentias cautiſſime ſeruant: pubeſcentem vero ac iuuenilem ætatẽ,vitalis virtutis conſtantiã ſempiterne vigentis. Porro dentes,diuiſionem indultæ ſibi perficientis alimoniæ,alentiſq; perfectiones exprimere credimus. Quælibet eñ ſubſtantia ſpiritalis,quã ab auguſtiore perceperit vnicã & vniformem intelligẽtiam, prouida virtute diuidit atq; multiplicat,dũ inferiorem quoq; pro captu ſuo promouet, atq; ad altiora ſuſtollit. Humeros aũt atq; vlnas & manus,faciendi & operandi ſtrenuam ac potentiſſimã vim in diuinis ſpiritibus interpretamur. Cor item,ſignũ eſſe dicimus diuinã ſpeciem præ ſe ferẽtis vitæ,quæ vitalẽ vim ſummi boni inſtar in inferiora diſſeminat. Porro pectora,virtutẽ inſuperabilẽ ſeruãdiq; vim,vt eſt à ſubiecti cordis viuiſica diſtributione, ſignificant. Dorſa vero, vim indicãt vitales omnes virtutes continentẽ. Pedes aũt,mobilitatẽ,celeritatẽ,atq; curſum inſinuant ſempiterni motus ad diuina tendentis. Quocirca & ſanctorũ ſpirituum pennatos theologia pedes effinxit. Quippe alis ſignatur celeritas alta conſcendens, & cœleſtis vitæ curſus iter in anteriora

Margin: quẽadmodũ de alis & vultib' ſanctiſſimorũ ſeraphĩ ca. 13.ſupra dictum eſt. — Ezech.1.10 — Danie.7.10 — Matth.28. — Hebr.12. — Ignis. — Ignis ꝓprietates & philoſophia ad aſcenſum anagogicũ mirabilis. — B — Humana forma. — C — Gene.18 — Gene.8 — Exodi.3 — Gene.19 — Gene.32 — Pſal.10 — Marci.16 — Daniel.7 — Deute.33 — Danie.10 — Ezech.10 — Danie.2 — Apoca.15 — Ezech.9 — Ezech.16

 ſemp

Apoca.10 ſemper ac celſiora conſternens,& ꝙ ad ſuperiora feratur,mortalibus atq; infimis omnibus exce D
Danie.9 ptus.Sed em̄ alaꝝ leuitas id in ſanctis angelis indicat,ꝙ terreni corporis ſarcina liberi, toti abſq;
vlla admixtione vel pondere ad celſa ferantur.Quod aūt nudi ac diſcalceati deſcribuntur, hoc ſi
Gene.18 gnat, ꝙ liberi & abſoluti & expediti, atq; exterioris oı̄s adiectionis labe ſint puri, & ad diuinæ
ſimplicitatis ſimilitudinē pro viribus tendant. Veꝝ quia rurſus ſimplex illa multiformiſq; ſapien
tia nudos etiam operit,& vaſa quædā illis circūferenda largitur:age ipſa quoq; cœleſtiū ſpirituū
Luc.24 ſacra operimenta atq; inſtrumēta,inquantū poſſumus,explicare pergamus. Perlucidā nempe at
q; igneā veſtē,ſignare arbitror diuinā ſpeciem,ſecundū illā quā diximus,ignis imaginē:illuminā
di ꝑterea vim,ob præmia in cœlo poſita,vbi lux eſt,& ꝙ prorſus intelligibiliter illuſtrat, ſiue in-
Apo.1 tellectualiter illuſtratur. Porro ſacerdotalē veſtem,vim illā adducēdi ad diuina & ſacratiora ſpe-
Apoca.1.15 ctacula,totiuſq; vitæ cōſecrationem inſinuare puto. Zonas vero,fœcundaꝝ ipſaꝝ virtutū cuſto
diam diligentē,cogentemq; ipſas in habitū,qui in ſemet ſingulari facilitate conuertit, ac per gy-
Iudi.6 rum circa ſeipſum immutabili identitate verſat. Virgas itidem, regis ac ducis inſigne ꝑferre,q̄d
2.Mach.11. oı̄a recta perficiat,dicimus. Haſtas vero atq; ſecures,vim diſſimilia diuidendi,diſcernentiūq; vir-
Ezech.9 tutū habilitatem & efficientiam atq; ſtrennuitatem,intelligimus. Vaſa quoq; geometrica atq; fa-
Ezech.40 brilia,fundandi & cōſtruendi ac ꝑficiendi vim,& quæq; alia ſunt prouidentiæ illius munera,quę
inferiora promouet atq; cōuertit,interdū & diuinoꝝ in nos iudicioꝝ ſigna ſunt,quę fingunt ſan
ctoꝝ angeloꝝ inſtrumenta:alijs quidem ſignificantibus emendātem diſciplinā, ſiue iuſtitiā pu-
nientem:alijs vero mœſtoꝝ caſuū ereptionem,ſiue diſciplinæ finē,ſiue prioris felicitatis receptio
nē,ſeu alioꝝ quoq; muneꝝ adiectionem,ſiue illa parua,ſiue magna,ſiue carnalia, ſiue intelligibi- E
lia ſint:prorſuſq; mēs diuinis in rebus exercitata,nunq̄ dubitabit inuiſibilibus rebus reꝝ viſibiles
Dani.7 coaptare imagines. At vero cū ventoꝝ appellatione cenſent, naturæ ſumma celeritas, q̄ cuncta
ferme abſq; vlla mora temporis penetrat, motuſq; ille ex ſummis ad infima,rurſuſq; ex imis ad
ſumma in momento pertingens,profecto ſignat,inferiora & ſecūdo à ſe loco poſita, ad ſuperio
rem celſitudinē tollens,primaſq; ſubſtantias ad tradēda inferioribus lucis ſuæ cōſortia,prouiden
Symbolica theologia. tiſſime mouens. Dicet fortaſſe aliquis,hūc aereum ſpm̄ qui ventus dicitur,diuinā quoq; cœleſtiū
ſpirituum ꝑferre ſpēm. Habet em̄ & ipſe diuinæ actionis imaginē atq; figurā(ſicut in ſymboli-
ca theologia,iuxta quatuor elementoꝝ expoſitionē,pluribus documētis oſtendimus)ſecundū na
turalē mobilitatē vimq; animandi, & celerē inſuperabilemq; diſceſſum, & mobiliū principiorū
Iohan.3. atq; finium incognitas nobis atq; inuiſibiles latebras. Non em̄ ſcis,inquit, vnde venit & quo va-
Apoc.10 dit. Nubis quoq; ſpēm diuina ſcriptura illis effingit,per id profecto innuens,ſanctos ſpūs occul-
to quidē lumine ſupra mūdanū impleri modū:cæteꝝ primitiuā illam, primoq; apparentē lucē,
modeſte reuerenterq; ſuſcipere,eamq; ſequentibus abſq; inuidia pro ſuo cuiuſq; captu ſecunda
deriuatione tranſfundere. Præterea ꝙ illis & fœcunditas,& vis item animādi & augendi ac per-
ficiendi adſit,iuxta intelligibilis imbris fœcunditatē,quæ ſubiectū gremiū ad vitalē partū pingui
Ezech.40 bus euocet pluuijs,rectiſſime nube ſignātur. Et ſi quærit,quā ob cauſam æris quoq; & electri ac
Ezech.1. diſcoloꝝ lapidū ſpeciem diuinæ literæ ſanctis angelis applicant,id profecto dixerim:electro,q̄d F
auri atq; argenti ſpēm ꝑfert,ex qua parte auri color oſtendit,ſplēdorē illū inuiolabilē deſignari,
q̄ neq; cōſumi neq; imminui poſſit,neq; vlla ratiōe maculari:qua vero argentū lucet,nitidū illud
ac puꝝ cœleſteq; iubar oſtēdi. Porro æri,iuxta eas quas ſupra expoſuimus rationes, ignis aut au
Ibidem. ri ſpēm oportet aſſcribi. At vero gemmaꝝ ſpecies coloꝝ varietate diſtinctas,ita accipiendas pu
Apoca.4 to,vt ſiue illæ ſint candidæ,nitorē lucis inſinuent:ſiue rutilę,ignis ſpeciem ſignent:ſiue ſuluæ,ruti-
lans referant auꝝ:ſiue virides,vigorē ac robur iuuentutis enuncient. Inuenies deniq; per ſingulas
figuraꝝ imagines digniſſimos ſenſus,quibus ad ſuperiora feraris. ¶ Veꝝ quia de his pro modo vi
rium noſtraꝝ ſatis dictū puto,ad cætera diſcutienda tranſeamus,& cœleſtibus ſpiritibus effictas
Ibidem. beſtiaꝝ effigies explicemus. Leonis faciem ſignare putamus,vim illam in angelis principalem ac
Ezech.1. robuſtā & indomabilem,per quā occultiſſimo illi ineloquibilis diuinitatis arcano, pro viribus ſi-
miles nituntur euadere,operti ſpiritalibus veſtigijs, & expedita illa atq; ineffabili celeritate itine-
Ibidem. ris,ad diuini fulgoris ſecreta tendentis. Bouis aūt imaginem,fortitudinis ac robuſtatis ꝑfetre ſpe-
ciem,& qua ſpiritales ſulcos ſuſcipiendis cœleſtibus fœcundiſq; imbribus ſcindunt. Cornua item
Apoc.5 ſeruatricē illam ſignāt atq; inſuperabilem vim. Porro effigiem aquilæ, regiā dignitatē,motumq;
Apoc.8 ad ſuperna tendentem,celeremq; volatū,atq; ad captandū neceſſarium reparādis viribus cibum,
Ezech.1. agilitatē atq; vigilantiā,& curſum & facilitatem ſummā,ac ꝑterea vim illam ſingularem ſpecu-
landi atq; intendendi libere,directe,in nullā partem inclinando aciem luminū in radiū illū vberri
Zacha.6 mum lucidiſſimū deitatis,quem ex ſe inſtar ſolis emittit. Equoꝝ quoq; figuram, obedientiam in
ſanctis angelis ſignificare dicimus,qua diuinis obtemperant iuſſis. Qui ſiquidem albi ſint,cando-
rem ac diuinæ propinquitatē lucis q̄ maxime ſignant:ſin vero pulli,occulta diuinitatis inſinuant:
ſi autem rubei, vigorem ignis & ſtrenuam efficaciā indicant:ꝙ ſi ex albo nigroq; permixti, vis
illa ſignatur,qua traducente nectuntur extrema:& prima ſecundis,ac ſecunda primis,conuerſio
nis ac prudentiæ ratione iunguntur. Enimuero niſi cohibendæ prolixitatis rōnem haberemus,
partic



A particulares quoq; memoratoꝝ animaliū proprietates,corporaleſq; illoꝝ deſcriptiones omnes,
cœleſtibus illis virtutibus diſſimiliū ſimilitudinū ratione aptiſſime cōgruere profecto doceremus:
ſeruorē iracundiæ ad ſpiritalē fortitudinē,cuius extremū ira veſtigiū eſt:cōcupiſcentiā quoq;, ad Apoc.10
diuinū amorē:& vt totū ſimul explicem,oēs mutoꝝ animātium ſenſus & partes in plura diſciſ- Zacha.8
ſas,ad virtutū cœleſtium altiſſimas intelligentias & vnicas virtutes referentes. Veꝝ prudentibus Pſalm.44
non modo iſta ſufficiunt,ſed vel vnius obſcuræ imaginis expoſitio, ad ſimilia pari ratione ſoluē
da ſufficiet. Illud inſpiciendū,quid ſibi velint flumina,rotæ & currus,qui cœleſtibus virtutibus cō
iuncti referuntur. Nempe em̄ ignea flumina diuinos ſignificant latices, largiſſimā angelis atque
indeficientē inundationis copiam largientes,vitaliſq; fœcunditatis altores: currus aūt,coniunctā Daniel.7.
ſimiliū & æqualium ſocietatē ſignant:rotæ vero,quæ altæ quidē ſunt,cæteꝝ in anteriora ſemper 4.Reg.6
abſq; vlla cōuerſione in nullā partem declinando incedunt,vim profecto actionis angelicæ,qua Danie.7
rectā ſemper viam atq; arduam pergūt,inſinuant. Quippe oı̄s illoꝝ curſus,ſpiritaliſq; rotatus,ad
viam illam erectā atq; arduam cœleſti intentione dirigitur. ¶ Poſſumus aūt & iuxta aliū ſenſum,
intellectualiū rotaꝝ figuralē deſcriptionē exponere. Eſt em̄ eis(vt propheta ait)cognomē inditū,
gel,gel,quod Hebræoꝝ voce reuelationes ac reuolutiones ſignificat. Igneæ nāq; atq; diuinæ ro
tæ,regyrationes quidē habent,ꝙ ſempiterno motu circa ſummū idē verſentur bonū: reuelatio-
nes aūt,ꝙ occulta ſacramēta reuelent,& humiliores quoſq; promoueant,ſublimeſq; diuini fulgo
B ris radios in inferiora agmina deſcendēdo tranſfundāt. Reliqua nobis ad exponendū eſt gaudij Lucæ.15
cœleſtiū ordinū ratio. Sunt em̄ illi paſſiuæ voluptatis noſtræ prorſus ignari. Congaudere aūt di Matth.18
cuntur deo,in eoꝝ qui perierant inuentione, iuxta congruā ſibi diuinā prorſus tranquillitatē &
benigniſſimā copioſiſſimāq; lætitiam,quā de illoꝝ prouidentia & ſalute capiunt,qui conuertunt
ad deū:ac voluptatē illam prorſus ineffabilē, cuius & ſancti viri ſæpenumero participes effecti
ſunt,cū in eos diuinæ illius ac deificæ lucis fulgor influeret. Sed hæc hactenus de figuris ac fictio
nibus ſacris:quæ licet ad diligentiorē huiuſmodi ſignoꝝ enodationē non attigerint,multū tamē
(vt reor)conferent intelligentiæ noſtræ,ne in humilitate literæ ſigamur,figuralibuſq; imaginib9
inhæreamus. Quod ſi obijcias,nos nō omnium deinceps imaginū, quæ in ſacris literis angelicas
virtutes actioneſq; ſignificāt,feciſſe mentionē:reſpondebimus ꝙ veꝝ eſt, fatebimurq; ingenue
diuinaꝝ & eaꝝ quæ ſupra mūdum ſunt reꝝ,partim liquidā nos ignoraſſe ſcientiam: atq; ad ea
ediſcenda quæ ſupra nos ſunt,doctore ac duce indigere: partim quædā omiſiſſe ex induſtria,vt
quæ ex antea expoſitis colligi poſſent,tantundem ferme valentia. Simul & ne modū liber exce-
deret proſpicientes,arcana cœleſtia ſilentio honoranda putauimus.

¶ Libri de cœleſti hierarchia,finis.

# S. DIONYSII AREOPAGITAE DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA liber ad Timotheum.

C

¶ Conpreſbytero Timotheo,Dionyſius preſbyter.

## Quænam ſit eccleſiaſticæ hierarchiæ traditio, & quæ illius intentio. Cap.I.

SAcerdotij quidem noſtri functionem,ſanctiſſime fili Timothee, augu
ſtioris eſſe ac diuinæ & diuinitus indultæ ſcientiæ, actioniſq; & perfe-
ctionis,his qui ſacratioris doctrinæ inſtitutionē,ex ſacerdotalibus my-
ſterijs traditionibus acceperunt,de ſanctaꝝ ſcripturaꝝ maieſtate neceſ
ſario demonſtrare inſtitui. ¶ Sed obſerua diligentius,ne ſancta ſancto-
rum efferas,neu prophanis luminibus violāda permittas,veꝝ reuerebe
ris magis, occultiq; dei myſteria ſpiritalibus inuiſibilibuſq; notionibus Cœleſt. hie
honorabis,atq; intemerata ſeruabis, nequaq̄ ea paſſim rudibus tradēs, rarch.ca.7
ſed ſanctis ſolis ſanctaꝝ reꝝ intelligentias ſacratius pandens. Sic enim Apo.1.
(vt theologia nobis ſuis ſtudioſis cultoribus tradidit) ipſe quoq; Ieſus,
diuina profecto atq; omni ſubſtantia ſuperior mens, & hierarchiæ oı̄s & expiationis ac diuinæ
actionis initiū & ſubſtātia,auguſtiſſimaq; virtus, beatiſſimis illis ſpiritibus & nobis naturali digni
tate longe ꝑſtantibus,manifeſtius ſimul atq; ſpiritalius lucet, eoſq; pro viribus ad lucis ſuæ ſimi-
litudinē tranſfert. Noſtros itē varios & inconſtātes motus honeſtaꝝ amore reꝝ in eū intento,
noſq; intendēte,cōſtringit & cōplicat,& in vnā ac diuinā perficit vitā. ¶ Habitu ꝑterea & actio
ne digniſſima donat,diuini ſcilicet virtute ſacerdotij: ex qua dū ad ſacerdotale ſacroſanctū mu-

nus accedimus,ſuperioribus virtutibus propinquamus, imitando pro viribus illaꝝ conſtantiam D
ac perpetuã firmitatẽ. Cuius vbi ſimilitudinẽ (quantũ fas eſt)fuerimus adepti, hinc iam ad bea-
tiſſimũ ac diuinũ Ieſu radiũ aciem mentis intendimus:& quæq; videre permittimur, digna cũ ve
neratione intuentes, atq; eoꝝ quæ viderimus dinoſcendoꝝ myſticã ſcientiam vi interni luminis
Cœleſt. hie edocti,ſacrati ac ſacrantes,illuminati & illuminãtes,perfecti ac pficientes,poterimus fieri. ¶Quæ
ra,ca.7.8.9 nã ergo ſit angeloꝝ atq; archangeloꝝ ſacra diſtinctio,cœleſtiũq; principatuum & poteſtatũ ac
virtutũ,dominationũ item,thronorũq; ſublimiũ,æqualiũ item thronis ſubſtantiaꝝ,quas inhære-
re deo,& ſemp circa illũ & cũ illo eſſe theologia tradit,Cherubin illas atq; Seraphin Hebręorum
voce appellãs:in his quæ de huiuſmodi beatiſſimoꝝ ſpirituũ diſtinctionibus, ordinibus ac diui-
ſionibus ſcripſimus,diſces:in quibus nos,etſi nõ ſatis pro merito, quantũ tamẽ penetrare potui-
mus,quantũq; theologia ſuggerere, & ex diuinis literis dictare dignata eſt, ipſam eoꝝ ſacratiſſi-
mã functionẽ laudare ſtuduimus. ¶Illud tñ neceſſario dicendũ,ꝙ & cœleſtis illa,& oĩs(quã mo
laudare pergimus)functio, vnã habet & eandẽ per omne ſui officij munus intentionẽ atq; vim,
vt ſcilicet & ipſe pontifex pro ſuæ ratione ſubſtantiæ & captus atq; ordinis,diuinis in rebus per
ficiatur,atq; in deitatis cõſortium tranſeat : inferioribusq; atq; ſubditis gradibus, cuiq; pro meri-
to,indultũ ſibi diuinitus tradat tantæ excellẽtiæ munus,per quod ipſe participatione euaſit in de-
um. Subiecti quoq; & inferiores,p̄ſtantiores ſequantur,qui & ipſi minores in anteriora promo-
ueant:illiq; itidẽ perpetuo ſucceſſu ad altiora enitentes, etiã prouehendis alijs duces pro viribus
fiant. Perq; hanc diuinã profecto ac diſpoſitiſſimã congruentiã,ſinguli pro modo ſuo, eius q ve
re & pulcher & ſapiens ac bonus eſt,euadant participes. ¶Sed em̃ ſubſtãtiæ illæ ſuperiores atq;
ordines,quoꝝ ſupra facta eſt mentio,& incorporales & intelligibiles ſunt,eſtq; mundo celſior il
lorũ ſacra diſtinctio. Noſtrã aũt hanc ſacerdotalẽ functionẽ,cernimus viſibiliũ varietate ſigno-
rum pro captu noſtro multiplicem fieri, per quæ pontificali munere ad ſtatũ illum vnicũ, quo
tranſimus in deũ,pro modo noſtro quiq; prouehimur. Atq; deũ diuinamq; virtutẽ cœleſtes qui E
dem illæ ſubſtãtiæ(quippe quæ ſpũs ac mẽtes ſunt)intelligũt,iuxta quod eis fas eſt:nos aũt viſibi
libus imaginibus ad diuinas intelligẽtias pro viriũ noſtraꝝ modo,cõſcendimus. Et vt vere ac pro
prie dixerim,vnũ quidẽ eſt quod appetunt omnes,qui vnius ſpeciem p̄ferunt:ſed nõ vno modo
Liber de peius quod vnũ atq; idem eſt, participes fiunt, veꝝ vt cuiq; pro merito ſortẽ diuina & æquiſſi-
intellig. & ma libra diſtribuit. Veꝝ em̃ iſta in libro,quem de intelligibilibus ac ſenſibilibus ſcripſimus,latius
ſenſibilibꝰ. diſputata ſunt. Nunc aũt ſacerdotalẽ ordinẽ noſtrũ, principiumq; eius atq; ſubſtãtiam (quãtum
vires ſuppetant)aggrediar eloqui, Ieſum primo inuocãs,ordinũ omniũ cœleſtiũ atq; terreſtrium
principẽ,initium & cõſummationẽ. ¶Eſt itaq; hierarchia oĩs, vt ſe habet venerãda ac ſacroſan-
cta noſtra traditio,oĩs ſacraꝝ reꝝ illi quidem ſubiectaꝝ ratio,generaliſq; prorſus eoꝝ q̃ in hanc
ferme cadunt functionẽ,ſiue ſacraꝝ eius reꝝ cõprehenſio. Noſtra igitur functio & dicit & eſt il-
lius ſacra omnia cõtinens munus, per quod cõſummatus diuinus pontifex, eoꝝ omniũ quæ ad
eum pertinent, & ſacratiſſima ſunt, vt ſacerdotij nomine honoratus, particeps erit. Vt enim qui
ſacerdotium dixit, ſacrorum ſimul omnium vno vocabulo ſignauit ordinem:ita & qui ſacerdo-
tem ſeu pontificẽ dicit,auguſtiorẽ prorſusq; diuinũ inſinuat virũ, totius ſanctæ ſcientiæ peritiſſi-
mum, in quo liquido ac perſpicue ſacratus oĩs ordo ſuus,& pfectus ſit,& poſſit agnoſci. ¶Huius
profecto ſacræ functionis initiũ eſt fons vitæ,bonitatis eſſentia, vnica reꝝ omniũ cauſa beatiſſi-
ma trinitas. Ex qua ſola bonitatis cauſa,q̃ ſunt,oĩa vt & eſſent,& bñ eſſent,acceperũt. Huic trãſ-
cendẽti oĩa diuinæ beatitudini,trinæ atq; vni(cui ſoli vere eſſe ineſt modo nobis quidẽ incogni- F
to,ſed ſibi plane perſpecto & noto)volũtas quidẽ eſt,rationalis ſalus humanæ oĩs cœleſtiſq; ſub
ſtantiæ. Ea vero aliter prouenire nõ poteſt,niſi hi qui ſaluant,in dei cõſortiũ tranſeant. Porro ea
in deũ tranſitio fit,cũ illi ſimiles euadũt atq; inſerũtur. Omni aũt ſacræ functioni cõmunis hic fi-
nis eſt,intentiſſima dei diuinarũq; reꝝ dilectio,quæ ſublimiter oĩno,ſingulariterq; operat,&(quę
hãc præit)omniũ quæ illi aduerſant,exactiſſima & nunq̃ retro aſpiciens fuga, notio eaꝝ q̃ ſunt
(qua parte ſunt)reꝝ,ſanctæ veritatis viſio atq; ſcientia, vnicæ illius pfectionis(qua in vnũ ipm
trãſitur)diuina pro viribus participatio,viſionis ipſius vnius & cõtemplationis felix illa refectio,
qua intelligibiliter alitur & euadit in deũ,quiſquis in illã ardẽti ſtudio intẽdit. ¶Dicimus igitur ꝙ
beatitudo diuina,naturalis deitas,& p̄ſtãdæ diuinitatis initiũ(ex qua vt in deũ trãſeant hi,q illius
participationẽ promerẽtur,accipiũt)bonitatis inſtinctu ſacratiſſimæ functionis munus,in ſalutẽ
oĩm rationaliũ intellectualiũq; ſubſtantiaꝝ(vt ſcilicet dei cõſortio fruerẽtur)indulſit,atq; illis qui-
dẽ altiſſimis beatiſſimiſq; ſpiritibus,liquidius & purius ac ſpiritalius. Neq; em̃ illas ad diuina deus
extrinſecus mouet, cæteꝝ intelligibiliter & intus diuinũ conſiliũ & voluntatẽ puriſſimi candoris
vno ſimpli fulgore diſcunt:nobis aũt quod illis* vnice & collecte præſtitũ eſt,ex diuinis libris in ſignoꝝ di-
ciq; modo uiſibilium multitudine ac varietate donat. Subſtantia em̃ ſacerdotij noſtri,ſcriptura ſacra eſt,no
bis diuinitus tradita. Porro huiuſmodi plena venerationis eloquia dicimus, quæq; à beatiſſimis
patribus noſtris, à quibus ſacris myſterijs imbuti ſumus, in ſanctis ac theologicis commendata
ſunt libris. Ac præterea quæq; ab eiſdem ſanctiſſimis viris,ſacratiore & purgatiore & propinqua
quodã



A quodam modo cœleſti hierarchię doctrina,ſancti duces ac p̄ceptores noſtri didicerũt,ex animo
in animũ(medio intercurrẽte verbo,corporali qdem,ſed q̊d carnis penitus excedat ſenſum)ſine
literis transfuſa ſunt. Et ipſi q̊q; ſanctiſſimi principes noſtri,dum ſacra publicè agẽda inſtituerũt,
non apertis ac patulis ſenſibus,ſed ſignis auguſtioribus tradiderũt. Eſt em̃ nõ om̃is ſanctus,neq;
omniũ ſcientia eſt,vt ſacra teſtãtur eloquia. Neceſſario itaq; primi illi noſtri ſacerdotalis muneris 1. Coꝝ. 2
duces,cum ex ſumma,ſuperſubſtantialiq; deitate ipſi ſancti muneris plenitudinẽ percepiſſent,&
id ipſum deinceps proferre & propagare à diuina bonitate miſſi eſſent,ipſiq; (vt q tranſiſſent in
deum)poſteros ad diuina prouehere affatim cuperẽt,viſibilibus ſignis cœleſtia ſacramenta texe
runt,varietateq; ac multitudine,q̊d vnicũ eſt & collectũ,tradiderũt:& in humanis imaginibus res
diuinas,materialibuſq; figuris ſpiritaliũ maieſtatẽ:atq; in ijs quæ nobis ſunt familiaria,ſumma il-
la & ſuperſubſtantialia partim ſcriptis,partim nõ ſcriptis inſtitutionibus ſuis(iuxta q̊d ſacræ diſ- Matth. 7.
finiunt leges)nobis tradiderũt:nõ modo prophanæ multitudinis cauſa, cui ne ipſa qdem fas eſt
ſigna contingere,veꝝ ob id quoq;, q̊d hæc noſtra ſacratiſſima functio,ſignificatiua eſt, plenaq;
(vt dixi)ſignis pro modo & ratione captus noſtri,indigetq; viſibilibus figuris, quibus veluti ad-
miniculis ad eoꝝ auguſtiorẽ intelligentiã ſubuehamur. ¶Non ſunt tamẽ opertæ diuinis ponti-
ficibus ſignoꝝ rationes,quas in eos efferre fas nõ eſt,q adhuc fidei rudimẽta pcipiunt. Sciunt e-
nim profecto,vt ij qui de ſacris rebus diuinitus inſtructi leges dederũt,ac cõſtantiſſimis & omni
admixtione puris,inconfuſiſq; ſanctaꝝ diſtinctionũ ordinibus, diſtribuẽda cuiq; pro merito &
B captu ſuo prouidẽtiſſima rõne cenſentes,functionẽ ipſam inſtituerũt. ¶Quocirca tuis ſacris pol-
licitationibus inductũ,ſanctũ eſt profecto & me admonere,& te eaꝝ meminiſſe, vt eminentiſſi-
mam põtificalis muneris rationẽ nemini tradas,præterq̃ æqualibus tuis †reuerẽdiſſimis p̄ſulibus, reuerentiſ
quibus ſacra tractare inſtitutũ eſt,ipſoſq; illos pontificio iure monebis,mũdi vt mũda contingãt, ſimis.
ſoliſq; cõmunicent diuina diuinis,pfecta perficientibus,ſanctiſq; ſanctiſſima. Ego em̃ tibi vt re-
liquoꝝ ſacroꝝ,ita huius quoq; diuini muneris conſortium tradidi.

## De ijs quæ in illuminatione baptiſmatis fiunt. Cap. II. Pars prima.

DIximus itaq; rite ac pie(quantũ ſentio)noſtrã hãc functionẽ hoc intẽdere,hoc agere,
vt ſimiles deo pro viribus efficiamur,ipſiq; iungamur. Hoc aũt ita demũ potiemur,ſi Iohan. 14.
(vt diuinis monemur eloquijs)auguſtiſſima dei mãdata diligamꝰ atq; operemur. Ser-
uabit em̃(inqt)ſermonem meũ is qui diligit me,& pater meus diliget eũ,& ad eũ ve-
niemus,& manſionẽ apud eũ faciemus. ¶Quod igitur initiũ eſt,reuerẽdiſſima dei mãdata pera-
gendi? Quod animales habitus noſtros ad alia ſuſcipiẽda ſacrata eloquia & opera cõmodiſſime
format,quod nobis vt ad cœleſtia p̄mia ſubuehamur,viam ſternit,& ſacratiſſimæ ac penitus di-
uinæ regenerationis noſtræ traditio. Vt em̃ dux ille & p̄ceptor noſter eximius ait, primus animi 2. Timo 1.
ad diuina motus,dei dilectio eſt. Porro ſacræ dilectionis ad diuina mandata facienda principalis
omnino progreſſus,eſt ſecretiſſima illa & ineffabilis prorſus operatio,qua diuinus in nobis ſtatus
efficitur. Si em̃ diuinus hic ſtatus diuina natiuitas eſt,nunq̃ ille aliqd ſciet ex ijs quæ à deo tradi-
ta ſunt,neq; operabitur,qui neq; diuinũ hunc ſtatũ conſecutus eſt. An vero nobis quoq; ipſis,nõ
C dicimus prius eẽ neceſſarium humanæ vitæ ſtatũ,vt ſic demũ humana poſſimus operari? Quip
pe quod nõ eſt,id neq; motũ vllum,neq; ſubſtantiam om̃ino habet,q̊d aũt quoquo pacto eſt,ea
ſolũ & agit & patitur,quæ ſubſtãtiæ ſtatuſq; ſui ſunt. Veꝝ id qdẽ (reor)perſpicuum eſt. Iam ve
ro diuina ſanctæ regenerationis contemplemur ſigna. Et mihi nemo prophanus obſtrepat,nul-
lus q rudimentis cœleſtibus careat,pergat ad videndum:nam neq; infirmis pupillis aduerſam ſo
laribus radijs aciem intendere tutum eſt:ita ne nobis qdem ea quæ ſupra nos ſunt tentare velle,
innocuum fuerit. Siqdem vera legalis ſanctaq; inſtitutio Oziam qdem,ꝙ ſibi ſacerdotale mu- 2. Para. 26.
nus aſſumeret:Core aũt,ꝙ celſiora ſeſe ſacroſancta munera vſurpare p̄ſumeret: Nadab vero & Nume. 16
Abiu,ꝙ ſuo munere indigne abuterentur,abiecit, repulit,perdidit. Leuitic. 10.

## Myſterium illuminationis ſiue baptiſmatis. Cap. II. Pars ſecũda.

ITaque pontifex quidem in dies ad dei ſimilitudinem omnes homines ſaluos fieri cupiens,
& ad agnitionem venire veritatis, prædicat omnibus vera profecto euangelia, annuntians 1. Timot. 2.
deum,cum ſit mortalibus ex propria & naturali bonitate propitius,ipſum eximię benigni-
tatis gratia,ad noſtra infirma deſcendere dignatum eſſe:noſq; ſibi iungendo atq; inſerẽdo Titum. 3.
ignis inſtar,quos iunxerit,iuxta ſinguloꝝ propoſitum atq; aptitudinẽ ſibi ſimiles facere. Quot-
quot enim receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri,ijs qui credunt in nomine eius,qui Iohan. 1.
non ex ſanguinibus,neque ex voluntate carnis,neq; ex voluntate viri,ſed ex deo nati ſunt. ¶Por-
ro qui tam ſublimium ac tam cœleſtium munerum ſacro fuerit deſiderio & amore captus,acce-
dit ad aliquem ex fidelium numero,oratq; vt ſe ad pontificem ducat,ſecutuꝝ omnia quæq; ſibi
tradẽtur,penitus atq; ex toto animo ſpondens:precaturq;,tum vt ſe adducat,tum vt reliquæ de-
inceps regendæ vitæ ſuæ ſuſcipiat curam. Illum,etſi ſalutis eius ſacro amore ſuccenditur, celſitu-
dinem tamẽ rei humanãq; infirmitatẽ metientẽ, cõtinuo horror & anguſtia difficultatis inuadit.

 Poſt re-

D

Luc. 15 Poſtremo tamen facturum quod ille poſtulat, benigniſſime pollicetur: aſſumensq́; hominem, ad
pontificem ducit, ille magna cum lætitia (nõ ſecus quàm ouem perditam) in humeris virum ſuſ-
cipiens, primum q̃dem ſecretius ex corde gratias agit, tum in orantis quoq; habitum ſternitur, a-
doratq́; ſupplex, atq; veneratur ſummum illud beneficumq́; principium, à quo & vocanda vo-
Roma. 9 cantur, & ſaluanda ſaluantur. Deinde ſacros omnes gradus vt ſibi cooperentur, ac pro ſalute viri
ſimul congaudeant, agantq́; diuinæ clementiæ gratias, in ſanctam eccleſiam cogit: atq; initio q-
dem hymnum aliquem ſacris libris inſertum, ſimul cum omnibus eccleſiæ ordinibus canit. Poſt
hæc deoſculatis ſanctis altaribus, ad virum aſtantem proficiſcitur, percontaturq́; ab eo quidnam
volens eò venerit. Illo aũt (iuxta quod à ſuſceptore ſuo fuerat edoctus) impietatẽ & veri boni ig-
norantiam accuſante, ac diuinæ vitæ opere tam diu ſe fuiſſe deſtitutum ingemiſcente, atq; orante
vt eius ſacratiſſimo munere ac prece, deo diuiniſq́; myſterijs frui mereat: conteſtatur ei, oportere
Hebr. 6 ex integro totoq́; corde accedere ad deũ, per cũcta pfectum & immaculatũ. Tum diuinæ quoq;
conuerſationis ac vitæ illi explicans rationẽ, an ita velit deinceps viuere ſciſcitatur. Quod vbi ille
pollicitus fuerit, imponit eius capiti manũ, conſignansq́; illũ, ſacerdotibus mandat, vt virũ ſuſce-
ptoremq́; deſcribant. Poſtea vero quàm illi deſcripſere, ſacram effundit precẽ, quam cũ oĩs ſe-
cum eccleſia terminauerit, diſcingit q̃dem ipſum, ac miniſtrorũ manibus exuit. Deinde occiden-
tem verſus illũ ſtatuens, intẽdentẽ, manusq́; impingẽtẽ ad eandẽ regionẽ conuerſas, inſufflare illũ
ter ſatanam iubet, ac p̃terea abrenuntiationẽ profiteri. Et cũ poſt trinã abrenuntiationis conte-
ſtationẽ tertio ſe ille abrenũtiare profeſſus fuerit, ad orientẽ illũ traducit aſpiciẽtẽq́; in cœlũ, atq;
intendentẽ manus, Chriſto, ſacriſq́; oĩbus diuinitus traditis, cõſentire iubet. Poſtq̃ vero & hoc E
ille fecerit, rurſus ter illũ profiteri monet. Trina vero ea confeſſione peracta, rurſus ille orans be-
nedicit, eiq́; manus imponit. Et cũ illum miniſtri pfecte exuerint, deferũt ſacerdotes ſanctum vn
ctionis oleum. At vero pontifex trino crucis ſanctæ ſignaculo vnctionẽ inchoans, inungendum
iam ſacerdotibus toto corpore hoĩem tradit, ipſe ad adoptionis matrẽ proficiſcitur: eiusq́; aquas
ſancta prece ac inuocatione ſanctificans, terq́; in eas ad crucis effigiem ſanctiſſimum fundẽs vn-
guentum, illasq́; hoc ritu pficiens, terq́; ad numerum ſacræ effuſionis carmen (q̊d prophetæ deo
pleni, diuinitusq́; afflati cecinere) pronuntians, ſemel ſcilicet per angelos ſancti vnguinis iactus,
iubet afferri hominẽ. Et cum illũ, eiusq́; ſuſceptorem quiſpiam ſacerdotum ex deſcriptione, cel-
ſa voce p̃dicauerit, ille q̃dem à ſacerdotibus ſe tenentibus in aquam ducitur ad pontificis manũ.
Pontifex autem ſuperne aſtans, cum rurſus per aquas ſub pontificis manu ſacerdotes eius q̃ ini-
aquis imergit. tiatur, inclamauerint nomen, ter illum *pontifex mergit, hac trina illius merſione & emerſione,
tres beatitudinis diuinæ pſonas inclamãs. Aſſumẽtes autem illum ſacerdotes, ſuſceptori ſuiq́; ac-
ceſſus duci conſignant, & vna cum ipſo illum, veſtem baptizati munditiæ congruam induunt:
ſicq́; indutum, rurſus ad pontificẽ ducunt. Ille diuino ac deifico prorſus vnguento virum ſignãs,
ſacratiſſimæ communionis participẽ facit. ¶His ita peractis exteriori ex munere, ſuoq́; ad ſequẽ
tia & ſecunda progreſſu, rurſus præſul ad prima & potiora ſpeculanda ſuſtollitur, vt q̃ nullo tẽ-
pore, nullo modo ad aliena vlla q̃ ſola ad munera ſua conuertitur: ſed à diuinis ad diuina conti-
nenter ac ſemper diuino ſpũ diuinaq́; ratione transfertur.

## Spiritalis intelligentia, contemplatio, theoria, ſanctaq́; anagoge. Cap. II. Pars tertia

F

Iſta quidem veluti in ſignis, ſanctæ ac diuinæ regenerationis conſummatio eſt. Quæ pro-
fecto nihil habet in ſe indecens, nihil vel ex ipſis carnalibus imaginibus fœdum: ſed aſſunt illi
digniſſimæ intelligentiæ ſigna, naturalibus & humanis ac decentiſſimis ſpeculis informata.
Quid enim illi dignitatis defuiſſe videatur, etiam ſi myſteriorum diuinior ratio ſileatur: cũ
& perſuaſione certa, & diuinis eloquijs, eius qui accedit vitæ optimum ſtatum ſacratius moliatur,
totiusq́; ſimul vitioſitatis emundationem, diuiniore ac virtutibus dedito vitæ genere ſuccedente
denuntiat, vt naturali aquæ expurgatione dum corpora diluuntur, vitia quoq; mundata credan-
tur. Hac ergo ratione, etſi nihil ſacratius haberet myſteriorum ſignificatiua traditio, nihil puto ha-
beret fœditatis: quippe cum & rectioris vitæ magiſterium præferat, & totius vitioſæ cõuerſatio-
nis ablutionem integram, corpore naturaliter aquis omnino purgato, ſignificet. Sed ſit illa plane
rudibus introductio ſalutaris, quæ & ſacratiora quibus deo iungimur quantum fas eſt, à multitu-
dine dirimat, & in partes diſtributis ordinibus, cuique pro captu ſuo congruum ſubminiſtret ad
altiora ſucceſſum. ¶Nos autem ſacris aſcenſibus viſibilium rerum aſpicientes initia, vbi ea ſacra-
tiore modo didicerimus, ſciemus quænam exemplaria formæ huiuſmodi, & quæ inuiſibilia ima-
gines iſtæ ſignificent. Sunt enim (vt in libro de intelligibilibus & ſenſibilibus aperte docuimus)
Liber de viſibilia ſacramenta intelligibilium imagines quædam, quibus ad ea recto itinere ducimur. Por-
intelligibi- ro intelligibilia, viſibilium ſacramentorum initium ſunt atque ſcientia. Dicimus igitur eſſe diuinæ
libus & ſen beatitudinis bonitatem, cui cum ſemper aſſint per eadẽ & eodem modo ſuæ lucis benefici radij,
ſibilibus eos in omnia ſpiritalia lumina affatim explicantẽ. ¶Siue itaq; motu proprio ab intelligibili lumi-
ne, ſpi-



A

ne, ſpiritalis natura libertate arbitrij donata diſcedat, & inſitas ſibi naturaliter vires, q̃bus illumi-
nari valeat, amore nequitiæ claudens, lucis excidat gratia, cum præſens illa nequaquam diſcedat,
ſed cæcutienti ſuffulgeat, aduerſantiq́;, vi ſummæ benignitatis occurrat, ſiue indulti ſibi *modice moderate.
luminis terminos tranſilire nitatur, atq; ad excelſioris (quàm imbecillitas oculorum ſuorum ferre
poſſit) lucis radios intendere aduerſos conetur obtutus, lux q̃dem illa nihil præter lucis operabi-
tur munus. Cæterum ipſa dum perfectioribus imperfecte intendit, non modo quæ nihil ad ſe p-
tinent nequaquã attinget, verum ea quoq; lucis mediocritate, qua capere potuiſſet, proterue ſu-
perbiens, ac de ſe magnũ ſapiens, excidet. Diuina tamen (vt diximus) lux ſpiritalibus ſemp oculis
benigniſſime patet, licetq́; haurire p̃ſentem ac paratiſſimã ſemp ſua munera diuina dignatiõe vo
lentibus tradere. ¶Ad huius æternæ lucis effigiem atq; imitationẽ, diuinus formatur antiſtes, atq;
doctrinæ ſuæ cœleſtis plucidos radios ſup oẽs affatim fundit, accedentem ſemp ad diuinæ bo
nitatis imaginẽ illuminare paratus. Nõ aũt inuidia vlla tangitur, neq; ad prioris erroris aut defe-
ctionis culpã ira infauſta & immoderata mouetur, ſed ad dei exemplar accedẽtibus ſemp doctri
næ cœleſtis fulgorẽ pontificaliter explicat, maxima cũ dignitate atq; ordine ſingulis (pro modo
& captu ſuo) diuini ſermonis iubar impartiens. ¶At ſi q̃dem ſacri ordinis atq; conſtantiæ deus
principiũ eſt (per quam ſeipſas diuinæ mentes noſcũt) ad propriã naturæ ſuæ ſpeculationẽ ſcien-
tiamq́; recurrẽs, in principio q̃dem quiſnã ipſe ſit intuebitur, iſtudq́; primũ ex illa cõſideratione
B ad agnitionis lumẽ ſacrũ accipiet munus. Porro q̃ ſua oĩa oculis omni pturbatione liberis dili-
gẽter inſpexerit, profundas q̃dem effugiet ignorãtiæ tenebras. Verũ pfectiſſime illius cõiunctio-
nis, participationiſq́; diuinæ rudis adhuc & ignarus exiſtẽs, ipſe nõ ſtatim ex ſeipſo cõtinẽter hãc
cupiet, verũ ſenſim ac p gradus, ad priora ſemp & digniora atq; excellẽtiora cõſcendet. Sicq́; p-
fectus, ad ſupremũ illũ tandẽ diuinũq́; ordinem gradu proficiẽte ſubuehet. ¶Huius honeſtiſſimi De duce ſiue ſuſceptore.
atq; auguſtiſſimi ordinis imago, eſt accedẽtis verecũdia, ſuorũq́; oĩm cauta ſciẽtia: quæ hominẽ
ducẽ inquirit, p quẽ recto itinere ad pontificẽ eat. Hũc ita accedẽtẽ diuina maieſtas in ſui conſor Quid q̃ põtifex initiãdũ ſuſcipit, manũ ipoñit & ſignat.
tium intus admittit, eiq́; lucẽ ſuã perinde ac ſignũ aliq̃d tradit, ſanctũ efficiens, & ſanctorũ ſortis
ordiniſq́; participẽ. Hoc aũt ſignificat id ſignũ, q̃d accedẽti põtifex primo largitur, ſalutariſq́; illa
deſcriptio ſacerdotũ, p quã ille ſaluandis inſerit. Neq; ille modo, verũ & ſuſceptor eius ſacris mo-
numẽtis inſcribit, vtpote viuifici ad veritatẽ itineris dux, atq; ille q̃dẽ, q̃ amator veritatis verus Quid deſcriptio, & cur ſuſceptor deſcribitur.
fuerit, ducẽq; pium ſecutus ſit: hic aũt, q̃ ductu diuinitus inſtituto, ſequẽtẽ data manu ſine errore
prouexerit. Atqui fas nõ eſt, vt q̃s eorũ quæ ſibi ſunt omnino aduerſa, vna ſimulq́; particeps fiat:
neq; is qui illius q̃d vnũ eſt, conſortiũ aliq̃d ceperit, diuiduas habeat vitas, ſiq̃dem vnius (quam
cepit) participationẽ, firmam inconcuſſamq́; cuſtodiat. Cæterũ eiuſmodi eo in ſtatu eẽ debet, vt
nullis affectibus (qui vnum illud diuidãt atq; diſcindãt) vllo pacto violabilis ſit, quod profecto ſi-
gnificat ſignorũ illa ſacroſancta traditio, quæ accedentem veluti priori exuit vita, & ad extremos
vſq; illã affectus expolians, nudũ illũ diſcalceatũq́; cõſtituit, ad occidentẽ cõuerſum, & impulſiõe
manuũ obſcuræ militiæ cõſortia renuẽtẽ, atq; indutũ ſibi diſſimilitudinis ſtatũ velut exufflantẽ,
profitentẽq́; ijs ex integro abrenuntiare quæ deo contraria ſunt. Sic exutum penitus affectibus Quid ad occidẽtẽ conuerſio & eã in ptẽ manuũ impacto & exufflatio.
C vitioſis, atq; his inuiolabilem factum, ad orientem ſancta traditio transfert, ſtatũ per id atq; pro-
ſpectũ diuini luminis puriſſimũ fore is qui perfecte vitia effugerint, innuens: ſanctãq́; illius pro-
feſſionẽ, qua vnus effectus, ad vnũ prorſus aſpirãte voto conſentit, veriſſime ſuſcipit. ¶Sed enim
oĩbus liquet (vt puto) qui ſacra didicerunt, vt ppetua in vnũ illud cõſtantiſſimaq́; intẽtione, dũ
contraria omnino mortificantur atq; abolentur, conſtantem illum atq; immutabilem diuini ha-
bitus ſtatum intellectualia capiunt. Neq; eñ ſolum à vitioſitate oĩ diſcedere neceſſe eſt, verum Quid ad orientẽ conuerſio.
maſculo quoque vigore ad omnem ipſius pernitioſam ſubreptionem, inflexum interritũq́; du-
rare, & nunquam ſacro veritatis amore ſatiari, nunquam illum conſeneſcere vlla ratione pmitte-
re: cæterũ id pro viribus eniti, vt ad pfectiora diuinitatis hauriẽda, ppetua ſemp intentione fera- Quid initianti ſacra inunctio.
mur. ¶Cernis nẽpe harũ rerũ diligentes imagines in ijs, q̃ põtificali gerunt officio. Diuinus nãq;
põtifex ſacræ vnctionis inchoat munus. Sacerdotes aũt poſt ipſum, vnctionis officiũ peragunt,
ita inunctum ad ſacra certamina in figura euocantes, in q̃bus ſub editore munerum Chriſto cõ-
ſtitutus eſt. Ipſe ſane certantibus præmia proponit vt deus, leges autem certaminis tulit vt ſapiẽs,
præmiaq́; vincentibus decora conſtituit ipſe pulcherrimus: & quod eſt profecto diuinius, ipſe vt
ſumme bonus & clemens, in ſuis bellatoribus vincit, dum in illis habitans, pro ipſorum ſalute ac
victoria aduerſus mortis & corruptionis imperium pugnat. Certamina q̃dem vt diuina is qui
initiatur, aggredietur gaudens, perſeuerabitq́; in ſapiẽtis ſacratiſſimis legibus, earumq́; iure viuẽs,
ſine vlla earum p̃uaricatione pugnabit, præmiorum cœleſtium ſpe firmiſſima felix, & ſub præſtã
tiſſimo certaminis domino ac duce conſtitutus, innitens aũt ſacris veſtigijs primoris athletæ, quæ Quid trina in ſanctificantẽ aqua imerſio & emerſio.
ille ſola bonitate calcauit, dei imitatione pugnãdo, actiones & ſubſtantias ſibi ne in deum trãſeat
aduerſantes, deuincit ac ſuperat: Chriſtoq́; in baptiſmo, vt myſtice dixerim, peccato commori-
tur. Et mihi quæſo ſapienter attende, quàm ſacramenta proprijs inuoluta ſunt ſignis. Quia eñ in
nobis mors eſt non ſubſtantiæ abolitio, vt q̃buſdam viſum eſt, ſed coniuncturarum rerum ſepa
ratio,

ratio,ad id quod nobis obſcurum eſt atq; inuiſibile ducens,animam q̃dem quaſi priuatione cor- D poris euanidam,diſparentemq́ effectam,corpus autem vt humo abditũ,aut iuxta aliam quandã corporalium immutationum humana ex ſpecie exterminatum,proprie & conuenientiſſime merſio illa qua totus homo aquis operitur,ad imaginem mortis ac ſepulturæ informis, accipitur. Eũ igitur q̃ ſacro fonte renaſcitur,ſacroſancta myſteria docent trina illa lauacri merſione & emerſione,diuinam triduanæ ſepulturæ Ieſu authoris vitæ mortem imitari,quantum attingere homines ad dei imitationem poſſunt.In quo,vt ſeſe habet diuini eloquij plena myſterij & occulta traditio,nihil mundi princeps inuenit. ¶Deinceps ita initiatum,candentes induunt veſtes. Dum eñ virili atq; ad dei imaginem formata conſtantia nullis p̃turbationibus cedimus, & ad vnum illud intentiſſima deuotione flagramus,id quod fuerat turpe,componitur:& quod ſine ſpecie,formæ gratiam ſumit,ac lucentis vitæ fulgore euadit prorſus illuſtre. ¶Enimuero illa perficiens vnctio facit ita p̃fectum,fragrantia ſuauiſſimi odoris inſignem, quippe diuinæ generationis ſacroſancta perfectio,diuino ſpiritui quæ fuerint p̃fecta, coniungit.Porro aduentum illum ſecretiſſimũ ſp̃us, qui intelligibiliter odore ſuaui fragrantes facit ac perficit,cum ſit prorſus ineffabilis,illis ſpiritaliter intelligendum dimitto,q̃ diuini ſp̃us ſanctam ac deificam ſocietatem in anima ſua p̃cipere meruerunt. ¶In fine autem omnium,pontifex ita perfectum ad ſacratiſſimam euchariſtiam vocat, atq; conſummantium illi ſacramentoꝝ communionem deificam tradit.

1 Cor. 15
Iohan. 14
Quid mũdæ & cãdidæ veſtis acceptio.
Iohan 3.

## De ijs quæ in ſynaxi,ſanctaq́ communione fiunt. Pars.I. Cap. III.

SEd euge quoniam huius pulchre ſane ac tempeſtiue meminimus, quam profecto negligenter omittere,ſeu ſacramenta quæuis alia ante eam laudare, fas mihi omnino nõ fuerit. E Eſt eñ iuxta inclytum præceptorẽ noſtrum,ſacramẽtorum conſummatio. Operæpretium igitur eſt,prius illam exponere,& eius veluti corporalia lineamenta deſcribere. Tum vero,vbi eam ex authoritate ſcripturæ,ſacerdotaliq́ inſtitutione didicerimus, ad illius contẽplandam ſacratiſſimam dignitatem diuino ſp̃u ſubuehi. ¶Ac primum q̃dem illud pie inſpiciendum, cuius rei gratia,quod alijs quoq; venerandis,diuiniſq́ myſterijs cõmune vocabulũ eſt, huic præ cæteris p̃cipue ac peculiariter applicetur,vt ſingulariter cõmunio,ſiue ſocietas & ſynaxis,ſiue collectio dicatur.Nempe eñ & vnaquæq; ſacramentalis inſtitutio id agit, vt noſtras vitas in plura diuiſas,in vnicum illum ſtatum(quo deo iungimur) colligat,diuiduorumq́ noſtroꝝ diuina collectione,nobis eius quod vere vnũ eſt,ſocietatem vnitatemq́ indiuiduam largiatur.Dicimus ergo cætera ſacrarum reꝝ ſigna,quorum nobis ſocietas indulgetur,huius diuinis profecto,cõſummãtibuſq́ muneribus perfici.Neq; eñ ferme fas eſt ſacerdotalis muneris myſteriũ aliq̃d peragi,niſi diuinum iſtud euchariſtiæ,auguſtiſſimumq́ ſacramentũ compleat:quæ ſingula, cum peragũtur, & eius q̃ perficitur,collectionem ad vnum, illud vnicum ſacratius operetur:& diuinitus indulto ſacramentoꝝ cœleſtium munere,ipſius ad deum conſortiũ peragat atq; perficiat.Si igitur vnũquodq; ſacerdotale myſterium ex ſe imperfectum,noſtram ad vnũ illud communionẽ,collectionemq́ non perficit,ac per id quod perficiendi vim non habet,ferme etiam nomen amittit.Finis autem ac principalis omnium ratio in eo eſt,vt diuinoꝝ myſteriorum is qui perficitur,particeps fiat,merito ſacerdotalis ſacroſancta prudẽtia ex reꝝ effectu proprium illi verũq́ cognomen in- F uenit.Sic igitur & ſacrũ diuinæ generationis ſacramentũ,q̃a primi luminis conſortiũ tradit, omniumq́ diuinaꝝ illuſtrationũ principiũ eſt: ex effectu ipſo,veriſſimo illud illuminationis cognomine p̃dicamus.Etſi eñ alijs quoq; ſacerdotalibus ſacramẽtis cõmune eſt,ijs qui perficiuntur,ſacri luminis conſortiũ dare:iſtud tamen in primis mihi videndi præſtitit munus, ipſiuſq́ principali maxime lumine ad alia inſpiciẽda ſacramẽta lucis gratiã cepi.Veꝝ his generaliter p̃miſſis,diligentius intẽdamus,inſpiciamuſq́ p̃ ſingula myſterij ſanctiſſimi ritũ, exactiſſimamq́ cõfectionem: & quid ſpiritaliter ſignet indagare pergamus.

Cur deificę euchariſtiæ ſacramẽtũ, cõ ſolo peculiariter appelletur
Cur baptiſmus ſacræ regñatiõis ſacramẽtũ, appelleẽ ſacramẽtũ illuminationis

## Myſterium ſynaxeos ſiue cõmunionis. Cap. III. Pars ſecũda.

ITaq; pontifex quidem vbi orationem ſanctam ſupra diuinum altare peregit, ex ipſo incenſum adolere inchoans,omnem phani ambitum circuit.Demum ad ſanctum altare iteꝝ rediens,pſalmorum incipit melos concinentibus ſecum ſacra carmina omnibus eccleſiaſtici ordinis gradibus,deinde miniſtrorum officio,ſanctarum ſcripturarum lectio ſuo ordine recitatur.Poſt hæc extra delubrũ *cathecumeni fiunt, & cum ipſis *energumeni, & ij quoq; q̃ in pœnitentia ſunt.Manent autem intus ſoli,qui diuina ſpectare merentur,atq; p̃cipere.Porro miniſtrorum alij quidem pro clauſis templi foribus aſtant,alij proprij aliq̃d muneris agunt.Qui vero ipſius ordinis præcipui ſunt,vnà cum ſacerdotibus ſanctũ panẽ & benedictionis calicem, ſacroſanctis altaribus imponunt,cum ante præceſſerit ab omni clero vniuerſalis laus atq; cõfeſſio. Ad hæc venerandus antiſtes orationem ſanctiſſimam peragens,pacem ſanctam om̃ibus nũtiat, & cũ ſe mutuo oẽs ſalutauerint,myſtica ſanctoꝝ recitatio fit, vbi vero manus tum antiſtes tum ſacerdotes aqua lauerunt,pontifex ad medium diuini aſſiſtit altaris,circũſtant autẽ ſoli cũ ſacerdotibus,electi q̃q́ ex miniſtroꝝ nũero.At vero põtifex cũ diuina munera laude p̃ſecutus fuerit, ſacro-

inſtructi. vexati, arreptitij.



A ſacroſancta & auguſtiſſima myſteria conficit,& quæ ante laudauerat venerandis operta atq; abdita ſignis,in conſpectũ agit,diuinaq́ munera reuerenter oſtendẽs,ad ſacrã illoꝝ communionẽ & ipſe conuertitur,& reliquos vt cõmunicent hortatur. Sumpta demũ atq; oĩbus tradita cõmunione diuina,gratias referẽs,finẽ myſterijs imponit. Ac multi quidẽ ſola in ſigna diuina proſpiciunt:Ipſe aũt ſemp̃ diuino ſp̃u ad exceſſa ſignoꝝ initia,felicibus & intelligibilibus intuẽda luminibus,pontificia dignitate ac merito,mũditiaq́ ſingulari diuini capacioriſq́ ſenſus,attollitur.

## Spiritalis tantæ rei ſenſus. Cap. III. Pars tertia.

AGe itaq; fili honeſtiſſime,poſt imagines reꝝ,ad ipſam quoq; primitiuoꝝ exemplariũ veritatẽ profecto diuinã, deinceps contuendã veniamus. Illud aũt ante oĩa his qui adhuc rudes imbuuntur,pro cõuenienti illoꝝ vſu ac ſolatio dixerim, q̃ ne ipſa quoq; varia ſignoꝝ & ſancta cõpoſitio,illis ſtolida ſeu inutilis eſt, neq; ſolis in exterioribus figitur ſignis. Nanq; ſacratiſſima ſcripturaꝝ cantica & lectiones, integerrimæ illis vitæ magiſteriũ dictant,&(quod ordine præit)exactiſſimã malitiæ totius ac pernitioſiſſimæ vitioſitatis emundationẽ docent.At vero auguſtior illa vnius eiuſdemq́ & panis & calicis,cõmunis pacificaq́ communio,cõcordiæ illis vt fratribus vnà educatis, diuinas ſtatuit leges:atq; cœnæ illius ſacratiſſimę, ex qua ſigna iſta ſumpſere principiũ,ſacrã memoriã renouat:in qua & author ipſe ſignoꝝ,eum qui ſecũ non pie neq; concorditer ſacra in cœna perceperat,à contubernaliũ ſorte iuſtiſſime ſeparat,probabili ſimul ac diuina ratione nos admonẽs,* vt verus ille ad ſacra percipiẽda & cõgruo B captu firmatus acceſſus id accedentibus tribuit,vt ex cõmunione diuina, ad dei ſimilitudinẽ atq; conſortiũ tranſeant.Hæc igitur(vt diximus)ad ipſas adytoꝝ valuas honeſtiſſime picta, rudibus adhuc reſpicienda linquẽtes,(neq; eñ altiora capiunt)iuxta ſacratiſſimę ſynaxis noſtræ rationẽ, ex cauſalibus ingrediamur ad cauſas:atq; intelligibiliũ(illuſtrante Ieſu)decorã prorſus intelligentiam intueamur,ex qua primitiuoꝝ exemplariũ beatiſſima emicat pulchritudo. Sed ò diuinũ penitus ſanctumq́ myſteriũ,obducta tibi ſignificantiũ operimenta ſignoꝝ dignãter aperiens,nobis palàm atq; aperte luceſce, noſtroſq́ ſpiritales oculos ſingulari & aperto tuæ lucis fulgore imple. ¶Oportet igitur nos, vt reor, nudata primi ac præcipui intelligentia ſigni, intra ſacroſancta tranſire,diuinamq́ principalis huius ſigni ſpeciẽ intueri, ac pontificẽ auguſtius cernere à diuino altari vſq; ad phani nouiſſima cũ odoris ſuauitate pergentẽ,ac rurſus ad altare ipſum cõſummãdi ſacrificij cauſa remeantẽ.Summa nanq; illa atq; diuina maieſtas,quæ ſup̃ omnia eſt,etſi bonitate diuina procedit,vt ſacrã ſui cõmunionẽ accedentibus tradat, non tamẽ extra ſubſtantialem atq; immobilẽ ſui ſtatus* crepidinẽ fit.Cæteꝝ oĩbus qui diuinã præferũt ſpeciẽ, ſingulis pro captu ſuo vim ſui fulgoris impartit,in ſeipſa veriſſime ſubſiſtẽs, atq; ſuam identitatẽ nunq̃ penitus deſerẽs.Pari profecto ratione diuinũ ſynaxeos venerãdumq́ myſteriũ, ſingulari licet ac ſimplici,collectoq́ principio præditũ ſit,benigniſſime tamẽ in ſacra ſignoꝝ varietate multiplex fit,pertingitq́ ad omnẽ vſq; ſacerdotalis deſcriptionis imaginẽ. Sed eñ vnitatis ratione, ex his rurſus ad propriã ſe colligit monadem:eoſq́ ſecũ vnũ efficit,qui ad illud purgatiore intelligẽtia ſubuehuntur.Iuxta eundẽ igitur diuinũ modũ venerãdus p̃ſul,etſi functionis ſuæ ſingularẽ ſcientiã ad C ſubiectos quoq; diuinæ bonitatis imitatione deriuat,ſanctoꝝ * ænigmatũ varietatibus vtens,rurſus tamẽ vt abſolutus atq; ab inferioribus liber,ad ſuũ principiũ ſine vlla ſui imminutione reuertitur, peractoq́ in vnũ illud ſingulare ingreſſu ſuo ſp̃uali, cernit puro lumine myſterioꝝ ſignorumq́ ſacroꝝ liquidas atq; vnicas rationes:clementiſq́ illius ad inferiora & ſecũda proceſſus,finem facit diuiniorẽ ad prima & principaliora reditũ. ¶Porro pſalmoꝝ ſancta modulatio, quæ oĩbus ferme ſacerdotalibus myſterijs iungitur, & ſubſtantiæ ratione cohæret, ſummo omnium principaliq́ myſterio deeſſe non debuit: oĩs quidẽ ſcripturæ ſanctæ textus,aut reꝝ ſubſtãtiam ac diſtinctionẽ à deo conditã prædicat,aut legale ſacerdotiũ viuendiq́ denuntiat modũ,aut ſortes dei populo diſtributas ac poſſeſſiones narrat,aut iudicũ ſanctoꝝ, aut ſapientium regũ, aut piorum ſacerdotũ ſenſum ac prudẽtiam celebrat:aut veteꝝ hominũ inter varios & multiplices triſtium caſus mirabilẽ conſtantiã, immobilemq́ philoſophiã eloquitur:ſiue agendæ vitæ ſapientia monita,ſiue diuinoꝝ amorum dulcia carmina & diuinas effigies præfert,ſiue futuroꝝ plenas doctrina ſalutari prædictiones enuntiat,ſiue diuina dñi Ieſu in humano corpore opera loquitur, ſiue diſcipulorum eius mores atq; inſtituta diuinitus tradita,& ad dei ſimilitudinem imitando ducentia,ſanctiſſimaſq́ doctrinas: ſiue arcanam illam ac myſticã omnino viſionẽ dilecti diſcipuli, diuinamq́ domini Ieſu & altiſſimã theologiam,eis qui dij fieri merentur,exponit, eoſq́ per myſteria ſacra & diuina ſuſtollit atq; confirmat.Porro diuinoꝝ carminũ ſacroſancta ſcriptura,cum id p̃cipue intendat,vt oĩa dei eloquia operationeſq́ cõcelebret,ſacratiſſimeq́ vitã inſtituentium virorum verba ſimul atq; opera laudet, diuina vniuerſaliter canit atq; exponit, ad omnia ſacerdotalia ſacramenta ſuſcipienda atq; tradenda eis habitum aptiſſimum inferens, qui illam pie dignisq́ affectibus promunt. ¶Cum igitur huiuſmodi hymnorum modulatio, quæ ſacra omnia cõtinet,animales habitus noſtros congrua diſpoſitione præparauerit ad ea quæ paulo poſt ſunt celebran

Quid cõis panis & calicis pacifica cõmunio
Matth. 26
Iohan. 13
quo pacto
Suffragij diuiniſſimi myſterij pia inuocatio.
ſedem
obſcurarum velationum
Quid pſalmorũ modulatio.
Teſtaẽ Dionyſius,diuinã Apocalypſim eſſe diui Iohan. Euãgeliſtæ

Ad quid ſacraꝝ ſcripturaꝝ recitata lectio.

Quare prius veteris teſt. deinde noui recitabatur.

D

celebranda myſteria, diuinorumq; carminũ concentu atq; conſenſu, vnicã illam ad diuina & ad ſemetipſos atq; ad alterutrũ conſenſionem & concordiã, quaſi vna concordi & conſona ſacraꝝ reꝝ choræa inſtituerit: ea quæ in pſalmoꝝ modulatione ſpirituali conciſiora ſunt atq; adumbrata magis, pluribus manifeſtioribusq; figuris ac recitationibus, ſacratiſſima diuinaꝝ ſcripturaꝝ lectione dilatantur. In his ſi quis pie intendat, vniformem atq; vnicã conſpirationẽ admirabitur, quam ſcilicet vnus ac diuinus ſpũs mouerit. Vnde conſequenter & ex ordine poſt antiquioris traditionis lectionẽ, teſtamentũ nouum recitatur: illud (vt reor) diuino pontificaliq; ſignificante ordine, vt vetus illud quidẽ inſtrumentũ diuina Ieſu opera futura præcinuerit, nouũ vero facta ꝑdicauerit: atq; illud quidẽ veritatem imaginibus texerit, ꝑſentem vero iſtud oſtẽderit. Illius eñ prædictionum veritatem, huius effectus aperuit & credi fecit: eſtq; diuinæ loquutionis, operatio diuina complementũ. ¶Harum reꝝ hi qui ſacramentoꝝ cœleſtium omnino rudes ſunt, ne ipſas quidẽ imagines cernunt, ſalutari diuinæ generationis inſtitutione ſe imbui peruicaci contentione renuentes, & contra ſcripturæ ſacræ monita, in pernitiem ſuã ita pronuntiant: Vias tuas ſcire nolo. Porro catechumenos & energumenos, & eos qui in pœnitentia ſunt, ſacroſancta ſacerdotalis inſtitutio pſalmodiam quidẽ piam, & diuinã ſanctaꝝ ſcripturaꝝ lectionem audire permittit: ad ea vero quæ deinceps in hoſtiæ ſalutaris oblatione geruntur cõtuenda, non hos plane, ſed perfectos & tantæ rei dignoꝝ admittit obtutus. Eſt eñ diuinus ſacer ordo ſanctæ iuſtitiæ plenus, & vnicuiq; pro meritis digna ſalubriter diuidit, congruam ſingulis diuinaꝝ reꝝ participationem, iuxta illoꝝ modum & rationẽ, ſuo tempore ſacratius largiens. Extremus igitur catechumenis ordo tribuitur: ſunt eñ nullius perficientis myſterij participes aut eruditi, carentq; diuinæ for- E mationis pia ſubſtãtia, patrumq; adhuc ſolis fouentur eloquijs, formisq; viuificis ad diuinã illam vitæ ac lucis authorẽ & beatam (quæ ex diuina regeneratione prouenit) effinguntur vitã: quemadmodũ igitur carnales infantes, priuſq̃ perficiantur atq; formentur, ſi cura ſua deſtituantur, & abſq; obſtetricum manibus excidant, vt abortiui & emortui, caſum illum ingenitũ & vita luceq; carentem, in terra habituri ſunt. ¶Neq; profecto quiſpiam recte ſentiens dixerit, ad id quod videtur intendens, in lucẽ illos è tenebris ventris emergere. Obijciet eñ perita corpoꝝ ſeruatrix medicina, lucem in his ſolũ operari, quæ lucis capacia ſint: ita & ſanctaꝝ reꝝ ſapientiſſima diſciplina, rudes primo atq; informes animos in cunabilis fidei & tenero alimento ſermonũ dei (quibus & illuminandi, & viuificandi vis adeſt) curat, fouet, ac nutrit. Vbi vero illoꝝ ſubſtantiã ad id perfectionis adduxerit, vt ad diuinã regenerationem idonei ſint, tum demũ ſuo ordine ſalubriter illis conſortium ad ea quæ ſunt lucis ac perfectionis, indulget. ¶Nunc vero veluti ab imperfectis perfecta ſecernit, vna & ſacramentorum ordinatiſſimæ diſpoſitionis, & catechumenorum educationis ac vitæ, iuxta ſacerdotalis functionis diuinũ ordinem, curã ac prouidentiam gerens.

Iob. 21

Quare catechumeni, energu. & pœnitentes ad pſalmodiã & lectionũ recitationẽ admittebãtur, & poſtea extra delubꝝ fiebant.

Cur catechuminis, energumeni ꝑponantur.

Quod energumini ſupiores ſint apoſtatis, atq; deficientibus.

Porro energumenoꝝ (qui ſcilicet vexantur à ſpiritibus immundis) multitudo inſyncera quidẽ & ipſa eſt, ſecundo tamẽ atq; altiore gradu catechumenis eminet. Neq; eñ quod ſacratiſſimoꝝ myſterioꝝ participationẽ aliquam habuit, iudicio meo, æquandũ illi eſt, quod hoꝝ omnino rude eſt, nulliq; diuinaꝝ reꝝ vnquam penitus cõmunicauit. Præterea illis quoq; energumeni ſuperiores ſunt, qui contrarijs, aut voluptatibus fœdisq; libidinibus, aut ꝑturbationibus obnoxij ſunt. F Quippe & illi ſacratiſſimis rebus & aſpiciendis & ſumẽdis arcentur, & merito id quidẽ. Si enim id veꝝ eſt, ꝙ qui ſe deo omnino deuouit vir, qui digniſſime diuinis participandis admittitur: qui quantũ fas homini eſt, ad ſummã peruectus eſt diuinæ imitationis effigiem: idq; conſequutus eſt perfectiſſimis illis ac perficientibus modis, quibus in deũ tranſit mortalis infirmitas: is neq; ea quę carnis ſunt geret, niſi inquantũ vrgebit neceſſitas naturæ, idq; veluti ex latere ac per tranſitum faciet, templumq; ſimul & ſequax (in ſumma illa pro modo ſuo in deũ tranſitione) diuini ſpũs erit, ſimile in ſimili collocans: profecto qui eiuſmodi eſt, nunquam aduerſis imaginibus terroribuſq; vexabitur: ſed ridebit potius, accedentesq; profligabit ac perſequetur: agetq; magis q̃ patietur, pro ea conſtantia habitus quã induit, nulla perturbatione violabili, nulliq; cedẽti: alijsq; huiuſmodi vexationũ præſtabit ſe optimũ medicum. Ad hæc reor quidẽ, imò ſcio & compertum habeo, vt meraciſſima illa ſacroꝝ ſanctaq; diſcretio, eos nouit ſceleſta & impura actione vexari, quiq; à diuina vita defecere, perditisq; dæmonibus & ſententia & moribus ſimiles fiunt: dum ea quidem quæ & vere ſunt, & immortaliter poſſidentur, & ſempiterne iucunda ſunt, per extremã ſibiq; pernitioſam ſtoliditatẽ auerſantes, terrenã potius ac materialem, innumerisq; perturbationibus ſubditam immutationẽ, perditasq; & corrumpẽtes voluptates, atq; in his quæ aliena ſunt, fluxam & inſtabilem, neq; exiſtentẽ, ſed apparentem delectationẽ ambiunt & operantur. Primi iſti igitur, & quidẽ rectius q̃ illi, miniſtri officio & voce ſeparentur. Neq; eñ fas eis eſt, alterius cuiuſlibet ſacræ rei eſſe participes q̃ eloquioꝝ dei, quoꝝ magiſterio poſſint ad meliorem conuerti frugem. Nam ſi diuinoꝝ veneranda illa altiſſimaq; celebratio, eos quoq; qui in pœnitentia ſunt, quanq̃ ſui fuerint aliquando participes, reſpuit, eum qui per omnia conſummatæ virtutis ſanctitatisq; non fuerit, nequaq̃ admittens, & ita ferme caſtiſſime pronuntiare videtur: ego his etiam, qui ad ſupremũ diuinæ imitationis culmen imperfectionis ſuæ gratia non aſſurgunt, neq;

visibilis,



A viſibilis, neq; communicabilis ſum. Arcet eñ puriſſima illa & ſyncera per omnia vox eos quoq;, qui diuina digne ſumentibus munera coniungi, connectiq; non poſſunt: longe profecto magis prophana & impura illoꝝ turba erit, qui paſſibiliter iactandos ſe fœdis voluptatibus præſtãt, & ab aſpectu omni & communione ſacramentoꝝ prorſus aliena. ¶Vbi vero diuino exceſſere phano, & excellentiore meritis ſuis ſacrificio amoti ſunt, ſacramentoꝝ omnino rudes, & necdũ initiati, ac præterea qui à ſacratiore vita defecerunt, tertioq; demum loco hi, qui ob ignauiam ſuam aduerſantium ſpirituum terroribus viſisq; agitantur: quippe qui per cõſtantem ac firmiſſimum ad diuina cõſenſum, nequaq̃ ad ſtatum illum plane efficacem peruenerint, quo à diuino habitu conuelli mouerique non poſſint, deinceps illi etiam qui licet à contraria vita diſceſſerint, nondũ tamẽ imaginum ipſius habitu altius impreſſo caruere, & necdum amore diuino atq; puriſſimo purgati ſunt. Poſt hos aũt & illi qui vſquequaq; ad vnius effigiem non peruenerũt, atq; (vt legis vtar verbis) immaculati omnino incontaminatiq; non ſunt. ¶Tum vero caſtiſſimi ſacratiſſimorum ſignoꝝ miniſtri, & ſtudioſiſſimi ſpectatores, ſacroſancta myſteria digna cum veneratione contuentes, beneficum illud principium ac totius indultorem bonitatis, catholica laudatione concelebrant, ex quo ſalutaria nobis ſigna monſtrata ſunt, quibus vt hi qui initiantur, in deum tranſeant, ſacratius fit. Hunc aũt hymnum alij laudationem, alij religionis ſymbolũ vocant, alij diuinius (vt mihi quidem videtur) pontificalem gratiaꝝ actionem, vt quæ omnia diuinitus in nos emanantia ſacra dona, contineat. Videtur nanq; mihi omnium quæ laudãtur à nobis diuinoꝝ opeꝝ, circa noſtram ſalutem ratio & cauſa verſari, dum ſubſtãtiam quidem noſtrã atq; vitam ad boni ſi- ſtit effigiem, & primitiuis illis venuſtatibus diuinam in nobis ſpeciem format, diuinioriſq; habi-

1. Per. 1.

Ad q̃d ſymboli noſtræ pijſſimæ fidei decantatio.

B tus & celſioris intelligẽtiæ participes efficit, inſuper prouidens, vt nos (qui per negligẽtiam noſtram atq; deſidiam, diuinis deſerti atq; deſtituti munerib⁹ ſumus) paratis atq; ad id inſtitutis bonis, in antiquum ſtatum dignitatemq; reuocet: perfectaq; noſtroꝝ aſſumptione, exactiſſimã priorꝝ muneꝝ participationem tradat, & tandem nobis dei diuinorumq; communio largiatur. ¶In hunc aũt modum vbi ſuprema illa dei & excellẽtiſſima benignitas laudata fuerit, opertus quidem proponitur diuinus panis, & benedictionis calix. Porro ſacratiſſima conſalutatio idcirco celebratur, ſanctorumq; deſcripta noĩa myſtice & modo ſupramundano ꝑdicantur, ꝙ fas nõ ſit eos ad vnum colligi, atq; vnius illius pacifica coniunctione frui, eiusq; participes fieri, qui aduerſum ſeipſos diſſident, atq; diuiſi ſunt. Nam ſi vnius cõtemplatione ac ſcientia illuminati, vnicæ illi ac diuinæ nos ad ſe cogenti luci iungi, vnumq; effici cũ illa ſtuderemus, nunquã profecto in varias diuiduasq; concupiſcẽtias deijci pateremur. Ex his nempe carnales ac paſſiuæ, aduerſus eiuſdem naturæ cõſortes, gignuntur inimicitiæ. Hanc itaq; (vt reor) vnicã & vniformem atq; indiuiduam vitam, ſacra illa pacis conciliatio ſancit, ſimile in ſimili collocans, & diuina ſingulariaq; ſpectacula à diuiduis dirimens. ¶Enimuero ſanctoꝝ poſt pacem illam nominũ prædicatio, eos ꝑconio attollit, qui pie ſancteq; vixerũt: & ad finem vſq;, virtutis vitam conſtãter nuſquã ab ea deflectendo tenuerunt, nos quidẽ ad imitandum beatiſſimũ illorum habitum, atq; ad diuina appetenda præmia prouocans ac ducẽs. Illos aũt veluti viuentes prædicãs, qui (vt theologia ait) non mortificati, ſed in diuinã penitus vitam ex morte tranſlati ſunt. Inſpice aũt vt ſacris quoq; me-

Imponit̃ ſacris altarib⁹ opertus panis & benedictionis calix.

Ad q̃d pioꝝ ſanctoꝝ noĩa laude proſequens poſt pacis oſculũ prædicatio.

Iohan 5.

Pſal. 115.

C morijs, aſſcripti ſunt: nempe eñ diuina memoria nõ humano more, in phantaſia eius partis vbi ſedes eſt memoriæ, inſinuamur, ſed ſacratiore quodam modo, iuxta eam quã in deo intelligim⁹, vt ita dixerim, pretioſam & nunquã migrantem ſcientiam, eoꝝ qui in dei imaginem exceſſere, atq; in deo conſummati ſunt. Nouit eñ (vt ait ſcriptura) qui ſunt eius, & pretioſa in conſpectu dñi, mors ſanctoꝝ eius. Quæ profecto ſanctoꝝ mors, pro conſummata in ſanctitate dicitur vita. Sed & illud quoq; ſacratius intuere, ꝙ impoſitis ſancto altari venerabilibus ſignis, per q̃ Chriſtus ſignatur ac ſumitur, adeſt protinus atq; incunctanter ſanctoꝝ *deſcriptio, coniunctionẽ eorum indiuiduam, vnionemq; cũ illo altiſſimam & ſacratiſſimã, indicans. ¶His aũt eo quo dixim⁹ iure peractis, aſtans coram ſignis ſanctiſſimis pontifex, manus lauat cum ſacerdotũ honeſtiſſimo ordine: ꝙ quidem iuxta ſaluatoris eloquium, is qui lotus eſt, nulla alia niſi tantum ſummitatũ extremitatumve ſuaꝝ lotione indigeat: per quam profecto ſupremã munditiam, illud conſequit̃, vt caſtiſſimo in habitu diuinæ ſpeciei conſtitutus, ad ſequẽtia quoq; ad diuinæ bonitatis imaginẽ prodeat, vinculis omnibus mortalium affectionum liber atq; expeditus, vt qui in vnius omnino tranſierit ſpeciem: & dũ ad vnum rurſus ſingulari illo pacisq; cognito modo conuertitur, immaculatam eam conuerſionẽ faciet atq; illibatam, quippe qui diuinã plenitudinem integritatemq; cuſtodiat, & dudũ lauacrũ illud in veteri ꝑfigurabat lege, vt in libro de legali ſacerdotio diximus, & modo in põtifice ac ſacerdotibus hæc ablutio manuum ſignat. Eos eñ qui ad ſacramenta cœleſtia conficienda procedũt, ea oportet eſſe munditia, vt ipſas quoq; animæ extremas imagines purgatas habeant, ſicq; ad reuerenda myſteria (quantũ fas eſt) ſimilitudine puritatis accedere. Ita enim liquidiore diuinæ apparitionis luce cingẽtur eximijs illis altiſſimisq; fulgoribus, in ſpecula ad ſui ſimilitudinem lucentia, vberius atq; lympidius proprium immittentibus iubar. ¶Enimuero pontificis illa ſacerdotumq; exactiſſima, & ad ſumma vſq; ſiue extrema ablutio, coram ſignis

prædicatio

Iohan. 13

Exodi. 30

Liber de legali ſacerdotio.

C sacra-

Cur ea abſolutio, corã ſacratiſſimis ſignis agitur.

D ſacratiſſimis agitur: vt oſtendatur ſub Chriſto nos arbitro degere, cunctas noſtras ſecretiſſimas cogitationes inſpectante. ¶ Vbi vero ſuprema illa expiatio, ipſius patulis & cuncta ſpectantibus oculis, & iuſtiſſimis incorruptisq́; inclinationibus probata præceſſit, tunc iam diuinis pontifex iungitur: exactaq́; diuinorum operũ laude, venerandaq́; myſteria conficit, atq; in conſpectum agit. ¶ Quænam vero eſſe diuina in nos opera exiſtimemus, deinceps exponẽdum pro viribus. Neq; enĩ laudare omnia ſufficio equidem, nedum aperte ſcire aliosq́; docere. Quæ tamen à ſanctiſſimis viris iuxta ſacrarum ſcripturarum fidem laudantur atq; celebrantur, ea nos pro captu noſtro dicemus, cum primum diuinam inſpirationem in auxilium noſtrũ inuocauerimus. ¶ Humanam naturam initio ſtolide à diuinis beneficijs prolapſam, obnoxia paſſionibus varijs vita ſuſcepit, & mortis corruptibilis finis. Quippe pernitioſa illa à vera bonitate defectio, & ſacræ in paradiſo legis præuaricatio, eam (quæ ſponte ſua blande mulcentibus atq; infeſtis aduerſarij fraudibus cedens, vitale excuſſerat iugum) his quæ ſunt diuinis bonis contraria, tradidit. Hinc iam miſerabiliter æternitatem mortalitate mutauit: & quæ initium corruptibilis generationis acceperat, ad conſentaneum principio finem iuſtiſſime properauit. Sed & ab ſublimiore vita propria voluntate delapſa, & ad contraria extrema deuecta, immutationem tenuit varijs perturbationibus ſubditam. Oberrans itaq;, & à recto itinere ad eum qui veraciter deus eſt tendente, auerſa, & perditis atq; maleficis ſubiecta turmis, minime aduertit ſe pro dijs & amicis, infeſtis hoſtibus fuiſſe obſequutam. His vero illa inclementer pro ſuæ immanitatis libidine abutentibus, in id deuenerat, vt ſubſtantiam ſuam miſerabiliter periclitaretur amittere, atq; omnino perire. ¶ At vero diuinæ illius bonitatis infinita clementia, benigniſſime omnino prouidentiam noſtri ne ſic quidem E omiſit per ſeipſam operari, noſtrorum omnium ſine peccato veraciter particeps facta, noſtræq́; humilitati inſerta, abſq; confuſione vlla & maculatione veræ & integerrimæ diuinitatis ſuæ: cuius nobis conſortium, vtpote iam congeneis, largita eſt: ſuorumq́; bonorum participes declarauit, aduerſariæ poteſtatis (vt habet occulta traditio) imperio quod aduerſum nos erat, profligato: non viribus veluti præualens, ſed iuxta nobis traditum myſtice eloquium, in iudicio & iuſtitia.

Laplus miſerãdus & triſtis priſmorum parentum.

Gene. 3

Hebr. 2

Iohan. 12

Noſtra vero, in contrarium penitus clementiſſime tranſtulit, quippe qui animi noſtri cæcitatem diuino impleuit atq; opulẽtiſſimo lumine, deformitatemq́; diuinis exornauit ſpecioſiſſimisq́; muneribus. Porro animæ noſtræ habitaculum in ſalute perfecta iam labentis noſtræ ſubſtantiæ fœdiſſimis paſſionibus, pernitioſisq́; inquinamentis liberauit, quo pacto mundo ſuperiores euadamus inſinuans, cœleſtemq́; nobis conuerſationem ſternens, per quam illi pro viribus ſimiles efficiamur. ¶ Enimuero diuina iſta imitatio quomodo nobis aliter obueniat, niſi memoria tam excellentium beneficiorum dei, iugiter innouetur ſacerdotalibus prædicationibus atq; myſterijs? Hoc enĩ facimus (vt ſacra eloquia admonent) in eius commemorationẽ. ¶ Hinc iam venerandus antiſtes diuinis altaribus aſtans, ſancta & diuina laudat Ieſu opera, quæ ineffabilis prouidentiæ ratione in ſalutem generis noſtri, voluntate ſanctiſſimi patris in ſpũ ſancto (vt eloquia diuina tradunt) conſummauit. Peracta vero laude, venerandaq́; ipſorum & intelligibili ſpeculatione ſpũalibus inſpecta luminibus, tum vero etiam ad ſacra myſteria in ſignis celebranda progredit, idq́; F ex traditione diuina. ¶ Quocirca reuerenter ſimul & ex pontificali officio, poſt ſacras diuinorũ operum laudes, quod hoſtiam ſalutarẽ (quæ ſupra ipſum eſt) litet ſe excuſat, ad ipſum primo decenter exclamans, tu dixiſti: Hoc facite in meam cõmemorationem. Deinde tanto miniſterio ad imitationem dei inſtituto dignus fieri poſtulat, & ſimilis ipſi Chriſto pro viribus euadere, vt & ſacramenta ſancte conficiat, & caſte diſtribuat: & qui ad communionẽ acceſſuri ſunt, digne participent: ſicq́; venerandiſſima myſteria cõſummat, & laudata oculis ſubijcit, in ſignis ſancte propoſitis. ¶ Sane opertum panẽ & indiuiduum aperit, in fruſta concidens, & ſingularem calicẽ omnibus impartiens, vnitatẽ ſignãter multiplicat atq; diſtribuit: inq́; his conſummat cœleſte myſterium. Vnum enĩ illud & ſimplex atq; ſecretum Ieſu diuini verbi noſtræ humanitatis aſſumptione, ad compoſitum atq; viſibile ſine immutatione ſui, per ſummã clementiam benignitatemq́; proceſſit: ſocietatemq́; noſtrã qua ſibi iungeremur, beneficentiſſime excogitauit, noſtra humilia diuinis ſuis excellentijs iungẽs, ſi quidẽ & nos illi tanq̃ membra corpori congruamus, & per vitæ ſynceræ ac diuinæ ſimilitudinẽ compaginemur: ne corrumpẽtibus mortificati vitijs, ad diuina & ſaniſſima membra incongrui efficiamur, vt qui hærere, eademq́; vita viuere nequaquã valeremus. Oportet enĩ nos, ſi ad illius aſpiramus ſocietatem, diuinã ipſius in carne vitam intueri aſſidue, ſanctamq́; ipſius impeccantiam imitãdo, pro viribus ad ſacratiorem habitũ exactiſſimamq́; recurrere intelligẽtiam: ita enĩ conuenienter nobis ſocietatẽ ad ſimile conſortium largietur, ita his quæ myſtice fiunt, pontifex ſignat, dũ operta munera in apertũ ducit, ipſorumq́; vnitatem in plurima diuidit: & perfecta ſacramentorũ ſic diſtributorũ, ad ea in q̃bus fiũt infitione, ſocios eorũ illos qui ea præceperint efficit. Deſcribit enĩ in his, ferme ſenſibiliter in conſpectũ dans, Chriſtum Ieſum noſtram ſpiritalem (vt in imaginibus) vitam, ex diuinitatis occulto (perfecta & inconfuſa noſtræ mortalitatis aſſumptione) clemẽtiſſime proprietatẽ ex nobis accepiſſe: atq; ad diuiſibile noſtrum, ſine immutatione ſui ex vnitate naturali proceſſiſſe, perq́; hanc beneficam clementiã

I. Cor. 11.

Iohan. 6

Matth. 26

Quid indiuidui panis & ſingularis calicis in plura diuiſio.

1. Cor. 6

Ephe. 5

Iohan. 17



A mentiam, ad participationem ſui ſuorumq́; bonorũ, inuitare genus humanum, ſi tamen ipſius ſacratiſſimæ inſeramur vitæ, ipſam quantũ fas eſt imitando: ſicq́; veraciter conſortes dei, diuinorumq́; participes efficiemur. ¶ Sumptis vero, traditisq́; myſterijs ſacris, in gratiarum actiones cum omni eccleſiæ ſancta multitudine definit. Enimuero participatio communionẽ præcedit, myſticamq́; diſtributionẽ myſteriorum ſancta perceptio. Eſt enĩ hic diuinarũ rerum decentiſſimus ordo, vt prius communicet atq; impleatur ſanctus præſul his (quæ per illum diſtribuenda ſunt cæteris) diuinis donis, & ſic alijs tradat. Quocirca & hi qui diuinis magiſterijs (priuſquam digna illis conuerſatione capaces effecti ſint) abutuntur audacter, impuri atq; à ſacra lege extranei omnino cenſentur. Vt enĩ in ſolis radijs tenuiores lympidioresq́; ſubſtantiæ primæ influenti luce replentur, ſicq́; exhuberantem lucẽ in ſubſequentes ſolis vice tranſfundunt: ita non ſine periculo diuinis in rebus quibuſq;, alijs ſe ducem præſtare præſumit, qui non per omnia euaſerit ſimilimus deo, & ab inſpiratione iudicioq́; diuino fuerit gubernator declaratus. In his omnis ſacerdotalis functio pontificaliter congregata, poſt diuina percepta myſteria, cum gratiarũ actione deſiſtit, vbi ſcilicet diuinorum beneficiorum gratias pro modulo ſuo recognouit atq; laudauit. Qui enĩ diuinorum exortes ſunt, atq; omnino rudes, nequaquam ad agendas gratias conuertur, quamuis ex natura ſua, digniſſima ſint gratiarum actione dona diuina. Cæterum vt dixi, cũ neq; tunc diuinis muneribus aciem intendere voluerint, ꝙ ad deteriora magis inclinarint, ingrati ad infinitas diuinorum beneficiorum gratias perſtiterunt. Guſtate, inquit, & videte, profe-
B cto qui ſacroſancta diuinarũ rerũ diſciplina initiantur, per magnificas ipſarum recognoſcent gratias: & excellentiſſimam illarum celſitudinẽ, ac magnitudinem participatione ſpeculantes, cœleſtia diuinitatis beneficia grate laudabunt.

Cur pontifex prius ipſe cõicat q̃ alijs cõionis cõſortiũ tradat, & cur in grarũ actiões deſinit

Pſal. 33

## De his quæ in vnguento fiunt, & q̃ in ipſo conſummant. Cap. IIII. Pars. I.

HAEC habuimus quæ de ſanctiſſima ſynaxi diceremus, adeo pulchra ſpiritualiaq́; ſpectacula, quæ noſtram ad vnum (vt ſæpe iam diximus) ſocietatem atq; collectionẽ pontificaliter permouerent. Sed enim alia eſt huius finitima veneranda confectio vnguenti: conſecrationem eam vocant præceptores noſtri. Huius itaq; partes cum iuxta ſacras imagines ſuo perſpexerimus ordine, ſic demum ad vnum ipſius per partes ſacris intelligentijs ſubuehemur.

## Myſterium confectionis vnguenti. Cap. IIII. Pars ſecunda.

IVxta eundem ſynaxis modum, eorum qui necdum initiati ſunt, abſoluũtur ordines: vbi ſcilicet præceſſit pontificis circum omnem phani ambitum redolens thure profectio, pſalmorumq́; modulatio, & lectio ſcripturarum diuinarum. Sumptum deinde vnguentum pontifex ſacris imponit altaribus, duodecim ſacris alis circumtectum, reſonantibus omnibus voce ſanctiſſima melos ſacrum, quod diuinitus afflati prophetæ didicerunt. Completaq́; oratione ſuper eo ſolenni in ſanctiſſimis eorũ, quæ ſacrantur, conſummationibus, eo vtitur ad omnem ferme ſacerdotalis officij functionem.

## Spiritalis ſenſus contemplatio. Cap. IIII. Pars tertia.

C VT autem in huiuſmodi quoq; conſummante myſterio, ſacratiora quæramus intelligentiæ, per ea quæ in ſacro vnguento fiunt, illud reor exprimitur, ꝙ in ſanctis viris obtectam eſſe oporteat ſacram animi virtutem atq; fragrantiam. Siquidẽ illis diuina ſemper voce ſuggeritur, ne ad inanẽ gloriam, quãdo per virtutis ſtudia ad ſpecioſas illas atq; odoratas ſecreti dei ſimilitudines tendunt, oſtentationi inſeruiant. Sunt enĩ intemeratæ ſecretæ dei ſenſumq́; excedentes odoratæ pulchritudines, ſolisq́; ſpũalibus ſpiritaliter inſinuant, habereq́; cupiunt ſimiles in animabus, atq; inuiolabiles virtutis imagines. Quippe diuinæ virtutis incorruptũ ac præclare expreſſum ſigillũ, ita demũ ſibi format ac fingit imitatione præſtanti, ſi à ſpũali illa fragrantiq́; pulchritudine nuſquã deflectat obtutus. Deniq; ſicut in ſenſibilibus imaginibus, ſi ad primitiuam ſpeciem pictor cõſtanter intendat, ita vt ad nihil aliud viſibile pertrahatur, aut in aliquo diuidat ſecundũ ſe, ipſum illũ quiſquis eſt qui pingitur, ſi dicere liceat, duplicabit: veritatẽq́; in ſimilitudine, & archetypũ in imagine reddet: ac præter ſubſtãtiæ differẽtiam, vtrũq; in vtroq; referet: ita & *induſtrijs quibuſq; ſpũalibusq́; pictoribus intentus ille ad fragrantẽ & occultã pulchritudinẽ, & nuſquã declinãs obtutus, id largiet, vt ſine errore diuinã in ſe imaginẽ exprimãt. Congrue igit pictores diuini, mentẽ ſuã eminẽtiſſime ad *odorũ ſpiritaleq́; decorem formãtes, nullã earũ quæ in eis ſunt diuinarũ virtutũ, operantur (ſecũdum Euãgelium) vt videantur ab hoĩbus, ſed ſacratius veluti in imagine ſancti vnguenti, ſpeculãtur ſacratiſſima quęq; eccleſiæ circuntecta. Quocirca ipſi quoq; virtutis ſacratiora & diuiniora intra animũ, dei imitatione & inſcriptione ſublimẽ ſancte obtegẽtes, ad ſolã primitiuã intelligẽtiam aſpiciunt. Neq; enĩ diſſimilia ſolum nõ vidẽt, ſed ne ipſi quidem ad illorũ trahuntur aſpectũ. Ex quo profecto ſit, vt congrue ſibi nequaq̃ quæ fruſtra videntur, ſed quæ veraciter ſunt p̃clara & iuſta, fortius ament: neq; eam gloriam æſtimẽt, quam vulgo irrationabiliter beatam putãt: ſed bonũ aut malum in ſeipſis

Quid deſignat id ꝙ ſanctũ vnguentũ portatur contectum.

ingenioſis, ſolertibus

odoriferũ

Matth. 23

ſeipſis ad dei æmulationē iudicantes, ſigna diuina ſunt ſupremæ illius auguſtiorisq́ fragrantiæ, D
Quid alæ vnguētum integentes inſinuent.
quæ in ſeipſa odorē veraciter habens, ad id quod plurimū diſſimiliter ſe habere videtur, nunquā
conuertit, veris ſuis imaginibus nihil imprimens ſimulatū, nihil fictū. ¶Age vero iam quādo pul
chri omnino myſterij, quod totū pulchrū eſt, exteriorē inſpeximus decorē, ſacratiorē ipſius pul-
chritudinē intueamur: ipſum in ſeipſo ſublatis velaminibus inſpicientes beatiſſimum aperte iubar
emittere, nosq́ ea replere fragrantia, quæ ſpritalibus operta non eſt. Neq; eñ viſibilis illa vnguē
ti confectio, illis eſt inacceſſa vel inuiſibilis, qui circa antiſtitem ſunt: ſed contra ad illos quoq; per
tingens, figensq́ intelligētiam eminentē, plurimis ab eis reuerenter obtegitur, ſacerdotaliq́ offi-
cio à turba dirimitur. Quippe ſacratiſſimoꝶ ſignoꝶ radius, diuinis viris vt propinquis intelligibi
lis lucis, pure ac cōmuniter infulgens, ſpūaliaq́ ipſoꝶ adminicula (amoto tegmine) odore imbu-
ens, ad id quod inferius eſt, nō iam ſimiliter prodit. Cæteꝶ ab ipſis, vtpote occultis inſpectorib⁹
intelligibilis lucis, ſecretius (ne à diſſimilibus quibuſq; violetur) ſub pennatis opertionibus operit,
De excellētia ſancti chriſmatis, & affinitate ad ſanctiſſimā eucharistiam.
per quæ profecto ſacra ſigna, ſubiecti honeſtiſſimi ordines, ad ſacram proportionē ſuam pro-
mouentur. ¶Eſt igitur, vt dixi, quod nunc laudatur à nobis, ſacroſanctū myſterium eius ordinis
atq; virtutis, vt ſacerdotalia cuncta perficiat. Atq; ideo ſancti præceptores noſtri iſtud quaſi æ-
quali ordine atq; officio, ſacro ſynaxeos coniunxere myſterio, eiſdē imaginibus vt plurimum &
diſtinctionibus myſticis, & eloquijs ſubnixum ſacris. ¶Et pontificem quidē aſpicies, pari modo
ex ſacratiore loco præclarū odorem ad ſequentia ſacra proferentē: redituq́ ad eundem locum
ſuo, edocentem diuinaꝶ rerum participationē in omnibus quidem ſacris pro meritis fieri, verum
ipſam neq; moueri vlla ratione, nec minui, intra diuinæ crepidinis ſuæ proprietatē ſine vlla muta E
tione perſtantem. Pari rurſus ratione ſcripturaꝶ cantica & lectiones, rudibus adhuc ad vitalem
adoptionē obſtetricum funguntur officio: conuerſionemq́ efficiunt ſacram eorū qui agitantur
à dæmonibus, contrariosq́ pauores tollunt, & male mulcentia voluptatū, ab his qui pro imbecil-
litate ſua arripiuntur, ſupremū diuini habitus ſui atq; virtutis illis pro modo capacitatis ſuæ inſi-
nuantes: qua ſcilicet virtutis excellentia terrebunt ipſi magis poteſtates aduerſas, aliorumq́ curæ
Cur foris agunt, dum ſanctū conficit vnguentū, catechumeni, a poſta. energu. & pœnitentes.
præfecti erunt: atq; ex imitatione dei, cum in nullo proprijs bonis efferantur, aduerſus contra-
rios pauores non tantummodo habent vim efficacem, verūetiam largiuntur. Porro his qui à de
terioribus conuerſi, ad mentis rediere munditiam, ſacrū inſerunt habitum, ne rurſus manus vitijs
& nequitiæ dent: quibus autē aliquid deeſt ad conſummatā exactiſſimamq́ caſtimoniam, eos
expiant: ſanctos vero ad diuinas imagines ſubuehunt, & earum contuitum atq; conſortium. Paſ
cunt itidem exactiſſime ſanctos beatiſſimis ſpūalibusq́ ſpectaculis, implentes vnicū ipſorū vno,
atq; vnum facientes. Quid illud? Nonne & eos ordines qui non omnino mundi ſunt, quos iam
memorauimus, ſine admixtione dimittit, eodem quo ſynaxis modo, id quod nunc in manibus
eſt ſacrum conſummansq́ myſterium? quod ſolis ac ſanctis imaginibus cernitur, atq; à ſolis cō
Sup. cap. 3 parte. 3
ſummatæ ſanctitatis viris, cōtinenter ſacratiſſimis intelligentijs inſpicitur atq; conficitur. Hæc
itaq; à nobis iam ſæpius dicta, ſuperfluum eſt (vt reor) eiſdem iterare ſermonibus. ¶Ad ea igitur
Quæ materia compoſitionis vnguenti
magis quæ ſequuntur, tranſeamus: intueamurq́ pontificem alis duodecim circumtectū, haben-
tem ſacrum vnguentū, caſtiſſimamq́ in eo perfectionem cōſummantē. Dicimus igitur vnguen
ti compoſitionē, collectionem eſſe quandā ſpirantium ſuauiter materiaꝶ, habentem in ſe affa- F
tim odoratas qualitates: cuius qui participes ſunt, pro quantitate eius (quæ in illis fit) fragrantis
participationis, odoris ſuauitate replentur. ¶Scimus autem auguſtiſſimū Ieſum, ſuperſubſtantia-
liter odorum eſſe, intellectuale noſtrum ſpiritalibus diſtributionibus diuina voluptate replētem.
Si eñ carnalium odoramentoꝶ perceptio, ſuauiter fouet ac nutrit magna cum voluptate na-
rium noſtrarū iudicium, modo illabefactum adſit, atq; ad odores in cōmenſione reſpondens: ra-
tionabiliter dixerit quiſpiam, ſpūales etiam virtutes noſtras nulla ratione ad deteriora vergentes,
naturali vigore iudicij noſtri ſecundum diuinæ operationis modos, congruamq́ ad eum animi
conuerſionem, ad perceptionē diuini odoris euadere, & ſacra voluptate ac pabulo diuiniore cō-
pleri. Ipſa itaq; vnguenti compoſitio myſtica (vt ea interim formemus, quæ formā nequaquam
admittunt) ipſum nobis pingit Ieſum, principalem ſcilicet diuinorū odorū opulentiam, ſacris pro
portionibus in auguſtiſſima quæq; ſpiritalium diuinos vapores immittentē: in quibus ſpūs ſua-
uiter affecti, ſacrisq́ perceptionibus pleni, ſpūali vtuntur alimonia, odoratis diſtributionibus ad
Quid ſctā Seraphim vnguētum integentia ſignent.
ipſorū intellectuale diuina participatione ſubeuntibus. ¶Liquet autē, vt reor, ꝙ ſuperioribus ſub
ſtantijs, vtpote diuinioribus, principalis fragrantiæ gratia propinquior eſt ferme, magisq́ ſeip-
ſam inſinuat ac diffundit, in ipſarū liquidiſſimam lucem & ſpūalis virtutis valentiam affatim in-
undans ac multipliciter ſubiens. Porro ad inferiora ſpiritualium, neq; ita capacia, ſupremā illam
ſpeculationem ac participationem immaculate occulens, vaporibus pro modo participantium
congruis, in cōmenſuratione diuina diſtribuitur. Sanctorū itaq; Seraphin ordo, cœleſtibus ſan-
ctiſſimisq́ ſubſtātijs adeo eminens, in alis duodecim circa Ieſum firmiter ſtare deſcribitur, bea-
tiſſimisq́ illius ſpeculationibus pro viribus defigere obtutus, ac diſtributione ſpūali in caſtiſſimis
ſuſceptionibus ſacratius imbui, laudatiſſimamq́ theologiam (vt carnaliter dixerim) linguis nun-
quam



A quam tacentibus exclamare. ¶Sacra eñ cœleſtium ſpirituum ſcientia, & infatigabilis eſt, & nun-
quam deficientem diuinū habet amorem, omniq́ malitia & obliuione ſuperior eſt. Vnde cla-
mor ille nunquā quieſcens, deſignat (vt reor equidem) ſempiternā illorum & nuſquā migrantē
ſcientiam, & intelligentiam deo conſtantiſſime gratias agentem. Sanctoꝶ ergo Seraphim incor
poreas proprietates* deſcriptas in ſanctis ſanctis literis, imaginibus ſpūalia declarantes, in diſtin Cœleſt. hierarch. ca. 7
ctionibus cœleſtium ordinū (puto) diligenter inſpeximus, tuisq́ ſpiritalibus ſubiecimus oculis.
¶Quia tamen nunc quoq; qui pontificē reuerenter circunſtant, ipſam illā nobis altiſſimā figu-
rant diſtinctionē, breuiter modo itidem purgatiſſima acie illoꝶ intueamur auguſtiſſimā lucem.
Ipſoꝶ itaq; facies varia, pedumq́ multitudo, ſignat (vt arbitror) perſpicaciſſimā diuinis haurien-
dis fulgoribus proprietatē, intelligētiamq́ bonoꝶ diuinoꝶ ſemper mobilem & multa peragran
tem. Porro ter geminā alarum poſitionē, vt ſanctæ tradūt literæ, non ſacratiorem numerū ſigna Eſaiæ. 6
re arbitror, quod quibuſdam placuit: ſed id potius, ꝙ eius qui deo proximus eſt, excellentioris or
dinis ſupremæq́ ſubſtantiæ, abſoluta penitus ſupermundana prima & media atq; extrema ſint,
ſpūales ipſius ſubuehentia diuinasq́ virtutes. Quocirca ſacratiſſima ſcripturæ ſanctæ ſapientia
pennaꝶ deſcribens fictionem, circa facies ipſoꝶ & media & pedes, pennas impoſuit, ꝙ ſint in to
tum pennata ſignificans, & modis omnibus ad id quod vere eſt, potenti virtute ferantur. Quod
ſi facies ac pedes velant, ſolisq́ medijs alis euolant, intellige ſacratius hunc ordinē tantū, excellen
tem, ſupremarum altiſſimarumq́ ſubſtantiaꝶ celſiora ac profundiora intelligentijs ſuis reuereri:
medijsq́ alis modice ad dei ſpeculationem ferri, diuinis lancibus propriam ſubijciēdo vitā, à qui
bus ad ſui notionē apte promouetur. Quod aūt propheta ait, Clamabant alter ad alteꝶ: illud re Ibidem.
B or inſinuat, ꝙ diuinarum intelligentiarū ſuarū ſibi inuicem participationem ſine inuidia tradunt. Quid Seraphim vis ignea ad vnguentū prætendat.
¶Et hoc item nequaquam ſilebimus, ꝙ Hebræoꝶ lingua plene ſignificante cognomine, ex eo
ſanctiſſimas Seraphim ſubſtantias vocat, ꝙ per diuinam ſemperq́ mobilem vitam igneſcant &
ferueant. Si igitur (vt aiunt qui Hebræam linguam callent) altiſſimi Seraphim incendentes & cale
facientes à theologia appellati ſunt, proprio plane & ſubſtantialem habitū ſuum ſignante nomi-
ne, ſacri vnguenti (iuxta quod ſignificatiua ipſius deſcribit imago) ſurſum agentes habent virtu-
tes, quæ ad ipſius expoſitionē, efficaciorumq́ vaporū diſtributioem euocent. Quæ eñ ſenſum
ſuperat odora ſubſtātia, ab ignitis puriſſimisq́ ſpiritib⁹ moueri in notitiam amat: ſacratiſſimasq́
inſpirationes ſuas his, qui ſic illam excellentiore modo euocant, in opulentiſſimis diſtributionib⁹
donat. ¶Non ignorauit igitur altiſſimus ſupercœleſtium ſubſtantiaꝶ ordo, Ieſum deum ſum-
mum, vt ſanctificaretur, deſcendiſſe: ſed eum plane intelligit, per diuinā ineffabilemq́ clemētiam
ſancte ad noſtra ſeipſum deieciſſe, atq; à patre, ſeq́ ipſo ac ſancto ſpū, ſe humano more ſanctifi
catum cernens, ſuū recognouit initium, in his quæ diuina virtute ipſe operatur, ſubſtantiæ immu-
tabilitate ſubnixum. Quocirca ſignoꝶ ſacroꝶ veneranda traditio, Seraphim ſancto (dum ſacra-
tur) circumponit vnguento, Chriſtum indemutabilē ſciens, atq; deſcribens in vera & integra aſ-
ſumptione fragilitatis humanæ. ¶Et quod præterea diuinius eſt, ad omnis ſacræ rei conſecratio-
nem vtitur vnguento diuino, aperte indicans ſanctificantē eum, qui ſanctificatur iuxta ſcripturæ
teſtimonium, vt qui ſemper ſibijpſi ſimilis atq; idem ſit in omni diuinæ benignitatis operatione.
C Idcirco & ſacræ regenerationis perficiens donū & gratia, vnguenti ſacratiſſima cōſummatione
perficitur. ¶Vnde (vt reor) purganti quoq; baptiſterio vnguentum iactibus in crucem forma- Cur ī aquā baptiſterij vnguētum in crucis modū fundit.
tis infundens pontifex, palam ſpeculatiuis oculis indicat, ad ipſam vſq; mortem per crucē, Ieſum
pro diuina generatione noſtra, ſacro ipſo & qui teneri à morte non poſſet, deſcenſu inferna pe-
netrantem: eosq́ qui in morte ipſius (iuxta arcanū eloquium) baptizati eſſent, ex antiqua abſor-
ptione corrumpentis mortis benigniſſime auellentem, atq; renouantē ad diuinam perpetuamq́
ſubſtantiam. ¶Sed & ipſi qui ſacratiſſimo regenerationis myſterio cōſecratur, aduentum ſancti Quid ſignificet baptiſmo peracto chriſmatis inunctio.
ſpūs conſummans inunctio largitur vnguenti, ſubſignificante (quantū arbitor) ſacra deſcriptio-
ne ſignoꝶ, ab ipſo qui propter nos in aſſumpta carne diuino ſpū ſanctificatus eſt, immutabili
ſubſtantialis deitatis habitu ſanctiſſimū ſpiritum dari. ¶Et hoc item ſacratius aduerte, ꝙ diuini
quoq; altaris conſecrationem, ſanctiſſimoꝶ myſteriorum lex, ſacratiſſimi vnguenti caſtiſſimis in
fuſionibus perficit. Eſt autē ſupercœleſtis & ſuperſubſtantialis hæc diuina operatio, totius no-
ſtræ diuinitus indultæ ſanctificationis, initium atq; ſubſtantia & perficiens virtus. Nam ſi ſacra-
tiſſimū altare noſtrum Ieſus eſt, diuina ſcilicet ſpirituum ſanctoꝶ conſecratio, in quo (iuxta ſcri- Ephe. 2.
pturæ fidem) ſanctificati & myſtice holocauſti inſtar incenſi, acceſſum habemus, purgatis lumi-
nibus ipſum profecto ſanctiſſimū ſpeculamur altare (in quo quæ fiunt, conſummantur & ſancti Iohan. 17
ficantur) ab ipſo ſacratiſſimo vnguento perfectū. Sanctificat eñ pro nobis ſemetipſum totius
ſanctitatis apex Ieſus, omniq́ nos ſanctificatione replet, his quæ in eo mira diſpenſatione gerun
tur, ad nos veluti iam diuina generatione dignatos, ſumma benignitate manantibus. ¶Vnde (vt
opinor) iuxta ſacratiorē ſenſum, traditione diuina ſancti noſtræ ſacerdotalis functionis duces, ho-
neſtiſſimū iſtud vnguenti conſecrandi munus, teleten ab effectu rei quæ in eo perficitur, nomi-
c 3 nant.

nant. Nec defuere qui hanc dixerint teleten, de vtroq; ſenſu diuinã ipſius confectionẽ prædican D
tes. Eſt em̃ ipſius telete, etiam ꝙ noſtri gratia ſanctificatur in carne, & ꝙ diuina operando cũcta
Haleluia perficit, ac perfecta ſanctificat. ¶Porro ſacrũ diuinitus inſpiratoꝝ prophetaꝝ * melos, aiunt qui
Hebraice norunt, laudẽ dei ſignificare, ſiue laudate dñm. Cũ igitur ſacra omnis diuina apparitio
& operatio, in varia ſacerdotaliũ cõpoſitione ſignoꝝ deſcripta ſit, nequaquã indecens fuerit me
miniſſe laudationis, quã prophetæ afflati ſpũ ſancto perdocti ſunt. Docet em̃ honeſte ſimul &
ſancte, digna eſſe ſacris laudibus opera beneficiaq; diuina.

## De ſacerdotibus, conſecrationibus, & conſummationibus. Cap. V. Pars prima.

HOc ordine ſanctiſſimũ conſecratur vnguentum. Tempus vero iam admonet, poſt di
uina iſtiuſmodi munia, ipſos exponere ſacros ordines, ac diſtributiones virtutesq; ipſo
rum, & actiones atq; conſummationes, ſubiectamq; illis trinitatem excellentium ordi
num: vt oſtendatur ſacerdotij noſtri perfunctio, inordinata omnia & incõpoſita atq;
confuſa, ab ſe arcere ſemper atq; cohibere: ornatum vero atq; ordinem & grauitatem, in propor
tionibus ſanctoꝝ ordinũ ſuorum exhibere. ¶Et quidem hierarchiam omnẽ cur in trinitatis diſtri
Cap. 6 buerimus numeꝝ, in libro de cœleſti hierarchia congrue ſatis (reor) expoſuimus, dicentes (vt ha
ſanctifica- bet ſacra noſtra traditio) omnẽ ſacrorum ordinũ functionem, in ſanctiſſimas* teletas diuidi, & in
tiones eos qui diuina probe callent, aliosq; ſacratius imbuunt, inq; eos qui ab his ſanctiſſime promouen
tur. ¶Itaq; ſuprema quidem ſupercœleſtium ſubſtantiarũ hierarchia, teletem habet pro viribus
propriam, dei ſcilicet diuinarumq; rerum liquidiſſimã intelligẽtiam: capaxq; diuinitatis eſt inte E
gre, & deum, quãtum fas eſt, cõtendit imitari. Porro illuminãtes atq; ad ſacram hanc efficien
tiam duces, eas quæ circa deum ſunt, primas eſſentias. Hæ nanq; in inferiores ſacros ordines, be
nigne indultas ſibi ſemper deificas notiones à per ſe perfecta, altiſſimoq; ſpiritus ſapientia replẽ
te deitate, pro ipſorum modo tranſfundunt. ¶Qui vero primis ſubſtantijs ſubiecti ſunt ordines,
vt qui per illas ſancte promoueantur ad deificam diuinitatis notionem, perficiendæ diſtinctio
Heb. 5 nes & ſunt, & appellantur. Poſt illam vero cœleſtem ſupramundanamq; hierarchiam, ad noſtra
quoq; ſumma illa diuinitas, ſua ſacratiſſima munera benigne deriuans, cum paruuli (iuxta elo
quium) eſſemus, legale indulſit ſacerdotium: obſcuris verarum rerum imaginibus & figuris, à pri
mitiuis ſuis remotiſſimis, ſignisq; haud facile penetrabilibus ac typis opertam habentibus, neq;
diſcerni facilem intelligentiam, congruam & viribus noſtris conuenientem lucem, vt imbecil
lioribus oculis, innocue infulgens. Huic autem legali ſacerdotio telete fuit, ad cultum ſpiritualem
Exod. 35 obſequiumq; prouectio. ¶Duces vero ad eam hi ſunt, qui ſanctum illud tabernaculum à Moſe
ſacratius didicerunt, primo ſcilicet legalium ſacerdotum præceptore ac duce. Ad quod ſacrum
Matth. 5 tabernaculum cum imbuendis rudibus legale ſacerdotium pingeret, ad oſtenſi ſibi in Sina mon
te exemplaris imaginem, omnia quæ ſecundum legem conſummarẽtur, euocabat. Inſtructi ve
ro hi dici poſſunt, qui ſuo ordine à legalibus ſignis ad perfectiorem inſtructionem promouẽtur.
Porro perfectiorem eruditionẽ hierarchiam noſtram theologia vocat, impletionem hanc illius, F
ſacrumq; appellans finem. Eſt autẽ tam cœleſtis illa perfunctio, quàm legalis: quarũ noſtra hæc,
ꝙ ſit media, vtriuſq; extremitates apprehendit ſocietate mirabili: ac ſuperiori illi quidem, ſpiri
tualibus intelligẽtijs fulgoribusq; communicat: inferiori vero, ꝙ ſignis carnalibus variatur, perq;
ipſa ſacratius promouetur in deum. ¶Porro ternarium numerũ pontificalis diſtributionis æque
habet, dum in auguſtiſſimas myſteriorum ſacrorũ ſanctificationes diuiditur, & in auguſtiores
ſanctarum rerum miniſtros, atq; in eos qui ab his ad ſacramenta ſuo ordine & pro captu ſuo
quiq; ſubuehuntur. At vero quæq; ex tribus hierarchiæ noſtræ diuiſionibus, ad legalis & illius
ſacratioris quàm noſtra eſt, functionis imaginem, prima & media & extrema ſtatuitur: tum ſa
cratioris proportionis, tum venuſtiſſimæ ac ſuo ordine congruæ & cuncta nectentis ſocietatis
virtute ſubnixa. ¶Itaq; ſanctiſſima quidem myſteriorum operatio, prima quidem ei innititur
diuinæ virtuti, quod rudes hactenus purgat: media, quod purgatos ratione ſacratioris eruditio
nis illuminat: vltima, quæ & priores concludit & complet: quod ita eruditos ſuarum inſtructio
num ſcientia perficit. ¶Porro miniſtrorum ſacra diſtinctio, in prima ſui potentia, per myſteria
rudes eatenus purgat: in media, purgatos illuminat: in vltima, quæ & ſuprema ſacratius ope
rantium virtutum eſt, eos qui diuini luminis communione dignati ſunt, in perceptoꝝ radiorum
peritis conſummationibus perficit. ¶At vero initiandoꝝ vis prima eſt, quæ purgat: media, poſt
purgationẽ quæ illuminatur, & ad ſacramentoꝝ quorundã intelligentiam admittitur: extrema ve
ro ſacratior cæteris, ꝗ ſacraꝝ (quas intellexerat) rerũ conſummantẽ aſſequit diuino fulgore ſcien
tiam. Sanctæ itaq; operationis myſterioꝝ triplex celebrata eſt virtus: oſtẽſumq; de ſacris literis,
ſanctã regenerationẽ, purgationẽ eſſe illuminantemq; ſcientiam. Porro ſynaxim & vnguẽti cõ
fectionẽ, conſummantẽ diuinoꝝ opeꝝ ſcientiã & diſciplinã: per quam prouectus ille ſublimis,
qui



A qui deo nos iungit, & vnum cum illo facit, beatiſſimaq; communio ſancte perficitur. Nunc iam
ſacerdotalis perfunctio ſuo eſt loco exponenda, in purgantem atq; illuminantem, conſumãtẽq;
ordinem diſtributa. ¶Iſta ꝗdem diuinitatis ſacroſancta lex eſt, vt per prima, ſequentia ad augu
ſtiſſimam illius ſubuehantur lucem. An vero non videmus, vt ipſæ quoq; ſenſibilium ſubſtantiæ
elementorum, cum primum in propinquiora naturæ ſuæ ierint, tum demũ per illa, in alia actio
nem traducant ſuam? Merito itaq; totius inuiſibilis ac viſibilis ſpeciei initium ac ſedes, in eos pri
mo deificos radios ire permittit, q deo ſimiliores euaſere, ac per illos, vtpote lympidiores ſpũs,
idoneosq; ad participationem traditionemq; lucis, ad inferiores pro captu ipſorum, fulgorem de
riuat luminis proprij. Iſtorum igitur eſt, q primitiuo radio deum ſpeculantur, ſequẽtibus ſine in
uidia pro modo ipſorum, quæ ab ipſis ſublimiter inſpecta ſunt, diuina inſinuare ſpectacula: atq;
docere ſacramenta noſtratia, eoꝝ eſt, q cum perficiente ſcientia functionis ſuæ, diuiniora quæq;
præclare didicerũt, conſummatamq; docendi alios virtutem acceperunt: tradere item pro meritis
ſacramenta, illorum eſt, qui ſcite atq; integre ſacerdotalis perfectionis participes ſunt. Pontificũ
itaq; ordo ſacratior, primus eſt diuina ſpeculantium ordinum, idemq; & ſummus & vltimus: qp
pe in quo deſinit & impletur ſacerdotij noſtri diſtinctio omnis. Sicut em̃ hierarchiam omnẽ in
Ieſum terminari conſpicimus, ita vnamquãq; functionẽ in diuinũ pontificem propriũ. ¶Porro
pontificalis ordinis virtus, in ſacris om̃ibus diſtinctionibus capitur, & per omnes ſacros ordines
B operatur propriæ hierarchiæ myſteria. Præcipue vero illi pręter ordines cæteros, in ſui miniſte
rium diuina lex officia ſacratiora diſtribuit. Iſtæ ꝗdem ſunt perficiẽtes diuinæ virtutis imagines,
quibus & ſacratiſſima ſigna om̃ia, & ſanctę omnes diſtinctiones conſummãtur. Etſi em̃ à ſacer
dotibus quædam perficiuntur venerabilia ſigna, nunꝗ tamen diuinã regenerationẽ ſine ſacratiſ
ſimo conſummabit vnguento. Neq; ſacroſanctæ communionis ſacramenta perficiet, niſi ſignis
tanti myſterij altaribus venerandis, impoſitis. Ne ipſe quidẽ ſacerdos erit, niſi pontificalibus offi
cijs ad hoc fuerit promotus. ¶Quocirca diuina lex pontificalium ordinationum ſanctimoniam, Quæ ſunt
& diuini confectionem vnguenti, ſacramq; altaris conſecrationem reuerendiſſimorum pontifi ꝓpria pon
cum officijs atq; virtutibus æterna ſorte diſtribuit. Eſt igitur pontificalis ordo, qui cõſummanti tifici.
virtute ſuffultus, perficientia quæq; hierarchiæ præcipuo & proprio peragit munere, ſacramẽ
torumq; diſciplinas exponendo tradit, edocetq; pro ratione conſtantes & ſacros ipſorum ordi
nes atq; virtutes. ¶Sacerdotum vero illuminans ordo, ad contuenda ſacra myſteria eos qui ini
tiantur, adducit: ſub ſanctorum tamen pontificum ordine, cum quibus propria officia peragit, in
ijs quæ ipſe operatur, diuina myſteria per ſacratiſſima ſigna ſubindicans: & eos q accedunt, ſpe
culatiuos efficiẽs, myſteriorumq; participes. Cæterum ad pontifices eos mittit, qui inſpectorum
ſacramentorum ſcientiam atq; intelligentiam cupiunt. ¶At vero miniſtrorum ordo eſt, qui pur
gandi & diſſimilia diſcernendi vim habens, priuſquam accedatur ad ſacra ſacerdotum myſteria,
accedentes purgat, ſynceros omnium aduerſariorum admixtione ac puros efficiens, atque ad ſa
cra contuenda & ſumenda pro viribus idoneos. Vnde in ſancta regeneratione miniſtri accedẽ
tem antiqua exuunt veſte, atq; diſcalceant: & ad occidentem vt abrenuntiet, ſiſtunt, rurſumq; ad
orientem transferunt. Sunt enim purgantis ordinis atq; virtutis, eos qui accedunt, vt prioris vitæ
C integre amictum ponant, hortantes: prætèritiq; erroris tenebras aperientes, atq; docentes vt ipſi
abrenuntiantes obſcuris, ad illuminantia tranſeant. Eſt igitur purgãdi officio præditus miniſtro
rum ordo ſacer, ad liquidiora ſacerdotũ munera eos qui purgati fuerint, ducẽs: & necdum initia
tos emundans, eosq; fouens purgãtibus ſcripturæ ſanctæ fulgoribus atq; doctrinis, prophanosq;
præterea à ſacerdotibus dirimens. Quocirca & ſacris hunc ianuis præfecit pontificalis inſtitutio,
ſignificans ad ſancta accedentium introitum præcipua & ſumma niti oportere munditia: offi
ciumq; huiuſmodi introducendi ad ſacras eorum ſpeculationes ac participationes, purgantibus
virtutibus tradens, perq; has illos omni macula liberos introducens. ¶Oſtenſum eſt igitur, anti
ſtitum ordinem perficientem eſſe, & perfectionis authorem: ſacerdotum vero, illuminantem at
que ad lucem promouentem: porro miniſtrorum, purgantem atq; diſcernentem. Videlicet pon
tificalis ordo non perficere ſolum, verum & illuminare & purgare nouit: Sacerdotũ vero virtus,
in ſe cum illuminante habet purgantem quoq; ſcientiam. Verum quæ inferiores ſunt, ad præſtã
tiora tranſire nequeunt, propterea ꝙ fas illis non eſt, ad iſtiuſmodi proſilire ſuperbiam. Porro ſa
cratiores virtutes vnà cum ſuis, inferiores quoq; ſua ipſa perfectione ſcientias ſacras nequaquam
ignorãt. Quia tamen diuinaꝝ actionum imagines ſunt ſacerdotales diſtinctiones, ornatiſſimi at
que inconfuſi diuinarum operationum ordinis inſitos ſibi fulgores indicantes, in primas ac me
dias & vltimas ſanctas actiones atq; ordines pontificali diſcretione diſtributæ ſunt, inſinuãtes (vt
dixi) in ſeipſis diuinas actiones ordinatas eſſe atq; impermixtas. Quia enim ſumma illa diuinitas
eos (quibus ſe inſinuat) ſpiritus purgat primo, conſequenter illuminat, & illuminatos ad diuinam
effigiem perficit: merito ſacerdotalis diuinas imagines præ ſe ferens æmulatio, diſcretos ſeipſam
in ordines, virtutesq; diſtribuit, aperte indicans, diuinas actiones in caſtiſſimis puriſſimisq; ordi
nibus conſtanter atque incõfuſe perſiſtere. Verum enim poſteaquã de ſacerdotalibus ordinibus
 ac diſtri-

ac diſtributionibus,virtutibuſq́; illoꝝ & actionibus,quantũ penetrare potuimus diximus,ſacra- D
tiſſimas quoq; illorum conſummationes pro viribus ſpeculemur.

## Myſterium ſacrorum ordinum. Cap. V. Pars ſecunda.

PRæſul igitur vbi ſacrandus offertur,vtroq; genu poſito ante altare,ſupra caput habet à
deo tradita euangelia,manũq́; pontificis:atq; hoc modo à conſecrante pontifice caſtiſ-
ſimis imprecationibus conſummatur.Sacerdos vero coram ſancto altari ponẽs vtrũq;
genu,in capite habet pontificis dexteram,& in hunc modum à ſacrãte præſule ſanctiſ-
ſimis inuocationibus conſecratur.At vero miniſter altero tantum coram ſanctis altaribus poſito
genu,ſacrantis ſe pontificis dexteram in capite præfert,atq; ab eo perficitur precationibus ad eã
rem accommodatis.Cuilibet autem ipſorum à benedicente pontifice crucis imprimitur ſignum
& per ſingulos ſacra prædicatio nominis,conſummãſq́; conſalutatio fit,cunctis ſacri ordinis vi-
ris,ipſoq́; ſacratore pontifice,eum ſalutantibus,qui ad aliquem ſacrorum (quos diximus) ordinũ
ea fuerit conſecratione promotus.

## Spiritualis intelligentia. Cap. V. Pars tertia.

Quæ cõia & quæ propria in myſterijs ſacrorũ ordinũ.

SVnt quidem iſta præſulibus & ſacerdotibus ac miniſtris in ipſoꝝ conſecratione commu
nia:acceſſus ad altare diuinum,poſitio genuum,manuſq́; pontificalis impoſitio,crucis im
preſſio,prædicatio,cõſummanſq́; ſalutatio.Præcipua vero & propria epiſcopis , euange-
liorum ſupra caput impoſitio,qua inferiores ordines carẽt:ſacerdotibus vtriuſq; pedis in-
clinatio,cum id non habeat diaconoꝝ conſecratio:illi enim,vt dictum eſt,alterum tantum genu
ponũt.¶Itaq; acceſſus ille qdem ad ſanctum altare, & poſitio genuum,illud om̃ibus præſcribit,
qui ad ſacrorum ordinũ promouẽtur officia,vt authori myſterioꝝ deo ſuã integre ſubijciant vi- E
tam,& ſpũalem integritatẽ ſuã,caſtiſſimumq́; & ſacratũ acceſſum:per quẽ illi ſimiles fiant,& di
uinis caſtiſſimiſq́; & ſacroſanctis altaribus(vnde conſecratio in eos ſpũs,q diuinã ſpeciem præ-
ferunt,ſanctiſſime prouenit)pro viribus digni.¶Porro põtificalis impoſitio manus,inſinuat vna
& protectionem dei,qua vt ſancti filij paterno fouentur affectu,ipſis habitum virtutemq́; ſacra-
tiorem largientem,aduerſariaſq́; virtutes ab eis procul abigentem:docet itidem ſacras oẽs,con-
ſummanteſq́; actiones,quaſi ſub deo eos q ſacris ordinibus mancipantur,efficere ꝑfectos, ipſum
operationum ſuarum habẽtes in om̃ibus ducem atq; rectorem.¶Cæteꝝ ſigni vitalis impreſſio,
omniũ ſimul carnalium deſiderioꝝ vacationẽ,vitamq́; ad dei imitationem effictam ſignat,nuſ-
quam obtutus auertendo,intuentem in hominis Ieſu ſacratiſſimam vitã,ad crucem vſq; ac mor-
tem progreſſi,diuina ſemꝑ impeccantia comite:atq; ita viuentes,vt ſui ſimiles,imagine ſuæ im-
peccantiæ in crucẽ formata ſignantis.¶At vero ſanctã & conſecrationũ, & eoꝝ qui ſacrantur,
prædicationem pontifex reſonat,id inſinuante myſterio , ꝙ ſacrator ille diuinus, diuinæ eſt ele-
ctionis expoſitor,non ipſe ſua gratia promouendos ad ſacros ordines ducens,verum afflatu dei,
quo in om̃ibus ſacris officijs *agitur.Ita Moſes legalium ceremoniaꝝ promotor, neque fratrem
Aaron ad ſacerdotale munus inungit,& qdem cũ deo & charũ,& ſacerdotio non ignoraret eſſe
digniſſimum,donec ad id diuinitus agitatus,ſub deo principe ſacerdotalem conſecrationem põ-
tificaliter conſummauit.Ipſe quoq; noſter auguſtiſſimus & primus pontifex (& hoc em̃ propter
nos fieri voluit benigniſſimus Ieſus)non ſeipſum glorificauit, vt ſcriptura ait,ſed qui locutus eſt F
ad eum,tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec.Quocirca & ipſe diſcipulos
ad ſacerdotalem functionem promouẽs,& quidem cum eẽt myſterioꝝ princeps,quippe cũ de-
us:ad patrem tamen ſanctiſſimum diuinumq́; ſpiritum, huiuſmodi cõſummationis officium re-
fert,diſcipulos(vt legimus) admonens,ne ab Hieruſalem diſcederẽt,ſed expectarent promiſſionẽ
patris:Quam audiſtis ,inquit,ex me,quia vos baptizabimini in ſpũ ſancto.Cum ipſe quoq; ſu-
premus † diſcipulus,cum æquali ſibi ſacerdotali decade,ad ſacrum duodenarium diſcipuloꝝ nu-
merum perficiendum eẽt progreſſus,deo reuerenter electionis permiſit munus: Oſtende,inqui-
ens,quem elegeris,eumq́; quem diuina declarauerat ſors, in duodenarium ſuffecit ſacratiſſimum
numerum.Porro de ſorte illa diuina,quæ Matthiæ diuinitus obtigit, alij qdem alia ſenſere, meo
iudicio non recte:aperiam autem & ipſe quid ſentiam. Videtur mihi ſcriptura ſortem appellaſ-
ſe,diuini quiddam & præcipui muneris,per quod illi choro ſacratiſſimo inſinuaretur,qui eẽt di-
uina electione declaratus.Oportet enim pontificem ſanctum non motu proprio ſacerdotales or
dinationes conficere,ſed ſub deo *agente,has pontificaliter cœleſtiq́; celebrare munditia.
¶Illa vero ſalutatio quæ in fine conſecrationis offertur,ſacrum aliquid innuit. Cuncti enim qui
aſtant ex ſacris ordinibus, ipſeq́; qui conſecrauit præſul,ita conſummatum ſalutant. Poſtquam
enim ſacerdotalibus intelligentijs atque virtutibus, diuinaq́; vocatione & ſanctimonia ad ſacer-
dotalis officij conſummationem peruenerit ſacratior animus,amabilis eſt æqualibus & ſacroſan
ctis ordinibus:atque ad excellentem peruectus pulchritudinem,amat & ipſe ſibi ſimiles ſpiritus,
& ab ipſis viciſſim æque diligitur.Eius rei gratia,conſalutatio illa ſacerdotalis adinuicẽ celebrat:
per quã ſignat æqualiũ ſpirituum ſancta ſocietas,mutuaq́; & iucũda lætitia,vtpote diuinam pul-
chritu

Quid pontificalis ſupra caput manus impoſitio

Quid nois cõſecrati ꝑdicatio.

*mouẽt,ducitur

Exod.29.

Iohan.8.
Hebr.5
Pſal.109

Acto.1.

† Petrus.

Acto.1.

*ſuggerẽte, mouente.



A chritudinem ꝑ ſacerdotales formas integerrime ſeruans.Iſta igitur(vt dixi) cõmunia ſunt totius
ſacerdotalis conſummationis.¶Habet vero pontifex peculiarẽ euangelioꝝ ſupra caput impoſi-
tionem.Quia em̃ conſummatrix totius ſacerdotij virtus atq; ſcientia,ſanctis præſulibus à diuina
& ꝑfectionis authore bonitate clemẽter indulta eſt,congrue tradita diuinitus eloquia ſacrandoꝝ
præſulũ capitibus imponũtur:quibus cõtinetur ac ſcite exponit theologia om̃is, omniſq́; diuina
actio & dei apparitio,ſacra item elocutio & operatio,atq;(vt breuiter dixerim) diuina om̃ia & ſa
cra opera atque verba,quæ à benefica deitate noſtræ functioni indulta ſunt:quaſi profecto ſan-
ctiſſimus præſul ſacratioris virtutis omnis ſit futurus particeps,omniumq́; ſacraꝝ eruditionũ at-
q; actionum veram traditamq́; diuinitus ſcientiam, non ſolum percepturus,verum alijs quoque
pontificali ratione traditurus:exactiſſimiſq́; notionibus atq; promotionibus altiſſimis ſacerdota
liter conſummaturus om̃ia,quæ ad totius noſtri pontificij perfectionem tendũt.¶Enimuero ſa-
cerdotibus amboꝝ poſitio genuum peculiaris eſt pręter miniſtroꝝ ordinem, q vnũ tantũ cur-
uant genu,atq; hoc à pontificali cõſecratione non diſcrepãs. Itaq; curuatio genuum ſubiectum
accedẽtis ſignat acceſſum,ꝑ quẽ ſubijcitur deo,q̊d ſacratius eſt adductũ. Quoniam vero(vt ſæ-
pius diximus)tres ſacrę erigentium ordines, ꝑ tres itidem ſanctiſſimas actiones atq; virtutes tri-
bus initiandorum ordinibus præſunt,ſalubremq́; illoꝝ ſub iuga diuina acceſſum moliuntur,me-
rito miniſtrorum ordo vt ſolum purgans,vnum efficit eorum q purgantur acceſſum,eos diuino
altari ſubijciens:quippe in quo purgandi ſpũs,altiſſimo litentur more.Sacerdotes aũt vtrũq; ge-
nu curuant:à quibus qui ſacre offerũtur,non ſolum purgantur, verumetiam liquidiſſimis eorum
miniſterijs(purgata per excellentem intelligentiam vita)in contemplationis habitum atq; virtu-
B tem ſacerdotaliter conſummantur.At vero pontifex vtroq; poſito genu,ſupra caput habet euã-
gelia:qui eos quos miniſtrorum purgauit virtus, ſacerdotaliſq́; functio illuminauit, ad eoꝝ quæ
conſpexere ſacrorum pro modo cuiuſq; ſcientiã, pontificio munere prouehit, perficitq́; per illã
accedentes,vt pro captu ſuo integre dicentur deo.

Quid ſupra caput põtificis euãgeliorum impoſitio

Quid ſacerdotũ peculiaris ꝑter miniſtroꝝ ordinẽ, amboꝝ genuum poſitio: miniſtroꝝ vero vnius tantum.

## De initiandis ordinibus. Cap. VI. Pars prima.

DIximus de ſacris ordinibus ac diſtributiõibus, virtutibuſq́; illaꝝ & actionibus atq; cõ-
ſummationibus:exponemus deinceps ſubiectam illis initiandorum ordinum trinita-
tem.Dicimus igitur eos qui purgantur ordines, turbas eẽ à ſacris actionibus & con-
ſummationibus ſegregatas,quarum ſuperius fecimus mentionem. Atq; alius quidem
ex his à miniſtris hactenus obſtetricantibus verbis,ad vitalem abrenuntiationem formatur atq;
effingitur:alter vero adhuc ad eam qua exceſſit,vitæ ſanctimoniã reuocatur, ſanctoꝝ eloquioꝝ
blanda & refouente doctrina:alius autem hactenus à contrarijs pauoribus ignaue terretur,atq; à
potentificis roboratur eloquijs: atque alius quidem iam à peruerſis operibus ad ſacras transfertur
actiones:alius vero licet euaſerit ad meliorem frugem,nondum tamen id eſt conſecutus,vt in ſa-
cratioribus intelligentijs caſte & inconuertibiliter immobiliterq́; perſiſtat.Sunt enim iſti ordines,
qui à miniſtrorum tenera inſtitutione mundanteq́; virtute purgantur, eos miniſtri ad id ſanctis
ſuis virtutibus prouehunt,vt perfecte purgati,ad illuminãtem liquidiſſimarum diuinarum actio-
C num ſpeculationem conſortiumq́; transferantur. Medius autem contemplatiuus ordo eſt,& ſa-
crorum quorundam pro captu ſuo in omni munditia particeps, qui ad illuminandum ſacerdo-
tibus eſt diſtributus.Liquet enim,vt reor,omni hunc funeſta labe purgatum,caſtiſſimamq́; con-
ſecutum atque immobilem ſui ſpũs ſedem,ad contemplatiuum habitum virtutemq́; ſacerdotali
miniſterio tranſuehi:& communicare ijs (quæ ſibi fas eſt)ſanctiſſimis ſignis,in ipſorum ſpecu-
lationibus atq; communione ſacra omni cũ voluptate acquieſcentẽ,& ad diuinũ ipſorum ſcien-
tiæ amorem,ſubnixum eorum ſubuehentibus virtutibus pro modo ſuo, euolantem . Hunc equi-
dem ſanctæ plebis ordinem dixerim,vtpote per omnem purgationẽ profectũ,ſanctiſſimorũq́;
myſteriorum contuitu ſacro,vt fas eſt,conſortioq́; dignatũ. ¶Porro initiandoꝝ omniũ excellẽ-
tior ac ſublimior ordo,monachorum,eſt ſancta diſtinctio,expiatione om̃i,tota virtute,atq; exa-
ctiſſima ſuarum operationum caſtitate mundata:omnis item (quantam ſibi licet inſpicere)ſacræ
operationis ſpũaliter ſpeculatrix & particeps facta, pontificumq́; cõſummantibus virtutibus tra
dita:quorum diuinis fulgoribus & pontificalibus traditionibus,cõſpecta pro ordine ſuo ſancto-
rum myſterioꝝ ſacrificia ediſcens,à ſacra eorum ſcientia ad exactiſſimam perfectionem diuina
ratione ſubuehit.Vnde ſancti præceptores noſtri,diuinis eos appellationibus ſunt proſecuti,par-
tim therapeutas,id ẽ,cultores,à ſyncero dei famulatu atq; cultu, partim monachos,ab indiuidua
& ſingulari vita appellantes,vt quæ illos ſanctis diuiſibilium complicationibus, in diuinã & deo
gratam monadem perfectionemq́; promoueat.Idcirco & perficientem eis indulſit gratiã diuina
ſanctio, eoſq́; conſecrante quadam inuocatione dignata eſt,non pontificali quidem,illa em̃ ſolis
in ſacerdotalibus ordinibus fit,ſed ſacerdotali plane,& quæ ab honeſtiſſimis ſacerdotibus ſecũdo
in loco à pontificali functione peragitur.

Electi

Plebs ſctã.

Monachi

## Myſterium monaſticæ cõſummationis. Cap. VI. Pars ſecũda

Sta

D

*vitæ ſecu-lari, mũdanæ.*

STat quidem ſacerdos ante ſacrum altare, monaſticã imprecationem pſallens: ille autem poſt ſacerdotẽ aſtat, non vtrũq; ponens genu, non alteꝝ, non habens impoſita ſacra eloquia capiti, verum ſolum ſacerdoti aſtans, myſticã ſuper illum inuocationẽ proſequenti. Ea vero finita, ſacerdos ad eum accedens, interrogat primum, an renuntiet *diuiſibilibus omnibus nõ ſolum vitiis, verum imaginibus quoq; ac phantaſiis. Deinde exponit illi pfectiſſimã vitam, illud aperte conteſtãs, oportere illũ medio longe antecellere. Vbi vero ille iſta omnia intẽte promiſerit, conſignans eum crucis ſigno ſacerdos, tondet, trinas diuinæ beatitudinis perſonas inclamans: exutumq; veſte omni, aliam induit, & cum ſanctis aliis (qui aſtant) viris ipſum ſalutans, diuinorum myſteriorum participem efficit.

## Spiritualis ſenſus. Cap. VI. Pars tertia.

*Quid ſolũ erect⁹ monaſtice conſummãd⁹ aſſiſtat ſacerdoti.*

QVod neutrum genu ponat, neq; habeat euangelia impoſita capiti, aſſiſtatq; ſacerdoti imprecationem pſallenti monaſticũ ſignificat ordinem nõ alios ex officio adducere, ſed in ſeipſo ſubſiſtere, in vnico ſacroq; ſtatu ſacerdotales ſequentem ordines ab ipſis, vt aſſeclã, ad diuinã ſacraꝝ reꝝ pro ordine ſuo ſcientiam obtemperanter adduci. ¶Porro diuiſibilium nõ modo vitaꝝ, veꝝ imaginationum quoq; abrenuntiatio, ſupremã illã monachoꝝ philoſophiam indicat, dũ in ſcientia operatur vnientium mandatoꝝ. Eſt eñ (vt dixi) nõ medii ordinis, ſed oĩbus celſioris. Idcirco plurima quæ impune à medio gerũtur ordine, monachis omnino interdicuntur: quippe q vnum ipſum ambire debẽt, & ad ſacram monadem cogi, atq; ad ſacerdotalem (quantũ fas eſt) formari vitã, & vt in plurimis illi congruentẽ. Nullus quippe ex ordinibus reliquis illi propinquat magis.

*Quid ſignaculi ſanctæ crucis impreſſio.*

¶At vero crucis ſanctæ ſignaculũ, vt iam dictum eſt, mortificationẽ omniũ ſimul carnaliũ cupiditatũ ſignat. ¶Porro tonſura crinium vitam mundiſſimã indicat, & nulla figura fucatam, & quæ nullis fictis coloribus inductis animi deformitatẽ exornet: ſed ipſa in ſeipſa nõ humanis venuſtatibus, ſed ſingularibus & vnicis, ad dei exactiſſimam ſimilitudinem properet. E ¶Prioris aũt veſtis poſitio, alteriuſq; aſſumptio, migrationẽ illam à media vita (ſacra licet) ad pfectiorem, ſignificat: ſicut in diuina regeneratione, promotionem indicabat à purgata vita ad contemplãtem illuminãtemq; habitũ illa veſtis candẽtis immutatio.

*Quid ſacerdotis & aſſiſtẽtiũ ſic cõſũmati cõſalutatio.*

¶Quod ſi modo quoq; tam ſacerdos ꝗ circũſtantes reliqui viri ſancti, ſic dicatum conſalutant: ſacram intellige dei præferentium ſpeciem ſocietatem, qua ſibi inuicem cum lætitia & charitate gratulantur. ¶In fine vero omniũ, ſacerdos ad diuinam ita inſtructum communionem vocat: aperte ſatis inſinuans, eum q ſic conſummatus eſt, ſi ad monachicum & ſingulare inſtitutum veraciter venit, non modo contemplatorem fore ſacrarum ſecũdum ſeipſum rerum, ſiue medii ordinis in morem, ad communionẽ ſanctiſſimoꝝ ſignorum acceſſuꝝ: verum eoꝝ quæ percepit ſacramentoꝝ auguſtiore ſcientia fretum, alio quàm ſanctus populus modo, ad communionis diuinæ participationem admittendũ. ¶Quo circa ſacris quoq; ordinibus, quando propriis officiis & expiationibus cõſummantur, in fine ſanctiſſimarum conſecrationum ſuaꝝ ſanctæ euchariſtiæ communio traditur à ſacrante pontifice: nõ ſolum quoniam diuinorum participatio myſterioꝝ cuiuſq; ſacroſanctæ participationis eſt ſumma, verum qa ipſius quoq; cõmunicabilis & ſacratiſſimi muneris, ſacri omnes ordines (pro ſua quiq; ratione) participes ſunt, vt per id ſubuehantur & perficiantur in deum.

*Epilogus multorum præcedentium.*

¶Cõcluſimus igitur, ſancta qdem myſteria purgationem eẽ & illuminationem atq; perfectionem: miniſtros vero, purgantem ordinem: ſacerdotes aũt, illuminãtem: cõſummãtem aũt ſiue conſecrantem, diuinos eẽ pontifices. Porro purgandoꝝ ordo is eſt, q ſacræ F ſpeculationis & cõmunionis eſt exors, qppe q purgaẽ adhuc: at ſpeculatiuus ordo, pius eſt populus: cõſummatus vero, ſingulariũ monachoꝝ eſt proprius. Ita noſtra ſacra pfunctio, dũ ordinib⁹ diuinitus traditis aptius cõgruit, hierarchiis cœleſtibus ſimilis eſt, ipſius (quãtũ viris fas eſt) ad dei imitationẽ effictos diuinoſq; characteres ſeruãs. Veꝝ obiicies forte, cœleſtibus hierarchiis purgandos deeſſe ordines. Neq; eñ fas eſt dicere, neq; dici veraciter poteſt, vllam eẽ cœleſtẽ diſtinctionem obnoxiam ſceleri. Equidem integras omnino eẽ, & caſtitate eximia excellentiſſime pditas, conſtanter aſſeuerauerim, niſi ppiſſima intelligentia penitus excidam.

*De caſu dæmonum*

Nam & ſi qua ex his dedit malitiæ manus, cœleſti atq; inconfuſa decidit diuinoꝝ ſpirituũ congruentia, inq; obſcurã turbarum à deo deficientium eſt prolapſa ruinam. Veꝝ enimuero dicere poſſumus, in cœleſti hierarchia purgationem eẽ ſpiritibus inferioribus, cum à deo edocẽtur quæ interim ignorabant, fulgore illos diuini radii ad pfectiorem ducẽre diuinaꝝ notionũ ſcientiã, atq; eaꝝ reꝝ ignorantia, quaꝝ nondum ſcientiam habuerant, veluti expiante p primas diuinioreſq; ſubſtãtias, vt ſic ad ſuperiores diuinaꝝ ſpeculationũ liquidioreſq; fulgores ſubuehanẽ. Ita ſunt & q illuminantur ordines, & qui conſummantur, purgantes item & illuminantes ac perficientes in hierarchia cœleſti, quando ſupremæ illæ diuinioreſq; ſubſtantiæ inferiores ſacras cœleſteſq; diſtinctiones ignorãtia oĩ emũdãt in ordinibus ac proportionib⁹ cœleſtiũ functionũ, ipſaſq; ſacratioꝝ doctrinaꝝ fulgore implent, atq; pficiunt caſtiſſima diuinaꝝ intelligentiaꝝ diſciplina.

*Celeſti hierar. cap. 6.*

Et nos eñ iã diximus, & eloquia ſacra diuinæ dictarũt, nõ eaſdem eẽ cœleſtes diſtinctiones oẽs, neq; tãtundẽ valere in omni-



A omnibus ſacris perceptionibus illuſtrationum diuinarum: cæterum ex deo quidem continenter primas illuſtrari, per illas vero ex deo rurſus inferiores quoq; pro captu ſuo edoceri, ac percipere clariſſima diuini radii lumina.

## De his quæ in quieſcentibus fiunt. Pars prima. Cap. VII.

*initiatis*
*nõ initiatis*
*ipſius dei*

HIs vero ita definitis, neceſſarium reor & ea exequi, quæ à nobis in his qui obdormierũt, caſte geruntur. Nam ne iſtud quidẽ * ſacris * prophaniſq; commune eſt: verũ vt vtrumq; vitæ eſt ſpecies varia, ita vbi in mortem ierint, hi quidem qui ſacram tenuere vitam, in veras dei repromiſſiones intuentes, vt qui veritatem ipſaꝝ in *ſua inſpexerint reſurrectione, firma & certiſſima cũ ſpe, diuinaq; lætitia ad mortis tendunt finẽ, quaſi ad ſanctorũ certaminũ vacationẽ, non ignorãtes in exactiſſima & immortali vita & ſalute fore ſua oĩa, per futuram integrã reſurrectionẽ ſuam. Sanctæ profecto animæ cũ in hac vita poſſint ad deteriora conuerti, in *regeneratione id habituræ ſunt, vt ex dei ſimilitudine ad inconuertibile tranſeant: at vero caſta ſanctaꝝ animaꝝ corpora, cum quibus vnà & vitæ mortalis iter egerunt, & ſimul deſcripta ſunt, ſimulq; certarunt, pro ſacris ſudoribus ſuis in animaꝝ immutabili ſecundũ diuinam vitam firmitate ac ſede, reſurrectionẽ quoq; vnà recipient propriam. *Inſerta eñ animabus ſanctis, quibus hac in vita iuncta fuerãt, vt Chriſti effecta membra, diuinã atq; mortalẽ beatamq; recipient requiem.

*reſurrectiõe*
*functa, vnita*

B In his ergo eſt ſanctoꝝ quieta obdormitio in lætitia & ſpe immobili, cum ad ſanctoꝝ certaminũ peruenerint finem. Porro ex prophanis partim quidem animas in id euaneſcere vt non ſubſiſtãt, arbitrantur irrationabiliter omnino, partim corporalem coniunctionẽ à ſuis animabus abrumpi penitus, vt eis diuina in vita & beatiſſima requie minus congruentẽ: non intelligẽtes, neq; ſatis magiſterio diuino edocti, vt iam cœpta ſit noſtra in Chriſto ſacratiſſima vita. Alii vero animabus alioꝝ corpoꝝ coniugia tribuunt, iniuriis (vt reor) quantum in ſe eſt afficientes corpora, quæ cum ſanctis animabus laborarunt: ſacriſq; retributionibus parum honeſte priuantes, quæ ad finem ſanctiſſimi curſus peruenerunt. Alii rurſus neſcio quo pacto ad carnales cogitationes declinantes, dixere præſenti vitæ ſimilem, eam quæ ſanctis promiſſa eſt, ſanctiſſimam & beatiſſimã requiem: ciboſq; vitæ variabilis proprios, his qui æquales angeli ſunt euaſuri, nefarie applicuerunt. Sed abſit vt vnquam ſanctus aliquis vir in iſtiuſmodi errores incidat.

*Marci. 12.*

Norunt profecto ſe totos percepturos exactiſſimã ad Chriſti ſpeciem requiem, cum ad præſentis finem vitæ peruenerint: viamq; ad immortalitatẽ ſuam ẽ vicino iam clarius intuentes, diuinitatis laudant munera, diuinaq; lætitia geſtiunt, non iam ad deteriora conuerſionẽ metuentes, ſed parata bona ſe firmiter perpetuoq; habituros probe noſcentes. Qui vero inquinamentis, impuriſq; maculis pleni ſunt, ſi quidem aliquid ſacræ inſtructionis hauſerunt, eaq; pernitioſe ab animo abiecta, ad corruptrices libidines ſunt deuoluti, cum ad vitæ huius peruenerint metas: non iam eis æque deſpicabilis apparebit ſcripturæ ſacræ diuina ſanctio: pernitioſaſq; vitioꝝ ſuorum voluptates aliis aſpicient oculis, beatamq; vitã (qua imprudẽter excidere) laudantes, inuiti miſerabiliter excedunt ſeculo, nulla ſubnixi ſpe propter deterrimã vitã.

C Cum vero nihil ex his cõtingat in ſanctorum virorum dormitione, is quidem qui ad finem ſuorum certaminum properat, ſancta lætitia impletur, magnaq; cum iucunditate feliciſſimæ regenerationis iter ſcandit. Defuncti vero propinqui ſancta propinquitate, morumq; ſimilitudine, ipſum qui talis eſt prædicant, qꝺ ad optatum victoriæ peruenerit finem: authoriq; victoriæ laudes cũ gratiarum actione perſoluunt, ſeipſos quoq; orantes ad ſimilem requiem admitti. Sumentes aũt ipſum, ad pontificem ducunt, quaſi coronis donandũ ſacris: hanc ille libenter ſuſcipit, eaq; peragit, quæ diuino inſtituto ſuper ſancte quieſcentibus fiunt.

## Myſterium ſuper his qui ſancte quieuerunt. Cap. VII. Pars ſecunda.

*Cõuocato cõgregato.*
*ſanctuariũ.*
*Iob. 19*
*Pſal. 15*
*Threñ. 4*
*Ezech. 73*
*Marci. 12*
*Luc. 14*
*Ioh. 5. 6. 11.*
*1. Cor. 15*

C*Oacto ſancto cœtu, venerãdus antiſtes (ſi quidẽ ſacerdotalis ordinis fuerat qui obdormiuit) ante ſanctũ altare inclinans eum, orationẽ ad deũ inchoat & gratiaꝝ actionem. Si aũt aut honeſtiſſimis monachis, aut ſanctæ plebi inſertus erat, ad venerãdum *ſacrariũ ipſum ante ſacerdotũ reclinat ingreſſum: deinde precẽ cũ gratiaꝝ actione peragit pſul: deinceps vero miniſtri diuinis inſerta eloquiis, veriſſima de noſtra reſurrectione promiſſa recitantes, cõſentanea tantundemq; valẽtia canunt pſalmoꝝ cantica: deinde miniſtrorum primus dimittit catechumenos, ſanctoſq; iam defunctos cõcelebrat, cũ quibus & nuper vita functum pari laudatione proſequitur: hortaturq; omnes, vt ſibiipſis identidem poſtulent beatam in Chriſto cõſummationẽ. Poſtea accedens venerabilis præſul, precẽ ſuper eo ſacratiſſimam peragit: & poſt orationẽ ipſe quoq; pontifex defunctũ ſalutat, & poſt illũ qui aſtant omnes. Vbi vero cuncti conſalutauerũt, ſuper defuncto fundit oleũ pontifex, Et oratione pro oĩbus facta, honeſto in loco ponit corpus cũ æqualibus aliis corporibus ſanctis.

## Spiritualis ſenſus. Cap. VII.

Pars tertia.

Cæteꝝ

CAEterũ iſta ſi viderint prophani,vel fieri à nobis audierint,late puto ridebunt,noſtrũ D.
Eſa.7.
q́ꝫ miſerabunt errorẽ:neq; eſt ſane cur miremur:niſi eñ crediderint,iuxta ſcripturæ fi-
dem,non intelligent.¶Nos aũt intelligentias eoꝝ quæ geruntur ſpeculantes,Ieſu duce
præuióq;,dicamus pontificem non irrationabiliter in ſacrum introducere chorũ,im-
poneréq; defunctum.Oſtendit per id profecto,omnes in *regeneratione illas conſecuturos ſor-
reſurrectiõe
tes,ad quas hic vitam propriam direxerunt:puta ſi ad diuinam hic imaginem quiſpiam ſanctiſ-
ſime vixerit,quantum viro poſſibile eſt deum imitari,diuina in ſeculo futuro & beatiſſima dona-
bitur requie.Sinautem ad ſummam illam non peruenit effigiem,ſancte tamen ſe in vita habuit,
paria & iſte meritis præmia referet.¶Huius diuinę iuſtitiæ cauſa pręſul gratias agens,orationem
Quid pontificis orõ, & grãꝝ actio.
ſacram peragit:venerãdaḿq; diuinitatem laudibus celebrat,qua deſtructum eſt iniquũ & violẽ-
tum contra nos omẽs imperium,noſ́q; ad ſua iuſtiſſima iudicia tranſlati ſumus.¶Porro diuinaꝝ
promiſſionum cantica & lectiones explicant quidem beatiſſimã requiem,ad quam ſubuehuntur
Quid diuinaꝝ ꝓmiſſionũ cãtica & lectiones.
ſempiterne,q ſancte conſummati ſunt:ſuſcipiunt vero & amplectuntur vita functum,viuẽteśq;
præterea ad conſummationem ſimilem prouocant.¶Inſpice aũt vt nũc non omnes (vt ſolitum
eſt)purgandi ordines dimittuntur,ſolíq; cathecumeni ſacris arcentur locis. Eſt eñ hic ordo,ſan-
cti omnis myſterij penitus rudis:neq; ſibi fas eſt,quicquam aut paruum aut magnũ ex ijs quę ſa-
cratius conſummantur,inſpicere:quippe q necdũ eius virtutis eſt particeps,quę aſſurgit ad con-
tuenda diuina,ex ſacra lucis indultrice generatione proueniens.Reliqui vero purgãdoꝝ ordines,
ſacram qdem traditionem iam ferme didicerũt:ſed ꝙ ſtolide prorſus ad deteriora prolapſi ſint,
cum debuerint in anteriora cõtendere intentione ꝑpetua, diuinis qdem venerabilium ſignorum E
ſpeculationibus & participationibus arcentur merito:lædẽtur eñ magis,ſi indigne ſancta perci
piant,atq; ad maiorem deuenient diuinaꝝ rerum ſuíq; contẽptum.Non incõueniẽter aũt aſſunt
ijs quæ modo geruntur,patentius diſcentes atq; intuentes noſtræ mortis incertum:ſanctoruḿq;
munera de ſcripturis celebrata diuinis,& *intentata ſibi ſimilibus impuris infinita ſupplicia.¶Ex
cõminata, parata.
his eñ forte proficient,cernentes eũ qui ſancte obijt,miniſtroꝝ prædicatiõe celebrari,vt vere cõ
ſortem ſanctorum omniũ.Fortaſſéq; & ipſi ad ſimile deſiderium venient,miniſtroꝝ officio edo
Quid defũcti panegyris, & pia cũ cæteris defunctis laudis proſecutio
cti,quàm ſit beata & vere felix in Chriſto conſummatio.¶Accedens deinde venerãdus antiſtes,
precem ſacram ſuper mortuũ peragit:poſt́q; precem & ipſe eũ pręſul ſalutat,& ſuo deinceps or-
dine q aſtant omnes.Precatur oratio illa diuinã clementiam, vt cuncta dimittat ꝑ infirmitatem
humanã admiſſa peccata defuncto:euḿq; in luce ſtatuat & regione viuorum,in ſinibus Abrahę,
Iſaac & Iacob,in loco vnde aufugit dolor,& triſtitia,& gemitus.Iſta,vt reor,perſpicua ſunt bea-
tiſſima ſanctoꝝ præmia.Quid eñ immortalitati perfectæ omníq; triſtitia vacuæ, ac plenæ per-
petui luminis,conferri poſſit?licet multũ ſane promiſſiones illæ omni ſublimiores noſtra mente
ſint,quæ vocabulis nobis congruis deſignantur,longe tamẽ inferiores eaꝝ re & veritate appel-
lationes habent.Veꝝ eñ profecto illud exiſtimandum eloquiũ eſt,ꝙ oculus non vidit,nec auris
Eſa. 64.
1.Coꝝ.2
audiuit,neq; in cor hominis aſcendit,quæ pręparauit deus diligentibus ſe.Sinus autẽ beatoꝝ pa-
triarcharum,reliquoruḿq; ſanctorum omnium,ſunt(vt reor equidem) ſacratiſſimæ illæ ac bea-
tiſſimæ ſedes:quæ omnes diuinam effigiem præ ſe ferentes,in ſua ſuſcipiunt inſeneſcibili & bea- F
tiſſima requie.¶Ac fortaſſe inquies,iſta quidem recte à nobis dici:verum ambigere,cuius rei gra
Dubitatio circa orãdi & petitiõis modum
tia præſul diuinam precatur clementiam,defuncto peccatorum veniam poſtulans,& æqualẽ ſan
ctis ac lucidiſſimam ſortem.Si enim eorum quę in vita geſſit,bonorum aut malorum à diuina iu-
ſtitia percipiet ꝓmia, perfecit autẽ actiones ſuas in vita iſta defunctus, quæ nam hunc oratio ꝓ-
ſulis ad aliam(præter illam quam meruit,vitę hic actæ reſpondentẽ)transferet requiem? Nõ ig-
noro quidem & ego diuinis eloquijs accedens,ſingulis reddendam pro meritis ſortem . Cõcluſit
Galat. 6
Gene. 20
Iacobi. 5
2.Mach. 12
1.Reg. 15.
enim dominus(inquit)apud ſe & referet vnuſquiſq; ea quæ per corpus geſſit,ſiue bonũ,ſiue ma-
lum.Quod autem & iuſtorum preces etiam in vita iſta,& nedum poſt mortem, ijs ſolis proſint
qui digni ſunt,ſcripturæ nos edocet ſacroſancta traditio.Quid eñ Sauli profuit Samuelis oratio?
quid Hebræoꝝ iuuit plebẽ prophetica interpellatio?Nam profecto idem fit, ac ſi quis ſole ſuos
radios ſanis largiente oculis,ſibi oculos eruens,ſolaris luminis particeps fieri poſtulet.Sic impoſ-
ſibilium ſuperflua ſpe ille ſuſpenſus eſt,q ſanctorum flagitat preces, & naturæ ipſoꝝ conſenta-
neas ſacras operationes abigit,diuinis nequaquam intendẽdo muneribus,& à ſanctiſſimis bene-
ficiśq; recedendo mãdatis.Itaq; ſcripturæ ſacræ acquieſcẽs,vtiles eẽ in hac vita dixerim ſancto-
1.Iohan.5
Iacobi.5
rum preces,hoc modo ſcilicet,ſi quis ſanctorum munerum deſiderio incenſus,ad eáq; percipiẽ-
da pie affectus,paruitatis tamen propriæ conſcius,quempiam ſanctoꝝ viroꝝ adeat, oret́q; ſibi
adiutorem & precatorem accedere,capiet ex hoc omnino vtilitatem commoda cũcta exceden-
tem.Fruetur eñ ijs quæ petit ſacratiſſimis donis,ſuſcipiente diuina clementia: atq; in primis in
eo amplectẽte religioſam cognitionem ſui,reuerentiaḿq; ſanctorum,& laudabile ſanctarum pe-
titionum à ſe poſtulataꝝ deſideriũ,conſentaneuḿq; his ſacratiorem habitum.Eſt eñ & hoc di-
uinis ſancitum iudicijs,vt diuina munera ijs qui digni ſunt ſumere,decentiſſimo ꝑ eos tribuantur
ordine,q ea tradere non ſunt indigni.Hanc ſi qs ſpernat ſacroſanctam diſciplinam, atq; infelici
ela-



A elatione ſeductus , dignum ſe diuina arbitretur familiaritate,ſanctoſ́q; deſpiciat : hic certe ſi pe-
tiones indignas deo,neq; ſacras poſtularit,intentóq; careat diuinorum deſiderio, ſibíq; ipſi con
ſentaneo,imperita poſtulatione per ſeipſum nunquam potietur.Quænã vero de huiuſmodi ꝓce
quam ſup defuncto peragit præſul,ex diuinis *ducibus noſtris traditio ꝓuenit ad nos,operæ pre- apoſtoli
tium eſt vt dicamus.Venerandus antiſtes,vt ſcriptura ait,interpres eſt iudicioꝝ diuinoꝝ:ange- Malach.2
lus eñ domini omnipotentis eſt.Didicit igitur de ſcripturis diuinitus traditis, vt his qui pie vixe Hiere.23
runt,lucidiſſima diuináq; vita pro merito ab æquiſſimis lancibus redditur, non recordante diui- Matth.16
na bonitate per ſummã clementiam maculas,quæ illis ex humana infirmitate adhæſerunt.Nul- 3.Reg.8
lus eñ(inquit)eſt mundus à labe.Iſta quidẽ nouit pontifex promiſſa à ſanctis eloquijs:petit au- Iob.15
tem ea fieri,donaríq; eis,qui pie vixerunt præmia ſacra:ſimul quoq; ſeipſum ad imitationes dei
benignius formans,& alioꝝ dona quaſi proprias expetens gratias: neq; ignorans veras repro-
miſſiones futuras,præſentibus etiam aperte demonſtrat,ꝙ quæ ab eo ſacro iure poſtulantur,om
nino illi conſequẽtur,qui in vita diuina cõſummati ſunt . Neq; eñ vnquã peteret pontifex diui-
næ iuſtificationis prædicator , quæ deo ſciret nõ eſſe gratiſſima,& quæ largituꝝ ſe ille nequaquã
promiſiſſet. Quocirca prophanis vita functis non iſta imprecatur, non modo quia in hoc pro-
prium deſereret ordinẽ,& aliqua pontificalis officij præſumeret à diuino ſpũ nequaquã agitatus:
veꝝ quia & indigne orans non exaudiretur, atq; ad ipſum nõ immerito illud diceretur eloquiũ Iaco.4
iuſtitiæ plenũ:Petitis,& non accipitis , quia male petitis.Poſtulat itaq; ſanctus antiſtes quæ ſunt
B promiſſa diuinitus,atq; accepta deo,& quæ largienda nõ ambigit,vnà & diuinũ ac benignũ ha-
bitum præferẽs clementiſſimi dei,& præſentibus aperte inſinuans quibus bonis donãdi ſunt ſan
cti.Sic eñ nituntur ſecernentibus virtutibus præſules,quaſi interpretes iuſtificationũ diuinarum,
non eoꝝ irrationabilibus motibus ſapientiſſima diuinitate(vt honeſte dixerim) obſequẽte ſerui-
liter:ſed ipſis pro merito eos qui à deo iudicati ſunt,miniſterio ſuo ſeparantibus, ſpirituśq; ſan-
cti inſpirationi obtemperantibus.Accipite eñ(inquit)ſpm̃ ſanctum : quoꝝ remiſeritis peccata, Iohan.20
remittũtur eis:& quoꝝ tenueritis,retenta ſunt. Eíq; qui reuelationes diuinas à patre ſummo didi
cerat,dicitur:Quodcunq; ligaueris ſuper terrã , erit ligatum & in cœlis:& quodcunq; ſolueris ſu- Matth.16
per terram,erit ſolutũ & in cœlis.Sic profecto * ille,omniſ́q; illi ſimilis præſul,iuxta paternarum S.Petrus
iuſtificationũ ſibi indultas reuelationes,declarando & traducendo deo charos admittit,& exclu-
dit impios.Sanctã deniq; illam theologiam,vt ſacra eloquia teſtantur,non ſuo motu neq; carne
& ſanguine reuelantibus,ſed à deo illum ſpiritaliter imbuente edoctus, pronuntiauit . In hũc igi-
tur modum ſancti antiſtites & ſeparationibus & ſacerdotalibus virtutibus omnibus vti debent,
vt ipſos myſterioꝝ author diuinitus mouerit.Cæteros vero ita pontificibus oportet animum in Luc.10
tendere,quæcunq; illi geſſerint,tanquã à deo agitatis;Qui eñ(inquit)vos ſpernit, me ſpernit.
¶Sed iam ad conſequentia dictæ orationis redeamus. Ea peracta, pontifex & ipſe ſalutat defun
ctum,& deinceps qui aſtant omnes . Eſt eñ iucundus atq; honorabilis omnibus diuinæ imagi-
nis æmulis,is qui in ſancta cõſummatus eſt vita.¶Exacta ſalutatione, defuncto infundit oleum Quid ſuper
pontifex , Memento aũt vt in prima ſancta regeneratione ante ſacrum baptiſma , prima ſancti defunctum
ſymboli participatio tradit initiãdo,poſt priorem omnẽ abiectã veſtẽ ſancti chriſmatis oleũ,& olei infuſio.
C nũc in fine omniũ defuncto itidẽ infunditur oleũ. Atqui tunc quidẽ olei vnctio, baptizandũ euo
cabat ad ſacra certamina:nunc autem infuſum oleum,ſignat eum qui defunctus eſt,eadem ſacra
exegiſſe certamina,ſićq; fuiſſe cõſummatum.¶Peractis his,pontifex condit in loculo digniſſimo Cur hone
corpus cum alijs ſui ordinis corporibus ſacris . Si eñ in anima & corpore vitam ſanctã qui de- ſto in locu
functus eſt,duxit:honorabile erit cũ ſancta anima & quod ſacris ſudoribus cũ illa decertauit,cor lo honeſta
pus.Hinc diuina iuſtitia cum ſuo corpore digna illi largitur præmia,vt comiti atq; conſorti diui q; capſula
næ ſiue contrariæ vitæ.Idcirco & ſanctoꝝ ſacra functio diuinas participationes largitur vtriq;: quieſcentis
animæ quidẽ in ſpeculatione puriſſima,& vera eoꝝ quæ geruntur ſcientia: corpori vero per ſa- depoſitum
cratiſſimum(vt in imagine loquamur)vnguẽtum,& per diuinæ cõmunionis auguſtiſſima ſigna ꝑponatur.
totum ſanctificans hominem, integraḿq; ipſius ſalutem operans, atq; vniuerſalibus luſtrationi-
bus exactiſſimam eius reſurrectionem fore denuntians.At vero efficientes conſecrationis preces,
fas nõ eſt ſcripto interpretari:neq; ipſaꝝ arcanum,ſiue illas quæ in his ex deo fiunt virtutes,ẽ ſe
creto in publicum efferre. Sed ſicuti noſtra habet ſacroſancta traditio , vbi eas ſecretioribus in-
ſtructionibus hauſeris,atq; ad ſacratiorem habitum capacioreḿq; intelligẽtiam diuino amore ſa
criśq; actionibus cõſummatus euaſeris,ad ſupremam ipſaꝝ ſcientiam ſubueheris,diuina luce ra- De baptiſ
diatus.¶Illud vero,ꝙ pueri quoq; qui necdũ poſſunt intelligere diuina, ſacri baptiſmatis altiſſi- mo pueroꝝ
moruḿq; cõmunionis ſacroſanctæ ſignoꝝ participes fiant:videtur quidem prophanis(vt dixi- & infantiũ
ſti)rationabiliter irridendũ,ſi auditores minus idoneos epiſcopi diuina edocent,&nõ intelligenti Timotheũ
bus ſanctas traditiones ne quicquã tradunt:& quod adhuc ridiculoſius eſt,alij pro ipſis abrenun alloquens.
tiant,ſanctáq; ineunt fœdera. Verum oportet tuam ſanctam prudẽtiam errantibus nõ indigna
ri,ſed religioſe ſimul & inſtructionis illoꝝ gratia cum charitate rationem reddere, & confutare
obiecta:& illud inſuper addere,iuxta diuinas leges,quo pacto non auguſtiora omnia noſtra ſci-

ẽtia circunſcribũtur:& plurima ex his quæ ignoramus,cauſas habẽt digniſſimas,nobis quidem D
ignoratas,verũ præſtantioribus ordinibus cognitas.Cõplura item ſummas illas altiſſimaſq; ſub-
ſtantias latent:ſoliq; ſapientiſſimę ac ſapientiæ authori,diuinitati nota ſunt.Verũ eñ ea de re iſta
quoq; dicimus,quæ ſancti præceptores noſtri ex priſtina traditione edocti , ad nos deriuarunt.
Aiunt eñ quod eſt veriſſimũ,Infantes ſi ſancta lege formentur, ad ſacrũ peruehendos habitum,
omni errore liberos & vitæ exortes impuræ . Iſtud cũ pijſſimis ducibus noſtris in mentẽ veniſ-
ſet,viſum eſt admittere infantes hoc modo,vt naturales oblati paruuli parẽtes,puerũ vni ex fide-
libus tradãt præclaro diuinaꝝ rerũ magiſtro,ſub quo iã puer ſit quaſi ſub patre diuino,ſanctæq;
De ſuſcep- ſalutis alumno.Hunc itaq; ꝓſul ſpondentẽ,puerũ iuxta ſanctã educatuꝝ vitam, requirit vt abre-
tore puero nuntiationem profiteatur,fidemq; cõfiteatur:non,vt illi ridẽtes aiunt,alium pro alio imbuit ſa-
rum in ba cris.Neq; eñ hoc ille ait,Ego pro puero abrenuntiationes facio , aut fidei ſacramẽta profiteor,
ptiſmo. ſed ita puer renuntiat & profitetur:id eſt,ſpondeo pueꝝ inductuꝝ,quũ ad ſacrã intelligẽtiam ve
nerit,ſedulis adhortationibus meis,vt abrenuntiet cõtrarijs omnino, profiteaturq; & peragat di-
uina quæ pollicet.Nihil igit(vt reor)indignũ eſt,ſi ad diuinũ inſtitutũ puer adducit, ſanctum ha
bens ꝓceptorẽ,qui illi diuinaꝝ reꝝ habitũ tradat, malorũq; ſeruet immunem. Tradit aũt puero
ſancta myſteria pontifex,vt nutriatur in ipſis : neq; vitã aliã habeat,niſi hãc quæ diuina inſpiciat
ſemp,& quæ huiuſmodi ſancta cõmunione proficiat,atq; in his ſacrũ poſſideat habitũ,promo-
Pia & humi ueaturq; ſtudioſe à ſuſceptore ſuo.¶Iſta fili tã multa & adeo ꝓclara, ſingulariaq; functionis no-
lis ſacri pa- ſtræ ſpectacula,videre mihi datũ eſt.Alij fortaſſe q̃ perſpicaciore aĩo ſunt,nõ iſta ſolũ inſpexere,
tris conclu verũ & manifeſtiora multo ac diuiniora.Et tibi ipſi(arbitror)illucebũt clariores longe , auguſtio- E
ſio ad Ti- reſq; pulchritudines, ſi ad excellẽtiorem radiũ his veluti gradibus nitaris. Mihi igit ipſe quoq;,ò
motheum. amice,perfectioris intelligẽtiæ conſortiũ trade,meiſq; oſtende luminibus,quaſcũq; videre potue
ris decentiores,vniuſq; illius ſacratiſſimæ effigiẽ præ ſe ferentes,venuſtates.Nã confido equidem
ex his quæ dicta ſunt,inſitas tibi,diuini ignis excitandas excudendaſq; ſcintillas.

¶Eccleſiaſticæ hierarchiæ,finis.

# S. DIONYSII AREOPA-
## GITAE, ATHENIENSIS EPISCOPI, AD TIMO-
### theum epiſcopum Epheſinum,liber de diuinis nominibus.

Liber hy- NVnc iam vir dei poſt theologicarum hypotypoſeon librum , ad expli-
potypoſeõ. canda pro viribus diuina nomina tranſeamus.Sit autem modo quoque
1.Coꝛ.2 nobis ea(quæ ſemper)definita lex,eorum quæ de deo dicuntur,tueri ve
ritatem non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis , ſed in oſten-
ſione theologorum à ſancto ſpiritu agitatæ virtutis: per quam ineffabi- F
libus & incognitis,ineffabiliter & ignote coniungimur , præſtantiore il
la vnione rationalis noſtræ ſpiritaliſq; virtutis atq; actionis.¶Nulla er-
go ratione præſumẽdum eſt aliquid de ſuperſubſtantiali ſecretiſſimaq;
deitate aut dicere aut cogitare, præter illa quæ nobis ſacra eloquia tradi
derunt. Nam ſuprema diuinaq; ſcientia ignorationis illius , ſermonem
Ephe.4 omnem & ſenſum ſubſtãtiaruq; ſuperãtis,qua ipſum ſuperſubſtãtiale noſcitur , ipſi adſcribẽda
1.Coꝛ.12 eſt:tantumq; fas eſt ad celſiora cõtendere , quãtum ſeipſum diuinoꝝ eloquioꝝ radius inſinuare
dignatur:comparamuſq; vires nobis ad ſupremos illos fulgores hauriendos innocue,ſi diuina ſo
brie & pie caſteq; reueremur . Nam ſi quid ſapientiſſimæ veriſſimæq; theologiæ credendum
eſt,pro captu animoꝝ diuina reuelantur atq; ſpectãtur,dei ſcilicet bonitate per ſaluberrimam iu
ſtitiam,immẽſitatem(quippe quæ incomprehenſibilis)ab his quæ ſub menſurã cadunt,quemad
modum decet,dirimente.¶Sicut eñ ſpiritalia carnales percipere & inſpicere nequeunt,& qui ſi-
gmentis ac figuris inhærent, ad ſimplicia figuriſq; vacua non aſpirant:& quæ ſecũdum corpo-
rum lineamenta aſſormãtur,incorporearum rerum informabilitatem, nec tactu nec figuris ob-
noxiam, nequaquam attingũt . Eadem quoq; veritatis ratione ſupereminet ſubſtãtijs omnibus
ſuperſubſtãtialis infinitas,ſenſuſq; excellit omnes vnitas ſenſu eminẽtior ac mentibus omnibus.
Inexcogitabile eſt vnum illud mente ſuperius, ineffabileq; eſt verbis omnibus bonum quod ſu-
perat verbum,vnitas vnifica totius vnitatis,ſuperſubſtãtialiſq; ſubſtantia,& intelligentia nequa-
quam intelligibilis,& ineffabile verbum,ſermonis & intelligentiæ nominiſq; priuatio , quæ iuxta
nullam ſubſtantiarum eſt,& cum omnibus vt ſint cauſa ſit , ipſum non eſt, vtpote omni eſſentia
Matth.11. ſuperius:& vt ipſum de ſe proprie periteq; negantibus verbis enuntiat . De hac igitur, vt dictũ
eſt,ſu



A eſt ſuperſubſtãtiali ſecretiſſimaq; deitate,neq; dicere quicquam , neq; cogitare præſumẽdum eſt
aliter,q̃ ſacra nobis eloquia pie admodum caſteq; tradiderunt . ¶Nanq; vt ipſa de ſe in ſanctis
literis benigniſſime tradidit,eius(quicquid tandem ipſa eſt)& ſcientia & intelligẽtia omnibus eſt Matth. 11.
inacceſſa ſubſtantijs,vtpote ab omnibus,altiſſimis modis excepta . Deniq; theologos plures in- Coloſſ.1.
uenias illam non modo vt inuiſibilem incomprehenſibilemq; laudaſſe, verũ & inſcrutabilem in- Roma.11
ueſtigabilemq; dixiſſe,quaſi nullum extet veſtigium eoꝝ,qui ad eius ſecretiſſimam infinitatẽ pe-
netrarunt.¶Non tamen vſquequaq; ſummũ illud bonum vlli ſubſtantiæ cõmunicabile nõ eſt,
ſed quũ in ſeipſo ſtabiliter ſuperſubſtantialem fixerit radium , congruis tamen cuiuſq; ſubſtan-
tiæ captibus ſeſe clementer inſinuat,& ad ipſius ſpeculationem & ſocietatem ac ſimilitudinem,
quãtam aſſequi poſſunt,intendit ſpiritus altiſſimos:qui(vt fas eſt) cœleſtes ipſi reuerenter inten-
dunt,& neq; ad ſuperiora q̃ ferat indultus illis pro modo ſuo radius, inſolenter aſpirant:neq; ꝙ
ad inferiora vergant,ad deterius labuntur:ſed conſtãter ac firmiter nuſquam obtutus declinan-
do,ad illuceſcentem ſibi radium aciem intendũt:atq; amore congruo illuſtrationum diuinarum,
quas haurire fas eſt,ſancta cum reuerentia ſobrie ac pie euolant . ¶His igitur inhærentes diuinis
lancibus,quæ totas cœleſtium ordinũ ac ſubſtantiarum diſtinctiones gubernant , arcanum qui-
dem diuinitatis,quod intellectum omnẽ ſubſtantiamq; tranſcendit , inſcrutabilibus & ſacris ani-
mi venerationibus:ineffabilia vero,caſto honorantes ſilentio,ad eos quos ex ſanctis literis hauri-
mus fulgores intendimur:atq; ab *his ad diuinos hymnos dirigimur,ab his quidem vltra mun- fulgoribus
danum modum illuminati,atq; ad ſacras laudationes effingimur . Ad id ipſum vt etiam aſpicia-
mus,quæ nobis pro captu noſtro ex ipſis indulgentur diuina lumina,& principium ſacræ totius
B illuſtratiõis,à quo omne prouenit bonum,celebremus:vt ipſa de ſe in ſacris eloquijs tradidit,puta Iohan.1.
ꝙ ſit omnium cauſa & initium & ſubſtantia & vita,eos qui ab illa cadunt , reuocans atq; erigẽs:
& qui ad id prolapſi ſunt , & in ſe diuinam effigiem corruperint , renouans ac reformans:quiq;
impura aliqua agitatione quatiuntur , eos ſacratius firmans ſtantes corroborans , eoſq; qui ad ſe
promouentur & aſſurgunt porrecta veluti ſubuehens manu:eis qui illuminãtur, fulgor intimus:
& qui perficiuntur,cõſummationis princeps:quiq; in deum aſſumuntur,ſumma diuinitas:& qui
ſimplices fiunt,vera ſimplicitas:quiq; in vnum tranſeunt,vnitas:principij totius omnia ſuperans
initia per excellentem ſubſtantiam principium,occultiq; ſacratiſſimi(quantũ fas eſt)benigne par-
ticipationem tradens,atq;(vt paucis dixerim)viuentium vita,ſubſiſtentiumq; ſubſtãtia,vitæ om
nis ac ſubſtantiæ initium & cauſa,ꝙ bonitate ſua cuncta quæ ſunt,vt eſſent produxerit,atq; vni-
uerſa contineat.¶Iſta ex diuinorum eloquiorum fontibus haurimus , inueniesq; omnem ferme Noĩa dei.
(vt ita dixerim)theologorum laudationem ad beneficos diuinitatis progreſſus exponendos atq;
laudandos,diuina effingere nomina.Quorcirca in omnibus ferme ſanctis libris aduertimus diui-
nitatem ſancte prædicari,vt ſingularem quidem atq; vnicam, ob ſimplicitatem atq; vnitatẽ ex- Vnum.
cellentis illius indiuidui,ex quo veluti vnifica virtute in vnum euadimus , diuiduiſq; noſtris alte-
ritatibus ſupra mundanum modum conglobatis,in diuinam monadem atq; vnionem deũ imi- Trinitas
tantem colligimur.Vt trinitatem vero propter diuinæ fœcunditatis in tribus perſonis expreſſio Ephe.3.
C nem,ex qua omnis paternitas in cœlo & in terra eſt,& nominatur.Vt vero cauſam rerũ omniũ, Cauſa.
quia omnia per ſubſtantificam ipſius bonitatem , vt eſſent , acceperũt. Porro ſapientem & pul- Sapiens
chram , quia quæ ſunt omnia & quæ naturã ſuam inuiolabilem ſeruant,omni diuina congruen- Pulchrum
tia ſacroq; decore ſunt plena.Supra modũ vero benignam, quia in vna perſonarum ſuaꝝ infir- Benigniſſi-
ma noſtra integre veriſſimeq; ſuſcepit,ad ſeipſam reuocans atq; aſtringens humilitatem noſtrã, mum
ex qua ineffabiliter compoſitus eſt ſimplex Ieſus, æternuſq; temporales ſubijt metas , atq; intra
naturæ noſtræ terminos venit , qui omnem totius naturæ ordinem eminẽter excedit, ſuis pro-
prietatibus immutabiliter atq; incõfuſe ſubnixus,& quæq; alia deifica lumina ſacris ex literis hau-
ſta , ſecreta ſanctorum præceptorum noſtroꝝ traditio nobis explanando tradidit , quæ & nos
quoq; didicimus.¶Et nunc quidem pro captu noſtro per ſacra velamina ſanctarum literarum,
ſacerdotaliumq; traditionum benignitas,carnalibus ſpiritualia,& ſubſiſtentibus ſuperſubſtantia
lia contegit,formaſq; & figuras his quibus iſta per ſummã excellẽtiam deſunt,circũponit,ac ſu-
premam illam neq; figurabilem ſimplicitatem diuiduorum varietate ſignorum multiplicat atq;
effingit. Tunc vero quãdo incorruptibiles immortaleſq; facti erimus , & ad imaginem Chriſti 1.Theſſ.4
beatiſſima dignati requie:ſemper(vt ſcriptum eſt)cum domino erimus,viſibili quidẽ ipſius diui-
na præſentia caſtiſſime contemplando fruentes, lucidiſſimis nos circumfulgente luminibus,non Matth.17
ſecus ac diſcipulos in ſacratiſſima illa transfiguratione ſua . Porro ſpiritalis ipſius & intelligibilis Marci.9
lucis(mente,perturbatione omni & materia libera)participes facti,eius quæ ſenſum omnem ſu- Lucæ.9
perat vnionis lucidiſſimorum radiorum incognitis & beatiſſimis iactibus erimus (ſupercœleſtes
ſpũs diuinius imitando)conſortes.Erimus eñ(vt ait veritas)æquales angelis,& filij dei,cum ſim9 Luc.20
reſurrectionis filij.¶At eñ pro modulo noſtro in diuinis rebus familiaribus nobis vtimur ſignis,
& ex eis rurſus ad ſimplicẽ atq; vnitã ſpiritualium ſpeculationũ veritatem congrue nobis aſſur-
gimus,& poſt omnem pro humano captu diuinarum intelligentiam rerum feriati,ſpiritualibus

d 2 actio

actionibus noſtris ſupremũ illũ radium(quantũ fas eſt)haurire contendimus, in quo termini om D
nes omnium ſcientiarũ pluſquã ineffabiliter præſubſiſtunt,quẽ neq; intelligere,neq; eloqui poſ-
ſumus,neq; omnino quomodolibet intueri, ꝙ ſit exceptus ab omnibus & excellenter ignotus,&
cũ omnium ſubſtantialium ſcientiarũ atq; virtutum fines ſimul omnes in ſe ineffabili modo an-
te acceperit:omnibus etiam ſpiritibus angelicis eminet incõprehenſibili virtute ſuperne locatus.
Si enĩ ſcientiæ omnes rerũ ſubſiſtentium ſunt atq; in ſubſtantias definunt, qui ſubſtantiam exce
dit omnem:ſcientia quoq; omni ſuperior ſit neceſſe eſt.¶At qui ſi ſermone omni, omniq́ ſcien
intellectũ — tia præſtantior eſt,ſi ſupra*ſenſum prorſus atq; ſubſtantiam eminet,& percipiens circumambi-
at & comprehẽdat atq; anticipet omnia:ipſe tamen omnino incõprehẽſibilis permanet,& neq;
ſenſus vllus eius eſt,neq; imaginatio,neq; opinatio,neq; nomen,neq; ſermo,neque tactus, neque
ſcientia.Quomodo ergo ſcribemus & de diuinis nominibus aggrediemur(cum docuerimus ſu-
Liber hypotypoſeõ theologicarum. — perſubſtantialem deitatem carere vocabulo, atque omne nomen excedere? Cæterũ quod dixi-
mus,cum theologicas hypotypoſes,id eſt inſtitutiones,exponeremus, vnũ illud(quod incogni-
tum,quod ſuperſubſtãtiale eſt,ipſum bonũ quod eſt)trinitatis vnitatem ſcilicet,vnũ ſimul deum,
atque ſimul bonũ,neque explicare neque intelligere poſſumus.Sed & ipſe ſanctarũ virtutũ ange-
lis congruæ coniunctiones ( ſiue eas iactus dicere oportet, ſiue perceptiones) pluſquã incognitæ
eminentiſſimæq; lucentis bonitatis , & ineffabiles ſimul & ignotæ ſunt, ſoliſq; ipſis inſunt,qui ex
angelorũ numero ſupra ſcientiæ angelicæ modũ his digni habiti ſunt,his coniuncti ad imitatio-
nem angelorũ(quantum fas eſt)ſublimiores quiq; ſanctorũ ſpiritus , quando per vacationem to-
tius ſpiritalis operationis huiuſmodi ſpirituum in deũ contendentium,ad ſupremã dei lucẽ per-
uenit vnio,ipſam proprie ac decentiſſime omnium ablatione concelebrant,illud veriſſime & ex- E
cellenter edocti ex beatiſſima ad eam lucem vnione, vt illa quidem ſubſtãtiarum omnium ſit au
thor,ipſa vero nihil ſit ex his,vt quæ ineffabiliter emineat omnibus . ¶Itaq; ſuperſubſtantiale il-
lud diuinum(quicquid tandem id eſt) ſupremæ bonitatis ſubſtantia eximia, neque vt verbũ aut
virtutem,neque vt ſenſum aut vitam aut ſubſtãtiam laudare licet vlli ex his, qui excellẽtis omnẽ
veritatem veritatis amatores ſunt,ſed vt ab habitu omni , motu,vita, imaginatione, opinatione,
nomine,ſermone,mente,intelligẽtia,ſubſtantia,ſtatu,ſede,vnione,fine,infinitate,& his(quę ſunt)
Prouidẽtia — omnibus eminentiſſime exceptam.Quoniam vero vt bonitatis ſubſiſtentia ipſo eſſe ſuo eſt om
nium ſubſiſtentium cauſa , boni authorem ſummæ diuinitatis prouidẽtiam ex omnibus creatis
laudare conueniet.Circa ipſam enĩ & ipſius cauſa ſunt omnia,ipſaq́ eſt ante oĩa , & in ipſa cũ-
cta conſiſtunt,atq; eoipſo ꝙ eſt,vniuerſa producta ſunt atque ſubſiſtunt,ipſamq́ deſiderant om
nia.Spiritualia quidem & rationalia ſcienter,his autem inferiora ſenſibiliter,alia vero vitalis ratio
ne motus,aut per ſubſtantialem habitualemve aptitudinem.¶Iſta deniq; non ignorantes * theo
prophetæ, — logi,ipſam & vt carentem nomine,& ex omni nomine celebrant,vt carentem quidem nomine,
cum deum ipſum aiunt in vna ſacratiſſimarum viſionum apparentem,eum increpaſſe qui dixe-
rat,quod eſt nomen tuum? Ac veluti ab omni eum diuini nominis cognitione abducentem di-
xiſſe , cur de nomine meo interrogas , quod eſt mirabile? An vero iſtud non eſt mirabile no-
men,quod eſt ſuper omne nomen,quod eſt ſine nomine,quod omne exuperat nomen,quod no F
Noĩa dei — minatur ſiue in hoc ſeculo,ſiue in futuro? Vt plurimis vero nominibus præditum laudant,cum
ipſum rurſus inducunt dicentem,Ego ſum qui ſum,vita,lux,deus,veritas:& cum ipſi diuina ſapi-
entia illuſtres,authorem omnium ex creaturis omnibus multis nominibus prædicant,vt bonum,
vt pulchrum,vt ſapientẽ,vt diligibilem,vt deum deorum,vt dominũ dominorum,vt ſanctũ ſan
ctorum,vt æternum,vt exiſtentem,vt ſeculorũ authorem, vt indultorem vitæ, vt ſapientiam,vt
mentem,vt verbũ,vt ſcientem,vt theſauros omnes totius ſcientiæ in ſe eminẽtiſſime habẽtem,
vt virtutem,vt potẽtem,vt regem regũ,vt antiquum dierũ,vt inſeneſcibilem & immutabilem,vt
ſalutem,vt iuſtitiam,vt ſanctificationem,vt redemptionẽ, vt magnitudine excellentem oĩbus,&
vt in aura tenui.Sed & in ſpiritibus ipm̃ eſſe aiunt,& in animabus,& in corporibus,& in cœlo,&
in terra,& ſimul in eodẽ eundem in mũdo,circa mũdum, ſupra mũdum ſupercœleſtem, ſuper-
ſubſtãtialem,ſolem,ſtellã,ignem,aquam,ſpm̃ roris,nubem,ipſum lapidẽ & petram,oĩa quæ ſunt
& nihil eorũ quæ ſunt. ¶In hunc ergo modũ omnium cauſæ quæ ſupra oĩa eſt, & priuatio no-
minis congruet,& omnia ſubſiſtẽtium nomina , vt ſit profecto omnium regnũ , & circa ipſam
ſint omnia,& ex ipſa veluti cauſa,veluti principio,veluti fine dependeant,ipſaq́ iuxta ſcripturæ
fidem ſit omnia in oĩbus, veriſſimeq́ laudatur vt ſubſtãtiæ indultrix atq; conſummatrix conti-
nensq́ cuſtodia & domicilium , & ad ſeipſam conuertẽs , atque iſta coniuncte, incircunſcripte,
excellenter.Non enĩ comprehẽſionis ſolũ aut vitæ,aut cõſummationis eſt author(vt ab hac ſola
ſeu altera,prouidẽtia,bonitas illa quæ ſupra omne nomẽ eſt denominetur ) verũ ſimpliciter om-
nia,atque indefinite in ſeipſa comprehẽdit exactiſſima vnius ipſius, authoriſq; omnium proui-
dẽtiæ bonitate,atque ex rebus oĩbus conuenientiſſime prædicatur ac denominat. ¶Nempe enĩ
non hæc tantum diuina noĩa ex abſolutis omnium ſeu ſingularibus prouidẽtijs , ſeu ex his quæ
prouidẽtia agũtur,theologi prædicãt,verũ à quibuſdã interdũ viſis,quæ in ſacris ædibus ſeu alibi
alijs



A alijs atq; alijs ex cauſis ac virtutibus inſtitutores ſeu prophetas illuſtrarũt,lucem omnẽ , omneq́
nomen tranſcendentẽ bonitatẽ nominant,formaſq́ illi & effigies humanas ſeu ignis ſeu electri
circũponunt,ipſiuſq́ oculos & aures & crines & facies & manus , ſcapulas & alas & brachia &
poſteriora & pedes laudant,coronas quoq; & ſedes & calices & chrateras , & alia quædã id ge-
nus myſtica illi applicant,De quibus in ſignificatiua theologia pro viribus diſſeremus.Nunc au
tem quæq; ſunt præſentis operis de ſcripturis ſanctis colligentes,& his quæ dicta ſunt veluti nor
ma quadã & linea vtentes, atq; ad ea aciem dirigẽtes intelligibilia diuina noĩa explicare perga-
mus,& quod nobis ſemper in oĩbus ſacris eloquijs ſacra lex dictat,mente in deum intentiſſima,di
uina(vt proprie dixerim)ſpectacula contemplemur. Expiataſq́ aures ſanctis diuinorũ nominũ
expoſitionibus applicemus,ſancta ſanctis ex traditione diuina inſinuantes , eaq́ à riſu & illuſio-
ne rudium hactenus atq; infidelium vindicantes, imo illos ipſos,ſi qui ſunt iſtiuſmodi hoĩes,hoc
errore liberãtes.Te quidem iſta ſeruare conuenit præclare ô Timothee iuxta ſacratiſſimã ſanctio
nem,neq; inter imperitos eloqui aut efferre diuina.Mihi aũt deus largiri dignet, vt congrue lau-
dare poſſim benefica multiplicia noĩa,appellatione ac nomine carentis deitatis,neq; de ore meo
auferat verbum veritatis auferrive permittat.

## De coniuncta & diſcreta theologia,& quænam ſit diuina coniunctio atq; diſcretio. Cap. II. Pars prima.

B

DIuinam totã ſubſtãtiam quicquid illa eſt,ipſa bonitas diffinire atq; aperire à ſacris elo — Bonitas.
quijs dicit,quid enĩ aliud ex ſancto Euãgelio diſcimus,cũ deum ipſum ait exponẽdo — Luc.18
dixiſſe:Quid me interrogas de bono?nemo bon⁹,niſi ſolus deus.Hoc ſane & in alijs — In libro hypotypoſeõ.
locis diſcuſſum à nobis ac demonſtratũ eſt,vt omnes ſemp deo digne denominatio-
nes,non per partes,ſed in tota ac perfecta atq; integra & plena deitate à ſcripturis ſanctis cele-
brantur,& omnes ipſæ indiuiduæ,abſoluteq; ac ꝑter omnẽ obſeruationẽ,integre tota integrita-
te,exactiſſime,totiuſq; deitatis intendũtur.Deniq; ſicuti in theologicis inſtitutionibus admonui- — Noĩa dei.
mus,niſi quis hoc de tota deitate accipiat dictũ, blaſphemare ac ſcindere nefario ſcelere præſu-
mit coniunctã ſupremę vnitatem.Dicendũ itaq; hoc de tota deitate oportere accipi,nãq; vt ver
bum quoq; ipſum natura bonũ,ait:Ego bonus ſum, Et quidã ex prophetis diuinitus afflatus ꝓ-
dicat ſpm̃ bonum,& illud rurſus,ego ſum qui ſum,niſi de tota dictũ deitate ſentiant, & vna tan
tum ex parte nitantur circũſcribere,quomodo illud intelligent,hæc dicit qui eſt,qui erat,qui ven-
turus eſt omnipotẽs,& illud,tu aũt idẽ ipſe es,& illud,ſpũs veritatis qui eſt,qui à patre procedit.
Et niſi totã eſſe dicant vitalem vitã,quomodo verũ eſt verbum ſacrum quod ait,ſicut pater ſuſci
tat mortuos & viuificat,ita & filius quos vult viuificat,& illud,ſpũs eſt qui viuificat.Cæterum ꝙ
dominatum quoque omnium habeat tota diuinitas,de patris quidem fœcũda deitate,vel filij di-
ci non poteſt(vt reor),q̃ multis in locis diuinarũ ſcripturarum de patre & filio legitur, dominus,
C ſed & dñs ſpiritus eſt.Pulchritudo quoq; & ſapientia in deitate celebratur,& lux itidem,& deifi-
cum,& cauſa,& omnia quæ totius deitatis ſunt,à ſanctis literis in totius deitatis laudes aſſumun-
tur.¶Complexiue quidẽ,vt cum dicitur,omnia ex deo,diffuſius vero cũ dixerit quiſpiam,omnia
per ipſum & in ipſo condita ſunt,& in ipſo conſiſtunt vniuerſa,& illud,emittes ſpm̃ tuũ & crea
buntur.Et vt perſtringã breuiter,diuinũ ipſum ait verbum:Ego & pater vnum ſumus.Et,Om — Nomĩa dei coniuncta.
nia quæ habet pater,mea ſunt.Et,Omnia mea tua ſunt,& tua mea.Et rurſus quæq; patris & ip-
ſius ſunt,diuino quoque ſpiritui ſocialiter & coniuncte applicat,vt diuinas operationes,veneratio
nem principalem & indeficientem cauſam ac diſtributionẽ cœleſtium munerũ, neminemq́ ar-
bitror ex his qui in diuinis eloquijs rectiſſima piaq́ intelligẽtia ſunt enutriti,huic ſententiæ con-
tradicturum,ꝙ diuina omnia iuxta exactiſſimã rationem toti diuinitati inſunt . His igitur breui-
ter hic & ex parte,alijs vero in locis ſatis de ſcripturis oſtenſis ac definitis, quamlibet explicare ni
tamur integram dei nominationem,ipſa in tota deitate ſumẽda eſt.¶Quod & ſi quis dixerit cõ
fuſionem nos contra ſacratiſſimã perſonarũ diſtinctionem hac ratione introducere,is noſtro iu-
dicio ſe vera proſequi perſuadere nunq̃ poterit. Nam ſiquidem eſt qui omnino ſacris ſcripturis
reſiſtat,longe omnino aberit & à philoſophia noſtra, ac niſi illi curæ ſit diuina ſanctarum litera-
rum ſapientia,quomodo nobis erit curæ ipſum ad caſtiſſimorum eloquiorũ ſcientiam adducere?
Sin vero ſcripturæ ſanctæ veritatem intuetur,iſta nos quoque regula & luce freti,ad rationẽ pro — Nomĩa dei diſcreta.
viribus reddendam nuſquã declinando pergemus.Illud ante oĩa dicentes , vt ſcriptura ſacra alia
coniuncte tradit,alia diſcrete,& neque coniuncta dirimere neque diſcreta confundere fas eſt,ſed
ipſam ſequendo,quantũ vires ſuppetunt,ad diuinæ lucis radios aſpirare nos conuenit & ſubinde
diuinas percipientes interpretationes veluti regulam quandam præclaram veritatis,quæ ibi cõ-
dita ſunt ſeruare in nobiſipſis, nihil addendo , nihil minuendo , nihil peruertendo curamus intra
ſanctarum literarum præſidium nos continẽtes, à quibus vt ſeruemur(dum ea ſeruamus) robur
d 3 acci-

accipimus. ¶ Atqui coniuncta quidem totius deitatis ſunt (vt in theologicis inſtitutionibus latius D de ſcripturis ſanctis oſtendimus) quod ſupra bonitatem, ſupra deitatem, ſupra ſubſtantiã, ſupra vitam, ſupra ſapiẽtiam ſit, & quæq; eminẽtiſſimæ priuationis ſunt, quibus & cauſalia omnia adijciuntur, bonitas ſcilicet, pulchritudo, eſſentia, viuificatio, ſapientia, & quodlibet ex ipſius benigniſſimis donis, bonorum omnium cauſa denominatur. Porro diſcreta ſunt patris ſuperſubſtantiale nomen & perſona, filijq́; ac ſancti ſpũs, cum nulla in his conuerſio, aut omnino cõmunitas inducatur. Eſt præterea diſcreta Ieſu ex nobis ſumpta perfecta immutabiliſq́; ſubſtãtia & quæq; ſunt aſſumptæ carnis ſubſtantialia ſacramẽta. ¶ Eſt aũt (vt reor) conueniẽs, vt reſumentes exponam⁹ perfectum diuinæ coniunctionis ac diſcretionis modũ, vt ſermo omnis nobis apertus ſit, atq; cõſpicuus varietatem omnẽ & obſcuritatem fugiens, dum facile & manifeſte atq; ordinate quæ ſua ſunt pro viribus ponit. Aiunt (quod alibi etiam dixi) noſtræ theologicæ inſtitutionis præceptores ſancti, coniunctiones diuinas illius plusq̃ ineffabilis, plusq̃ incognitæ ſingularitatis occultas eſſe, & quæ nuſquam extra ſuas prodeant ſacratiſſimas ſedes. Porro diſcretiones benigniſſimos deitatis proceſſus expreſſioneſq́; definiunt. Et autumant ſanctis inhærentes eloquijs, & memoratæ coniunctionis ſeorſum, & diſcretionis itidem quaſdã etiam & coniunctiones & diſcretiones proprias eſſe, puta in vnione diuina ſiue ſuperſubſtãtiali illo eximio, coniunctũ quidem eſt vnicæ trinitati atq; cõmune ſubſtantia ſubſtãtiam ſuperãs, deitas deitati ſuperior, bonitas eminentiſſime bona cuncta tranſiliens, totius proprietatis identitas oĩa ſuperans, vnitas ſuperprincipalis, ineffabile quod multis vocibus prædicatur, ignoratio quæ per cuncta intelligitur, omniũ poſitio, omnium ablatio, quod poſitionem omnẽ ablationemq́; tranſcendit, principantium per- E ſonarum in inuicem (ſi ſic dicere expedit) manſio & ſedes, integre & ſuperexcellenti modo coniuncta & nulla ex parte confuſa. Quemadmodũ cæreorum lumina (vt ſenſibilibus ac familiaribus vtamur exemplis) in domo vna cum ſint, & tota in totis mutuo ſunt, & integra tamen atq; perfecta & ab ſe inuicem diſcretione ſeparãtur, diſcretione coniuncta, & coniunctione diſcreta.

Manuductio luminarium.

¶ Deniq; cernimus in domo plurimis tedis illuſtri, ad vnũ quoddã lumen coniungi oĩa lumina, fulgoremq́; vnũ indiſcretũ indiuiduumq́; præferre. Neq; reor poſſet quiſpiam huius facis lumẽ ab alijs ex aere lumina cuncta continẽte diſtinguere, & alterum ſine altero cernere, cũ tota in totis mere cõmixta ſint. Verum & ſi qui facem vnã tecto ſubducat, oĩs quoq; ipſius lux vnà exibit nihilq́; ſecũ ex luminibus reliquis ſubtrahet vel ex ſuo cæteris linquet. Erat eĩm illi (vt dixi) omnium ad oĩa exacta coniunctio mera penitus, & nulla ex parte cõfuſa, idq́; cũ eſſet lumen in corpore, aere & ex materiali igne penderet. Superſubſtãtialem itaq; coniunctionẽ illam longe eminere dicimus, nõ modo corporalibus coniunctionibus, verũ & animalibus & ſpũalibus ipſis, quas habent impermixte & ſupra mundanũ modũ tota in totis diuina effigie prædita ſupercœleſtia lumina, participatione excellentiſſimæ cunctiſq́; eminẽtis vnionis pro captu ſuo cuiq; indulta.

¶ Eſt autẽ & diſcretio in ſupremis diuinis eloquijs non ea (quã dixi ſolũ ꝙ ſecundũ ipſam vnionem quælibet principãtium perſonarum impermixta atq; inconfuſa firmitate nitatur) ſed quia ineffabilis quoq; diuinæ fœcunditatis ratione ad inuicẽ nequequã conuertũtur, ſoluſq́; fons ſuperſubſtãtialis deitatis eſt pater, cum non ſit filius pater, neque pater filius ſit, ſeruãt autem diuinæ laudes honeſtiſſime, proprietates ſuas cuiq; diuinarũ perſonarũ. Iſtæ quidẽ ſunt iuxta ineffabilem F coniunctionẽ ac ſubſtãtiam coniunctiones ac diſcretiones. ¶ Si vero diuina quoque diſcretio eſt benigniſſimus ille coniunctionis diuinæ proceſſus, excellẽti vnitate ſeipſam propagantis ac multiplicantis, coniunctæ quidẽ ſunt iuxta diuinæ diſcretionis legem, abſolutę cõmunicationes ſubſtantiæ, vitæ, ſapientiæq́; traditiones, & alia munera omnium authoris bonitatis ſecũdum quę ex participationibus & ex participãtibus laudãtur, quæ ſine participatione participãdo ſumuntur. Et iſtud commune & coniunctũ atque vnũ eſt toti bonitati, ꝙ ipſa oĩs ac tota ab vnoquoque participante ſumitur & à nemine vlla ex parte percipitur, Non ſecus ac centrũ punctum ſcilicet in medio circuli, ab oĩbus circumpoſitis rectis lineis, ac veluti ſigilli formationes plurimæ primitiui ſigilli participes ſunt, & in ſingulis totũ atq; idem eſt, & in nulla vulla ex parte eſt. Supereminet his quoque authoris omnium deitatis incommunicabile illud, ꝙ neque tactus eius ſit, neque alia aliqua (ad ea quæ participant) commixta ſocietas.

Manuductio circuli & ſigilli.

¶ Enimuero dixerit quiſpiam, ſigillum in oĩbus formationibus totũ, atque idem non eſt. Atqui huius rei non ſigillum cauſa eſt (totum eĩm ſe illud atque idem vnicuiq; inſinuat) verũ participãtium differẽtia vnius totius, eiuſdemq́; primitiuæ formæ diſſimiles reddit effigies. Ac ſiquidem ſubiecta ſint mollia, formatuq́; facilia & leuia ſuſcipiendiſq́; lineamentis idonea, non reluctantia, nec dura, neque fluxa & inconſtantia, figuram nitidam & apertam, permanẽtemq́; habitura ſunt. Sin vero aliquid ex his, quæ diximus idonea, deſideretur, ea in primis cauſa erit, vt & forma archetypo minime congruat; & obſcura ſit: aliaq́;, quæcunque ea ſint, ex habilitate participationi minus idonea fiunt.

¶ Diſcretum eſt autem à diuinis operibus in nos benigne manantibus, ꝙ ſecundũ nos atq; ex nobis integre & vere ſubſtantiam ſumpſit ſuperſubſtantiale verbũ, eaq́; & geſſit & pertulit quę ſunt humanæ ipſius aſſumptionis electa atque præcipua. His eĩm neque pater neque ſpũs vlla rõne cõ-

municat



A municat, niſi forte quis aſſerat benignitate, clemẽtiaq́;, & communione voluntatis atq; in oĩ ſupereminentiſſima & ineffabili operatione diuina (quam homo pro nobis factus adimpleuit immutabilis profecto deus, & dei verbum) illos q̃q; acceſſiſſe conſortes. In hũc nos modum diuina & connectere & diſtinguere oratione ſtudemus, ſicuti diuina ipſa & cõiuncta profecto & diſcreta ſunt. ¶ Verum eĩm harum nos coniunctionum ac diſcretionũ quaſcũq; in ſanctis literis deo dignas inuenimus cauſas: in theologicis inſtitutionibus ſeorſum de ſingulis differẽtes (vt licuit) expoſuimus. Alia q̃dem vera ratione enodantes atq; explicãtes, expiatumq́; & tranquillum animũ perlucidis ſcripturarum intelligẽtijs admouẽtes: alijs vero vt myſticis ex traditione diuina ſupra intellectualem operationem intendẽtes. Diuina ſane oĩa & quæ nobis enodata patuere, ſolis participationibus noſcuntur. Porro ipſa cuiuſmodi in ſuo principio, ſuaq́; ſede ſint: nullus ſenſus attingit, nulla ſubſtãtia, nullaq́; ſciẽtia penetrat. Deniq; ſiue ſuperſubſtantiale illud occultũ: deũ aut vitam, ſiue ſubſtantiam, ſeu lucẽ, ſeu verbũ appellemus: nihil intelligimus aliud quàm ex eo in nos emanantes participationes atq; virtutes, quibus aſſumamur in deum, & quæ nobis vel ſubſtantiam, vel vitam, vel ſapientiã largiantur. Enimuero ſecreto illi oĩbus feriati & abſolui ſpiritalib⁹ actionibus cõgredimur: nullã aſpicientes deificentiam, ſeu vitam ſeu ſubſtãtiam quæ per omnia ſimilis ſit cauſæ illi, cũctis per omnem excellẽtiam eminenti. ¶ Rurſus ꝙ primordialis & fontana ſit deitas pater: filius vero & ſpũs ſanctus fœcũdæ deitatis (ſi fas eſt dicere) germina plantata diuinitus, & veluti flores ac ſuperſubſtantialia lumina à ſcripturis ſanctis accepimus. Quonam vero modo iſta ſint, neq; eloqui, neq; intelligere poſſumus. Sed hactenus omnis noſtri ſpũalis operatio progreditur, q̃d diuina omnis patris ac filij notio, ex tranſcendẽte oĩnia patris ac filij prin- B cipatu, & nobis & cœleſtibus eſt indulta virtutibus, ex quo & dij, & deorum filij, deorumq́; patres ſpũs diuina effigie inſignes, & fiunt & dicuntur, eo. ſ. patris ac filij ſpiritaliter exacto munere, id eſt incorporaliter non materialiter, intelligibiliter ipſo q̃dem diuino ſpũ immateriale oĩe, ac diuinum ſuperne eminente, patreq́; & filio: ab omni & patre & filio diuino patris & filij munere excellenter exceptis. ¶ Neq; eĩm eſt exacta ſimilitudo cauſalibus & cauſis, ſed habent cauſalia quidem cauſarum pro viribus impreſſas imagines, cauſæ vero ipſę à cauſalibus exceptæ emicãt ſui ratione principij: atq; (vt noſtratibus vtar exemplis) voluptates & dolores vt lætemur ac triſtemur authores eẽ dicuntur, cum tamen ipſa neq; delectentur neq; angantur. Ignis quoq; cum calefaciat & vrat, neq; vri neq; calefieri dicitur. Et ſi quis vitam viuere, aut illuminari lucem dicat, meo quidem iudicio non recte loq̃tur, niſi forte per alium hæc dixerit modũ, ꝙ affluenter, ac ſubſtantifice quæ cauſaliũ ſunt cauſis præindita ſint. ¶ Imo & quod theologiæ totius vel euidẽtiſſimum eſt, ipſa Ieſu in carne apparitio & ineffabilis eſt ſermone omni, & omni ignota intelligentiæ: ipſi quoq; antiquiſſimorum angelorum primati nõ cognita. Et q̃dem ꝙ virilem ſubſtantiam aſſumpſerit, in ſacramentis accepimus. Ignoramus aũt quomodo ex virgineis ſanguinibus altero quàm naturali iure formatus eſt, quove pacto ſiccis pedibus corporale pondus habentibus, materiæq́; grauitatẽ: liquidã perambulauit, inſtabilemq́; ſubſtantiam, & alia quæq; excellentem Ieſu naturã ſignãt. ¶ Iſta & nos alibi ſatis tractauimus, & ab inclyto pceptore noſtro in ipſius theologicis elementis celebrata ſunt ſublimiter penitus, quæ ille ſiue à theologis ſanctis accepit, ſiue etiã C ex ſolerti ſcripturarum indagine comprehendit longo exercitio ac tempore, ſiue aliqua ſacratiore inſpiratione perdidicit, non modo diſcendo aſſecutus, verumetiam patiendo diuina, atq; ex paſſionis ad ea ſocietate (ſi dici liceat) ad indocibilẽ eorum, myſticamq́; vnionem ac fidem conſummatus. Et vt plurimas, beatiſſimaſq́; intelligentias præclarę ipſius mentis, paucis apponamus. Hæc de Ieſu in collectis ab eo theologicis elementis ait.

Liber hypotyposeon

Eſa. 60

Manuductiones voluptatũ, dolorum, ignis & vitæ.

## Ex ſanctiſſimi Hierothei libro elementorum. Cap. II. Pars ſecũda

Ex lib. ſtechioſeõ beatiſſimi Hierothei.

OMnium eſt cauſa, cunctaq́; replet Ieſu diuinitas, quæ partes vniuerſitati conſonas ſeruat, & neq; pars, neq; totũ eſt, & pars eſt, & totũ: vt quæ omne, & partem & totum in ſeipſa comprehendat & excellenter habeat, anteq́; habeat. Perfecta eſt q̃dem, in imperfectis: vtpote perfectionis princeps. Porro inter perfectos imperfecta eſt, quippe quæ perfectionem excellentia, temporeq́; tranſcendat: ſpecies ſpecifica inter ſpecie carẽtes, vt ſpeciei author: ſpecie carens inter ſpecies, vtpote ſpeciem ſuperans: ſubſtantia omnes ſubſtãtias ſine inquinatione perluſtrans, ac ſuperſubſtantialiter ab omni excepta ſubſtantia: principia omnia, ordineſq́; diſſepararans, & ſupra omne principium, ordinemq́; locata: mẽſura eſt rerum, & ſeculum, & ſupra ſeculum, & ante ſeculum: plena inter ægenos, inter plenos exuberans, ineffabilis, ineloquibilis ſupra ſenſum, ſupra vitam, ſupra ſubſtantiam excellenter habet excellentiam, ſuperſubſtãtialiterq́; ſubſtantiam ſuperat. Vnde quoniam & vſque ad noſtram naturam per ſummam clementiam venit, veræq́; ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, & vir, ſummus ille deus appellatus ẽ. Propitia ſint igit̃ q̃ ſenſum oẽm & ſermonẽ ſuperãtia laudãtur à nobis. In his q̃q; illius excellẽs ac ſupſubſtãtiale eminet, nõ modo q̃ parte ĩmutabiliter nobis atq; incõfuſe cõicauit, nihil in exuberanti ſua plenitudine ex ineffabili exinanitione perpeſſus. Verum quia q̃d eſt nouitatum omniũ



ſuper-

D

Hic finiunt̃ dicta diuini Hierothei.

ſupereminens nouitas,in naturalibus noſtris ſupra naturã erat, in his quæ ſunt noſtræ ſubſtãtiæ ſuperſubſtãtialis, noſtra oĩa ex nobis & ſupra nos excellenter habẽs. ¶Sed de his ſatis, illuc iam vnde cœpit recurrat oratio,& cõmunia atq; coniuncta diuinæ diſcretionis noĩa,pro viribus explicare pergamus. Atq; vt apertius de oĩbus deinceps dicendis ante diffiniamus,diſcretionẽ diuinam eſſe dicimus(vt p̃miſſum eſt)proceſſus benigniſſimos deitatis. Cum eñ his,quę ſunt,omnibus affatim bonoꝶ omnium conſortia largiatur & ſupereffundat,coniunctim quidẽ diſcernit, creſcit aũt ſingulariter & multiplicatur,neq; vſquã ab vno diſcedit. Puta qm̃ ſuperſubſtantialiter ens deus eſt,& his(quæ ſunt)eſſe largitur,omneſq; producit eſſentias, vnũ illud quod eſt, multiplicari dicitur,multas ex ſe producendo ſubſtantias. Manet aũt illud nihilominus & in multiplicatione vnum,& in proceſſu coniunctũ atq; in diſcretione plenũ, ꝙ ſit ſubſtantijs oĩbus eminenter exceptũ,& ſingulari productione omnium atq; indiminuta profuſione ipſius indeficientium munerum. Sed & cum ſit vnũ, omniq; parti & toti & vni & multitudini vnius conſortium tradat,vnum ſimiliter eſt ſuperſubſtantialiter,neq; pars exiſtens multitudinis, neque ex partibus totum. Sicq; nec vnũ eſt,neq; vnius particeps,longeq; ab his vnũ eſt, ſuper vnũ illud quod in ſubſtantijs eſt,& multitudo indiuidua inexplebilis,pluſq̃ plena, omne vnũ multitudinemq; producens & perficiens & continens. ¶Rurſus ex ipſius deificentia,dũ ſinguli imaginem dei in ſe nituntur exprimere multi fiunt dij,ac videtur eſſe quidem & dicitur vnius dei diſcretio & multiplicatio. Eſt aũt nihilominus principalis & ſuppremus deus ſuperſubſtãtialiter vnus deus,in his q̃ diuiſionẽ admittãt indiuiſus penitus ſibijpſi cõiunctus,& impmixtus plurimis,& q multiplicari penitus nequeat. Iſtud mirabiliter profecto intellexit cõmunis & noſter & noſtri præceptoris ad diuinam illuminationẽ eximius ductor,diuinis in rebus celeberrimus,lux mundi. Hæc eñ in ſuis

1. Cor. 8

ſanctis literis diuino ſpiritu afflatus ait. Nam ſiquidem ſunt qui dicuntur dij ſiue in cœlo ſiue in terra(ſicuti profecto ſunt dij multi & dñi multi)ſed nobis vnus deus eſt,pater,ex quo oĩa,& nos in ipſo:& vnus dñs Ieſus Chriſtus,per quem omnia, & nos per ipſum. Porro & in diuinis coniunctiones diſcretionibus excellunt ac præſunt,& nihilominus poſt vnius nuſquã procedentem ſingularemq; diſcretionem coniuncta diuina ſunt. Iſtas nos cõmunes atq; coniunctas deitatis totius diſtinctiones ſiue benignos proceſſus,ex diuinis nominibus eas in ſcripturis ſanctis exponentibus,pro viribus laudare conabimur. Cum iſtud (vt prædictum eſt) prius diffinierimus omnẽ beneficam dei appellationem in quacunq; diuinarum perſonarum ponatur, abſq; obſeruatione vlla,in tota ſimul accipi trinitate.

E

## Quæ ſit orationis virtus,de beato Hierotheo, & de reuerentia & conſcriptione theologica. Cap. III.

AC primum quidẽ perfectiſſimã, omniumq; dei proceſſuum interpretẽ boni appellationem intueamur ſi placet vbi primũ authorẽ boni,& ſupreme bonã trinitatẽ inuocauerimus,oẽs ſuas benigniſſime exponẽtẽ prouidẽtias. Oportet eñ nos votis inprimis ad ipſam veluti bonitatis principẽ prouehi,atq; e vicino diſcere benigniſſima illi inſita munera. Nam ipſa quidẽ adeſt oĩbus,non aũt illi adſunt omnia, vbi vero ipſam caſtiſſimis precibus,animoq; purgato & peruio,atq; ad diuinã idoneo coniunctionẽ inuocamus,tunc nos quoq; illi aſſumus. Ipſa nanq; neq; in loco ſic eſt vt vſquã abſit,ſeu ex alijs ad alia migret,imo etiam in rebus omnibus eam eſſe dicere,minus eſt q̃ vt colligatur infinitas illa quæ ſuper omnia eſt,& cũcta comprehẽdit. Itaq; noſipſos ad celſiorem diuinoꝶ clariſſimorumq; radioꝶ contuitum orationibus in primis comparamus. ¶Veluti ſi luci diſſima catena ex cœleſti ſummitate ſuſpenſa,& hucuſq; pertingẽte,nos ſemp eam manibus alternis in anteriora porrectis capiamus,trahere quidem ipſam videmur,re aũt vera non illam ipſi deducimus (quippe quã ſupra infraq; habeamus præſentem)ſed ipſi magis ad ſublimiores illuſtrium radiorum fulgores promouemur, aut certe quemadmodum ſi nauim ingreſſi rudentes ex ſaxo quodam ad nos vſq; porrectos teneamus, quippe quorum nitamur auxilio,non ſaxum ad nos,ſed noſipſos magis, nauimq; ad ſaxum promouemus. Sicut & contra,ſi qui maritinum ſaxum in naui ſtans percellere pergat, nihil quidem ſtans & immobile ſaxum violabit,ſed ſeſe potius ab eo magis arcebit', quantoq; in illud violentius impulerit,tanto ab eo longius repelletur. Quocirca ante omnem actum(& in theologia maxime)ab oratione inchoandum nobis eſt,non vt vbiq; & nuſquã præſentem virtutẽ attraham⁹, ſed vt memoria diuinarum rerum,atq; inuocationibus pijs noſipſos illi dedamus atq; iungam⁹.

F

Manuductio de catena, naui, & rudẽtib⁹

¶Atq; huius rei fortaſſis afferenda ſit ratio,cur cum eximius præceptor noſter Hierotheus theologica elementa mirabiliter profecto collegerit, nos(quaſi illa non ſufficiant) & alias alia, & præſens de theologia nunc opus conſcripſerimus. Nempe enim ſi ille omnes theologicos tractatus deinceps explicare voluiſſet, & expoſitionibus, vel ſuccinctiſſimis theologiæ totius ſummam explanaſſet, nunquam nos ad id inſaniæ vel ſtoliditatis veniſſemus, vt aut liquidius illo, ac diuinius arbitraremur eloquia ſacra penetrare poſſe, aut eadem bis dicendo ſuperfluo, caſſo labore ſudare vellemus. Præterea magiſtrum noſtrum & amicum violaſſe merito conuinceremur,



A

ſi nos poſt beatũ Paulum,illius eloquijs imbuti atq; inſtituti,ipſius celeberrimã & intelligẽtiam & expoſitionẽ nobis ipſis applicare ſtuderemus. Verum quia diuina ille exponẽs profecto gnauiter,& ſcite:breues nobis expoſuit,compẽdioſaſq; diffinitiõeſ:& quæ in vno multa cõprehenderẽt,præcipiens nobis idipſum ſtudij,prout poſſemus. Et quicunq; rudium adhuc magiſtri animaꝶ ad id nos ſunt adhortati,vt explicare,& enucleare oratione nobis cõgrua, breuia quæq; & ſingularia pergamus:q̇bus ſummi illius viri ſpiritalis virtus eniteat. Ipſe item ſæpenumero nos ad id hortatus es,librumq; ip̃m vt excellens quiddam remiſiſti. Eum igitur nos quoq; vt perfectorum,ſeniliumq; ſenſuũ magiſtrũ ijs aſſignamus,q celſiora capiũt,veluti ſecũda ſacra eloquia, & eoꝶ qui à deo vncti ſunt ſequentia. His vero q nobis ſimiles ſunt,nos diuina pro modulo noſtro trademus. Si eñ perfectoꝶ eſt ſolidus cibus,eo & alios paſcere quãtæ perfectionis eſt? ¶Recte itaq; diximus & hoc,per ſeipſam diuinoꝶ eloquiorum apertã contẽplationẽ,perſpicacemq; & cõſummatã diſciplinam,ſenilis eſſe virtutis. Porro ſermonum(qui ad id manuducãt) ſciẽtiam atq; diſciplinã:inferioris meriti p̃ceptoribus,diſcipuliſq; cõgruere. Atqui id q̃q; & q̇dẽ diligenter obſeruauimus,vt quæ diuinus ille pręceptor aperta expoſitione digeſſit,nequaquã attingeremus, neu eadem diceremus ad id explanãdum,quod de ſcripturis fuiſſet ab eo propoſitum. ¶Nãq; & apud ip̃os diuino ſpũ plenos pontifices noſtros,cum & nos (vt noſti)& plerıq; ex ſanctis fratribus noſtris ad contuendũ corpus illud quod authorem vitæ,deumq; cęperat,cõueniſſemus (aderat aũt & frater domini Iacobus & Petrus ſupremũ decus & antiquiſſimum theologoꝶ columẽ)

De augusta & ſacroſancta virgine Maria

B

vbi poſt contuitum placuit vt infinitę potentem diuinæ infirmitatis bonitatẽ pontifices laudarent omẽs,quiſq; pro captu ſuo. Ille deniq;(vt noſti)poſt apoſtolos:omnibus alijs laudatoribus, ſuperior erat,totus excedens, totus ſe deſerens, & eorum quæ laudabat conſortium patiens. Ab omnibus deniq; à quibus audiebatur & videbatur & agnoſcebatur & nõ agnoſcebatur afflatus deo,diuinuſq; laudator eẽ iudicatus eſt:ecquid ea tibi referre(quæ ibi ſacratiſſime ſunt dicta) cõtendimus? Nempe eñ (niſi mei oblitus ſum)ſcio me ſæpius partes quaſdam laudationũ illarum diuinaꝶ abs te accepiſſe,adeo ſtuduiſti diuina nõ perfunctorie in tranſituq; perſequi. ¶Enimuero vt quę illic myſtice ſunt dicta(vt quæ plurimis nequaq̃ perceptibilia,tibiq; notiſſima)prætermittamus,quando opus erat plurimis noſtræ fidei conſortium tradere,& q̃ multos poſſemus ad noſtram ſacroſanctam ſcientiã attrahere,multum ille cõpluribus ſanctorum doctoꝶ eminebat, & maturiore æuo,& munditia animi,& demonſtrationũ diligẽtia, & reliquis inſtitutionibus ſacris. Nunquam denique illuſtriorẽ ſolem offendimus,cui infigere conaremur obtutus. Ita eñ nobis ſumus cõſcij,nec ignoramus:vt neq; ſatis intelligere(quæq; diuinaꝶ ſcripturaꝶ intelligibilia) poſſumus:neq; arcana diuinæ cognitionis edicere,aut eloqui ſufficimus,longeq; à ſanctoꝶ virorum ſciẽtia:in exponẽda ſcripturaꝶ veritate inferiores ſumus. Ad hoc eñ prorſus p abundantẽ reuerẽtiam venimus,vt neq; audire omnino,neq; dicere aliq̇d de philoſophia diuina auderemus, niſi id inſediſſet animo,nõ oportere diuinaꝶ reꝶ ſciẽtiam pro captu noſtro negligere,idq; perſuaſiſſent nõ modo naturalia ſublimiũ animoꝶ deſideria,amatorie ſemp ambientia(quantam capere poſſunt)diuinaꝶ intelligentiã rerum. Veꝶ ipſa quoq; præſtãtiſſima legũ diuinarum inſtitutio,quæ ſupra nos ſunt(vt & quæ merita excellant noſtra, & penetrari à nobis nequaq̃ poſſint)

C

inquirere prohibens. Oĩa vero quę permiſſa nobis,& indulta ſunt,intente diſcere,atq; alijs benigne tradere admonẽs. His itaq; nos etiam obtemperãtes ad indaganda pro viribus diuina,nequaquam laceſſimus,aut trepidamus, eoſq; qui præſtantiora q̃ nos nequaq̃ valent intueri,abſq; auxilio deſeri nõ tolerantes ad ſcribẽdum deſcẽdimuu. Nihil q̇dem noui inferre p̃ſumentes: cæterum ſubtilioribus & per partes ſingulas appoſitis diſquiſitionibus(quæ cõpendioſe à vere Hierotheo ſunt dicta)diſtinguentes atq; exponentes.

## De bono lumine ſiue luce,pulchro,amore,extaſi,zelo,& ꝙ malum neq; eſt, neq; ex eo q̇d eſt,neq; inter ſubſtantias eſt. Pars prima. Cap. IIII.

AGe ergo ad ipſam iam boni appellationẽ pergamus explicandã,quam theologi peculiariter ſummę deitati ex oĩbus applicant,ipſam vt reor ſubſtantiam diuinã,bonitatem appellantes,& quia eoipſo quod eſt bonũ,vt ſubſtantiale bonũ: in oĩa quæ ſunt pertendit bonitatẽ. Nam quemadmodũ ſol iſte nõ cogitatione aut electione,ſed eo ip̃o quod eſt,illuminat oĩa q̃ pro modo ſuo participationẽ lucis admittunt,ita & ſummũ illud bonum ſolẽ ſuperãs(nõ ſecus ac obtuſam imaginẽ primitiua excellenter forma) ipſa ſua ſubſtantia oĩbus quæ ſunt pro captu cuiuſq; totius bonitatis inijcit radios. ¶Eoꝶ deniq; gratia,ſubſiſtũt intelligibiles omnes,ſpiritaleſq; ſubſtantiæ & virtutes atq; operationes:perq; eos ſunt & viuunt, vitamq; habent indeficientem & inuiolabilem: corruptione omni,& morte, & materia & generatione libere,omniq; inſtabili,ac fluxa,& alias aliter ſe habẽte mutatione longiſſime remote,ac p eos incorporales,atq; oĩ materia carẽtes intelligũtur:& tanq̃ ſpũs ſupra mundanum intelligũt modum,rerũq; rationes diuinis illuſtrationibus ſibi accõmodatis diſcũt. Et rurſus ad propinquiora & cognata,q̃ didicere tranſmittũt. Habẽt item ex bonitate conſtãtiam,ſedeſq; illis ac firmitas non

Manuductio de ſole

non aliunde eſt. Inde cōtinentur atq; ſeruātur, inde illis bonoꝝ refectio, ipſamq; appetētes, & vt D
ſint & bene ſint, habēt. Atq; ad illā ſeſe pro viribus formantes ipſius etiā bonitatis ſpeciem prę-
ferunt: & (vt diuina lex dictat) inferioribus, donoꝝ quæ ex ſummo bono proueniūt, conſortium
Liber de angelicis proprietatibus & ordinibus. tradūt. ¶Inde illis aſſunt mūdo ſuperiores ordines, cōiunctiones ad ſeipſas, mutuę in ſeinuicē pro
fectiones, incōfuſę diſtinctiones, & quæ inferiora ſuperioribus iungūt ſubuehendo virtutes. Inde
potiorum ad ſequentia prouidētia multiplex, propriaꝝ cuiuſq; virtutū conſeruationes, mutui in
ſeipſas & nunq̄ labētes circuitus, atq; circa ſummi boni deſideriū immutabilitates ac ſummita-
tes, & quæq; alia à nobis in libro de angelicis proprietatibus atq; ordinibus dicta meminimus.
Sed quæq; cœleſtis hierarchiæ ſunt angelicis, ſ. congruę luſtrationes, q̄ ſupra mundū ſunt illumi
nationes & quæcūq; angelicā totam pfectionē conſummāt: ex authore omniū, & principali bo
nitate proueniūt. Ex qua etiā illis boni indulta ſpecies eſt, & à qua vt in ſeipſis exprimerēt occul-
tam bonitatē, & eſſent angeli (veluti diuinū ſilentium enūtiantes & prominētes, quaſi lucida lumi
na eum qui in adytis eſt interpretātia) ſunt cōſecuti ſortem. ¶Poſt illos ꝗq; ſacroſanctos ſpūs a-
nimæ, & quæq; animaꝝ bona, p ſupremæ bonam conſiſtunt bonitatem, ꝙ ſcilicet intellectuales
ſunt, ꝗd habent ſubſtantialem, immortalemq; vitam, ꝗd ſunt & poſſunt ad angeloꝝ aſpirare vi-
tas: ac p illos veluti optimos duces ad bonoꝝ omniū principē bonitatē promoueri, atq; inde ma
nātium fulgoꝝ pro captu ſuo participes fieri: & deinde illis inſignis boni ſpecie cōſortes accede-
Liber de anima re (quātum ſuppetūt vires) & quæq; alia (in ijs quę de anima ſcripſimus) enumerauimus. ¶Sed &
de ipſis (ſi dicere fas eſt) irrationalibus animabus ſeu animalibus, vel quæ aerem findunt, vel quæ
ſupra humū incedūt, & q̄ in terram porrecta ſunt, & quę in aquis vitā acceperūt, vel quæ in ter-
ris & in aquis viuūt, & quæ ſub terra adoperta, & ruderibus prę́ſſa vitam agūt, & quę ſenſibilem E
animā aut vitā accepere, ea omnia p ipm bonum vt animarentur & viuificarētur, ſunt cōſecuta.
Plantæ item omnes, ex bono ipo nutritiuā, motabilemq; vitam acceperūt. & quæq; eſt anima &
vita deſtituta ſubſtātia, propter bonū ipm eſt per quod etiā ſubſtātialem accepit qualitatem. ¶Si
autem ſup oīa quæ ſunt, eſt (vt eſt profecto ſummū illud bonū) eius ꝗd eſt informę: forma for-
mans eſt, idq; in ſeipo ſolo, & eius ꝗd ſubſtātiam nō habet, ſubſtātiæ excellentia eſt, quodq; vitā
deſiderat, eminētiſſima vita: & quod mēte non nititur, ſuprema ſapiētia eſt: & quæq; in ipſo bo-
no, informium ipſoꝝ excellentiſſima forma ſunt. Et (ſi dicere fas eſt) bonum illud quod omnes
ſubſtātias ſuperat, ipſum quoq; quod nō eſt appetit, & ipm quodammodo in bono veraciter ſu
perſubſtantiali p omniū ablationē eſſe cōtendit. ¶Verum (quod nos in medio ferme oratiōis ef-
fugerat curſu) cœleſtiū quoq; principioꝝ & finium cauſa, bonum ipm eſt, cū neq; augeri, nec mi
nui poſſit illa ſubſtantia, neq; omnino variari. Motuum quoq; ſine ſono & ſtrepitu ſuas agentiū
vices, huius (ſi ſic dicere oportet) ampliſſimi cœleſtis itineris, ſydereorūq; ordinū decentiæ, & lu-
minum atque ſtabilitatum non aliunde cauſa eſt. Syderum etiam quorundam vt multiplex giret
Gene. 1. motus, duorumq; luminarium (quæ magna à ſcriptura appellantur) vt ex eiſdem ad eadem ſem-
per remeet circulus (quo ſyderum curſu dies noſtri ac noctes peraguntur, menſeſq; concludūtur
atq; anni: & quæ temporis & eorum quę ſunt in tempore orbiculares motus termināt, numerāt,
Lux ſiue lumen. ordinant, continent) cauſa à bono ipſo proficiſcitur. ¶Quid aūt de ipſo dicemus in ſe ſolari ra-
dio? ex ipſo nāq; bono lux eſt, & imago bonitatis. Idcirco lucis quoq; appellatione laudatur bo-
num: veluti in imagine expreſſa primitiua forma. Sicut enim tranſcendentis omnia deitatis boni- F
tas: à ſupremis, antiquiſſimiſq; ſubſtantijs ad extremas vſq; pertingit, & ſupra omnes eſt, cū neq;
ſuperiores ipſius attingant eminētiam, neq; inferiores (quin ab ipſa cōtineantur) effugiant: ſed il-
luminat quæ lucem admittūt oīa, & creat atq; viuificat, cōtinetq; ac perficit: menſuraq; ſubſi-
ſtentium eſt, & ſeculū, & numerus, & ordo, & cōtinentia, & cauſa atq; finis. Ita profecto & liqui-
da diuinæ bonitatis imago magnus iſte & plucidus, ſemperq; lucēs ſol pro exigua boni ſimilitu
dine: oīa q̄ haurire ipm poſſunt illuminat, habetq; lucē eminēter explicitā expandēs illam ſup
omnē hūc viſibilē mundū, ſupraq; atq; infra vibrans radios ſuos. Quos ſi ꝗd eſt ꝗd nō hauriat,
id nō aut imbecillitati aut breuitati luminoſę ipſius diſtributionis imputandū: ſed ijs quæ perci-
piendæ luci minus idonea ſunt, neq; ſe ad cōſortiū lucis extendūt. Cōplura deniq; iſtiuſmodi p-
trāſiens radius, cōtigua illis illuminat, nihilq; viſibile eſt, ꝗd ille nō penetret excellenti lucis ſuæ ma
gnitudine. Sed ad ipſam ꝗq; generationē ſenſibiliū corpoꝝ confert, ipſaq; ad vitā mouet & nu-
trit, & auget, & perficit, purgatq; & renouat, menſura ꝗq; & numerus eſt horaꝝ, dieꝝ, totiuſq; la
Gene. 1. bētis tēporis lux. Ipſa eſt eīm ea lux (etſi tūc erat informis ꝗd & diuinus Moſes ait) quæ primam
diſtinxit & diffiniuit dieꝝ noſtroꝝ trinitatem. ¶Et ſicuti oīa bonitas ad ſe cōuertit, & quę diſ-
perſa ſunt congregat veluti vnitatis author atq; vnifica deitas, omniaq; ipſam veluti principiū,
1. Coꝝ. 8 veluti continētiam, veluti finem deſiderant: bonumq; illud eſt (vt ſacra teſtātur eloquia) ex quo
ſubſiſtunt oīa: ſuntq; veluti ex abſolutiſſima cauſa producta, & in quo oīa cōſtāt, ac veluti in
omnipotente receſſu, præſidioq; ſeruantur. Et ad quod oīa cōuertuntur veluti ad ſuū quęq; fi-
nem, & ꝗd appetunt oīa: ſpiritalia quidem & rationalia, ſcienter & gnauiter: ſenſibilia vero, ſen-
ſibiliter atque carnaliter: quæ aūt ſunt ſenſus expertia, ingenito vitalis deſiderij motu, & quæ vita
carent,



A carent, ſolumq; ſunt, ſola aptitudine participandæ ſubſtantiæ. Iuxta eandem liquide imaginis ra-
tionem: lux quoq; ad ſe cogit oīa atq; conuertit, quæ vident quæ mouentur, quæ illuminātur,
quæ caleſiunt, quæq; omnino ab ipſius radijs continentur. Idcirco ſol quoq; Elios gręco vocabu
lo ex eo dicitur, ꝙ ſeruet inuiolata oīa, congregetq; diſperſa. Omniaq; ipm ſenſibilia appetunt
aut ſicut videre, aut moueri, & illuminari, & caleſieri, atq; omnino à luce contineri cupiētia. Neq;
id plane dixerim iuxta obſoletā vetuſtatis rationē, vt deus cū ſit ſol & mundanæ machinæ con-
ditor, viſibilem procurat peculiariter mundū, ſed ꝗd inuiſibilia dei à creatura mūdi per ea quæ fa Romanū. 1
cta ſunt intellecta conſpiciunt, ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. ¶Veꝝ iſta quidē in ſi- Liber ſignificatiuæ theologiæ
gnificatiua theologia plenius diximus, nūc boni illius intelligibilem à luce ductam appellationem
celebrare nos conuenit. Dicendum itaq; vt intelligibilis lux, bonū ipm dicitur, ꝙ omnē ſupercœ
leſtem ſpm ſpiritali impleat luce, omnēq; ignorantiā pellat, erroremq; abigat ex animabus (ꝗbus
ſeſe inſinuauerit) omnibus, eiſq; ſacræ lucis conſortiū tradat, ſpiritaleſq; illaꝝ oculos purget, ob-
ductamq; ignorantiæ caliginē tergat, & ingenti tenebrarum pondere obtuſos ac ferme cęcatos
renouet atq; excitet: tradatq; illis primū quidem exigui conſortia luminis, deinde (vbi ille deguſta
uere lucem, maioreq; eius tanguntur deſiderio) ſeſe eis magis infundat, & copia vberiore lucis in-
fulgeat, qa dilexerūt multum, ſemperq; eas in anteriora intendat, quantum aſpirare ad ea pro ca Luc. 10
ptu ſuo poſſunt. ¶Lux igitur intelligibilis dicitur bonum illud, omnē ſuperans lucem: vt princi-
palis radius & exuberans effuſio lucis omnem vel mūdo pręeminentem vel circa mūdum vel in-
tra mundū agentem ſpiritum ex ſua illuſtrans plenitudine, & ſpiritales ipſoꝝ totas renouans vi-
res, omneſq; tranſiliens & continēs: ꝙ ſuperne extenta ſit, & cunctis excellens, ꝙ ſupereminent,
B prorſuſq; omnē illuminantis virtutis ditionem (vt lucis princeps, omnēq; ſuperans lucem) in ſe-
ipſa comprehendēs & excellenter habens, ſpiritalia atq; rationalia omnia colligens, & immorta-
lia faciens. Nam ſicut ignorantia eos qui ſeducti ſunt, ſeparat: ita pſentia intelligibilis lucis eos q
illuminantur, colligit, coniungit ac perficit: atq; à multis, erroneiſq; opinationibus, ad id quod ve-
re eſt, conuertit, variaſq; viſiones (ſiue vt rectius loquamur phantaſias) in vnā veram & liquidā,
vnicamq; ſcientiam cogit, & vno atq; vniente lumine complet. ¶Bonum præterea iſtud vt pul- Pulchrum
chrum quoque à theologis ſanctis prædicatur, & vt pulchritudo, & vt dilectio, & vt diligibile, & Cantic. 5.
quæq; ſunt aliæ decentiſſimæ ſpeciei illius venuſtificę, plenæq; gratiaꝝ diuinæ appellationes. Por Pſal. 44
ro pulchrum & pulchritudo in cauſa ſuprema cūctaq; in vnum colligente, diſtinguēda nō ſunt. Hiere. 31
Iſta eīm in ſubſiſtentibus omnibus in participatiōes participantiaq; diuidimus: pulchrū eē dicē- Coloſſ. 3
tes quod ſit pulchritudinis particeps, pulchritudinē vero participationē venuſtificę pulchrorum Matth. 28
omnium cauſæ. Enimuero ſuperſubſtantiale illud pulchrū, pulchritudo quidem dicitur: propter
illam quam tradit ſubſiſtentibus omnibus (pro captu cuiuſq;) pulchritudinem: & vt author oīm
cōuenientiæ atq; claritatis lucis in morē, oībus ſpecificas principalis ſui radij diſtributiones in-
fulgens. Et veluti ad ſe oīa vocās (vnde etiā pulchritudo græco vocabulo calos à vocando di-
citur) & vt tota in totis ad vnū atq; idem colligens. Pulchrū vero & p oīa pulchrū, & ſupreme
pulchrū, ꝙ ſemp ſit ſecūdum eadem, & eodem modo pulchrū, & neq; oritur, neq; occidit, neque
augetur, neq; interit. Neq; hoc ꝗdem loci pulchrū, alibi vero deforme, neq; alias eſt: alias nō, ne-
C que ad aliud ꝗdem pulchrū, ad aliud vero eſt fœdū, neq; hic ꝗdem eſt, ibi vero nō eſt: quaſi qui-
buſdam ſit pulchrum, alijs non: ſed vt ipm in ſeipſo, atq; ſecum vniforme ſemper eſt pulchrū: &
vt pulchri omnis principalem pulchritudinē excellentiſſime in ſeipſo ante oīa habēs. Simplici
etenim & præexcellenti pulchroꝝ omnium naturæ: pulchritudo omnis atq; omne pulchrū vni-
formiter ſecundum cauſam præadeſt. ¶Ex hoc ꝗq; pulchro ijs quæ ſunt omnibus, prouenit: vt
ſint pro modo ſuo pulchra ſingula, efficitq; pulchrū iſtud: rerum omniū congruentias, & amici-
tias ac ſocietates, pulchroq; iſto coniungūtur oīa, initiumq; omnium id eſt veluti effectiua cau
ſa, & mouens oīa, & continēs amore pulchritudinis propriæ, finiſq; eſt omniū, & diligibile vt
finalis cauſa (pulchri eīm gratia oīa fiunt) & exēplar, quia iuxta id diffiniuntur oīa. Quocirca
pulchrū idem eē quod bonū, perſpicuū eſt. Pulchrū eīm & bonū per omnes cauſas cūcta deſide-
rant, neq; eſt aliquid in ſubſtātijs reꝝ quod pulchri & boni non ſit aliquatenus particeps. Et illud
item dicere differendo pſumimus: id quoq; ꝗd non eſt, pulchri & boni particeps eē. Tunc eīm &
ipm pulchrū eſt ac bonū, cum in deo p omniū priuationē ſupſubſtātialiter celebrat. ¶Iſtud vnū
bonum atq; pulchrū: omniū multoꝝ, pulchroꝝ ac bonoꝝ eſt ſingulariter cauſa. Ex hoc eorum
quæ ſunt, ſubſtantiales eſſentiæ ſunt, coniunctiones, diſcretiones, identitates, alteritates, ſimilitudi-
nes, diſſimilitudines, ſocietates, fœderaq; contrarioꝝ: & eoꝝ quæ vniuntur incōfuſæ diſtinctio-
nes, ſuperiorum prouidentiæ, æqualium alternę adinuicem vicitudines, conuerſiones inferiorum,
omniumq; ſuimet ipſoꝝ ſeruatrices atq; immobiles manſiones, ac ſedes, rurſuſq; omniū in oī-
bus pro ſinguloꝝ modo ſocietates & congruentiæ, inconfuſæq; amicitiæ & cōueniētiæ vniuerſi,
& quæ in mundo ſunt contēperantiæ, indiſſolubileſq; reꝝ cōtinentiæ, indeficiētes naſcentiū ſuc-
ceſſiones, ſtatus oēs, atq; motus ſpirituū, aīaꝝ, corpoꝝ. Status eīm eſt oibus ac motus, ꝗd ſup ſta-
tum omnē, omnēq; motum vnūquodq; in ſuijpſius ratione firmat, & agit ad propriū motum.
¶Ex

D

Circularis ſpirituum motus. Rectus motus. Reflexus motus. Circularis aiæ motus.

¶Et moueri ſane altiſſimi illi dicuntur ſpũs circulariter quidẽ, dum æternis illis principio ac fine carentibus, pulchri ac boni fulgoribus coniunguntur. Per rectã vero lineam, quãdo ad inferiorũ prouidẽtiam prodeunt, recta omnia peragentes. Reflexe aũt, quia & inferiorꝝ prouidẽtiam agentes in ſua identitate nuſquã diſcedendo perdurant, circa identitatis authorem pulchrũ ac bonum indeſinenter choræam ducentes. Porro animæ quidẽ motus circularis, ingreſſus eſt in ſeipſam ab exterioribus omnibus ſpiritaliumq́; ſui virium vniformis glomeratio, veluti in orbe quodam ei vt nuſquã oberret largiens, eamq́; ab extimis erroribusq́; plurimis conuertens & colligẽs: primũ in ſeipſam, deinde vt vniformem effectã ſingulariter coniunctis virtutibus iungens. Atq; ita ad pulchrum illud & bonũ ducens, quod ſuper omnes ſubſtãtias eſt, vnum atq; idem, principioq́; & fine carens.

Motus obliquus aiæ. Motus aiæ rectus.

Oblique vero mouetur anima, inquantum ſibiipſi conuenienter diuinas notiones non ſpũaliter & ſingulariter, verũ rationaliter & latius ac veluti ꝑmiſcuis tranſitorijsq́; actionibꝰ haurit. Recta vero linea mouetur, cum nõ in ſe ingrediens, neq; ſingulari ſpũs effectu acta (hoc enim eſt, vt dixi, in orbem moueri) ſed ad ea quæ ſunt circa ſe prodiens, ab exterioribus veluti à quibuſdã ſignis varijs ac multiplicibus, ad ſimplices atq; coniunctas intelligẽtias promouetur.

¶Harꝝ itaq; etiam ſenſibilium in mundo iſto trium motionũ, & multo prius cuiuſq; manſionũ, ſtatuumq́; ac firmitatũ, cauſa eſt & continens, & finis pulchrũ ipſum atq; bonũ, quod ſupra omnium ſtatũ omnemq́; motũ eſt, per quod ſtatus omnis atq; motus ẽ, & ex quo, & in quo, & ad quod, & cuius gratia ſunt omnia. Ex ipſo nanq; & per ipſum & ſubſtãtia & vita omnis eſt, & ſenſus & animæ naturæq́; omnis decremẽta, æqualitates, augmenta: menſuræ omnes & proportiones rerꝝ & congruentiæ & contemperamẽta, integritates, partes, totum, vnũ atq; multitudo: colligationes partium, omnes multitudine coniunctiones, integritatũ perfectiones, quale, quantum, quotum, infinitũ: comparationes, diſcretiones, infinitas omnis, omnis finis, termini omnes, ordines, eminẽtiæ, elemẽta, ſpecies, omnis ſubſtãtia, omnis virtus, omnis operatio, omnis habitus, omnis ſenſus, ſermo oĩs, omnis intelligentia, tactus oĩs, omnis ſcientia, oĩs vnio, ſimpliciterq́; omne E quod eſt ex pulchro & bono, & in pulchro & bono, & ad pulchrũ bonumq́; conuertitur. Et oĩa quæcunq; ſunt & fiunt, ob pulchrũ & bonũ ſunt fiunt, ipſumq́; aſpiciunt oĩa, & ab ipſo mouent atq; continẽtur, & ipſius gratia, & per ipſum, & in ipſo eſt principium omne à quo exempla dicuntur, principium conſummãs, efficiens, formaleq́; atq; materiale. Prorſusq́; omne principiũ, continẽtia omnis, oĩs finis: ſiue (vt perſtringam breuiter) omnia quæq; ſunt, ex pulchro & bono ſunt: & ꝗ nõ ſunt, omnia superſubſtãtialiter in pulchro ſunt & bono: eſtq́; ipſum initium omniũ & finis, omne principium, omnemq́; ſuperãs finem: quia ex ipſo & per ipſum & in ipſo atq; in ipſum omnia ſunt, vt ſacra teſtantur eloquia.

Roma. 11. Amor.

¶Omnibus igitur eſt pulchrũ ac bonũ deſiderabile & amabile ac diligibile, & per ipſum atq; ipſius gratia, & inferiora conuerſionis ratione pręſtantiora amant, & paria ſocialiter æqualia diligũt, & præſtãtiora minoribus prouidẽdo amore iunguntur, & ipſa ſe amãt, ſingula ſuæ ratione continẽtiæ, & oĩa quæcunq; faciunt & volũt, pulchri & boni deſiderio & faciunt & volũt. Conſidẽter id quoq; veriſſima ratione dicemus, ꝙ ipſe quoq; author omniũ pro bonitatis magnitudine oĩa amat, oĩa facit, oĩa perficit, oĩa continet, cõuertitq́; oĩa. Eſt etiam & diuinus amor bonus & boni & propter bonũ. Ipſe eñ author beneficus entium amor (cũ antea in bono excellẽter eſſet) nequaquã *ipſum in ſeipſo manere infœcundum permiſit, ſed ipſum ad operãdum mouit per excellẽtiam cũcta gignentem

bonum

¶Et nemo nos arbitretur ꝑter ſcripturæ ſacræ authoritatem, amoris cognomẽ introducere. F Eſt eñ (vt reor) perquàm ſane irrationabile atq; peruerſum, non vim inſpicere ac ſenſum, ſed affigi dictionibus, idq́; fuerit hominũ non plane diuina intelligere cupientium, ſed ſimplices captãtium ſonos, eoſq́; aure tenus ita continẽtium vt ad intima nequaq̃ penetrare permittãt, nec ſcire volentium quidnã huiuſmodi ſignificet verbũ & quomodo oporteat illud per alia æquiualẽtia & planiora verba declarari. Affigũtur eñ elemẽtis & literis haud intelligẽtiæ peruijs, & ſyllabis ac verbis ignotis neq; animæ ſuæ intelligẽtiam penetrantibus, ſed extra circum labia & aures perſtrepẽtibus, quaſi non liceat quaternarium numerꝝ per bis duo ſignare, aut ſimplices lineas per lineas rectas exprimere, ſiue maternã humũ per patriam exponere, ſeu aliud quodlibet ex his quæ in plurimis orationis partibus tantundem ſignificãt. ¶Sciendum eñ eſt iuxta rectã rationem, ꝙ elemẽtis & ſyllabis & vocabulis & ſcripturis & ſermonibus vtimur ſenſuum gratia. Vbi vero anima noſtra ſpiritalibus actionibus ad intelligibilia moueri iam cœperit, ſuperflui iam ſunt cũ rebus ſenſibilibus ſenſus. Quemadmodũ etiam ſpiritales virtutes vacare dicũtur, quãdo anima diuina ſpecie dignata, per ignotam coniunctionem inacceſſibilis lucis radios luminum (nequaq̃ ſenſibilium) iactibus hauſerit. Cum vero mens noſtra per ſenſibilia agi ad intelligibiles ſtuduerit motus, illi prorſus in honore ſenſus præferũtur, qui liquidius noſtram intelligẽtiam adiuuant, quemadmodũ & apertiores ſermones & quæq; ſunt ex viſibilibus clariora: quippe ſi obſcura ſunt quæ adiacent ſenſibus, ne ipſi quidem animo rite ſuggerere ſenſibilia poterũt.

Prouerb. 4

¶Sed eñ ne iſta dicere videamur vim ſcripturæ ſacræ inferentes, audiant illam qui amoris vocabulũ in ius trahunt: Ama illam (inquit) & ſeruabit te: circunda illam tibi, & exaltabit te: honora illam, vt complectatur te: & quæq; alia in ſacris



A ſacris literis amatoria celebrantur. Atqui viſum eſt pleriſq; ex tractatoribus noſtris diuinius eſſe amoris quàm dilectionis nomen. Scribit enim & diuinus Ignatius: Amor meus crucifixus eſt. Et in primis ſcripturarum inſtitutionibus quendam de ſapientia diuina dixiſſe comperies, amator factus ſum formę illius. Nõ ergo metuamus hoc amoris nomẽ, neque nos vllus perturbet ſermo, terroreve concutiat. Mihi enim videntur theologi, commune quidem arbitrari dilectionis & amoris nomen. Cæterum idcirco diuinis magis verum amorem aſſignare, vt huiuſmodi hominum ſtultam præſumptionem feriant. Conuenientiſſime eñ cum verus amor non à nobis modo, verum & à ſcripturis ipſis celebretur, turbæ nequaquam capientes vniforme illud amatoriæ in deo appellationis, pro infirmitate ſua ad diuiduum, & corporalem, diuiſumq́; delapſę amorem ſunt: qui verus amor profecto non eſt, ſed imago potius, ſeu magis à vero amore prolapſio. Eſt eñ incapax multitudini, vnicũ illud & ſingulare diuini atq; vnius amoris. Quocirca (vt q̊d videatur multis ingratius nomen) in diuina ſapientia ponitur, ad eos ſubuehendos atq; intendendos ad veri amoris ſcientiam, & vt eo errore liberentur. In nobis autem rurſus (vbi craſſiores quiq; obſcenum aliquid opinari poſſent) honeſtiore (vt videtur) vocabulo ſcriptura vtitur. Cecidit enim (ait quidam) dilectio tua ſuper me, ſicut dilectio mulierꝝ.

Diuinꝰ Ignatius in epiſtola ad Romanos. Sapiæ. 8

2. Reg. 1.

¶Et id tamen apud eos qui diuina recte audiunt, tantundem valet, neque à theologis differenter ponitur dilectionis & amoris nomẽ, quando illi diuina exponere pergunt. Eſtq́; hoc virtutis cuiuſdam vnificæ & connexiuę & diſtinctæ atq; inconfuſæ, adunatiuę, quæ in pulchro & bono propter pulchrum & bonum antea ſubſtitit, & ex pulchro & bono, pulchri & boni cauſa emanat ad nos, continetq́; æqualia, ſociali inuicem connexione, & priora ad inferiorum prouidentiam mouet, inferioraq́; ſuperioribus B conuerſione firmiter iungit.

Ecſtaſis.

¶Eſt autem mentis ſeceſſum, ecſtaſimq́; faciens diuinus amor, amatores ſui iuris eſſe non ſinens, ſed in ea quæ amant penitus transferens. Idq́; indicant ſuperiora quidem, quæ inferiorum ſeſe prouidentiæ deuouerunt. Aequalia vero, ꝙ ſe mutuo continent, inferiora porro, quia ad prima diuiniore conuerſione contendunt. Idcirco & Paulus ille magnus cum diuino amore flagraret, exceſſiuæ illius virtutis particeps factus, Sacro ore viuo, inquit, iam non ego, viuit vero in me Chriſtus, tanquam verus amator mentis exceſſum patiens (vt ipſe ait) deo viuens, & non ſuam, ſed amatoris vitam vt valde diligibilem.

Gala. 2 Sacra Pauli pietas.

¶Audebimus & id pro veritate loqui, ꝙ ipſe quoq; author omnium, pulchro & bono amore omnium pro amatoriæ bonitatis magnitudine extra ſe fit, ad omnia quæ ſunt, prouidentiæ multiplicis pertingendo ratione, & veluti bonitate ac dilectione & amore mulcetur, & ex ſupremo illo ſtatu (quo ſupra omnia & ab omnibus exceptus eſt) ad id vt inter omnia ſit excedente illa ſuperſubſtantiali virtute ſua (qua nuſquam ab ſe progreditur) ſemet demittit. Quocirca zeloten illum hi qui diuina probe callent, appellant, vt vehementem ad ea quæ ſunt clementer amanda, & vt ad zelum excitantem amatorij ipſius deſiderij, & vt ipſum quoque amoris deſiderium appetibile monſtrantem (per quem & quæ deſiderantur ſunt expetẽda) & vt qui eorum (quæ prouidentia reguntur) zelotes ſit, eaq́; pariter illi in amore ſint, prorſusq́; pulchri & boni eſt, vt ſit amabile, atque amor, & in pulchro ac bono ſedem antea fixit, & pulchri & boni gratia eſt & ſit.

Zelus. Exodi. 20

C ¶Quid autem ſibi volunt theologi, qui aliquando amorem *ipſum ac dilectionem vocant, aliquando vero amabilem ac diligibilem dicunt? Alterius nempe author & veluti productor & genitor, alter vero ipſe eſt, atque altero quidem mouetur, altero autem mouet, ſiue quia ipſe ſuiipſius & ſibiipſi prouocator ac motor eſt. Hinc diligibilem quidem ipſum atque amabilem vocant, vt pulchrum atq; bonum, amorem vero rurſus vocant ac dilectionem, vt qui ſit mouens ſimul & vt prouehens virtus ad ſeipſum, quod ſolum ipſum, per ſe pulchrum ac bonum eſt, & veluti qui ſit ſuimet per ſeipſum expreſſio, & eximiæ illius coniunctionis benignus proceſſus, atq; amatorius motus, ſimplex ſe mouens, per ſe operans, qui ante erat in bono, & ex bono ſubſtantijs emanans, ac rurſus ſe ad bonum conuertens, in quo quidem ꝙ fine careat atq; principio diuinus amor, excellenter oſtendit, veluti circulus quidam ſempiternus, propter bonum, ex bono in bono, & ad bonũ certa & nuſquã oberrante glomeratione circuiens, & in eodẽ ac ſecundũ idem, & procedens ſemper & manẽs ac remeans. Iſta & inclytus noſter in ſanctis literis inſtitutor, in amatorijs hymnis, diuinis afflatibus expoſuit, quæ profecto in memoriam reuocare nõ indignũ fuerit, & veluti ſacrum quoddã caput noſtro de amore ſermoni inſerere.

deum

Liber diuinorꝝ hymnorꝝ Hierothei.

Hierothei ſanctiſſimi ex amatorijs hymnis. Cap. IIII. Pars ſecunda.

AMorem, ſiue diuinum, ſiue angelicum, ſiue ſpiritualem, ſiue animalem, ſiue naturalem dixerimus, *inſitiuam quandam intelligamus, commiſcentemq́; virtutem, ſuperiora quidem mouentem ad inferiorum prouidentiam, æqualia vero rurſus ad ſocialem ſui inuicem communionem, ac poſtremo loco inferiora vt ad potiora & ſublimiora conuertantur adigentem.

coniunctiuam

Eiuſdem ex eiſdem amatorijs hymnis. Cap. IIII. Pars tertia.

QVoniam plurimos amores ex vno profluentes diſpoſuimus, diximuſq́; deinceps cu- D
iuſmodi ſunt mūdanorum,eorumq́;(qui ſupra mundum ſun t) amorum cognitiones
ac virtutes.Quibus ſupereminent(iuxta aſſignatam orationis intentionē) ſpiritalium
atq; intelligibilium amorū ordines atq; diſtinctiones,poſt quas qui per ſe intelligibi-
les ſunt ac diuini,pulchri ibi veraciter amores antiſtant,& à nobis pro viribus, proprie ſunt ce-
lebrati.Nunc rurſus reſumentes omnes in vnū & conglobatum amorē, ipſorumq́; omnium pa
rentem colligamus ſimul,atq; congregemus,ex multis primū in duas omnino ipſum contrahen
tes amatorias vires, ex quibus obtinet, atq; dominatur omnibus cauſa illa abſolutiſſima amoris
omnis,omnia longe antecellens,& ad quam intenditur pro modo cuiuſq; ſubſtātiæ amor ille in
teger atq; vniuerſus, qui ex his quæ ſunt omnibus naſcitur.

## Eiuſdem ex eiſdem amatorijs hymnis. Cap. IIII. Pars quarta.

AGe itaq; & has rurſus in vnum colligētes dicamus, vt vna quædam eſt ſimplex virtus
ſeipſam mouens ad inſitiuam quandā concretionē ex ſummo bono ad extremam
vſq; ſubſtātiam,à qua rurſus deinceps per omnia ad bonū ipſum, ex ſeipſa & per ſe-
ipſam & in ſeipſa ſeipſam circuiens, atq; in ſeipſam ſemper eodem modo remeans.
Hactenus ex diuino Hierotheo. De malo.
¶Atqui dixerit quiſpiam,ſi omnibus & pulchrum & bonū amabile eſt & deſiderabile ac diligi-
bile(deſiderat enī ipſum & quod non eſt,vt antea diximus,& in ipſo ferme eſſe contendit,ipſumq́;
eſt quod ſpeciem etiam informibus facit & in ipſo etiam quod non eſt ſuperſubſtantialiter dici-
tur & eſt)quo modo dæmonū turba pulchrum ac bonū non deſiderat? ſed affixa materiæ,& cir
ca bonū expetendū angelica identitate delapſa,malorū omnium cauſa & ſibiipſi, & alijs(quæq; E
malitiæ dederunt manus) eſſe dicitur? Quo item pacto cū ex bono deducta ſit dæmonica co-
hors,boni ſpeciem nequaquā præfert? Aut quomodo bona ex bono facta, mutata eſt? & quid
eſt quod ipſam efficit malam? & omnino quid eſt malū? & ex quo initio ſubſiſtit, & in qua ſub-
ſtantiarū eſt? & qua ratione qui ſumme bonus eſt, ipſum producere voluit,vel ſi voluit,potuit?
& ſi alia ex cauſa dicitur malum,quænam alia his quæ ſunt, præter ſummum bonum eſt cauſa?
Venatio mali.
Quomodo vero prouidētia cum ſit,malum eſt,aut omnino ſit,aut certe non tollitur? & quo pa
cto ipſum,aliquid ex his quæ ſunt(bono omiſſo)deſiderat? ¶Iſta quidem forte dicturus eſt quiſ-
piam huiuſmodi dubitationibus motus, at nos contra orabimus vt in rerū aſpiciat veritatem.Ac
Malum ex bono nō ē.
primū quidē iſtud conſidēter dicemus, ꝙ malū ex bono nequaquā eſt, & ſi ex bono ſit, malum
profecto non eſt.Neq; enī proprium eſt ignis refrigerare,neq; boni non bona producere. Et ſi
Malum nō eſt ex malo
quæ ſubſiſtunt,omnia ex bono ſunt,natura eſt enī bono, producere atq; ſeruare, malo aūt,cor-
rumpere ac perdere.Nulla igitur ſubſtantia ex malo eſt,neq; quidē ex malo ipſum erit malum,ſi
quidē ſibiipſi ſit malum.Quod niſi ita ſit,malum non omnino erit malū,ſed boni quandā ſecū-
Malū inter ſubſtantias non eſt.
dum quam ſubſiſtat,habebit portionē.Et ſi quæ ſunt pulchrū,bonumq́; deſiderant,& oīa quæ-
cunq; faciunt propter id quod videtur bonū faciunt,omniſq́; ſubſtātiæ deſtinatio principiū ha-
bet,ac finem bonū illud(neq; enī quicquā mali naturā aſpiciens,ea facit quæ facit)quo modo er
go erit inter ſubſtantias malum? aut quo pacto ſubſtantia eſt,cū ſit iſtiuſmodi bono appetitu de F
ſtitutū? Et ſi quę ſunt,oīa ex bono ſunt,bonumq́; ipſum oīa ſuperat,eſt quidē in bono & quod
Simplr ens.
non eſt*ſubſtātia.Malum vero neq; ſubſtantia eſt(alioquin non omnino malū eſt)neq; nō ſub
ſtantia eſt,nam nihil erit quod omnino ſubſtātia non ſit,niſi in ſummo bono per ſubſtantiæ ſu
perexceſſum dicatur.Igitur bonū quidem erit longe prius,& eo quod ſimpliciter eſt, & eo quod
Obiectiōes ꝙ ſit malū.
non eſt,atq; excellentius fixum. Malum vero neq; in his quæ ſunt eſt,neq; in his quæ non ſunt,
ſed ipſo quoq; quod non eſt,à bono alienius eſt malum,multoq́; à ſubſtantia remotius. ¶Vnde
ergo malum eſt dicet quiſpiam? niſi enī ſit malum, virtus & vitium idem erit, omniſq́; virtus,
ipſum erit quod tota vitioſitas,& quæ particularis eſt virtus, hoc erit quod vitium itidem parti-
culare,aut neq; quod virtuti aduerſatur,erit malum,atqui contraria caſtitati luxuria eſt,iuſtitiæq́;
iniuſtitia,neq; profecto dixerim,iuſtum & iniuſtū, caſtumq́; & luxurioſum idem eſſe. Verum &
antequam foris appareat virtutis aduerſus improbitatem diſſidentia, in ipſa longe prius anima
prorſus diſtant à virtutibus vitia,perturbationeſq́; contra rationem rebellant, atq; ex his neceſſe
eſt dare aliquod contrarium bono,malū.Neq; enī ſibiipſi aduerſatur bonū, ſed veluti ex vno ini
tio vnaq́; cauſa genitum,ſocietate & coniunctione & amicitia gaudet,& neq; minus bonū,maio
ri contrarium eſt,quia nec minus calidum aut frigidū,amplius calido aduerſatur,aut frigido. Eſt
igitur inter ſubſtantias atq; ſubſiſtit,oppoſitumq́; aduerſatur bono malū, & ſi corruptio ſubſtan
tiarum eſt,non id excludit à ſubſtātia malum,ſed erit ipſum quoq; ſubſtātia, & ſubſtantias gene
Malū nihil producere
rans.An vero non ſæpe alterius corruptio,alterius generatio ſit? eritq́; malū ad totius perfectio-
nem conferēs,atq; vniuerſo(ne imperfectum ſit)per ſeipſum præſtans. ¶Dicet ad hæc vera ra-
tio, malum qua parte eſt malum, nullam ſubſtātiam aut generationem facere, ſolumq́; violare
atq; corrumpere(quoad in ipſo eſt) ſubſtantiam rerum. Quod ſi quis ipſum dicat generationis
authorem, ꝙ alterius corruptione alteri generationem largiatur, Reſpōdebimus veriſſime, ꝙ nō
qua



A qua parte corrumpit,tribuit generationē,ſed qua corruptio & malum eſt,corrumpit ac violat ſo
lū,generatio vero atq; ſubſtātia, propter bonū ſit,& erit malū ex ſe quidē corruptio,generatio-
nis aūt efficiens propter bonū.Et qua parte quidē eſt malum,neq; ſubſtantia eſt, neq; ſubſtan-
tiarum efficiens,propter bonum aūt & ſubſtantiam,& bonum & bonorū efficiens erit, imo ve-
ro neq; erit idem in eodem & bonū & malum, neq; erit eiuſdem corruptio & generatio eadem
ſecundum idem virtus,neq; ipſa virtus aut ipſa corruptio.Quod enī ipſum malum eſt,neq; ſub-
ſtantia,neque bonū,neque generans,neque ſubſtantiarū aut bonorum efficiens eſt. Bonum vero
quibuſcunq; ſe perfecte inſinuauerit,perfecta facit & mera atque integra bona,quæ vero minus
ipſi participant, per defectū boni & imperfecta ſunt & mixta bona. Neq; eſt oīno malum neq;
bonū,neq; beneficum,ſed quod magis aut minus appropinquat bono,pro modo ſuo erit bonū.
Nam quæ per omnia pergit perfecta bonitas, non ad eas ſolum quæ circa ſe ſunt eximie bonas
ſubſtātias penetrat,verum ad extremas quoq; pertingit,alijs penitus præſens, alijs inferiore mo
do,atque alijs in fine,vt ſingula capere poſſunt,atq; alia omino participant bono, alia vero ma-
gis eo,minuſve priuata ſunt,alia autem perexiguam habent participationem, atque alijs extre-
mo modo adeſt bonum.Nam niſi pro captu cuiuſq; ſingulis adeſſet bonum,auguſtiſſima quęq;
& antiquiſſima extremorum profecto tenerent ordinem, & qui fieri poſſet, vt vno modo om-
nia bono participarent,cum non ſint idonea omnia ad eius participationem exactiſſimā proue
hi? At nunc iſta eſt excellens magnitudo virtutis boni,ꝙ ea quoque quæ priuata ſunt,& ſuiipſius
priuationem ſuſtentat,vt integre ad ipſius participationem admittantur,& ſi confidentius aſti-
B pulari oportet veritati,etiam quæ illi repugnant,ipſius virtute & ſunt & repugnare poſſunt.
¶Imo vt breuius loquar,quæ ſunt omnia,inquantū ſunt & bona,& ex bono ſunt: inquantū ve-
ro priuata ſunt bono,neque bona ſunt,neq; ſubſiſtunt. Nam ſub alijs quidē affectionibus ſubſi
ſtunt,puta calore aut frigore,vt quæ calefacta ſunt,perſtant etiam vbi ea deſeruerit calor,& vitæ
ac ſenſus pleraq; expertia ſunt. Et ſubſtantiam ſupereminet deus, & eſt ſuperſubſtantialiter
atq; ſimpliciter.In alijs quidem omnibus iam aliquanto labeſſente,neque omnino indito habitu,
ſubſtantiæ ſunt & ſubſiſtere poſſunt.Quod autem per omnē modum bono priuatum eſt, nuſ-
quā nequaquā,neque fuit,neque eſt,neque erit,neque eſſe poteſt.Verbi gratia,Impudicus etſi per
irrationabilem concupiſcentiam bono priuatus eſt,in eo quidem non eſt, neque concupiſcit ea
quæ ſunt,iuxta tamen ipſam coniunctionis atque amicitiæ vel tenuem imaginem,eſt particeps
boni.Et ira item boni eſt particeps ex ipſo motu,quo appetit quæ videntur mala ad id quod vi
deatur bonum dirigere atque conuertere.Et ipſe qui deterrimam appetit vitam(vt qui omnino
vitam deſideret,etiam quæ ſibi videatur optima)ex eo ꝙ deſiderat,vitamq́; deſiderat,& ad opti-
mam aſpicit vitam,boni eſt particeps.Et ſi omnino ſuſtuleris bonū,neque ſubſtantia erit, neque
vita,neque deſiderium,neque motus,neq; aliud quicquā. ¶Itaq; & ꝙ ex corruptione ſiat gene- Manuductio ex morbo.
ratio,non eſt mali virtus,ſed minoris boni præſentia. Sicuti & morbus defectus eſt ordinis, non
omnis,nam ſi hoc ſit,neq; morbus iſte ſubſiſtet. Manet autē & eſt morbus ſubſtantiam habens
minimum ordinem,& in ipſo fere ſubſiſtens.Nam quod eſt omnino expers boni,ipſum neque
eſt,neque inter ſubſtantias eſt.Quod autem mixtum eſt in rebus,boni cauſa ſecundū id quoque
C inter ſubſtantias eſt,atq; ſubſiſtit,inquantū eſt particeps boni,imo vero quæ ſunt omnia, in tan
tum magis minuſve erunt,inquantū ad boni cōſortium accedūt. Nam & in eo quod eſſe ipſum
eſt,quod nuſquā,nulloq́; modo eſt,ne erit quidē.Quod autē alicubi eſt,alibi vero nō eſt,inquan
tum quidem ab eo quod ſemper eſt decidit,non eſt:inquantū vero vt eſſet accepit,in tantum eſt,
& eo ipſo id totum quicquid ipſius eſt,& etiam quod ipſius non eſt,tenetur atq; ſeruatur. Nem
pe malum id quidē quod bono penitus excidit, neque inter magis neque inter minus bona erit.
Quod aūt alicubi bonū,alibi non bonum eſt, aduerſatur quidē bono cuidam, non autē integro
& abſoluto bono,teneturq́; & ipſum participatione boni,ſubſtātiamq́; addit bonū ipſum etiam
priuationi ſuæ aliqua participatione ſui.Nam ſi bonū prorſus abſcedat, neque omnino bonum
erit,neque mixtū,neque ipſum malū.Nam ſi malum,imperfectū eſt bonū,per vniuerſam abſen
tiam boni,& imperfectū & perfectū aberit bonū,tuncq́; ſolum erit atque apparebit malum, cum
alijs quidē eſt malum quibus aduerſatur,ab alijs vero tanq̄ bonis exceptum eſt.Pugnare enim
ad inuicem eadem ſecundū eadem in omnibus,poſſibile non eſt. Non igitur ſubſtantia eſt ma-
lum.¶Sed neque eſt in ſubſtantijs malum. Nam ſi quæ ſubſiſtunt, omnia ex bono ſunt,& in Item malū in entibus non eſſe.
omnibus ſubſtantijs eſt,& omnia continet bonum:non igitur erit malū in ſubſtantijs,aut in bo-
no erit malum.Atqui in bono non erit,quippe neque in igne frigidū eſt.Neq; quidē erit malum
eo ipſo ꝙ bonū efficit malū.Si igitur erit,quomodo erit in bono malū? Siquidē ex bono eſſe di-
catur,ineptū ſimul id eſt & impoſſibile.Neq; enī poteſt(ait veritas)arbor bona fructus malos fa Matth.7
cere:neq; item econuerſo.Si aūt ex ipſo non eſt, ex alio profecto principio & alia ex cauſa erit
ſi eſt.Nam aut malū ex bono erit, aut ex malo bonū, aut(ſi & idipſum poſſibile non eſt)ex alio
initio & cauſa erit & bonū & malum.Nulla enī dualitas principium eſt,vnitas vero dualitatis erit
initium,ac fieri non poteſt,vt ex vno atq; eodem duo penitus contraria prodeant,& vt ſit ipſum
e 2 principiū

D
principium non ſimplex & ſingulare,ſed diuiſum & præferens dualitatem,cõtrariumq́; ſibiipſi
atq; immutatũ.¶Nempe neq; duo rerũ contraria principia eſſe poſſibile eſt,& ea in ſe mutuo &
in mundo eſſe repugnantia.Nam ſi hoc detur,erit deus quoq; non exors difficultatis atq; mole
ſtiæ,ſiquidẽ ſit aliquid quod ipſum quoq; perſtringat, deinde cuncta erũt inordinata,ſemperq́;
pugnantia, cum certe bonũ ipſum, quæ ſunt omnia amicitiæ fœdere copulauerit,ipſaq́; pax &

*Ephe.2. Hebr.13*

pacis largitor celebratur à theologis ſanctis. Quocirca & bona oĩa amicitiæ nectuntur fœde-
re,ſibiq́; conſentiunt,vna ex vita progenita,atq; ad vnũ compacta bonũ,& placida atq; ſimilia

*Ex deo nec in deo eſſe malum.*

& pari appellatione coniuncta.Itaq; non eſt in deo malum,& malũ diuinũ non eſt.¶Sed neque
eſt ex deo malum. Aut enim bonus non eſt,aut bona facit, & bona producit: neq; aliquando
quidẽ atq; aliqua,aliquando vero non,& non oĩa. Pateretur eñ in hoc mutationẽ ac varieta-
tem etiam circa id quod eſt omnium auguſtiſſimũ atq; cauſa. Sinautem in deo bonũ ſubſtantia
eſt,& in eo malũ:erit quidẽ tranſiens ex bono deus,aliquando ens,aliquãdo vero non ens.Quod
ſi participatione bonũ habet,& ab alio habeat neceſſe eſt, ſicq́; aliquando habebit, aliquãdo ve-

*In angelis nõ eẽ malũ*

ro non.Non igitur ex deo malũ eſt,neq; in deo,neq; ſimpliciter,neq; ſecundũ tempus.¶Sed ne
in angelis quidẽ eſt malũ. Nam ſi enuntiat diuinã bonitatem boni ſpeciem præferens angelus,il
lud per participationẽ exiſtens ſecundo loco quod ſecundũ cauſam eſt id quod enuntiatur pri-
mo:imago dei eſt angelus,manifeſtatio inuiſibilis lucis,ſpeculũ purum,lucidiſſimũ, nitidum,in-
coinquinatũ,immaculatũ,ſuſcipiens in ſe totam(ſi fas eſt dicere)pulchritudinẽ diuinæ ſpeciei pię
claræ inſignitæ,& in ſeipſo ſyncere inſinuans(vt poſſibile eſt)ſecretioris adytorũ ſilentij bonita-
tem:itaq; neq; in angelis eſt malum.An vero ideo ſunt mali,ꝙ puniant peccatores? Ea ratione E
& qui peccantes plectunt mali erunt,& qui de ſacris ordinibus prophanos à diuinis myſterijs ar
cent.Atqui plecti non malũ eſt,ſed dignũ ſupplicio fieri,neq; pro merito ſacris arceri, ſed ſcele-

*Dæmones natura malos nõ eſſe*

ſtum & prophanũ fieri,& indignum qui ad ſacramenta admittatur. ¶Sed neq; dæmones natu
ra mali ſunt.Nam ſi ſunt per naturam mali,neq; ex bono ſunt,neq; inter ſubſtantias ſunt:neque
item ex bonis per naturam mutati,ſemperq́; mali ſunt.Deinde ſibi an alijs ſunt mali? Siquidem
ſibi,etiam ſeipſos perdunt.Si autẽ alijs,quomodo corrumpunt aut quid corrumpunt ſubſtantiã,
an virtutem aut operationẽ? Si ſubſtantiam,primũ quidem non vltra naturã.Nam quæ per na-
ram ſunt incorruptibilia,nequaꝗ̃ corrumpunt, ſed ꝗ̃ corruptionem admittunt. Deinde ne iſtud
quidem oĩbus,& omnino malum eſt,ſed neq; quicꝗ̃ corrumpitur ex his quæ ſunt, inquantum
ſubſtantia & natura eſt,ſed defectu naturalis ordinis congruentiæ & cõmenſurationis infirma-
tur ratio,cum eodẽ modo manere debeat.Infirmitas vero perfecta non eſt,nam ſi perfecta eſſet,
& corruptionem perimeret atq; ſubiectum, eſſetq́; huiuſmodi corruptio, ſuimet quoq; corru-

*In dæmonibus malũ, neq; natura neque vt quid exiſtẽs adeſſe.*

ptio,atq; iſtiuſmodi non eſſet malũ,ſed deficiens bonũ.Nam quod omnino expers boni eſt, ne-
q; inter ſubſtantias erit,eadem & de corruptione virtutis atque operationis ratio eſt.¶Deinde,
quonam modo dæmones à deo facti mali ſunt? bonum eñ bona producit & ſtatuit.Ac mali di
cuntur dixerit quiſpiam,ſed non ſecundũ ꝙ ſunt:ex bono eñ ſunt,bonamq́; ſortiti ſubſtantiam,
ſed ex eo ꝙ non ſunt,ꝙ iuxta ſacra eloquia infirmati ſunt ad ſeruandũ ſuum principatũ. In ꝗ̊ eñ
obſecro,malos fieri dæmones dicimus? niſi in vacatiõe diuinorũ bonorũ habitus atq; opationis.

*Iudæ.1.*

Præterea ſi natura mali ſunt dæmones,ſemper ergo mali,atqui malũ inſtabile eſt,Itaque ſi ſem- F
per eodem modo ſe habent,non ſunt mali: ſemper eñ idem eſſe,boni proprium eſt,Si aũt non
ſemper mali,nõ natura mali ſunt, ſed angelicorũ bonorũ indigentia. Neque tamen omnino ex-
ortes boni ſunt,quia & ſunt & viuunt & intelligunt,eſtq́; in eis quidã deſiderij motus. Mali ve-
ro eſſe dicuntur,ꝙ circa naturalem operationẽ infirmentur:auerſio itaque eſt illis malũ(ꝙ exci-

*Quid ĩ dæmanibus malum.*

derint,potitiq́; non ſint naturalibus bonis)imperfectioq́; & imbecillitas, & infirmitas, ac fuga &
prolapſio virtutis conſeruantis eis inditam perfectionẽ.¶Ad hæc quidnã eſt in dæmonibus ma
lum? furor irrationabilis,demens concupiſcentia,imaginatio præceps, atque proterua. Verum
iſta quanꝗ̃ in dæmonibus ſunt,non prorſus,neq; in oĩbus,neq; ipſa ſecundũ ſe mala ſunt.Nanq;
in alijs animantibus non iſta habere,ſed his carere, potius corruptio eſt animantis & malũ,ſicuti
contra,his niti,ſaluat,& eſſe facit iſtis ſubnixam animantis naturã. Non itaque mala eſt dæmo-
num gens,qua parte ſecundũ naturã eſt,ſed qua parte non eſt.Neque immutatũ eſt,traditum il
lis totũ bonum,ſed ipſi dato ſibi toto bono exciderunt,neque indulta illis angelica munera,immu
tata dicimus,verũ ſunt & integra & lucidiſſima perſtant,licet ipſi non videant occluſis ſcilicet vi
ribus,quibus bona ſua intueri poſſint. Itaque ꝙ ſunt, & ex bono ſunt & boni ſunt,& pulchrum,
bonumq́; deſiderant vt ſint & viuant & intelligant quæ ſubſiſtunt,deſiderantes. Cæterũ priua-
tione atque effugio,prolapſioneq́; conuenientium eis bonorũ,mali dicuntur, & ſunt mali in quo

*In aĩab⁹ nõ eẽ malũ vt ꝗd exiſtens*

non ſunt,&(quod non eſt appetentes)malũ profecto deſiderant. ¶Ac animas quiſpiam eſſe di-
xerit malas,ſiquidem ideo quia attendunt, inuigilantq́; malis, vt prouideant atque ſaluent.Hoc
malum non eſt,ſed bonum,& ex bono prouenienſ,quod malũ etiam efficit bonum.Et ſi malas
fieri animas dicimus,in quo fiunt malæ? niſi in bonarũ qualitatum, operationumq́; defectu,atq;
prouenienſe ex infirmitate propria priuatione ac prolapſione fruendi bonis ſuis, Nam & circũ-
fuſum



A
fuſum nobis aerem obfundi tenebris dicimus, defectu atq; abſentia lucis:ipſa vero lux ſemper
lux eſt,quæ etiam illuminat tenebras. Itaq; neq; in dæmonibus neq; in nobis eſt malũ quaſi exi-

*Itidẽ nec in brutis animãtibus malum eẽ.*

ſtens,ſed vt defectus ac deſertio cõſummationis propriorũ bonorum.¶Sed ne in mutis quidem
animantibus eſt malũ.Nam ſi ſuſtuleris iram & concupiſcẽtiam & cætera quæ dicuntur (& nõ
ſunt ſimpliciter per ſui naturã)mala,leo fortitudine & ferocitate amiſſa,leo eſſe deſiſtet: blandus
item oĩbus effectus canis,canis non erit,quippe latrare canis proprium eſt,& domeſticos admit
tere,alienosq́; propellere.Itaq; naturã non corrumpi malũ nõn eſt,naturæ vero corruptio infir-
mitas eſt,ac defectus naturalium qualitatũ,& operationũ atq; virtutũ. Et ſi cuncta quæ naſcun

*In tota natura nõ eſſe malum.*

tur,perficiuntur in tempore,ne imperfectũ quidẽ omnino per vniuerſam cõperias naturã.¶Sed
neq; in tota natura eſt malũ.Si eñ oẽs naturales rõnes ab vniuerſali natura ducuntur,nihil eſt ꝗd
illi aduerſetur.Porro ſingulari naturæ partim ſecundũ naturã erit,partim non. Eſt eñ præter na
turam alij,aliud,& quod huic ſecundũ naturã,alteri præter naturã eſt, naturæ vero vitium,quod
præter naturã eſt,ipſaq́; priuatio naturalium,non eſt itaq; natura mala,ſed hoc eſt naturæ ma-

*In corporibus malum non eſſe.*

lum,ꝙ naturæ ſuæ propria nequit efficere.¶At eñ ne in corporibus quidẽ eſt malum. Fœditas
eñ & morbus,defectus eſt ſpeciei,& priuatio ordinis, hoc vero non vſquequaq; malũ,ſed mi-
nus pulchrum eſt. Nam ſi fiat omnino pulchritudinis & ſpeciei,ordinisq́; ſolutio,peribit ipſum
quoq; corpus.¶Quod autem neque malitiæ cauſa ſit corpus animæ,ex eo conſtat, ꝙ etiam ſine

*Corpus animæ mali cã non eſt.*

B corpore malitia poſſit irrepere,ſicuti in dæmonibus.Eſt eñ hoc & ſpiritibus & aĩabus & corpo
ribus malũ,ſi infirmentur, & excidant bonorũ ſuorũ habitu. ¶Sed ne in materia vulgatiſſimum

*Materia inquantũ materia malũ nõ eſt,neq; quidẽ in ea malum eſt.*

quidẽ eſt(vt aiunt)malũ,inquantũ materia eſt. Et ipſa eñ ad ornatus & pulchritudinis,& ſpeciei
accedit cõſortium.Si aũt extra hæc materia exiſtens in ſeipſa,qualitatẽ ſpeciemq́; deſiderat, quo
pacto facit aliquid materia,quæ nec vt pati poſſit ſecundũ ſeipſam habet? Præterea qũo malum
eſt materia? Nam ſiquidẽ nuſquã nulloq́; pacto eſt,neq; bonũ profecto eſt neque malum. Sin-
autem quomodolibet eſt,& quæ ſunt omnia ex bono ſunt, & ipſa ex bono ſit neceſſe eſt: & aut
bonũ mali efficiens erit,aut malũ quaſi ex bono ſit,bonum erit: aut malum erit efficiens boni,ſi-
ue etiam bonũ(vt ex malo ductũ)malum erit:aut duo rurſus erunt principia,& hæc alio quodã
dependentia capite atq; principio. Si aũt aſſerunt materiam ad perfectionẽ mundi totius fuiſſe
neceſſariam,quomodo erit materia malũ? aliud eſt eñ malum,aliud neceſſariũ. Qua eñ ratione,
bonus ex malo aliqua ad generationẽ ducit? aut quomodo malũ bono neceſſariũ? fugit ſane bo-
ni naturã malum.Quomodo item gignit ac nutrit naturã materia, ſi mala eſt? malũ eñ eo quo
malũ eſt,nullius eſt gignẽs aut nutriens aut oĩno efficiẽs aut ſeruans.¶Quod ſi dixerint ipſam
quidẽ in animabus malitiã non facere,verũ eas attrahere,quomodo hoc verũ erit? plurimæ nãq;
ex his bonũ intuentur,ad id qui fieri poſſet,ſi eas materia ad malũ prorſus attraheret? Non itaq;
ex materia malũ animabus prouenit,ſed ex inordinato & delinquente motu. Si aũt & hoc aſſe-
rant omnino materiam ſequi,eſtq́; neceſſaria inſtabilis materia his quæ in ſeipſis figi non valẽt,
quomodo malum eſt neceſſarium,aut quomodo neceſſarium malum? At neq; id quod dicimus
priuationẽ,viribus proprijs reluctatur bono: nam priuatio ſi vniuerſa ponitur, viribus omnino
deſtituitur:ſingularis vero,nõ ex eo ꝙ priuatio eſt vires habet,ſed quia priuatio perfecta nõ eſt.
C Nempe eñ ſi priuatio boni particularis ſit,non vſquequaq; malũ eſt,qua abeunte, ſimul & mali
natura diſcedit.¶Atq; vt paucis expediam,bonũ ex vna & tota cauſa,malũ ex multis, particula
ribusq́; proficiſcitur defectibus.¶Nouit deus malũ vt bonum, atque apud ipſum malorum cau
ſæ,virtutes beneficæ ſunt.¶Quod ſi malum ſempiternum eſt, & creat, & poteſt,& eſt,& agit.
Vnde ſibi iſta,an ex bono,an bono ex malo,an vero ambobus ex cauſa alia?¶Omne quod ſe-
cundum naturam eſt,ex definita naſcitur cauſa:ſi aũt malum cauſa ac definitione caret, ſecundũ
naturam non eſt,neq; enim naturæ ineſt,quod eſt præter naturam,neq; inertiæ,in arte eſt ratio.
¶Num ergo anima,malorũ eſt cauſa, ſicuti calefaciendi ignis, & oĩa quibus ſe inſinuarit malitia
replet? An vero bona eſt quidẽ animæ natura,operationes vero ſuas aliquãdo ſic peragit,aliquan
do nõ ſic? Nempe ſi per naturam eſt animæ mala ſubſtãtia,vnde illi ſubſtãtia eſt? An ex cauſa il

*Gene.1. Sap.11.*

la bona conditrice omniũ? Sed ſi ex ea,quomodo per ſubſtãtiam mala? Bona ſane ſunt oĩa quę
ab illa progenita ſunt.Sin autem per operationes, neque iſtud eſt immutabile: alioquin vnde illi
virtutes ineſſent,niſi boni hauſiſſent ſpeciem? Reſtat igitur vt malum infirmitatis ſit atque à bo-
no defectio.¶Bonorũ cauſa vna eſt,& ſi bono malum cõtrarium,mali cauſæ ſunt plurimæ,nõ ta
men efficientes malorũ rationes atque virtutes,ſed impotẽtia & infirmitas,& diſſimilium incon-
grua permixtio.Neque vero immobilia & eodem modo ſe ſemper habẽtia mala ſunt,ſed infini
ta & indeterminata,& in alijs aliter peruagãtia,& ipſis quoque infinitis. ¶Omnium etiam malo
rum initium & finis,bonum erit.Boni eñ gratia omnia ſunt,& quæq; bona,& quæq; contraria,
& hæc eñ appetitu boni aggredimur,nemo etenim in malum intuens,agit quæ operatur, idcir-
co neque ſubſtantia nititur malum,ſed ſubſtantiæ ſimulachro, dum boni gratia,& non ſuiipſius
geritur.¶Malo ſecundũ accidens eſt applicanda ſubſtantia & propter aliud,non ex initio pro-

prio,

prio,vt quod cũ ſit,rectũ quidem eſſe videatur,quia boni gratia ſit:reuera aũt rectum nõ ſit,quia D
quod bonũ non eſt,arbitramur bonũ.¶Oſtenſum eſt aliud eſſe quod expetitur,aliud vero quod
agitur.Itaq; malũ eſt præter viam,præter intentionẽ,præter naturã, præter cauſam, præter ini-
tium,præter finẽ,præter diffinitionẽ,præter voluntatẽ,præter ſubſtantiã. Eſt igitur malũ priua-
intentione, tio & defectio,infirmitas,incõuenientia atq; fruſtratio,*deſtinatione,pulchritudine,vita,ſenſu,ra
tione,perfectione ac ſede & cauſa priuatum,indefinitũ,infœcundũ,otioſum,imbecillum,inordi-
natum,diſſimile,infinitũ,tenebroſum,carensq; ſubſtantia, & ipſum nullo modo, nuſquã & nihil
exiſtens.¶Quomodo poteſt omnino aliquid malum? Permixtione boni:quod eñ boni prorſus
expers eſt,neq; eſt quicquã,neq; quicquã poteſt.Nam profecto ſi bonũ ſubſtantia eſt,& cõſilio,
ac valentia,& actione præditũ,quomodo quod huic aduerſatur aliquid poterit, ſubſtantia, pru-
dentia,virtute,atq; operatione priuatum?¶Non oĩa omnibus,& prorſus eadẽ ſecundũ idem ma
la ſunt:verũ dæmoni malum eſt,ꝙ boni ſpecie inſignẽ, animũ repulit animæ, ꝙ à ratione defe-
cit:corpori vero, ꝙ à natura deſciuit.¶Si prouidentia eſt , quomodo oĩno ſunt mala? Non eſt
malũ qua parte malũ,neq; ſubſtantia,neq; inter ſubſtantias,nihilq; in rebus prouidẽtiæ guberna
tione deſeritur.Neq; eñ malum ſubſtãtia eſt conſpicua & in aperto in bono ſubſiſtẽs . Et ſi ni-
hil in rebus exiſtẽtibus boni participatione caret, malũ vero eſt à bono defectio ( nihil reuera in
ſubſtãtijs bono vſquequaq; priuatũ eſt)in oĩbus quæ ſubſiſtunt diuina prouidẽtia eſt, nihilq; ex
his nõ prouidentia agitur, ſed his quoq; qui fiunt mali, benigne prouidẽtia vtitur ad illoꝝ, ſiue
alioꝝ cõmnem ſeu priuatã vtilitatẽ,& propriæ cuiq; ſubſtãtiæ prouidet.Ideo & abſurdã plane
multoꝝ rationẽ non admittimus qui aſſerunt oportuiſſe prouidẽtiam inuitos etiã nos ad virtu-
tem ducere:neq; eñ eſt prouidentiæ violare naturã.Quocirca vt prouidentia cuiuſq; naturę eſt E
ſeruatrix,eis quæ per ſe mouentur(vt libero aguntur arbitrio)prouidet , oĩbusq; & ſingulis pro-
prie vt omniũ,ſingulorũq; natura capit,& totius ac vniuerſæ prouidẽtiæ,pro modo cuiuſq; pro
uidẽtiſſimas bonitates impartit.¶Non igitur eſt ſubſtãtia malũ,neq; eſt inter ſubſtãtias malum,
nuſquã eñ malũ eſt qua parte malũ,& fieri malũ,non virtutis,ſed infirmitatis eſt,atq; dæmoni-
bus quod ſunt quidẽ,& ex bono ſimul & bonũ eſt,malũ vero illis eſt à proprijs bonis prolapſio
atq; defectio,& immutatio identitatis atq; habitus,infirmitas eſt(quę illis cõſentanea eſſe debet)
perfectionis angelicæ,atq; expetunt bonũ,qua parte eſſe & viuere intelligere appetunt,& nõ ap-
petunt bonum,dum quod non eſt appetunt,neq; eſt iſtud appetitio, ſed veræ fruſtratio appeti-
tionis.¶Eos aũt in ſcientia peccantes ſcriptura vocat,qui circa boni notionẽ haud eos latentem,
Lucæ.12 atq; actionẽ infirmantur, & qui ſciunt voluntatem,& nõ faciunt:qui audierunt quidem, ſed infir
mantur circa fidem aut operationem boni:cum nolint quidam intelligere,& bene faciant,ex ꝑ-
uerſione ſiue infirmitate voluntatis. Prorſusq; malum eſt,vt ſæpe iam quoq; diximus, infirmi-
tas & imbecillitas ac defectus vel ſcientiæ vel notionis vel fidei vel appetitionis vel operationis
boni.¶At dixerit quiſpiam,non puniri meretur infirmitas,ſed contra veniæ digna eſt . Nempe
Iaco.1. niſi licuiſſet obſiſtere , non ignaua eſſet ratio. Si autem bonum illud ſuppeditat vires(quod iuxta
ſcripturæ fidem,dat omnibus omnino congrua) laudandum eſt, ſi ex bonorum noſtrorum ha-
Liber de iu bitu à ſummo permanente bono fruſtremur , & auertamur, & effugiamus, atq; decidamus per
ſto diuĩoq; ignauiam noſtram. Sed hæc in his quæ ſcripſimus de iuſtitia , iudicioq; diuino ſatis pro viribus F
iudicio. dicta ſunt,quo in ſacro opere,ſcripturæ veritas ſophiſticas & iniuſtitiam,ac mendacium contra
deum loquentes rationes,vt ſtolidas omnino confutauit & repulit. ¶Nunc autem pro captu no
ſtro ſatis laudatum eſt bonum , vt vere admirandum , vt principium omnium ac finis,vt quod
contineat omnia,vt ſpeciem his faciens q̃ nõ ſunt,vt bonorũ omnium cauſa,vt malorũ non cau
ſa,vt prouidẽtia & abſoluta bonitas,& q̃ ſunt & q̃ non ſunt oĩa ſuperãs,& mala ſecũdũ boni pri
uationem,in bonũ conuertẽs,omnibus expetendum,& amabile,ac diligibile,& quæq; alia in ſu-
perioribus verax(vt reor)oratio demonſtrauit.

## De ente in quo etiam de exemplaribus. Cap. V.

TRanſeundũ iam ad eminentiſſimã(eius qui vere eſt)ſubſtantialem appellationem,iux-
ta theologiæ fidem explicandam , ſi prius admonuerimus nos nequaquam intendere
ſupremã illam ineffabilemq; ſubſtãtiam qua parte eſt ſuperſubſtãtialis exponere , id
eñ & ineffabile eſt,& cognitionẽ noſtram omnino expoſitionemq; refugit,& ipſam
Bonitas, vnionẽ antecellit,ſed ſubſtãtificum diuinæ principaliſq; ſubſtantiæ(ad ea quæ ſunt omnia)lauda
Vita. re progreſſum.Nam boni quidẽ diuina appellatio,cauſæ omnium proceſſus omnes exponens,
Sapientia & ad ea quæ ſunt & quæ nõ ſunt extenditur,& ſuꝑ omnia quæ ſunt & quæ nõ ſunt eminet.Por
ro vitæ denominatio ad viuentia cuncta porrigitur,& ſupra viuentia eſt,ſapientiæ quoq; appel-
latio ad ſpiritalia oĩa & rationalia,ſenſibiliaq; pertenditur,& ſuper hæc oĩa eſt,Has itaq; laudare
noſtra cupit oratio(quæ prouidentiam explicent)diuinas appellationes: neque eñ ipſam eminẽ
tem ſubſtãtijs omnibus bonitatẽ & deitatẽ & ſubſtãtiam vitãq; ac ſapientiã ſuperſubſtantialis
ipſius deitatis pollicetur eloqui,quę ſuper bonitatem,deitatem & ſubſtãtiam vitãq; & ſapiam in
occultis



A occultis,vt ſcriptura ait)ſuperne locata eſt,ſed patentem, beneficamq; prouidẽtiam, ſupremãq; Pſal.17
bonitatẽ & bonorum omniũ celebrat cauſam,& quod eſt,& vitã & ſapientiã ſubſtãtiæ effectri-
cem,& cauſam viuificã,ſapientiæq; induſtricẽ:ijs quæ ſubſtãtiæ, ac vitæ,& mẽtis, & rationis,&
ſenſus capacia ſunt.¶Nõ aũt aliud eẽ bonũ docet,aliudq; quod eſt,& aliud vitã,ſiue ſapientiam: Idẽ ens bo-
neq; plures cauſas,& alioꝝ alias effectrices deitates ſuperiores & inferiores,ſed vnius dei bonos nũ vita ſa-
proceſſus oĩes,& eas (quæ celebrãtur à nobis)diuinas appellationes.Et hãc qdem oĩino vnius pientia.
dei prouidẽtiæ eẽ enuntiatricẽ,alias vero generaliorum, & alias magis particularium eiuſdẽ in-
terpretes dici.¶Ac dixerit quiſpiã cuius rei gratia cum eẽ vitam,vitaq; antecellat ſapientiã,& ijs
quæ ſunt ſolum ea quæ viuunt,& viuẽtibus ſenſibilia & ijs quę rationalia,& rationalibus angelici
ſpũs præcellũt:& circa deum ſunt magis quę illi plus appropinquãt.Attamen oportebat quę ma
iora munera à deo acceperũt:præſtantiora quoq; eſſe,cęteriſq; præeminerre.Atqui ſiquidẽ ſub-
ſtantia & vita carere ſpiritalia quiſpiã poneret,recte iſtud diceretur. Sinautem & ſunt diuini ſpũs
ſupra reliqua quæ ſubſiſtũt,& viuunt ſupra viuentia reliqua, intelligũtq; & agnoſcũt ſupra ſen-
ſum ſupraq; rationem:& ſuper oĩa quæ ſunt pulchrũ ac bonum deſiderãt ac capiunt ipſi ma-
gis circa bonum ſunt,vt qui eo vberius fruuntur,maioraq; ex ipõ dona percipiunt : ſicuti & ra-
tionalia ſenſu præditis eminẽt,vincũtq; rationis excellẽtia,& vltra ſentiendi facultatem, ea quoq;
ſuperant & alia vita.Eſtq; vt reor equidem hoc veriſſimum, quodq; vnius, & infinitis muneri-
bus præditi dei participatione:feliciora ſunt,illi & viciniora ſunt & diuiniora, q̃ quæ minus illud
perceperũt.¶Quoniam vero & de his ſatis dictũ eſt:age bonũ ipm vt veraciter ens & omnibus Ens ſiue q̃
quæ ſunt,ſubſtantiã largiens,laudare pergamus ipm qui eſt.Eſſentiæ totius ſuperſubſtantiali vir- eſt.
B tute fundatrix cauſa eſt atq; opifex:exiſtentis ſubſiſtentiæ, ſubſtãtiæ,eſſentię,naturæ principium,
& mẽſura ſeculoꝝ,atq; tempoꝝ entitas,& æternitas entium,& tẽpus eoꝝ quæ fiunt : eſſe autem
ijs quæ quomodolibet ſunt:& generatio ijs quæ quomodocũq; gignuntur.Ex eo eñ qui eſt,ſe-
culũ eſt, & eſſentia,& ens, & tempus,& generatio,& quod gignitur,& ea quę in exiſtẽtibus ſunt, Rex ſeculo
& quæ quomodolibet ſubſiſtũt atq; extant. ¶Nã deus nõ quoquo pacto eſt ens,ſed ſimpliciter rum.
& incircũſcripte totũ in ſe eſſe pariter ambit,& pręambit ſuperapprehendẽs.Idcirco etiã rex ſe- 1.Timot.1.
culorum dicit,vt in quo,& circa quẽ totũ eſſe,& ens,ſubſiſtensq; verſetur.Et neq; erat, neq; erit,
neq; fuit,neq; fit,neq; fiet: imo vero neq; eſt,ſed ijs quæ ſunt, eẽ ipſe eſt, neq; ea quæ ſunt ſolũ:
verum ipm q̊q; eoꝝ eſſe ex eo eſt,q eſt ante ſecula:ipſe vero eſt ſeculũ ſeculoꝝ,q ante ſecula eſt.
¶Reſumẽtes itaq; dicamus,vt ijs quę ſunt oĩbus & ſeculis eẽ:ab eo eſt qui ante eſt. Et oĩe q-
dem ſeculũ ac tẽpus,ex eo eſt,oĩs aũt ſeculi, ac temporis,& omnis q̊d quomodolibet eſt:ijs qui
ante eſt initiũ,& cauſa eſt,omniaq; ipõ participãt,& à nullo exiſtente diſcedit,ipſeq; eſt ante oĩa
& oĩa in ipõ conſiſtunt,prorſuſq; ſi quid quomodolibet eſt,in eo q ante eſt & eſt,& noſcitur
atq; ſeruatur.¶Et ante alias ipſius participationes,eſſe præpoſitũ eſt, & eſt ipm per ſe eſſe anti-
quius quàm ipſam vitã,ipſamq; ſapientiã,& ipſam ſimilitudinem diuinã eſſe, alijs quibuſcunq;
participantia.Ante hęc omnia ipõ eſſe participant, imo & ipſa per ſe oĩa (quibus ea quæ ſunt,
participant)ipſo per ſe eſſe participãt.Nullumq; ens eſt,cuius non ſit ſubſtãtia, & ſeculũ,ipſum,
atq; per ſe eſſe.Merito igitur reliquis alijs principalius vt qui eſt,deus ex antiquiore alijs ipſius do
C nis celebrat.Eteñ ipẽ præeſſe & ſupereſſe ante habẽs,& ſupereminẽter habẽs,idipſum (dico ip
ſum per ſe eſſe)præeminere fecit,atq; ꝑ idipm eſſe(quicquid quomodolibet eſt)vt ſubſiſteret,ef-
fecit.¶Enimuero & reꝝ principia oĩa,ipſius eẽ participatiõe & ſunt,& principia ſunt:& prius
quidem ſunt,& ſubinde principia ſunt.Et ſi velis vitam ipſam viuentium,vt viuentiũ initium di
cere,& ſimiliũ vt ſimilium ſimilitudinẽ ipſam,& coniunctoꝝ,vt cõiunctoꝝ ipſam per ſe vnio-
nem & ordinatoꝝ:vt ordinatoꝝ per ſe ordinem,& alioꝝ quæq; huius vel illius vel amboꝝ vel
plurium participatione gaudent, & hoc, aut illud,aut ambo vel multa per ſe participata. Inue-
nies profecto ipſas participationes:primũ ipſo eſſe participare,& eoipſo eẽ primum exiſtentes:
mox vero huius aut illius principia eſſe,& ipſo eẽ participãdo,& exiſtere & participatas eẽ. Si Bonitas
autem iſta,participatione ipſius eẽ ſunt:multo magis & ea quę ipſoꝝ participia ſunt.¶Primum
igitur ipſius eẽ munus cæteris pręponẽs ipã ſuprema bonitas, ipſo eẽ antiquiore qdẽ & prima
participationũ celebrat.Eſtq; ex ipſa,& in ipſa,& ipm eẽ & principia reꝝ,& quæ ſunt oĩa, &
quæ quomodocũq; ab ipõ eſſe ſunt cõtenta,idq; immẽſurate,inuolute atq; vnice . Nãq; in mo-
nade oĩs numerus vniformiter præeſt,habetq; monas oẽm in ſe numeꝝ vnice : & oĩs nume- Manuductio monadis & centri
rus,complicatus qdem in monade eſt,quantũ vero à monade progredit, tantũ diſcernit & multi circuli.
plicatur.Et in centro oĩes circuli lineæ,in vnitione præextiterunt,habetq; punctũ oẽs in ſeipõ
rectas lineas vniformiter iunctas ad ſe inuicẽ & ad vnũ initiũ,ex q̊ proceſſere:atq; in ipſo qdem
centro perfecte cõiuncte ſunt. Modice vero ab ipõ diſcedẽtes,modice q̊q; diſcernũtur, magiſq;
recedẽtes,magis, prorſusq; quãto cẽtro viciniores ſunt,tãto plus & illi & ſibi inuicẽ iunguntur:
quo vero ſe ab illo dimouẽt magis,eo etiã ab inuicẽ diſtãt. Sed & in tota ipſa vniuerſoꝝ natura
oẽs naturæ cuiuſq; rationes collectæ ſunt:per vnã incõfuſam vnionẽ,& in aĩa vniformiter virtu
tes partiũ oĩm totius corporis gubernatrices,conglobatæ atq; cõplicatę ſunt.Nihil itaq; alienũ à
c 4 noſtro

noſtro inſtituto facimus,ſi per exiles imagines ad authorem omniũ cauſam aſcendentes, purga- D
tiſſimis & mũdo ſuperioribus oculis inſpiciamus oĩa in oĩm cauſa,& adinuicẽ cõtraria vnifor-
miter atq; counite.Eſt eñ principiũ reꝝ ex quo eſt & ipm eẽ,& oĩa quæ quomodolibet ſunt,
omne initiũ,oĩs finis,oĩs vita,immortalitas oĩs,oĩs ſapiẽtia,omnis ordo, harmonia omnis,
omnis virtus,oĩs cuſtodia,firmitas oĩs,omnis diſtributio,oĩs intelligẽtia,omnis ratio, oĩs
ſenſus,habitus oĩs,oĩs ſtatus,oĩs motus,omnis vnio, temperamentũ omne,omnis amicitia
omnis cõtinentia,diſcretio oĩs,omnis diffinitio,& alia quæq; ab ipo eẽ cum ſint,quæ ſunt oĩa,
exculpũt.¶Ex eadem quoq; omnium cauſa ducũtur angelorum ſanctorum intelligibiles, ſpiri-
talesq́; ſubſtantiæ,& animarum totiuſq; mũdi naturæ,& quę quoquo pacto,vel in alijs ſubſiſte-
re,vel ſecũdum intelligẽtiam eẽ dicũtur.Deniq; ſanctiſſimæ illæ antiquiſſimæ virtutes, cũ veriſſi-
mę ſint & veluti in valuis ſuperſubſtantialis trinitatis collocatę,ab ipſa & in ipſa vt ſint,& ad dei
effigiem ſint acceperũt:& quæ poſt illas inferiores ſunt,inferiore quoq; modo vt ſint habẽt, ex-
tremeq́; extremo modo quãtum ad angelos,quãtum ad nos aũt excellenter & ſupermundane.
Animæ item & alia quæq; ſunt oĩa,eadẽ ratione & vt eſſent,& vt bene eẽnt,acceperũt.Suntq́;
& bene ſunt:ab eo q ante eſt,vt & ſint & bene ſint cõſecuta:atq; in ipſo ſunt & bene ſunt,& cũ
ex ipſo initium ceperint,in ipſo ſeruantur,atq; in ipm finiũtur.¶Ac munera qdem ipſius eẽ ho-
1.Coꝛ.4. norabiliſſima prẽſtãtioribus ſubſtãtijs diuidit,quas etiã æternas ſcriptura vocat.Ipſum vero eſſe
ijs quæ ſunt oĩbus nunq̃ oĩno deſtituitur,& ipm quoq; eẽ ex eo qui ante eſt,ducitur:& ipſius
eſſentia eſt,nõ ipſæ eſſentiæ,atq; in ipſo eſſentia:nõ ipe in eſſentia eſt,ipſeq́; eſſentiã:non ipm ha
bet eſſentia,& ipe eſt ipſius eẽ ſeculũ,& initiũ,& modus atq; mẽſura:qui & ante eſſentiam eſt,&
Apoc.1. entis & ſeculi & omniũ:ſubſtantificum principiũ,& mediũ,ac finis eſt. ¶Ideoq́; in ſanctis literis E
qui vere ante eſt per omnẽ rerum multiplicat intelligẽtiam,atq; in ipſo & erat & eſt & erit & fit
& fiet proprie laudantur.Hæc eñ oĩa ijs qui conueniẽter intelligũt, per omnẽ intelligentiam
ipſum ſuperſubſtantialiter eẽ ſignificãt,& eoꝝ quæ ſunt vbilibet,cauſam. Nã profecto nõ iſtud
quidem eſt,illud vero non eſt,neq; alicubi eſt,alicubi nõ eſt:ſed oĩa eſt vt omniũ cauſa,& in ſe
omnia initia,omnes cõcluſiones & terminos rerum omnium cõtinens & antehabens: & ſup om
nia eſt,vt qui ante omnia per ſubſtantiæ eminentiã præeſt.Idcirco & omnia ipſius ſunt, ſimulq́;
prædicantur:& nihil eſt omnium,omni figura,& omni ſpecie præditum,formaq́;,carens,ac ſpe-
cie:principia & media & fines reꝝ immenſe & eminenter in ſe ante comprehendit, omnibuſq́;
Manudu- esse per vnam & ſupreme coniunctã cauſam ſine contaminatione infulget,atq; infundit.¶Si eñ
ctio ſolis viſibilis ſol ſenſibilium ſubſtãtias & qualitates permultas licet atq; differentes: ipſe tamẽ vnus cũ
ſit,& vniformem infundẽdo lucem,renouat,nutrit,ſeruat,perficit,diſcriminat, cõiungit,refouet,
fœcundat,auget,immutat,firmat,implet,ſuſtollit,viuificatq́; oĩa,& quodlibet ex oĩbus mo-
do ſibi congruo,vnius eiuſdemq́; ſolis eſt particeps,plurimorumq́; participantiũ ſol vnus in ſe-
ipſo cauſas ante vniformiter cępit,multo magis omnium exemplaria rerum:vna ſuperſubſtan-
tiali vnitate in ſolis & omnium cauſa,ante ſubſiſtere eſt concedendum,quia & ſubſtantias produ
Exempla- cit:ſecundum quod à ſubſtantia excedit.¶Exemplaria vero eẽ dicimus rationes in deo ſubſtan-
ria q̃ & pa tificas rerum,& ſingulariter ante ſubſiſtentes,quas prędeſtinationes theologia vocat,& bonas di
radigmata uinaſq́; voluntates,eorum(quæ ſunt)definitrices atq; effectrices:ſecũdum quas ipſe ſuperſubſtã- F
Clemens tialis deus quæ ſunt,omnia prædeſtinauit atq; produxit. Si autem & philoſophus Clemens vult
philoſoph⁹ etiam ad aliquid dici exemplaria(quæ ſunt in rebus)magis principalia.Procedit qdem illi oratio
non per propria & abſoluta,& ſimplicia nomina.Cæteꝝ vt cõcedamus & hoc recte dici:memi
nerimus quid ſacra proteſtẽtur eloquia,quia nõ ea tibi oſtendi,vt poſt illa incederes, ſed vt ꝑ ra-
tionalem horum ſcientiam ad omnium cauſam,prout poſſumus,prouehamur. Oĩa igitur ipſi,
quæ ſunt ſecundum vnicã oĩbus eminẽtem vnitatẽ accepta ſunt referenda:quandoquidem ab
eſſentia ſubſtãtifici proceſſus atq; bonitatis inchoans,& ꝑ oĩa pergens,& cũcta ex ſeipſa,eſſentia
implens,atq; in oĩbus quæ ſunt,exultans:oĩa qdem in ſe ante cõplectitur,ꝑ vnã ſimplicitatis
excellentiam oĩe renuens duplex.Cũcta vero ſimiliter cõtinet ſecũdum ſuperexpanſam ſimpli-
cem infinitatem ſuam,atq; ab omnibus vnice participat,quẽadmodũ & vox vna cũ ſit,atq; ea-
dem: à multis auribus vt vna percipitur.¶Omnium itaq; initium & finis rerum,eſt, qui ante eſt:
initium qdem vt author,finis vero vt alicuius gratia,finiſq́; omnium atq; infinitas totius infini-
tatis,& finis excellẽter quæ velut oppoſita ſunt. Imo eñ(vt ſæpe iam dictn eſt) quæ ſunt oĩa:
& ante habet,& ſubſiſtere facit,oĩbus & vbiq; præſens,& ſecundũ vnũ atq; idem,& ſecũdum
idem eẽ,& ad oĩa prodiens:& manẽs in ſeipſo,& ſtans,& ſe mouẽs,& neq; ſtans,neq; ſe mouẽs,
neq; initiũ habẽs,aut mediũ,vel finẽ,neq; in aliquo ſubſiſtentium eſt,neq; aliqd eſt ſubſiſtentiũ:
& neq; ei vlla rõne cõpetit,aliqd eoꝝ q̃ æterne ſunt,aut q̃ tẽporaliter ſubſiſtũt,ſed tẽpore & ſecu
lo & ijs quæ in tẽpore & ſeculo ſunt,oĩbus eminẽter excipit,quia & ipm ſeculũ,& quæq; ſunt,
& menſurę rerum,& quæq; ſub mẽſuras cadũt : per ipſum & ab ipſo ſunt.

De vita. Cap. VI.

Sed



A SEd de his quidem in alijs opportunius dicatur, nunc vero celebranda laudibus eſt vita Vita.
æterna,ex qua ipſa vita,& vita omnis eſt,& à qua in omnia quæ vitam quomodolibet Deute.30
hauriunt viuere pro modo cuiuſq; diffunditur.Nempe & ipſa immortalium angelorum
vita,& immortalitas & conſtantia illa angelici ſempiterni motus nunquam deficiens, ex
ipſa & per ipſam eſt atq; ſubſiſtit: quocirca viuentes ſemper immortaleſq́; dicuntur, & rurſum
nõ immortales,quia nõ ex ſe habẽt vt immortales ſint & ſempiterne viuãt,ſed ex viuifica, & vi
tæ oĩs efficiente atq; continẽte cauſa.Et ſicuti in ente dicebamus,ꝙ ipſius quoque eſſe ipſa eſt ſe
culũ,ita & hic rurſus ꝙ vitæ ipſius quoque ſupereminens illa & diuina vita vitæ eſt author atq;
ſubſtãtiæ.Et vita oĩs ac vitalis motus ex vita illa ducitur, q̃ eſt ſupra omnẽ vitã & omne totius
vitæ principiũ.Ex ipſa,& aĩæ immortalitatẽ habent, & animãtes oẽs, & plantæ iuxta extremã
vitæ harmoniã vt viuant acceperũt,qua ſublata,iuxta eloquiũ oĩs deficit vita, & ad quã ipſa q̊q; Pſal.103
quæ participãdæ,ipſius infirmitate defecerũt,ſi rurſum cõuertantur,rediuiua fiunt. ¶Ac largitur
primũ quidẽ ipſi per ſe vitæ,vt ſit vita,& omni vitæ & particulari,vt ſit vnaquæq; idipſum pro
prie q̊d eſſe à natura habet.Atque ſupercœleſtibus quidẽ vitis ſpiritalẽ & diuinã, immutabilẽq́;
immortalitatẽ,& nuſq̃ vergentẽ aut inclinantẽ ſempiternũ motũ,ſeſe etiã per bonitatis copiam
ad dæmonũ vſque vitã ſuperextendẽs. Neque eñ vita illa ab alia prouenit cauſa,ſed ex ipſa,&
ꝙ ſit vita,& ꝙ perſeuerãs ſit,habet.Sed & viris q̊q; vt promiſcuis quantũ licuit angelicã condo
nans vitã,ſuperabundãtia pietatis à ſe auerſos nos cõuertit atque ad ſe reuocat.¶Quod vero lõ-
ge diuinius eſt,nos totos(aĩas dico & ſocia corpora)ad perfectã vitã & immortalitatẽ transfer-
re pollicetur.Quod veteribus quidẽ præter naturã fortaſſe videatur,mihi vero,tibiq́;, & veritati
B & diuinũ,& ſupra naturã,vt eſt,videtur:ſupra naturã noſtrã dixerim viſibilẽ, nõ ſupra omnipo
tentẽ illi per ſe & diuinæ vitæ æqualẽ,Ipſi quippe(vt q̃ ſit vitaꝝ omniũ natura,maximeq́; ſacra- Simon
tiorũ)nulla vita ꝑter naturã aut ſupra naturã eſt. Itaque demẽtiſſimi Simonis hac de re cõtradi- magus.
ctorij libri,procul à choro diuino,tuaq́; ſancta aĩa pellãtur,Fugit eñ illũ,puto (& quidẽ cũ ſapiẽ
tem ſe exiſtimaret)nõ oportere eũ qui recte ſentiat manifeſta ſenſus ratione inniti adiutrice,con-
tra inuiſibilẽ omniũ cauſam,& hoc eſt q̊d ei dicendũ,id eſſe præter naturã dicere:ipſi eñ nihil cõ
trariũ eſt.¶Ex ipſa viuificãtur & cõfouentur , & animãtes cunctæ atque arbores,& ſiue ſpiritalẽ
dixeris,ſiue rationalẽ,ſiue ſenſitiuã,ſiue nutritiuã,ſiue vegetatiuã, ſiue quãlibet vitã aut vitæ initiũ
aut vitæ ſubſtantiã,ex ipſa & viuit & viuificat,quæ ſupra omnẽ vitã eſt, & in ipſa ſecundũ cau-
ſam vniformiter ante ſubſiſtit.Nã vita illa ſuprema & principalis,& vitæ oĩs eſt author,& fœ-
cundat,& replet,& diuidit vitã,& omni ex vita prædicanda eſt , pro omniũ fœcunditate vitarũ,
vt omnigena,omniſq́; vita intelligentia cõprehenſa laudataq́;, vt nullius egens,imo vitæ affatim
plena per ſe viuens,& vt ſupra omnẽ vitam,vt vitam viuificans,vitaq́; ſuperior,ſiue quomodo-
cunq; ineloquibilẽ vitam quiſq; humano more laudare velit.

De ſapientia, ſenſu, ratione, veritate, fide. Cap. VII.

C AGe vero ipſam ſi placet verã perennẽq́; vitã,& vt ſapientẽ,& vt ſapientiã ipſam cele- Sapientia.
bremus,imo vt toti ſapientiæ ſubſtantiã largientẽ,& ſupra omnẽ ſapientiã, intelligen-
tiamq́; longe eminentẽ.Non eñ ſolũ eſt ſapientiæ exuberãs deus,& ſapientiæ eius nõ Pſal.146
eſt numerus,ſed & ſupra ſermonẽ omnẽ,& mentẽ,& ſapientiã locatus eminet. Intel- Paulus apſs
lexit hoc mirabiliter profecto diuinus vir cõmunis noſter, noſtriq́; præceptoris ſol, qui ſtultum Hierothei,
dei ſapientius hoĩbus dixit.Non modo quia humana mens oĩs , firmitati & ſtabilitati diuinarũ, & Dionyſij
exactiſſimarũq́; intelligentiaꝝ cõparata,error quidẽ eſt.Verũ quia etiã ſolenne theologis eſt,paſ coĩs ꝑceptor
ſione reciproca,in deo quæ ſunt priuationis aſſerere . Ita & inuiſibilẽ aiunt ſanctæ literæ clariſſi-
mam lucẽ,eumq́; qui celeberrimus eſt,& eũ qui multis inſignis nominibus eſt , ineffabilẽ & ſine Iohan.1.
nomine appellãt,præſentemq́; oĩbus,& qui inuenitur ex oĩbus,incõprehenſibilẽ , atque inueſti- 1.Timoth.6
gabilẽ dicunt.Hoc modo nunc quoque diuinus apoſtolus ſtultitiã dei laudare perhibetur , quod pſal.112
in ea irrationabile,indignũq́; videtur,ad ineffabilẽ,rationemq́; omnẽ præcellentẽ referens verita Exodi.3.6
tem.¶Verũ(quod in alijs dixi)quæ ſupra nos ſunt,ſi more noſtro accipiamus,familiaribuſq́; in- Pſal.138.
uerſemur,ſenſibus diuina noſtris cõferentes,fallimur,qui diuinũ illud arcanũ,iuxta viſibilem ſpe- Prouer.8
ciem perſequamur.Cũ ſcire profecto debeamus animũ noſtrũ partim habere intelligendi virtu- Roma.11.
tem,per quã intelligibilia aſpicit,partim vnionẽ mentis naturæ præcellentẽ,per quã his quę ſunt
ſupra ſe iungitur.Hac itaque diuina oportet intelligamus non humano more , ſed toti integre à
nobiſipſis excedẽtes atque prorſus in deũ tranſeuntes.Præſtat eñ dei eſſe , q̃ iuris noſtri.Sic de-
niq; tradi diuina nobis poterũt,ſi cũ deo fuerimus.¶Hanc itaque irrationabilẽ & amentem ſtul- 2.Reg.24
tãq́; ſapientiã,eminentia ſingulari prædicãtes,dicamus,oĩs ſenſus & rationis, omniſq́; ſapientiæ
& intelligentiæ authorẽ eſſe,ipſius eſſe omniũ cõſilium, atque ab ipſa omnẽ ſcientiam intelligen
tiamq́; profluere,& in ipſa oẽs eſſe theſauros ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ abſconditos.Atque vt ab his quę Coloſſ.2.
ſupra iã diximus nõ diſcedamus,cauſa illa ſupreme atque omniũ oĩno ſapiens,ſapientiã ipſam &
totã & particularẽ ſubſiſtere facit. Ex ea intelligibiles angelicoꝝ ſpirituũ,intellectualeſq́; virtutes
ſimplices

ſimplices,& beatas intelligētias habēt,nō in diuiſibilibus,aut à diuiſibilibus,ſiue ſenſibus, ſiue ver D
bis latioribus diuinā colligētes ſcientiā,dum neq; cōſortio aliquo ad hæc ipſa agglutinātur,& ma
teria omni ac multitudine perſiſtūt pure,ſpiritaliter & extra materiā,vniceq́ intelligibilia diuina
penetrāt:eſtq́ in eis ſpiritalis virtus,& operatio impermixta,& immaculata irradiata mūditia,cō
templatio diuinorum ſenſuum indiuidua & ſpiritalis:& quæ auguſtiore illo ſingulari ad diuinū,
ac ſapientiſſimum & ſenſum & verbum pro viribus formatur. ¶Per diuinam item ſapiētiam,&
animæ ratiocinādi vim habēt,diſcurſione & longo ambitu ad rerum veritatem annitentem,atq;
in eo ſingularibus illis ſpiritib⁹ inferiores: ꝙ diuiduis,atq; omnigenis varietatis vtunt̃ ſignis,in eo
vero ꝙ plurima in vnum colligāt,intelligētijs quoq; æqualibus angelis(quantum fas eſt animab⁹
intellectus ad id aſpirare)illuſtrari promerentur. Ac*ſenſus ipſos quoq; ſi quis ſapientiæ aliqua ex parte di-
cat eē participes,nō errabit,extraq́ propoſitum aget. Certe & dæmonicus ſenſus, ex ipſa ducit,
inquantum ſenſus eſt. Inquantum vero ſenſus eſt irrationalis,frui eo quod appetit neſciēs ac no-
lens:rectius à ſapientia defectio poteſt appellari. ¶Sed em̃ ꝙ ſapientiæ ipſius & om̃is mentis &
omnis rationis,ac ſenſus omnis:diuina ſapientia & initium,& cauſa ſit,& ſubſtantia,& perfectio,
& cuſtodia,& finis dictum ſit. Verum deus ipſe q̃ eſt pluſquam ſuperq́ ſapiens:quo modo ſa-
pientia,ſenſus,& ratio, & cognitor laudatur? quomodo em̃ intelligibile aliq̃d ſentiet,cū intelle-
ctualibus operationibus careat? aut quomodo ſenſibilia noſcet,qui ſenſū omni ſuperior eminet?
1.Iohan.3. Atqui ſcire illum omnia ſcriptura teſtatur,nihilq́ diuinam ſciētiam fugere: verum(quod ſæpius
dixi)diuina digne deo ſunt intelligēda. Sane animi,ſenſusq́ priuatio,excellentiam in deo,nō de-
fectum ſignat,ſicq́ accipi oportet, queādmodū etiā irrationale ei applicamus, q̃ ſupra rationem
eſt,& imperfectionem ei qui ſumme perfectus eſt excellentia & duratione:& intangibilem,inui-
ſibilemq́ caliginem inacceſſibilis lucis,ꝑ excellētiam viſibilis luminis. ¶Itaq; diuina mēs omnia
continet,cunctis ſupereminēte ſciētia,ſecūdum omniū cauſam, omniū in ſe notionē ante com- E
plexa,priuſquam angeli fierent ſciens,angelosq́ producēs:& alia om̃ia in intimis,& ab ipſo (vt
Eccl. 23 ſic loquar)initio noſcens,atq; ad ſubſtātiam ducēs. Et hoc arbitror id ſignare quod dicitur: q̃ no
Daniel.13 uit omnia antequam fiant. Nō em̃ ex ijs quæ ſunt ea q̃dem diſcēs, diuina mēs nouit,ſed ex ſe &
in ſe ſecundum cauſam,omniū notionē & ſcientiā atq; ſubſtātiam anticipat,& ante cōprehēdit,
non ſingula ex cuiuſq; ſpecie ducēs,ſed ſecundū vnicā cauſæ cōplexionem om̃ia ſciens & conti-
Manuductio a luce. nēs,ſicuti & lux ſecūdum cauſam in ſeipſa tenebrarꝫ ſcientiā præambit,nō aliunde quàm ex luce
tenebras noſcēs. ¶Seipſam itaq; diuina ſapiētia noſcēs,om̃ia ſcit:materialia ſine materia,& indi-
uiduæ quæ diuiſionē admittūt,& vnice plurima,vno ipo cūcta ſciens & proferēs. Nā ſi ſecundū
vnam cauſam deus om̃ibus eē impartit,vna eadē profecto cauſa ſciet om̃ia,vtq́ ex ſeipſo ſint,&
& in ipſo ante ſubſiſtant,neq; ex his quæ ſunt eorꝫ capiet notionē,ſed ex ipſis ſingulis ſuæ & a-
liorum alijs ſciētiæ erit indultor. Non habet itaq; deus peculiarē ſcientiā ſui,aliā vero communē
om̃ia cōprehendētem:ipſa em̃ ſeipſam omniū cauſa cognoſcens,qua tandem ratione quæ ab ſe
ſunt,& quorum eſt cauſa,ignorabit? Hac itaq; deus cūcta cognoſcit,non rerum,ſed ſui profecto
Apoc.2 ſcientia. Nāq; & angelos ea ſcire quæ in terra ſunt,ſcriptura teſtatur: Non ea ſenſu hauriētes quę
quidem ſunt ſenſibilia,ſed propria ad dei imaginem effictæ mētis virtute atq; natura. ¶Ad hæc
quærendū,quomodo nos deū ſcimus? q̃ neq; intelligibilis,neq; ſenſibilis,neq; omnino quicq̃ in-
telligibilium eſt? Forte id veraciter dicemus, nos deū non ex ipſius natura cognoſcere(id nempe
ignotum eſt,omneq́ ſuperat rationē ac ſenſum)ſed ex creaturarꝫ oīm ordinatiſſima diſpoſitiōe F
vt ab ipſo producta,& imagines quaſdā ac ſimilitudines diuinorum ipſius exemplariū præ ſe fe
rente,ad id quod om̃ia tranſcēdit via & ordine pro viribus ſcandimus in omnium eminētiſſima
priuatione,atq; in omniū cauſa. Idcirco & in omnibus deus agnoſcitur,& ſeorſum ab om̃ibus,&
per ſcientiā,& ꝑ ignorationē noſcitur deus. Eſtq́ ipſius & intelligētia,& ratio, & notio, & tact⁹,
& ſenſus,& opinio,& imaginatio,& nomen, & alia om̃ia:& neq; intelligit,neq; dicit,neq; nomi
natur,neq; eſt aliq̃d eorꝫ quæ ſunt,neq; in aliqua creatura cognoſcitur:& in oībus om̃ia eſt, atq;
in nihilo nihil:& ex omnibus cunctis agnoſcitur,& ex nullo nemini: Enimuero & iſta de deo re-
ctiſſime dicimus:& ex ſubſtātijs omnibus celebratur iuxta omnium rationē quarum eſt author.
Et eſt item auguſtiſſima dei ſcientia quæ per ignorationem ſcitur,in coniunctione illa quæ ſupe-
rat ſenſum,quando mens omnia alia tranſiliens,& ſeipſam demū linquens, coniuncta fuerit luci-
diſſimis radijs,inde atq; illic inſcrutabili ſapiētiæ profundo illuſtrata, & ex oībus q̃dem(vt dixi)
Prouerb.8 ipſa noſcēda eſt: ipſa em̃ ē,iuxta ſcripturæ fidē effectrix omniū,& ſemꝑ cūcta coaptās,ipſiusq́
oīm indiſſolubilis cōueniētiæ atq; ordinis cauſa, ſemꝑ priorum fines ſequentiū initijs iungens,
Iohan.1. vnamq́ mundi conſpirationem & cōgruentiam decentiſſime moliens. ¶Ratio quoq; deus dici-
Ratio ſiue verbum tur in ſanctis literis,nō modo q̃a & rationis,& ſenſus,& ſapiētiæ indultor eſt,ſed q̃a & omnium
cauſas in ſe vniformiter ante cōplexus ē,& q̃a per om̃ia pergit penetrās(vt ſcriptum eſt) vſq; ad
Sapiæ. 8 omniū finem. Et ſupra hæc etiā q̃a ſupra ſimplicitatē omnem diuina expanditur ratio, eſtq́ ab
Veritas. om̃ibus ſupra oīa ſupremæ ſubſtātiæ rōne abſoluta. Hæc ratio eſt ſimplex,vereq́ ſubſiſtēs veri-
Fides. tas,circa quā vt liquidā & nuſquā oberrantē ſcientiā oīm,diuina fides eſt ſtabilis credētiū ſedes,
quæ hos



A quæ hos in veritate locat,in ipſisq́ veritatem imperſuaſibili identitate certam & ſimplicem ve-
ritatis notionem habentibus ijs qui crediderunt. ¶Nam profecto ſi ſcientia cognoſcentiū & co-
gnitorum coniunctrix eſt,ignorantia vero mutationis ſemper & ex ſe ignorāti ſuę diuiſionis eſt
author:eum qui in veritate credit iuxta ſcripturæ fidem nihil remouebit à vere fidei authore, in Roma.8.
quo conſtantiam immobilis atq; immutabilis identitatis habebit. Nouit enim penitus is qui ve-
ritati coniunctus eſt,quàm bene ſe habeat etiam ſi plures illum corripiant, quaſi amētem & ex-
tra ſe factum. Fugit enim(quemadmodum & par eſt)illos quomodo velut ex errore ille per in-
temeratam fidem veritati extra ſe fit,extaſimq́ patitur. Porro nouit ipſe ſeipſum veraciter,non
(quod illi aiunt)inſanire,ſed ab inſtabili ac variabili circa latiſſimam erroris varietatem motu,per
ſimplicem & ſemper ſecundum eadem & eodem modo ſe habentem veritatē euaſiſſe liberum.
Ita deniq; noſtratis diuinæ ſapientiæ principes,ac duces:pro veritate moriuntur omni die teſti- Teſtimoniū
monium perhibentes(vt dignum eſt)& verbo & omni opere,ſingulari Chriſtianorum, veræq́ martyrum.
ſcientiæ:omnibus hanc eē & ſimpliciorem & diuiniorem,imo ipſam eē ſolam veram & vnicam
& ſimplicem diuinam notionem.

## De virtute,iuſtitia,ſalute, redemptione: in quo & de æqualitate & inæqualitate Cap. VIII.

B VErum em̃ quoniam diuinā veritatem,ſupremāq́ ſapientiam, vt virtutem theologi ce
lebrant,& vt iuſtitiam,ſalutem quoq; ipſam,& redemptionem appellant:age iſta pro
viribus diuina nomina explicare pergamus. Nempe em̃ q̃d deitas ſumma virtute om Pſal 139
ni(quomodolibet aut eſt aut intelligitur)eminētiſſime ſuperior ſit:neminē reor qui di Virtus.
uinis literis ſit inuerſatus ignorare. Plurimis em̃ in locis ſcriptura ſacra, etiam dominationem illi Pſal.23.
virtutū quoq; cœleſtium aſſignans tradidit. Quomodo igitur illam theologi etiā vt virtutē lau-
dant,quæ virtute omni longe eminenter excipitur? aut quomodo in ipſa virtutis accipimus nō-
men? Dicamus ergo quoniam virtus eſt deus,q̃ omnē in ſe virtutē ſupreme habet & tēpore &
excellētia,& vt omnis virtutis author,omniaq́ per virtutem nuſquā inclinātem atq; incircūſcri-
ptam producēs,& ſicut eius quæ eſt virtus ſiue vniuerſalis ſiue particularis cauſa efficiēs,& vt in-
finitæ virtutis,non modo q̃d virtutem proferat omnē,verum & q̃d ſupra omnē,& ipſam quoq;
virtutem ſit,& ꝙ excellētiſſime poſſit,& infinite infinitas præter eas quæ ſunt,alias proferre vir-
tutes,eo ꝙ nullo modo poſſint vel infinite vel in infinitum productæ virtutes, ſupremę infinitā
vim ipſius potentiſſime virtutis obtundere. ¶Ac vero ineloquibili,& incognito, atq; incogitabili
modo ſupereminentis omnia virtutis ſuæ ſiue per potentiæ copiam,infirmitatem quoq; corro-
borat,extremasq́ ſubſtantias continet,ac potenter firmat:ſicuti & in ijs quæ ſenſuū ſortita ſunt
potentiam,cernimus ſuperlucētia lumina ad hebetiores quoq; acies penetrare, maioresq́ crepi-
tus aiunt in aures q̃q; obtuſiores,& haud facile ſonitus haurire idoneas,ingredi. Quod em̃ audiēdi
officio penitus vacat,neq; auris eſt,& q̃d omnino nō videt,neq; acies eſt. Hæc deniq; infinite po
tens diuina diſtributio,in om̃ia quæ ſunt ſe intēdit atq; permeat,& nihil eſt in rebus,quod nō ſit
virtuti alicui percipiendæ idoneū,ſed aut ſpiritalem ,aut rationalē,aut ſenſibilem,aut vitalem,aut
C ſubſtantialē habet virtutē. Ipſum quoq; eſſe(ſi fas ſit dicere)virtutē,vt ſit à ſuperſubſtantiali vir-
tute cōſequitur. ¶Ex ipſa ſunt altiſſimę angelicarꝫ diſtinctionū virtutes. Ex ipſa vt & ſint ſine la-
pſu habent,omnesq́ ſpiritales ſuos,atque immortales ſempiternos motus,ipſamq́ conſtantiam
boniq́ deſiderium inuiolabile ab infinitæ bonitatis virtute perceperūt,ipſa illis largiente vt poſ-
ſint,& iſta ſint,& ſemper eſſe deſiderent,ipſumq́ deſiderare poſſe,vt ſemper poſſint. Procedunt
ipſius indeficientis virtutis effectus ad homines quoq; & animātes,& arbores,totamq́ mūdi na-
turam,& coniuncta corroborant ad amicitiam mutuam ac ſocietatē:& quæ diſcreta ſunt vt ſint
ſingula iuxta rationē propriam ac diffinitionem inconfuſa atq; impermixta cuſtodit, mundiq́
ordines & diſpoſitiones in proprio conſeruat bono. ¶Atq; immortales angelicarꝫ vnitatū vitas
inuiolabiles,& cœleſtes luminariū,ſyderūq́ ſubſtātias atq; ordines,immutabiles ſeruat,ac ſeculū
vt eē poſſit indulget:temporꝫ q̃q; orbitas progreſſu diſtinguit, & reditu colligit, ignisq́ vires in-
extinguibiles facit,& aquarꝫ fluenta perennia. Aereā quoq; fuſionē terminat,& terrā ſuꝑ nihilū
firmat,eiusq́ viuificos partus incorruptibiles cuſtodit, elementorūq́ congruentiā & temperan-
tiam inconfuſam,atq; indiuiduam ſeruat:& animæ ac corporis continet nexū. Arborꝫ q̃q; virtu
tes q̃bus nutriunt̃ & creſcūt,mouet,ſubſtātialesq́ omniū roborat vires, & mundi indiſſolubilem
conſtantiā tutatur,deificumq́ ipſum ſtatū cōdonat:virtutem vt hoc poſſint(ijs qui in deū tran-
ſeunt)præſtans. Prorſusq́ nihil in ſubſtantijs eſt,quod ipſius omnipotens diuina virtus nō tute-
tur atq; contineat. Quod em̃ omnino nulla virtute fulcitur,neq; eſt, neq; aliq̃d eſt, neq; eſt peni-
tus ipſius vlla poſitio. ¶Atqui,inquit Elymas magus ſi eſt omnipotens deus,quomodo à veſtro Elymas magus.
theologo aliquid non poſſe dicitur? beatum inſimulans Paulū qui ait deum ſeipſum negare non
poſſe. Illud autem ſi adijciam vehementer timeo,ne vt amens ridear,q̃ puerorꝫ ludentiū ſtructu
ras,& ſupra arenā fundatas,& infirmas euertere moliar,atq; huius rei diuinū ſenſum veluti arduū
aliquid

Vbi hic de aliquid ac ꝑdifficile intentius aperire aggrediar. Nempe eñ ſeipm̃ negare, à veritate decidere eſt. D
us & a deo Porro veritas deus eſt, & à veritate cadere à deo eſt cadere. Si igitur veritas deus eſt, veritatiſq;
frequenter negatio eſt à deo prolapſio, à deo cadere deus nõ poteſt, & nõ eſſe (vt ſic dixerim) non eſt, & nõ
dicitur ori poſſe nõ poteſt, & nõ noſſe ſecundũ priuationẽ nõ nouit: id ſapiens ille non intellexit, imitaturq;
ginale ha athletas imperitos, q ſæpe imbecillos ſibi aduerſarios eẽ ſuadentes, contráq; abſentes ipſos forti-
bet nomen ter adumbrata pugna dimicãtes, & aerem caſſis ictibus cõſtanter ferientes, aduerſarios ipſos ſupe
dei on, hoc raſſe arbitrãtur, ſeq; victores buccinãtur, cum neq; illoꝝ nouerint vires. At nos diuinũ ipm̃ Pau-
eſt ens & q lum pro viribus aſſequẽtes, eum q ſupra virtutem ẽ deũ vt omnipotẽtem celebramus, vt bea-
eſt, & nõ eẽ tum ſolumq; potẽtem, vt dominãtem in virtute ſua ſeculo, vt qui in nullo à ſubſtantijs exciderit,
non poſſe, imo quæq; ſunt oĩa excellẽter & ante tempora habeat ſuperſubſtantiali virtute ſua: qui ijs quæ
nõ noſſe no ſunt oĩbus, vt eẽ poſſint & hoc ſint, excellẽtis virtutis copia & exuberãti profuſione largitur.
minaliter ¶ Iuſtitia vero rurſus deus vt oĩbus ſecũdum merita retribuẽs dicitur, menſuramq; & pulchri-
ĩtelligunt. Iuſtitia tudinem & ordinẽ ac diſpoſitionẽ, omneſq; diſtributiones atque ordinationes iuxta veriſſimam
Pſal. 110. ac iuſtiſſimã diffinitionẽ ſingulis ſegregans, & oĩbus quibuſq; proprij operis author exiſtẽs.
Pſal. 118. Cũcta eñ diuinæ iuſtitiæ legibus ordinat atq; determinat, & oĩa ex omnibus mera atq; imper
Sapiæ. 1. mixta cuſtodiens, pro ſingulorum meritis ijs quæ ſunt oĩbus cõgrua cuiq; largitur. Hæc vero
ſi recte dicũtur, q diuinam iuſtitiam inſimulant, dum nõ aduertũt, ſuam iniuſtitiã apertiſſime dã
nant. Aiunt eñ immortalitatẽ ineſſe debere mortalibus, imperfectiſq; perfectionẽ: & ijs quæ ex
ſe mouẽtur neceſſitatem qua aliunde moueãtur, mutabilibuſq; identitatem, & infirmis, quæ per-
fectæ virtutis ſunt adeſſe oportere. Itẽ ſempiterna eẽ temporalia & immutabilia quæ natura mo
uentur, temporariaſq; voluptates oportere eẽ æternas, & oĩno quæ aliorum ſunt, alijs reddũt. E
Verum in hoc operæpretiũ eſt cognoſcere diuinam iuſtitiã veram eẽ iuſtitiã, ꝙ oĩbus quę ſua
ſunt tribuit pro ſingulorum merito, & cuiuſq; naturam in ſuo ordine ſeruat atq; virtute. ¶ At di
xerit quiſpiam non eẽ iuſtitiæ, quod viri ſancti ſine adiutorio dimittantur à peſſimis conteri. Ei
dicẽdum, ꝙ ſi qdem terrena quæ carnalibus in ſtudio ſunt, diligũt: hi quos ſanctos appellat, di-
uino amore prorſus exciderũt, & neſcio quo pacto ſancti appellari poſſint, q amabilia veraciter
ac diuina iniurijs afficiunt, dum ea quæ neq; amari, neq; haberi in ſtudio merentur, minus plane
honeſte cõgerunt, minuſq; reprobãt. Sin autem quæ vere ſunt, amãt, lætari cõuenit eos q aliqua
cupiunt, quãdo fruuntur optatis. An vero nõ tũc magis angelicis propinquãt virtutibus, cũ diui-
norum deſiderio pro viribus ab omni carnalium affectione diſcedũt: atq; ad hoc viriliter multũ
exercẽtur, dum pręſſuras, caſuſq; varios honeſti gratia tolerãt. Itaq; (vt verum dixerim) hoc ma-
gis eſt diuinæ iuſtitiæ propriũ nequaq̃ emollire atq; eneruare optimorum quorũcunq; maſculũ
ſenſum largitione carnaliũ. Neq; ſi quis id conetur agere, eos ſine adiutorio linquere, ſed illos in
Salus præclaro, inflexibiliq; ſtatu ſolidare, eiſq; cum ſint huiuſmodi ſecũdũ merita reddere. ¶ Hæc de-
pſal. 26 niq; diuina iuſtitia ſalus quoq; omnium ꝓdicatur: propriã cuiuſq; & ſyncerã ab alijs ſubſtantiam
Iohan. 4 & ordinem ſeruans atq; cuſtodiẽs, cauſáq; pure exiſtens proprię in quibuſq; actionis. Si qs ve-
ro ſalutẽ laudet (vt etiam ne à deterioribus qdem abſtineat) cuncta ſaluando rapientem, & hunc
ipſi laudatorẽ profuſiſſime ſalutis ꝑlibenter admittemus. Et hanc ſane primam vniuerſorum ſa-
lutem ipm̃ diffinire cupiemus quæ oĩa in ſeipſis immutabilia, neq; diſſidentia & nuſquam de-
flectentia ad deteriora præſeruet, cuſtodiatq; oĩa ſine pugna & bello, ſingula ſuis rationibus, or- F
dinibuſq; diſtincta, & inæqualitatem omnẽ, & alienam actionem ex oĩbus eliminet, & cuiuſq;
Redẽptio proportiones ad id confirmet vt in diuerſa cadere, aut commigrare nequaquam poſſint. ¶ Veꝝ
1. Cor. 1 eñ profecto & hanc ſalutem nõ præter intẽtionem ſcripturæ ſanctę vt bonitate cũcta ſaluante
quæ ſunt oĩa, ab ſuorum prolapſione bonorum, redimentem: prędicare merito poſſumus, quã-
tum cuiuſq; ſaluãdorum admittit natura. Idcirco etiam redemptionem illam theologi nominãt,
ex eo quod non ſinit quæ vere ſunt, ad id cadere vt nõ ſint. Ex eo item q̊d etſi quid deliquerint,
& ab ordine ſuo aberrauerint, & imminutionẽ aliquam perfectionis bonorum ſuorum paſſa fue-
rint. Hac etiam in parte à paſſione & imbecillitate ac priuatione redimit, implens quod deeſt, &
paterno affectu infirmitatem ſupplens, atq; à malo erigens, imo in pulchro ſiſtens, & q̊d effluxe-
rat, bonũ reparans ac diſponens, & ordinis quod deeſt in illo atq; poſitionis exornans, integrũq;
Aequalitas perficiens, & ab omnibus abſoluens inconcinnitatibus. ¶ Sed de his quidem & de iuſtitia dictũ
Pſalm. 9 eſt. Secundum quam omnium æqualitas, emetitur atq; terminatur omniſq; inæqualitas quæ ſe-
Sapiæ. 6 cundum priuationem eſt eius (quæ in ipſis ſingulis eſt) æqualitatis, extorris agitur. Veꝝ enimue-
Philip. 2 ro inæqualitatem ſi quis differentias omnium ad omnia in omnibus accipiat: huius quoq; iuſti-
tia ſeruatrix eſt, non permittens promiſcua oĩa fieri ac perturbari, ſed cuſtodiens quæ ſunt oĩa
ſecundum ſpeciem in qua ſingula quæq; eſſe acceperunt.

## De magno, paruo, eodem, altero, ſimili, diſſimili, ſtatu, motu, æqualitate. Cap. IX.

Quoniam



A QVoniam vero, & magnum, & paruum authori omnium applicatur, idemq; & alteꝝ
ſimile quoq; ac diſſimile & ſtatus & motus, age & hæc nominũ diuinoꝝ ſigna liqui-
de, quantum poſſumus, ſpeculemur. Magnus itaq; deus in ſacris literis prædicatur & Magnum.
in magnitudine, & in aura tenui, diuinam ſignãte paruitatem. Atq; idem dicitur ſicu Paruum. In aura tenui
ti cum ſcriptura dicit: Tu autem idem ipſe es. Alter quoq;, quãdo multiformis, multiſq; figuris à Idem.
ſacris eloquijs fingitur. Et ſimilis, vt ſimilium & ſimilitudinis opifex. Et diſſimilis omnibus, vt cui Alterum.
ſimilis non ſit. Et ſtans atq; immobilis, & ſedens in æternum. Et mobilis, vt qui omnia penetret, Simile.
& quæq; alia diuina nomina tantundem valentia à ſacris prædicantur eloquijs. Magnus quidẽ Diſſimile.
appellatur deus, iuxta propriam ipſius magnitudinem, quæ magnis omnibus ſuimet conſortium Stans.
tradit, & extrinſecus ſuper omnẽ magnitudinem funditur & ſupra expanditur, omnem conti- Mobile
nens locum, omnẽ tranſcendens numeꝝ, omnem tranſiliens infinitatem, & per ipſius plenitu- Magnum.
dinis exhuberantiam, principaliáq; ipſius dona qua parte ipſa ab omnibus participata, per infi-
nitam donoꝝ profuſionem ſine diminutione omnino perdurant, eandemq; habẽt plenitudinis
exhuberantiam, neq; participationibus minuuntur, ſed magis ac magis exundant. Magnitudo
hæc & infinita eſt, & quantitate caret, & numero, atq; hoc eſt excellentia ſecundum abſolutã, & Paruum.
ſuperne expanſam incomprehẽſibilis magnitudinis redundantiam. ¶ Paruum vero ſiue tenue in
eo dicitur, ꝙ molem omnẽ excedit, atq; diſtantiam; & ꝙ abſq; impedimento per omnia per-
git. Enimuero omnium cauſa puſillum eſt, nuſquã eñ inuenies puſilli ſpeciem imparticipatam. Heb. 4
Ita igitur in deo puſillum accipiendũ, vt quod in omnia, & per omnia ſine impedimẽto pergat,
B & operetur, atq; pertingat vſq; ad diuiſionem animæ & corporis, cõpagum quoq; & medulla-
rum, & diſcernens cogitationum & intẽtionum cordis, imo eorũ quæ ſunt omnium: nõ eñ eſt
creatura inuiſibilis in conſpectu eius. Hoc itaq; puſillum & quantitate caret & qualitate, tenetur
nullo, infinitum eſt, & interminatum, comprehẽdens omnia, & ipſum comprehenſibile nulli. Idem.
¶ Idem vero ſuperſubſtãtialiter æternum eſt, inuertibile in ſeipſo manens, ſemper ſecũdum ea-
dem & eodem habens modo, oĩbus eodem modo præſens, ipſumq; ſecũdum ſeipſum in ſeipſo
firmiter & intemerata in pulcherrimis excellentis identitatis finibus collocatũ, immutabile, caſui
minime obnoxium, forte & conſtans, inuariabile, impermixtũ, immateriale, ſimpliciſſimũ, nullius
egens ꝙ augeri minuiq; nõ poſſit: ingenitum nõ quaſi nondũ genitum, ſeu quaſi imperfectũ ſit,
ſeu ab hoc, aut hoc nõ ſit, neq; vt quod nuſquã nulloq; modo ſit, ſed vt quod ſuper omnia inge-
nitum, & abſolute ingenitũ, ſemperq; ſit & in ſe perfectũ ſit, atq; idem ſit ſecũdum ſeipſum, atq;
à ſeipſo vniformiter eadẽq; ſpecie determinatũ, idemq; illud ex ſeipſo oĩbus participare idoneis
inſinuans, & alia connectens alijs, copia identitatis & cauſa, in ſeipſo etiam contraria eodem mo
do ante habẽs ſecũdum vnam atq; vnicam totius identitatis ſupereminẽtem cauſam. ¶ Porro Alterum.
alterum dicitur, quia oĩbus prouidentiæ ratione deus adeſt, & omnia in oĩbus pro omnium ſalu-
te fit, in ſeipſo & in ſua identitate manens, & nuſquã progrediendo per vnam indeficientemq;
operationẽ ſtans, & ſeipſum virtute nuſquã inclinãte ad eos, qui conuerſi ſunt, in deum aſſumen
dos largiens. Alteritatem quoq; variarum dei iuxta multiformes viſiones figurarũ, alia quædam Manuductio ex aĩa ſumpta.
per ea quæ videntur præter id quod videtur, ſignificare putandum eſt. Quemadmodũ eñ ſi ani
C mam ipſam corporali ſpecie vellemus effingere, parteſq; ipſi indiuiduæ applicare corporeas, ali
ter cogitaremus in ea partes ei circumductas ab indiuiduo animæ nõ diſcedendo, vt caput qui-
dem intelligẽtiam, ceruicem vero opinionẽ, vt in medio rationalis atq; irrationalis poſitã, pectus
iram, ventrem cõcupiſcentiam, crura & pedes naturã diceremus, nominibus partium, virtutum
ſignis vtentes: multo ſane magis in eo qui ſupereminet oĩbus, alteritatem formatũ atq; figurarũ
pijs & deo congruis ſacratioribuſq; explanationibus vt purgemus oportet. ¶ Et ſi velis triplices Figuræ.
figuras corporũ ei qui tactum figuramq; refugit deo applicare: latitudo diuina dicenda, ampliſſi Longitudo.
ma dei ad cuncta progreſſio: longitudo vero, virtus peruagans omnia: profundũ autẽ abdita illi Latitudo. Profundum
virtus, atq; ignoratio his (quæ ſunt) oĩbus incomprehẽſibilis. Verum eñ ne imprudẽtes (dum va
rijs formis ac figuris exponẽdis inſiſtimus) incorporalia diuina nomina ſignoꝝ carnalium nomi Significatiua theologia.
nibus cõfundamus, de eis ipſis profecto in ſignificatiua theologia iam diximus. Nunc diuinã al-
teritatem, nõ immutationẽ aliquam inuertibilis identitatis ſuſpicemur, ſed multiplicationẽ ipſius
ſingularem, atq; vniformes ad omnia fœcunditatis diuinæ proceſſus. ¶ Enimuero ſimilem deũ Simile.
ſi ita quiſpiam acceperit, vt totũ per omnia ſibi firmiter atq; indiuidue eundem atq; conformẽ,
aſpernanda nõ erit ſimilis in deo appellatio. Porro theologi eum, qui eſt ſuper oĩa, deũ, qua par- Eſa. 40
te ipſe eſt, nemini ſimilem eſſe aiunt: ipſum vero diuinã largiri ſimilitudinẽ his qui ad ipſum con
uertuntur, eum imitando pro viribus qui ſupra diffinitionẽ omnem ac rationem eſt. Et eſt diui-
næ ſimilitudinis virtus, per quã quæ producuntur omnia, ad authorẽ conuertuntur. Hæc deniq;
deo ſimilia dicenda ſunt, & ad diuinã imaginem ac ſimilitudinẽ ficta. Non autem illis ſimilis di-
cendus eſt deus, quia neq; homo eſt imagini ſuæ ſimilis. In his nẽpe q̃ ſunt æqualia, poſſunt & ip
ſa ſibi inuicem eſſe ſimilia, & ad vtraq; poteſt ſimilitudo cõuerti, vt ſint inuicem ambo ſimilia ſe-
cundũ principalem ſimilis ſpeciem. In cauſa vero atq; cauſalibus, conuerſionẽ nequaquã admitte

f mus.

D
mus. Non em̃ his ſolis aut illis vt ſint ſimilia donatũ eſt, ſed oĩbus quæ ſimilitudinem admittunt,
vt ſimilia ſint, deus author eſt. Eſt autem ipſius quoq; ſuæ ſimilitudinis opifex, & quod eſt in om
nibus ſimile, veſtigio quodam diuinæ ſimilitudinis ſimile eſt, eorumq́; coniunctionem complet.
Diſſimile ¶Et quid de hoc dicere oportet? ipſa nempe theologia ipſum eſſe diſſimilem prædicat, & extra
ordinẽ omnium, vt ab omnibus alterũ, & quod eſt profecto mirabilius, nihil illi ſimile eſſe ait. Et
certe non aduerſatur iſtud propoſitæ diuinæ ſimilitudini, nam eadẽ deo & ſimilia ſunt & diſſi-
milia: illud quidẽ quia pro viribus ei participat, qui nõ poteſt participari: hoc autem quia cauſa-
Status. lia authore ſuo multum inferiora ſunt, & infinitis & non comparandis mẽſuris, ab eo longe ab-
ſunt. ¶Quid autem de diuino ſtatu ſiue ſeſſione dicemus? Quid? niſi ꝙ ipſe in ſeipſo deus manet
in ſua immobili identitate ſtabiliter fixus atq; fundatus, ſecundũq́; eadem & circa eadem eodẽq́;
modo operatur, penitusq́; ſubſiſtit, nuſquam ex ſeipſo migrando, & mutatione omni ac motu
omnino carendo, iſtaq́; ineffabili modo: ipſe em̃ eſt omnium ſtatus ac ſeſſionis author, qui ſupra
Motus. ſeſſionem omnẽ ac ſtatum eſt, & in ipſo conſiſtunt omnia, atq; à bonorum ſuorum ſtatu immo
ta ſeruantur. ¶Quid autem quando hunc procedere ad oĩa & moueri theologi dicunt, qui eſt
immobilis, nonne id quoq; pie eſt intelligendum? Moueri em̃ eum religioſe putandum eſt, non
per corruptionem aut immutationem aut variationem ſeu ſucceſſorium localemve motum, nõ
rectum, non orbicularem, non ex vtriſq; conſtantem, non intelligibilem, non animalem, non na
turalem, ſed ex eo ꝙ ad ſubſtantiam perducat deus, & cuncta contineat, & modis omnibus om-
Motus dei rectus nium prouidentiam gerat, adſitq́; omnibus, cuncta abſolute continens prouidentiſſimis ſuis (ad
ea quæ ſunt) proceſſibus atq; operationibus. Sed & motus immobilis dei digne & pie laudari cõ E
ueniet. Ac rectum quidem intelligere oportet in deo, indeflexibilem conſtantiam, proceſſumq́;
Motus obliquus. actionumq́; nuſquã inclinantem, & (quæ ex eo prodit) omnium generationẽ. Porro flexuoſum
progreſſum, ſtabilem, fœcundumq́; ſtatũ. Orbicularem vero, identitatem, & quod continet me-
dia atq; extrema, quæ ambiunt atque ambiuntur, & eorum (quæ ab ipſo proceſſerunt) ad ipſum
Aequalitas conuerſionem. ¶Si quis autem vel identitatis in ſanctis literis, vel iuſtitiæ diuinã appellationẽ in
æquo accipiat, dicẽdum æquum eſſe deum nõ modo vt indiuiduum & nullam in partem vergẽ
tem, ſed vt ad oĩa & per oĩa æque pergẽtem, atque vt ipſius, ac per ſe æqualitatis authorem,
per quã vt vniuerſa per ſe inuicem ſimiliter permeent, & vt participãtia pro cuiuſq; captu æqua
ratione participẽt, & æque pro meritis ad oĩa diuina profluant munera, æque operatur, per id
ſane ꝙ æqualitatem omnẽ intelligibilem, ſpiritalem, rationalem, ſenſibilẽ, ſubſtãtialem, natura-
lem, volũtariam, eximio & ſingulari modo in ſeipſo ante comprehẽderit virtute illa ſua ſuperãte
oĩa totius æqualitatis authore.

## De omnipotente, antiquo dierum, in quo & de ſeculo, & de tempore. Cap. X.

Omnipotes Gene. 17 TEmpus iam admonet, vt præditũ multis nominibus deũ, vt omnipotentẽ, vt antiquũ
dierum celebremus. Enimuero omnipotens dicitur, ꝙ ipſe ſit (quæ poteſt oĩa) om-
nium ſedes, oĩa continens atque complectẽs, & cuncta ſtabiliens, fundans, atque cõ-
ſtringens, & hoc oĩe indiſruptum atque indiſſolutũ in ſeipſa perficiens, & ex ſe, velu F
ti ex omnipotẽte radice, cũcta producens, atque ad ſe, vt ad omnitenens profundũ, vniuerſa con
uertens atque conſeruãs, vt omnium ſedes omnicapax, quæ cõtinentur oĩa, vna cuncta excellẽ
te virtute cõmuniens, neque ſinens ea ab ſe cadere, ne tanquam exactiſſiſſimo domicilio mota
diſpereant. Dicitur aũt omnipotẽs ſumma illa diuinitas, & vt oĩa ſuperãs, & oĩbus (quæ pro
uidentia regũtur) mere imperãs, atque vt oĩbus amabilis atque deſiderabile perſtãs, & immit-
tens oĩbus voluntarias leges, dulcesq́; partus diuini & omnipotẽtis ac tranquilliſſimi ſuæ boni-
Antiquus dierum. tatis amoris inſinuans. ¶Antiquus vero dierũ deus prædicatur, ꝙ ſit ipſe omnium & ſeculum &
Daniel. 7 tempus, & ante dies, & ante ſeculũ ac tempus. Quamuis & tempus & diem & momẽtum, & ſe-
culum eũ conuenientiſſime appellare poſſimus, vt qui per omnẽ motũ incommutabilis atq; im-
Iuuenis. mobilis ſit, quiq́; cũ ſemper moueatur, in ſeipſo manet, vt ſeculi & temporis ac dierum author.
Quocirca & in ſacris myſticarũ viſionũ apparitionibus, & antiquus & nouus effingitur, ſeniore
quidẽ antiquitatẽ eius quæ ab initio eſt, iuniore autẽ inſeneſcibilitatẽ ſignãte ipſius, vtriſq; vero
eũ ab initio ad finẽ vſque per cuncta procedere monſtrantibus, ſiue (vt diuinus noſter inſtitutor
ait) vtroq; diuinã eminẽtiam ſubinſinuante: ſeniore quidẽ eminẽtiam temporis, iuniore vero nu-
meri præſtabilitatẽ præ ſe ferẽte. Vnũ em̃ & quæ ab vno vicinius pendẽt, in longũ progreſſis nu
Seculũ ſiue æternitas. meris, & principaliora & præſtabiliora ſunt. ¶Operæpretium autẽ eſt, vt reor, & ſeculi & tẽpo-
ris naturã ex ſacris literis diſcere, nõ em̃ omnino & abſolute ingenita ſunt, ac vere æterna vbicũq;
dicũtur æterna, ſed incorruptibilia potius atque immortalia & immatabilia, & eodẽ modo ſeſe
pſalm. 23 habẽtia: ſicuti cum dicitur, Eleuamini portæ æternales, & ſimilia. Sæpe vero etiã antiquiſſima ſe-
culi appellatione ſignãtur, & tota ruſus interdum noſtri fugacis temporis ſeries ſeculum appel-
Tempus. latur. Verum ſeculi proprietas eſt antiquum & immutabile, & totũ impartibiliter ſecũdũq́; totũ
eſſe



A eſſe metiens, tempus autẽ vocant quod in generatione & corruptione & variabilitate, & alias ali-
ter ſe habet. Idcirco nos quoq;, quibus eſt hic diffinitum tempus, ſeculi fore participes theologia Lucæ. 20
pollicetur, quando incorruptibile & eodẽ modo ſemper habens attigerimus ſeculũ. Interdũ vero
& temporale ſeculũ ſcriptura concelebrat, & ſeculare tempus, quanq̃ ſcimus magis apud eam &
rectius quæ ſunt ſeculi, & quæ naſcuntur, temporis appellatione & dici & intelligi. ¶Non itaq;
ſimpliciter deo qui ante ſecula eſt, coæterna putanda ſunt quæ ſecularia ſeu æterna dicuntur, ſed
ſacratiſſimis eloquijs tenaciter inhærendo, ſecularia quidẽ ac temporalia iuxta cognatos ac pro-
prios modos intelligenda, media vero eorum quæ ſunt & q̃ naſcunt, quæq́; alicubi ſeculi, alibi ve-
ro participant temporis. Enimuero deum & vt ſeculũ & vt tempus laudare conuenit, quippe qui
temporis totius ac ſeculi author ſit, & vt antiquũ dierũ, vt qui ante tempus & ſupra tempus ſit, & Pſal. 73
momenta immutet & tempora, & ante item ſecula ſubſiſtat, quia & ante ſeculũ & ſupra ſeculum
eſt, eiusq́; regnũ, regnũ omnium ſeculorũ. Amen.

## De pace, & quid ſibi vult in deo ipſum eſſe, quæ ſit ipſa vita, quæ ipſa virtus, & quæ hunc in modum dicuntur. Cap. XI.

AGe itaq; diuinã complectentemq́; omnia pacẽ, pacificis efferamus laudibus. Hæc eſt Pax.
em̃ quæ cuncta connectit, concordiamq́; omniũ atq; cõſenſum gignit & efficit, cuius
rei gratia ipſam quoq; deſiderant omnia, vt quæ diuiſibilem ipſorũ multitudinẽ, ad to
tam conuertit vnitatem, inteſtinumq́; mundanæ machinæ bellum (quo fœdere mira-
bili cõgruat) efficit. Diuinæ participatiõe pacis, antiquiores vnientiũ virtutũ & ipſe ad ſeipſas, &
B ad inuicẽ coniunguntur atq; ad vnã omniũ principatũ gerentem pacẽ, etiam & quæ ſibi ſubie
cta ſunt iungunt, ipſaq; & ad ſe & ad inuicem, & ad vnũ atq; perfectũ omnium pacis initium, au
thoremq́; ſtringuntur, hæc non per partes cuncta perluſtrans quæ diuiſa ſunt, veluti vectibus
quibuſdã aſtringentibus conciliat, finit, terminat atq; cõmunit, nec permitttit diuiſa in infinitum
interminatumq́; diffundi, neq; inordinata, & ſede carentia, deoq́; deſtituta, ſuiq́; egreſſa vnitatẽ,
inuicem cõfuſe miſceri. ¶De ipſa ergo (quicquid tandẽ illa eſt) diuina pace, quiete & ſilentio (quã Ioſeph
ſanctus iuſtus ineloquibilitatẽ vocat, & ad omnẽ nõſcibilem proceſſum immobilitatẽ, quo pa- iuſtus.
cto quieſcat, agatq́; ſilentium, vtq́; in ſe & intra ſe ſit & tota ad ſe totam eminenti ratione iunga
tur, & neq; dum in ſe ingreditur, ſeq́; multiplicat, ſuam linquit vnionem, ſed & procedit ad oĩa
tota intrinſecus manens per excellentiam cuncta ſuperantis vnionis, neq; dicere cuiquã, neq; co-
gitare, neq; fas eſt, neq; poſſibile. Verum em̃ iſtud quoq; vt neque eloquibile, neq; nõſcibile ipſi
applicantes cuncta ſane tranſilienti, participationes eius (quæ & intelligi & dici poſſunt, & id quoq;
vt poſſibile eſt viris, & nobis potiſſimũ qui multis bonis viris inferiores ſumus) inſpiciamus. ¶Ac
primũ quidem id dicendum ꝙ ipſius per ſe pacis & vniuerſæ & particularis illa eſt author, om-
niaq́; ad inuicem temperat atq; cõmiſcet iuxta inconfuſam ipſorũ vnionem, per quã abſq; diui-
ſione vlla diſtantiaq́; coniuncta, integra nihilominus in ſua quæq; ſpecie durant, nihil aduerſantiũ
admixtione turbata, neq; quicquã confœderatricis illius diligentiæ ac puritatis offendentia, vnã
C igitur quandã ac ſimplicem pacificæ coniunctionis intueamur naturã, ſibi & eis atq; inuicẽ cun-
cta iungentẽ, ſeruantemq́; oĩa, inconfuſe continendo ea, & mera & incõmixta. ¶Per quã diui
ni ſpiritus ſuiſmet intelligentijs inſerti, his quoq; quæ intelligunt coniunguntur, rurſusq́; ad inco-
gnitam ſcandunt (eorũ quæ menti ſupereminent) coniunctionẽ, per quã animæ varias ſuas ne-
ctentes rationes, atq; ad vnã ſpiritalem puritatẽ congregantes procedunt, ſibi congrua via atq;
ordine per ſpiritalẽ indiuiduamq́; intelligentiam ad coniunctionẽ illam (quæ omnẽ intelligentiã
ſuperat) annitentes ab quã vna omnium, indiſſolubilisq́; connexio, iuxta diuinã ipſius ſubſiſtit cõ
gruentiam, concentuq́; mirabili & concordia perfecta atq; conſenſu coaptatur, dum & ſine con
fuſione colligitur, & ſine diuiſione atq; diſſolutione continetur. ¶Nimirũ perfectæ pacis integri-
tas, ad ea quæ ſunt omnia per ſimpliciſſimã ipſius & merã vnificæ virtutis præſentiam penetrat,
coniungens oĩa, & extremis extrema per media connectens per vnã quidem cognatã amici-
tiam copulata, atque vltimis quoque mundanæ machinæ molitionibus, vt ſe fruantur indulgens,
cognataq́; efficiens omnia, vnitatibus, identitatibus, inſitionibus, collectionibus, quandoquidẽ di-
uina pax nulli diuiſioni perſtat obnoxia, & in vno indicat omnia, & per omnia pergit, & nuſquã
à propria identitate diſcedit, ſane ad cuncta procedit, ſuiq́; participationem omnibus tradit pro
ſingulorũ modo, ac pacificæ copia fœcunditatis exhuberat, manetq́; per vnionis excellentiam
tota ad totam & per totam ſeipſam ſupreme coniuncta. ¶Et quo pacto dixerit quiſpiam, cun-
cta deſiderant pacem? quando plurima alteritate ac diſcretione gaudent, neque ſponte quieſce-
re volunt. Atqui ſi alteritatem ac diſcretionẽ qui ſic loquitur, cuiuſq; rei proprietatem dicit (cum
hanc & eorũ quæ ſunt, ne vnũ quidem quod exiſtens eſt vnquã perire velit) ne nos quidẽ id re-
fragabimur: verũ idipſum quoq; pacis deſiderium eſſe ſtatuemus, amant em̃ omnia ad ſeipſa &
habere pacem, & eſſe coniuncta, atque in eo eſſe ſtatu vt à ſeipſis & ſuis moueri decidereq́; non
poſſint. Enimuero perfecta illa & cuncta perficiens pax, mere atque impermixte ꝑ ſingula pro-

 prietatis

prietatis cuſtos atq; ſeruatrix eſt, pacificis prouidentijs ſuis omnia ſeditione & confuſione vacua D & ad ſeipſa & ad inuicem ſeruans, cunctaq́ ſtabili & conſtante virtute ad propriam ipſorũ pacem atq; immobilẽ conſtantiam figens. Nempe ẽm ſi quæ mouentur, omnia non feriari, otioq́ torpere, ſed operari ſemper pro eotũ motu cupit, id profecto diuinę omniũ pacis deſiderium eſt, quæ omnia in ſeipſis ne poſſint cadere ſeruat, & cunctorũ quæ mouentur proprietatẽ, ac mobilem vitam (ne dimoueatur, neve decidat) cuſtodit, duḿq; mouentur ad ſeipſa pacem ſeruantia, & eodem modo ſemper habentia, quæ ſui ſunt muneris peragunt. Cæterũ ſi alteritatem ex pacis prolapſione venientem dicat, aſſeratq́ non eſſe amabilẽ omnibus pacẽ. Maxime quidem nihil eſt, quod omni prorſus coniunctione deciderit, quod ẽm penitus inſtabile & infinitũ & nuſquã cõſiſtens, prorſusq́ indiffinitũ eſt, neq; ipſum eſt, neq; in his quæ ſunt eſt. ¶ Verũ ſi eos dicat pacem, pacisq́ bona aduerſari, qui litibus, & furoribus, & immutationibus atq; inſtabilitatibus gaudent. Illi quoq; perexiguis quiquſdã pacifici deſiderij ſimulachris detinentur, dum perturbationibus varijs aguntur, quas imperite deſiderant ſiſtere, & arbitrantur ſe pacẽ habere, ſi ſemper fluentibus voluptatibus hauriendis inſiſtant, perturbanturq́ ſi eis (quæ ſeipſos obtinuere) fruſtrentur. Quid vero de Chriſti pacẽ profundente clementia dicemus, per quã diſcimus, non vltra bellare, neq; nobiſcum, neque ad inuicem, neque aduerſus angelos, ſed cũ ipſis potius diuina pro viribus agemus, iuxta Ieſu prouidentiam, qui omnia in omnibus operatur, facitq́ pacem à ſeculo prædeſtinatã, & nos ſibi in ſpiritu reconciliat, & per ſe, ipſi quoq; conciliat patri. De quibus excellentiſſimis donis in theologicis informationibus ſatis diſſeruimus, aſtipulantibus aſſertioni noſtræ ſacris eloquijs. ¶ Verum ẽm, quando alias quoq; me per epiſtolã rogaſti: quidnam eſſe putarem ipſum eſſe, ipſam vitam, ipſamq́ ſapientiam, dixiſtiq́ te multũ moueri, ꝙ aliquando deũ, ipſam dixerim vitam, aliquando vitæ ipſius authorem, operæpretium exiſtimaui ſancte vir dei, hac te de nobis concepta hæſitatione liberare, ac primũ quidem vt quæ alias latius diximus, nũc quoq; paucis repetamus. Non ſibi aduerſatur deum ipſam virtutem, ipſamq́ vitam dicere, & ipſius vitæ ſeu pacis ſeu virtutis authorem. Nam partim quidẽ ex his quæ ſunt, & ex his maxime quæ primo ſunt condita, vt omnium quæ ſunt, author appellatur: partim vt ipſe qui ſuper omnia etiã primo cõdita, ſupreme & ſuperſubſtantialiter eſt. Quid aũt inquies ipſum eſſe, aut ipſam vitã dicimꝰ, aut quæq; abſolute eẽ ac principaliter & ex deo primo ſubſiſtere ponimus? At iſtud quidẽ curuum non eſt, ſed rectum, ſimplicemq́ habet explanationẽ: neq; ẽm ſubſtantiam aliquã diuinam ſeu angelicam eſſe dicimus ipſum atq; per ſe eſſe, quod quidẽ cauſa eſt vt ſint quæ ſunt omnia, verũ ipſum quoq; eſſe quod ſuperſubſtantiale eſt, initium, & ſubſtantia, & cauſa eſt, neque viuificam deitatem aliam præter ſupremã illam, dininamq́ vitam omniũ quæ viuunt, & ipſius quoq; vitæ cauſam, neq; (vt breuiter dixerim) dicendũ eſt principales rerum conditrices eſſentias cœleſtes, atq; ſubſtantias (quas non defuerunt qui creaturarũ deos, atque opifices ſibi protinus effingerent, & dicere auderent) quos vt vere proprieq́ dixerimus, neque ipſi nouerunt (quippe qui non ſunt) neque patres eorum. Cæterum ipſum eſſe, ipſamq́ vitam, & ipſam deitatem dicimus, principaliter quidẽ ac diuine & ſecundũ cauſam vnũ principia cuncta excellens, & ſuperſubſtantiale principiũ, & cauſam: participabiliter vero virtutes ſuas illas prouidentiſſimas ex deo F minime cõmunicabili prouenientes, ipſam ſcilicet ſubſtantificationẽ, ipſamq́ viuificationem, & ipſam per ſe deificentiam, quibus dum congruo ſibi modo creata participant, & exiſtentia, & viuentia, & diuina & ſunt & merito prædicantur, & eodem item modo alia. Quocirca etiam eorũ quæ prima ſunt, author eſſe qui ſupreme bonus eſt dicitur. Deinde ipſorũ integre omnium, deinde ipſorũ particularium, tum eorꝫ quæ integre ipſis pleneq́ participant, tum vero eorũ quę ipſis ex parte cõmunicabunt. ¶ Et quid me plura de his dicere neceſſe eſt? quandoquidẽ nonnulli ex noſtris diuinis præceptoribus, ipſius quoq; bonitatis ac deitatis authore eum dicunt, qui supreme bonus ac ſummus eſt deus, ipſam bonitatẽ ac deitatẽ eſſe dicentes, beneficũ illud atq; deificũ ex deo proueniens donũ, ipſamq́ pulchritudinẽ pulchritudinis effectricẽ largitatẽ, & totam pulchritudinẽ & particularem pulchritudinẽ & omnino pulchra & in parte pulchra, & quæq; alia eodẽ modo dicta ſunt, atque dicentur, prouidentiasq́ ac bonitates quæ creaturis participãtur indicantia, ex deo nequaquã participabili profuſione copioſa procedentes atq; emanantes, vt qui author eſt omniũ, vltra omnia profecto ſit, & qui omnẽ ſubſtantiã naturãq́ tranſcendit, eis prorſus emineat, quæ ſubſtantiæ ac naturæ quomodocunq; participant.

Liber theologicarꝫ inſtitutionũ.
Quid ipm eſſe.
Ipſa vita
Ipſa ſapĩa
Quid ipſa, atq; per ſe virtus, & reliqua q̃ in hũc modũ dicuntur,

E

## De ſancto ſanctorum, rege regum, domino dominorum, deo deorum. Cap. XII.

Danie. 9
Pſal. 144
Exod. 15
Pſal. 135
49. 135

VErum enimuero quoniam quæcunq; de his dicenda erant, congruum (vt reor) finem acceperunt, laudare iam conuenit infinitis nominibus præditũ, & vt ſanctũ ſanctorũ, & regem regum, & regnantem in ſeculũ & in æternum & vltra, & dominũ dominorum, deumq́ deorũ. Ac primo quidem dicendũ, quid ipſam ſanctitatem eſſe putem? quid regnũ, quid dominationem, quidve deitatem, & quid ſcriptura hac geminatione nominum ſignifi-



A ſignificare velit. Itaq; ſanctitas quidem eſt vt ſecundũ nos loquamur, omni ſcelere libera perfectaq́ & penitus incoinquinata munditia. Porro regnũ eſt omnis termini, & ornatus, legisq́ & iuris ordinisq́ diſtributio. Dominatio vero, non modo inter deteriores eminẽtia, verũ omnis q̊q; honeſtorũ ac bonorũ pfecta poſſeſſio, veraq́ indemutabilis firmitas: vnde & à libera poteſtate dominandi facienda, & dominatio, & dominus, & dominans dicitur. At deitas græce, theiotes itidem, ꝙ proſpiciat cũcta prouidentia bonitateq́ mirabili, & circum omnia currat, cunctaq́ cõtineat, & ſe omnia repleat, atq; vniuerſa tranſcendat quæ prouidentia illius vtuntur. Hæc igitur in ſupereminente omnibus cauſa abſolute laudanda ſunt, appellandũq́ illam excellentẽ ſanctitatem & dominationẽ, regnumq́ ſupremũ, & ſimpliciſſimã deitatem. Ex ipſa ẽm continuo ac repente exorta eſt & diſtributa omnis mera diligentia totius ſynceræ munditiæ, omnis rerũ ordo, lex atq; diſtinctio, inconcinnitatẽ & inæqualitatẽ atq; incongruentiam eliminãs, & ad ordinatiſſimam identitatẽ ac rectitudinẽ geſtiens, & quæ ipſius participationẽ promeruerunt circumagẽs, omnis perfecta, bonorumq́ omniũ exacta poſſeſſio, omniũ benigna prouidentia inſpectrix, & oĩa continens quæ prouidentur, ſeipſam ad eos qui conuertuntur in deum aſſumẽdos clementer inſinuans. ¶ Quoniam vero exuberãter pleniſſimus eſt omniũ author, per vnã excellentem cuncta excellẽtiam, ſanctus ſanctorꝫ prædicatur, & reliqua ſimiliter per exhuberãtiſſimã cauſam præcipuamq́ eminẽtiam, ac ſi dicamus, quantũ excellunt his quæ nõ ſunt, ea quæ ſunt ſancta, aut diuina, aut dominantia ſiue regnantia, quãtumq́ rurſus participantibus eminẽt, participationes ipſæ, tantũ his quæ ſunt oĩbus, is qui ſuper oĩa eſt ſuperior emicat, participantibusq́ omnibus, B atq; participationibus imparticipalis author. Sanctos aũt & reges & dominos & deos ſcripturæ appellant, quæ in ſingulis ſunt magis principales diſtinctiones, per quas ſecundæ atq; ſequentes diuina percipientes munera, diſtributionis illarũ ſimplicitatẽ circa ſuas multiplicant differentias, quarꝫ primæ varietatẽ, prouide ac diuine ad ſuam colligunt vnitatem.

Sanctitas.
Regnum.
Dominatio.
Deitas.
Sanctus ſanctorꝫ
Rex regũ.
Dñs dñorꝫ
Deus deorꝫ.

## De perfecto & vno. Cap. XIII.

ISta & de his dicta ſufficiant. Iam vero ad id quod eſt validiſſimum (ſi placet) diſſerendum pergamus. De authore ſane omnium ſcriptura diuina & omnia, & ſimul omnia prædicat, & vt perfectum ipſum, & vt vnũ celebrat. Perfectũ quidẽ eſt non ſolũ vt in ſeipſo & per ſe perfectum, & ſeorſum vniformiter per ſeipſum ſeparatũ, totumq́ per totum perfectiſſimum, verũ & vt perfectionẽ ſuperans, ex eo ꝙ ſupereminet oĩbus, omnemq́ terminet infinitatem, & ſupra omnẽ expanditur finẽ, atq; à nullo capitur ſeu cõprehenditur, ſed pertingit ad omnia ſimul, & ſuper omnia, indeficientibus largitionibus & nunquam deſinentibus operationibus. Perfectũ item dicitur & vt incrementa non capiens, ſemperq́ perfectũ, & vt imminui neſcium, quippe vt in ſeipſo omnia antea excellenter habẽs atq; exhuberans ſecundũ vnam indeſinentẽ & eandem pleniſſimamq́ & nunquã imminuibilẽ largitatẽ, per quam omnia perfecta conſummat, ſuaq́ perfectione replet. ¶ Vnum vero deus eſt, quia omnia vnice eſt ſecundũ vnicã eminentiam vnitatis, omniumq́ vnũ eſt cauſa nunquã egrediendo, diſcedendoq́ ab vno: nihil ẽm ex his quæ ſunt, vnius expers eſt, cæterũ vt numerus omnis, eſt monadis particeps, & vna dualitas, C vnaq́ dicitur decas & dimiduum vnũ, & tertium, & decimũ vnũ, ſic omnia & omnis omniũ particula, vnius eſt particeps, & quia eſt vnũ, ſunt cuncta quæ ſunt ſubſiſtentia. Neq; ẽm vnũ illud omnium cauſa, vnũ ex pluribus, ſed ante vnũ omne, omnemq́ multitudinẽ, vniuſq; omnis ac multitudinis diffinitiuum. Neq; ẽm eſt multitudo, quæ vnius ſit expers, ſed id quidẽ quod plura partibus eſt, vnũ eſt toto, & ꝙ plura accidentibus, vnũ ſubiecto eſt, quodq́ plura numero aut virtutibus, vnũ eſt & ſpecie, & quod plura ſpeciebus, vnũ eſt genere, & quod plura proceſſibus, vnum principio eſt, nihilq́ eſt in rebus quod non vnius aliqua ex parte ſit particeps, eius ſcilicet quod ſingulare per oĩa, omnia & tota, oĩa etiam aduerſantia ſingulariter quoq; coapprehendit, & ſine vno quinẽ multitudo non eſt, erit vero vnũ ſine multitudine, ſicuti & monadem ante omnẽ multiplicatum numerũ ponimus. Et ſi omnibus oĩa coniuncta, counitaq́ quis ponat, erunt omnia toto vnũ. Et id præterea ſciendũ, ꝙ ſecundũ vniuſcuiuſq; ſpeciem ante animo prę conceptam, coniuncta eſſe dicuntur quæ coniuncta ſunt, eſtq́ vnũ, omnium veluti elementũ. Deniq; ſi vnũ tollas, neq; totum erit, neq; pars aliqua, neq; aliud quicquã in rebus. Omnia ẽm in ſeipſo vnũ vniformiter præaccipit atq; complectitur. ¶ Hac nempe ratione ſacra eloquia diuinitatem totam vt omnium cauſam, vnius appellatione concelebrant, & vnus deus ac pater, & vnus dominus Ieſus Chriſtus, & vnus atq; idem ſpiritus per excellens totius diuinæ vnitatis indiuiduum, eminẽtemq́ ſimplicitatem, in qua ſunt oĩa ſingulariter collecta atque coniuncta & ante ſuperſubſtãtialiter cõprehenſa. Quocirca & oĩa ad ipſam iuſte referũtur atque redigũtur, à qua & ex qua & ꝑ quam, & in qua, & ad quam oĩa ſunt, & conſtituta ſunt, & permanẽt, & continẽtur, ac implentur atque conuertuntur. Nihil deniq; in his quæ ſunt inuenies quod nõ vno (ſecundum quod omnis diuinitas ſuperſubſtãtialiter nominatur) ſit id quod eſt & perficiatur atque ſeruetur. ¶ Expedit vt nos quoque à multis ad vnum virtute diuinæ vnitatis conuerſi, vnice laude-

Perfectũ.
Vnum.
1. Corꝫ. 8
Ephe. 4

 mus

D mus totam atque vnã deitatem, vnũ, omnium cauſam, quod ante omne vnũ omnemq́ multitudinem, & partem, & totum, & terminũ & indeterminationem, finemq́, & infinitatem eſt, quod omnia quæ ſunt, ipſumq́ eſſe determinat, quod omnium & totorũ omnium ſimul, & ante oĩa & ſuper omnia ſingulariterq́ eſt cauſa, quod ſuper ipſum vnũ eſt, ipſumq́ quod vnũ eſt terminat, nanq; vnũ quod eſt, inter ea quæ ſunt cõnumeratur. Porro numerus ſubſtãtiæ particeps eſt, vnum vero illud ſuperſubſtantiale, & vnũ quod eſt, & omnem numerũ terminat, ipſumq́ eſt & vnius, & numeri, & quæ ſunt omnium principium & cauſa & numerus & ordo. Idcirco & vnitatis ac trinitatis appellatione celebratur, quæ eſt ſuper omnia deitas, neq; vnitas, neque trinitas aut à nobis aut à quouis alio cognita eſt, verũ vt & ineffabilẽ ipſius vnionem & diuinam fœcunditatem celebremus, trinitatis atq; vnitatis ſacratiſſima appellatione omne nomen excedẽtem appellamus, ſubſiſtentibusq́ ſuperſubſtantialẽ nominamus. Porro nulla monas aut trinitas, neque numerus, neque vnũ, neque fœcunditas, neque aliud quicquã conditũ, aut creaturæ alicui cognitum, arcanũ illud (quod ſermonẽ omnem & intelligẽtiam ſuperat) ſummæ deitatis quæ ſup omnia altiſſime eminet, aperit, neq; nomen ipſius eſt, neque ſermo, ſed inacceſſibilis emicat. ¶ Et ne E ipſius quidẽ bonitatis quaſi congruum illi nomen offerimus, ſed affectu ac deſiderio aliquid de ineffabili natura illa intelligendi ac dicendi, reuerẽtiæ plenum in primis illi nomen dedicamus, in quo tamẽ à theologis non diſſentimus, licet multũ à rerum veritate deſtituamur. Idcirco ipſi q̃q; aſcenſum qui fit per negationes prætulerunt, vtpote animã à cognatis ſibi auertentem, & per omnes diuinas intelligẽtias incedentem, à quibus excipitur longe quod ſuper omne nomen eſt, omnemq́ ſermonem, atque ſcientiam. Poſtremo autem omnium ipſi coniungentem, quãtum & nobis illi iungi fas eſt.

Pia & humilis beati patris concluſio, & libri peroratio.

¶ Iſtas nos intelligibiles diuinas appellationes cõgeſſimus, & vt potuimus explanare ſtuduimus, nõ modo non ſatis digne ac diligenter id munus exequuti (id eñ veraciter & de ſe angeli dicerent) neque quidem angelicas laudes aſſequuti, quãdoquidem extremis etiam angelis præſtantiſſimi theologi noſtri ſint inferiores, neque theologis ipſis, aut ipſorum philoſophiam aſſequentibus & conſequentibus pares, verũ ne his quidem qui noſtri ordinis ſunt accedentes, illiſipſis longe inferiores ſumus. Itaq; ſiquidem rite iſta diximus, & pro modulo noſtro diuinis explicandis F nominibus ſatis animo inuigilauimus, authori bonorũ omnium res tanta accepta referatur, qui dedit primo vt diceremus, deinde vt bene diceremus. Sed & ſi qd à nobis omiſſum ẽ ex his quæ tantundem valent, illud quoq; eiſdem rationibus, eiſdẽq́ intelligẽtiæ modis ſupplere oportebit. Porro ſi hæc aut minus recte, aut minus plene diximus, & à veritate ſeu in toto ſeu in parte deuiauimus, erit humanitatis tuæ corrigere non ſponte ignorãtem, ſcientiamq́ tradere diſcere cupienti, atq; ferre opem non ſatis neruorũ habenti, & curare nolẽtem ægrotare, & alia quidem ex teipſo inuenta, alia vero ab alijs mutuata, cuncta autem à ſummo bono accepta, transfundere in nos. Neq; pigeat amicũ fouere beneficio. Vides nempe vt nos quoq; nihil ex traditis nobis ſacer dotalibus rationibus intra noſipſos continuimus, ſed integras illas, atque in nullo violatas & tibi & ſanctis alijs viris tradidimus, faciemusq́ id quoad & nos dicere ſufficiemus, & hi quibus dicitur, idonei erunt ad audiendũ, in nullo traditionem violantes, niſi forte ad intelligendum aut eloquendum infirmiores erimus. Verum iſta quidem vt deo placitum erit, explicabũtur. Erit autem iſte ſpiritalium dei nominationum, quantum ad ſuſceptum opus pertinet, finis. Tranſibimus autẽ nunc, deo duce, ad ſignificatiuã theologiam conſcribendã.

Significatiua theologia.

¶ Libri de diuinis nominibus finis.



# S. DIONYSII AREOPAGITAE AD TIMOTHEVM DE MYSTICA Theologia, liber.

A

¶ Compreſbytero Timotheo Dionyſius preſbyter.

## Quænam ſit diuina caligo. Cap. I.

TRinitas ſuperſubſtãtialis deitate ac bonitate ſuperior, diuinæ Chriſtianorũ ſapiẽtiæ preſul, dirige nos ad myſticorũ eloquiorũ ſupreme incognitũ & lucidiſſimũ, atq; eminẽtiſſimũ verticẽ, vbi ſimplicia & abſoluta atq; inuertibilia theologiæ myſteria ſecundũ ſupluminoſam ſilentij in occulto docẽtis, ſuperliquidiſſimãq́ caliginẽ ſunt adoperta: in den-B ſiſſimis tenebris eũ qui pluſquã excellẽtiſſime ſplendet ſupilluſcentẽ & in refugiente oĩno tactum atq; inuiſibili, honeſtiſſimis fulgoribus, & pluſquã pulchris excellẽter implentẽ vacuos oculis ſpũs. ¶ Hæc interim paucis orauerim: tu vero Timothee chariſſime intẽtiſſima cõtuendis ſpectaculis myſticis exercitatione: & ſenſus linque & intellectuales operatiões, & ſenſibilia & intelligibilia oĩa, & quę nõ ſunt, & quæ ſunt oĩa: & vt illi iungaris q ſuper oẽm ſubſtantiã, oẽmq́ ſcientiã eſt, ignote pro viribus teipſum intẽde. Enimuero abs te ipſo atq; ab oĩbus libere & abſolute, ac pure excedẽdo: ad ſuperſubſtãtialẽ diuinæ caliginis radium ſublatis oĩbus, & abſolutus ex oĩbus euolabis. ¶ Hæc aũt caue, ne qs imperitus ac rudis exaudiat, eos aũt ſic appellauerim, q viſibilibus affixi, nihil ſupra ea quæ obtutibus ac ſenſibus patẽt ſupſubſtãtialiter eẽ arbitrãtur, putãtq́ ſcientia ſua illũ aſſequi: qui poſuit tenebras latibulũ ſuũ. Si vero eos q ſunt hmõi longe ſupereminẽt diuinorũ myſteriorũ notiones: quid de illis dicemus q longe imperitiores, ſupremã illã omniũ cauſam ex infimis q̃q; creaturis effingũt, nihilq́ hãc excellere fictis ab ſe impijs, varijsq́ ſculptilibus autumãt: cũ debuerint potius ipſi oĩm cauſæ, oẽs etiam rerũ applicare atq; affirmare poſitiones, rectiusq́ de ea illas oẽs (vt q̃ ſuper oĩa ſit) negare, neq; arbitrari negatiões aduerſari affirmatiõibus, ſed longe prius ipſam ſupra priuationes eẽ, quæ ſuper oẽm & ablationẽ & poſitionẽ eſt. ¶ Sic itaq; diuinus Bartholomæus ait, & plurimã theologiam eſſe & minimã, euangeliũq́ & latũ & magnũ, rurſusq́ cõciſum. Mihi quidẽ illud mirifice intellexiſſe videtur, qa & plurimis verbis exprimit bona oĩm cauſa & breuibus ſimul & nullis, vt quæ neq; verbũ, neq; intelligentiã admittat, ꝙ oĩbus ſupſubſtãtialiter & excellẽter emineat, ſolisq́ illis C amoto velamine veraciter luceat, q impura oĩa & pura trãſiliũt, oẽmq́ omniũ ſanctarũ ſummitatũ aſcẽſum tranſcẽdũt, cũctaq́ diuina lumina, & ſonos, ſermonesq́ cœleſtes deſerẽtes, caliginẽ ſubeunt, vbi veraciter ille eſt (vt ſcriptura ait) q ſupra oĩa ẽ. ¶ Neq; eñ ab re diuinus Moſes primũ vt mũdet admonet, & rurſus vt ab ijs q nõ ſunt hmõi ſeparet, & poſt oẽm illã expiationem buccinarũ clãgores varios exaudit, cernitq́ lumina plurima, plures atq; multifidos vibrãtia radios. Mox vero ſegregat à vulgaribus turbis: & cũ electis ſacerdotibus ad ſummitatẽ aſcẽſionũ diuinarũ cõtendit, ibiq́ nõ ipſi cõgredit deo, neq; ipm cernit (eſt eñ inuiſibilis deus) ſed locũ vbi ſtetit. Hoc aũt reor inſinuat auguſtiſſima quælibet & ſuprema viſibiliũ atq; intelligibiliũ, rõnes congruas, ac ſigna quædã eẽ eorũ quæ ſubiecta ſunt, oĩa tranſcendẽti deo: per quæ, ipſius p̃ſentia omnẽ intelligentiã ſuperãs, demonſtrat ſupra ſpiritales ſanctiſſimorũ ipſius locorũ ſummitates ſupergreſſa. Tum vero ipſa quoq; viſibilia atq; intellectualia contẽplator linquẽs, ingredit ignorationis myſticã profecto caliginẽ, in qua oĩa ſcientiæ & cognitionis præſidia terminãs, totus in eo fit (qui tactũ penitus, viſumq́ refugit, tranſcẽditq́ oĩa & q nullius eſt, neq; ſuimet, neq; alterius) penitus aũt ignoto, ſcientiæ oĩs & cognitionis vacatione, præſtantiore modo cõiunctus, & eo quoq; ipſo ꝙ nihil cognoſcit, ſupra ſenſum, mentemq́ cognoſcens.

2. Regũ. 22. Pſalm. 17.

Diuin⁹ Bartholomæus

Ephe. 4. Exod. 19

## Quomodo oportet & coniungi, & laudes referre authori omnium cuncta excellenti. Cap. II.

AD hanc nos perlucidam, liquidiſſimamq́ caliginem admitti oramus, & per viſus, ſciẽtiæq́ priuationem videre, ac ſcire eum qui aſpectum omnem, ſciẽtiamq́ tranſcẽdit. Et hoc ipſum non videre, & non ſcire: eſt veraciter videre ac ſcire, & eum etiam qui ſubſtãtia ſuperior eſt ſuperſubſtantialiter ex omnium quæ ſunt ablatione celebrare, veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt, omnia tollentes quæ impedire poſſint liquidum prilatẽtis decoris intuitũ, ipſamq́ in ſeipſa pulchritudinẽ occultã ſola ſublatiõe pãdẽtes. Oportet au

Manuductio ex ſculptili.

tem vt reor ablationes,ac contra poſitiones collaudare,illas em̃ à primis inchoantes,& per media ad extrema deſcendentes ponebamus:hic autem ab extremis ad prima gradibus factis aſcendẽ- D
tes,omnia tollimus,vt ignorationẽ illam velamine amoto noſcamus,quæ à noſcibilibus cũctis in ijs quæ ſunt om̃ibus operta monſtratur,ſuperſubſtantialẽq; caliginẽ illã intueamur,quæ ab om̃i in ſubſtantijs emicante luce occultatur.

## Quænam in theologia ſint affirmantia, quæ negantia. Cap. III.

Liber theologicarum iſtitutionũ. Pſalm. 44.

ITaq; in eo quidẽ opere q̃d de theologicis inſtitutionibus ſcripſimus,q̃ ſint affirmãtis theologiæ in primis propria celebrauimus, qũo diuina illa benigniſſimaq; natura:vnica,qũo itẽ trina dicitur.Quænã ſecundũ hãc ſit patris,quænã filij appellatio:quid itaq; iſtud eſt,aut quid ſignificare vult ſancti ſpũs theologia:quo pacto ex ſpiritali,indiuiduoq; bono in cordis intimo,bonitatis exorta ſunt lumina.Quo itẽ modo in ipſo & in ſeipſis atq; inuicẽ coæterna mãſiones germinatiõe permanẽt,nuſquã ab ſe excedẽdo pſiſtunt.Quomodo ſupſubſtantialis Ieſus humanæ naturæ veritatẽ,ſubſtãtiãq; ſuſcepit,& quæq; alia à ſacris literis expoſita,in *memorato ope celebrata ſunt.Porro in libro de diuinis nominibus qũo bonus appellet, quomodo ens, qũo vita,& ſapiẽtia,& virtus,& iſtiuſmodi cætera ad ſpiritalem diuinãq; appellationẽ pertinẽtia,diximus.In ſignificatiua aũt theologia,quænã ſint à ſenſibilibus ad diuina deductę appellationes,quæ formæ diuinæ,quænã diuinæ figuræ,q̃ mẽbra & inſtrumenta, quę diuina loca,q ornatus,q furores,quæ triſtitiæ,& iræ,quęnã ebrietates & crapulæ,q̃ iuramẽta,& quæ maledictiones, qui ſomni & q̃ euigilationes.Et ſi quę aliæ ſignificãtis figurationis:ſacratius fictę formatiões exprimũtur. ¶Et te arbitror deprehendiſſe,vt ſint extrema prolixiora prioribus.Oportebat enim theologicas inſtitutiões,diuinorũq; explicationẽ nominũ minus habere verbo℞, breuitatiq; ſtudere magis,q̃ ſignificatiuã theologiã. Nã quãto ad altiora cõtendimus,tantũ ipſo cõtuitu intelligibilium,verba cõtrahi neceſſe eſt.Queãdmodũ nũc q̃q; caliginẽ illã ſubeuntibus (quæ omnem E
intelligentiam ſuperat)nõ breuitas,ſed defectus om̃ino ſermonis,atq; intelligentiæ occurret.Atq; *illic q̃dem à ſupremo ad infima deriuans oratio,pro quãtitate deſcenſus, ad congruã latitudinẽ extendebat.Nũc vero ab inferioribus ad id q̃d ſupremũ eminet conſcendẽs, pro modo aſcenſus breuiatur:& poſt aſcenſum omnem,om̃ino obmuteſcet,atq; ineloquibili illi tota iungetur.¶Sed fortaſſis inquiras,cur à primo poſitiones diuinas inchoare pergẽtes,diuinã ablationẽ ab extremis inchoamus? Ob id ſcilicet q̃d cum id ponamus quod ſup omnẽ poſitionẽ eſt,eius rei ſignificantẽ affirmationẽ oportuit ponere,quæ ſibi propinquior ſit, cum vero id tollimus, q̃d om̃i ablationi eminet:ab ijs quæ magis ab eo diſtãt auferre.An vero nõ magis eſt vita & bonitas, quàm aer & lapis?& magis non crapulatur & non furit,q̃ non dicitur & non intelligitur?

hypotypoſeon. Diui.no.ca 4.5.6.7.8 Significatiua theologia.

In ſymbolica theologia.

## Quod nil ſenſibiliũ eſt,qui ſenſibilis omnis eminẽter eſt author. Cap. IIII.

DIcimus itaq; vt omnium cauſa ſuper cũcta cum ſit,neq; ſine ſubſtantia,neq; ſine vita eſt,neq; ratione,neq; mẽte caret,neq; corpus eſt,neq; figura,neq; ſpecies,neq; qualitatem,aut quantitatem,aut molem habet,neque in loco eſt, neque cernitur, neque tactum ſenſibilem habet,neq; ſentit,neq; ſenſibilis eſt, neq; temeritati & perturbationi eſt obnoxia à carnalibus agitata paſſionibus,neq; inualida eſt ſenſibilibus ſubiecta caſibus,neque indiga luminis eſt,neq; immutationẽ aut corruptionẽ ſeu diuiſionem ſiue fluxum admittit, neq; aliud quicquam ſenſibilium,aut eſt,aut habet.

F

## Quod nil intelligibiliũ eſt,qui intelligibilis om̃is rei author eſt. Cap. V.

RVrſus aũt aſcendentes dicimus,vt neque anima eſt,neq; ſenſus,neq; imaginationẽ,aut opinionem,aut rationẽ,aut intelligentiam habet,neq; ratio eſt, neq; intelligẽtia,neque dicitur,neq; intelligitur,neq; numerus eſt,neq; multitudo,neq; ordo,neque magnitudo,neq; paruitas,neq; æqualitas,neq; ſimilitudo,neq; diſſimilitudo,neq; ſtat,neq; mouetur,neq; agit quietem,neq; virtutẽ habet, neq; virtus eſt,neq; lux eſt,neq; viuit, neq; vita eſt, neq; ſubſtantia eſt,neq; ſeculum,neq; tempus,neq; tactus eſt ipſius ſpiritalis, neq; ſcientia,neque veritas eſt,neq; regnum,neq; ſapientia,neq; vnum,neq; vnitas,neq; deitas aut bonitas,neq; ſpũs eſt quantũ ſcire ipſi poſſumus,neq; filij,neq; patris eſt denominatio,neq; aliud aliquid ex ijs quæ nobis aut alteri cuiquam in mundo eſt cognitũ,neq; aliquid eorum quæ non ſunt,neq; eo℞ quę ſunt,eſt:neq; ea quæ ſunt illam ſciunt,ſicut ipſa eſt,neq; ſcit ipſa quæ ſunt, ſicuti ſunt,neq; ſermo ipſius eſt,neq; nomen,neq; ſcientia,neq; tenebræ,neq; lux eſt,neq; error,neq; veritas,neq; eſt ipſius vlla omnino poſitio,neq; ablatio. Cæterum cum eorum quæ poſt ipſam ſunt poſitiones & ablationes faciamus,ipſam neq; ponimus,neq; auferimus.Nam & ſuper omnem poſitionem eſt perfecta & ſingularis omniũ cauſa,& ſuper ablationẽ omnem excellentia ipſius illius,qui ſimpliciter abſolutus ab omnibus & vltra omnia eſt.

¶Libri de myſtica theologia finis.

S. Dio-



A

# S. DIONYSII AREOPAGITAE, EPISCOPI ET MARTYRIS AD DIVERſos epiſtolæ vndecim.

1 Prima ad Caium monachum.
2 Secunda ad eundem.
3 Tertia ad eundem.
4 Quarta ad eundem.
5 Quinta ad Dorotheum miniſtrum.
6 Sexta ad Soſipatrum ſacerdotem.
7 Septima ad Policarpum ſummũ ſacerdotem.
8 Octaua ad Demophilum monachum
9 Nona ad Titum ſummũ ſacerdotem.
10 Decima ad Iohannẽ apoſtolum,& euangeliſtam
11 Appollophani philoſopho.

## Ad Caium cultorem Epiſt. I.

B TEnebræ lucẽ vaneſcunt,eoq; magis quo maior fuerit copia luminis,ignorantiam,agnitiones excludunt:atq; eo itidem magis quo ille fuerint plures.Hæc autem per eminentiam & non per priuationem dicta accipe,& vere prorſus enuntia,ꝙ lateat profecto eos (qui hanc habent) vera illa lux,rerumq; ſcientia, ea ſcilicet quæ dicitur in deo ignoratio, & quæ illi ſupereminent tenebræ,totoq; ille operiũtur lumine, omnẽq; ſcientiam fugiũt.Ac ſi quis conſpicatus deum, idipſum quod vidit intellexit,non ipſum intuitus eſt,ſed eius aliquid ex ijs quæ ſunt,& in notitiam cadunt.Cæterum ipſe(quod ſupra mentem omnem , atq; ſubſtantiam locatus emineat)eo ipſo,ꝙ omnino,neq; ſciri,neq; eẽ dicitur; & ſuperſubſtantialiter eſt,& ſuper omnẽ mentẽ atq; intelligentiã noſcitur,prętanſq; illa & perfecta ignoratio,eius vera cognitio eſt,qui om̃ibus noſcibilibus eminet.

## Ad eundem Caium Epiſt. II.

QVonam modo is qui vniuerſa tranſcendit:ipſam quoq; celſitudinem deitatis ac bonitatis excellit? Si deitatem atq; bonitatẽ rem ipſam intelligas benefici, ac deifici muneris,imitationemq; illam ſummi dei,ſummiq; boni nequaquam imitabilis(per quam dij,ac boni efficimur)cogites.Nam ſi hoc ijs qui ad id euaſere dignitatis vt dij bo-
C niq; fierent initium eſt: profecto is qui principium omne vi ſuæ maieſtatis excellit,eam quoque (quam ſic dicimus deitatem atq; bonitatem)hũc in modum deitatem, boniq; principatum ſuperat,quemadmodum qui imitationi,captuiq; non patet:imitationes, captuſq; præcellit, & imitãtes atq; participantes.

## Ad eundem Caium. Epiſt. III.

REpente dicitur,cum quid præter ſpem,ac veluti ex abdito quodam profertur in lucẽ. Malach. 3
Porro in ſacramento humanitatis Chriſti : hoc etiam arbitror theologiam ſignificare voluiſſe,q̃d ex occulto ſuperſubſtantialis ille deus,in conſpectum noſtrũ repente proceſſerit humana ſubſtantia & carne veſtitus.Occultus autem etiam poſt reuelationem illam(ſiue vt diuinus loquar:in ipſa quoq; ſui reuelatiõe)perdurat.Et hac enim ex parte Ieſus ſecretus occulitur,nulloq; vel ſermone vel animo ipſius myſteriũ promitur,ſed & cũ profertur,arcanum:& dum intelligitur, manet incognitum.

## Ad eundem Caium. Epiſt. IIII.

QVonam modo(inquis)Ieſus qui cuncta tranſcendit,hominibus cæteris eſſentiæ communione coordinatur? Non em̃ vt author hominũ hoc loco homo dicitur,ſed vt re vera homo,tota ſubſtantiæ veritate circundatus. Nos autem Ieſum non humana ratione diffinimus.Neq; em̃ ille homo tantũ eſt(neq; ſuperſubſtantialis eẽ poſſet, q homo tantum eẽt,ſed eſt homo verus,qui ſingulari benignitate amator hominum ſupra homines, ac ſecundum homines ex hominum ſubſtantia carnem ſuperſubſtantialis accepit.Eſt autem nihilominus altiſſimę illius,diuinæq; ſubſtãtiæ(is q ſemp ſupſubſtãtialis eſt)perq̃ plenus,atq; exuberans.Itaq; à tanta magnitudinis celſitudine ad noſtra etiam veraciter infirma deſcendens,vltra

huma-

humanum modũ ſubſtantiam noſtræ carnis accepit, ac ſupra hominẽ, quæ ſunt hominis geſſit. D
De ſemper ſancta virgine Maria
Cuius rei euidens indicium eſt, virgo excellentis miraculi nouitate concipiens, & aqua inſtabilis ac fluida, materialium, terrenorumq́; pedũ ſeſtinens pondus, nec cedens, ſed ſupermundana, admirandaq́; potentia conſtans, ad materiæ ſolidioris imaginẽ. Quid vero cætera quę ſunt permulta cõmemorem? per quæ (ſi quis ea digne & vltra modũ capacitatis humanæ mentis diſcuiat) animaduertet ea etiam quæ in ſumma illa Ieſu benignitate affirmatiue dicuntur, vim excellentioris negationis habere reconditam. Nanq; vt breuiter dixerim, neq; homo ille erat non quaſi non homo, humanæq́; conditionis exors, ſed veluti ex hoĩbus vltra homines ac ſuper hominẽ homo veraciter factus. Iam quoq; neque diuina, vt deus, neque vt homo humana perficiens, ſed deo hoĩe facto, nouam quandã ac inuſitatam ex diuinitate atq; humanitate permixtã operationem nobiſcũ quidẽ conuerſatus oſtendens.

## Dorotheo miniſtro. Epiſtola. V.

CAligo diuina eſt inacceſſibilis lux, in qua inhabitare dicitur deus, & quidem cum ſit illa inuiſibilis propter eximiam, & quæ ſubſtantiæ ſupereminet claritatẽ, eademq́; inacceſſibilis pro immenſa ex ſe manantis ſuperſubſtantialis luminis copia. Ad hanc pertingit, eaq́; abſorbetur quiſquis deum noſſe ac videre meruerit, eoq́; ipſo ꝙ neq; videt neque cognoſcit, illi qui viſionem omnẽ cognitionemq́; tranſcendit, familiarius iungitur, hoc ip-
Pſal. 138
ſum noſcens, quod poſt ea omnia eſt quæ in ſenſum atq; intelligẽtiam cadunt & cum propheta pronuntians mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt & nõ potero ad eam, quemadmodũ profecto & ſanctus & mirabilis Paulus deum cognouiſſe memoratur, illũ ſupra omnem E
ſcientiam atq; intelligẽtiam eſſe cognoſcens. Quocirca & vias eius inueſtigibiles eſſe dixit, & inſcrutabilia iudicia illius atq; inenarrabiles gratias, pacemq́; eius omnẽ ſenſum ſuperare teſtatus eſt. Inuenerat etenim eum qui eſt ſuper omnia, eumq́; ſupra modũ humanæ intelligentiæ nouerat, quoniã is cuncta tranſcendit, qui author omnium eſt.

## Soſipatro ſacerdoti. Epiſt. VI.

NOli hoc putare victoriam venerande Soſipater, ſi in eam religionem, ſeu opinionem quæ mala eſſe videatur inueheris. Neq; eñ eam ſi vel grauiter & vere coarguas, continuo Soſipatri quoq; recta erit opinio. Fieri etenim poteſt vt & te & alios inter multa, quæ falſa & euidentia ſunt, vnũ illud quod eſt opertũ, verumq́; lateat. Neq; eñ ſi quid rutilũ non ſit, iam etiam candidũ erit, nec ſi quis non equus, neceſſario iam homo eſt. Sic autem ſi mihi obtemperaueris facies, deſiſtes aduerſus alios dicere: cæterũ ita pro veritate loqueris, vt ea quæ dicuntur argui, refelliq́; non poſſint.

## Polycarpo epiſcopo. Epiſt. VII.

NOn ſum mihi equidem conſcius aduerſus Græcos, ſeu alios quoſlibet aliquando dixiſſe. Sufficere eñ arbitrabar bonis viris, ſi id quod verum eſt, ipſum in ſeipſo vt ſeſe habeat, & ſcire & eloqui poſſent. Hoc eñ quid ſit rite iuxta legem veritatis oſtenſo, F
inuiolabiliterq́; conſtante, quodlibet quod ſe aliter habeat, & veritatẽ ſimulet arguetur, aliudq́; eſſe, q̃ id q̃d vere eſt atq; oĩno diſſimile, & quod illud magis videat eſſe q̃ ſit, deprehẽtur. Itaq; ſuperuacaneũ eſt veritatis p̃dicatorẽ, cõtra hos illosve pugnare. Dicit eñ fere quiſq; numiſma habere ſe regiũ, & habet ille fortaſſis quandã (vt ita dixerim) particulã fallacẽq́; veritatis imaginẽ. Ac ſiquidẽ iſtud confutaueris, alius rurſum, atq; alius eadẽ de re pertinaci intentione cõtendet. Porro ipſa veritatis ratione cõparata & rite firmiterq́; conſtante, atq; ita vim ſuam præferente, vt à nullo prorſus hominũ coargui poſſit, quicquid illud erit quod in aliquo diſſideat, nec ſe ita in oĩbus habeat, ipſum ex ſeipſo, inſuperabili ſtatui veritatis obiectũ detegitur, atq; proſternitur. Hoc itaq; inſtituto rite (vt mihi videor) vſus, nõ aduerſus Græcos, aut alios quoſlibet diſſerere ſtudui, ſed ſatis eſſe putaui, ſi mihi ex diuina largitate contingeret, primum, vt de veritate bene ſentirem, eaq́; probe tenerem, tum vt de ea quã noſſem verba cõuenienter facere poſſem. Tu
Appollophanes ſophiſta.
aũt aſſeueras ſophiſtã Appollophanem in me intorquere maledicta, & paricidã appellare, vt qui Græcorũ dictis atq; ſentẽtijs in eoſipſos parum iuſte vtar. Atqui nos contra, verius obijcere poſſemus, Græcos potius aduerſus diuina diuinis vti iniuſtiſſime, ac nefario ſcelere per ſapiẽtiam dei diuinæ religionis cultum euacuare moliri. Neq; vero ego quicquã nunc de multitudinis opinione loquor, quæ poetarũ fictionibus carnaliter (vt ita dicã) & paſſibiliter ac perlibẽter inhærẽs creaturæ potius q̃ creatori famulatur: verum & ipſe Appollophanes, diuinis aduerſus diuina nefarie
1. Cor. 1
vtitur. Nam per hanc rerũ ſcientiam, quæ ab ipſo philoſophia rite nominatur, & à Paulo beatiſſimo ſapientia dei appellatur, ad authorẽ omniũ, & eiuſmodi quoq; ſcientiæ parentẽ, oportebat viros philoſophos ſubuehi. Ac ne aliorum q̃ ipſius opinionẽ contra inſtitutũ meũ à veritate deuiare conuincã, ſcire atq; intelligere Appollophanes debuit cũ ſapiens ſit, nihil vnquã cœleſtis ordinis ac motus immutari vlla ratione potuiſſe, niſi authorẽ ſuum à quo & vt eſſet, accepit, & cuius maie-



A maieſtatis potentia continetur: in hoc ſe incitantem habuiſſet, qui (vt ſacra teſtantur eloquia) facit omnia & transfert. Qua ergo ratione nõ colit eum, quem ex hoc q̃q; cognouimus veraciter eſſe Danie. 2
omniũ deũ? admiratur q́; ipſius ineffabilem, inextimabilemq́; virtutẽ: per quam cũcta ſubſiſtũt? Ioſue. 10
quandoquidem ſol & luna per ſummã vim ſtatu om̃ino mirabili vna cũ cœlo, vt eſſent prorſus immobiles, ipſius imperio paruerũt, atq; ad diei totius menſurã in eiſdem ſignis om̃ia cõſtiterũt. Erit aũt profecto maius aut mirabilius, ſi alia atq; etiam pręſtantiora quæ continent ita ferri, quæ vero cõtinẽtur nõ ſimul acta memorent. Et cũ item alia quædã dies perpetuo lumine triplo ferme q̃ ſolet maior effecta eſt, & cœlũ intra viginti horas (quem iam exegerat curſum) retrogre- 4. Regũ. 20
diens repetit, digniſſimisq́; miraculo cõtrarijs orbitis tãta mora temporis remeat ſol, miro atque inſolito curſu motũ illum annuum varia temporũ dimẽſione cõſtantem intra decẽ horarũ ſpacium contrahit, ipſumq́; totum rurſus intra decẽ alias nouam quandam tenens ſemitam cõficit. Hoc profecto miraculũ Babylonios tũc merito terruit, & abſq; pugna Ezechię (vt qui deo pu- Exo. 7. 8. 9
taretur æqualis, ac mortalibus cæteris virtute pręſtare) ſubiecit. Omitto quæ in Aegypto magnifi 10. 11. 12
ce contigere, & alia quædã ſigna alibi diuinitus facta. Sola hæc memoro quæ cõmunia ſunt atq; cœleſtia, & orbi toti, atq; oĩbus nota. Sed forte dicturus Appollophanes eſt, hæc vera nõ eſſe. Ac iſtud quidem Perſarũ, ſacerdotum monumentis reſeruata hiſtoria continet, magiq́; nũc vſq; triplicis mitri, id eſt ſolis memoriã celebrant. Verum liceat illi ſane his per ignorantiam, ſiue per hæ-
B ſitationem, fidem non accommodare. Age itaq; illũ rurſus aggredere. Quid de illo qui tempore Matth. 27
crucis dñicæ factus eſt ſolis defectu, dicturus eſt? Eramus tũc ambo apud Heliopolim, amboq́; ſi- Marc. 15
mul incidentem mirabiliter ſoli lunæ globũ notabamus (non eñ eiuſce cõiunctionis, tunc aderat Luc. 23.
tempus) ipſamq́; rurſus ab hora nona ad veſperam ad ſolis diametrum ſupra naturę vires reſtitutam. In memoriam autẽ illius reuoca & aliud quiddã. Nempe eñ (vt ipſe nõ ignorat) eã lunæ incidentiam ab oriente cępiſſe, & vſq; ad ſolaris corporis finem perueniſſe: ac tum demũ reſiliſſe notauimus. Neq; vero eadem ex parte vt aſſolet, & incidentia illa & repurgatio facta eſt, ſed ex aduerſo diametri. Hæc ſunt quę tunc temporis cõtigere naturã profecto ſuperantia, ac ſoli Chriſto poſſibilia, qui author eſt omnium, facitq́; magna & ſtupenda, quorũ nõ eſt numerus. Iſta illi
(ſi licuerit) dicto. Ea ſi potes Appollophanes argue: nẽpe eñ pręſens vna tecũ affui, vnaq́; aſpe- Iob. 5.
xi, ac dijudicaui om̃ia, dignaq́; ſum admiratione proſecutus. Deniq; tũc neſcio quo afflatus ſpiritu ad diuinationem quoq; prorupit Appollophanes, atq; ad me cõuerſus. Hæ (inquit) ò præclare Dionyſi diuinarum ſunt viciſſitudines rerum: iſta interim quantũ epiſtolaris patiebatur anguſtia, dixiſſe ſufficiat. Potes autem ipſe ea etiam ſupplere quæ deſunt, ac deo perfecte offerre hominẽ compluribus in rebus ſapientem: fortaſſę non dedignabitur, manſuete, atq; humiliter diſcere ſapientiſſimam religionis noſtrę veritatem.

## Demophilo monacho de benignitate. Epiſt. VIII.

HEbræorum tradit hiſtoria animoſe Demophile, etiam ſanctũ illũ virũ Moſem eximiæ manſuetudinis merito, diuina amicitia, & familiaritate dignatũ. Ac ſi quando ipſum diuino aſpectu excidiſſe commemorãt non id ei priuſquam à mãſuetudine defecerit cõ- Nume. 12
C tigiſſe deſcribunt. Sed cum aliquando nimium inſoleſceret & cõſilijs obſiſteret diuinis: Numer. 11.
Iratus eſt (inquit) furore dominus, cũ vero ipſum diuinis meritis, atq; à deo indultis honoribus fa- Nume. 12.
cit illuſtrem, ex ea inprimis excellenti, ac diuina prorſus ſummi boni imitatione concelebrat. Erat Nume. 16.
enim inquit manſuetus valde, atq; ideo dei famulus dicitur, digniorq́; prophetis om̃ibus, cui deus viſionis ſuæ gratiam largiretur. Sed & cũ aduerſus eũ & Aaron pro pontificatus honore ac principatu gentis, improbi quidã atq; impudentes proterue contenderent omni honoris ac primatus ambitione ſuperior fuit: paratus q̃dem cuicũq; deus decreuiſſet populi gubernacula credere. Verum vbi inſurgere in eam cęperant, prioraq́; exprobando minari, & iam ferme in opus erumpere: mitiſſimus ille deum quidem in ſalutem inclamauit: magna vero cõſtantia, ſingulariq́; modeſtia cõteſtatus eſt, ſe inſontem eẽ calamitatũ omniũ quæ ſubditis obueniſſent. Nouerat eñ oportere eum, q̃ deo bono familiariter iungitur, quàmmaxime conari ei pro viribus ſimillimum fieri, ac præterea ſibi eſſe bonorum operum conſcium. Quid vero Dauid quoq; illum dei parẽtem fe- 1. Re. 24. 26
cit diuina amicitia dignum? Nempe cum eẽt bonus, atq; eẽt in hoſtes benignus: inueni (inquit ille 1. Reg. 13.
ſumme bonus, ac benignitatis amator) hominẽ ſecundũ cor meũ. Pręceperat & diuinitus indul- Pſalm. 88.
ta lex: ipſa quoque inimici iumenta non negligi. Iob quoque vt innocentię tenax, iuſtificari pro- Acto. 13.
meruit, & Ioſeph fratrum inſidias in ſe vlciſci noluit. Abel itidem ſimplici animo & abſque ſuſpi- Exod. 23
tione vlla, cum fratre parricidiũ geſtiente pergebat. Omnes deniq; theologia prædicat bonos, q̃ Iob. 2. 3. 5
mala antea nec cogitare nec facere norunt, ſed ne aliena quidem malitia à bonitate decidũt, imo Geñ. 37. 45
contra, penitus ad diuinæ bonitatis imaginem malos quoq;, bonos efficere curant, effundentesq́; Gene. 4
in eos omnia benignitatis viſcera: ſenſim eos etiam ad ſimilia prouocãt. Verum ad altiora ac di- Pſalm. 4
gniora feramur. Non ſanctorum virorũ manſuetudines, non angelorũ: præ ſe ferentes boni ſpeciem homines amantium, euidẽtiſſima benignitatis & propenſioris in eos ſtudij inditia, enũtiare intendi-

D
Zacha.1.2. intendimus,vt ſcilicet illi gentibus miſereantˀ,ac pro ipſis diuinæ bonitati offerant preces, perni-
tioſasq́ ac perditas multitudines increpẽt,& malis noſtris condolẽtes,eorum ſaluti læti congaude-
ant qui ſe ad meliora conuertũt,& quæq; alia quæ de beneficis angelis diuinæ literę tradunt,ſed
his omibus obmiſſis Chriſti(q vere ac ſupreme bonus eſt) beatiſſimos radios alto corde in ſilen-
tio excipiamus,& ab ipſis illuſtrati,ad diuina eius, & benigniſſima opera contuenda pergamus.
An nõ ineffabilis,incomprehenſibilisq́ bonitatis,ꝙ quę nõ erãt,ſubſiſtere voluit, & q̊d ea omia
ad eſſe produxit? quodq́ omia itẽ ſemper ſimilia ſibi,pro cuiuſq; captu euadere cupit,ſuisq́ cõ-
Hiere.31 municare muneribus? Quid? ꝙ à ſe auerſos ac reſilientes amatorie ſeqtur,cõtẽditq́ ac depreca-
Luc.15 tur:ne ſe deſerãt ij quos tãta vi amoris inquirit.Quid? q̊d delitijs quoq; reſolutos,ac per id redi-
re differẽtes,& eos fruſtra inſimulantes,benigniſſime tolerat, rationemq́ reddere per ſe ipſe di-
gnatur,imo & promiſſionibus releuat,blanditijsq́ demulcet.Cũq́ adhuc procul ſint qui ad ſe re
deunt,lætus occurrit:atq; obuius fit,& totus totos complexus oſculatur,nec prioris illos auerſio-
nis culpat.Verum pręſenti cõuerſione cõtentus,& diem feſtum agit,& cõuocat amicos: eos ſci-
licet qui ſingulari benignitate ſunt pditi,vt ſit omnium lætãtium habitatio. At vero Demophi-
lus & quiſquis alius ſi aduerſetur bonis,iuſte omnino corripitur, edoctusq́ quid congruat,bonus
efficitur.Quo modo enim(inqt)nõ oportuit eum qui bonus eſſet,de eorum qui perijſſent ſalute,&
Ibidem. qui mortui eſſent vita,lætari? Deniq; & ſuper humeros attollit ouem vix ab errore conuerſam,&
Matth.5. benignos angelos ad lætitiam excitat. Ingratis quoq; clemẽtiſſime vtitur,& oriri facit ſolẽ ſuum
Lucæ.6 ſuper bonos & malos,atq; ipſam animam ſuam pro auerſis à ſe,ac refugientibus ponit. Tu ve-
ro vt tuæ literæ indicãt,procidentẽ ſacerdoti impium(vt ais)atq; peccatorem: neſcio quo pacto
Confeſſio cõtra diſciplinæ ordinẽ aſtans calce abieciſti ac repuliſti.Cum ille qdem verecunde(quod opor
hic & pœ- tuit)fateretur ſe ad peccatorum remedia quęrenda veniſſe:neq; exhorruiſti inſup & ſacerdotem
nitentiæ ſa optimum,lacerare conuicijs,miſerabilem eum dicẽs qui pœnitentẽ,atq; impium iuſtificaſſet.Ac E
cramẽtũ in tãdem exi inquiens ſacerdoti,cum ſimilibus tuis:cõtra fas omne irrupiſti in adyta,& ſancta ſan-
telligitur. ctorum prophanare auſus es,Et ſcribis nobis te ſancta cum violanda eſſent,ſumma cura, proui-
dentiaq́ ſeruaſſe,eaq́ hactenus illibata cuſtodire.Nũc ergo qd ipſi ſentiamus,attende.Nefas eſt
ſacerdotẽ à miniſtris(qui te ſuperiores ſunt)atq; à tui ordinis viris iudicari(etiam ſi impius in di-
uina eẽ videatur,etiam ſi quid aliud ex ijs quæ interdicta ſunt,egiſſe deprehenditur.Nã ſi diſtin-
ctiones,ordinesq́ cõfundere,ſacratiſſimas dei ſanctiones,& iura tranſgredi eſt:omni profecto ra
tione caret,dei cauſa peruertere traditũ diuinitus ordinem. Neq; eñ in ſeipſum, dei ſermo diui-
Eſaię.30 ſus eſt,alioquin quomodo ipſius ſtaret regnum? Et ſi dei eſt iudiciũ(vt ſacra eloquia teſtãtur)ſa-
Roma.2 cerdotes aũt angeli ſunt,diuinorum iudiciorum cõtinuo poſt pontificem magiſtri:ab ipſis tu di-
Malach.2. uina congrue,ac ſuo ordine per medios miniſtros cũ tempeſtiuum fuerit diſce,per quos etiã cul-
tor eſſe meruiſti.An vero nõ hoc ipſum ſacra ſigna proclamant? neq; eñ ſancta ſanctorum ſim-
pliciter omibus ſunt inacceſſa:verum his appropinquat magis pontificum ſacra diſtinctio,dein-
de ſacerdotum ordo,quos deinceps & miniſtrorum ſequitur gradus. Porro ijs qui cultores ſunt or
dinati,adytorum portæ ſegregatę ſunt,iuxta quas & initiantur & aſtant,non ad cuſtodiam, ſed vt
ordinem recognoſcãt ſuum,ſuntq́ ipſi populo propinquiores,q̃ hi qui ſacra adminiſtrãt, & quã
populus ipſis quoq; ſacerdotibus magis accedẽtes.Vnde & ſacrorum ſanct us ordo,ſacerq́ prin
cipatus,eos diuina percipere ſacre inſtituit:alijs quidẽ qui intra adytorum valuas ſunt,ſacrorum admi
niſtrationem concedens,Nam hi qui diuinũ(vt expreſſius dixerim)altare circũſtant,diuina intu- F
entur,atq; audiunt aperte ſibi reuelata,procedẽtesq́ benigniſſime ad exteriora ſacrorum velaminũ
ſubiectis cultoribus,& ſacro populo,& ijs qui purgãtur ordinibus ſacra myſteria pro meritis pã
dunt.Quæ profecto rite immaculata tam diu ſeruata ſunt,quoad ipſe tyrannice nimium in ea ir
rupiſti,ſanctaq́ ſanctorum & quidem nolẽtia,tibi publicari coegiſti.Et poſt hæc haberi abs te ſa-
cra,atq; ſeruari dicis:cum ea neq; videre,neq; audire merueris, neq; aliqd habeas ſacerdotio di-
gnum.Sicuti ne veritatẽ quidem ſcripturarum noſti,cum eas quotidie ſermone impugnes ad ſub-
uerſionem audientium.Nempe eñ ſi quis non permiſſum ſibi à rege principatum gentis,vſur-
pare tentaſſet,iuſtiſſima in eum pœna deſęuiret.Idem quoq; putaretur ſi principe quempiã vel
abſoluente vel damnãte:nõnullus ex aſtantibus ſubditis præſumeret latam à dño retractare ſen-
tentiam,& ne id modo,verum & dñm afficere iniurijs, pulſare,atq; ex imperio deturbare moli-
retur.An vero tu homo tam audax ac temerarius es,aduerſus mitiſſimum atq; optimũ virum,ſa
cratiſſimamq́ ipſius functionem,& ſacerdotalis dignitatis iura? Et hæc qdem nos oportuit dice
2.Para.26. re,cum qs ſupra merita ac dignitatem ſuam auſus,aliqua præſumpſit attentare, quæ tamen non
1.Reg.13.15. indigna viderẽtur,nam neq; hoc cuiquam omnino fas eſt.Quid eñ q̊d nõ cõueniret fecit Ozias.
Marci.5. incenſum offerẽs deo? quid item Saul victimas faciens? quid violenti nimium dæmones,cum Ie-
Nehem.13. ſum dei filium veriſſime pręedicarẽt? Sed profecto à theologia omnis alienus,interdicitur epiſco-
Leuitic.16. pus:vnuſquiſq; eñ miniſterij ſui ordinem ſeruare debebit,ſolusq́ pontifex ſemel in anno ingre-
2.Para.26. ditur in ſancta ſanctorum:& hoc ſeruata diligẽter omi(quam lex præcipit)munditia pontificali.
Nume.12. Sacerdotes aũt ſancta circũtegunt,& leuitæ ſancta non tangũt,ne moriantur,& iratus eſt furore
domi-



A dominus,contra Oziæ temeraritatem,& Maria lepra reſpargitur, quæ legifero fratri legem co- Acto.9.
natur imponere,Et ſuper filios Sceuæ inſiliere dæmonia,Et non mittebã eos(inquit)& ipſi curre Hiere.23
bant:& non loquebar ad illos,& ipſi prophetabant. Et impius qui mihi immolat vitulum,ſicut Eſaiæ.66
qui occidit canem.Atq; vt ſummatim dicam,eos non tolerat qui diuina peruertunt, perfecta illa Matth.7
dei ſupremaq́ iuſtitia,dicentibusq́ illis,In nomine tuo virtutes multas fecimus,reſpondet,neſcio Luc.13
vos,recedite à me omnes operarij iniquitatis.Nefas itaq; eſt (vt diuina teſtãtur eloquia)ea etiam
quæ iuſta ſunt,non ſecundũ dignitatẽ,meritaq́ exequi.Cæterũ debet ſibi quiſq; cautius intende-
re,vt non ſublimia & quæ ſe altiora ſunt ſapiat, ſolaq́ ea meditari, quæ ſibi pro meritorum modo Argumen-
credita ſunt.¶Quid igit inquis,non oportet ſacerdotes q vel impie vel perperã aliquid facere de tũ Demo-
prehenſi fuerint,corrigi? ſolisq́ licebit gloriantibus in lege, per præuaricationem legis deum in- phili.
honorare? Et qua ratione ſacerdotes,prædicatores dei ſunt? quo eñ pacto diuinas populo virtu
tes enuntiant,qui nec earũ vires penitus norunt? Aut quomodo illuminabũt alios, qui ipſi ſunt te
nebris obſiti? Quomodo item diuini ſpiritus gratiam præſtabunt,qui neq; an ſit ſpiritus ſanctus
habitu,atq; veritate crediderunt? ¶Ad hæc tibi ipſe reſpondeo.Non eñ inimicus Demophilus Satiſfactio
eſt,nec patiar te circũueniri à ſatana.Vnuſquiſq; profecto circa deũ aſtãtium ordo ſacratior eſt, ſanctiſſimi
magis abſiſtente atq; diuinior,& lucidiora ſimul ſunt,vimq́ illuminandi ſeruantia maiorem,quę patris.
vero lumini magis ſunt propinquantia.Neq; localiter accipias velim huiuſmodi propinquitatẽ,
ſed ſecundũ idoneitatem qua ad deum recipiendũ ſunt accõmodatiora.Si igitur,quæ illuminat,
ſacerdotum eſt ſancta diſtinctio,proculdubio ille à ſacerdotali ordine & virtute omnino prola-
pſus eſt,qui illuminãs nõ eſt,multoq́ ſane magis q neq; illuminatꝰ eſt.Atq;,vt mihi quidẽ videt,
B audax nimium huiuſmodi eſt,ſi ſacerdotalia munia ſibi aſſumit,neq; metuit,neq; veretur,ea quę
ſunt diuina præter meritũ perſequi,putatq́ ea latere deum, quorũ ſibi ipſe conſcius ſit,& ſe deũ
fallere exiſtimat,quem falſo nomine appellat patrem, audetq́ ſceleſtas blaſphemias ſuas(neque
eñ preces dixerim)ſacris aris inferre,easq́ ſuper ſigna illa diuina ad Chriſti ſimilitudinẽ dicere.
Non eſt iſte ſacerdos,nõ eſt,ſed infeſtus,atrox, doloſus, illuſor ſui, & lupus in dominicũ gregem
ouina pelle armatus.Ac Demophilo fas nõ eſt, iſta corrigere. Nam ſi diuinus ſermo iuſta iuſte
proſequi iubet(iuſte vero proſequi,eſt vnicuiq; quod ſuũ eſt pro meritis reddere) iuſte hoc om-
nis proſequi nõ præter ſuum meritũ aut ordinem debet.Nanq; & angelis iuſtũ eſt,officia ſecun
dum merita diuidi,vt & profecto diuiſa ſunt.Verũ hoc illis non à nobis ô Demophile, ſed per il-
los nobis ex deo & ipſis quoq; per ſuperiores angelos.Atq; vt breuiter dixerim,in omibus quæ
ſunt,per prima ſecundis à diſpoſitiſſima omnium ac iuſtiſſima prouidẽtia, iuſta pro meritis tri-
buuntur,vt hi quidẽ quos deus præeſſe alijs ſtatuit,inferioribus atq; ſubiectis ſecundũ merita tri
buant,Verũ eñ Demophilus iræ & concupiſcẽtiæ,ratione moderetur, eisq́ ſecundũ merita tri-
buat,neq; ſuum violet ordinẽ,ſed regat ſubdita ſupereminẽs ratio. Nam ſi cũ forte in foro aſpi-
cimus famulũ domino ſeniori adoleſcentulũ, ſiue etiam filium patri maledicere, ſimulq́ impetu
facto plagas inferre, pietatem violare videmur, niſi accurrentes præſtãtioribus opem ferre ſtu-
deamus,quãtumlibet illi fortaſſe prius perpeſſi iniuriam ſint. Cur quæſo nõ erubeſcimus qui ra-
tionem ab ira & concupiſcentia violari & à tradito ſibi diuinitus principatu deijci videmus,atq;
C negligimus,& inter noſipſos impiam & iniuſtã temeritatem ac ſeditionẽ, confuſionemq́ excita
mus.Merito ſane noſter à deo nobis indultus legifer, eccleſiæ dei præfici prohibet eum qui do-
mui ſuæ eatenus nõ bene præfuerit. Qui eñ ſeipſum regere nouit,& alterũ reget:qui alterũ,etiã
domũ:& qui domũ,ciuitatem quoq;:& qui ciuitatem,etiam gentẽ, atq; vt ſummatim dicam iu- Luc.16
xta veritatis vocẽ,Qui in modico fidelis eſt, & in multo erit fidelis: & qui in modico infidelis,&
in multo quoq; infidelis erit. Ipſe igitur concupiſcentiæ & iræ atq; verbo,congrua iure tuo im-
partire,tibi aũt venerandi miniſtri moderentur,miniſtris ſacerdotes,ſacerdotibusq́ pontifices,at
qui illis ipſis apoſtoli,apoſtolorumq́ ſucceſſores cõuenientia dictent.At ſi qui forte & inter ipſos
à recto tramite deuiarit,is ab æqualibus atque ſui ordinis ſanctis corrigatur,vt non ordo in ordi-
nem ruens cuncta permiſceat, ſed vnuſquiſq; in ſuo ordine, ſuoq́ officio maneat. Iſta tibi inte-
rim idcirco diximus,vt & ſcias, & facias quæ tui muneris ſunt. Porro de illa in virũ (vt tu ais)
impium ac perditũ immanitate,neſcio quo fletu plangã contritionem dilectiſſimi mei.Cuius eñ
te arbitraris à nobis conſtitutũ eſſe cultorem? niſi eñ illius ſumme boni cultor es, profecto & à
nobis & ab omni noſtræ religionis cultu alienus ſis neceſſe eſt, iamiamq́ tibi ex hoc deus inqui- inſoleſcas
rendus eſt alius,& alij ſacerdotes,vt apud illos*effereris potius q̃ perficiaris,ſisq́ amice crudelita
tis miniſter atrox.An eñ & noſipſi ad ſupremæ ſanctitatis imaginẽ perfecti ſumus? aut non in
nobiſipſis diuinæ clemẽtiæ largitate indigemus? An vero iuxta diuinas literas,peccatũ duplex im Hiere.2
piorum more peccamus,dum & neſcimus in quibus offendimus, inſuper & noſipſos iuſtificare
præſumimus,putamusq́ nos videre,cũ reuera minime videamus. Obſtupuit cœlũ ſuper hoc,&
exhorrui ego,mihiq́ ipſi vix credo,ac idipſum bene ſcias velim,niſi tuas legiſſem literas(quas vti
nam nunquã vidiſſem)nemo vnquã perſuaſiſſet(quicunq; mihi hæc de te perſuadere molitetur)
vt ad credendũ adductus eſſem, Demophilum non arbitrari deum ſuper omnia bonum ac be-
g nignum

nignum eſſe,ſeq́; putare ipſius miſerātis ac ſaluātis gratia nō indigere, imo & ſacerdotes abroga D
re,qui promeruerunt bonitate ꝑcipua plebis ignorantias portare & nō ſeuere corripere,ſed eis de
De dño ſal um propitium facere,nō ignorātes ꝙ & ipſi circūdati ſunt infirmitate . Sed profecto diuinus ille
uatore nro ac ſummus pontifex,altera ingreſſus eſt via,idq́; cū(vt ſacra teſtantur eloquia)à peccatoribus eſ-
1.Pet.2 ſet ſegregatus.Atq; hoc eximiæ in ſe dilectionis argumentū capit, ſi oues eius modeſtiſſima gu
Iohan.21 bernatione paſcamus,& nequā eum appellat qui cōſeruo non dimiſerat debitū,neq; illi indulge-
Matth.18 te ſibi largiſſimæ bonitatis ne minimā quidē tradiderat portionē. Atq; ideo in illū intorquet iu-
Lucæ,23 ſtam omnino ſentētiam,vt(quod mihi ac Demophilo valde metuendū eſt) ab eo quæ ſemel fu-
erant,repetantur.Nempe eñ & his qui impias in ſe manus iniecerāt in ipſo ſuæ paſſionis tempo
Luc.9 re,veniam à patre precabatur.Diſcipulos item corripuit,ꝙ perſequētes ſe Samaritanos vt impie
tatis cōdemnaret,optauerant . Hoc ſane illud eſt quod imprudenti illa & prolixa nimis epiſtola
tua inculcas & replicas,ꝙ ſcilicet non teipſum,ſed deum vltus es.Dic oro te,per malitiā eum qui
Heb.4 ſumme bonus eſt vindicas?abſit . Non habemus pontificē qui compati nō poſſit infirmitatibus
Eſa.42 noſtris,verū & innocens & miſericors eſt.Non cōtendet neq; clamabit , & ipſe eſt mitis,& ipſe
Matth.11. propitiatio eſt pro peccatis noſtris . Non itaq; ſuſcipiemus improbos conatus tuos,ne ſi milies
Nume.25 quidē Phinehes atq; Heliam te dicas æmulari.Hæc eñ minime probauit Ieſus,cū ea ſibi diſcipu
3.Reg.18 li,mitis ac benigniſſimi ſpiritus eatenus rudes,ignariq́; ſuggererēt.Deniq; & ſacratiſſimus noſter
1.Macha.2 inſtitutor,in manſuetudine docēdos admonuit eos,qui doctrinæ dei aduerſarētur. Doceri quip
2.Timot.2 pe ignaros decet,non ſupplicijs affici;ſicuti & cæcos non cruciamus,ſed ad manū ducimus.Cō-
tra vero,tu reſpirare in lucem inchoanti viro,ictum in caput impingēs emergendi facultatē adi- E
mis,accedētemq́; ſumma cū verecundia,repellis audacter. Hoc igitur ingentis horroris eſt,ꝙ is
quē Chriſtus ſumme bonus errantē in montibus requirit,fugientemq́; reuocat,& vix repertum
ſacris humeris reuehit,abs te affligitur,repudiatur,abijcitur. Ne quæſo tā male nobiſipſis conſu
lamus,neq; gladiū in noſipſos impellamus.Nam hi quidē qui alios violare iniurijs,aut beneficijs
fouere nituntur,cū illi forte quæ voluerint facere nequeant,ſibi tamen aut malitiā ſecundū propo
ſitum aut bonitatē conſciuere . Atq; ideo euadunt, aut virtutibus diuinis,aut atrocitatibus inhu-
manis pleni,& hi quidē angelorū ſanctorū ſectatores & comites , & in præſenti & in futuro ſe-
culo cū omni pace liberati à malis omnibus,beatiſſima requie in perenni vita,perpetua hæredita
te potientur,&(quod bonorū omniū maximū eſt)cum deo ſemper erunt.Porro hi qui à diuina
ſimul,ac ſua pace deciderunt,& in vita & poſt mortē cū immitibus atrocibuſq́; dæmonibus fu-
turi ſunt.Cuius rei gratia nobis ſummo ſtudio curandum eſt,vt bono inhæreamus deo,ſimuſq;
cum dño ſemper,& non cū malis occulto illo iuſtiſſimoq́; iudicio ſegregemur,atq; ex nobiſipſis
pœnas debitas ſubeamus.Quod ego maxime omniū timeo,malorūq́; omnium exors eſſe,& cu
Viſio Car- pio & oro.Ac(ſi vis)diuinā quoq; ſancti cuiuſdā viri viſionē memorabo. ¶Cū aliquādo in Cre
pi ſancti vi- tam veniſſem,ſanctus Carpus me ſuſcepit hoſpitio,vir ob eximiā animi munditiā ad dei ſpecu-
ri de beni- lationē vltra ferme omnes aptiſſimus.Deniq; nunꝗ ſancta myſteria celebrare cœpiſſet, niſi pri-
gnitate Ie- us inter eas preces(quæ antea cōſummantur) ſacra illi ac propicia viſio apparuiſſet. Hunc igitur F
ſu amato- (vt ipſe referebat)infidelis quiſpiam contriſtarat aliquādo.Erat aūt cauſa triſtitiæ,ꝙ ille quendā
ris vitæ. ab eccleſiæ fide,ad impietatē erroris abduxerat.Cumq́; eius celebritatis(quā vulgus * hilarias vo
* lætitias,vo- cat)agerentur dies,qui debuerat pro vtriſq; benigniſſime orare, atq; dei ſaluatoris auxilio alterū
luptates ab errore conuertere,alterū bonitate ſuperare,nec deſiſtere quin eos admoneret per omnē vitam
donec pœnitentiæ tempus ſupereſſet,& ita eos ad dei cognitionē attrahere,vt iam tandē & quę
illis erant ambigua,& obſcura pateſcerent,& ab his quæ præter rationē audacter admiſerant,re-
ſipiſcere legitima ſeueritate cogerentur,neſcio quo pacto(cū intra ſemetipſum id antea paſſus nō
eſſet)tunc vehementē indignationē,atq; amaritudinē imbiberat animo.Sic itaq; affectus obdor
miuit,erat eñ veſpera. Circa vero mediam noctē , quo tēpore conſueuerat ipſe ſemper apud ſe
ad diuinos euigilare hymnos,expergiſcitur quidē & ſurgit cū ſomnos parum quietos & crebro
interruptos,nec abſq; perturnatione cœpiſſet.Stans tamē ad diuinā precem, & colloquutionem
non ſatis intente , irreligioſe triſtabatur,& ferebat grauiter,iniquū eſſe dicens,ſi impij hoīes & ꝗ
vias dñi peruerterent rectas,adhuc viuerent.Et hæc dicens precabatur deū,vt amborū vitā tur-
bine aliquo,& fulmine prorſus extingueret.His dictis,repente ſe vidiſſe referebat domum in qua
conſiſtebat , primitus vehementer agitari,ac tum demū à ſummo culmine per medium diuidi,
& quendā ante ſe ingentis luminis rogū,eumq́;(videbatur eñ iam ſub diuo eſſe locus)ē cœlo ad
ſe vſq; deferri.Cœlum vero ipſum patere apertū conſpiciebat,eiuſq́; cardini Ieſum inſidere,in-
numeris illi humana ſpecie aſtantibus angelis.Et iſta quidē vidiſſe,cū ſuperne aſpiceret,& ſe eſſe
admiratū memorabat. Vbi vero ad inferiora deflexit obtutus Carpus , ipſum quoq; ſolū inſtar
vaſti ac tenebroſi cuiuſdā profundi diſciſſum ſe vidiſſe ait.Atq; viros illos(quibus mala impreca-
tus fuerat)ante ſe ad os illius profundæ voraginis ſtare trementes ac miſerabiles,& qui ipſa pedū
ſuorū labilitate iam mergendi viderentur.Porro ab inferiori parte voraginis ſerpentes cernebat
emergere,qui circa illorū pedes ita inſtabiles ac nutantes, interdū quidē in globū colligi & ingra-
uari



A uari vna,atq; pertrahere,interdum vero dentibus & caudis, ore,gutture, linguis ac toto corporis
motu vim immēſi pauoris viderentur incutere, vt qui modis omnibus deorſum illos præcipita-
re molirētur.Fuiſſe aūt & viros quoſdā in medio,qui contra eos vnà cū ſerpētibus impetū face-
rent,exagitantes vna,& impellentes,atq; ferientes. Videbantur aūt illi lapſui proximi partim vi,
partim etiā inuiti,partim etiā ſponte,cū à malo ſenſim & cogerentur ſimul,& inducerētur.Refe-
rebat aūt Carpus,ſe(dū inferiora aſpiceret)fuiſſe delectatū,atq; ſuperiora neglexiſſe,grauiter autē
& indigne ferentē ꝙ illi necdū cecidiſſent,& cū ſæpius eo deſiderij ferretur impetu,eoſq́; & ipſe
niteret impellere,ſemperq́; fruſtra moliretur,moleſtiſſime tuliſſe,& cōtra eos imprecatū eſſe.Cū
ecce vix tandē reuocatis ad ſuperna luminibus,vidit cœlū ſicuti & prius aſpexerat,Ieſumq́; miſe
ratum quod fiebat,de cœleſti illa ſede cōſurgentē,ad eos vſq; deſcendere,& porrigere clemētiſſi
mam manū,angeloſq́; vnà opem ferētes,aliunde aliū tenuiſſe viros,ac dixiſſe Carpo Ieſum, ſtan
ti porrecta adhuc manu,iam percute aduerſum me.Paratus eñ ſum etiam iterū pro ſaluādis ho
minibus pati,gratū mihi iſtud eſt,dum nō alij hoīes peccent. Tu aūt inſpice,an tibi vtile ſit hanc
iſtius profundi & cū ſerpentibus manſionem, dei ac bonoꝝ clementiumq́; angelorum præferre
conſortio? Hæc ſunt quæ ego audita,vera eſſe credo.

## Tito pontifici per epiſtolam interroganti,quæ ſit ſapientiæ domus, quę patera,qui cibi eius, & qui potus. Epiſt. IX.

B SAnctus quidē Timotheus, honeſtiſſime Tite,neſcio an aliquid ſcripſerim de theologicis
ſignis,cuius ille ignarus abſceſſerit.Cæteꝝ in ſignificatiua theologia,oīa illi quæ in diuinis Significati-
literis de deo indigne dici pleriſq; videntur , diligētiſſime enucleare curauimus.Nam ab- ua theolo-
ſurditatē profecto maximā imperitis ac rudibus animis imprimūt,arcanæ illius ſapientiæ gia.
patres,cū per obſcura quędā ænigmata diuinā illam,plenāq́; myſterijs ac prophanis inacceſſam
veritatē,enuntiāt. Atq; ea ratio eſt cur plurimi diuinoꝝ myſterioꝝ verbis dfficile credimus.Ea
eñ cum adhęrētibus ſibi tantū vernaculis & carnalibus ſignis aſpicimus,cū his amotis ipſa in ſe-
ipſis nuda atq; ad purū liquida intueri debeamus. Ita eñ vitæ fontē digna demum veneratione
proſequimur,ſi hunc in ſeipſum fundi & in ſemetipſo ſtare videamus. Atq; vnam quandā vim
ſimplicem ſe mouentē,per ſe operantē,ſeq́; ipſam non deſerentē intelligamus, ſcientiarūq́; om-
nium ſcientiam eſſe,ac ſemper ſeipſam per ſeipſam intueri fateamur.Oportere igitur exiſtimaui
mus à nobis cū illi,tum cæteris omnigenas formas exponi,quæ de deo ſacratiſſime,ſymbolice,ſi
gnificatiueq́; finguntur.Nanq; exteriora velamina perꝗ ſane multa indignitate plena ſunt, quæ
inſtar efficta prodigij,minus probabilia videantur , puta cū in ſuperſubſtantiali illa diuina gene-
ratione ventrē dei,deum corporaliter gignere fingunt,verbumq́; in aere ex corde viri illud eru- Pſal.109
ctante profundi, & ſpiritū ex ore ſpirantis prodire deſcribunt,ac ſinus dei patris corporeo mo- Pſal.44
re more filium vlnis cōplectentes , nobis cū laude pronuntiant. Siue cū iſta,per inferiora quæli- Pſal.32
bet,& quæ humo prodeunt ſignant,atq; cū arbores quaſdā,& virgulta & flores, radiceſq́; indu- Iohan.1.
cunt,ſiue cū inundātes aquaꝝ fontes,aut ſplendoꝝ,lucis productiuas generationes,ſeu alias quaſ Prouer.5
C libet deſcriptiones (quæ ſuperſubſtātialia multiplicis theologiæ ſacramēta digniſſime referēt)po Apo.2
nunt.Item cum intelligibilibus dei prouidētijs,aut donis,aut inſinuationibus, aut virtutibus,aut Eſaię.55
proprietatibus,aut terminis,aut māſionibus,aut proceſſibus,aut diſcretionibus,aut coniunctioni Eſaię.11.
bus,humanā deo effingūt formā,& ferarū,& aliorū animaliū ac plantarū, lapidumq́; varias ſpe- Hiere.2
cies,& ornatū illi muliebrē,aut barbaricas armorū inſtructuras applicant,& vaſoꝝ fictoriam ſeu Pſal.35
cōflatoriam veluti opifici vulgari attribuunt,& equos illi, & currus ſedeſq́; ſubſternunt, ac dapes Pſalm.109
quaſdā veluti cocoꝝ cōmentis & arte coficiunt,bibētemq́; & ebriū ac dormitantē,crapulaq́; di- Pſalm.144
ſtentum dicunt.Quid memorē iras,dolores,omnimoda iuramēta,pœnitentias,maledicta,furo- Gene.18
res,multimodas item obliquaſq́; fruſtrataꝝ promiſſionū rationes, giganteā illā in Geneſi expu- Exodi.3
gnationē,quando viris illis potentibus ex metu dicitur inſidiari, idq́; cū ædificium illud non pro Matth.11
alioꝝ iniuria,ſed ꝓ ſalute ſua molirētur.Cōciliū qq; illud qd referā aduerſus Achab fraude ac de Luc.6
ceptione capiendū,in cœlo cōcinnatū.Quid item canticoꝝ carnales, ac adamatorios ꝗplurimos Exo.20
affectus,& quæq; alia ſacra & viſibilia ſigna occultis obducta, & in multitudinē excreſcētia,diui Apo.5.
na fictio ſacris audacius inſeruit,atq; effinxit, ſingularibuſq́; & indiuiduis, quæ diuiſionē admit- 3.Regū.22.
tunt,& figuratiua atq; multiformia,his quæ formā,figuramq́; nō capiunt. Quoꝝ profecto ſi qs Cantic.4.5
intueri poſſit intimū,ſecretūq́; decorem,myſtica eſſe oīa,& diuina mirabitur,atq; ingenti theo
logiæ lumine plena.Neq; eñ putandū eſt viſibilia ſigna ſui cauſa fuiſſe conficta, verū arcanæ il-
lius plurimiſq́; inuiſibilis ſcientiæ,idcirco velata,ne prophanis fierēt peruia quæ ſacratiſſima ſunt
ſoliſq́; veris ac legitimis * diuinitatis amatoribus aperta paterēt, quippe qui puerilē omnem ſen * dei
ſum,atq; imaginē ſacra ſigna diſcutiendo deponerent, ac ſimplicitate animi & cōtemplatiuæ ra
tione virtutis ad ſimplicē illam atq; omnino mirabilē ac ſupereminentē ſignorū veritatē pene-
trare ſufficerent.Et hoc ꝑterea operæpretiū eſt animaduertere, duplicē eſſe theologoꝝ traditio Duplex the
nem,arcanā alterā ac myſticā,alterā vero manifeſtā atq; notiorē,& alterā quidē ſignificatiuā ac ologoꝝ tra-
ditio.

D
perficientem,alterã vero ſapientiæ eſſe dudioſam ac demonſtratiuã,cõnexum vero intextumq́
eſt effabili,quod dici non poteſt,atq; illud quidẽ perſuadet,colligit,ac cõfirmat veritatẽ, hoc aũt
agit,atq; indocibilibus,occultisq́ docẽdi modis conciliat,collocatq́ in deo.Ne in ipſa quidẽ ſan-
ctiſſimoꝝ ſacramentoꝝ celebratione ſancti illi noſtræ,ſeu legalis traditionis magiſtri,diuinis at-
q; honeſtiſſimis abſtinuere ſignis,ſed & ipſos quoq; ſanctiſſimos angelos diuina,myſtice p æni-
producere gmata*propalare cernimus,ipſumq́ Ieſum in parabolis diuina,per typicæ mẽſæ apparatũ dei-
fica myſteria tradere.Fuit eñ profecto conueniens vt nõ modo illibata plurimis ſeruarent ſan-
Ratio quare duplex ẽ theologiæ traditio cta ſanctorũ,verũ vt & ipſa quoq; hominũ vita(quæ indiuidua ſimul ac diuiſibilis eſt)pro captu
& modo ſuo diuinis cognitionibus illuſtrata doceretur,& impaſſibilis ipſius pars ad ſimplices at
q; intimas diuinaꝝ imaginũ ſpecies cõtuendas ſecerneretur,quæ vero paſſibilis eſt,vernacule(vt
ita dixerim)illiceretur vna,atq; ad capienda quæ ſunt auguſtiſſima præelaboratis typicoꝝ ſigno
tantã vim hñt hmõi propinqua rum fictionibus intenderetur,* cui quidẽ nimirũ natura cognata ſunt huiuſmodi ex noſtris ſum-
pta velamina.Quod indicant quicunq;(cũ apertã & extra velamina audierint theologiam) in ſe
ipſis imaginẽ aliquã fingunt,quæ illos ad dictæ theologiæ intelligẽtiam manuducat. Sed & ipſa
mundi viſibilis fabrica,inuiſibilibus dei(quemadmodũ & Paulus,& verax ratio docet,* ſubſigna
obducitur. tur.Quocirca & theologi alia quidẽ ciuiliter atq; legitime,alia vero purgate & incontaminate p-
ſpiciunt,& alia humane ac medie,alia vltra humanã conſuetudinẽ, atq; perficiendo diſcutiunt,at
Roma. 1. q; interdũ quidẽ à viſibilibus legibus,interdũ vero ab inuiſibilibus(prout ſubiectis ſacris literis,& E
mentibus,& animis congruit)docent.Neq; eñ hiſtoria ſimplici & vacua , ſed vitali perfectione
ſubnixus eſt illoꝝ omnis,& per oĩa ſermo.Oportet igitur & nos omiſſa de hiſce opinione vul-
gari,intra ſacra ſigna tota intentione penetrare,neq; ea debito honore priuare, cũ ſint diuinaꝝ fi
guraꝝ germina,expreſſiones atq; formæ,ac ſecretiſſimoꝝ excellẽtiumq́ ſpectaculoꝝ euidentes
imagines. Non enim ſola ſuperſubſtantialia & intelligibilia ac diuina lumina typicis varian-
tur ſignis(ſicuti cũ ſuperſubſtãtialis deus ignis dicitur,& intelligibilia eloquia dei ignita memorã-
tur)verũ & intelligibilium intellectualiũq́ angelorũ ſacræ illæ diſtinctiones varijs formis, & mul
Deute. 4 Pſal. 103 Lucæ.12 tiplicibus,igneisq́ figuris deſcribunt.Atq; aliter ipſam ignis imaginẽ cũ de deo(qui omnẽ intelli
gentiam ſuperat)dicitur,oportet accipere,aliter cũ de intellectualibus eius prouidẽtijs ſiue ratio-
nibus,aliter quoq; cũ de angelis enuntiatur,ac priorẽ quidẽ illam imaginẽ ſecundũ cauſam,ſequẽ
tem vero ſecundũ ſubſtãtiam,tertiã ſecundũ participationem,atq; alia aliter ſicuti digna cuiuſq;
ſpeculatio,& erudita diſpoſitio ſancit,accipere conuenit,& nõ temere ac paſſim ſacra ſigna miſ-
cere,ſed ipſa congrue cauſis ſiue ſubſtãtijs,ſiue virtutibus,ſiue ordinibus,meritisve ac dignitatibꝰ
Hic q̃ſtioni pontificis Titi ſatiſfacit. diſcernere,quoꝝ etiam ſunt enuntiatiua ſigna.¶Et ne modũ excedamus epiſtolæ,ad ipſam iam
propoſitã nobis quæſtionẽ veniamus . Dicimus itaq; eſcam omnẽ vim habere eos perficiendi
quos nutrit,dũ imperfectũ illoꝝ atq; indigẽtiam replet,& infirmitatẽ curat,vitãq́ cuſtodit,& re
uireſcere facit ac renouat,& vitalẽ illis iucunditatẽ,copiamq́ largitur, prorſusq́ mœſtitiæ & im
Prouer. 9 Matth.13 Luc.14 perfectionis oĩs expultrix,lætitiæ vero ac perfectionis indultrix eſt.Rite igitur & ſapientiſſima,
benigniſſimaq́ ſapientia diuinis laudatur eloquijs,ꝙ myſticũ chraterẽ ſtatuat,ſacrũq́ ipſius pro
pinet poculũ,ſolidiores quoq; ante cibos proponẽs,& cũ alta p̃dicatione , ipſam deſiderãtes be-
nigniſſime inuitans,Duplicẽ ergo diuina ſapientia proponit eſcam,ſolidã alterã atq; durabilem F
Duplex cibus atque eſca. alterã liquidã & quæ profunditur. In chratere quoq; prouidentiſſimæ benignitatis ſuæ,gratiã,
copiamq́ largitur.Chrater eñ rotundo & patulo ore cũ ſit,prouidẽtiæ omniũ(quæ initio & fi-
ne caret,patensq́ & explicita oĩa ambit & cõtinet)ſignũ profecto eſt.Verũ quoniã & ad oĩa
prodiens in ſeipſa manet,ſubſiſtitq́ in immobili identitate ſua,neq; prorſus à ſeipſa diſcedit ſta
biliter,firmiterq́ locata,ipſe quoq; chrater ſtare memoratur. Aedificare aũt ſibi domũ ſapien-
tia dicitur,& in ipſa ſolidos cibos,& pocula,chraterẽq́ proponere , vt oĩbus diuina digne conij-
cientibus perſpicuũ ſit,illũ eſſe perfectã prouidẽtiam,qui oĩbus vt ſint,ac bene ſint author eſt &
idem rurſus in eodem. cauſa,& procedit ad oĩa,& in oĩbus ſit & oĩa continet, atq;*eadẽ rurſus in ſeipſa per eminẽtem
ipſe in ſeipſo idẽtifice, excellẽtiam,nihil in nihilo ſecundũ nihilũ eſt,ſed excipitur ab oĩbus*ipſa in ſeipſa identidem,
ac ſempiterne ſubſiſtens,& ſtans & manẽs,ſemperq́ eodẽ modo ac ſimiliter habens,& nequa-
quã extra ſe ſit,neq; à ſede propria,& immobili manſione atq; ſubſtantia deficit.Verũ & in ip-
ſa prouidẽtiæ ſuæ integra,perfectaq́ bonitate,cũcta diſponit,& procedit ad oĩa, & in ſeipſa ma
net,& ſtat ſemper,atq; mouetur,& neq; ſtat,neq; mouetur,ſed prouidẽtiæ(vt ita dixerim)offi-
cia,& actiones dũ ſtat immobilis,peragit,atq; dum prouidet,in ſua illa ſtabilitate diuinæ ratione
Quis ſolidꝰ cibus & q̃s liquidus naturæ omnino mirabiliter manet. Sed eñ dixerit quiſpiam , quis ſolidus eſt & quis liquidus ci-
bus;huiuſmodi eñ benigna ſapientia largiri ſimul , ac prouidere laudatur. Arbitror itaq; ſolidũ
cibũ intellectualis perſeuerantisq́ perfectionis,atq; identitatis ſignificationẽ præferre , per quam
intellectuales illi ſenſus ſecundũ ſtantẽ ac potentiſſimã & ſingularẽ,indiuiduamq́ ſcientiã diuina
Hebræ.5 participant,quibus beatiſſimus Paulus ſolidi veraciter cibi à ſapientia accepti,conſortiũ & parti-
cipium tradit.Porro liquidũ cibũ inundantiã illam large manantẽ atq; ad oĩa prodire feſtinantẽ
ſed adhuc per varia & plurima,atq; diuidua ad ſimplicẽ & fixam atq; conſtantẽ dei ſcientiã,eos
quos



A quos alit pro captu,ac modo ſinguloꝝ bonitate præcipua manuducentem,ſignare certũ eſt.Id- Eſa.45
circo diuina ac ſpiritalia eloquia,& rori, & aquæ, & lacti,& vino, ac melli merito aſſimilantur,q; Oſee.14
& viuificandi atq; fœcundandi,veluti in aqua,& ad incrementũ perducendi, vt in lacte,& recre Eccl.15
andi,vt in vino,& purgãdi ſimul atq; cõſeruandi,veluti in melle habeant vim.Hæc eñ ſapientia 1.Coꝝ.3
diuina,accedentibus ipſis præſtat affluentiã,indeficientiũ dapũ inundantiam largiens, ſuperema- 1.Pet.2
nans atq; ſupereffundens.Iſtud nempe veraciter epulari eſt,atq; ideo viuificans ſimul, & paruu Prouer.9
los nutriens & renouans atq; perficiens celebratur. Iuxta hanc nempe ſacrã conuiuij expoſitio- Pſal.118
nem,& ipſe bonoꝝ author omniũ deus inebriari perhibetur , propter pleniſſimã, & quæ omnẽ Inebriatio
intelligẽtiam ſuperet diuinæ epulationis,ſiue(vt verius eloquar)bonitatis perfectiſſimã atq; ineffa diuina.
bilem immenſitatẽ.Sicut eñ noſtro more in deteriorẽ partẽ ebrietas capitur ( eſtq́ repletio im-
modica,per quã mente & ſenſu excidimus)ita & in deo meliorẽ in partẽ accipiendo,ebrietas ni Exceſſus ſenſus ebrietatem ſequẽs
hil aliud q̃ pleniſſima bonoꝝ omniũ immenſitas(quæ in ipſo ſecundũ cauſam præexiſtit)intelli-
genda eſt.Sed & illũ qui ebrietatẽ comitatur exceſſum ſenſus,atq; ſciendi,dei excellentiã quę om
nem refugit intellectũ accipi oportet,per quã excipitur ab intelligendi ratione, cũ ea ſit excellen-
tia vt intelligere,atq; intelligi , ipſumq́ eſſe tranſcendat , ac oĩa ſimpliciter quæcunq; ſunt bona,
inebriatus eſſe atq; excedere dicitur deus,quippe qui eis oĩbus immẽſitatis totius eminẽtia, & ple
niſſimus eſt,& rurſus extra omnia,& vltra oĩa ſegregatus.Ex his igitur admoniti,ſanctoꝝ quo- Conuiuia ſanctoꝝ.
q; in regno dei ſacra conuiuia eadẽ ratione ſuſcipiemus. Tranſiens eñ inquit rex ipſe faciet illos Luc.12
diſcumbere,& ipſe miniſtrabit eis,inſinuant iſta cõmunem quandã ſanctoꝝ in diuinis bonis,cõ-
cordemq́ lætitiã,& conſentientem ſocietatẽ,& eccleſiam primitiuorũ qui deſcripti ſunt in cœlis
B ac iuſtoꝝ ſpiritus bonis oĩbus conſummatos,& omnium virtutum plenos, totiusq́ beatitudinis
participatione felices.Porro diſcubitũ illum,requiem ex multis laboribus,& inuiolabilem vitã,cõ Diſcubitus ſanctorum
uerſationemq́ diuinã in lumine ac regione viuentiũ,omni ſacra iucunditate repletã, vberrimorũ
ac beatiſſimoꝝ bonoꝝ affluentiſſimã largitatem,ſignificare putamus,per quã lætitiæ totius ple-
nitudo tribuitur.Hoc profecto lætari eſt authore Ieſu , qui illos & recumbere facit, & illis mini-
ſtrat,æternamq́ requiem donat ac bonoꝝ omnium largiſſime diſtribuit copiam . Pergens autẽ Somnus diuinus.
inquirere non fallor,ſi & laudatiſſimũ illũ dei ſomnũ & euigilationẽ explicare pergimus, dicendo
diuinũ ſomnũ eſſe, dei illam excellentiam exceptã à creaturis omnibus , & nulli cõmunicabilem
ex his quæ prouidentiæ ratione gubernantur. Euigilationẽ vero , attentionem ipſius ad eorum Euigilatio diuina.
prouidẽtiam qui diſciplina vel ſalute indigent. Cõtinuo alia theologica ſigna in myſtica theolo
gia offendes.Idcirco ſuperfluum eſſe arbitrati, eadẽ eiſdem de rebus replicando alia videri dice-
re,ſimulq́ noſtri rationẽ habentes,& quid ratio ſibi poſcit,hic finẽ epiſtolæ facimus, cum plura
etiam vt reor perſoluerimus q̃ literis tuis deberemus . Ipſam vero noſtrã ſignificatiuã theologiã
integrã mittimus,in qua vnà cum ſapientiæ domo,columnas quoq; ſeptem elucidatas inuenies,
& ſolidũ ipſius cibum in victimas panesq́ diuiſum,quæ ſit etiam vini cõmixtio,quæ item crapu
la ex dei ebrietate prouenienS . Et ipſa etiam quæ modo diximus , in ea latius tractata reperies.
Eſt eñ(vt reor)equidem omnium ſignificatiuaꝝ theologiaꝝ inuentrix optima,& ſanctaꝝ ſcri-
C pturaꝝ ſacris traditionibus ac veritatibus congruens.

## Iohanni theologo,& apoſtolo,& euangeliſtæ,in Pathmos inſula relegato. Epiſtola X.

SAluto te ſacrã animã, dilectiſſime, & eſt mihi iſtud ad te præ multis peculiarius.*Exulta Aue dilecte
dilectiſſime, veraciter ei, qui vere amabilis ac deſiderabilis & diligibilis eſt, nimiũ dilecte.
Quid mirũ ſi Chriſtus vera *loquitur,& iniqui diſcipulos ciuitatibus pelluntilli ipſi, ſibi proſequit,
quæ merentur profecto tribuentes,dũ à ſanctis ſceleſti dirimuntur atq; recedunt, viſibi- Matth.23
lia veraciter,inuiſibilium manifeſtæ imagines ſunt.Neq; eñ in ſeculis futuris author erit deus iu- Luc.21
ſtarũ ab ſe ſeparationũ,ſed hi qui prorſus ſe à deo ſequeſtrarũt,quemadmodũ & alios cernimus,
hic iam dei cõſortio & familiaritate beatos,quia cũ ſint veritatis amatores,ab affectu omni mate
rialium reꝝ longiſſime ſecedũt,& in omni libertate maloꝝ omniũ,& amore diuino bonoꝝ vni-
uerſoꝝ pacem diligũt,& ſanctificationẽ,atq; ex p̃ſenti vita futuræ primitias ſumũt,inter homi-
nes angelico more conuerſati,cũ omni tranquillitate animi ac denominatione dei, & ſanctitate,
& virtutibus reliquis.Et te quidẽ(nõ adeo inſanus ſum)vt arbitrer aliquid pati , imo & paſſiones exilio
corporis hac tantũ in parte ſentire credo,vt eas ſolũ dijudices.Cæteꝝ qui te * iniurijs impetũt,&
exilio relegare,ſe Euãgelij ſolẽ putãt nõ recte,eos iure culpãs,cupio his omiſſis q̃ in ſeipſos per-
agũt,ad bonũ conuertant,& te ad ſe attrahẽdo fiant participes luminis.Nos aũt nulla procella,
nulla aduerſitas priuabit Iohãnis clariſſimo radio,id quidẽ cõſequuturos memoria,ac renouatio
ne tuæ veriſſimæ theologiæ. Poſt paululũ vero(dicã eñ, etſi audax dictu videat) tibi chariſſima
ſocietate iungemur.Ero aũt prorſus dignior cui fides habeatur,ſi(quæ tibi præcognita ſunt)quæ
ex deo didici,hæc loquar,ꝙ ſcilicet & ex Pathmi cuſtodia dimittendus es liber,& in Aſiaticã ter
ram reuerſurus,illicq́ perages boni dei imitationes,easq́ poſteris trades.

## Appollophani philoſopho. Epiſtola XI.

IAmiam meus ad te conuertitur ſermo, præcordialis amor, & multas curaꝝ mearum pro te ſuſceptas anxietates, tibi in memoriã reuoco, vt te beniuola mente, ꝙ tam diu veſana pertinacia errori tuo, & tibi quidẽ bene noto inhæſeris, arguerim, & te pro dementibus phanatico more ludificantiũ phantaſijs, inſimulauerim. Verũ nunc ſummã omniũ prouidentiſſimã moderationẽ diuinæ benignitatis magnificæ, totoq́ꝫ affectu adoro, tibiq́ꝫ pars animæ meæ ſalubriter reſpiranti congratulor atqꝫ coniubilo, & te his quæ aliquãdo contempſeras, ruſum aggrediar, vt ea nunc iteꝝ tibi commẽdem, quoꝝ notitiam dudũ es aſpernatus. Sæpe, & quidẽ accurate tibi pateſeci, primitus hominẽ à deo de limo factũ, vt & ipſe quoqꝫ Moſes fideliteꝝ prodidit, & hominis tranſgreſſiones cataclyſmo diluuioq́ꝫ piatas, & deinceps diuina amicitia dignatũ, multaq́ꝫ deum in Aegypto, multa in eoipſo ſuæ egreſſionis itinere ipſius gratia, & in eo manifeſtaſſe magnalia, & multos, cõpluresq́ꝫ theologos diuinitus afflaſſe, quoꝝ ſacris oraculis prænuntiatus, deus homo fieri ex virgine dignatus eſt. Ad quæ non raro reſponſa ad me dediſti, te non modo hæc vera eſſe prorſus neſcire, verũ & quis ipſe quoqꝫ Moſes fuerit te omnino fugere, Euãgelium vero Ieſu Chriſti, qui totius maieſtatis deus eſt (quod & ipſe meum appellabas) refutare. Porro Paulũ mundi circuitorem, multiloquũ, verborũq́ꝫ ſeminatorẽ, de ſenſibilibus ad intelligibilia nolle recipere. Imo vero tu in me conuitia intorquebas, quod paternæ religionis iura vt degener prodens, in ſacrilegia quædã nefanda me conieciſſem, hortabarisq́ꝫ pariter aut me illa quibus innitebar dediſcere, aut illis cõtentũ diuina numina, patriasq́ꝫ leges deſiſtere, inceſſere, & euacuare moliri. Cæteꝝ vt ſuperna lux paternæ gloriæ, ſuũ ſplendorem in tuæ mentis tenebras infulgere ſua voluntate diſpoſuit, protinus cordis mei penetralibus infudit, vt pijſſimã recordationẽ & geſtæ rei monumentũ, tuis oculis ſubijcerem, vt videlicet in Heliopoli, tu quidẽ pene mihi coæuus, & ego quinqꝫ & viginti fere annoꝝ tempus euoluens, vnà morãtes conſtiteramus, cũ feria quadam ſexta, & hora etiam pene ſexta, ſol horribilibus ſubito eſt obſitus tenebris, luna ipſum intercurrente, quia non deus, ſed creatura dei, in ipſius veræ lucis occubitu lucere non potuit. Quærebar eñ tum apud te, qui mihi ſane ſapientiſſimus videbaris, quid ipſe inde ſentires agnoſcerẽ. Tu vero mirabili prudentia ſubintuliſti, quod vſqueadeo penetralibus mentis meæ alte inhæſit, vt nulla obliuione deleri, nullaq́ꝫ vnquã mortis valeat imagine deteri. Offuſi eñ tenebris ipſi eramus, orbẽ ſolis vndiquaqꝫ & ex æquo occupante caligine, & poſteaꝗ̃ repurgatio reſtitutioq́ꝫ facta eſt, luna ad ſolis diametrũ conuerſa aufugit. Et tunc quoqꝫ regulã Philippi Aridæi aſſumpſimus, cumq́ꝫ reperiſſemus (quod & erat notiſſimũ) eo tempore ſolem eclipſis moleſtias laboresq́ꝫ minime perpeti debuiſſe, ac nihilominus lunã ab oriente ſolarem ſplendorẽ pullis nigrantibusq́ꝫ velis obduxiſſe, cũ ſoleat ex occidua parte ſolem ingredi. Tunc aũt opifices lucis theſauros, caliginibus (quas ipſa genuerat) ad occiduos vſqꝫ ſolis fines peruagata (vt ipſi putauimus) occultauit, cũ tamen & lunæ id tempus deeſſet, neqꝫ coitus tempus vicinũ eſſe cognoſceretur. Aio ad te (neqꝫ eñ adhuc myſterij tantæ rei conſcius eram), O ingentis prudentiæ promptuarium, quid inquam ò doctrinæ ſpeculũ Apollophanes, his ſecretis aſcribis? ad quæ, neſcio quo pacto, diuino quodã afflatu & non humani ſenſus ſermone ſubintuliſti, Hæ ò bone Dionyſi, diuinaꝝ viciſſitudines ſunt rerũ. Deniqꝫ vero adnotatũ diligenter feriæ diem & annũ, annuntiationi quam ſacer Paulus noſtris attentis auribus infudit, conſentientibus ſignis conſpirare & concordari expertus, manus veritati ſubmiſi, & falſitatis nexibus ſum abſolutus. Quam quidẽ veritatẽ mirifice effero, & quam tibi cõmunico: quæ eſt via, & vita, & lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. Cui tu tandẽ vt vere prudens acceſſiſti. Acceſſiſti eñ ad vitã, & abdicaſti mortem. Cui profecto inhærendo res mirifice tecũ bene acta eſt. Hac inſuper ratione nobis arctioribus conſtrictus vinculis, qui me oris tui nitido lepore offundere ſolebas, & pleruncqꝫ fucatis quibuſdam, multicoloribusq́ꝫ & varijs rationibus intima noſtri ſenſus offuſcare, & quaſi acuminatis terebrare ſpiculis, & adijciebas te illius ſapidã agnitionem cõprehẽdere ſatagere, verũ ocyus à mentali palato reſilire, planeq́ꝫ dedignari in tuo ventre ſedem ſibi diligere. Age igitur modo cognoſcentia, & prouida corda gerens, ſurſum erigere, ne pro his qui non ſunt, ipſum ens verũ vnquam permutes, & pertinacior eſto quibuſcunqꝫ ad falſa præcipitãtibus, ꝗ̃ ad ipſum, qui vere eſt noſtris ſuadentibus votis teipſum præſtiteras. Ita eñ in Ieſu (qui eſſe & vita mea eſt) lætus iam moriar, cum ipſe in eo te viuere ſentiam.

(E and F are printed in the right margin of this letter.)

Dionyſius vigitiquinqꝫ annorũ tpe paſſionis Chriſti.

Philippus Aridę⁹ philoſoph⁹ & aſtronom⁹

¶Diuini ſanctiſſimiq́ꝫ patris Dionyſij Areopagitæ, martyris, Pauli & Hierothei auditoris, Athenienſium epiſcopi & Galliarum apoſtoli, diuinorũ operum finis.



A

# IAFREDO CAROLO

MEDIOLANI VICECANCELLARIO PRAESIDI Delphinatus meritiſſimo, F. Baptiſta Mantuanus Carmelita. S. D.

IAfrede Carole, Mediolani vicecancellarie, præſes Delphinatus digniſſime, animi tui pręſtãtiſſimi cõſummata frugalitas, qua tãtum autoritatis es conſequutus, prudẽtiſſima ſua dexteritate fecit, vt amẽ Gallicam nationẽ æque ac Italicã. Et ex hoc amore cũ ad illuſtrandũ decus eius gẽtis magis ac magis indies accẽderer, venit in mẽtẽ meã præſtãtiſſimus antiſtes, doctor atqꝫ martyr Dionyſius: q vt quondã apl'us fuit, ſic nũc & ſemp eſt q̃dãmodo tutelaris deus Galliaꝝ. Eius ergo cõuerſionẽ, vitã & agonẽ, verſibus heroicis exaraui, plurima (vt Græci aiũt) parerga ſuperadijciẽs, ad propagãdã gloriã Frãcoꝝ regũ. Si qd hic eſt q̃d Gallos delectet, beneficiũ hoc à te recognoſcãt: totum hoc tibi imputẽt, gratias referãt tibi ſoli, cuius gratia lucubrationi huic annũ impẽdi. Accipe igiť meæ ſeruitutis annuum prouentũ, accipe cenſum tibi debitũ, accipe munuſculum hoc, re forſitan tenue, ſed certe affectu grande, q̃d ſit mei erga te amoris perenne teſtimoniũ, pignusq́ꝫ ſempiternũ: quo intelligant præſentes & poſteri, nihil eſſe q̃d ſic animos hominum alliciat, quod magis vbiqꝫ terrarum regna &
B imperia firmet ac muniat, ꝗ̃ bonum præſidis nomen & virtus. Quæ duo ita mirifice in te ſplendicant, vt te iam tota Italia, nedum Mediolanũ, veneretur. Bene ac diu vale.

Dionyſius.

Parerga, digreſſiones extra propoſitũ, excurſiões ac diuerticula

## F. BAPTISTAE MANTVANI CARMELITAE THEOlogi, ad Iafredum Carolum Mediolani vicecancellarium, & Delphinatus præſidẽ, de conuerſione, vita ac paſſione ſancti martyris Dionyſii Areopagitæ.

liber primus.

GAlloꝝ ſublime decus, rariſſima gentis
Gloria Cecropiæ, toto Dionyſius orbe
Altior, è magnis ſuperum primatibus vnus,
Cum necis ac vitæ ſocijs in Phocida noſtrum
Intrat, & heroi venit ad modulamina cantus.
¶Pierides, q̃ me vulgus, proſcenia, ludos,
Auſpice linquẽtes, ſanctas veniſtis ad aras:
C Ite, precor, diuum dominã, quæ temperat oẽs
Cœloꝝ influxus, & opes diſpenſat olympi,
Quæ connixa deũ, facilem ſe præbeat orſis
Exorare nouis, animoſaq́ꝫ cœpta ſecũdet.
Illam, terrigenum populis præſtare parantem
Suppetias cõtra Stygij mala numina Ditis,
Inuenietis apud ſolium ſublime tonantis.
Cũ canimus ſuperos, illi, quia maxima diuum,
Iure damus noſtro primas in carmine partes.
¶Iam noua progenies cœlo deſcenderat alto,
Et prodire alius ſeclorum inceperat ordo.
Dij phlegethontæi, regnata tyrannide longa
Et maria & terras animis cœleſtibus ægre
Cedere compulſi, errabant, deſerta latentes
Per nemora extremi gelido ſub cardine mundi,
Quà duplices arctos anguis ligat, & tria longe
Quà polus auſtrinis oſtẽdit ſidera terris.
Nã minor eſt illic cœli impetus, & minor aura
In vacuo errantes vexat minus aere laruas.
¶Dite triumphato Chriſtus regnabat in orco,
Regnabat pelago & terris, regnabat olympo.
Iam placita immenſo late ſua fecerat orbi
Cognita. ad ęthiopas Solyma migrarat ab ora
Terrenis inhians curis, ac deditus olim
Aucupio Matthæus opũ. migrarat ad Indos
Iã Didym⁹ Thomas. cũ fratre in Perſida Simõ
Iuerat in põtũ, in Colchos Scythiaq́ꝫ Philpp⁹.
Ac pius Andreas Cilicum luſtrauerat oram.
Et Paphon ambitã Cypro, Salaminaq́ꝫ ponto
Paulus, in elyſiis doctus myſteria campis.
Nimiꝝ hi (veluti nebulæ per inane volantes,
Arentem paſſamq́ꝫ diu mala ſidera terram,
Dulcibus irrorãt pluuijs) mortalia corda
Ante acherontæo facta infœcũda veneno,
Imbre bono cœleſtis aquæ lauere, ſuperq́ꝫ
Infudere nouam cœleſtia ſemina legẽ.
¶Gallia reſtabat, cui longa in nocte trahenti
Ocia, vitalem ſol nondum oſtenderat ortum.
Tum deus humanæ qui fundamenta ſalutis
Iecerat, vt Gallis etiam ſe oſtẽderet, alta
Mente volutabat. reputanti ſingula, demum
Hæc potior via viſa. vocat de aſtãtibus vnum
Cœlitibus, pollẽtem animo, volucreq́ꝫ volatu,
Atqꝫ ait: In medijs mihi vir facundus Athenis,
Qui noua per Celtas, nõ inſcribenda papyris,
Sed figenda hominũ viua in præcordia, fando
Cœliſcita ferat, gentemq́ꝫ Samotida luſtret.
Labere confeſtim cœlo noctisq́ꝫ per vmbrã,
Somnia Tarſenſi qui Troica littora Paulo
Nũc habitat, cõpone: qbus ſe intelligat, vltra

Diuiſio apoſtolorũ.

Actoꝝ. 14 20. 21. 2. Coꝝ. 12.

Gallia.

Aequora ab Antandro nomen ſortita, vocari
Ad Niobes agros, Pallenæoſq́ꝫ penates.
Illinc Cecropias ſenſim deſcendet ad arces,
Atq; mihi ignorãs ad opus famulabitur iſtud.
Sic pater. Ille viam carpẽs, de culmine olympi
Deuolat in Geminos, Cyllenia ſidera tranſit,
Inſeritur flammis, liquidum ſubit aera, curſus
Flectit ad arcturum. Pauliq́ꝫ ſilentia tecta,
Aurora redeunte, iniens, mãdata faceſſit.
Nanq; volatilibus ſubitaria viſa figuris
Texit, & ornatu viſa eſt aſtare Pelaſgo
Acto.16 Fœmina, quę Graio Paulum ſermone rogaret,
Per freta in Emathios raptim tranſire penates.
Impiger excuſſo (mora nulla) ꝑ æquora ſomno
Paulus in Europam latus, deſcendit in agros
Mygdonios: vbi progenies ab Oſiride nata
Macedo filiꝰ Oſiridis Dum regnat Macedo, fecit noua nõia genti.
Emathio tandem regno digreſſus, Athenas
Athenæ Venit, & antiquæ ſucceſſit mœnibus vrbis.
Delos. ¶Hæc tellus (adhibẽda fides ſi annalibus) olim
Poſt magnã illuuiẽ, terras quæ abſorbuit oẽs,
Prima mari excluſo, cœlos & ſidera vidit.
Prima hoĩes tulit atq; feras, herbeſcere prima
Cœpit, & arboreæ ſobolis genus om̃e recepit.
Hinc factũ, vt tellus quã ſecula prima vocabãt
Ortygiam, fuerit mutato nomine Delos
Dicta, ꝙ eiectis Neptuni apparuit vndis
Prima, ꝙ expulſo cœli ſqualore, Diana
Cum phœbo his primum terris illuxerit, orta
Finxerunt illic duo maxima ſidera Graij.
Hic cũ Neptuno memorãt certaſſe Mineruã,
Athenæ Nomina cõſtructæ nuper quis traderet vrbi.
Et viciſſe deam, quia ſanctæ inſignia pacis
Protulit, & pingui ramos humore fluentes.
¶Talibus extemplo ſyluis ſeſe induit omnis
Attica, & in primis tepidi iuga mollia Hymetti,
Floribus & dulci ſemper redolentia melle.
Cecrops. His Cecrops (quẽ fama refert à flumine Nilo
Ageꝰ Theſei pater Aduẽtaſſe) locis, his Aegeus inclytus armis.
Aemulus Alcidæ, ſociuſq́ꝫ aliquando laborum,
Theſeꝰ Herculeæ virtutis æmulus. Hic tenuit ſoliũ Theſeus, celeberrima Theſeus
Qui panathenaicæ ſtatuit certamina pugnæ.
Hinc memorãt ſacros ritus cultumq́ꝫ deorum
Principium traxiſſe. Ceres quæ inuenit ariſtas,
Panathenea, ludi gĩnici in honorẽ Mineruæ celebrati. Quæ frumenta tulit, leges quoq; cõdidit, vnde
Theſmophorã Graij appellãt, ea diua reliquit
Hic quædam ſua ſacra, cauis incluſa caniſtris,
Quæ innocuæ caſto ferrẽt in vertice nymphę.
Nec minus hanc vrbẽ fecit Mauortia claram
Ceres. Gloria, & armoꝝ ſtudiũ, quo Græcia victa eſt,
Theſmophora, legifera. Atq; procul poſitæ gentes ad barbara regna,
Quàm lepor & cultæ q̃dã om̃ipotẽtia linguæ.
Nec minus eſt, ꝙ naturas cognoſcere rerum,
Quod potuere oculis homines his collibꝰ orti,
Gens prope cœleſtis, cauſas penetrare latẽtes.
Nec ſat erãt inuenta domi. peregrina ſecabant
Aequora. fatidicã Mẽphim, ſuppoſtaq́ꝫ cancro
Aethiopũ regna, & cõbuſtam ardore Syenen
Perpetuo, mẽſam ſolis, ſtatuamq́ꝫ loquentem,
Infinita ibant quæſitum ambage viarum,
Chaldæos etiam, nudiſq́ꝫ habitata ſophiſtis, D
Trãs Indi, trans Gãgis aquas, deſerta petebãt.
Tanta explorandi ſitis & ſolertia veri.
Prædati tandem ſophias orientis & auſtri,
In patriã, ſimiles apibus, quę rura volantes
Per longinqua, legunt flauentia mella, redibãt.
¶Hinc genus Italicũ ſophiæ, q̃d condidit olim
Pythagoras, Calabris longũ verſatus in oris.
Et q̃d ab antiquo memorãt Thalete repertum,
Nomẽ adhuc ſeruãs, quod fecit Ionica tellus.
Hi duo ſunt fontes venis, q grandibus implent
Doctrinę ſine fine, amplũ ſine littore pontum.
¶Cernis ĩ hoc ſparſas q̃ſi cycladas æq̃re ſectas
In quibus autores clari titania ſupra
Aſtra viri, turbã cathedris affantur ab altis.
Hic magnos aperit tractus Stoa, montibus altis
Aſpera, florigeris redolens Academia campis.
Adde Stagiriticos agros, dumetaq́ꝫ paucis
Peruia, in obſcuras hominem ducentia ſyluas,
Hoc ambita freto, nigriſq́ꝫ habitata colubris, E
Cyrenęa palus Cynici ſine frugibus horti,
Atq; Epicurei famoſa mapalia ſaltus,
Et plerę q; aliæ, quarum iam ſola ſuperſunt
Nomina, res autem Chriſto apparẽte receſſit.
¶Hæc igitur Paulus veniens in mœnia, diuum
Tecta prius contemplari, cognoſcere ſacros
Inſtituit ritus, ſimulachra antiqua videre,
Quæ premat affatu diuinaloquentia grandi.
Templa peragranti caſu ſeſe obtulit ara,
His in fronte notis, tituloq́ꝫ notabilis iſto:
Ignoto ſacrata deo. miratur, & alta
Mente putat, ſuſpenſa tenẽs & lumina & ora.
¶Hic deus ignotus Graijs, deus ille putãdus,
Quẽ pater Alcides olim (quo numine motus,
Ambiguum) natos omnes, vt firma tenere
Poſſent imperia, & ſæuos abolere tyrannos
Vndiq;, cõmonuit ſumma pietate colendum.
Terminus hic: quẽ, dum ciues capitolia ſacrãt,
Non ceſſiſſe Ioui, fama eſt: cum cætera diuum
Turba, repentino fugeret per inane volatu. F
¶Om̃ia contemplans nitidis candentia ſaxis
Tecta, per excelſas extendit lumina moles.
Perlegit & ſtatuas, veteꝝ monimẽta virorum,
Ac parios arcus, proceraq́ꝫ ſigna coloſſos,
Pyramidumq́ꝫ apices, longis impoſta colũnis
Atria, imaginibus patrum ſignata ſuperbis.
Qua errantes ſe cũq; ferũt, populoſa frequenti
Cõpita plebe ſonãt. greſſum turbę vnda forẽſis
Impedit, & pede pes, armoq́ꝫ alliditur armus.
Vndiq; cõuertũt oculos, vrbemq́ꝫ fatentur
Latiuiam, elyſios cultu prætendere campos.
¶Eſt locus inſignis templo Mauortis, & alta
Mole abit in nubes, vbi conſultare ſenatus
Sæpe ſolet. Martis pagum dixere, ꝙ illuc
Mars in iudicium tractus, purgauerit olim
Longe infame nefas, cauſam agnoſcẽte deoꝝ
Concilio. fama hæc priſcis deſcendit ab annis.
¶Huc igitur veniens, vbi confertiſſima patrum
Curia, ab ignoto fandi primordia Paulus
Sumpta deo, ſermonẽ orãs protraxit in amplũ
Ergo



A Ergo vbi ad attentas verbis ingẽtibus aures
Intonuit, mirati omnes tanto ore ſonãtem
Dogma viꝝ, dogma ĩſolitũ, q̃d ab ęthere ĩ or-
Attulerat Chr̃s, princeps diuũq́ꝫ hoĩmq́ꝫ. (bẽ.
Dogma, q̃d admittens ima in præcordia patrũ
Maximus, hoſpitiũ Pauli Dionyſius alta
Nocte adit, & lõgas ſermonẽ extẽdit in horas.
Cætera de Chriſti quæ Paulus origine & actis
Dixerat, accipiẽs: defuncta cadauera vita,
Poſſe negat rurſum in vitam lucemq́ꝫ reuerti.
¶Ergo abit: & iã lux phębo noua venerat orta
Theſidæq́ꝫ om̃es opera ad conſueta redibant.
Inſeq̃tur Paulus. dumq́ꝫ intermiſſa parumper
Colloquia inuadũt rurſum, Dionyſius ora
Forte leuans, hominẽq́ꝫ vidẽs ab origine captũ
Lumine, porrecto greſſum tentare bacillo.
B His oculis hic Paule, inquit, ſi infundere viſum
Fas tibi, nil dubitẽ rediturã in corpora vitam
Credere: nil Ioue poſthabito, me addicere chr̃o
¶Continuo Paulus tollens ad ſydera frontem,
Chriſte ait, oĩpotẽs vmbraꝝ & luminis autor,
Spirituũq́ꝫ hominũ faber, q nuper olympo
Lapſus in has tenebras, iubar ĩmortale tuliſti,
Luce opus hoc dignare tuũ. Nec plura locutꝰ.
Ecce genis illapſa dies, deſcẽdit in orbes
Vis diuina cauos, frontẽq́ꝫ illuminat orbam.
Obſtupuere om̃es, ſigna inſperata tuendo,
Cecropidæ. ſtetit attonito Dionyſius ore,
Et fixis in cæcum oculis, conſiderat ingens
Portentum, ac viſa à null s miracula ſeclis.
Et mox in voces iſtas, ſibi redditus, ore
Supplice prorupit: Terrena potentia non eſt,
Quæ tantũ molitur opus. deus ille deorum hic
Paule ignotus adhuc nobis, oracula tandem
Per tua iam notus. præſentia ſecula longe
Fortunata, deus quæ tanto inſignit honore.
Iam dictis præſtãda fides, tua ſancta fatemur
C Et ſeq̃mur mãdata: viꝝ vel ab æthere lapſum
Iudico, vel certe à ſuperum te principe miſſum
Auxilio miſeris mortalibus. Accipe totum,
Accipe me, & Chriſti ſancto ꝑfunde lauacro.
¶Tũc igit̃ pergens gemino cũ pignore, & ipſa
Damaria conſorte thori, maturat ad amnem,
Ac ſepelit ſacris animi ſcelus omne ſub vndis.
¶Sic tandẽ inuẽtus, peteret qui Gallica regna,
Qui Chr̃m ad Senones, & ad vltĩa littora ferret
Non redit ad Martis pagũ, collegia patrum
Deſerit, execrans mutoꝝ idolia diuum
Templa fugit, Pauloq́ꝫ ſuas cõmunicat ædes
Aes aperit congeſtũ annis iam pluribus, aurum
Chriſtigenis cõmune facit: nam plurima turba
Iam fuerat perfuſa vadis, vetus ardor habendi
Deſinit, in ventos volat extirpata libido.
Clauſa ſalutantũ cuneis propylæa frequentant
Nudi, inopes, penus in miſeroꝝ effundit̃ vſus.
Horrea proſtituunt fruges, fundũtur apertis
Vina cadis, hauſtoq́ꝫ madẽt cellaria baccho.
Sancta domũ pietas cũ relligione per omnem
Certat & apparet vitæ cœleſtis imago
Vndiq;, per thalamos, perq́ꝫ ipſa cauędia. ſacrãt
Cantibus hymnidicis aulas, altaria ponunt,
Ac diuina ineunt magno myſteria cultu.
¶Spargit̃ in populũ rumor. mirãtur Athenæ
Maieſtate viꝝ tali, qui auriga ſenatus,
Qui tantæ dux vrbis erat, quẽ Roma colebat,
Cuius in externas ierat fama inclyta gentes,
Pyrrhonis nil laude minor, diſcedere auitis
Legibus, & tanti faſtigia ponere faſtus.
Stoica triſtatur ſoboles, Academia luget
Iacturam amiſſi quaſi grex paſtoris, Athenas
Publicus obſcurat męror. qui tẽpla gubernant,
Non poſſunt nõ ferre ægre tã grande deorum
Dedecꝰ. hoc augur ſcelꝰ exꝓbrat, iſtđ aruſpex
Exclamat facinus, Iouis ira & fulmine dignum.
Et iurat, leuius peccaſſe Promethea quondam,
Theſeaq́ꝫ & Phegyam, radijſq́ꝫ Ixiona textũ.
¶Dij q̊q; per noctẽ auditi celebrare frequẽtes
In tenebris cœtus, Chriſto ſuper & ſuper orta
Relligione, nouos mores, noua ſacra ferente.
Iuppiter in Delphos Cretæa venit ab Ida,
Venit & à Cyntho phœbi ſoror. euocat oẽs,
Et tali functa eſt opera Saturnia Iuno,
A Ioue miſſa viro. Tritonia venit Athenis,
Euios Ogygijs à finibus, à Cyllene
Diuoꝝ interp̃s, Paphijs dea Cypria ab hortis,
A Rhodope Mauors, ſicula Vulcanꝰ ab Aetna
Miſit & altricem frugum cerealis Eleuſin.
Hic vbi ſubter humũ phœbus reſpõſa ſolebat
Reddere, conſeſſu facto, ſic Iuppiter orſus:
¶O comites, q̃bus eſt mecũ cõmune ꝑ orbem Oratio Iouis.
Imperiũ: video regnis incumbere noſtris
Grãde malũ, video Solymoꝝ aſcẽdere ab vrbe
Tempeſtatẽ atram: quæ nos ita vexet, vt alto
Vexantur, quoties deprenſi in fluctibus altis
Præcipiti nymbo & ventoꝝ turbine nautæ,
Expectãt graue naufragiũ, ſupremaq́ꝫ fata.
Nec nouus iſte timor. legi præſagia vatum,
Iudæum annales, diuiniloquaſq́ꝫ Sibyllas:
Legi omnes aſtroꝝ ignes, labentia cœlo
Secula dinumerãs, & quanq̃ ſidera certam
Nõ faciant inſpecta fidem, quia ſola voluntas
Iſtud opus diuina facit, tamen omnia triſti
Mẽte putans, tempus belloꝝ inſtare, dieſq́ꝫ
Aduẽtare malos, Chriſtumq́ꝫ exire videbam.
Eius in Aſſyrijs quondam ieiunia terris Matth. 4
Vt vidi, acceſſi, explorãs hominemve deumve Luc. 4
Præferret: didiciq́ꝫ vna ſub imagine vtrunq;.
Tẽporeq́ꝫ ex illo, quaſi quodã intrinſecus orto
Vlcere, debilior fieri & tabeſcere cœpi.
Et piguit facti, quod ineuitabile telum eſt, Sententia.
Præuidiſſe nocet. qui non cognoſcitur ante
Quàm veniat, tm̃ grauis eſt, cũ vulnerat, ictus.
Iam prope cõſenui. mihi proxima fata putarẽ,
Si fineret natura animos concedere fato.
Vos q̊q; defectos video, nec vt ante, vigorem
Et vegetos alacri ſenſus prætendere vultu.
Omnibus innatus timor eſt, odiũq́ꝫ malorum.
Nec dolor arbitrij, ſicut neq; gaudia, noſtri eſt.
Et nos hæc mala conditio mortalibus æquat.
At neq; nos tempus ſoli præuidimus iſtud,
Præui

Memphis Præuidere alij lemures quoq;. barbara Mẽphis
Aegyptus. Nouit & Aegyptus,ſua quæ ſimulacra ꝑ illos
Eſt mirata dies, aliquo quaſi territa caſu
Et tremere,& mœſto pallorẽ ducere vultu:
Nec velut ante loqui, mutiſq; ſilentia templis
Obſeruaſſe,nouos teſtantia ſigna tumultus.
Ipſa quoq; armatas acies concurrere cœlo
Audijt,alpinos trepidans Germania motus.
Scimus & ex gelidis tepidum manaſſe cruorẽ
Fontibus,& noctu medias vlulaſſe ꝑ vrbes,
Pane truces agitante lupos, rabiemq; ferente.
Sic fuit omnibus hoc tam formidabile tempus
Spiritibus,tã horrẽda lues noſtratibus vmbris,
Vt Stygio q̃ in cœno habitãt,cœli aſtra peroſę
Indociles laruæ,poſtq̃ didicere voluta
Secula dena quater, vicinaq; tempora gentis
Chriſtidos,ad Plutonẽ ierint,ſibi tuta rogantes
Septa,ratę ad Stygias bella ingreſſura lacunas.
Indoluere igitur merito regna omnia, quando
Sentẽtia Cõmuni cõmune malũ mœrore dolendũ eſt.
Hæc noua pernities ſerpẽs Aſiana per arua,
Nuper in Europã, Paulo duce,venit. Athenas,
Emathios poſtq̃ populos indagine clauſit,
Iam tenet,& ducẽs pelagus ſinuoſa per altum
Retia,diſpoſitis etiam per flumina naſſis,
Naſſa,vas piſcatoriũ. Indulget capturæ hominũ. Dionyſius iſtos
Incidit in caſſes, alios Dionyſius inter
Mortales tantus,quãta inter ſydera luna eſt.
Heu damnũ graue, ꝙd nulla queat arte repẽdi.
Attica tota ruit,ruit om̃is Græcia,ſurgunt,
Quæ rapiãt etiam Auſonios incẽdia fines,
Quæ mihi ſubducãt altę capitolia Romæ.
O comites,quonã noſtrę in diſcrimine ſint res,
Cernitis. in medium,ſi quod prudẽtia forſan
Conſilium vobis aperit,proponite. tuq;
In primis quę mẽte vales Tritonia, fare.
Pallas ¶Iuppiter hæc. Cõtrà Tritonia taliter orſa:
O pater,hæc tua nos oẽs querimonia pulſat.
Et quia cum genitor luget, ſentire dolorem
Pignora(quanq̃ illis fortunẽt om̃ia diui)
Vult pietas,& ꝙ pariter nos vna premit ſors,
Caſibus inuoluẽs iiſdem natoſq; patremq;,
Et meus hic tanto magis incrudeſcit amaror,
Quòd neq; conſilio locus eſt. prudẽtia tantum
Fatũ ineuitabile. Contra fata valet,quantũ tua fulmina contra
Vellus Arachnęum, vel cõtra incendia ſulfur.
Thura,aras,& templa deo diuiſq; neceſſe eſt
Cedere,& in terris iſto ſplendore carendũ eſt,
Quatenus in melius rerum mutabilis ordo
Noſtra aget ĩperia,atq; vicẽ mutarit olympus.
Quod niſi me fallit mea mens, aliqñ futuꝝ eſt.
Etſi,quãdo? roges,nihil hic ex tẽpore fandum.
Nanq; ſub obſcuris res eſt abſcondita cauſis.
Tam graue nõ paucis vigilãdũ ænigma dieb⁹.
Nũc ſatis eſt veſtigãdi primordia quædam
Ponere,& euẽtus à longe oſtendere tantos.
Hinc igitur fandi præſentem ducimus orſum,
Viciſſitudo. Cũcta viciſſatim regnãt,hoc ſydera monſtrãt,
Nã mõ Saturnus,mõ Mars,mõ Iuppiter annũ
Ducit:& hic iterũq; iterumq; reuertitur ordo,
Hoc diui inſinuant. nam qui iudaica quondam D
Regna gubernabat, Chr̃i mõ regna gubernat.
Atq; alter ſuffectus ei de plebe minorum
Cœlituum, laceræ cui ſit cuſtodia gẽtis.
Hoc elemẽta docẽt. eterñ mõ flumina inundãt,
Et ſceptrũ Neptunus habet, mõ lubricus aer
Creſcit,& ĩperitat Iuno, modo Mulciber ignẽ
Aggerat,& terras Diuum nõ vltima Veſta.
Cernite res hominũ: ſic regna ferũtur & vrbes
Vtq; ſuis rurſum aſtra locis reuolubilis æther
Reſtituit,gẽtes ita prima in regna reportat.
Tẽpus erit ꝙ Roma cadat, quo Perſia ſurgat.
Mox aliud tẽpus veniet cum Roma reſurgat,
Perſia quo peſſum labatur,& omnia nutant,
Et nulla in terris æterna potentia. cur non
Ergo iteꝝ nobis vetus eſt ſperãda poteſtas?
Cur decus amiſſum, maieſtatemq; tenemur
Non ambire,& res nõ expectare ſecundas?
Mœror eat. terris iteꝝ dominabimur olim.
Sed tamen interea,ne longa per ocia creſcat
Languor,& aſſidui mors ſint æterna dolores, E
Exercẽdum aliquod vitæ genus, orbita nunq̃
Clauſa erit ad fraudes, iter inueniemus apertũ
Semꝑ ad inſidias, orbem ſpoliabimus æque
Ac prius,& prędã in grãdes cõſurget aceruos.
Nõ erimus lucro, ſed maieſtate minores.
Nam via quam fecit probitas ad ſydera,cũ ſit
Aſpera, longa, madens multis ſudoribus,arcta,
Iniucunda,terẽs ſemper veſtigia in altum,
Paucoꝝ eſt. quę noctis adit Cocytidos vmbrã
Ampla,patẽs,mollis, blãdiſſima ſenſibus, om̃es
Allicit. hanc ineunt reges, hanc maxima carpit
Pars hoĩm,noſtrã nõ euaſura charybdim.
Hinc nobis prouentus erit, dominabimur iſtis,
Clam tamẽ hic,alio orbe palam lethęa ꝑ antra
Illic imperiũ Ditis. fert regia Pluto
Illis ſceptra locis,& nos regnabimus illic.
Sæpius iſta graues meditãdo extinguite curas. F
Nec iactura viri vnius te Iuppiter angat.
Non minus ad ſuperos noſter Dionyſius ante
Imperiũ Chriſti,nobis regnantibus,iſſet.
Nã quotcũq; deus ſibi deſtinat, vndiq; cunctis
Colligit ex regnis. fundo phlegethõtis ab imo
Duceret in cœlũ,ſi ſub phlegetonte laterent.
Vidimus his annis quando ſpoliauit auernum
Tanta plebe, trahens ſecũ prima omnia ſecla.
Nõ aliã reor ob cauſam, niſi vt aſtra triumpho
Intraret celebri, victo phlegethonte ſuperbus,
Iactabundus,& hoc tã grandi inflatus honore.
Non erat hic noſter,nihil illo amiſit adempto
Regia Plutonis. valeat male ſemper, acerbas
Incidat in pœnas,& emat ſibi ſanguine cœlũ.
¶Talia ꝑ noctẽ memorãs in Apollinis antro,
Lenibat curas lemurum,Ioue nata Minerua.
¶Interea Paulus, quę Gamaliele magiſtro,
Quę tradẽte deo,raptus ſuꝑ æthera quondam
Audierat,magna Graiorum aſtante corona,
Non noctu,nõ luce ſilet. ſermo ore redundans
Aeſtuat,vt quoties Nilus ſub ſydere cancri
Aethiopum voluẽs hyemes,attollitur altum,
Ac



A Ac proſciſſa nouo fœcũdat iugera limo.
¶Nocte tamen cũ ſolus adeſt Dionyſius, intra
In freta lata magis: longeq; à littore puppem
Ire ſinens, ignota alijs ſecat æquora nautis.
Nanq; docebat vti flammis cœleſtibus olim
Arſerat, vt proſtratus humi iã lumine captus,
Audierat procul ex alto reſonantia miris
Verba modis, inſtar tonitru q̃ nigra dehiſcunt
Nubila, quod fracto iaculat̃ fulmina cœlo.
Vtq; manu ductus, veniſſet in alta Damaſci
Mœnia: vt exanimis triduum iacuiſſet aperto
Lumine,non cæculcanti,ſed funditus hauſta
Luce,ſoporato ſimilis, ſenſuq; ſepulto.
Vt mens rapta ſuper cœli ſeptemplicis aſtra,
Aſtra ſuper duodena,ſuper glacialia tecta,
Quæ ſubiecta ferunt ingenti corpora motu.
Et ſuper Elyſios ( vbi cœlũ immobile)campos
Audierat,noſtro quæ ſit fari ore nefandum.
Adiungebat vti ſuperos digeſſerit author
In populos & regna nouẽ, q̃ miſſa per amplũ
Elyſium,late varias funduntur in vrbes.
B Vtq; domos æterna dies illuminat illas,
Sole dies noſtro decies lucentior. vmbram
Dixeris hanc,illi ſi ſit collata, videri.
Illuc ire animas,quæ cum pietate relinquant
Hãc molẽ,hoc antrũ immũdũ moriẽtis ĩ horas
Corporis.& ſtudio accẽſus regna illa videndi,
O mens,clamabat,ſummi generoſa tonantis
Progenies, mens ad diuum conſortia nata,
Cur tã ardẽter amas hęc tetra cadauera? cur ſic
Deſipis,vt cures nihil immortalia regna?
Quæ te hic oppreſſam tenet ignorãtia? cur nõ
Faſtidis miſeræ tam multa opprobria vitæ?
¶His animo dictis cœli infundebat odorem,
Frigidaq; ardenti corda inflammabat amore.
Famine inardeſcens iſto Dionyſius,ibat
In ſuperos curis, ac verſabatur olympo.
Et quia dicendo veteres æquabat Achæos,
Om̃e ꝙd à magno rarũ ac memorabile Paulo,
C De populis, de principibus, de regibus orbis
Aetherei,de terreſtri regno atq; ſenatu
Chriſtigenæ gentis, tribus intellexerat annis,
Mẽte manuq; notãs,in multa volumina miſit,
Quæ legat æternis ætas ventura diebus.
¶Paulus in Aſſyriam miſſis rediturus Athenis,
Vnxit eum,palpans crines,& myſtica fando
Verba ſuꝑ. populos ergo, hierophãta creatus,
Auxit:& in morem tractæ propaginis,altas
Quæ gradiens vuis onerat pendẽtibus vlmos,
Finitimas Chriſti ſparſit documẽta per vrbes.
Quæ,dante incremẽta deo,venere per omnem
Hellada, per Thraces, ætola per oppida, perq;
Littus Acarnanũ,per Theſſala rura,per omnes
Cycladas,Arcadiã penetrãs,lacedęmona & ar
Chaonios mõtes,Laertiadaſq; colonos, (gos,
Chalcida & Euboicas arces,altãq; Corinthum.
¶Continuo auſpicijs poſt hæc felicibus acta,
Vt ſaltẽ ſemel ante necem magnæ ora parẽtis
(Quã ſpirare auras,& adhuc ſupereſſe ferebãt)
Cernat, in Aſſyrios ſulcat freta longa penates,
Dumq; ratis præter Salaminia labitur arua,
Stans in puppe,videt vix apparẽtia quædam
Culmina,qua ſurgit roſeis aurora quadrigis.
Tunc,ò rector, ait,montes qui nubila tãgunt
Vertice cæruleo contrà,ſi nomina noſti,
Si veluti nautis mos eſt, intelligis orbem.
Qui, rogo. & extẽta mõſtrabat culmĩa dextra.
¶Mox intonſa leuans à fluctib⁹ ora magiſter,
Aſſyrij, reſpondit, habent ea regna coloni.
Vlteriora colũt Arabes loca. proxima campos
Porrigit Aegyptus, Nilo ſtagnante, paluſtres.
Ille autem ſublimis apex Phœnicia iuxta
Littora, ab Aegypto longe diſiuncta profuſo
Aequore,purpureas vbi gignũt æq̃ra conchas, Dionyſius
Eſt Carmelus, apud gẽtes mons inclytus illas, in Carmelũ
Mons ſacer,& veteꝝ dom⁹ auguſtiſſima pr̃m.
Quos antiquus Achab genuit,qbus ipſa ferunt 1.Reg.18
Aeternos dare fata dies. poſt illius æuum
Præfuit Elias,quem poſt tot ſecula dicunt
Viuere,qua primo Seres ſol aſpicit ortu,
Illa ego naufragio quondã defunctus & æſtu,
Quo Neptun⁹ aquas fundo eructabat ab imo,
In iuga ſuſceptis deueni altiſſima votis.
Dum Caius regnabat adhuc,q ſumma tenebãt
Tecta ſenes propter fontẽ,mihi talia fati.
¶Iſta gubernator,tantum Dionyſius hiſce
Iuit in affectum verbis,vt venerit ante
Omnia Cæſaream, noctemq; reuiſerit ardens
Cernere, quæ ſancti coluere habitacula vates.
Dumq; ſubit montẽ, turmã deſcendere ab alto
Vidit in arua virum, longa quibus ora rigebãt
Canicie, pullo ſub amictu incedere longis
Paſſibus Eliades (vt erant) ratus eſſe,citato
Obuiat inceſſu:vocemq; in verba reſoluens,
Scitatur tam ſoliciti quo tendere pergant.
¶Illi autem lachrymis ſetoſa rigantibus ora,
Reſpondere, diem matri aduentaſſe ſupremam
Chriſtiparæ, & celeri ſeſe ire ad funera greſſu.
¶His vbi ſat nouit verbis gentemq; fidemq;
O Eliadæ vatum,dixit,generoſa propago,
O ſancti ſaluete patres,ſemel illius ora
Vt videam,longis peragraui ambagibus vndas
Ionias ac Carpathias,prohibentibus euris,
Sæpius & madidis in ſaxa ferentibus auſtris.
Aduerſum per iter tandem proiectus ad iſta
Littora, vos memor Eliæ, memor illius æui,
Quo tenuere loca hæc priſci mõrana ꝓphetæ,
Vos inquã,veſtraſq; domos,collegia veni
Veſtra ſalutatum, & ſpelæa ſilentia viſum.
Quę,velut auditũ eſt,vita modo functa ſolebat
Viſere,vt exilij virgo compeſceret huius
Tædia, & exortum nato moriente dolorem.
Poſtquã viua minus licet illius ora tueri,
Sit mihi fas, vita ſaltem defuncta videre.
Sumite me comitem,mea nec cõſortia vobis
Sint onoroſa. Deus vobis me occurrere fecit,
Relligione pari ſtudijſq; æqualibus actum,
Vt meus hic voti compos euaderet ardor.
¶Talia ſuppliciter fatus, complectitur omnes.
Ergo ſimul carpſere viam,videre beatum
Ante

Ante necem,cũ guttur adhuc ſpiraret anhelum
Virginis os.pompa funus duxere frequenti
Cum lachrymis,viſa iſta viro pretioſa laborꝝ
Præmia, ſuſceptiq́; operis ampliſſima merces.
¶Inde pererratis ſanctæ regionibus oræ,
Et rate conſcenſa, patrios remeauit ad agros.
Aſt vbi Cretææ tetigit confinia terræ,
Nauigiũ, celeri quod ſe contẽdere curſu
Diceret Italiam, nactus, conſcendit:& euro
Aſpirante,viam inuaſit:nõ mœnia Romæ,
Non latias vrbes, verum diuina ſonantẽ
Sacramẽta tubã cupiens inuiſere Paulum.
¶Sed fuit euentu clauſus labor ille ſiniſtro.
Nam licuit paucis (heu) pręceptore diebus,
Et ſancto ſermone frui, quia fata repente
Demerſere noui duo maxima lumina mundi.

Petri & Pauli agones.

Vidit ab excelſo Petrum ſuprema trahentem
(Heu facinus viſu horrendũ) ſuſpiria ligno.
Vidit in ingenti peditumq́; equitũq́; tumultu,
Gutturafulmineo Paulũ ſubmittere ferro.
Et ſubito,impulſus tanta impietate, retorſit
In ſua regna pedẽ,totoq́; elanguit anno,
Multa gemẽs,lõgoq́; ĩplẽs totã Hellada luctu.
Redditus argolicis,hominẽ cœleſtia doctum
Et terrena ſimul,voce aurea verba ſonantem,
Nomine Hierotheum,q perluſtrauerat omnes
Terrigenas,quęrẽs toto quod diſceret orbe,
Repperit,& magno longũ conuixit amore.
Hoc ſocio,ſæpe in cãpos & amœna vireta
Doctrinaꝝ ibat ſpacians,ſoliq́; meabant
Sæpe per Aonios montes,gelidasq́; p vmbras,
Ad vada Permeſſi,ꝓpter Cephiſidas vndas.
Per legis loca culta nouæ, per agreſtia rura
Moſis,& ambibãt dulci ſtudia omnia greſſu.
Cũq́; per id tempus late clareſceret ingens
Fama Thyanæi,graiasq́; illuſtre per vrbes
Nomen Apollonij,ſtuduit Dionyſius omne.

Apollonius.

Dogma viri perſcrutari, cognoſcere mores
Et tentare vias :atq; intus & in cute viſum
Figere,ne Chriſti violaret ouilia tabo
Forte aliquo,reuocãs à relligione recenti
Simpliciũ mentes ad ſacra antiqua deorum.
Congreſſusq́; homini,Samiũ deprẽdit in illo
Pythagorã,conſectantẽ Zoroaſtridas artes,
Ac noſtræ magnis fidei ſe æquare volentem
Principibus:qualis Paulus,vel qualis Apollo,
Qualis erat petræ retinẽs cognomina Simon,
Quem dixere Cephã,Chriſti poſt fata regẽtẽ
Imperij molẽ,& fidei vexilla ferentem.
Admouitq́; manũ populo , ne forte bilinguem
Suſciperent,famæ intentũ & vulgaribus auris,
Intus inane,foris nitidum, pictoq́; decorum
Cortice vas,vappa redolẽs,& inutile rimis.

Apollonij vitã Philoſtratus conſcripſit, cui nemo bonꝰ fidẽ habeat. Eſt enim meraciſſimis nugis refertiſſimꝰ, vt ex eo Euſebij libello liqt quẽ Zenobius Acciolus latinitate donauit.

¶Ipſe p arua vagũ Patmi ſcopuloſa Iohannẽ
Viſit,& auditor,ſancto ſenioris ab ore
Maxima narrãtis de Chriſto arcana,pepẽdit.
Multaq́; Parthenices ſup oris imagine & ãnis,
Multa ſup teneris nati,quo infantia pacto
Sit traducta,qbus ſtudijs adoleuerit,& cum
Viuebat cũ matre puer maiuſculus,& cum
Iam pubes & ephebus erat,rogitauit:& alta D
Mente recondebat magni ſenis enthea verba.
Plurima venturi didicit myſteria mũdi,
Quę in librũ mox ipſe ſenex velata figuris
Pluribus,& longa ſignoꝝ ambage redegit.
Et cum multa forent vltro citroq́; locuti,
Denuo in has voces ſoluit Dionyſius ora:
¶O venerandę pater,cuius præſentia noſtris
Res quędã eſt diuina oculis, miracula certe
Plurima teſtãtur Chriſti numenq́; fidemq́;.
Sed tamẽ in primis ea,quæ iuuenile per æuum
Vidimus ad Thebas,portis inſignia centum
Mœnia,& Aethiopũ ſterili contermina cœlo,
Iunctꝰ Apollophani, lunę aſtrorũq́; magiſtro,
Pubertate virens prima,cum ſydera vellem
Diſcere,& vt ꝓhibent fata oĩpotentia gẽtes,
Tranſierã graio protheum remige pontum.
Et demũ Thebas,quæ ſuccedentibus annis
Vrbs eſt dicta Iouis, faciens iter arida longum
Per loca deueni.Iam tertia fluxerat æſtas,
Tertia hyems,Phryxiq́; domos ĩtrarat Apollo E
Nuper,& in vernos ibãt noua paſcua flores,
Ecce dies,medio dũ ſol ſine nubibus axe
Curreret,exemplo in noctẽ trãſiuit opacam.
Res horrenda oculis mortalibus.orta repente
Murmura, & exanguis trepidæ pauor ingruit (vrbi.
Sydera miramur toto apparẽtia cęlo.
Sol aberat ſolus,q protinus alitis inſtar,
Nulla ſuæ linquens lucis veſtigia,fugit.
Caſtor in occaſu rutilat, Capricornus in ortu.
Pleiades,hydes,& lapſi cornua Tauri,
Ac tria deltoton ſcribẽtia cernibus aſtra.
Ecce Aries ſummo gradiens altiſſimus orbe,
Ecce Dionæi piſces.agnouimus vrnam.
Nauigat in ſtellis Argo.deſcendit in vndas
Iam lepus.aſcendit Cepheus. p ſingula viſum
Fert magus,& cœlũ ſuſpenſo examinat ore.
Lõge aberat nocturna hecate,ne credere poſſes
Defectum quem luna facit. iam lucida toto
Orbe per extremę currebat brachia libræ. F
Per fora mortales,q̃ſi largæ,obſcura ferebant
Ora.lucernaꝝ accendunt ellychnia. ſupplent
Igne diem.accenſæq́; faces per compita lucẽt.
Per freta mirantur nautæ,per rura bubulci,
In medijs deprenſi operis:remumq́; tenentes
Illi,ſtiuam iſti,verſo modò lumine ad ortum,
Et modo ad occaſum,ſolẽ inter ſydera q̃runt.
Conueniunt,qbus eſt magni ſolertia mundi,
Et cauſam inſolitæ noctis ſcrutãtur & vmbræ,
Quæ ſubita totum abſtulerit caligine ſolem.
Et cum nulla operis tanti appareret origo,
Cauſaũe, nõnulli vanis rationibus acti,
Iurabant ſolẽ æternas iniſſe tenebras.
Et velut abſumpto lychni extinguunt oliuo,
Materia flammis iam deficiente,ſepultum.
Ac quendã quaſi longæuum vixiſſe cometam
Illuc vſq;,dies tandẽ clauſiſſe ſupremos,
Mox vt ad ætatis iuſtę peruenerit annos:
Vt terrena ſolent venturo obnoxia fato
Corpora,quę viuunt,vitæq́; carentia ſenſu.
Cõtrà



A Contrà alij certare deos,& bella volebant
Orta per Elyſios parere hæc miracula cãpos.
Tunc ego vana putans, alij quæcunq; ferebãt,
Vi mihi,neſcio qua,vocẽq́; animũq́; mouente,
Credite,clamaui:luxato machina mundo
Vel ruet hæc ingens,atq; in chaos acta recedet
Ex oculis:aut ipſe opifex qui condidit illam,
Nũc patitur,magnaq́; gemẽs ſub mole fatiſcit.
Quis mihi tunc hęc verba pater,qs miſit in ora
Spiritus,ignorans vt in hæc præſagia lingua
Curreret, & labens in vera oracula ſermo,
Afflatam credi faceret mihi numine mentem?
Hęc videre Arabes,Perſę hęc ſpectacl'a & Indi,
Mirati hæc ſigna infandæ tã horrentia noctis.
Aſſyriæ in primis gentes,Solymiq́; penates,
Vnde erat his ortus tenebris,moriente deorum
Principe,& infernas Chriſto ſubeunte lacunas,
Vt ſaluaret auos,& ab alto educeret orco.
Ingens ille tremor,terraꝝ altiſſima frangens
Viſcera,& horribili collidẽs marmora planctu,
Quo manes agitante ferũt exiſſe ſepulchris,
B Diuinum teſtatur opus:ſed olympica nunquã
Viſa prius,magis humanas miracula mentes
Credere adegerunt,illo eſſe in corpore numen,
Quod pelago, quod ſiderib' dominat̃ & orco.
Nam motũ quo terra tremit,videre frequenter
Mortales, neq; diuini prætendere quicq̃
Aſſolet : ipſum etenim terreſtribus inſita cauſis
Vis ciet, & talem profert natura tumultum.
At nox illa,diem ſubitis quę abſorbuit vmbris,
Dum foret oppoſito phœbe contraria fratri,
Arguit abſtruſum in tanto molimine,quod nõ
Fas alia fuerat prodire ab origine numen.
O diuine ſenex, tu qui tam grandibus actis
Tunc aderas, qui tantarum miracula rerum
Intuitus, felix, verum felicior olim,
Cũ ſemper virides auroræ aſcenderis hortos,
Fũdit aquã magnos vbi fons in q̃ttuor amnes.
Miſſa ſed ad p̃ſens ea ſint.tibi multa ſuperſunt
C Ante illos nauanda dies. cito deſinet iſtud
Exilium.Caras iterum, Lelegasq́; videbis
Ac Lycios, gaudens Epheſus te tota reuerſo
Geſtiet, & plauſu fluet vſq; ad littora magno.
Omnia pernicies opera intermiſſa,Latini
Coniurant ciues Romani in fata tyranni,
Et ferro armati,ſolenne parant holocauſtum.
¶Talia præſago fatum diuinitus ore
Complexus ſenior, placidis ita vocibus orſus:
O bene conſultum venturo talibus æuo
Subſidijs.iecit qui fundamenta,columnas
Incipit ingentes altis ſupponere tectis
Chriſtus,vt in cœlum moles altiſſima ſurgat.
O Pauli longe felix labor.inſita Chriſto
Auſpice in ingentes ſurgũt plantaria ramos.
Macte aĩo,macte ingenio,doctiſſime Graium,
Inſta operi ne perde dies. imitare magiſtrum.
Luxuriant ſegetes , vbi ſudauere coloni,
Atq; vbi depreſſo gemuerunt vomere tauri.
Et quia iamdudum gentis primaria noſtræ
Lumina,ſub magno Romę occubuere tyrãno,
Te decet ò Dionyſi oras accedere ad illas,
Ac fidei præſtare operam , quaſi culta rigando
Arua , latinorumq́; animos firmare loquendo.
Roma caput rerum eſt, Romã deus eſſe ſuoꝝ
Pontificum ſedem ſtatuit,quibus omnia cedãt
Regna,quibus reges ipſi quoq; ſceptra latini
Submittant, quorum accliues veſtigia adorent.
Ito igitur, nec te Graium cura vlla retardet.
Ipſe ſubibo humeris onꝰ hoc,ꝓploſq́; mouebo
Non ſolũ ad Chriſti imperiũ : ſed & oĩa Pauli
Scita, per Emathios iam promulgata penates,
Per Galatas,tranſmiſſa Rhodum,tranſmiſſa
Corinthum.
Hæc ego, dum fando cœlũ hoc haurire licebit,
Firmabo, & verbis quodã velut amne rigabo.
Non eget ignauis Chrũs : ſomnũ,otia,menſas,
Deliciasq́; iuis adimens,iubet iſta relinqui
Terrigenis, quibus eſt vitæ ſpes nulla futuræ.
Vade . meo Dionyſi vrbem ſolare latinam
Nomine.Clemẽtẽ,cui ſceptra & regna reliquit
Simon Petrus adhuc viuens,ſociosq́; ſaluta.

## De vita & paſſione beatiſſimi patris Dionyſij, Lib. II.

Talibus admonitus Chriſti fortiſſimus heros,
Præſide ſuffecto, qui pro ſe in puppe ſederet,
Protinus ire parat.comitem ſe Ruſticus addit,
Addit Eleutherius , duo cõſtantiſſima in omni
Aequoris & terræ caſu & diſcrimine corda.

Dionyſius Ruſticus Eleutherius

His, velut Aeſonides Polluce & Caſtore q̃ndã,
Fretus,abit.ſecat Ionium, Rhegynaq́; contra
Littora dum pleno fertur prora ardua velo,
Multa ſuper Paulo memorat,quo fregerit aſtu Acto. 22
Perfidiam gentis Solymæ,diſcordia quali
Vaframento inter rabidos ſurrexerit hoſtes,
Vtq́; appellato Tyrias conſcenderit vndas Acto. 2.
Cæſare,declinans odia inteſtina ſuorum.
Vt maris irati patiens diſcrimina, Syrtes
Circuit:vt pulſus Leſboa ad littora tandem, Acto. 27
Incidit in latitans ſubter ſarmenta venenum.
Vtq́; dicharcheos demum tranſlatus in agros,
Venerit ad Tiberim , Romãq́; intrauerit vrbẽ. Acto. 28
Vt, quia lætiferæ dentem non ſenſit echidnæ,
Crediderit Leſbos Paulum genus eſſe deorũ.
¶Iam ratis Auloni radẽs freta proxima,curſum
Vertit ad Hydruntem.borea ſpirãte,Tarẽtum
Labitur, apparetq́; Croton.iam ſuſcipit eurus
Carbaſa. circuitu longo Rhegyna leguntur
Aequora. Trinacriam læua & Meſſenia cernũt
Littora , deſeritur ſinuoſa Calabria dextra
Iamq́; Salernigenas citros & mala tuuntur
Aurea, & heſperidũ ſyluas oſtendit Amalphis.
Aſpiciunt Capreas,Campanaq́; littora circum
Eſt via.Parthenope Sirenũ maxima,quondã
Hos tenuit colles,vrbi quoq; nomina fecit.
Prætereunt Baias,& quos æneia nutrix

Appellauit agros. Tiberina per oſtia tandem
Lapſa ratis, placido Romã ſubremigat amne.
Et iam Tarpeius vicinam nubibus arcem
Prætendebat apex. iam pallantæus Apollo,
Et Cybelæa ædes, & auentinenſia templa
Proxima Velabro, triuiæ ſacrata Dianæ,
Romanam nautis maieſtatem oſtentabant.
¶At quoniam campis Paulũ Dionyſius iſtis
Viderat in mortem vitam mutaſſe, repente
E puppi in Tiberis dextrum latus exit, & agro
It quærens viridi ſi quæ veſtigia cernat.
Paſtorem caſu, qui per dumeta vagantes
*Dionyſius ad paſtorē.* Hic paſcebat oues & pauca armenta, repertum
Sic compellat: Ades paſtor, peruenit ad aures
Forte tuas Pauli nomen, qui dicitur olim
Cæſare ſub ſexto Tiberim truncatus ad amnē?
*Paſtoris verba.* Ille nihil cunctatus, ait: Celeberrima Pauli
Fama per has oras ſupereſt. vidiſſe recordor
Illũ ego p populos & magna & mira loquētē.
Hũc bñ de cunctis meritũ, immaniſſim⁹ hoſtis
Humani generis, Nero ſuſtulit. his tribus ipſe
Fontibus eſt author. ternos en aſpice fontes.
*Miracula* Nam caput illius ſeu quodam numine latum,
Seu qꝫ & ipſe deus fuerit, poſtq̃ enſe reciſum ē,
Ter ſalijt. totidem fontes, mirabile dictu,
Effluxere locis, quæ lapſus ab aere vertex
Preſſerat, vbertim latices iuere per herbas.
Hic noctu lucere faces, lambi ignibus agrum
Cernimus, atq; modis flãmas incendere miris.
Hic melos auditum, cantu alternante viciſſim,
Quare reor primos nunq̃ audiuiſſe Quirites.
Ob ſcelus hoc ingens (noſtra ſic fama per oras)
Funere tam crudo diui oppreſſere Neronem.
¶Talibus affectus verbis Dionyſius, ibat
In lachrymas: & proſtratus, dedit oſcula cãpo.
Ac tribus admoto laticem de fontibus ore
Hauſit. idem fletu comites egere profuſo.
Multa ſimul ſantes abeunt. Romana ſubintrãt
Mœnia. ſuſpenſo mirantibus omnia vultu
Publicus occurrit vicus, fora bina, patentis
Vndiq; delubrum Iani, via ſacra, ſuburra,
Romanumq́ꝫ forum. victo Germania Rheno
Alta in mole ſedens, ſtatuaq́ꝫ ſuperbus equeſtri
Pegmaticus Cæſar. pacis ſublimia templa,
Tum ſtructura recēs, parijs ſubnixa columnis.
Porticus euerſo ſuccedens Liuia tecto,
Atq; coloſſeum, ſteterant vbi ſtagna Neronis.
Et domus illa ingens, gemmis inſignis & auro,
Quæ tenuit tantis loca deſolata ruinis.
Omnia ſpe maiora vident. mirantur, euntes
In nubes cœlumq́ꝫ domos, & hyemettia tẽpla.
Dorſa Quirinalis cliui ſuper alta meantes,
Deſpiciunt ripas Tiberis, campumq́ꝫ iacētem,
Qui Martis cognomē habet, magnalia quõdã
In medio duo templa amni, Iouis atq; Nepotis
Pantheon, Auguſti tumulũ, ſacrã Iſidis ædem.
Ianiculi Vaticani iuga conſita lauro,
Vite, oleis, myrtho, pompeianumq́ꝫ theatrum,
Ac molem Marcelle tuam: quæ fronte videtur
Montanis certare iugis, & in aſtra minari.

Et ſeptem longo cinctos munimine colles. D
Contemplati vrbem tantam, migraſſe fatentur
Omnibus ē terris rerum miracula Romam.
¶Inuento demum cœli ſub monte Vibeni,
Romani paſtore gregis Clemente, penates
Intrauere pios: & conſumpſere loquendo
Multa ſuper Patmo, totã ſuper Hellade noctē.
Altera lux aderat, ſacrum cum mane peracto,
Clementem affatus tali Dionyſius orſu eſt.
¶Sancte pater, num vana tuos q̃ fama parētes
Germanosq́ꝫ refert, Romæ te impube relicto,
Tot maris & terræ quondã exantlaſſe labores?
Nuper eñi veniens p amœnũ Tibridis amnē,
Audiui ærumnæ mira infortunia tantæ.
Sed vereor (quis enim vulgi rumoribus auſit
Fidere?) ne fuerit vanus, qui rettulit author.
¶Tum Clemens, qꝫ in hoc diuina potētia caſu
Luceat, & pietas, & quæ mundana gubernant
Sidera, & immēſam hanc mũdi ſapiētia molē,
Tentabo hiſtoriam paucis complectier omnē. E
Cum pater immenſis opibus polleret, & alto
Sedulo ad eximios animo aſpiraret honores,
Romano de more duos tranſmiſit Athenas
(Diſciplinarum altricem, linguæq́ꝫ magiſtram,
Vt nouiſti, vrbem) natos, præ ſe alta ferentes
Ingenia, & cũctos in ſpē magnã indole agētes.
Impatiens matris pietas, vt pignora vidit
Diſceſſura, graui nimium afflictata dolore eſt.
Et verſa in lachrymas animis mulierib⁹ arma,
Aſtitit ante virum, exorans per numina Veſtę,
Per Triuiæ, per Iunonis, per Palladis aras,
Per ſuperos omnes, natis concederet ire
Se comitem. triſti tandem pater annuit ore.
Atq; ita Romano ſoluunt de littore claſſem.
Vt ratis Ionio in magno ſtetit, ecce repente
Ingruit antennis aquilo, qui turbine nauem
Præcipiti iactans, ventoſa per æquora tandem F
Idaliæ alliſit cauti, ſparſitq́ꝫ per vndas
Res, hoĩes, & quicqd opũ penus ampla ferebat.
A decimo mater fluctu proiecta, reſedit
Littore vicino. fratres, ad pectora tracto
Qui conuulſus erat clauo, vaſti maris æſtu
Iactati, donec facti pyratica præda,
Veniuere ſeni Cyprio. ſic affuit illis
Vis ignota deus, quam ignari nomine ſortem
Appellant homines. hic delectatus eorum
Moribus ingenuis, tanquã ſua pignora fouit.
Mox ſene defuncto vita & mortalibus annis,
Optata iuuenes ſunt libertate potiti.
Tum magus errabat vicina per oppida Simō,
Incautorum auceps hoĩm, mala pharmaca Simō
Doctus, & æmonio ſenſus illudere cantu.
Hic iuuenes auidos opera admiranda magorũ
Cernere pellexit, ſtudioq́ꝫ inuoluit inani.
Fraus vbi iam detecta viri, concordibus ambo
Conuenere animis Petrum, meliora ſequuti
Sēſa, doli expertem Chriſto miſerāte iuuentã.
Hæc pater ignorans, & præſagire ſiniſtri
(Nuntius exacto quia nunq̃ venerat anno)
Incipiens aliquid, curã hanc dubiũq́ꝫ timorem



A Non tulit vlterius, me ſub tutore relicto,
Nauigat, vxorem & natos viſurus, Athenas.
Et quid opus multis horas diſperdere verbis?
Sors eadem deprendit eum. nã pulſus ad oras
Naufragus Idalias, Cypriam Salamina petiuit.
Sic diſperſa domus: ſed quo remeauit in vnum
Ordine, pecurrens rerum faſtigia dicam.
Petrus ad Aſſyrios à Thermodoonte reuertēs,
Appulit in Cyprũ geminis cũ fratrib⁹. vrbem
Teucrida dũ peteret, littusq́ꝫ perambulat, ecce
Sordida mendico mulier quę ambibat amictu,
Supplicat auxilium: & miſero petit ore trientē
Illachrymãs, præ ſeq́ꝫ ferēs longe anxia corda.
Hanc pius admirans, quæ te fortuna fatigat?
Petrus ait, quæ te luctu ſors afficit atro?
Mœror inardeſcens crebris ſingultibus illam
Concutit, & verbis imo in pulmone retentis,
Impedit eloquium. voces demum exit in iſtas:
B Sum Romana nurus, Niobe infelicior illa,
Quæ pluit in latices, nomen pudet ædere, nomē
Inter Romuleas olim memorabile matres.
Quòd fuerim felix, prę ſens ærumna rubori eſt.
Sed tamen: vt noris q̃ ſim miſerabilis, ædam.
Mattidiana vocor, natis orbata duobus,
Aequore in hoc mēſis, & in his crudelib⁹ vndis.
Sola vagor, fruſtra implorãs hominesq́ꝫ deosq́ꝫ
Inſigni priuata viro, priuata paternis
Sedibus, & nato, quē prima ætate loquentem
Nondum recta, domi male fortunata reliqui.
Commiſerans matrē ſenior, tam dura ferētem
Fata, modũ lachrymis, finē ſingultibus (inquit)
Pone precor mulier: Chriſtus tibi pignora fecit
Salua. breui ſobolem totam viſura, domumq́ꝫ.
Hæc tam certa dabat nurui promiſſa Latinæ,
Diſcipulis ſenior quoniam referentibus iſtos
Audierat caſus, & reſpondere videbat
Oribus ora. parens ab imagine prodita, ab ipſis
C Geſtibus. apprenſam dextra deducit ad vndas,
Et vocat ē puppi iuuenes. qd plura neceſſe eſt?
Res natura ſagax. mora nulla. vt pignora vidit,
Protinus agnouit. pietas præcordia flammis
Corripiens, it in amplexus, it in oſcula prę ceps.
Pignora ſic mater, ſic inuenere parentem
Pignora, ſic pietas illos diuina coegit.
Littus idem circumlabens, Themeſea tenebat
Arua ratis: viridē cũ rurſus ab æquore in agrũ
Deſiliens Simon, ſqualentem corpore toto
Forte virum, ac multis flentē ſua fata querelis
Repperit: & grauibus tentans abſoluere curis,
Supplicat, æquo animo ferat infortunia. diuos
Commiſeraturos, regem omnipotētis olympi
Affore promittit, maiore aduerſa ferenti
Spe, meliori animo ſuperos in vota vocanti.
Ille autem contrà verbis inceſſit amaris
Numina, & in vanum orari ſuperosq́ꝫ deumq́ꝫ
Acrius affirmat. ſolo contingere fato
Singula, & eſſe polos omni ſine numine iurat.
Sic ſibi præreptam vxorem, ſic pignora clamat
Merſa freto, ſic ſe iactatum tubine & vndis,
Huc annaſſe inopē vitæ, & rerum omniũ egenũ.

Ciuis eram Romanus, ait, ditiſſimus auri:
Prole, clientelis, felix & coniuge quondam.
Mattidiana mihi coniunx, pulcherrima forma
Quæ fuerat, ſeruũ fato impellente ſequuta eſt,
Dum ſimulat natis comitem ſeſe ire duobus,
Quos ego ad Actęæ gentis gymnaſmata miſi.
Surripuere mihi miſero ſimul omnia fata
Impia, & humanos nil commiſerantia caſus.
Nuper enim nautas dum percontarer Achiuos
De rate, quæ tulerat natos à littore noſtro,
Reſpondere, ſimul nautas ipſumq́ꝫ magiſtrum
Naufragio ingenti merſos in fluctibus iſtis.
Et fragmenta ratis, tellure iacentia propter
Littora monſtrarunt. agnoui Caſtores ambos
In tabulis pictos, fuerant quæ inſignia puppi
Ac tutela, potens nil contra immobile fatum.
Horum ego dũ curſus magni perſcrutor olympi,
Inueni in ſtellis cauſas ortumq́ꝫ malorum.
Sic pater aſtrorum cura deluſus inani.
Tum ſenior Petrus natorum nomina poſtquã
Audijt, O ciuis, pone hunc Romane dolorem.
Huc ades. vxorem diuum pater & tua (dixit)
Pignora reſtituit. magni deus iſtius author
Muneris eſt. venerare deũ qui ſidera torquet,
Qui cœlũ, & ſi qd fatũ eſt, fatũ oẽne gubernat.
Talibus excitus dictis, ad littora tendit,
Pallia naufragio ſituoſus & ora recenti.
Agnoſcitq́ꝫ ſuos, & præ dulcedine largo,
Fuſus humi, Petro irrorat veſtigia planctu.
Inuentis igitur natis & coniuge lætus,
In noua commento ruit infortunia miro.
Nã magus vt nouit fata hęc tã immania Petro
Auſpice, in euentus ſic euaſiſſe ſecundos,
Inuidit tam fauſtã homini mens impia ſortē.
Et cupiens aliquo triſti ſubuertere caſu
Gaudia tanta, mei ſua transformauit in ora
Ora patris. magici tantum valuere ſuſurri.
Petrus id aduertēs, fraudē conuertere in ipſum
Criminis authorem ſtuduit. Iubet ocyus illum
Artibus affectum vetitis, præcurrere in vrbem
Antiochi, & cauſam Chriſti defendere vultu
Simonem referente magũ, qui plurima paucos
Ante dies rabido in Chriſtum latrauerat ore.
Ille abit, & populos Simonem audire putantes
Sic affatur: Eram Petro contrarius olim,
Anthiochi ciues. magni modo cognita Chriſti
Relligio, fugat omne odium, totamq́ꝫ reuellit
Corde ſimultatem, ſenſum duo pectora in vnũ
Concilians. pudet erroris, pudet eſſe loquutum
Numina quæ Chriſti poſt explorata retractē.
Sed tamen eſt ſatius vinci q̃ errare pudorem *Sententia.*
Ferre breuem ſemel, æterno q̃ errore teneri.
Non mutanda meã tenet hęc ſententia mentē.
Qui me aliàs vnquam ſcierit diuerſa docētem,
Pellat in exilium, flamma interdicat & vnda.
Obſeruare igitur Petrum diuina ferentem
Dogmata, & applauſu redeũti occurrite magno.
Sic ait. hunc igitur plebes vrbana ſalubrem
Sic eſt paſſa dolum, Petroq́ꝫ immobilis hæſit.
¶Paſtor vt edocuit caſus & fata ſuorum,

Sic merito illuſum riſit Dionyſius hoſtem.
Sol fugit à nobis, aliumq́; habitantibus orbem
Naſcitur Antipodũ populis, cũ nocte reſurgit
Somn⁹,& oĩmodis vmbrata inſomnia formis.
In ſomnis igitur Cleme͂ti aſſiſtere viſa
Gallica, & auxilium tenſis orare lacertis,
Fœmina: cui ſummo turres in vertice, magnæ
Matris ad exemplũ, Graiaq́; expoſcere lingua,
Tris deus occiduis homines quos deſtinat oris.
Continuo euigila͂s,toto ſua ſomnia ſenſu
Perpendit, viſumq́; animo complectitur alto.
Simoniſq́; memor Petri, quo interp̄te ſanctas
Doctus erat leges,& quæ per ſomnia diui
Noſtra ĩ corda ferũt,monitũ ſe aduertit ab alto,
Mittendos homines Graios ad Gallica regna.
Accitis ergo hoſpitibus, quid numina poſcant,
Edocet: adijciens, non ſunt hæc ſomnia cæſo
Ariete, & inſtratis quæ immiſerit Amphiaraus
Pellibus. iſta deus nobis oracula fecit.
Ergo viri parete deo. quò deſtinat, ite.
Ipſe modum vireſq́; dabit, comitabitur ipſe
Vos deus. hoc fieri vobis inſigne miniſtris
Vult opus, vt noſtris accedat Gallia regnis.
Proſequiturq́; loque͂s, laude͂q́; exaggerat huius
Gentis, & in magnos eius ſe oſtendit honores.

Gallorum laudes.

¶ Gallia terreni pars eſt non infima mundi,
Sed longe lateq́; pate͂s. Hiſpanica tangit
Oppida ab occaſu, ſeſe cõiungit ab ortu
Italię, noſtro hinc pelago, qua reſpicit auſtrum,
Clauditur: oceano, geminas qua reſpicit vrſas,
Vnde venit boreas, hybernaq́; frigora ſurgũt.
Et vada Teutonici tangit vaſtiſſima Rheni.
Terra, hominũ frugũq́; ferax, arme͂ta gregeſq́;
Vberibus paſcens glebis, non languida cœlo
Tabifico, non mortiferis infeſta venenis,
Vt Libie: nõ perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes: non torrida ab æſtu,
Qui faciat ſteriles, vt decolor India, campos.
Non etiam noctis pallens ſemeſtribus vmbris,
Quale ſub arcturo poſitũ mare & vltia Thyle.
Sed nec vt Aegyptus, qua fuſa paluſtrib⁹ vndis,
Sed cœlo & teneræ fœcunda vligine terræ.
Inſita Gallorum ingenijs (quanq̃ modo circa
Numina cum reliquis luſi mortalibus errent)

Gallorum religio.

Relligio, poſtquam fuerint ad ſancta redacti
Legiſſcita nouæ, nulli conſtantia maior,
Nulli maior erit pietas in numina genti.
Defendent mucrone fidem: belloq́; domabunt,
Quoſcũq; audierint Chriſtũ ſe attollere cõtra.
Et certum munimen erunt, quod nõ ſinat iram
Barbaricæ gentis noſtros incurrere fines.

Sacerdotes priſci. Dryidæ

Semnothei Dryidæ, qui maieſtatis habebant
Culmen apud Celtas, vt circumfulſerit illos
Lux diuina, malos abigens in tartara manes,

Claudius Tyberius

Fœdera nobiſcũ ferient. Iam Claudius omnes
Suſtulit illorum ritus & atrocia ſacra.
Gallia fert acres animos, & idonea bello
Corpora. non illis auſit componere ſeſe
Thracia, quę Martem genuit. nõ Parthia, verſis
Quæ bellatur equis fugiens, licet inclyta Craſſo

D

Facta ſit extincto, ſigniſq́; ſuperba latinis.
Quas gentes olim non contriuere? per omnem
Inuecti Europã, q̃ſi grando aquilone vel auſtro
Importata graui, paſſim ſonuere tumultu.
Scit Romanus adhuc, & quam Tarpeia videtis
Arx attollente͂ caput illo in monte ſuperbum.
Pãnones Aemathij norũt, ſcit Delphica rupes,
Quæ niſi terrificis ſubito conuulſa ruinis,
Oppreſſiſſet eos, non defendiſſet Apollo
Conferta arge͂to templi ſacraria & auro.
Intrauere Aſiæ fines, prope littora ponti
In gentem creuere nouam, quæ tenditur vſq;
Ad iuga Pamphylũ, Garamãtica ſidera cõtra,
Inter Cappadoces poſita & Bithynica regna.
Ite ergo ad gentem hanc claram, felicibus ite
Auſpicijs, Chriſto genus hoc acquirere tãtum.
¶ Talia Romanus dabat hortamenta ſacerdos.

E

Ergo iter aggredie͂s, mõtes Dionyſius Vmbros
Tranſit, & Adriaci deſcendit ad æquora ponti,
Flaminiamq́; tenet. dextra Padus, Apœninus
Nubifer ad læuam. iuga tande͂ alpina ſubintrãt,
Theſſalico maiora Othry, maiora & olympo:
Qua Pœni venere duces, qua Vandalus iuit,
Et Gothus, Hiſpanas gens regnatura p̄ vrbes,
Conſtitit ad Rhodani ripas, noctiſq́; p̄ vmbrã,
Dum iacet expectãs labe͂te͂ in lumina ſomnũ,
Cernere viſus equos, acieſq́; incedere longo
Ordine, & in latis figi tentoria campis.
Mox caſtris aliquot turmas migrare relictis
Longius, & campo ſimul inceddiſſe virenti.
Scire vole͂s q̊rſum tande͂ hæc ſimulacra ferant,
Stat tacito geminas acies immobilis ore.
Viſæ aliæ numero plures ſuccedere turmæ,
Quæ ſubita turmas cæde abſumpſere priores.
Mox audire virũ viſus, præſagia fantem
Talia: Mauricius tota cum plebe ſuorũ

F

Hic cadet, à Centum portis, à flumine Nilo
Miſſus in hos fines. erit his ea gloria campis.
Nomen ab hoc caſu locus immortale tenebit.
Talia dicta notans, cœleſte ſonãtia quiddam:
Quiſquis es ò, dixit Dionyſius, hos mihi rerum
Qui canis eue͂tus, & temporis acta futuri,
Mortalis certe neq; vox, neq; talia fandi
Officium. Tu cœlituum de ſemine diuum,
Vt reor, aut aliquis noſtro tranſlatus ab orbe
Diuorũ in ſortem, magniq́; habitator olympi.
Fare, p̄cor, neu mox oculis te ſubtrahe noſtris.
Ille autem, Dionyſi, inquit, depone timorem.
Ipſe ego qui quondã tecum verſatus Athenis,
Te docui Chriſtũ, fideiq́; exordia Paulus.
Tecum ero, p̄ Gallos ego te comitabor eunte͂.
Eſt regio ad læuam, fecit cui nomina Narbo,
Vrbem vbi Phocenſes quondã poſuere coloni
Maſſiliam. gens illa magis manſueta, minuſq́;
Barbara, Græcorum Romanorumq́; ſequuta
Sermonem & mores, quia talibus obuia nautis.
Maſſiliam pleriq; ideo dixere trilingue͂.
Huc ne te͂de viã, Rhodani vada magna relique,
Impete quæ grandi fines labũtur in illos.
Illas Martha domos ſatis & germana comeſq́;
Laza



A

Lazarus, atq; genis olim Chelidonius orbis,
Luſtrauere. deus tibi Celtica regna relinquit.
Inſtruenda illic fidei plantaria, gentes
Vnde petãt calamos, vbi talea plurima ſurgat,
Talea Gallorum terras mittenda per omnes.
Fons illic vitalis erit, qui flumina fundat
Multa, procul poſitas mollire potentia glebas.
Flecte iter in dextrã, qua ſaxa p̄ hernica Belgæ
Fuſi habitant. ducens illis è finibus ortum
Sequana te ducet. Belgas hic regius amnis
Separat à Celtis. venies duce flumine tandem
Parrhiſios, gentem veſtris quæ traxit ab oris
Et genus & nome͂. ſed primo barbara nonam
Lingua notam vitio fandi ſuccedere fecit.
Nam q̃ñ Alcides per Iberica littora ad hortos
Tranſijt heſperidum, dedit his perſiſtere cãpis
Parrhiſios quoſdam: qui florida rura videntes,
Sequanicas iuxta poſuerũt mœnia ripas.
Gens fera, ab immani demiſſa Licaone, Veſta
Et Titane ſato, nõ qui ſub montibus Idæ
Laomedontiadæ Priami de ſanguine cretus.

B

At ſenſim frangente deo menteмq́; animumq́;
Exuet hos mores. feritas manſueſcet aratro
Iſta tuo. ferus hic habitus vertetur in auſus
Magnanimos, quibus infidos vtentur in hoſtes.
Cũ me Dardanijs olim deus egit ab oris
Ad Macedũ cãpos & ad Hellada, iã tibi regna
Celtica tradebat. tu quærebare ſalutem
Gentis ad iſtius, quæ Græca ab origine fluxit.
Poſtquam Roma diu Gallos poſſederit, arma
In noua iurabunt Franci Germanica proles:
Si genus inſpicias longum, Troiana propago.
Regnaq́; tranſmiſſo venient in Gallica Rheno.
Hos inter regale decus Faramundus habebit
Primus, & hinc veniet ſeries longiſſima regum.
Quĩtus ab hoc Clodoueus erit, q falſa relinque͂s
Numina, noſtrates primus libabit ad aras.
Hic erit ille, deus cœlo cui mittet ab alto
Fœderis æterni ſignum, memorabile quondam

C

Cœrulei breue vas olei, quo te͂pora regũ
Gallia perfundat. pater hoc dignabitur illos
Munere præ reliquis venturi regibus æui.
Quartus ab hoc, magna tibi relligione ſuperbũ
Ponet opus. nome͂ regi Dagobertus. & amplis
Sumptib⁹ educet cœlo ſublimia templa.
O quantos olim qualeſq́; habitura triumphos
Iſta ſub imperio Chriſti Germanica proles.
Semper clara quide͂, ſed tum chariſſima, quãdo
Regia Pipinus ſume͂s inſignia, priſcos
Excludet regnis ephoros, & liber habenas
Pacis & armorum plena ditione tenebit.
Carolus hinc, cui maieſtas non regia ſolum,
Sed titulis auguſta nouis, cui nomine magno
Maior erit virtus, cui ſumma pote͂tia & ingens
Relligio. qui res hominum clementer & æqua
Lance gubernabit, qui ferrea ſecula in aurum
Vertat, & immenſo patrem ſe præbeat orbi.
Aſſeret Italiam. veniet Maurufia contra
Arua per heſperiæ latos flagrantia campos.
Huius ad imperium, ne nox ſubduceret hoſtem

Barbaricum cædi, lampas quæ illuminat orbe͂,
Tres immota dies, curſumq́; oblita manebit.
Prodigiũ graue, & ęternos memorabile ĩ annos,
Vaſconas immanes, immanſuetos Aquitanos
Conteret. ad Chriſtum rediget Saxonia regna,
Eruet Hunnorũ imperium, dominabitur Iſtris
Atq; Liburnorũ populis, tranſibit ad ortum
Solis, & Aſſyriam validis frenabit habenis.
Hic rem Romanam ſupra tria ſecla iacentem,
Tollet in occaſu. ſortem vlciſcetur acerbam
Pontificis magni, que͂ ſeditioſa repente
Corripiet ſtrepitu Roma inter ſacra ſuborto.
Maximus hic igitur terræ pater & pater vndę,
Ante graueſce͂tes ętas q̃ vergat in annos,
Ante virũ, primis fruticat dũ frondibus æuum,
Per ſenis Albini gradiens veſtigia, montes
Aonas intrabit, necnon Parnaſida Cyrrham,
Et fontes Libetra tuos, ac Phocida totam,
Romanumq́; loqui Cicerone diſertius ipſo
Diſcet, & anteibit reges facundia & armis.
Vertet ad annales animum vetereſq́; nouoſq́;,
Dulcibus emunge͂s ſtudijs, ceu lactea quædam
Vbera nectareo conferta volumina ſucco.
Hauriet hinc rerum cauſas, hinc hauriet omne͂
Vim naturæ hoĩm, & regnandi intelliget arte͂.
Hac dape nutritam mente͂ ſupponet agendis.
Imperij rebus, non conficienda labore,
Non hebetanda metu, nõ vi ſuperãda, nec aſtu
Supplantanda, ferens forti ſub pectore corda.
Neu deſit Gallis vllum decus, illa per orbem
Clara, per æthiopes nigros, audita per Indos
Illa, tuæ quibus in cœlum tolluntur Athenæ,
Tot ſophiæ fœcunda bonis, tot lucida claris
Scriptorũ ingenijs, quæ tanquam ſidera lumen

Gymnaſia.

Aeterno ſplendore ferunt, gymnaſmata primus
Transferet ad Gallos: ſicut Tirynthius hortis
Veſter ab Heſperijs tulit auricoloria mala,
Sicut & à Colchis olim Pagaſæus Iaſon,
Vixit ad argolicos pecudis velamina fuluæ,
Et tua de Graijs migrans Academia campis,
Ibit ad occaſum, vacuaſq́; relinquet Athenas.
Græcia poſt illos ſemper tenebroſior annos
Fiet, & in prædam Scytichis data gentibus, ibit
In nemora, in ſentes, obſcura in luſtra ferarum.
Gallorum ſyncera diu fortuna ſenectam
Sentiet, & longo tandem incuruabitur æuo.
Tempus erit, cœlo quo ſic voluente, ſupremos
Aduentaſſe dies, oriq́; incumbere morte͂
Credat: ita exili ſpirabit anhelitus aura,
Languida tam tenni ſalient præcordia pulſu.
Sed te vita cadens intercedente reſurget
Continuo, miriſq́; modis plebeia virago

Ioannæ puella.

Arma cane͂s, Gallũq́; animãs, ita cõteret hoſtes,
Vt mox regna caput iam ſemiſepulta leuare
Incipiant, & humi proſtratũ attollere corpus.
Ergo breui decus amiſſum vireſq́; reſumet.
Non tamen extendet fines ditionis, vt olim
Ante per externas gentes, ſed limite linguæ
Circumſcripta ſuæ regni confinia claudet.
Carolus Auſoniam verum in felicibus armis

D

Irritabit adhuc iuuenis, nam milite multo

Laus Gonzagæ. Franſciſcus Gonzaga Italas tutabitur vrbes,

Magnanimus iuuenis, plusq̃ iuuenilibus annis

Sidera cum tulerint à magni Cæſaris æuo,

Tempus ad id Mauorte potens, quem Troicus Hector

Horreat armatum, cui non concurrat Achilles.

Ludouici xij. laus. Alter ab hoc regni princeps, implebit auorum

Maieſtatem animis. per mille pericula Martis

Verſatus, regni accipiet florẽtis habenas,

Lilia trans alpes mittet, confinia late

Porriget, æquabit factis ingentia corda.

Adijciet regno Aemiliam, qua Parma per vrbẽ

Etruſcas importat aquas. Trebiamq; tenebit,

Romulidum Trebiã cõſperſum cladibꝰ amnẽ.

Addua, Comenſis gremium cui Larius implet,

Et Lambrus, ſcopulisq; ruens Ticinus ab altis,

Eridanusq; pater fluuiorũ, in plurima tandem

Flumina diuiſus, Tanari vada proxima lacto,

Sub iuga deuenient magni clementia regis,

Cui nomen Lodouicus erit. dominabitur vſq;

Littus ad Etruſcum, mare cõplexurus & vrbes

Quas Ligur, & pingui q̃s poſſidet Inſuber agro.

Hic genus armipotens ac belli laudibus altum

Sfortiadas regno expellet, per Celtica regna

Aere catenatos ducet. victricia portans

Signa triumphabit. Ligures, Trebiãq;, Padũq;,

¶Inſubrumq; ducẽ vinclis & carcere claudet.

Mox miſeransq; vrbes belloꝝ incendia paſſas,

Induet humanos animos, mentemq; benignã

In populos omnes, & pacatiſſima reddet

Regna, per atroces olim vexata tyrannos.

Vade igitur, vadè intrepidꝰ, Chriſtũ inſere gẽti

Sequanicæ. paucis iace fundamenta diebus

Viua domus magnæ, quæ in regna ampliſſima creſcat,

Regna æterna, alijs Chriſtũ munimina regnis,

Regna per extremas orbis ſua nomina gentes

Tranſmiſſura, metu terras preſſura fretumq;.

Chriſtigenis etiam factura vocabula, Francos,

Chriſtigenas omnes tellus Aſiatica dicet.

Sic Iudæa tribus, quia gens animoſior, armis

Illuſtrata, alijs tribubus cognomina fecit.

Poſt maris illuuiem primam, cum terra colonis

Orba foret, Noe (ſeclis genus vnde futuris)

Samotis Miſit ab Armenijs in Gallica regna Samotem,

Cordatum fortemq; virũ: qui creuit in amplã

Progeniẽ, vetus inſtaurãs pecudũq; hominũq;

Semen, & has omnes implẽs animãtibus oras.

Sic (tibi ſors adeo felix, fatumq; ſecundum)

Poſt longã morũ eclipſim, poſt obruta magno

Tartareæ iuga perfidiæ montana profundo,

Te deus huc miſit: quo deſolata miniſtro,

Accipiat formam diuini Gallia cultus.

Primꝰ in hac ſtructura opis, q̃d grãde futuꝝ ẽ,

Tu lapis & faber es: tu ſemper in ordine rerum

Tantarũ, venturo æuo memorabere princeps.

¶Talia nocturnis Paulꝰ memorabat ĩ vmbris,

Mentis in exceſſu poſitum, ſpeciesq; vidẽtem

Fatidicas, verſo per frigida ſidera plauſtro,

Iam vicina dies ſpirantibus excitat auris.

Carpit iter, ſocios hortans: & viſa per vmbram

Multa docens, facilemq; viam facundia reddit.

Iam quæſita diu, fugientibus obuiat vndis

Sequana, & alludunt curuis vada lubrica ripis.

Labitur oceanum verſus, viſura Britanni

Aequoris ingentes fluctus, & flumina in altum

Miratura vijs Neptunum intrantia multis,

Non augere fretum, nec aquaꝝ tollere cãpos.

Parrhiſios intrant, bifidas vbi diuidit vndas

Inſula, Iucundo pontem ſortita magiſtro.

Magni regis opꝰ magnũ, noua machĩa grãdes

Arte ac mole animos referens, ſpirare videtur

Romanoꝝ operum decus immortale. labori eſt

Aemula, quo Auguſtus rapidũ cõiunxit Araxẽ,

Traianusq; grauem ſex denis amnibus Iſtrum.

Inſpiciunt hominũ mores, templa oĩa luſtrant,

Sacra notant, orisq; ſonos & verba latino E

Proxima ſermoni, blæſamq; ſonãtia linguam.

¶At quia Galloꝝ ſermo de moribus ortus,

Hic gentis natura breui ſignanda relatu eſt.

Ignea mens Gallis, & lactea corpora. nomen

A candore datum populis. muliebria pingit

Ora color Tyrius, Paphium meditata decorẽ.

Ex geminis fecit natura coloribus vnum

Læti, alacres, luſu, choræis & carmine gaudent.

In Venerem proni, proni in conuiuia, proni

Ante dapes ad ſacra deum. ſeruire, iugumq;

Ferre negãt. fugiũt figmẽta & hypocriſin. ore

Liberi, vt ingenuis mos eſt, tetricosq; peroſi.

Venatu, aucupio campos, montana, lacusq;

Solicitant. bellandi vſu lætantur, equorum

Terga fatigantes. loricæ, haſtilia & arcus

Deliciæ genti. ſub diuo ad ſidera ſomnum

Carpere, fuſcari ſole & ferrugine pulchrũ eſt,

Puluere conſpergi, grauibus ſudare ſub armis,

Pro patria, pro cognatis, pro regibus ire

In pugnã & gladios, & morti occũbere dulce ẽ,

Aegoceros genti dominans: ſi credimus aſtris, F

Si damꝰ hoc cœlo arbitriũ, cito mobile pectus,

Cordaq; largitus rerum ſitibunda nouarum.

¶Ergo ſubingrediens æquor Dionyſius altum,

Cum ſocijs cœpit ditem contundere, & omnẽ

Saturni cœliq; domũ: quos credere adacta eſt

Illa recens ætas mundi, rudis illa gigantum

Progenies, ſola arma ſciens, ignara deorum,

Eſſe deos, laruis ſic illudentibus orbem.

Spirituũq; docet duplex genus, ætheris vnum

Tranſmundani, aliud poſitum ſub ſidere lunæ.

Illud, ait, nunquam magni violaſſe tonantis

Imperia & leges: hoc prima ab origine rerum

Elatum faſtu magno, ſe æquaſſe tonanti:

Atq; ideo pulſum à ſuperis, & ad infima regna

Perpetuis actum exilijs. hominumq; pientum

Progeniem cœlo aſſcriptam, vacuisq; dicatam

Sedibus, ac diuum in ſortem tranſiſſe maloꝝ.

Hinc odia, hinc iras, hinc exarſiſſe dolorem

Laruaꝝ in genus humanũ, ꝙ corpore functas

Nonnulloꝝ animas ire in ſua tecta viderent,

Ac cœli ſplendore frui, quæ gloria ſumma eſt.



A Tum fraudes ſtruxiſſe duas, hominẽq; deumq;

Supplantaſſe: deum, credi dum numina paſſim

Se faciunt, dum diuino inſidiantur honori,

Et poni ſibi templa volunt, ſibi ſacra litari,

Thura ardere, deo excluſo, qui fecerit orbem.

Aſt hominẽ, varia dũ luſum ambagine ducunt

In tenebras, nec ſcire deum, nec pendere cultũ,

Quem poſcit natura, ſinunt: ſic omnia longe

Deprauata dolis atq; improbitate deorum,

Tandem cœlituum patrem, de vertice mundi

Progeniem miſiſſe ſuam, ſub imagine noſtra

Et viſam, Aſſyrijs ſuper hoc errore loquentem

Plurima, degeneres diuos, altaria & ignes

Deteſtantẽ, omnes populos ad vera vocantem

Orgia, & ad veꝝ domini omnipotẽtis honorẽ.

Et cum mortales ſceleris contagia primi

Soluere non poſſent, ſe dura in fata dediſſe,

Ac lauiſſe ſuo ſordes in funere noſtras.

B Iamq; dies veniſſe nouos, noua ſecula, ſancti

Quæ vates quondam, quæ prædixere Sibyllæ.

Ac modo terrarum cunctis habitãtibus orbem

Vulgari cœpiſſe deum, per Bactra, per Indos,

Iſta per æthiopes, Scythicas allata per oras

Nuntia, legatos ſe regna ad Gallica tanti

Eſſe boni: ſe corporibus, ſe ferre ſalutem

Certam animis, perfundi oẽs opus eſſe lauacro

Myſtico, & intingi crines fluuialibus vndis.

Sic ait, atq; operi dedit hæc exordia ſancto.

Continuo quaſi nix, cum flare fauonius orta

Incipit Andromeda ſummis de montibus, oẽs

Tota ex vrbe fluunt, ſtant circũ flumina turbæ,

Et poſitis raptim tunicis, gradiũtur ad vndam.

Taliaq; in populo magnos primordia motus

Exciuere. deos iam deteſtantur & aras.

Templa ſacerdotes ſine maieſtate relicti

Vix tutantur. eunt turbæ irreuerenter, & ipſa

Aurea ridiculis ludunt idolia ſannis.

Quos medicę nequeũt artes extĩguere morbos,

C Emollit curatq; fides. It fama per vrbes

Finitimas, rhedis veniunt ſtridentibus agri,

Preſſaq; congeſtis tardos languentibus orbes

Eſſeda conuoluunt. dorſis geſtantur equorum,

Pars humeris hominum. ſua pars veſtigia lentis

Imbecilla trahunt plantis. deſcendit in omnes

Expectata ſalus, vimq; experiuntur olympi.

Solicitat gentes: & quò nequit ire, magiſtros

In ſanctum delegat opus. ſic Beluacenſes,

Sic Arelatenſes, ſic longinquos Aquitanos

Inſtruit: & magni radians hyperionis inſtar,

Cuncta calorificat, populos illuminat omnes.

Sæpe ſacerdotum, qui ſaucia corda ferebant

Ira, odio, liuore, quibus lemures adhibebant

Ardentes ſtimulos, corruptum munere vulgus,

Corruptum ſermone, viros inuaſit inermes.

Lucida dum mediam torquerent ſidera noctẽ,

De grege plebeio ſtrictis ſæpe enſibus orta

Seditio, ſtrepitu reſonabat ad oſtia magno.

Sed mox vt ſenior veniens oſtenderat ora,

Maieſtate viri diſſoluebantur: & armis

Depoſitis, veniam orabant: vel dorcadis inſtar,

Cum videt iratum loca per deſerta leonem,

Terga dabãt, ſubita in latebras formidine pulſi.

Tanta erat in ſacro grauitas & gratia vultu.

Quottidie magis ardet opus. Dionyſius acri

Aſſidue ſermone magis myſteria vulgat,

Irritatq; omnes contra mala numina Celtas. Ocyter.

Dij ſtimulis preſſi tam ardentibns, ocyter om̃es

Conueniunt, motoq; parant occurrere bello,

Veſtaq; collegas ſic eſt affata ſedentes. Veſta.

## De vita & paſſione beatiſſimi patris Dionyſij, Lib. III.

IMperium poſtquam magni ſuſcepimus orbis,

Iam bis dena volans conuoluit ſidera mũdus,

O comites, nam tunc noſtros protendere fines

Cœpimus, & mortale genus ſubmittere, q̃n

Stelliferos auſus cœlos conſcendere Nemrot, Nembrotti. Gene. 11. Vide Ioſephũ cap. 9 primi de antiq.

Accinxit famoſam illam contexere turrim.

Quæ Syriæ in campis poſt deſolata refuſo

Arua mari, ſedes primo fuit inclyta regno.

Hic Belus, Beliq; Ninus Mauortia proles,

Multideis altas poſuere nepotibus arces.

Diuiſis etenim linguis, iuere per orbem

Errabundi homines, nata eſt incuria morum,

Diſciplina obijt, deus eſt ex corde nepotum

Lapſus, amor reꝝ, dominãdiq; improbꝰ ardor

Inuaſit gentes. ſolis in ouilibus Hebri Dij gentiũ.

Vox prima, & patrum pietas antiqua remãſit.

Nos alias ſubito gentes indagine noſtra

Clauſimus, atq; dei paucis euaſimus annis.

Perſarum nos imperium, nos Aſſyriorum,

Aegyptũ, Armenias, Parthos, magogica ſceptra

Quos dixere Scythas, Argiuaq; reximus arua.

Cecropidas, Phryges, Emathios & Punica regna,

Ac Romana dein lõgo poſſedimꝰ æuo

Nũnc ruimus, regnis vbi ſunt exordia noſtris

Tradita, & occaſus ſurgunt exordia noſtri.

Natus apud Solymos Chriſtus, iã ſtipite longo Chriſtus

Pullulat, extenſis vmbram facit vndiq; ramis,

Atq; ſuis noſtros radijs exterminat ignes.

Ecce tenet Gallos, totam hãc Dionyſius vrbẽ, Dionyſius

Cecropidum ſtudijs armatus & arte Pelaſga,

Subruit: & Paulo nihilo minor, omnia vertit

Corda virũ: manibus, cilijs, & vocibus implet,

Atq; volubilibus ſcalpit præcordia verbis.

Arte magiſtratus circumuenit, arte ſenatum,

Arte rudes ſubigit turbas, arte omnia vincit.

Nec locus eſt, vbi non pedicas, non retia tẽdat.

Incipimus fieri Celtis ludibria, & ægre

Templa ſacerdotes, & noſtra idola ſeruant.

Audimus paſſim vulgi conuitia, paſſim

Probra ſonãt. in nos & mas & fœmĩa clamãt.

Quid vobis animi ò comites? deponimꝰ arma?

An pugnamus? adeſt totis in limine caſtris,

Etiam bella gerit Chrũs. ſi cernere mens eſt,

Arma capeſſamus. Qua vos ſentẽtia flectit,
Edite,& ex oculis ſomnos depellite. paucis
Hic opus eſt verbis. anguſtia tẽporis vrget.
¶Segnitiem diuum dea vocibus arguit iſtis.

**Mars. Pallas.**
Thracius extẽplo Mauors, pugnabimus, inq̃t.
At quibus auxilijs, Pallas ait? ille virenti
Bile fremens, noſtris, inq̃t, pugnabimus armis.

**Iuppiter**
Nil opus auxilijs. placido mox Iuppiter ore
Se ingerit,& placans iras tali inchoat orſu:
¶Auxilijs non eſt nobis opus, inſtrumentis
Eſt opus. hæc igiť meditemur.& ocyus ante,
Quàm res tota ruat, quęramus idonea bello
Inſtrumẽta, mihi q̃d mẽs mõ ſuggerit, hoc eſt.

**Titus Veſpaſianus**
Summa Titum probitas, ſumma eſt comitata parentem,
Improbitas fratrem, cui nunc immobile fatum
Ingruit, intentans gladios finẽq; cruentum.
Quod factu facile eſt igitur, crudele tyranni
Cor flectamus, vt his tantis conatibus obſtet.
¶Aſſenſere omnes, celeriq; abiere volatu
Trãs iuga & vmbroſas (vbi nix altiſſima) valles
Hinc Tyrrhena vident, illinc Adriatica ab alto
Aequora, & Ionijs lucentẽ fluctibus Aetnam.

**Septizoniũ tangit. fuit aũt id ædificium Romæ, q̃d ſeptẽ cingulis ambiebať. meminit eius trãquillus ĩ Tito Veſpaſiano,**
Romæ allabẽtes ſiſtunt veſtigia grandi
Mole ſuper, cui dãt zonæ cognomina ſeptem.
Tum rex porticibus ſpatiãs reptabat ĩ amplis.
Fatorumq; memor, lucẽti in marmore formas
Attendebat iens comitũ poſt terga ſequentũ.
Cominus in gyrum milui de more volantes,
Cum famis impatiens & paſſis pandulus alis,
Suppoſitam toruo circũambulat ore cohortẽ:
Corripiunt hominis ſenſus,& in intima lapſi
Pectora, pręſent Chriſtum, delubra deorum

**Cõparatio**
Ac veteres ritus eradicare volentem.
Atq; deos illius opem ſibi poſcere fingunt.
¶Miſſus in has igitur, tacitæ q̃ inſomnia noctis
Aequiparãt curas: q̃d contra numina tentent
Chriſtigenæ, inquirit. vafro Cyllenius aſtu

**Satyrius. Stephanus. Hoc meminit Suetonius in Domitiano**
Verſus in effigiẽ Satyri, modo Gallica regna
Solicitãt, inquit. Stephani Tritonia Pallas
Ora ferens, cur non Cæſar te principe, dixit,
Hoc infame genus terris vexatur & alto?
Cur non ex toto confeſtim abraditur orbe?
Cur finis iſta pati noſtros opprobria diuos?
Tu deus in terris, tu per terreſtria debes
Regna, deos ſuperos, cœli aſtrorũq; potentes
Cuſtodire, tuum nobis monſtrare, quid optes,
Nutu aliquo, nr̃m, tua iuſſa faceſſere ad vnguẽ.
Iuppiter Hermetem mittit, Taumantida Iuno.
Nos omnes tibi Mercurij, nos Irides omnes.
Nil verearis. opem diuis poſcentibus affer.
¶Sic Lemures. ille, oppreſſis ſub fomite prunis
(Quæ prius attollũt fumos, mox frigore victo
Eliciunt flammã) ſimilis: perquirite, clamat,
O Stephane, ò Satyri, ò quot habent mea maxima paſſim
Regna magiſtratus, genus hoc perq̃rite ferro,
Igne, famæ, ſeuite, feras adhibere, ſub vndas
Mergite. nulla huius ſuperent veſtigia vulgi
Tartarei, canis inferni de ſemine nati.

¶Sic ait,& tragico clamore periſtyla rumpit. **D**
Iſte fuit noſtris alter Nero. ſanguine ſacro
Iſte cruentauit Tiberim, fora, templa, viasq;.
Regna ſub hoc rege immani lõginqua natarũt
Sanguine noſtrorum. nulli violenta pepercit
Sæuities. rurſum rubuit Rhodopeius Hebrus,
Thermodoontiaci rubuerunt littora ponti,
Intepuit Simois, cladẽ Antiochenus Orontes
Senſit,& Euphrates, ſenſit Niſæus Hydaſpes.
Spumoſis iuere vadis Pactolus & Hermus,
Cydnus & Eurotas, necnõ Pyrrheus Enipeus,
Intumuit ſpumis Alpheus, & amnis Acarnan
Corniger. infecit cædes Arethuſidas vndas.
Dum phlegethontæo cupiunt parere tyranno,
Diuerſi diuerſa petunt loca. durus & atrox
Natus ad omne nefas, domino crudelior ipſo,
Feſcenninus adit Gallos. cum faſcibus intrat
Parrhiſios. edicta tubæ crudelia clangũt.
Vrbs ſilet ac trepidat, ſicut cum ſepta Lycaon
Circũ vlulat, fœti trepidãt ſub matribus agni. **E**
Nec ſecus in ſtagnis ſimplex plebecula ranæ
Cum videre hydrum ſeſe ſinuare per vndam,
Et caput in prædam ſublato extendere mẽto,
Horreſcunt animis, latitantq; in carice & vlua.
Tum pater ad populos reſonãtia ſoluerat ora,
Inſitaq; antiquis duo teſtamẽta docebat
Legibus, vt melior ſylueſtri teſſera trunco
Inſeritur: cum mox Romani militis vnda
Clauditur ingenti, manicisq; ad brachia miſſis,
Atq; catenato trahitur ceu victima collo.
Triſtis, & hoc caſu quaſi vulnere ſaucius alto,
Clamat Eleutherius, cum præceptore tenendũ
Se quoq;, deberiq; eadem ſibi vincula, quando
Vna ſit ambobus Chriſti cultura fidesq;.
Ruſticus iſtud idẽ ingeminat, ſeq; ingerit vltro
Hoſtibus, atq; viri comites ſe voce fatentur **F**
Ingenua, quos relligio coniunxerit vna.
Teſtantur ſe velle mori, vel viuere in vnum.
Corripiunt ambos igitur, miſſisq; trahuntur
Ad iugulum loris. potuit concordia certe
Atq; fides (ſineret furor) admirãda videri,
Qualis erat Theſeu tibi cũ Iouis Hercule q̃ndã
Cum Damone tibi Phitia, cũ Pylade Oreſti.
Veꝝ animis odio impulſis, vecordia quædam
Viſus amor tantus, viſa eſt inſania virtus.
Præſes vt adductos videt, ĩfremit, oraq; vultu
Nubilat obſcuro. fronti cõformia corda,
Talibus eiectant ſpumantem pectoris æſtum.
Hoc genus inuiſum ſuperis, hoc iſtius æui
Dedecus, hanc hominũ ſcoriã ſeruilibus armis
Plectite & obſcuꝝ (donec tormenta parentur
Debita ſacrilegis) cæſos detrudite in antrum.
Imperijs lictor paret crudelibus, armos
Nudat,& atroci proſcindit terga flagello.
Præſes vt in riuos cædem decurrere vidit,
Sæuitiæ paulum poſita: quibus, inquit, ab oris
Huc miſeros fortuna tulit? quæ patria? q̃ gens?
Quod natale ſolũ? Tum ſic Dionyſius infit:
¶Sancta dei ſoboles Chr̃s nos miſit ab oris
Argolicis,& tu tali nos accipis ore?

Iuppi-



**A** Iuppiter hoſpitibus, quẽ vos dare iura putatis,
Hoſpitibus tales docuit te apponere menſas?
Præſes vt argolicos didicit, certare loquẽdo
Mos, ait, eſt Graijs: nobis: ferro, igne, latinis.
Ite, nec ingenio, nec pictæ fidite linguæ.
Vincti igitur, cæſi, irriſi, pelluntur in altæ
Spelũcę vmbroſum chaos, horrẽtesq; tenebras
Dumq; ea diuoꝝ pro relligione geruntur,
Ecce nurus laruis agitata procacibus, infert
Se in medios: fletuq; genas perfuſa, maritum
Nunciat à tribus his quædã incãtamina doctũ,
Aegrotos ſanare, deos contemnere, noctu
Surgere,& accenſis Chriſto dare ſacra lucernis
Continuo præſes totã iubet ire cohortem,
Cõprẽdiq; viꝝ, duce cõiuge: nec mora, captũ
Protinus illaqueant, ſiſtuntq; ante ora tyranni.
Quæſitũ extẽplo, quid de Mauorte, Quirino,
De Ioue, de phœbo, de Pallade, Mercurioq;
Sentiat,& ſuperis. Superos, ille inquit, adoro,
Qui veri ſuperi. Sed eorum apparet in albo
**B** Nulla patris cœli ſoboles, ſiue illa Quirinus,
Siue ſit Alcides bipater, ſeu Iuppiter omni
Fœdus adulterio, ſeu mater adultera gentis
Aeneadũ, paſſa inceſtũ Simoentis ad vndam.
At pater & princeps diuũ in ſublimibus aſtris
Regnũ Chr̃s habet, domitor Iouis atq; nepotũ
¶His ſubito auditis, q̃d tp̃a perdimus? hoſtem,
Vociferat præſes, Iouis obtruncate miniſtri.
Ille eadem repetit, ſuperoꝝ apparet in albo
Nulla patris cœli ſoboles, ſiue illa Quirinus,
Siue ſit Alcides bipater, ſeu Iuppiter omni
Fœdus adulterio, ſeu mater adultera gentis
Aeneadũ, paſſa inceſtũ Simoentis ad vndam.
Sed pater & princeps diuũ in ſublimibꝰ aſtris
Regnũ Chr̃s habet, domitor Iouis atq; nepotũ
Tu cole Saturnos, tu Męnades atq; Mineruas,
Nos ſeq̃mur Chr̃m. Chriſtũ ora ſonãtia miles
**C** Marmore cõtundũt: fixoq; in guttura ferro,
Guttura, quæ gladio nihil impediẽte ſonabãt,
Chr̃i apud obſcurã Styga formidabile nomẽ,
Examinãt, miſeranda artus in fruſta ſecantes.
Sed laceꝝ corpus per cæca ſilentia noctis
Legere, ac tacito ducentes funera luctu
Clandeſtina, ſolo noſtri abſcondere ſubacto.
Nox erat,& flãmis ſtellaꝝ ardebat olympus.
Sideraq; auſtralis libræ ſuprema tenebat
Sol minor, aſpergẽs primis noua farra pruinis,
Cum ſic, exhortãs ſocios, Dionyſius orſus:
O comites, Chriſto fidiſſima pectora, vitam
Hactenus imbellem, tutã, expertemq; doloꝝ
Duximus,& magno nihil attentauimus auſu,
Quod merito dici præclare ac fortiter actum
Debeat, vt iuſto vires collegimus æuo,
Et pubẽ exuimus primã, virideq; iuuentã.
Hæc tãdẽ integris in olympia mittimur annis.
Magno igiť certandũ animo, ſeptẽplice pectus
Armandũ clypeo: cui pro ſubtegmine virtus,
Quattuor in partes abiens, quęſita labore
Multiplici, ſtudioq; virum. pro tegmine vero

Altera, quæ triplici nodat mortalia nexu
Corda, dei nomẽ retinens, & ab æthere lapſa.
Si poſſunt pleriq; pati certamina, mox vt
Ad Chriſtum venere, vadis luſtralibus antè
Quàm madeant: quid nos longo q̃ tp̃e ſacros
Sortiti latices, aliti cum heroibus, inter
Primates fidei tot grandia vidimus acta,
Quid nõ ferre decet? q̃s nõ contẽnere plagas?
Si ſtipe pro tenui per mille pericula miles
Fertur,& in ſtrictos moriturꝰ inambulat enſes,
Cur nõ pro æthereis domibꝰ, p̱ gloria olympi
Pẽdimus has animas? paucos cõtẽnimꝰ annos
Iſtius ærumnis ducendi in millibus æui?
Quod fugit, & fugiẽs, nunq̃ veſtigia ſiſtit.
Magnanimi comites, animos attollite in altum
Aethera. terrenæ labãtur pectore curæ.
Et vitæ immemores huius, penſate coronas
Perpetuas, totam bona ad immortalia mẽtem

**Sentẽtia**
Tendite,& ex orco ac terris ſperate triumphũ.
Spes hominũ iuſtas, diuina potentia nunquam
Deſerit,& ſemper ſuperi pia vota ſecundant.
¶Talibus orantẽ dictis lux aurea circum
Fulſit,& obſcuram dimouit carcere noctem.
Vox etiam de luce ſonans audita, tenendum
Hoc iter, hęc breuiter via vos ad olimpica ſiſtet
Limina, & hinc merces nunq̃ peritura ſequeť.
Limes hic eſt terris longe ſublimior, aſtris
Proximior, recto veniẽs in ſidera curſu.
Ne laxate animos. breuis hęc labor oĩa vincet.
¶Sic ea vox. illi, expuncta formidine, iungunt
Fœdera,& vnanimi iurant in funera voto.
¶Altera ſtelliferum iam lux cõuoluerat axem,
Creſcebatq; dies: cum poſt cõuiuia ſanctos,
Feſcenninus inops mentis, ſed fortibus æquans
Inflato ſe corde viris, vocat ante tribunal:
Atq; his æquanimũ ſimulãs, eſt vocibus orſus:

**Oratio Feſcennini. Sententia.**
¶Quæſtio priuatis hoĩm de rebus habẽda eſt,
Magna quidem, cũctis etenĩ mortalibus æqui
Limina, iuſtitiæq; fores aperire neceſſe eſt.
De imperio maior, quod totũ legibus orbem
Sicut equum ſeſſor iuſſis moderatur habenis.
Maxima de diuis, quoniã cœleſtia diui
Et terrena regunt:& nos pendemus ab illis,

**Humana a diuinis pendent.**
Solis vt à radijs clemẽtia veris & æſtas,
Atq; virens decus agrorũ, nemorũq; comãtũ.
Vos igitur quos fama deos contẽnere, cultus
Perſuadere nouos, hominũq; illudere mentes,
Et magico hũanos p̃ſtringere carmine ſenſus:
Magna manẽt tormẽta, leues niſi protinꝰ iſtas
Verteritis nugas & inania verba, deorum
In decus,& ſuperis meritos dederitis honores.
Quis furor hic, velle incaſſum tot ſecula ritu
Emendare nouo? moliri extinguere diuum
Progeniẽ æternã? quod non valuere gigantes.
Quis furor hic? Ite, inſanã deponite mentem,
Ac ſubito in populos miſſam ſuccidite peſtẽ.
Quæ peccaſtis adhuc, clementia Cæſaris vltro
Impunita facit, veniamq; erroribus offert
Præteritis, ſatis hic temere attentata relinqui.

¶Ta-

¶Talibus orabat præſes,cum grandia paſtor
Atticus attollẽs ſermonẽ in verba,loquutus
Feſcẽnine,graui nimium mœrore dolendũ eſt,
Romulidas orbis dominos,prudentia & armis
Trãſgreſſos genus om̃e hoim̃, nõdũ oĩpotẽtẽ
Secula poſt octo,quot abeſt ab origine Roma,
Agnouiſſe deũ: ſed adhuc ſeruire Luperco
Ac ſatyris,diuisq́ꝫ alijs triuialibus vſq;
Ad Venerẽ &(q̃ res lõge eſt obſcœna) Priapũ
Quòd ſi tanta foret populis ad vera vocandis
Numina,ſeruãdo quãta eſt induſtria regno,
Omnes vnideæ gentes,iam numina dudum
Falſa reliquiſſent,nec templa ſatanibus vſquã
Vlla forent:cœli artificem cognoſceret omnis
Ac coleret tellus,ſicut colit altus olympus.
Et Romę imperium totos ſine fine per annos
Staret,& in terris pietas æterna maneret.
Hoc tã grãde nefas hominũ, fraudemq́ꝫ deoꝝ
Degenerum tam longæuam,miſeratus ab alto
Progeniem miſit deus in mortalia membra,
Quæ doceat ſacros ritus & numina vera.
¶Talia narrãtem,rabies infrena tyranni
(Quod verba hęc aĩos vulgi penetrare videbat
Altius,& ſenſus aciem defigere in imos)
Non tulit in magnos dicẽdo efferuere fluctus.
Sed ſtrepit, explodit, fieriq́ꝫ ſilentia mãdat,
Hæc memorãs:Quid op⁹ mõ ꝑdere tꝑa nugis
Futilibus? nihil eſt quod vaniloquẽtia Graium
Non faciat credi,vacuas ſi inuenerit aures,
Cordaq́ꝫ tinnitu rerum oblectanda nouarum.
Cato. Auditũ à patribus, magnũ vetuiſſe Catonem,
Graium oratores cauſam præſente ſenatu
Dicere,ꝙ ſcirent veris inuoluere falſa,
Perſonã .i. Et linguæ inuolucris perſonã imponere reb⁹.
fictã appa- Verboꝝ ambages, exorſaq́ꝫ longa faceſſant,
rentiam Quãdo opus eſt facto.date ſuffimẽta trigrãdi
Mercurius Mercurio,cui graiugenum pars maxima ſeruit
Triſmegiſ- Ipſe etenim linguas facundaq́ꝫ dicitur ora
tus,hoc eſt Fingere,& humanæ vires infundere voci,
ter maxi- Quæ ſemper leuibus fuit ars laudata Pelaſgis.
mus. ¶Talia prefectus:quæ cum Dionyſius vnà
Cum ſocijs verſo in riſum contemneret ore,
Imperat extendi nudos in cratibus,igne
Suppoſito,& Iambi flammis innoxia mẽbra.
¶At pater,ad cuius nutum tremit ardua reꝝ
Machina,& inferno manes Acheronte ſepulti,
Frenauit flammaꝝ aciẽ, fecitq́ꝫ videri
Stratum molle focos,herboſa ſedilia ferrum.
Quæ ſimul ac ferus aduertit miracula præſes,
Diuinũ verbis opus obſcurare malignis
Nititur,exclamans: o mira potentia cantus
Theſſalici,o fraudes magicæ, quæ incẽdia vin-
cunt,
Circe incã- Quæ flammis vires adimunt. Titania circe
tatrix His armata dolis,ſocios ithacenſis Vlyſſi
Vertit in effigies varias,& in ora ferarum.
Phorcida mutauit,ſtelllas ducebat olympo.
In iumenta ferunt homines tranſire.quod ipſi
Vidimus,artibus his currẽtia flumina ſiſti,
Deq́ꝫ ſuis alios ſegetes diſcedere in agros. D
Arcades hi certe,nã gẽs ea docta venenũ hoc.
Forſan & Aemonij.cũcta experiamur, in ignẽ
Traijciendi alium.ramoſa putamina ferte,
Ferte citi, ingentẽ propere inflãmate caminũ.
¶Sic ait.accelerant famuli, torremq́ꝫ preuſtum
Diripuere focis,frutices,ſulfurq́ꝫ,picemq́ꝫ
Expediũt,ductisq́ꝫ premũt de follibus auras.
Iam ſtrepit in lignis ardor,iam ductus in arcũ,
Os petit,& flamma ingenti foris æſtuat vnda.
Nec mora:corripiũt nudos ꝑ crura, per vlnas,
Et populis vno in cœlũ clamãtibus ore,
Parcendum miſeris,in tanta incẽdia iactant.
Mulciber extemplo(viſu mirabile) faſtu
Palluit amiſſo,factaq́ꝫ elanguit ira,
Igneaq́ꝫ in placidũ vis eſt conuerſa teporem.
Nõ ſecus ac ſi vel Rhodan⁹, gelidisve Garũna
Incurriſſet aquis.populi admirantur: & amens
Mẽte putat,q̄bus iſta dolis miracula præſes
Ludificet: quia nil melius ſuccurrit, ad artes
Torq̃t opus magicas,& gutture baubat hiulco E
Atq; ea lux tali clauſit ſpectacula fine.
¶Altera prefectus meditans in bella pelaſgos
Mittere,carniuoris pręberi pabula mandat
Nulla feris,tales qui ſeruabantur in vſus,
Claudius in noſtros poſtq̃ Nero protulit enſes
Ingens circus erat,ſeptis clatratus ahenis,
Sequanicas propter ripas: armenta ferarum
Diſtinctis incluſa locis, vrbana voluptas.
Plebs etenim feſtis huc deſidioſa diebus
Ibat,& hic animũ viſu paſcebat inani.
At pecudũ ſtabulis,erat area proxima clauſtro
Cincta pari,loc⁹ infamis,ſine ſanguine nunq̃.
Nanq; reos morti addictos inferre ſolebant
Hæc in ſepta,feras demum laxare cruentam
In cædem miſeroꝝ hominũ, ſpectacula longe
Impia,ſed tamẽ infrenæ gratiſſima genti.
Huc igitur tota cuneis ingentibus vrbe
Concurrente,viros(dum ſol cõſcenderet axem F
Iam medium) longis vinctos traxere catenis.
Et mox è ſtabulis acies emiſſa luporum
Ingluuiem conſueta pari ſaturare rapina
Fertur,& ad viſam magno volat agmine ꝑdã.
Sed ſimul ac videre feri diuina virorum
Ora lupi,ſubito obſcuræ truculentia frontis
Cõcidit,& blande motis alludere caudis
Incepere,canum in morẽ,cũ veſpera ab vrbe
Ruſtica ſuccinctus redit ad magalia paſtor.
¶Præſes id admirãs,pardos emittere clamat.
Nãq; Lycaonio natis de ſanguine parcũt,
Natura cogente,lupi. diſſoluite pardos.
Ecce ruunt noſtræ ſitibunda animalia cædis,
Ecce ruunt,& aperta ferũt caua guttura pardi
Dentibus exertis: ſed mox feritate relicta,
Procubuere ſolo:atq; virum veſtigia lingua
Lambere cõſpecti,blandũq́ꝫ applaudere motis
Clunibus, & mentẽ vultu promittere amicã.
Ac velut antiquos comites agnoſcere viſi,
Arriſere viris,Lybici de more leonis,
Quẽ



A Quẽ memorãt inter magnę ſpectacula Romæ
Agnouiſſe hominẽ,quondã Barcæa repertum
Rura per,auxiliũ plantę qui impenderat ægrę.
Tum populus tali in vocem nouitate coactus,
Rũpere:ne innocuã pergas extinguere gẽtem,
Exclamat:parce his miſeris,quibus ira ferarum
Parcit,& à brutis vinci pietate memẽto,
Turpe nimis perfecte,piam ſine viuere gentẽ.
¶Talibus in cœlũ plebs indignata fremebat.
Præſes in hoc tãto populi clamore tumultum
Vimq́ꝫ timẽs,iuſſit magnis clangoribus æra
Inflari,& ſubito cœtum ac ſpectacula ſolui.
¶Dumq́ꝫ ea crudeli peragit temerarius auſu,
Ecce nurus Romana pio ſtimulata furore,
Lartia cui nomen,Romani militis vxor,
Prodit:& exclamãs ante ipſius ora tyranni,
Damnat & irridet veterꝝ genus omne deoꝝ.
Et ſoli affirmans Chriſto ſe fidere,Chriſtum
Prędicat, ac verbis præfectum inceſſit amaris.
B Ille autem nil cunctatus:quid parcimus armis?
Hæc eſt ſegnities,hæc eſt ignauia,diuum
Non curare decus,non eſt clementia,ferrum
Stringite lictores. mortis rea fœmina pœnam
Pendat,& emigret non impunita ſub orcum.
¶Protinus erũpens niueum tranſuerberat enſe
Pectus,& in iugulũ graſſatur acinace lictor:
Ablegatq́ꝫ animũ mẽbris, & in æthera purgat.
His ſuperaccenſus,nil non crudele volutat
Nil non triſte parat,nil non molitur acerbum.
Corde ferox,trux aſpectu,graue fulminat ore,
Atq; reos tolli iubet in ſublime paratis
Tot crucibus,mediũ pectus,plantasq́ꝫ manusq́ꝫ
Ne breuiet longum mors accelerata dolorem
Nõ ferro affigi mãdat,ſed fune ligari,
Continuo cupiens pœnis crudele venenum
Paſcere,& explere ardentem cruciatibus iram,
Crura peti flagris,& arari pectine coſtas
Ferręo,& annexas cunctis in viſcera flammas
Immitti,longam exuri barbamq́ꝫ comamq́ꝫ
C Imperat,& tota in ſanctos deſæuit Enyo.
Poſtq̃ ſupplicijs nil profeciſſe tyrannus
Se videt his tantis,fauces deſcendit in altas
Carceris abſtruſi, dũ ſurgit ab æquore Cãcer,
Incipiens verſum Heſperios deflectere noctẽ.
Atq; graues illic dijs infundentibus iras,
Magnanimos Chriſti pugiles cruciatib⁹ vrget
Terq́ꝫ quaterq́ꝫ nouis. adhibet quęcũq; dolorẽ
Inſtrumenta cient,ſatiatq́ꝫ immania corda,
Nil veritus turbã,& vulgi formidine liber.
Non plũbũ,nõ flãma deeſt,nõ vngula,non pix
Igne liquens.nõ ſartago,nõ lamina cãdens.
Omnia quæ ſancti proceres,dũ pręmia pẽſant
Cœlica terrenis maiora doloribus,æquo
Trãſiuere aĩo,velut æſtiuum ſolet imbrem
In patrios rediens fines perferre viator.
Vict⁹ ad extremũ præſes:Quid plura param⁹,
Secum ait, & vanis homines conatibus iſtos
Flectere tentamus? potius Tarteſſia Calpe
Ibit ad auroram,potius Gangetica tellus
Ibit ad occaſum,q̃ ſeſe emolliat vnquam
Hic rigor,& tãto mens fermentata veneno.
Seu deus hoc faciat, magicæ ſeu forſitan artes,
Exuperant certe humanũ hęc miracula morẽ.
Quo mage conamur diuos extollere, tanto
Plus ruimus:tanto plus ille aſſurgit in altum.
Quod fuit Alcidæ quondam Saturnia Iuno,
Quod fuit Euryſtheus,id nr̃a ĩduſtria Chr̃o ẽ.
Et molimen ei decus eſt & gloria noſtrum.
Plectendi extremis igitur(ne talia mittãt
Semina radices altas, mala ne coaleſcant
Gramina)ſupplicijs,& ne cõtagia plebi
Noxia ſint,ſuprema operi manus imponẽda.
At pius aduertẽs ſibi fatum incũbere paſtor,
Hymniſono cantu nocturna ſilentia rumpit
Cũ ſocijs,& ſacra facit. Chriſtumq́ꝫ ſequutus,
Myſtica ſupremę celebrat conuiuia cœnæ:
Dumq́ꝫ arcana ſuꝑ Cererẽ iã murmure ꝑflat,
Ecce repentino Chriſtus cũ lumine lapſu Chriſtus.
Affuit,& vacuum volitãs per inane caterua
Cœlituum, pulchro quibus ora aurorea vultu, Aurorea o-
Tum Chriſtus correpta manu cerealia liba, ra,hoc eſt,
Sic memorãs,verſus Dionyſea porrigit ora: aurea ora.
Accipe vir dilecte deo,tua grandia apud me
Præmia,& in ſummo merces tua max̃ia cęlo.
Sic ait.ambroſiumq́ꝫ abiens diffudit odorem.
Quo afflatos ſanctoꝝ animos abſorbuit ingẽs
Vnda voluptatis, ſenſus ingreſſa per omnes
Gaudia,quę paſcunt ſuperos dulcedine tanta.
Ebria mens optat membris & corpore ſolui
Ocyus,horrendo nequicq̃ exterrita fato.
¶Parrhiſios extra,curuo qua Sequana curſu
Proripitur contra fluctus conuerſa Britannos,
Collis erat Maiæ nato ſacer.ardua in ipſo
Vertice,cãdenti moles de marmore ſurgens,
Signum auro graue Mercurij tollebat in auras,
Signũ ingẽs,mira pulchrũ ac ſpectabile forma,
Phidiæ opus:cui pennatis talaria plantis,
Et caput alatum,cui frons vmbrata galero,
Expreſſa in vultu vigili ſolertia,& acre
Ingenium,quali fuerat memphiticus Hermes.
Virga armata manus, geminos q̃ ſeꝑat angues Caduceum
Ventretenus. fratri quondam donauit Apollo
Munus id,& virgã memorãt prætẽdere pacẽ.
Iuſta erat extructa recubãs ĩ rupe Prometheus
Et bouis Inachiæ diui ad veſtigia cuſtos.
Ara q̊q; excelſæ ſurgẽs pede molis ab imo
Accendenda, deum quoties placare volebant.
¶Huc igitur,portis totã effundentibus vrbem,
Ad tam ſæua huius ſceleris ſpectacula tanti,
Mactãdos duxere viros,ſtipantibus armis
Ac ſylua haſtarum lucem obſcurãte diurnam.
Vt conſcenſus apex montis,libamina iuſſi
Ponere Atlantiadæ, nubemq́ꝫ offerre Sabęam.
Contempſere deos,iterumq́ꝫ iterumq́ꝫ vocãtes
Cœligenã Chriſtũ, vitæq́ꝫ necisq́ꝫ potentem.
¶O Galli(exclamat lictor)ſeruata videtis
Om̃ia rite, quibus tã deteſtabilis error
Debuit abradi: poſtq̃ lenteſcere neſcit
Peſtifer iſte rigor, legem obſeruare latinam
Cogimur, & ferro cauſam defendere diuum.
Sic

Decollātur martyres. Sic ait,& iuſſi ſubmittere colla,repente
Submiſere caput gladijs . mors abſtulit vna
Tres,quibus vna fides fuerat, vitáq; per omnē
Vnus amor,quos nō potuit diſiungere Pluto
Rex erebi,qui tunc terris regnabat & alto.
Mactæ animæ tali occaſu, tam fortibus auſis,
Ite tot inſignes meritis, conſortia diuum
Accipite, atq; pari cœlos intrate triumpho.
Præmia mortali ſi conditione tuliſtis
Fortaſſis maiora, nihil me iudice mirum.
In tam multiplici victrix certamine virtus
Mortalem tranſgreſſa modum , mortalia trāſit
Præmia,& æthereos merito ſibi vēdicat orbes.
Eſte boni nobis igitur mortalibus. iram
Noſtroꝝ vltricem ſcelerum compeſcite.regna
Miraculū Gallorum & Francos ſeruate in ſecula reges.
¶Tum noua,nec phœbo terras qui circuit oēs,
Vnquam viſa prius:nec forte videnda diebus,
Aethereis olim quotquot labentur ab aſtris,
Sequanicæ deus ante oculos miracula gentis
Protulit.ex ope authoris manus agnita tāto ē.
Nam ſua ſanguineū venis iaculātibus imbrem,
Ex iugulo ſurgens rapuit Dionyſius ora,
Ac manibus tulit ipſe ſuis ſine vertice truncum.
Ibat corpus iter carpens, velut ante ſolebat,
Et certa alternans motis veſtigia plantis,
(Monſtrū ingēs)colle in cāpū deſcēdit ab alto.
Tam inſolito tam miro operi non debuit eſſe
Vlla fides, ſi non populi innumerabilis ante
Factū oculos,totam in teſtes produceret vrbē.
Pone ſequebantur turbæ , fixiſq; tuentes
Luminibus,vix quod fieri ſine fraude videbāt,
Templum Dionyſianum, Credere vix fieri poterant. Et tramite tecto
Ad loca peruenit gradiens,vbi regia noſtro
Tempore conduntur regalibus oſſa ſepulchris.
Neu ſpatiū breue forte putes,celeberrima p q̄d
Funera deducens ſua tranſtulit ora cadauer,
Ad paſſus ter mille patet. limeſq; relinquit
Flumen ad occaſum,gelidāq; recedit ad vrſam.
Illic poſteritas Rhenum Franconia poſtquam
Pertranſiuit,& has regnatum venit ad oras,
Templū illi viuo , templū de marmore magnis
Sumptibus erexit,iam regna per oīa Chriſto
Effundente noui radios & lumina ſecli.
¶Sanguinolēta grauem diuum ſatiauerat iram
Vltio,& inuidiæ rabies ſedata parumper
Conciderat:ſed mox alius crudelior ignis
Arſit,in immanes iaciens incendia laruas.
Nā Venus & Mauors aīas ad ſumma volātes
Sidera,longa tamen poſt interualla ſequuti,
Explorandi animo quo res euaderet,vſq;
Ad Triuiæ ſidus tenues iuere per auras,
Per rapidos ignes.atq; vt rediere,ſatanes
In Rhodani duxere alpes : vbi candida ſemper
Venus. Friget hyems,gelido boreas vbi ſibilat ore
Semper, & ad cœtū Venus his eſt vocib⁹ orſa,
Multa querens, ac fœmineo plorans vlulatu:
¶O ſortem aduerſam nobis, ò immitia fata,
O cœlum crudele.nihil molimine tanto
Hactenus ò comites, noſtro nihil egimus aſtu,

D O iactura,nihil toto profecimus anno,
Incaſſum fraudes , incaſſum effudimus artes.
O miſeꝝ Iouis omne genus . defecimus oēs.
De imperijs actum eſt , de maiſtate deorum.
Pone tuos arcus male fortunate Cupido,
Pone faces, ducunt tetricas noua ſecula leges.
Conſenuit mundus, fugere iociq; ſaleſq;.
Nullus honor formæ. facta ē odioſa venuſtas.
I,nemus Idaliū, quondā mea magna voluptas,
Ite Paphi ſyluæ dulces , ite alta Cythæra.
Limina depóſito feror in Veſtalia ceſto.
¶Iſta dolens vſq; ad lachrymas,Cythærea loquuta eſt.
Cætera ſedatis animis, ac lumine ſicco.
¶Vidimus,& vidiſſe piger,quæ gloria diuum,
Quātaq; chrīgenas maneat poſt funera merces,
E Vt ventū Triuiæ in campos:nā venimus illuc
Vſq;,cateruatim ſuperi de culmine mundi
Occurrere togis nitidi ſplendentibus,inſtar
Luciferi, quando tremulis ſcintillat in vndis.
Omnibus auroræ croceis rutilantia flammis
Ora,coruſcantes auri ſplendore per armos
Et per terga comæ:nihil orbe decētius vnquā
Vidimus in toto.ſtellantia lumina ſolem
Aequiparāt,gēmis frontes radiantibus ardent.
Chriſtus in excelſa qui maieſtate ſedebat
Altior, innixus diuum ceruicibus ora
Soluit,& hæc cœtu faciente ſilentia fatus.
¶O fortes ſaluete viri,felicibus horis
Aduenistis.eant veteres de pectore curæ.
Ponite terrenos habitus.accedite noſtris
Fortunatæ animæ populis.regnate per omnes
Elyſij cœliq; domos.conſortia diuum
Accipite,in tantis opibus ſine fine futuræ.
Aetherei vobis oſtenſa in limine mundi
Pauca hæc.in decimo maiora videbitis orbe.
Terraꝝ accipite imperiū.dominamini ī vndis,
Et quoties opus eſt,ſuccurrite terrigenarum
F Caſibus aduerſis.& vos audite vocantes
In terris.gaudete aris. ſuccedite falſis
Dijs ſaturnigenis.diuum illa ingentia templa
Accipite, & læti veſtros conuertite in vſus.
Tura ferant homines.fumo gaudete Sabæo.
Subijcimus vobis lemures, animaſq; profundi.
Eſte deum reges veterum,ſubuertite ritus
Sacrilegos.ſit fas vobis elementa mouere.
Debellate Iouem.genios & panica monſtra
Pellite,deſerti procul ad confinia mundi.
Tu vero in primis Dionyſi ad Gallica regna
Verte animos . tanti tibi ſit cuſtodia regni.
Aſpice qua gelidum Rhen⁹ deſcēdit in æquor,
Qua ſurgunt alpini apices, qua verberat vnda
Littora Rothomagi,qua Maſſilienſe profundū
Fluctuat,aggeribus qua Hiſpania cingit altis.
Hæc tua ſors. huius gentis moderamē habeto.
Sera ſuis penitus diuos expellet ab oris,
Sed tamen expellet,duce te.nec terra futura eſt
Hac nobis dilecta magis,licet Itala tellus
Simonis & Pauli ſacris tegat oſſa ſepulchris,
Et licet Aſſyrij noſtra incunabula iactent.



A Iura diu Romana ferent, legeſq; tenebunt
Cæſareas. at cum Scythicis de finibus Hunni
Erumpent, Etius qui tunc pro gente Latina
Bella geret,metuens Gallis rebuſq; Latinis,
Accipiet Francos, comiteſq; in bella vocabit.
Tunc Frāco regnāda dabis tua maxima regna.
Poſt breue barbarica tempus de gente videbis
Inſignes prodire viros,qui grādibus æquent
Romanos animis:qui ſint validiſſima noſtræ
Fundamēta domus,qui Saturnum atq; nepotes
Eijciant, qui nos alias venerentur ad aras,
Aeternum nobis ſacra inculpata ferentes.
Et nacti ſine labe fidem,quæcunq; reſurgent
Semina perfidiæ veteris , ſtricto enſe necabūt.
Hi ſibi cum Graijs , quem poſſedere Latini,
Diuiſuri orbem, poſitis pro limite campis,
Quos Beneuētan⁹ ductor Grimoald⁹ habebit.
Sed tamen hæc regum ſeries inſecta redibit
Ad Gallos tandē,cum ſceptra receperit Hugo,
B Non genus à Francis ducēs,ſed origine Gallus.
Illuc vſq; dabit tellus Germanica reges.
Sed tamen hos etiam Francos ea ſecula dicent.
Illa ꝗ à Francis accepto nomine tellus
Francia dicenda eſt, Gallos exibit in omnes
Nomen id.immutat ſic res & nomina longum
Tempus , & è cœlo miſſi cum tempore caſus.
Tempus erit, ſtellis longos voluentibus annos,
Quo gremio eijciet Cimbros peninſula,gētem
Magna altis voluentem animis,belloq; potētē,
Per maris oceani fluctus ad littora vectos
Gallica, ſuſcipiens duces in Neuſtria regna,
Quæ dicent Northmāna prius. ſed littora voci
Mollem pulſa ſonū dabit,&Normāna vocabit
Poſteritas,genus hoc armis illuſtre futurum,
Mittet in Italiam,qui Parthenopæa gubernent
Olim regna viros,diuturni exordia belli.
Nanq; ſuper regno longis bellabitur annis.
Mittet in Aſſyrios ad debellanda Sabæum
C Imperia, & dictas Habrami à coniuge gentes.
¶Taliter effato ſonuerunt omnia Chriſto
Agmina,& excitum totis melos vndiq; caſtris.
Inuaſere acies iter,& concentibus altos
Impleuere polos.ſenſimq; receſſit ab aure
Carmen , vt exultans ſuperū chorus altius iuit.
Nos ægris defecti animis , deſcendimus axe.
Et quia nos omnes tangunt hæc oīa, viſum eſt
Cuncta recenſeri vobis debere vocatis.
O comites, quæ ſit nobis fortuna, videmus
Ante oculos,ante ora virū,pręferre quibuſdam
Spem licitum ſignis, maieſtatemq; tueri,
Ac retinere animos hominū, qua poſſum⁹ arte,
Fas eſt compoſito prætendere gaudia vultu.

Sed gaudere nefas, ſemper creſcente ruina.
Inter multa, quibus fortuna miſerrima nr̄a eſt,
Hoc graue, ꝗ ſupera ſi quos depellimus aura,
Mox patimur dominos:cū nos viciſſe putam⁹
Protinus à noſtro victi intabeſcimus hoſte.
Inde fit vt potius fuerit cohibere furorem,
Parcere corporibus, technis inuoluere mentes,
Commaculare animos, lactare libidine ſenſus,
Atq; voluptatum dulci illectare veneno.
Sic foret vberius lucrum , victoria maior,
Quàm furere,& vano vires effundere nixu.
Sed quid opus multis? vt nos imponimus iſtis,
Sic ſuperi nobis.agimur quocunq; voluntas Nota.
Prima mouet : miriſq; modis,cū credimus ipſi
Authores operū nos eſſe , mouemur ab alto
Principe:& inſeruit,quicq̄d molimur,olympo.
¶Sic Venus. at Marti Veneris ſentētia viſa eſt
Frigida & elumbis nimium , quæ parcere vitæ,
Quæ dare corpibus veniā iubet.igne cremādos
Iudicat, atroci graſſandum in viſcera ferro.
¶Laudauit Venerē Pallas, contraria Marti.
Ille aūt fremit indomitum, muliebria damnans
Conſilia, & rixas ardenti exaggerat ira.
¶Iuppiter vt ſcindi ſtudia in contraria vidit Iuppiter
Numina,cōſilio lemures iubet ire ſoluto.
¶At pater in ſummis cœli penetralibus iſtos
Deteſtans mores, ſuperis inſpirat amorem
Perpetuum,& dulci diuos in pace gubernat.
¶Mars furia inuectus,raptim per nubila fertur
Parrhiſios.facto ex ventis ſit Nubius ore,
Lartia cui mater fuerat, vitalibus auris
Iam defuncta,ſuum Chriſto largita cruorem.
Et ſubiens aulas , vbi Feſcenninus in alta
Sede miniſtrabat populis iniuria iura,
Admonuit ſummo de colle cadauera ad amnē
Sequanicum debere trahi , fluuioq; recondi.
Quę ſuperi horreſcāt,videat q̄ inuitus olymp⁹.
¶Audijt hos monitus,miſſoq; ſatellite iudex
Exequitur.iunctis mittuntur in eſſeda bobus
Continuo , rapidiſq; rotis voluuntur ad vndā,
Occultanda vadis, & non habitura ſepulchrū.
Verum ſeu caſus fuerit , ſeu cuncta videntum
Cœlituum pietas,dum largius inter eundum
Paſcitur,& pateris lictor ſe ingurgitat amplis,
Docta fidem mulier , felici corpora furto
Surripiens, infodit humo.ſed turbine tanti
Excidij tandem extincto, tranſlata quierunt
Aede ſub excelſa ſancti penes oſſa magiſtri.

F I N I S.

# S·DIONYSII AREOPA- D
# GITAE MARTYRIVM, E GRAECO
## in latinum conuerſum.

POſt felicem & glorioſiſſimã dñi iuxta ac dei noſtri Ieſu Chriſti reſur
rectionẽ,& poſt veri dei ipſius virilis templi à Iudaica impietate(vti
ipſe dixerat)diſſolutionẽ,eo ꝙ hæc fuerit diuina illius poteſtas,tridua
nus ex mortuis reſuſcitatus eſt. Ad hæc,poſt exaltationem aſcenſio-
nem'q; ex hac noſtra humilitate ſecundũ carnẽ, cum ſupra omnem
cœleſtẽ exercitũ, tum ſupra oẽs angelicos ordines, vbi ſeſe propria
voluntate deo patri'q; adiunxit. Ad hęc,poſt ſancti ſpiritus inter apo
ſtolos effuſionẽ, quæ poſt dies aliquot per ſanctam eius aſſumptio-
nem contigit,ſecundum quam ligandi ſoluendi'q; poteſtatẽ accepe-
re,necnon ſanctis eius eccleſijs principes atq; præſides præficiendi,
ſicuti ante mundi exordia prædeſtinarat.
Anno ab condita vrbe Roma octingenteſimooctauo,cũ rerum potiretur Nero Cæſar quintus,
quintus nimirũ ab Auguſto, beatus Petrus apoſtolus vnà cum reliquis apoſtolis ad prædican-
dum Euangelium toti terraꝝ orbi emiſſus,ipſe poſt multos eius prædicationis annos Romam
ampliſſimã vrbem Romanis imperantem profectus,vt ibidem prædicaret,cœlitus mandatum E
accepit. Quò, ceu ſanctoꝝ apoſtoloꝝ in ipſo apoſtolatus munere coryphæus factus, primus
Romæ in certaminibus particeps Chriſti paſſionũ euaderet. Quin & ipſa vrbs ceu magnis er-
roribus obruta,maioribus ad ſui emendationem rationibus indigebat: vt vbi error grauiſſimus
erat,ibi quoq; gratia magna exiſteret. Deinde(vt dictũ eſt)tyrannus atq; impius Nero,cũ ter-
ram ſimul & mare ſuæ tyrannidi ſubiecturũ ſe arbitraret,ira crudelitatis ſuæ atq; inſaniæ æſtu
rabiens,aduerſus Chriſti ſeruos exarſit. Ergo quartodecimo anno tyrannici ſui Imperij beatũ
Petrum & Paulum iniuſta morte, per ſancti ſanguinis ipſorum effuſionem, condemnauit,per
martyrij victoriam meritò ac velut inuitus illos in cœleſte regnum præmittens. Veruntamen
priuſquàm beatus Petrus per martyrij victoriam cœleſtis regni conſuetudine dignus habere-
tur,beato Clementi eccleſiæ poteſtatem tradidit, dicens: Quemadmodũ mihi à domino meo
Ieſu Chriſto ſoluendi atq; ligandi poteſtas donata eſt: ita eandem poteſtatem tibi & dono &
do,vt quemcunq; ligaris in terra,ligatus ſit in cœlis.
Hanc poteſtatem abſolutam poſt ſe,eximijs ac dignis qui in eccleſijs præirent,ſortem reliquit.
De quibus equidem vbi tum pro illius temporis cõſequentia,tum pro apoſtolica eccleſia breui-
bus expoſuero,ad ipſius beati Dionyſij certamina ſermonem conuertam,vt ſcilicet ex ipſa tem
porum(vt diximus) conſequentia de eo pauca commemorare poſſimus.
Poſt domini & dei noſtri Ieſu Chriſti glorioſiſſimã aſſumptionẽ, quando beatus Paulus apo-
ſtolus per gratiam ſancti ſpũs ab erroris incredulitate in viam ſalutis eſt conuerſus, vt fidẽ quã
ante oppugnabat tandem abſolutam in gloria prædicaret, atq; iuxta domini diſpoſitionẽ vas
electionis inter gentes exiſteret. F
Tunc etenim neſcijs gentibus dñi noſtri Ieſu Chri nomen p̃dicãs,Athenas venit,atq; ibi ſanctũ
hunc virum Dionyſium gentilibus prius ritibus irretitum,ad ſalutis viam perductũ conuertit:ſa
cro'q; baptiſmate regeneratum diuina ſanctitate rurſus conſtabiliuit. Tum ſane ſpinis ac ſenti-
bus erroris ex ipſis cordis ſui penetralibus per ſancti ſpũs gratiam reſectis,fructũ iuxtà atq; no
uum germen,velut in bona terra diuino ſermone, quæ'q; hinc naſcitur contemplatione rigatũ,
protulit. Quum vero Chriſti milites indies diuino amore flagrantes quoquouerſum diſcurre-
rent,diuina ipſos gratia ſuperne comitante,tunc & beatus hic Dionyſius crucis aratro traiecto
mari,Athenis Romam appulit cœleſti plane diuina'q; voluntate, vt à deo dilectus.
Ingreſſus ergo vrbẽ,& beatũ Clementem(vti ſupra diximus) apoſtolicæ ſedis poteſtate fungẽ
tem inueniens,continuo cũ conuenienti honore,quantũ fieri potuit exceptus eſt. Eodem'q; tem
pore,quo beatus vir Dionyſius ad Clementis veſtigia ſeſe accommodauit,atq; apoſtolicæ ſan
ctitati cõmendauit,doctor & ipſe eſt factus,& modo,qui doctorem decebat,à ſancto Clemẽ-
te honoratus,ſimul authoritatem ab eo, ſimul honorem cũ primis ſingularem, haud ſecus atq;
à deo gratiam nactus,reportauit. Quinetiam quantã gratiam omnipotens deus beato Diony-
ſio iuuandæ in poſterum vitæ contuliſſet,ad noſipſos vſq;,omnibus per pietatem declarauit.
Porro ſanctus Clemẽs ſub id tempus Philippũ quendam Hiſpanis epiſcopum præfecerat,ean
dem'q; poteſtatem,quã ipſe diuinus Clemens à beato Petro accepit,ipſi dederat,dicens: Profe-
ctus in occidentales plagas,Euangelium regni cœloꝝ prædicato,ligandi etiam ſoluendi'q; pote
ſtas tibi eſto. Vt Chriſti Euangelium per te quoq; longe late'q; diffundatur: quò à domino in-
ſtar fidelis ſerui audiri merearis: Euge ſerue bone ac fidelis,in paucis fidelis fuiſti,ſupra multa te
conſti-



A conſtituam: ingredere in gaudium domini tui. Socij aũt ſancti Dionyſij erant Saturninus, Mar
cellus & Lucianus,cum eo hac de cauſa coniuncti,vt ex ore duoꝝ aut trium teſtium Chriſtia-
na fides neſcijs regionibus traderetur. His igitur vnà congreſſis,atq; iter facientibus,in portum
Arelatæ ciuitatis venerunt.
Tum ſanctus Dionyſius Marcellum in Hiſpanias miſit, vt iſtic ſermonem vitæ Chriſti eccle-
ſijs commendaret. Sanctus vero Dionyſius ſancti ſpũs calore accenſus, atq; apoſtolica pote-
ſtate repletus,quæcunq; à ſancto ſpũ vnà cum ſancto Clemente diuina oracula gentibus diſſe
minanda acceperat,fideliter omnibus Heſperijs plagis diſtribuit. Cæteꝝ à peruicacia plurima-
rum eius regionis gentium neq; deterritus,neq; impietates populi formidans,ad prædicationẽ
proceſſit,nimirum beati apoſtoloꝝ principis Romæ agentis ſpũ, qui incredulis ad vindictã da
tus eſt,corroboratus. Itaq; quũ ex Gallijs reuerſus,eius regionis errorẽ gentilibus ritibus latiſſi-
me incenſum comperit,tunc diuina protectione negotio inſudans,potentem ſe verum'q; pro-
bauit,ſeipſum in certamina conijciendo: vt qui omnia confeſſione ac plenitudine dignus erat,
martyrem quoq; fieri haud pertimeſceret.
Porro ad Aquitaniæ plagas ſancto Antonino miſſo,ipſe cum ſancto Luciano,ſancto Ruſtico,
& ſancto deniq; Eleutherio cũ fiducia ciuitatẽ eſt ingreſſus. At Lucianus preſbyteri honore in-
ſignitus,in oppidũ Beluacẽſem miſſus eſt,& ipſe ſimiliter incredulis populis veritatis Euangeliũ
promulgaturus, Sanctus vero Dionyſius in hac fiducia perſeuerabat.
Ciuitas vero etſi exigua eſſet,magno tamen gentilium rerũ errore ac immũdicia inuoluta erat,
frugifera alioquin arboribus & vitibus circumquaq; conſita, maximũ vinorũ prouentũ incolis
B ſuppeditabat, quapropter pleriq; eius loci & circumadiacentium ciuitatũ homines mercaturæ
ac negotiationi operam dabant,quin etiam paſſim vſurã exercuerunt, ambitu vero mœniũ cir
cumdata, piſcium quoq; copiam è vicino flumine inſtar vndaꝝ,quas mare reddit,præbebat,
nec exiguam firmitudinẽ ciuitati adferebat fluuius,qui duo cornua ſcindens ſe, & mediam lati-
tudinem in qua ſita erat ciuitas circumfluens inſulam eam effecit.
Hunc itaq; locũ miniſter dei circumluſtrans,robore fidei armatus,deo omnipotenti, cuius au-
xilio dirigebatur,eccleſiam iuxta potentiam diuinam eodem loco plantauit, quo recens aduena
dño noſtro Ieſu Chriſto in honorem principẽ ac inſtitutorem fide ageret,& nouũ populũ euã
gelica veritate,inſtitutũ,diuino baptiſmate abluens illuminauit. Dum vero beatus vir noctes &
dies in euangelica pietate multitudinẽ inſtitueret, ac paſſim populus ex veteris hoſtis faucibus
extraheretur, quos diabolus ante occuparat & hos fideliter regno cœleſti ꝑ fidem p̃parare ſat-
ageret beatus Dionyſius,fama eius ſanctimoniæ denuo per omnes populos longe late'q; offu-
ſa eſt,itaq; omnes ex his qui fidem acceperant,ſenſerũt ſeſe eo munere dignũ habere epiſcopũ.
Poſtq̃ igitur ad iſtum modũ ſacra ordinatione diuino miniſterio tradita, delectos ac probatos
viros,ſanctos ac dignos officio redderet,eandem functionẽ ipſe ſibi perſuaſerat,ſed dñs noſter
Ieſus Chriſtus, qui beatiſſimo viro Dionyſio nequaq̃ permiſit hanc famã eius in obſcuro deli-
teſcere, quippe qui veluti lucerna ſuper candelabrũ poſitus, diuini luminis radium incredulorũ
mentibus infunderet. Horũ itaq; animos idoneos ac firmos reddidit vt gentem illam bellis ac
C cædibus ferocem euangelicis p̃ceptis emollirent, ita vt per eorũ virtutes ac nobilia facta paſſim
non pauci ad fidem adducerentur. Sancti vero Dionyſij veluti mugientis tauri vox longe la-
te'q; diffuſa nomine ac fama tanto tempore percrebruit,donec Domitianus ſecũdus perſequu-
tor Chriſtianoꝝ,poſt Neronẽ publico edicto iuberet,omnes adduci ad ſe, quicunq; ad Chri-
ſti doctrinam ſe cõtuliſſent: paulo'q; poſt creſcente fidelium numero,inſtituit,vt quocunq; loco
quiſquã eius ſectæ profeſſor inueniretur,necaretur,vel exquiſitis tormentis afficeretur, aut poſt
varios cruciatus gladio ferirẽtur. His itaq; legibus poſtq̃ ſubditos aſtruxiſſet, magna perſequu-
tone Chriſti miniſtri quàmlate imperium Romanorũ patebat,affligitabantur, omnibus nimi-
rum qui ſub Chriſto militabãt interdicta præſenti vita,etiam his qui necari non debebant,ꝙ li
beri eſſent,nec quiſq; eorum qui impietatis decretum à Cæſare acceperant,omnino nõ fuerant
auſi principis mandatũ tranſgredi, quin conuocatam ingentem hominum turbam,magnis vi-
ribus & ingenti ſeuitia inſtructã, in cunctas occidentales regiones miſit vt beatum hunc virum
Dionyſium ſæpe petitum inuenire poſſent,quo vel principis iuſſui obediret,hoc eſt,à religione
Chriſtiana ad idololatriam deficeret,vel nolentem tormentis lacerarent,aut caput illi p̃ciderẽt.
Poſt hæc principis mandata ingens hominũ multitudo ad Galliarum præſides miſſa eſt, qui fa
cta ſibi copia, vicinas regiones tranſeundi Imperatoris iuſſa facerent, quibus mox beati huius
viri Dionyſij celebre nomen innotuit. Itaq; vt principis decreto fieret ſatis,celeri curſu ac prom
pto animo,mutato tantũ habitu,Parrhiſioꝝ vrbem ingreſſi, ſanctũ virum inuenerunt aduerſus
incredulos & ſuperſtitioſos pugnantem & continuis inſtitutionibus paſſim populos ac gentes
ad fidem Chriſti perducentẽ: & cum eo ſimul beatũ virum Ruſticum preſbyterum & Eleu-
therium(quos ipſe beatus Dionyſius ſacris ordinibus conſecrauit) itaq; hos beatos viros ab eo
inſtitutos ac in ſocietatem receptos perſequutoꝝ improba manus cepit atq; à Dionyſio remo
i 2 uerunt

nerunt,quos diuina bonitas præſciuit fore conſortes beatitudinis. Gauiſus eſt autẽ optimus pa D
ter filios hos à ſe diſtractos dignos à deo habitos eſſe, qui onus ſpũs ſancti vt facile,prompti &
alacres geſtare ſuſtinerent,vt hoc pacto corporis ſarcina leuati digni redderent ,qui puro æthe
re conſcenſo veluti ſydera fidei ſuæ lumen præberent . Plenum vero admiratione quod pau-
cis viris nec ad pugnam paratis,armata atq; inſtructa turba hominũ obſiſtere nequiuerit,quin-
etiam hoſtis & princeps malorum,tum demum animaduertit ſuam poteſtatem perditum iri,
domini victoriam vero cõfirmari ac ſuperiorem fore,ac ſingulos paſſim ad fidem Chriſti ꝑ-
uenire,omni arte tentata armatos homines ad hoc paratos in eos immiſit & cunctos in vnum
ac verum deum credentes,ac ſacro baptiſmate confirmatos, & Chriſti pręceptis obedientes,
varijs tormentis affectos interficiendos curauit. Verum ſancti viri teſtes fidei quam profitebã-
tur,& huius & impioꝝ inſaniam ſacra doctrina & eximia virtute ſuperantes,& diſcipulos ſuos
magis magiſq; confirmantes,incredulis ac ſine Chriſti lege viuentibus vna reſiſtebant. Nullũ
vero impiorum metum reſpiciẽtes,eccleſiam Chriſti quotidie locupletiorem reddiderũt. Cũq;
fidelium congregatio iam ſatis abundãter per ſuos inſtitutores verbo ac ſermone fundata eẽt,
quanq̃ conturbarent atq; euerterẽt res infidelium veluti forti quodam clipeo, cõgregabatur ta
men atq; inualuit numerus perſequutoꝝ creſcente tyrannide. Hoc tempore potiſſimum Ger-
mania ingens regio,ſtoliditatis olim atq; impietatis par Galliæ regionibus, dolore erroris com
puncta ceruices ſuas Chriſti iugo quoq; ſubmiſit,atq; doctrinam recepit,ac fide & gratia cor- E
roborabatur. Idola autem quæ in triuijs conſtructa habebant,confregerũt,atq; in ſalutis portũ
ſeſe receptos gaudentes, gentilitia ac naufraga omnia abiecerunt. Porro illa impia diaboli pro-
pago commota indoluit,quod eccleſia militans legionibus fidelium inciperet creſcere,igitur cru
delitatis & impietatis miniſtri,ira ac furore rurſum accenſi,vnum ex his beatum Dionyſiũ quẽ
virum magno animo in defenſionem fidei videbant,aggreſſi ſunt hiſce verbis. Ignobilis & de-
lire ſenex,qui dijs noſtris honorẽ aufers, inuictiſq; noſtris principibus non pares,eorum decre
ta contemnens,dic nobis cuius miniſtrum & cultorem te prædicas, ſeu cuiuſmodi perſuaſionis
profeſſionem ſeruas? ac ſtatim tres ſancti viri Dionyſius Ruſticus & Eleutherius veluti tres pue
ri olim in camino ignis ſine leſione ſedẽtes impleti ſpũ ſancto, veluti vno ore ad hunc modum
reſponderũt: fides quam profitemur Chriſtianorum eſt Chriſti lege inſtituta,quamcũq; autẽ
docuimus, palam nec clàm veſtris auribus habuimus , fatemur autem & prædicamus, quod &
credimus patrem, Ieſum Chriſtũ, & ſanctum ſpiritum,patrem quidem ingenitũ, Ieſum ex ſo-
lo patre genitum & ſanctum ſpiritum egredientem à patre & filio. Ad hæc tyranni ac impij
carnifices beatos atq; ſanctos hos viros cõprehẽſos ſeruãtes,reſpõderũt. Deinceps principibus
noſtris morem gerite,q iubẽt ne veſtrum reſpiciatis,à veſtris pſuaſionibus abſtineatis. Veſtra
nãq; profeſſio deorum inuictorum inſtituto repugnat. Sancti vero viri veluti pauloante dixi-
mus,vnanimes reſponderunt,dicentes. Quemadmodũ ante confeſſi ſumus, Ieſum Chriſtum fi
lium dei natum ex virgine Maria omni populo euangelizantes ac prædicantes,confidẽter cre
dimus,& confitemur cuius laudem ore indeſinẽti proferimus,atq; in hac fide apoſtolica ac ſan
ctorum virorum confirmati permanebimus. Perſecutores vero ac crudeles carnifices breuem F
moram dantes,beatorum virorum,quibus Chriſti fides celebrata fuit, ceruicibus capita gladio
abſciderunt,tradentes corpora eorum terræ. Animæ vero beatoꝝ martyꝝ ſunt receptæ in cœ
lũ,ſanctitas atq; bonitas morte clarior facta ẽ. Præceptoris vero lingua in capite ceruici abſciſo
debant atq; audiebant deo omnipotenti reddi laudis confeſſionem,nõ aliter quàm viua lingua
adhuc ingrediens ſolebat.

Vt vero ſancta multitudo deo ꝑ gratiã cõiuncta eẽt, atq; inter ſe mutuo veluti ſancta fraterni
tas deuincti, in qbus nec primus, nec ſecũdus, nec tertius,alius ab alio ſeparari potuerũt: ſed ſan
ctæ trinitatis gloriã confitentes,vt ab vno ſepulchro ciuitatis in exiguo colle digni martyrij co
ronam ſuſcipere,per ſanctam trinitatẽ ſanctificati ſunt. Iacebãt aũt in colle iuxta verticẽ corpo
ra interfectoꝝ martyrũ martyrio Chriſti honorata. Dictu mirum. Beati Dionyſii principis ac
maximi ſacerdotis martyrium honorantes,ſacrũ eius corpus,quod ſine anima eẽ videbãt,ere-
ctum eſt, ipſeq; ſacra manu caput à corpore corripuit enſe amputatũ,atq; iuxta humeros bra-
chijs comprehenſum à vertice collis, duo milia integra pedibus fortiter progrediens,portauit.
Stupendum prorſus miraculum nec vlli hominum,ſeu veterum ſeu recentium vnquam audi-
tum,corpus ſine capite & vita non aliter quam viuum ac integrum ambulaſſe,atque hominem
iam mortuum firmis paſſibus progreſſum. Beatorum itaque martyrum Ruſtici & Eleutherij
virtutem timentes,impij & ſæui homines, ne populus fidelis optata corpora eorum in defen-
ſionem ſuam ſepulchris deponeret,ac facto conſilio,abijcere eorum corpora in maris profun-
ditatem decreuerunt. Sed deus omnipotẽs bonus,iuſtus & miſericors miſericordiam ab ijs qui
in ſe confidunt, nequaquam amouens , qui Pharaonis conſilium euertit & Architophel cerui-
ces funiculo abſtulit: idem dominus conſilium horum vanum atque irritum ſua miſericordia
diſſipauit,vt duo hæc clara & ſplendida ſydera aquarum profunditate extinguerentur,ſed in
Chriſti



Chriſti eccleſia magna virtute præſtantes athletas hos perpetuo eſſet retentura.
A Inter hos primaria fœmina nomine Catula,quæ adhuc ethnica formidine correpta tenebatur,
tunc ad Chriſti fidem martyrum miraculis conuerſa, ſeſe deſiderio dedit. Et conſilio pariter
atq; reipſa deſiderij vim declarauit. Nam diuina miſericordia compuncta,cũ ſuperne ipſi po-
tentia obueniret,conſilium cepit. Ergo vt ad conuiuium perſecutores apud ſe venirent,preci-
bus adduxit. Vbi poſtq̃ multa donaria ijs appoſuit,benigniter puerſi illorum in martyres cõ-
ſilij excitauit mẽtionem. At cum fidelibus arcana cordis ſui communicarat,atq; negotium de-
derat,vt pretioſa martyrum corpora clanculum ſurriperent, deinde in certam ciuitatis partem
in ea caute,quæ iuxta exiguum agrũ,qui ad inſequentis anni ſementem paratus erat, deportan
tes,terra obruta corpora occultarent. Hi mandata implẽtes, ſedulo quod iuſſum ipſis fuerat ꝑ-
fecere. O laudabile furtum,quod tãtum abeſt,vt damnũ accerſiuerit, vt potius egregium emo-
lumentum attulerit. Porro,veluti moris eſt regionem peragrãtibus iumenta ad portandũ fru-
ctum aſſumere: ita beatis martyribus illa regio referta,dote quoq; & gratia expiata: quò centu-
plum fructum credentes agricolæ,ſalute digni habiti metant,præclarumq; poſteritati ſancti-
tatis theſaurum tranſmittant.

Iam vero ſupra commemorata fœmina multo honeſtiſſima,martyrum ſanctitatis haud igna-
ra,cum iam tyrannorum flamma paulatim reſtingueretur,locum appoſitum,qui ſanctoꝝ mar
tyrum reliquias ſeruaret,ſummo ſtudio diſquirit : Atq; Megatrubo inuẽto,eũ reliquiarum habi
tationi deſtinauit. Hanc fœminam matremfamilias maxima admiratione proſequendam non
immerito credimus : quin & citra dubitationem ſanctis hiſce martyribus non diſſimilem eua-
ſiſſe. Quia niſi omnium redẽptor ipſam in ſui nominis fidem perducere fuiſſet dignatus, haud
vnquam eiuſmodi conſilium ſuo ingenio excogitaſſet. Quo fit,vt abſq; vlla controuerſia cre-
damus,illam beatoꝝ martyrum reliquias,vtili conſilio conſeruaſſe, vt quæ ijs tum digna eſſet,
B tum eorum precibus in fide veraciter profeciſſet.

Porro Chriſtianorum multitudo, quippe ciuitas iam beatorum martyꝝ doctrina conuerſa e-
rat,omni labore & conatu,quantum in ipſis fuit,cũ ſedula precatione, magnoq; deſiderio ſu-
pra beata ſanctorum martyrum eccleſiam ædificauit, ac per ſanctam ſanctæ trinitatis gloriã
ternarium numerum cum aromatis vti par erat,collocauit. Vbi digna corpora om̃ipotẽti deo
opitulante in præclaris indies viribus & ſignis fulgent. Quæ igitur oratio, quæve lingua tanto-
rum vires enarrando conſequi poſſit? quando neq; ipſi ſuas dotes humanæ rationis adminicu
lo valent intelligere. Etenim infirmis ſanitatem,claudis inceſſum,cæcis viſum,ſurdis auditum,
mutis loquelam dando,ad hæc impuros ſpũs humana corpora obſidentes expellendo,indeſi-
nenter ſanationes donant. Sane & nos bona oratione,feliciq; obedientia pingueſcentes,licet ve
hementer indigni,ipſorum precibus adiuti,ſeruatum iri credimus: Aut etiam hac ſententia de-
ſiſtentes,ceu indigni,illorum vobis dignitates præſto exhibere conemur. Neq; eñ noſtra vo-
luntate,aut propria præcognitione vendicamus,ſed ex vetuſta narratione vobis ſunt perfecta.
Quodq; partim à fida vetuſtate quantum potuimus, & longo tempoꝝ interuallo audiuimus
memoriæ prodidimus. Siquidem ab harum rerum expoſitione non fuimus alieni,ſed ſimul at-
C que magnoꝝ doctorum hiſtoriam cognouimus,deum timẽtes & charitatis ſolicitudine incẽſi,
pleraq; beatorum viroꝝ præclara miracula, & ad Chriſti laudem & martyrum gloriã ,iuxta
ac memoriam tandem in ſacris chartis conſcribere ſumus conati: Idq; hac de cauſa,ne diſſimu-
laremus pro nihiloq; ea duceremus,deniq; veteri illi ac peruigili aduerſus nos hoſti , inuidiaq;
in nos tabeſcenti obtemperãdo ſilentio præteriremus,ſimul cum ipſis ſcriptoribus (vrente ſiq
dem flamma illoꝝ ſcripta ſunt concremata)gratiæ eoꝝ compotes nõ euaderemus. Noſtris aũt
cogitationibus per eorum gratiam vigilantibus ac progredientibus,fieri poteſt, vt ex paucis cõ
ſcriptis intellecta,dictaq; magna videantur

Hoc tamen intrepide credimus multa & alia Chriſto aſpirante certamina eos pertuliſſe,quã-
doquidem in hodiernum vſq; diem diuina maieſtas tanta miracula,per eos exhibere dignat,
vt tam incolæ quàm aduenæ omnes in ſtuporem rapiantur

Ad extremum beati Chriſti martyres Dionyſius, Ruſticus & Eleutherius paſſi ſunt ſeptimo
Calendarum Octobrium,regnante Domitiano Cæſare,in Galliarum regione,ciuitate Parrhi-
ſioꝝ. Regnante domino noſtro Ieſu Chriſto,vnà cũ patre & ſpiritu ſancto,nunc & ſemper, &
in ſecula ſeculorum Amen.

F I N I S.

# APOLOGIA OSTENDENS BEATVM DIONYSIVM

cuius mentionē facit diuus Paulus, authore Luca Euangeliſta in in actis Apoſtoloꝝ, authorē eſſe γνήσιον eoꝝ operꝝ, quę apud Græcos & Latinos extant illi inſcripta, ad ſacraꝝ literaꝝ pium lectorem.

DIonyſii Areopagitæ (quem Diuus Paulus Athenis ad fidem cōuertit) D extant opuſcula quædam de cœleſti Hierarchia, de diuinis nominibus, de eccleſiaſtica Hierarchia, de myſtica Theologia, & epiſtolæ aliquot, verſa in latinum ſermonem, ſæpius (vt apparet) nec ab vno: nouiſſime autem ab Ambroſio Chamaldulenſi monacho, qui teſtatur eos libros Dionyſio Areopagitæ inſcriptos, ſe in Romana bibliotheca inueniſſe tradente Petro Diacono. Hæc coniecturis neſcio quibus, certe leuiſſimis, quibuſdam etiam ineptis, pleriſq; falſis, apud nonnullos nimiæ diligentiæ homines, in falſę inſcriptionis ſuſpitionem venere, qui vt perſuaſionis eius alijs quoq; fidem facerent, negant beatū Dionyſiū hunc Areopagitam vllum ſcriptum reliquiſſe (quem & Græci & latini Theologi venerati, pectus illud diuini numinis enthuſiaſmo correptum, non fere ſine honoris præfatione nominãt) hoc potiſſimū argumento quod ſcriptores Chronographi huius non meminerint, diuus Hieronymus eum in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum non poſuerit, ſeu quod deliquiū ſolis, quod ipſe Dionyſius ſcribit ſe in Aegypti ciuitate quæ ſolis dicitur, vidiſſe ad Appollophanem ſophiſtam (quē & conuertit) non eouſq; videri potuiſſet, ſeu ꝙ diuus Paulus, cuius ipſe frequēter meminit, eius non viciſſim mentionem, vllã fecerit nominatim. Poſtremo, quod Areopagitæ E iudices fuerint apud Athenienſes non philoſophiam docti, quam vir ille ſciſſe viſus eſt, dum ex ſolis deliquio intellexerit mūdi machinã diſſolutum iri, aut naturæ authorē pati: quibus ſi oſtēderimus non poſſe effici, quod intēdunt, atq; è regione quam plurima teſtimonia, vtriuſq; linguæ ſcriptoꝝ, veterum & recentium adduxerimus, tum ex ipſius ſcriptis vel luce clarius docuerimus, non eſſe alterius ſcriptoris hæc opuſcula (quoꝝ tamen bona pars poſt ab Arrianis ſuppreſſa eſt) quam eius Areopagitæ quem Apoſtolus Athenis conuertit, quem & poſtea Gallias ad fidem perduxiſſe ſcribūt Suidas & nonnulii alij, bona confidentia ſperamus hos libros authori ſuo redditos eſſe: ſimul etiam palam fiet, nec tutum eſſe nec piū, leuibus de cauſis iudicium de rebus præcipitare, pręſertim ſacris, quaꝝ quædã communi hominū conſenſu ita confirmatæ ſunt, vt illa ipſa publica perſuaſio, ſola aliquãdo veritatis probatio ſit. Non tamen hoc dictū volumus: tanquam argumentoꝝ penuriam deprecati, leuiori pręſidio authorē hunc aſſerēdum putemus, tantum non placet ea continuo falſa videri quæ ſunt recepta.

Laurentius Valla vir, vt ſic leuiter dicã, bene literatus, eo tamē ingenio, vt dum omnia moueat, magno etiam calore adhibito, multis vel receptiſſimis repugnat, eo contra dicendi ſtudio ſæpe deducitur, vt ineptus ſit. F Quis enim quibus in locis cōtra Ciceronem in lingua latina, aduerſus Ariſtotelē in philoſophicis ſentit, ſanę mētis viꝝ fuiſſe exiſtimabit: nec fruſtra dictū, nimio cōtra dicendi ſtudio veritatem amitti: Hic primus opinor alium horum opeꝝ authorem genuit. Eraſmus ſic eius ſententiã recenſet, vt nō magnopere aut conſentire aut repugnare videat: niſi ꝙ ceremoniaꝝ non crediderit fuiſſe illis temporibus tam magnum vſum. Miror ſane Laurētij in hac re iudicium qui eoꝝ ſententiæ accedit, qui putant eſſe Apollinarij, cuius nominis cū duo fuerint, quorum neuter (fuit enim alter temporibus Antonini ſecūdi alter recentior adhuc) Pauli diſcipulus eſſe, aut apoſtolorum contemporaneus potuit, quem hic paſſim præceptorem agnoſcit. Proinde cuiuſcūq; hæc opera ſunt, authoris modo (quod negari nō poteſt) ſint alicuius, tum (& quod nemo diffitetur) etiam Chriſtiani, addo & pij atq; in fide eruditi, à quo ſimulatio, fictio, impoſtura, mendacium, quam longiſſime abſunt, certe & illud cōſtabit facile, ea non eſſe commenta quæ ipſe de ſe teſtatur, neq; longa oratione colligendū arbitror, etiam ſi ad eam rē veteꝝ teſtimonijs careremus, atq; nullius authoritate probaret eſſe hęc Dionyſii Areopagitæ, nonne vel ipſe orationis habitus, quo nonnunquam totus in cœlum tollitur, in amorē dei transformatur, ſpū inflammatur, euidentiſſime teſtatur non aliunde, quàm è ſyncero pectore prouenire, nec aliter eē ſcripta quam cogitata? inſania & furor eſt (ſic plane ſentio) exiſtimare hæc commenta eſſe, aut ludibrij cauſa eſſe cōſcripta: quis em̄ eſſet fructus commentitij operis? nec ille ſpūs veritatis & agnitionis, quem hæc ſcripta ad ſtuporem ſpirãt, in animū maleuolum aut fictum ingreditur. Proinde ſi eius ſcriptoris ſunt opera, qbus habenda eſt fides aliqua, vel in his ſaltem, in quibus non niſi ſingularis induſtria, & ſtudium fallendi fuiſſet, diuerſum quàm

res



A res erat ſcribere: veluti quibus locis temporum ſuoꝝ meminerit, præceptoꝝ, apoſtolorum & aliorum συγχρόνων, ac ſuaꝝ rerum: vt peregrinationis, deliquij ſolis, quod Heliopoli in Aegypti ciuitate, vnà cum Appollophane ſophiſta tempore dominicæ paſſionis admirabatur pter naturæ leges eueniſſe, nullū negotium erit probare hæc opera eſſe, primū ſcriptoris, qui apoſtolorum temporibꝰ vixerit, tum eius Dionyſij, quē Athenis Paulus apoſtolus fidem docuit, ex ipſis operibus. Quare non ſatis mirari poſſum Laurentium Vallam ſic iudicaſſe de his libris, vt illo ipſo iudicio oſtenderet, hoc quod cenſebat non eſſe à ſe perlectū, nam ſi Apollinarij eſſent, eius opera ex meris mendacijs conſuta eſſe oporteret, & à nemine de operum fide, ſed tantū de authore, idq; à quàmpauciſſimis, dubitatū ſit. Meminit em̄ hoꝝ tãtū & ad hos ſolos ſcripſit, qui apoſtolorū temporibus vixere. Nam libri eius qui iam ſuperſunt, ad Timotheum epiſcopum ſunt ſcripta, ad quem & Apoſtolus, quod Suidas cōmeminit: epiſtolæ ad Iohannem Euangeliſtam, ad Titum Pauli diſcipulū: aliæ Caio, Dorotheo, Soſipatro, Policarpo, & Demophilo miſſæ ſunt. Sancti vero Pauli apoſtoli non vno in loco meminit, vbiq; eū ſanctū præceptorē, patrem etiam ac ducem appellans, vt περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας cap. 6. hoc pacto Paulum citat. ταύτας ὁ θεῖος ἡμῶν ἱεροτελεστὴς εἰς τρεῖς ἀφορίζει τριαδικὰς διακοσμήσεις, ꝙ autem hic locus in diui Pauli epiſtolis non repetitur, quid mirū eſt, cum nec omnia quæ dixit, neq; etiam quæ ſcripſit, ad noſtram memoriam peruenire potuerunt? ſed & multa inueniri de cœleſtibus & angelicis ſpiritibus apud eum quis negat? quoꝝ quoq; meminit beatus Gregorius Homilia triceſimaquarta. Et περὶ θείων ὀνομάτων cap. ſecundo de vnitate dei: tum epiſtola octaua ad Demophi- B lum Therapeutam, ſanctū patrem Apoſtolū veneratur, Clementem quoq;, qui poſtea Pontifex fuit, diui Pauli diſcipulū, cuius ipſe Apoſtolus meminit in epiſtola ad Philippenſes, adducit. cap. quarto diuinoꝝ nominū, περὶ παραδειγμάτων, & ad Timotheū ſcribens de diuinis nominibus, aſſerit ſe diuæ virgini adfuiſſe, dū extremū in terris diē ageret, recenſens eos q vnà adfuere. παρῆν (inquit) δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος καὶ Πέτρος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης. Nec video ſane quo pacto ab hominibus bonæ & ſanæ mentis negari poſſit authoris vetuſtas, cū ipſe huius rei ſit locupletiſſimus teſtis. Quid igitur cū ipſum pro ſe loquat opus, externis opus eſt teſtimonijs? quoꝝ apud Græcos & Latinos copiæ cornu (vt dicit) habemus. Id tamen vereor, ne noſtra defenſione in re apertiſſima inuidiam aliquã faciamus his, qui non recte de hoc ſcriptore iudicãt. Quę em̄ demētia eſt, ſi modo ſcriptoris alicuius, qui nō data opera opus ex mendacijs meris componere voluerit, exiſtimare hæc eſſe commenta? Non certe potuit mendacioꝝ ſpūs ex his loqui quæ diuino illo igne ſic flagrant. Eraſmum motum apparet ceremoniaꝝ mentione, quaꝝ putat eis temporibus non fuiſſe tantum vſum, cum tamen de fide operis nihil dubitet, ſed eruditi eſſe cuiuſdã, verum recentioris. Atqui hęc ratio non tantum valebit ad negandū, quàm tum ad aſtruendū, ea quæ plurima ſunt, & ſcriptoris proprij, & aliorum teſtimonia, nec leuibus coniecturis in fide pſertim hiſtorica credendū, contra teſtimonia, quæ ſola ſunt rerū antiquaꝝ probationes. Quod aūt ad ceremonias attinet, nonne continuo noua fide accepta, veteres ceremoniæ & gentiliciæ nouis & Chriſtianis permutãtur? indocti enim homines his potiſſimū in religione ſeruantur: apparet autē ex hiſtoria eccleſiaſtica, apoſtolorū C concilijs, non paucas fuiſſe in eccleſijs. Nam ſi de celebratiōe paſchæ, iam vixdum inſtituta eccleſia, conſilijs aliquot Romæ agitatū eſt, aduocatis Græcoꝝ & Aſianoꝝ epiſcopis & preſbyteris, quod ſane noſtri temporis hominibus leuiculū videretur, quid mirum ſi de grauioribus, quæ in eccleſia fiebant, multa ab epiſcopis ordinata ſint ad maiorem cultū & honorē dei? Nōne paucis menſibus qui à fide catholica deficiunt, noſtraꝝ ceremoniaꝝ oſores, ipſi longe plures inueniunt: tū veteris legis apud gētiles multo plures fuerūt, ſed nec ita pauci interceſſerūt anni à morte Chriſti, ad tēpora vſq;, quibus hæc ſcripſit. Vixit em̄ longiſſime, nec maior fuit annis vigintiquinq;, cū dn̄s noſter pateretur, vt ipſe teſtatur: atq; peruenit ad duos & nonaginta, quibus tēporibus, quis non videt potuiſſe paulatim creſcere numeꝝ ceremoniaꝝ? verū non arbitramur ex ceremoniaꝝ coniecturis probandū eſſe, operis fidem, ſed ceremoniaꝝ conſuetudinem olim fuiſſe ex opere hoc, ſine vlla dubitatione. Ea aūt quæ Valla huc adfert, facile diluemus, hęc videlicet diuum Hieronymū eius non meminiſſe opeꝝ, vt per hoc intelligatur eum nō tam vetuſtū ſcriptorē fuiſſe, deinde nō fuiſſe Areopagitã, quia philoſophū eum faciunt & iudicaſſe de eclypſi illa ſolis, quæ tēporibus paſſionis Chriſti cōtigit Hieroſolymis, propterea ꝙ Areopagitæ philoſophi non erãt, ſed iudices, vt Romæ Centumuiri, & ꝙ illa eclypſis eouſq; nō peruenerit: nullus em̄ ſcriptor inquit, eius meminit externus in hiſtoria, quod falſum eſt, & epiſtolã quandam de hac eclypſi ad Appollophanem ſcriptã commentū eſſe, quod ſane temerarium eſt, ſine teſtimonio & argumēto adſerere. Poſtremo, quod diuus Gregorius in Homilia quadã videatur quoq; ſentire, nō eſſe Dionyſij illius Areopagitæ, Non plura ſunt quibus credulis quibuſdã facta eſt fides, quæ aut falſa oſtendemus, aut nō ſatis idonea ad probandū quod intenditur. Primū, diuū Hieronymū eius non meminiſſe, nec Euſebium, quod & Eraſmus queritur, inefficax ſane probatio, neq; em̄ omnia eū neceſſe eſt legiſſe: & ꝙ ipſe nō diffitetur plures exſtare ꝗ ipſe in catalo-



gum

gum eum retulerit,quantumuis diligens fuerit.Et Euſebius haudquaq̃ hic dormitans,ait eſſe in D
numeros ſcriptores à ſe in eum numerꝝ non relatos, & ſuperioribus ſeculis,& noſtris tempori-
bus multa & græce & latine ſcripta,diu ſqualore & ſitu obſita reperta ſunt, quæ eorꝝ tempor̃
ſcriptoribus incognita fuere, vel incuria,aut etiam malitia hominũ. Nam Picus Mirandula vir
exquiſiti & diligentis iudicij,ab hæreticis ſuppreſſos hos libros exiſtimat. Et Hieronymus(vt ex
epiſtolis ad Rufinũ apparet)multa pterit ſciens.Neq; eñ non legiſſe videtur, tum ex eo ꝙ con
ſtat eũ Originis opera tam diligenter euoluiſſe, qui horꝝ operꝝ & authoris meminit, atq; illius
quoq; Dionyſij Corinthiorꝝ epiſcopi,qui & ipſe Dionyſij Areopagitæ nomẽ celebrat,in epi-
ſtola quadã ad Soterẽ,& in alia ad Athenienſes,in qua multa ſunt de Dionyſij Areopagitæ cõ
uerſione,doctrina,prædicatione, quod quoq; Hiluidius annotauit. Imò & colligere licet,vel ex
ipſius Hieronymi epiſtolis ad Rufinũ,non fuiſſe ei incognita hæc. Porro Iohãnes Sarracænus
aliam cauſam ad Odonem ſcribit,ꝙ ab Hieronymo ſit pteritus. Forte(inquit)Hieronymus ex
cellentiſſimũ virum nõ poſuit inter eccleſiaſticos ſcriptores, ꝙ eminentiſſima eius opera nõ exi
ſtimauit ad communẽ vſum legenda,quod an verꝝ ſit dubito, illud affirmare poſſum, multos
ab Hieronymo eſſe pteritos,Areopagitã vero fuiſſe,eundẽq; philoſophũ,cur abſurdũ videatur,
hominẽ claris & diuitibus parentibus natũ ac educatũ Athenis, quæ totius Græciæ ſchola fuit
celeberrima,ac doctiſſimorꝝ hominũ conuentu toto orbe cognita,bonas artes ac philoſophica
didiciſſe,priuſquã ad Areopagitas receptus eſſet? Nam & Romæ inter Centumuiros homines
eruditione clari fuere,nec tantũ cognoſcendis cauſis neceſſe eſt iudices eẽ addictos, vt oĩa negli
gant.]adde etiam ꝙ iuſtitia & eruditione probatos tantũ in hunc numerꝝ admiſerunt, vt ſcribit
Philochorus in ſecundo rerꝝ Atticarꝝ,& Androcion in tertio, & Suidas ſummã illi eruditionem E
tribuit. Sic eñ habet in principio eius vitæ. Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ
τῆς ἑλληνικῆς παιδείας, εἰς ἄκρον ἐληλακὼς ἀκουστὴς παύλου. Et Euſebius in Chronicis eundem
Areopagitã,& philoſophũ appellat. Longe magis aduerſus nos faceret, ſi rerũ philoſophicarũ
rudem oſtenderet:ita Laurentij Vallæ obiectione nõ modo nõ repellimur,ſed & iuuamur.]De
eclypſi adfert idem,nõ fuiſſe eam tã longe viſam, vt externis quoq; hominibus apparere poſ-
ſet. Quod aũt ab Euangeliſta dictũ ſit,factã eſſe obſcuritatẽ ſuper vniuerſam orbẽ, intelligendũ
eſſe Iudaicũ,vt orbem Romanũ dicimus,nulla alia ratione coactus violentã hanc adferre inter-
pretationẽ,quam quod hiſtorici eius deliquij nõ meminerint,quod & ſi verũ eſſet, nihil tamen
efficeret. Quis eñ Lazari triduũ ſepulti & in vitam reuocati,pter Iohannẽ ſcripto cõmeminit,
miraculi ſuper omnẽ admirationẽ? Iam multa alia in veteri teſtamento pter naturæ ordinem
euenta,à nemine gentilium ſcriptorꝝ ſunt adnotata. Apparet quædã tanquã nota nimis eſſe p-
terita,quædã etiam apud poſteros,quod à prioribus nõ erant libris tradita, paulatim in obliuio
nem venerunt. Solent eñ ſcriptores huiuſmodi nõ à re, ſed à memoria hominũ aſſumpta,ad-
notare. Chryſoſtomus eñ non obſcure indicat eclypſim hanc generalẽ fuiſſe, in eius loci Ho-
milia. Hoc(inquit)admirandũ erat,ꝙ in omnẽ terram tenebræ factæ ſunt, quod nunquã prius
cõtigerat. In Aegypto eñ ſolũ tenebræ factæ ſunt,quãdo Paſcha perficiendũ erat,hic aũt intue
re tenebras medio die fieri,vt oẽs qui terram habitarent,hoc miraculũ cognoſcerent, ita dubiũ
non eſt,hanc obſcuritatẽ per omnes Græciæ horizontes viſam fuiſſe. Imò nec hoc verũ eſt nõ F
fuiſſe vſpiam defectũ hunc luminis obſeruatũ. Nam Origenes in Homilia ſuper Matthæum ci
tat Phlegontem(quẽ Picus Mirandula computatorẽ olympiadũ nominat) qui eclypſim illam
ſub principatu Tyberij Cæſaris in Chronicis annotauerit. Meminit eiuſdẽ Euſebius,decimo-
octauo anno Tyberij ſolis defectione facta,Bithiniam terræmotu concuſſam, & Niceæ plures
domos corruiſſe,eodẽ aũt anno Tyberij Chriſtũ paſſum ſupputat beatus Hieronymus.[Me-
minit & C.Plinius eius terræmotus,libro ſecundo naturalis hiſtoriæ cap.79. & ipſe vero Dio-
nyſius in epiſtola ad Appollophanem fuſiſſime narrat, quo pacto eclypſim viderit Heliopoli
in ciuitate Aegypti,ac aſſumpta regula de ſyderũ meatu Philippi Aridæi,intellexerit præter na
turæ modũ eã accidere,luna diſtãte à ſole diametro mũdi. Hanc epiſtolã reijcit Laurentius,tã-
quã confictã,quod forte nõ inuenitur hæc Græca,ſed & multa alia habemus latina, quorꝝ deſi
deramus ſcriptores,è quibus conuerſa ſunt:nec minus habemus ea probatæ fidei,verũ ſi licebit
tã leuiter & ſuo cuiuſq; arbitrio libros reijcere, vacillabit oĩm librorꝝ fere authoritas,ſed demus
id Laurentio,ꝙ minime verũ eſt,extat eñ prope tota hęc apud Suidã. Epiſtola ad Polycarpũ,
quã hac ratiõe reijcere nequit,nec eã à Valla lectã apparet,idẽ habet de eclypſi quod eſt in epi
ſtola ad Appollophanẽ,quod etiã annotauit Suidas. Ridiculũ plane eſt, quod ex Gregorio ad-
ferunt,qui ſic habet Homilia.34. Fertur vero Dionyſius Areopagita antiquus & venerabilis pa
ter,&c. tanquã hæc verba ſint dubitantis de authore,magis q̃ oſtendentis & fatentis ſe ſcripto-
ris opera nõ legiſſe, nam græce tunc exſtabant tantum, cuius linguæ cũ ipſe eſſet ignarus, te-
mere pronuntiaſſet,de opere à ſe nõ intellecto,ſi ſecus dixiſſet. Nã in ſacris ſolennibus,quæ con
ſcripſit beatus Gregorius abunde teſtatur beatũ Dionyſiũ Areopagitã Galliarꝝ Apoſtolum &
eorꝝ librorũ authorẽ fuiſſe. Hæc vniuerſa ſunt quæ ab his,qui cõtra operꝝ authorẽ ſentiũt,pro-
ducun-



A ducuntur,quæ vel falſa vel leuiſſima eſſe,forte ad tædium vſq; oſtendimus, per quæ hominibus
credulis,nouarꝝ opinionum auidis,contentioſis facile imponitur:quibus opponemus ea,quàm
poterimus breuiſſime,quæ ſine vlla dubitatione vel luce clarius oſtendent beatũ Dionyſiũ Areo
pagitã,quem Apoſtolus Paulus Athenis ad fidem perduxit,& in fide erudiuit,quiq; poſtea Ro
mam profectus,à beato Clemente ad Gallias conuertendas miſſus eſt, ſcripta quoq; reliquiſſe,
è quorꝝ numero ſunt hæc,quæ ad noſtrã memoriã perdurarũt. Nã & Suidas & alij longe plu-
ra recenſent,& quidẽ(pſertim Suidas)ſine authoris dubitatione. Verũ quoniã hoc ſolũ ſuſpitio-
ni occaſionẽ dedit,quod nec diuus Hieronymus in catalogo,nec Euſebius ſcriptorꝝ eius memi
nerunt,cuius tamen facti ſuperius reddidimus rationẽ,teſtimonia veterꝝ & recentium adduce-
mus:ſi illud prius admonuerimus,librorꝝ titulos & tractatus ſatis docere(etiam ſi nullus præterea
idoneus teſtis contingeret)eſſe eius reuera cui adſcribuntur, nam vbiq; Paulũ præceptorẽ repe
tit, Timotheum & Titũ & Caium & beatũ Iohannẽ Euangeliſtam, vbiq; chariſſimos fratres
appellat,pluribus locis eclypſim illã à ſe & Appollophane viſam Heliopoli:& quæ de virgine
Maria matre Ieſu:quæ ſi ficta forent,nihil toto opere neceſſe eſt eſſe non fictũ,omnia eſſe men
dacia. Imprudẽter reijcit ille epiſtolã ad Appollophanẽ tantũ,ac ſi ea ſola ſit talium rerũ teſtis.
Apollinarij putant eẽ inquit idẽ,eruditi homines,ſed qui? & quo loco? quis hoc præter Lauren
tium legit vel audiuit? ſed ſit eius. Quod ſi de operis fide nõ dubitant, Apollinarium illũ neceſſe
eſt fuiſſe Dionyſium Areopagitã. Quid eñ ad eam rem opus eſt probationibus? loquitur pro
B ſe diuinũ & cœleſte illud numine inflatũ pectus. Hũc igit veterꝝ multi & recẽtiores vno ac alte
ro excepto,oẽs ſumma cũ veneratione legunt & citant. Communiter Græci, ἐλλογιμώτατον,&
θεολογώτατον appellant. Origenes primus ſacrarꝝ literarꝝ interpres ante diuũ Hieronymũ, ne-
quaq̃ venerandũ patrẽ pterijt:ait eñ in Homilia prima ſup principiũ Euãgelij Iohannis. Et vt
ait magnus Dionyſius Areopagita:eſſe omnium eſt ſupereſſentia & diuinitas,quæ ſentẽtia eſt,
apud eũ in myſtica theologia. Hoc magis vel apud indoctos homines efficit,vt credat, q̃ Hie-
ronymi de eo ſilentium,vt refellatur: iudicent eñ ſuo canone dialectici. Diuus Ambroſius Dio
nyſiũ Areopagitã adnumerat doctiſſimorꝝ cœtui,in epiſtola ad Vrcellẽſem. Chryſoſtomus,
cuius authoritas probatione nõ indiget,eiuſdẽ meminit in Baſilij dialogo, libro.4.& alibi,ap-
pellãs eũ volucrẽ cœli,q̃d Faber Stapulẽſ.adnotauit. Veterꝝ ſcriptorꝝ hęc ſunt teſtimonia, q̃rꝝ
plures,ſi cui euoluere libeat,credo eũ adhuc plura inuẽturũ. Quanq̃ nihil neceſſe ẽ vnius ſcripto
ris oẽs meminiſſe. Ad paulo recẽtiores venio,Ioh. Damaſcenus theologus,vnice eius ingenij ſub
limitate delectatus fuiſſe videt,ideoq; eũ ſæpius autorẽ & teſtẽ pducit,vt in libro q orthodoxę
fidei inſcribit,cap.17. περὶ ἀγγέλων,fidẽ facit aſſertioni ſuæ,teſtimonio Dionyſij in hunc modũ:
καθὼς δὲ ὁ ἁγιώτατος καὶ θεολογικώτατος φησὶ Διονύσιος ὁ ἀρεοπαγίτης, πᾶσα ἡ θεολογία ἤγουν ἡ
θεία γραφὴ, τὰς οὐρανίους οὐσίας ἐννέα κέκληκε,hoc eſt,quemadmodũ aũt ait ſanctiſſimus & theolo
gorũ maximus Dionyſius Areopagita,vniuerſa theologia,ſacra ſcilicet ſcriptura,nouem cœle
ſtes ſubſtantias nominat,qui locus eſt apud Dionyſium,περὶ οὐρανίας ἱεραρχίας,cap.ſexto. Et cõ-
tinuo poſt:ταύτας ὁ θεῖος ἱεροτελεστὴς, εἰς τρεῖς ἀφορίζει τριαδικὰς διακοσμήσεις. Sic & cap.12. ſeu vt
C latinorꝝ quidã diſtinxit,primo lib.ca.decimoquinto:ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῶν ἱερῶν μεμνήμεσθα λο
γίων, ὡς ὁ θεῖος ἔφη Διονύσιος ὁ θεὸς πάντων ἐστὶν αἰτία καὶ ἀρχὴ τῶν ὄντων,id eſt, Hoc aũt nobis
ſuggerunt ſancta eloquia, quẽmadmodũ diuinus Dionyſius Areopagita dicit,deũ eſſe cauſam
& principium eorꝝ omniũ quæ ſunt:qui locus eſt apud Dionyſium,περὶ θείων ὀνομάτων. Et eo-
dem libro,cap.12. aut vt Græce diſtinguuntur,cap.9. ὡς δὲ ὁ ἅγιος Διονύσιος φησὶν, ὁ ἀγαθὸς, οὐ
γὰρ ἐστὶν ἐπὶ θεοῦ εἰπεῖν πρῶτον τὸ εἶναι, καὶ τότε τὸ ἀγαθὸν,id eſt,veluti ſacer Dionyſius ait,bonũ
(ſcilicet primũ dei nomen)non eñ primũ deo competit eẽ,ſed τὸ ἀγαθὸν, quæ ſententia apud
eum pluribus locis reperitur. Sed quid opus pluribus in re tam perſpicua probationibus? tantæ
laudis pfatione vbiq; beatũ patrẽ veneratur,vt apparet facile nihil de authore dubitatũ fuiſſe illis
tẽporibus.[Neq; Suidas(apud quẽ & vita & eclypſis illa viſa Heliopoli, & libri eius q̃ plurimis
verſibus recenſent)vſquã huius dubitationis meminit,nõ taciturus ſi vlla fuiſſet. Nõ eñ in eo p-
tio fuiſſet apud homines claros & eruditos:apud quos modo θεολογώτατος,modo θεῖος ἱερο-
τελεστὴς,mõ magnus angelus & cœli volucris dicit. Memoriæ traditũ eſt,Ludouicũ Imperatorẽ
Caroli magni filium, cui morũ humanitas & virtus Pij cognomen fecit,plurimum fuiſſe dele-
ctatum libris Dionyſij de cœleſti hierarchia, quos à Michaele Conſtantinopolitano dono ac-
cipit:quin & idem teſtatur in epiſtola quadam,eum à maioribus ſuis mellifluum vocatum:nã
& à patre & proauo in ſummo honore eſt habitus:& Pipinum auum teſtamento iuſſiſſe, vt in
diui Areopagitæ ſacra æde ſepeliretur. Scriptũ reliquit Franciſcus Picus, Conſtantinũ philoſo-
phum,qui fuit temporibus Adria. Romani pontificis eius nominis primi, omnes Dionyſij li-
bros memoria tenuiſſe:cuius id fuit de eo iudicium, ſi ſanctis patribus eorꝝ librorꝝ copia fuiſſet,
ſuppreſſerant eñ(vt idem ſcribit)hæretici,facilius eos ſuperaturos fuiſſe. Eſt in decretis patrũ
annotatum,vt docet octaua ſynodus,maximo honoris loco habitos fuiſſe Areopagitæ libros.
Docet

Docet idem diuus Maximus,ſanctus Michael Hieroſolymitanus,D. Martinus pōtifex Romæ D
in ſynodo,publica oratione eūdē laudibus vexit: fecit idē Agatho in epiſtola ad ſextā ſynodū: citat eundem & ſeptima ſynodus. Andreas Cretenſis,à quo magnus angelus dicitur,ait nondū ei ſucceſſiſſe parem. Nec de authore dubitant qui verterūt,qui ſcholijs illuſtrarūt,qui cōmētarijs eū interpretati ſunt. Authorē adſerit q̄q; Anaſtaſi⁹ maximi nōis ī decretis q paratheſes interp̄tatur,tuetur eundem Iohānes Scotus Polycarpi epiſtolā & Euſebiū citās: aſſentitur & Camaldulenſis interpres & ſcholiaſtes,cum Maximo monacho,q & ipſe ſcholia reliquit,quēadmodū Iohannes Sicopolitanus ſcholiaſtes & ipſe: citantur eiuſdē rei teſtes ab Andrea Cretenſi, qui in diuoꝝ numeꝝ relatus eſt,Methodius,Athanaſius, Eugenius, Gregorius Turonenſis: ad hæc recentiores(quia viſus eſt Eraſmus leuiter ſentire cū Laurentio) omnes defendūt, his tantū exceptis,q rebus vel probatiſſimis pro nihilo habēt cōtradicere. Iacobus Stapulenſis in eclypſi probāda ſudauit,& vicit authoritate teſtium Chryſoſtomi & aliorum: poſt eū,aut potius cum eo Iodocus Chlichtouæus: defendit quoq; Iohannes Eckius,pluresq́; alij etiamnum ſuperſtites. Atque nos in re perſpicua prolixi fuimus,non aliā ob cauſam quàm vt oſtenderemus nullā eē idoneam rationem ad dubitandum de operum horum authore: meminerunt enim,nec meminerūt modo,ſed & magna veneratione hunc authorē proſecuti ſunt & veteres & recentiores vſq; ad hæc tēpora: qua in re non admodū vidit Valla. Neq; vlla ſunt quæ ſibi non vel optime conſtent,nam eclypſis meminerūt & alij. Loquitur ipſe ſcriptor pro opere, pro ſcriptore opus,ita vt nihil dubitem eos, qui huiuſmodi reſpexerint,omnē dubitationem depoſituros.

## VENERABILI ET RELIGIOſo patri Theodorico Loero, Coloniæ Carthuſianorum Vicario, S. P. D. E
## Iohan. Nouio.

HAbes meum iudicium venerande pater,de authore horum operum,quæ veſtri Ordinis Dionyſius copioſe enarrauit. Vt autem ingenue tibi quid ſentiam, quidq́; olim ſenſi,aperiam: non eñ ſuſtineo erroris mei diſſimulationē: Fateor me aliquādo in diuerſa fuiſſe opinione,cum ipſe huius ſcriptoris nihil legiſſem,nec cognouiſſem aliorū de eo teſtimonia, præterquàm Laurentij Vallæ. Acquieui eñ propter hominis authoritatem. Perceptis autem alioꝝ veteꝝ & recentium teſtimonijs,ilicò ſentētiam mutaui, omnemq́; hāc opinionē ex animo deleui. Itaq; cōgeſſi & ea quæ aliquādo abs te me audire memini: tum quæ mihi in mentē de fide authoris venire hoc tpe potuerūt. Velim aūt legentes ſic ſentiant,me nō cōtradicēdi ſtudio(nullus enim magnopere cōtra ſentit)ſed tuo rogatu hęc teſtimonia attuliſſe. Repperi martyrion eius græce ſcriptum ſine authoris nomine, & deprauatū ſupra modum, quod latine ſubiecimus,quoniam & illud teſtimonij alicuius eſſe poterit. Vale. Coloniæ.

¶Opera ſanctiſſimi huius patris,quæ gręce & latine reperiuntur,ſunt:
Liber cœleſtis hierarchiæ, vnus.
Liber eccleſiaſticæ hierarchiæ,vnus.
Liber diuinorum nominum, vnus. F
Liber myſticæ theologiæ,vnus.
Epiſtolæ vndecim ad diuerſos.

¶Reliqua omnia eius monimēta vel hæreticorum inuidia exterminata ſunt,aut adhuc ſub modijs latitant Græcorum,Horum autem ipſemet ſanctus pater meminit in ſupradictis lucubrationibus,& ſunt hæc:
Liber diuinoꝝ hymnoꝝ,capite.7. cœleſtis hierarchiæ.
Liber theologiæ ſymbolicæ,cap.15.cœleſtis hierarchiæ.Et cap.1.&.13.diui.noīm.Et ca.3.myſticæ theologiæ.Et.9. epiſt.quæ ad Titum.
Liber intelligibilium & ſenſibilium,cap.1.&.2. eccleſiaſticæ hierarchiæ.
Liber legalis hierarchiæ,cap.5. eccleſiaſticæ hierarchiæ.
Liber theologicaꝝ hypotypoſeon,cap.1.&.2.diui.no. Et cap.3.myſticę theologiæ.
Liber proprietatū angelicarum,cap. 4. diuinoꝝ nominum.
Liber de anima,cap.4.diuinorum nominum.
Liber de diuino iuſtoq́; iudicio,cap.4.diuinoꝝ nominum.

## ERRATA.

¶Primus numerus deſignat folium,ſecundus faciem,tertius lineam, deinde ſequitur vera lectio.

Folio primo,facie prima,linea.54.pro quam,lege qua.Ibidē.2.1.conſcendendum.Fo.2.1.15.nam.Ibidē li.37.intellectualibusq́;.Ibidē.2.48.conueniet.Fol.3.1.26.communicāt. Ibidem.56.in ſuperioribus inferioribusq́;.Fo.6.2.14.putandū eſt? Ibidē.54.excelſi.Fo.8.1.52.vnicā. Ibid.2.55.& lucidiſſimū.Fo.9.1.41.traditionibusq́;.Ibidē.2.28. pro peius lege,eius. Fol.10.2.27.pro angelos,lege ſingulos.Fo.14.1.15.conuertuntur.Ibidē.2.10.pro cōiter,lege continēter. Fo.15.1.5.in ſanctis literis.Ibid.27.diſtributionē.Ibidē.2.23.altiſſimosq́;.Fo.18.1.16.immortalem. Ibidē 26.angelis.Ibidē.42.hunc ille.Fo.21.2.21.in ſeinuicem ſi. Ibidē.28.quis facem vnā. Ibid.li.48.vlla ex parte.Fo.22.1.52.diſſeparās &.Ibid.2.19.viſionē admittūt.Ibid.48.ſi qs maritimū ſaxū Fo.23.1.42.deſcēdim⁹.Ibi.2.9. ſunt angelis.Fo.24.2.25.ex pulchro ē & bono.Ib.26.bonū ſunt & fiūt.Ibid.27.exēpla ducūtur. Ibid.45.iſtiuſmodi ſignificet.Fo.25.1.37.eſt & fit.Fo.26.2.27.per naturā ſunt.Fo.27.1.51.malū infirmitas.Ibid.2.19.alioꝝ cōem.Ibid.32.vt bene. Ibi.37.laudandū non eſt.Fo.28.2.52.iā dictū eſt.Fo.29.2.31.ſed & ipſis.Fo.30.1.8.veritati vnitus extra ſe fit. Ibi.2.6. cōſtāter feriētes.Fol.31.1.15.atq; hæc eſt.Ibid.li.25.eodē ſe habēs mō. Ibid.li.26.& intemeratē.Ibid.29.ſeu non ſit ab hoc.Ibid.2.7.ei participāt.Ibidē.43.atq; deſiderabilis.Ibid.56.immortalia & immutabilia.Fo.32.1.2.id diffinitū.Ibid.3.ſemper ſe habēt.Ibid.8.alibi vero.Ibidē.li.22.hæc itidē non.Ibid.38.mera & cōmixta.Ibidē.2.4.pro eoꝝ motu cupiūt.Ibidē.7.eodē modo ſe ſemp̄ habētia.Ibid.12.perexiguis quibuſdā.Ibid.49.quæ à creaturis.Fo.33.1.20 imparticipabilis author.Ibid.29.omnēq́; terminat.Ibid.38.& dimidiū vnū.Ibid.46. qdē multitudo.Ibid.59.¶Et expedit.Fo.34.1.42.p̄ſidia terminās.Fo.35.1.42.vt diuinius loquar. Ibid.2 ſuſtinēs pondus. Ibidē.5.mētis diſcutiat. Ibid.21.inueſtigabiles eē dixit.Fo.36.1.6. maius atque mirabilius.Ibid.27.ſi licuerit dicito.Ibid.2.6.bonitatis eſt ꝙ.Fo.37.2.5.illi indulſæ ſibi. Ibid.8.fuerant dimiſſa repetantur.Ibid.47.abſq; perturbatione.Fo.38.1.34.corporeo more filiū.Ibid.43.& arte conficiunt.Ibid.2.32.enunciantia ſigna.Ibid.49.ſimiliter ſe habēs.Fo.39.1.32.finem epiſtolæ faciamus.

Coloniæ impenſis Petri Quentell,Anno M. D. XXXVI.